BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA ROMA
Qd
21

Digitized by Google

THESAVRVS CHRISTIANAE Religionis,

Et Speculum Sacrorum Summorum Romanorum Pontificum, Imperatorum, ac Regum, & Sanctiſsimorum Epiſcoporum.

Vbi multa de CONCILIO *Generali indicendo traduntur.*

PER CLARISSIMVM, AC PRAESTANTISSIMVM
I. V. D. *Dominum Alphonſum Aluarez Guerrero, Conſiliarium Regium, Necnon Regiæ Cameræ Summariæ in Regno Neapolis Præſidem,*
Nunc nouiter in lucem editum.

Ad Sereniſsimum, Sacrum, Catholicum, Inuictiſsimum, potentiſsimum Auguſtum, PHILIPPVM, Regem Hiſpaniarum &c. Religionis Chriſtianæ ſeruatorem, ac defenſorem.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



FLORENTIAE
Apud Filios Laurentii Torrentini Typograph Ducalis. MDLXIII.

AD SERENISSIMVM, SACRVM, CATHOLICVM, INVICTISSIMVM,

Potentiſs. Auguſtum

Philippum Regem Hiſpaniarum,

Dominum Flandriæ, Brabantiæ, &c. Ducemq; Mediolani, &c. Regem vtriuſque Siciliæ, & Hieruſalem, &c. Archiducem Auſtriæ, &c. Religionis Chriſtianæ ſeruatorem, ac defenſorem.

DOCTOR ALPHONSVS ALVAREZ *Guerrero, Conſiliarius Regius, ac Præſes Regiæ cameræ Summariæ in Regno Neapoli felicitatem in eo, qui eſt vera felicitas.*

DEVS *ita dilexit catholicam eccleſiam ſuam Sereniſsime, catholice, ac potentiſsime Rex, vt filium ſuum vnigenitum, quem conſtituit regem vniuerſorum, morti addiceret; qui cum ſua morte à diaboli ſeruitute, & tyrannide illam conſtantiſsime liberaſſet, & ſanguinem, ac vitam pro ea libentiſsime profudiſſet, merito caput illius eſt inſtitutus, vt in ea ipſe ſemper floreret, ac perpetuo dominaretur: cuius liberalitate, & munificentia effectum eſt, vt in ſempiternam libertatem ſit vindicata. Nam cum ea ita eſſet à* DEO *conſtructa, atque ædificata, vt diuerſis generibus hominum contineretur, quæ, vt membra, vnum corpus efficerent, cuius caput eſſet Chriſtus, cui omnium fidelium ſalus, ac dignitas niteretur: eaq; ratione, Chriſtus caput ita eſſet conſtitutus, vt eſſet qui apud poſteros eius locum, ac dignitatem tueretur, & ſuſtineret, eumq; locum ad Petrum Apoſtolum ipſemet Chriſtus Ieſus ſponte detuliſſet, factum eſt, vt omnes, qui deinceps Chriſti, & Petri locum obtinerent; Principes, & capita eccleſia vt inſtituta* CHRISTI *poſtulabant, haberentur; ad quos, tanquam ad vnum caput, omnia referrentur, vt quemadmodum* DEVS *filium ſuum caput Eccleſiæ, & principem eſſe voluiſſet; ita hi, qui eius locum apud poſteros obtinerent, capita eccleſiæ in Chriſto Ieſu conſtituerentur; atque vt ille à Deo patre Rex vniuerſorum fuerat electus, ſic hi (vt ait Hieremias) conſtituti eſſent ſuper gentes, & regna, vt euellerent, & deſtruerent, diſperderent, & diſsiparent, ædificarent, & plantarent. Quæ ratio dignitatis, atque autoritatis cum propagata eſſet ad poſteros, & à Romanis Pontificibus (vt diuino præcepto fuerat inſtitutum) retenta, & conſeruata; etſi multorum hæreticorum, ſciſmaticorumque varijs inſanijs, & calumnijs ſæpe infeſtaretur; incolumis tamen ſemper, atque inuiolabilis permanſit. Itaque licet innumerabiles priſcis temporibus perditionis filij extiterint, qui diaboli impulſu hanc à Ieſu Chriſto inſtitutam dignitatem, atque autoritatem, & à Petro, & his,*

qui illis in ea dignitatẽ ſucceſſerunt, retentam, & conſeruatam, ſuis ſcriptis, atque calumnijs labefactare, atque infirmare conati fuerint; firma tamen, vt dixi, atque immaculata ſtetit. Contra quos peſtiferos homines, et impios veritatis Chriſtianæ oſores, ſacrorum conciliorum decreta ſancta potentiſſime inſurrexerunt; quos item ſacroſancti patrum canones glorioſe deuicerunt. Contra hos igitur inſanos, ac pernicioſos homines ego pietate Chriſtiana adductus, & nimia charitate commotus, Sereniſſime, ac potentiſſime Rex, hoc ſpeculum obieci tuæ ſacræ maieſtati dicatum, eiuſq; feliciſſimo, ac clariſſimo nomini conſecratum; vt tam inuictiſſimo Rege, & tam potentiſſimo principe illuſtratum hæreticorum calumnias facile vincat, eorumq; tenebras pleniſſime diſcutiat; & vt hæc noſtra copioſa, & maiori expoſitione populo Chriſtiano veræ doctrinæ propriam faciem exprimat, & vultum ad viuum oſtendat, & tandem reipublicæ noſtræ errores, quos fugiat, opponat; eidemq; commoditates ſibi ignotas, ſed valde in regimine neceſſarias exacte commonſtret. Clementiſſime ergo ſereniſſime, ac potentiſſime Rex, meum hoc opus ſuſcipe, tuumq; fac approbando; quia etiam in hoc noſtro lugendo tempore, vt ex euidentia facti notorij permanentis apparet (quod non abſq; ſummo cordis dolore dicere cogor) inſurrexerunt hæretici, inſurrexerunt ſciſmatici, inſurrexerunt abuſus tam circa poteſtatem eccleſiaſticam, quàm ſecularem, & inſurrexerunt homines, qui vniuerſalem eccleſiam acerrime oppugnando manibus ſuis, ac vanis diſputationibus ſupremam ſacri ſummi Romani Pontificis autoritatem diuinitus conceſſam deprimere, ac infeſtare, vt antiquitus, conati ſunt. Ideoq; nihil ex ipſius corporis compage quaſi inconcuſſum ſupereſſe videatur. Loquimur rudi ſermone, potentiſſime, ſereniſſime, ac catholice Rex, ſcholaſticum morem ſecuti, non ornato politoq; ſtilo: nam veritas verborum lenocinio non indiget: cum potius autoritatibus ſacræ ſcripturæ, & decretis ſanctorum patrum conuincenda ſit vanitas malignantium. Pedeſtri igitur ſtilo (vt dixi) & integerrimæ beatiſſimæ Virginis Mariæ impetrato auxilio, & ſacræ tuæ maieſtatis opitulante ſuffragio ea, quæ incumbunt Chriſtianæ religioni, & vniuerſali eccleſiæ, præcipue ſacro ſummo Romano Pontifici, attingam; totiſq; viribus ſedem Apoſtolicam, & religionem in hoc opere meo, Deo optimo maximo docente viam, illuſtrare conabor.

TABVLA CAPITVLORVM PRAESENTIS CAPITVLI.

DE eccleſiaſtica diuina poteſtate, & de vnitate ſanctæ matris Romanæ eccleſiæ, & de vnitate, & pleniſsima poteſtate ſacri ſummi Romani Pontificis. cap. I. fol. 1.
Quod ad ſolum ſummum Romanum Pontificem ſpectat de fide, & hæreſi determinare. cap. II. fol. 14.
Quod Papa cum teneat primam ſedem, habet authoritatem congregandi concilium generale. cap. III. fol. 15.
An ſit licitum deſiderare ſummum Epiſcopatum, & Pontificatum, & de illis, qui appetunt minores Epiſcopatus ratione honoris, vel abundantiæ bonorum temporalium. cap. IIII. fol. 16.
Regibus & principibus omnibus conſilium datur. cap. V. fol. 19.
Quod Epiſcopi & clerici ſunt diſpenſatores, & viuarii. cap. VI. fol. 20.
De ſcientia ſacrorum ſummorum Romanorum Pontificum, & ſanctiſsimorum Epiſcoporum, & aliorum ſacerdotum. cap. VII. fol. 22.
Ordo Epiſcopalis quadripartitur, & de his quæ ad hunc ordinem pertinent. cap. VIII. fol. 26
De reſidentia ſanctiſsimorum Epiſcoporum, & de coadiutore. cap. IX. fol. 27.
De ordinatione, & conſecratione Epiſcopi. cap. X. fol. 31.
De viſitatione Epiſcopi. cap. XI. fol. 33.
An liceat Epiſcopo monachum fieri, & an monachus poſsit in epiſcopum promoueri. cap. XII. fol. 35.
De poteſtate ſanctiſsimorum Epiſcoporum. cap. XIII. fol. 36.
De officio Epiſcopi, & ad quæ ſucceſſor mortui teneatur. cap. XIIII. fol. 40.
De Archiepiſcopo. cap. XV. fol. 41.
An principatus ſummi Romani Pontificis non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia ſe extendat, ita quod in toto orbe iuriſdictionem habeat temporalem. cap. XVI. fol. 43.
De diſpenſatione ſanctiſsimorum Epiſcoporum. cap. XVII. fol. 45.
Caſus in quibus papa non eſt ſolitus diſpenſare. cap. XVIII. fol. 55.
Caſus & cenſuræ reſeruatæ Domino papæ in proceſſu annuali in cœna domini. cap XIX. fo. 50
Cenſuræ, quæ reſeruantur Domino Papæ in iure, vel extrauagantibus, & ex concilio Lateranenſi. cap. XX. fol. 59.
Cenſuræ Epiſcopis Diœceſanis reſeruatæ. cap. XXI. fol. 61.
Caſus, qui ſunt aliquando Papales, aliquando Epiſcopales. cap. XXII. fol. 63.
De præſtantia ſanctiſsimorum Epiſcoporum. cap. XXIII. fol. 65.
An res eccleſiæ poſsint alienari, & aliqua de Reuerendiſsimis Cardinalibus. cap. XXIIII. fol. 66.
De auctoritate Epiſcopali. cap. XXV. fol. 70.
De poteſtate ſanctiſsimorum Epiſcoporum circa vltimas voluntates aliorum. cap. XXVI. fol. 71.
De Vicario ſanctiſsimorum Epiſcoporum, & Epiſcopali præſtantia. cap. XXVII. fol. 72.
De indulgentiis ſacrorum ſummorum Romanorum Pontificum. cap. XXVIII. fol. 73.
De depoſitione & degradatione. cap. XXIX. fol. 76.
De poteſtate & officio Epiſcopi. cap. XXX. fol. 77.
An papa poſsit conſtituere Epiſcopos in terris infidelium. cap. XXXI. fol. 80.
De auctoritate Epiſcopali. cap. XXXII. fol. 84.
De horis Canonicis. cap. XXXIII. fol. 85.
De pluralitate beneficiorum. cap. XXXIIII. fol. 89.
De immunitate, & libertate eccleſiaſtica. cap. XXXV. fol. 96.
De iuriſdictione certo modo ſecularium in perſonas eccleſiaſticas. cap. XXXVI. fol. 108
De eccleſiaſtico interdicto. cap. XXXVII. fol. 110.
De irregularitate. cap. XXXVIII. fol. 116.
De cenſura eccleſiaſtica. cap. XXXIX. fol. 124.
De poteſtate capituli ſede vacante. cap. XL. fol. 127.
De bello iuſto & iniuſto. cap. XLI. fol. 128.
De bello multa. cap. XLII. fol. 136.
Vtrum liceat bellantibus vti inſidiis. cap. XLIII. fol. 137.
De reuocatione belli. cap. XLIIII. fol. 137.
De diffidatione. cap. XLV. fol. 140.
De Duello. cap. XLVI. fol. 141.
Quando bellum iuſtum eſt, quid agendum. cap. XLVII. fol. 142.

De militia,

De militia,& re militari. cap. xlviii. fol. 149.
De iuſtitia,& ſui excellentia. cap. xlix. fol. 150.
De ſermone epiſcopali, in quo tractatur de iuſtificatione hominis de prædeſtinatione, de eleemolyna, de ieiunio, de oratione, de articulis fidei, de iudicio vniuerſali, & de purgatorio. cap. l. fol. 154.
De origine celebrationis conciliorum generalium in eccleſia Dei. cap. li. fol. 216.
De variis antiquis hæreſibus ab eccleſia Dei condemnatis. cap. lii. fol. 229.
De hæreticis & ſciſmaticis, de apoſtatis, & de reiterantib. baptiſmum. cap. liii. fol. 245.
De Regibus, & Principibus, & de authoritate Regia. cap. liiii. fol. 264.
De Imperatrice, & eius authoritate. cap. lv. fol. 278.
De imperio, & de tranſlatione imperii ad Germanos. cap. lvi. fol. 281.
De catholicis & religioſis ritibus, qui in religione Chriſtiana verſantur. cap. lvii. fol. 283.
An doctoribus Eccleſiæ, ſiue ipſi eccleſiæ ſit magis credendum, quam canonicæ ſcripturæ. cap. lviii. fol. 286.
De celebratione conciliorum vniuerſalium in eccleſia Dei. cap. lix. fol. 290.
An Aſtrologia ſit ars prohibita, & de ſorte, diuinatione, ſortilegiis, de ludo, ventura, & auguriis. cap. lx. fol. 292.
De penſionibus eccleſiaſticis. cap. lxi. fol. 301.
De ſimonia. cap. lxii. fol. 306.
An iuſte liceat catholico Regi petere & exigere à perſonis eccleſiaſticis aliquam partem fructuũ eccleſiaſticorum; cum approbatione Pontificis. cap. lxiii. fol. 311.
De voto, & voti redemptione. cap. lxiiii. fol. 316.
Vtrum licitum ſit clericis literis ſecularibus erudiri, vtrum hæreticorum libri à fidelibus legendi ſint. cap. lxv. fol. 320.
De clericis, & ſacerdotibus, & presbyteris, & præſtantia eorum, de excellentia ſacerdotii, & de ſcientia & ignorantia ſacerdotii, de decimis, & oblationibus, & an reſidentia clericorum ſit de iure diuino. cap. lxvi. fol. 323.
De vſuris, & de monte pietatis, & cambiis, & de intereſſe, de mora, & purgatione moræ. cap. lxvii. fol. 330.
De intereſſe. §. fol. 337.
De amente, & de mente, furioſo, mente capto, inſano, ſtulto & fatuo. cap. lxviii. fol. 356
De teſtamentis, & de ſubſtitutionibus, & de iure accreſcendi, & tranſmiſſionibus. cap. lxix. fo. 361
De petitione hæreditatis, & quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur. cap. lxx. fol. 379.
De crimine læſæ maieſtatis, & perduellionis, ſeu rebellionis. cap. lxxi. fol. 385
An liceat principi Chriſtiano vti auxilio infidelium. cap. lxxii. fol. 390.
De gula. cap. lxxiii. fol. 394.
De ſtatu religionis, & de ſtatu perfectionis, & de vita actiua, & contemplatiua. cap. lxxiiii. fo. 398
De pœnitentia. cap. lxxv. fol. 403.
Propter ætatem & imprudentiam pœna debet minui. cap. lxxvi. fol. 419.
De multiplici ſpetie filiorum, & de ſpiritualibus. cap. lxxvii. fol. 422.
De victoria verbi dei, & de caſu luciferi. cap. lxxviii. fol. 427.
De characteribus. cap. lxxix. fol. 430.
De fraude, de dolo, de lata culpa, de leui & leuiſſima, de caſu fortuito, de actione depoſiti, de creditore banchi, de cambiis, de pecunia depoſita in ſacco, de caſu inopinato, de incendio, de caſu improuiſo, de fardello ſigillato, de præcario, de commodato, de conſtituto, de mandato, de procuratore, de curia mercatorum, de proteſtatione, de actione locati, de actione tutelæ, de inuentario, de tutore, de collegiis licitis, de coniuncta perſona, de marito, de procuratore fiſci, de curatore, de iuramento in litem, de tutelis, de tutore illuſtrium perſonarum, de pecunia pupillari, de pupillo, de decreto iudicis, de ſuſpectis tutoribus, & aliorum officialium, & vbi pupillus educari debeat, de rebus comparatis pecunia minoris, de iuramento affectionis, de hæredibus tutorum vel curatorum, de ceſſione, de excuſationibus tutorum, de curatore furioſi. Et dicimus an præſcriptio currat minori demum facto maiore, & de magiſtratibus conueniendis, & de actione negotiorum geſtorum, & de pignoribus, & hipotetis, & de ſocietate, & de communi diuidundo, & de locato, & conducto, & dicimus de contractu emphiteotico. cap. lxxx. folio. 434.
De continentia ſacerdotii, in quo error multorum conuincitur. cap. lxxxi. fol. 504
De correctione fraterna. cap. lxxxii. fol. 507.
An reſidentia ſacerdotii ſit de iure diuino. cap. finale. fol. 510.

F I N I S.

Errata.

Pag.3.ver.55.vvi.lege xvi. 5.56.et ſynodo.et in ſyn.16.pop.i.qui.21.7.clxvi.lxvi. 24.54 ſe.ſed.25.27.eſſet.
37.17 non.nos. 38.49.miſer.leg. miſ.vbi leg. 38.57.q.ii. q.v. 41.58.poteſt.Et. Et pot. 42.19.epiſcopos.
46.31. poſſunt ecc.poſſint in ec. 47.31.Itē blaſ.item in.53.46.1.q. i.q.1. 55.5.xi.q. xi.q.1.55.52.debet. debeat.
55.53. Et.Eſt. 56.33.ſe ſenter.ſcienter. 64.14.vt in a. vt in c. a. 64.41.conſuetudine ſer.conſuetudine non
ſer. 65.53.eum non.eum eſſe clericum non. 77.34.reprotur.reprobatur. 68.17.baptiſta.baptiſma. 78.46
crari.creari. 42.42.domino dominio. 87.19 crucifixi in.crucifixi qui in. 88.19.q. q.1. 94.40.imperfectus.
imperfectio. 94.51.diſpenſare.& ſede.diſpenſare ſed diſſipare. 95.2.tribuetantur.tribue tantum 114.verſ.1.eſt
ſuperfluo. 125.15.ad.ed 126.22.furatus. furatur. 131 57.principus.principibus. 142.37.inanemitatis.inani
matis. 153.57. iniuſtietas.iuſtitias. 157.58.legna.regna. 157.4.ſignatum.161.53.diſcuſſa,hoc.diſcuſſa in hoc
164.21.nos.nobis 167.49.liberari 170.17.quem.quam. 173.18.ſtatua.ſtatuta. 174.48.& non.& congr.
177.60.vetuta. 189.18.ſi.ſit. 189.44.odor &.odor,color,&. 193.1.ideo.Deo. 196.40.miſerit.amiſerit
248.32.haretus.hareticus 200.44.repreſentatum. repraſentatiuum. 207.48.Multa ſcripſimus in c.liii.§.
tota iſta additio vſque ad finem. adde ad c.liii. 232.3.condemnatus.condemnans. 266.15.ciuatum. ciuitatum.
272.22.princeps,ſecundum. princeps locumtenentem,dic quòd locum tenentis principis omnia poteſt ſicut iſte prin-
ceps,ſecundum. 278.40.hominus.habens. 301.29.due.qua. 307.9.quia eſt.quia non eſt. 334.55.plenam.
pœnam. 350.43.intereſſe propter.intereſſe debentur propter. 351.14.tueri.teneri. 363.52.fallit in.fallit in mili-
te in. 375.48.ficus ipſe.ſicut ſi ipſe. 385.11.expreſſa.expenſa. 392.56.q.vii. q.viii. 396.22.Quo.Quomodo.
396.38.locutio huius.locutio in huius. 397.6.occi,ſit.occiſi,vt. 433.11.tum.nihil valet. 433.25.eſt ordo. eſt
quòd ordo. 434.43.diuidendo.diuidundo. 445.17.dicere inſtru.dicere in inſtru. 457.1.crari.creari. 457.3.
minus.munus. 457.53.& ne.§.ne. 469.25.tutos.tutores. 481. 41.punitur officio.punitur in officio. 481.
41.pu.punitur. 486.6.l.communis.l.nummis. 493 56.ſiſ.in l. ſiſ.l. 499.35.vonſtat.conſtat.

DE ECCLESIASTICA DIVINA POTESTATE,

& de unitate Sanctæ matris Romanæ Eccleſiæ; & de unitate, et pleniſsima poteſtate ſacri ſummi Pontificis. Cap. I.

SACROSANCTA Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut beato Petro Apoſtolo dixit; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vt in c. ſacroſancta.xxii.diſt.& Math.xvi.& in c.loquitur.xxiiii.q.i. Itaque Sancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica prælata eſt cæteris eccleſiis,& non conſtitutionibus ſynodalibus ſed Euangelica voce domini noſtri primatum obtinuit, dicente domino, vt dixi; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.c.quamuis.xxi.diſt. c.ideo.xxv.q.i.c.rogamus.xxiiii. q.i. Vbi litera dicit; Rogamus vos fratres dilectiſsimi, vt non aliud doceatis, neque ſentiatis, quàm quòd à beato Apoſtolo Petro,& aliis Apoſtolis, & patribus accepiſtis. Ipſe enim eſt caput totius eccleſiæ; & ſedes Petri primitus Antiochiæ fuit, poſtea iubente domino Romam tranſlata eſt; ad quam cuncta maiora negotia, diuina diſponente gratia, iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſerunt principia. Itaq; ſolus Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat, vt in c.Paulus.ii.q.vii.& in c.in nouo teſtamento.xxi. diſt. quia Epiſcopatus vnus eſt,& vnum caput, vt in d.c.loquitur.xxiiii.q.i.facit tex.in c.non decet.xii. diſt. vbi legitur; Nulli vero dubium eſt, quod Apoſtolica Romana eccleſia mater, & caput ſit omnium eccleſiarum; à cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare.facit tex.in c.nolite errare.xi.diſt. vbi habetur; Non licet à cóſuetudine Romanæ eccleſiæ membris diſſentire, vbi dominus poſuit principatum. Et quoties ratio fidei ventilatur, ad Romanã referatur eccleſiam, vt in c.quoties.xxiiii.q.i.Papa nanque ſolus canones valet interpretari; quia ius condendi eos habet.c.i.xxv.q.i.cum ſimilibus.facit tex.in.c.præceptis.xii.diſt.vbi dicitur; Præceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ à ſancta Romana eccleſia,& Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutifere impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, communionem habere deſideratis: cum nulli dubium ſit, quòd non ſolum Pontificalis accuſatio, ſed omnis ſanctæ ſpei Romanæ eccleſiæ, & religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput omnium eccleſiarum, debuit referri,& inde normam aſſumere, vnde aſſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omitti, vt in c.qui ſe ſcit.q.vii. Prima ergo ſedes in cœleſti beneficio eſt Romana eccleſia; quam beatiſsimi Petrus,& Paulus ſuo martirio conſecrauerunt. Et inter Apoſtolos fuit diſcretio poteſtatis. Nam licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Deo conceſſum eſt, vt reliquis omnibus preeſſet Apoſtolis, vt cephas,i.caput; & principium teneret Apoſtolatus. Eademque forma ſucceſſoribus,& reliquis Epiſcopis tenenda tradita eſt. Itaque Apoſtolicæ ſedis authoritate omnes eccleſiæ domino diſponente reguntur, vt in d.c.ſacroſancta.xxii. diſt. & in d.c.qui ſe ſcit.ii.q.vi. Sed inter ipſos Apoſtolos non fuit par inſtitutio; ſed vnus.ſ.Petrus, vt dixi, præfuit omnibus aliis: & facit tex.ſingularis in c.in illis.lxxx.diſt. Itaque Apoſtoli non fuerunt pares Petro in adminiſtratione, ſed in ordine,& conſecratione; vt per doct.in d.c.loquitur,& in d.c.in nouo teſtamento.& ibi dicit Archidia. doctiſsimus canoniſtarum, quòd dominus ante reſurrectionem elegit Petrum in principem, ſed confirmationem diſtulit poſt reſurrectionem, ſed Petrus ratione adminiſtrationis fuit maior. Hæc in c.v. Lucæ legitur, Chriſtum dixiſſe Petro; Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Itaq; Typus eccleſiæ in Petro. Et aduertite, quia ſoli Petro dixit Chriſtus; Duc in altum: Et cum hoc feciſſet, conduxerunt multitudinem piſciũ copioſam. Quod cum videret Simon Petrus, procedit ad genua Ieſu dicens; Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum,& omnes, qui cum illo erant in captura piſcium, quos cæperant; ſimiliter autem Iacobum,& Ioannem, qui erant ſocii Simonis, et Andream, qui in ea naui erat, ſecundum narrationem Math.& Marci. Et ait ad Simonem; Noli timere; ex hoc iam homines capiens eris. Et attendite, quia ſolus Petrus procedit ad genua Ieſu dicens; Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Et ideo ſoli Petro fuit dictum; Noli timere, ex hoc iam homines capiens eris.i.caput eris. Sed poſt Chriſtum dominum à Petro ſacerdotalis cæpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus eccleſiæ Chriſti datus eſt. Hic ergo ligandi,& ſoluendi poteſtatem primus accepit à domino, primuſq; ad fidem populum ſuæ prædicationis virtute adduxit, verboq; inſtituit, vt in d.c.in nouo teſtamento.xxi.diſt.& in perſona Petri ligandi, & ſoluendi eccleſia poteſtatem accepit; & eccleſiam ſanctam ſignificauit, vt in ca. quodcunque.

xxiiii.di.q.i.Itaque ſolus Petrus in eccleſia dei habet plenitudinem poteſtatis.Et dominus Petro iubet hamo piſcari,vt eſt tex.in.c.eſt aliud.xxiiii.q.1.& Chryſoſt.ſuper illud Matth. xvi. Tibi dabo claues Regni cœlorum, &c.dicit ; Sicut filius à patre veniens ad ſalutem omnium mittitur cũ poteſtate omni ſuper omnes,quod nulli hominum credimus eſſe cõceſſum. Hoc idem dicit tex. in.c.multum.iii.q,vi.& tex.in c.decreto,& in d.c.qui ſe ſcit.ii.q.vi. Vnde Ioan.x.dicitur;Erit vnum ouile,& vnus paſtor : & loquitur de eccleſia. Et in c.Baſilicas,de conſecr.diſt.i.& in c. nolite errare.xi.diſt.habetur ; quòd in Apoſtolica ſede dominus totius eccleſiæ poſuit principatum; & Auguſt.in epiſt.ad glorium.dicit,quòd in Romana eccleſia ſemper Apoſtolicę cathedræ viguit principatus. Et vide de hoc Inn.& doct.in c.cum ex eo,de penitent.& remiſs. Vbi dicunt, quòd minores prælati habent poteſtatem à papa,& ipſe à ſolo Deo. Et eſt notandum,quòd plenitudo poteſtatis in Romano pontifice oſtenditur in poteſtate clauium in foro conſcientiæ ; Vnde glo.ſuper illud Matth.xvi.Tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcunque ligaueris ſuper terram.&c.dicit ; Quia Chriſtum Petrus maiori deuotione confeſſus eſt, merito præ cæteris ipſe collatis clauibus donatus eſt. Sequitur glo.quodcunque ligaueris ſuper terram.i. quodcunque indignum remiſsione iudicaueris,dum uiuit ; indignum apud deum iudicabitur : & quodcunque ſolueris.i.quemcunque ſoluendum iudicaueris, dum viuit ; remiſsionem peccatorum conſequetur à Deo. Et plenitudo poteſtatis oſtenditur in clauibus iudiciariæ poteſtatis in ſoro exteriori :eſt enim iudex totius eccleſiæ,vt eſt tex.in c.Epiſcopo.& in c.cuncta per mundum ix. q.iii.& teſtatur Inn.in c.ſolite.de mai.& obe.Et in c.nouit.de iud.dicitur: Nullus, qui ſit ſanæ mentis,ignorat,quoniam ad officium noſtrum ſpectat de quocunque mortali crimine corripere quemlibet Chriſtianum. facit tex.in c.& plantare.de priuil.& dicitur.in d.c.nolite errare.xi.diſ. In ſede petri dominus totius eccleſiæ principatum poſuit . facit tex.in c quamuis.xxi. diſt. propter quod Inn.in c.vt priuilegia,de priuil.dicit ; Romana eccleſia à domino ſuper omnes alias eccleſias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum,vt pote mater vniuerſorum fidelium, & magiſtra : de cuius poteſtate diſputare ſacrilegium eſt. Plenitudo poteſtatis Romani pontificis oſtẽditur in diſpenſatione theſauri eccleſiæ : quoniam ipse ſolus,vtpote Chriſti principalis vicarius, & diſpenſator,dat plenariam indulgentiam omni homini fideli in vniuerſo mundo. Vnde ſanct. Thomas in.iiii.diſt.xx.dicit ; Papa habet plenitudinem poteſtatis,qualem Rex in regno De indulgentia plenaria dicemus poſtea in iſto tractatu. Sed Epiſcopi aſſumuntur in partem ſolicitudinis : quaſi iudices in ſingulis ciuitatibus præpoſiti; & ideo papa poteſt concedere indulgentias pro ut vult,cauſa tamen exiſtente legitima · ſed in Episcopis eſt taxata indulgentiarum conceſſio ſecundum ordinem papę ; & adduco illud Ioannis primo ; Tu vocaberis Cephas: quod ſecũdum Iſidorum interpretatur caput. Et vide doct.in.c.proposuit.de conceſ.præben.& facit tex. in.c.Petrus.ii.q.vii.& facit tex.ita dominus.xix.diſt.& eccleſia vniuerſaliter decantat ; Tu es paſtor ouium,princeps Apoſtolorum,tibi tradidit deus claues regni cœlorum:& petro totus grex dominicus commiſſus eſt,Chriſto dicente petro Ioannis vltimo : paſce agnos meos,paſce agnos meos : & tertio dicit ei,paſce oues meas : inter has,& illos non diſtinguens. Et Apoſtoli ipſi nẽquaquam extra gregem dominicum cenſendi ſunt,ſed intra computandi . Ex quibus manifeſte confunditur error,& ſtultitia dicentium : papam non habere aliquam plenitudinem poteſtatis. Et ideo notabimus,quòd tota iuriſdictionis poteſtas omnium prælatorum eccleſiæ de lege cõmuni deriuatur à papa. Ita beatus Thomas in ii.& in.iiii.ſentent.& in.iiii. contra gent. quia Apoſtoli aliam non acceperunt poteſtatem iuriſdictionis immediate à Chriſto , ſed mediante petro. Ergo ſequitur,quòd prælati,qui ſunt in eccleſia,iuriſdictionis poteſtatem ſuſcipiunt immediate à papa ; & eſt tex.in cap.ſacroſancta.xxii.diſtin.vbi dicitur : Inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio ; & licet omnes Apoſtoli eſſent,petro tamen à domino conceſſum eſt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis,vt Cephas,ideſt caput ; vt principium teneret Apoſtolatus . Cum autem nomine capitis,& principii,origo deſignetur poteſtatis,non videtur poſſe dici petrum caput, & principium tenere Apoſtolatus,niſi ab eo poteſtas iuriſdictionis deriuaretur in Apoſtolos cæteros. Et adduco etiam tex.in.c.loquitur.xxiiii.quæſt,i.cuius verba ſunt : loquitur dominus ad petrum ; Ego dico tibi,quia tu es petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam . Super vnum ædificat eccleſiam,& quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat,& dicat ; Sicut miſit me pater,& ego mitto vos, accipite ſpiritum ſanctum : tamen vt veritatem manifeſtaret vnitatis,eiuſdem originem ab vno incipientem authoritate ſua diſpoſuit . hoc vtique erant cæteri apoſtoli,quod petrus fuit,pari conſortio præditi,& honoris & poteſtatis,vt dixi ; ſed exordium ab vnitate proficiſcitur , vt eccleſia Chriſti vna monſtretur, &c. Dicit tex.quòd Chriſtus,vt eccleſiæ vnitatem manifeſtaret,poteſtatis originem ab vno incipientem diſpoſuit . Ex quo manifeſte datur intelligi,quòd ſolus vnus ,ſcilicet petrus, ſuper quem vnam fundatam dicit eccleſiam , à Chriſto immediate poteſtatem ſuſceperit iuriſdictionis ; alii vero apoſtoli mediante ipſo petro . Et ſi immediate omnes Apoſtoli poteſtatem iuriſdictionis accepiſſent à Chriſto , origo poteſtatis non incepiſſet in eccleſia ab vno Apoſtolorum

rum,cum data fuiſſet ſimul, & immediate omnibus.Facit etiam, quod dicit Auguſti. in homel. cxiiii.ſuper.Io.facit etiam tex.in c. ita dominus.xix. diſt. & tex.in c. audiuimus.xxiiii. quæſt.i. Vbi cum dominus daret omnibus diſcipulis parem ligandi, & ſoluendi poteſtatem, Petro præ omnibus dedit claues regni cœlorum.Quicunque ergo ab vnitate eccleſiæ, quæ in perpetuum intelligitur,fuerit alienus,execrare poteſt,conſecrare non valet; excommunicationis,vel reconciliationis poteſtatem non habet. In qua authoritate duo ſunt præcipue notanda, primo quòd Petro præ omnibus datæ ſunt claues eccleſiæ,in quo datur intelligi, quod Petrus in poteſtate iuriſdictionis ſuperior eſt,& maior fuit omnibus aliis Apoſtolis ſimul coniunctis,& per cõſequẽs ſucceſſor Petri,videlicet Romanus ſummus pontifex,ſuperior,maiorq́ue fuit omnibus prælatis, etiam ſimul coniunctis;& Petro fuit dictum,ſequere me, Ioannes.xxi. Secũdo notandum eſt id, quod dicitur, quòd Petrus præ omnibus ſuſcepit claues eccleſiæ. In quo manifeſte denotatur, quòd alii Chriſti diſcipuli,& horum ſucceſſores.ſ.Epiſcopi poteſtatem iuriſdictionis non acceperunt,niſi per Petrum,& non immediate à Chriſto.Et Petro conceſſum eſt à Chriſto, vt cæteros fratres Apoſtolos,a Chriſti diſcipulos,ſi forte eos fluctuare, aut deficere à fide contingeret, in fide firmaret,& roboraret,iuxta illud Lucæ.xxii; Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ergo Petrus primatum habet ſupra Apoſtolos,& ipſe accepit poteſtatem regni,vt legitur in cap.i. act. Apoſt. Et dico etiam,quòd dominus de hac eccleſiæ ſuæ regiminis diſpoſitione futura loquens per prophetam ait;Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum.Eze.xxxvii. Sed tu vide ea, quæ de mente Cardinalis Sancti Sixti dicam in iſto capitulo ad finem circa iuriſdictionem,& poteſtatem beati Petri, & Apoſtolorum. Et eccleſia militans ab eccleſia triumphante deriuatur.Vnde Ioan.in Apoca.xxi.ait, Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcẽdentem de cœlo à deo paratam,ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Sed in triumphante eccleſia vnus præſidet.ſ.Deus. Ergo in militante eccleſia etiam debet eſſe vnus præſidens, & in eccleſia dei non debet eſſe minor vnitas,quàm in ſynagoga: immo tantò maior,quanto ſacerdotium Euãgelicum maius eſt Leuitico. Sed in ſynagoga erat vnus ſummus pontifex,qui præerat omnibus ſacerdotibus.ſ.Aaron,& poſt Eleazar,& ſic de aliis ſucceſſoribus.At qui ſummo ſacerdoti non obediebat,reus erat mortis,Deuteron.c.xvii.Ergo multo magis in eccleſia Dei debet eſſe vnus ſũmus pontifex; cui omnes tanquam ſuperiori obedire tenentur; vt in tota machina vniuerſi eſt vnũ cœleſte corpus.ſ.primum mobile,per cuius motum mouentur,& reguntur motus aliorum corporum,vt habetur per Ariſt.viii.Phyſicorum. Ergo neceſſario in tota eccleſia, congregabuntur filii Iudæ,& filii Iſrael pariter,& ponent ſibi caput vnum; & erit vnum ouile,& vnus paſtor, vt iam dictum eſt.Ioan.x.Vnde Ambr.in lib.de pœnit. & Hiero.ſuper Matth.xvi.dicunt,quòd ſoli Petro data eſt poteſtas pleniſsima,& poſt reſurrectionem Chriſti apoſtoli de nouo elegerunt Petrum in principem eorum,& eccleſiæ,dando hanc formam cunctis ſucceſſoribus,vt dixit tex. in c.ſacroſancta.xxii.diſt.& c.dudum.iii.q.vi.& vide Panor.in.q.i.vbi etiam dicit,quòd Chriſti apoſtoli poteſtatem, & authoritatem prędicandi acceperunt a Petro.& apoſt.ad Galath.c.ii.dicit; Dixit Cæphæ.i.capiti.& Ludo.Rom.in ſermone incipiente; Vos eſtis lux mundi,ad fin. Et eſt aduertendum,quòd licet Petrus cæteris apoſtolis par fuerit ordine, tamen iiſdem maior fuit adminiſtratione,& dignitate; vt eſt tex.in c.puto.ii.q.vii.Proinde notabimus, quòd Romanus pontifex in terris,extra caſum hæreſis.non habet iudicem ſuperiorem: Et eſt communis opinio Theologorum,& multi præcipue doctores iuris canonici ſeruant iſtam opinionem; & iudex ordinarius papæ non eſt Imperator,aut poteſtas ſecularis,vt habetur in c.ſuſcipitis.x.diſtin. & facit tex.in c.diffinimus.xxii.diſt.& c.continua.xi.q.i.& legitur de Cõſtantino; qui cum in ſancta ſynodo,quæ apud Niceam congregata eſt,querelam quorundam clericorum conſpiceret, ait: Vos autem à nemine diiudicari poteſtis, quòd ad ſolius Dei iudicium reſeruamini: & vide tex.in c.ſacerdotibus.xi.q.i.& tex.in.c.ſatis.xcvi.diſtin.& in c.placuit.xi.q.i. & in Calcedonenſi concilio legitũr,quod tota ſynodus clamauit Leoni papæ: Leo Sanctiſsimus apoſtolicus, & Oecumenicus.i.vniuerſalis patriarcha. Hoc adde ad ea,quæ ſuperius diximus. Et in canòne vltimo concilii generalis primi celebrati Niceæ legitur; Nemo iudicabit primam ſedem. & vide Auguſtinum de Ancona in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica in quæſtione prima.Dixi ſupra.quòd Romanus põtifex extra caſum hæreſis non habet iudicem.vide infra in c.xvi.& omnino vide;& dic vt ibi diximus.

Itaq; talis ordo ſic eſſe debet in eccleſia,vt vnus ſit rector,princeps,ac gubernator,quod multiplici ratione colligitur(vt diximus)in libro de generali concilio indicendo.c.xvii. & in. c.xviii. vbi multa dixi contra hæreticos dicentes,quòd nullus in eccleſia Dei Petro ſucceſsit; & in c.xvi. diximus multa dè vnitate eccleſiæ.Et ad conuincendum errorem dicentium,quòd nullus in eccleſia Petro ſucceſsit; dicò,quòd manifeſtum eſt ſic Chriſtum eccleſiam inſtituiſſe,vt eſſet vſq; in ſeculum duratura, ſecundum illud Iſaiæ.ix. Super ſolium Dauid,& ſuper regnum eius ſedebit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio,& iuſtitia,amodò,& vſque in ſempiternum. Patet ergo,quòd ita illos,qui tunc erant in miniſterio,conſtituit,vt etiam eorum poteſtas deriua

retur ad poſteros pro vtilitatæ eccleſiæ vſqne ad ſeculi finem ; præſertim cum ipſe dicat Matth.
vltim. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi. & bene facit tex.in.c. quodcun-
que.xxiiii.q.i.vbi dicitur,quòd quando Petrus claues accepit,eccleſiam ſanctam ſignificauit, vt
iam dixi.quia,ſ.non tantum pro ſe,ſed etiam pro omnibus ſucceſſoribus vſque ad finem ſeculi
duratura eſt eccleſia. Vnde non immerito comprobatur, quòd poteſtas collata in perſonam pe-
tri,& Apoſtolorum fuit data eccleſiæ ; aliâs illis mortuis non potuiſſet illam poteſtatem eccleſia
exercere : quod eſt abſurdum dicere. De quo vide Panor.in tract quæſti.quæſt.i.iii.col . & cer-
tum eſt,quòd poteſtas data eſt Petro ad eccleſiæ ædificationem, vt dixit Apoſt.in epiſt.ii.ad Co-
rinth.c.x.Ergo oportuit hanc poteſtatem tandiu durare in eccleſia, quandiu eccleſia ipſa ædifi-
catione indigeret : ergo vſque ad finem ſeculi petri primatus in ſuis ſucceſſoribus eſt duraturus;
aliter eſſet minor cura,& dilectio dei erga ſpóſam ſuam eccleſiam poſt tempora petri,q̃ fuerat tẽ
pore eiuſdẽ apoſtoli; quod nullatenus admittendum eſt.Quia ſi eccleſia non haberet claues li-
gandi,& abſoluendi,non conſtaret ; & portæ inferi præualerent aduerſus eam. Vnde Ciril.Hie-
roſolimitanus patriarcha dicit ex perſona Chriſti , Tu cum fine,& ego ſine fine cum omnibus ,
quos loco tui ponam,pleno,& perfecto ſacramento,& authoritate cum eis ero, ſicut ſum tecũ.
Et Inn.in.c.quanto,de renunc.dicit,poteſtatem transferendi pontificis ita ſibi retinuit Deus,et
magiſter,quòd eam ſoli petro vicario ſuo,& per ipſum ſucceſſoribus ſuis præbuit , & conceſſit ,
& vide eundem in c.ad apoſtolicæ.de re iud.in.vi.Et ex his apertiſsime conuincitur error dicen-
tium,quòd nullus in eccleſiam Dei petro ſucceſſerit:& ſatis facile intelligitur quam longè à veri
tate : & à ſtatu ſalutis abhorrent,qui dicunt non eſſe obediendũ ſtatutis papalibus, contra quos
eſt tex.in.c.hoc.xi.diſt.dicens ; Hoc veſtræ indicimus charitati, vt ab apoſtolicis inſtitutis nullo
alterius recedatis exceſſu,quia inultum poſt hoc eſſe non poterit,ſi quiſquam apoſtolicas regulas
in aliquo crediderit negligendas. Facit etiã tex.in.c.præceptis.xii.diſ.vbi ad contextum dicitur:
præceptis apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur,ſed per obedientiam,quæ à ſancta Romana ec
cleſia,& apoſtolica authoritate iuſſa ſunt,ſalubriter impleantur,ſi eiuſdem ſanctæ eccleſiæ , quæ
eſt caput veſtrum,communionem habere deſideratis.Facit etiam tex:xxv.q.ii.in.c.ſiquis dogma
ta,mãdata,interdicta,ſanctiones,vel decreta pro catholica fide,& eccleſiaſtica diſciplina,pro cor-
rectione imminentium,vel futurorum malorum à ſedis apoſtolicæ præſule ſalubriter promulga
ta contempſerit,anathema ſit. Facit tex.In.c.omnes xxii.diſt.vbi dicitur ; Qui autem Romanæ
eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur : hic
proculdubio in hæreſim labitur.Iſtum tex.allegat ſanctus Thomas in tractat.contra impugnan
tes religionem ; vbi multa dixit circa iſtum articulum:vnde patet,quòd quicunque dicit,non ef-
ſe obediendum his,quæ per papam inſtituuntur,in hæreſim labitur.Ex quibus cõcludo , quòd
papa ſolus,tanquam caput,poteſt exercere omnimodam iuriſdictionem,expoſcente cauſa ratio-
nabili,non ad libitum ; nec eſt opus conuocare concilium pro conſenſu habendo.Alii vero præ
lati non exercent ſine diſpoſitione capitis.ſ.papæ ; habent enim poteſtatem à deo,ſed in illa ſub-
miſsi ſunt papæ,tanquam capiti:& forte ad hoc deſignandum,petro dixit multa ſeparatim,vt ſu
perius dixi : ſed aliis apoſtolis locutus eſt coniunctim,& generaliter.vnde petro dixit,vt in Euã-
gelio habetur Matth.xvi.Tu es petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.Et in e-
uangelio Ioan.xxi.cap.dixit ; paſce oues meas non ſemel,ſed ter . pro ſua fide ſpecialiter orauit e-
tiam . Item conſidera,quòd in ſingulari dixit Chriſtus in Euangelio Ioan.in.c.x.fiet vnum ouĩ-
le,& vnus paſtor ; & ſic voluit,vnum eſſe paſtorem,& non plures.Sed hanc poteſtatem paſcendi
contulit petro,dum dixit,paſce oues meas;& ſic fecit eum paſtorem , & non plures loco ſui ; ipſe
enim erat,& eſt verus paſtor,& pontifex,vt de ipſo dixit Ioann.Ego ſum paſtor bonus. Alii nan
que apoſtoli fuerunt coadiutantes,& cooperantes,& ideo dicitur,quòd papa fuit aſſumptus in
plenitudinem poteſtatis,alii in partem ſollicitudinis.c.ad honorem,de vſu palii.& vide panorm.
in quæſtio.i.Sed recordentur pontifices verborum Gregor.ad Eulogium patriarcham Alexan-
drinum,vt notatur in.c.Ecce.xcix.diſtinct.Nam omnes apoſtolos fecit pares reſpectu conſecra
tionis,& ordinis,non autem iuriſdictionis:in illa enim petrus præfuit omnibus,vt nota.gloſſ.in
c.in nouo teſtamento.xxi.diſtinc & in c.loquitur.xxiiii.quæſtio.i.& videtur bonus tex.in.c.in il
lis.lxxx.diſtinc.& in cap.per venerabilem,qui filii ſint legit.Et ſi velis dicere , quòd poteſtas etiã
iuriſdictionis fuerit data omnibus,fundamentum tamen,& caput fuit datum petro,probatur in
dicto.c.loquitur,non impropriando literam,vt gloſ.ibi vult impropriare. Alii ergo habent iu-
riſdictionem ſub papa,vt hodie eſt videre in epiſcopis,qui non ſolum habent ordinem,ſed etiam
iuriſdictionem ſpiritualem in ſuis diocœſibus ex conſtitutione eccleſiæ , & olim exercebant per
totum orbem,antequàm diocœſes eſſent diſtinctæ;licet hanc iuriſdictionem habeant ſub papa,
qui dicitur habere plenitudinem poteſtatis,cæteri ſacerdotes repreſentant apoſtolos,quoad ad-
miniſtrationem ſacrorum,vt not.glo.in.c.videntes.xii.quæſtio.i.tex.in cap. in nouo teſtamento
xxi.diſtinc.Sed vide infra ad finem capituli,& notabimus,quòd poſt reſurrectionem Chriſti ſa-
cerdotes quandoque appellabantur presbyteri,quandoque epiſcopi. Nam cum alter vellet altẽ
rum

rum præferro dicendo,ego ſnm melior té,qnia baptizatus à petro , fuit ordinatum per apoſtolos,& alios ſeniores,quòd vnus de presbyteris præponeretur,qui vocaretur epiſcopus , pro vt hodie eſt. Et ſic videtur, quòd epiſcopus fuit inuentus ordinatione apoſtolorum, non antem iure diuino ; ita aperte dicit Hiero.& probatur in.c.olim.xcv.diſt.& c.legimus. xciii.diſtin. Vnde beatus Petrus in prima epiſtola vocabat ſe presbyterum.Sed contra Hiero.tene,ꝙ epiſcopi ſunt de iure diuino,vt in.c.in nouo teſtamenro.xxi.diſt.c.videntes.xxii.q.i.&.c.quorũ.lxviii.diſt.vbi litera dicit; pro patribus tuis nati ſunt tibi filii ; patres dicti ſunt apoſtoli, pro apoſtolis filii nati ſunt,& conſtituti epiſcopi ; hodie.n.epiſcopi,qni sunt per vniuerſum mũdum,inde nati ſunt. Ipſa eccleſia patres illos appellat,ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus patrum . Nõ ergo te pntes deſertam,quia non vides petrum,quia non vides paulum,quia non vides illos,per quos nata es ; de prole tua creuit tibi poſteritas ; pro patribus tuis nati ſunt tibi filii , conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Filios genuit eccleſia,conſtituit eos pro patribus ſuis principes ſuper omnem terram.Et Epiſcopus dicitur ſanctiſsimus Chriſti legatns , vt in clementina.i. de pœnis,& ibi etiam dicitur,quòd ſunt columnæ eccleſię Romanæ.Et epiſcopi ſunt perfectiores fratribus religioſis propter officium regendi,ex quo maior fructns prouenit, vt iu clementina,exiui.de verb.ſign.Et iſta opinio eſt communior,& ſecurior.vt per Durandum in quarto ſententiarum.xxiiii.diſt.q.v.vbi late,& doctiſsime de hac re diſputat,& omnino vide, & de hoc dicemus infra.Et ſic patet,quòd tam de iure diuino,qnàm naturali conſonum eſſe videtur, vt ſucceſſores petri Romani Pontifices magis per electionem,quàm per carnis ſucceſsionem,aut inſtitutionem ad pontificatum aſſumerentur ;qnoniam tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt,vt legis tranſlatio fiat.c.trãſlato.de conſt.& videbis Apo.in.c.vii.ad Hebr.&eſt tex.in.c.Moyſes.viii.q.i.vbi dicitur ; Moyſes amicus Dei, cui facie ad faciem locutus eſt dñs,potuit vtique ſucceſſores principatus filios ſuos facere,& poſteris propriam relinqnere dignitatem,ſed extraneus ex alia tribu elegitur Ioſue,vt ſciremus principatum in populo non deferendum eſſe ſanguini,ſed vitæ. facit ad hoc tex.in.c.licet.viii.q.i.vbi dicitur,quòd,qui præſtantior eſt ex omni populo,qui doctior, qui ſanctior,qui in omni virtute eminentior,eligendus eſt; quia ſanitas Chriſtiani populi multũ pendet ex voluntate capitis,& rectoris iuxta formam traditam in.c.ſi papa.xl.di.&certius ꝓuidetur populo de vtili paſtore per viam electionis, quàm ſucceſsione carnis , vt manifeſtum eſt ; & Chriſtus ſuæ eccleſiæ immediate non prouidit,niſi de Petro ; vnde per conſequens,quia non ꝓuidit de perſona nominatim ſucceſſoris petri,eccleſiæ electionem dimiſit,pro vt habetur in.c.electionem.lxxix.diſtinct.vbi dicitur;electionem vero ſummorum pontificum , vel ſacerdotnm ſibi dominus reſeruauit; licet electionem eorum bonis ſacerdotibns ,& ſpiritualibus populis conceſſerit . Sic ergo patet ; quòd tam de iure diuino,qnàm naturali cõſonnm eſſe videtur,quòd ex electione vniuerſalis eccleſiæ,vel illorum;ad quos de conſenſu vniuerſalis eccleſiæ tranſlatum eſt ius eligendi ; ſicut hodie ſunt reuerendiſsimi Cardinales ; eligatur papa;vt in.c.in nomine domini.xxiii.diſtinct.& lxxix.diſt.c.i.& per totam diſtinct.& vide tex.in.c.licet euitanda de elect. eſt etiam bonns tex.in.c.vbi magis,de electio.libro.vi.& vide in clementina,ne Romani , de electio. Sed antiquitus clerus,& populus Romanus eligebant,& exercitus,vt in dicto.c. electionem. poſtea Nicolaus ſecundus anno.1060.condidit decretum,quòd pontifex eligatur à reuerendiſsimis Cardinalibus,& iuſsit,quòd clerus,& populus ad conſenſum nouæ electionis accederent, atque eam Imperator confirmaret,vt in.c.in nomine domini.xxiii.diſt.& vide in.c. ſi qnis pecunia.lxxix.diſt.qui textus loquitur de electione Cardinalinm,& clericorum , & libertas eligendi conceditur à Ludouico Imperatore tempore papæ Adriani ſecundi.c.ego Ludouicus.lxiii. diſt. & Benedictus.v. relegatur,& authoritas eligendi pontificis ad Imperium transfertur.Ita Platina in hiſtoria Benedicti.& ſynodo congregata Romæ conceditur Imperatori ius eligendi pontificem.c.in ſynodo.c.Adrianns.lxiii.diſtinctio.quod poſtea fuit reuocatum,& emanarunt iura noua circa electionem pontificis,vt ſuperius diximns : Sed de iure antiquo ad concilium generale pertinebat.lxxix.diſtinctio.quaſi per totum ; vel ad clerum Romanum,vt in.c.in nomine domini.xxiii.diſt.& vide panor.in.c.licet de euitanda,de electione.

Et eſt aduertendum,quòd eccleſia vna eſt . Magiſter veritatis teſtatur per ſpiritum sanctum dicens ; vna eſt columba mea,vna eſt perfecta mea.Et ex multis colligitur vnitas eccleſiæ,primo ex vnitate principis,quo gubernatur,qui vnus eſt,Chriſtus ſcilicet dominus Deus noſter , vt ait Apoſtolns ad Epheſ.c.i.Dicitur etiam eccleſia vna ex vnitate fidei,in qua fundatur,text.eſt in c. legimus.xciii.diſtinctio.dicitur vna ex virtute baptiſmi,quo ſanctificatur, vt Ioann.iii. niſi quis renatus fuerit ex aqua. &c.Apoſtol.ad Epheſi.c.iiii.dixit,vnus dominus,vna fides,vnum baptiſma. Dicitur vna eccleſia ab vnitate ſpei : de qua Apoſto.c.iiii.Vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ.Eſt etiam vna vnitate charitatis,qua annectitur,& viuificatur,de qua inquit Apoſt.ad Philippen.c.ii. Eandem charitatem habentes,vnanimes,id ipſum ſentientes , Dicitur item vna eccleſia vnitate ſpiritus ſancti viuificantis.Vna etiã vnitate vltimi finis,quæ eſt ipſa beatitudo,ad quam ordinatur.

Hæc eccleſia eſt Chriſti tunica inconſutilis, quæ non debet ſcindi.xxiiii.quæſt.i.c.quoniam. In hac tunica Chriſti corpus repræſentatur, nō ſcindibile.xxiiii. q.i.c.aduocauit: & eccleſia eſt vna vnitate vnius præſidentis.de quo dicitur Oſeæ primo; Congregabuntur filii Iudæ, & filii Iſrael pariter, & ponēt ſibi caput vnum. Et dominus dixit, Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Hic autem vnus præſidens, paſtor, rector, & gubernator in tota vniuerſali eccleſia vicem Chriſti gerens ſummus Pontifex eſt, & ſuper vnum Chriſtus ædificat eccleſiam. Nam quamuis omnibus Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem manifeſtarit; vnitatis tamen originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit, vt eccleſia vna monſtretur; habetur hoc in c.quodcūque.xxiiii queſt.i. Vnitas eccleſiæ per archam Noæ etiam deſignatur, quæ in vno cubitu conſumata fuit, vt habetur Gen.vii. & hæc eccleſia eſt, quæ mater dicitur; cum per baptiſma ab ipſa regeneramur. c. quod abſtulerit, ii.quæſt.ii. & extra iſtam eccleſiam nec eſt ſalus, nec remiſsio peccatorum. Et Chriſtus pro eccleſiæ vnitate conſeruanda rogauit dicens, Ioan.xvii; Non pro eis autem rogo tātum, ſed & pro his qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes unum ſint. Referuntur etiam formaliter hæc verba in c. fraternitatis.xxxv.quæſt.vlti. & dominus per os prophetæ pulcherrime loquitur ſic dicens; Dies planctus, & ieiuniorum, quos habuiſtis hactenus in luctum, ſciatis vobis (quia cogitaui, vt bene faciam Hieruſalem.i.eccleſiæ) in letitiam, & gaudium eſſe vertendos; ita duntuxat, ſi vnitatem diligatis, & pacem: ita formaliter referuntur in cap. ieiunium. lxxvi.diſtinct. Non ne etiam per os prophetæ inquit; Quàm bonum, & quàm iocundum eſt habitare fratres in vnum: illi vero non habitant in vnum, qui fratrem de ſolatio ſubtrahunt; vt in c.nulli dubium.iii.quæſt.i. & cap.dilectiſsimus.xii.quæſt.pri. Attendite quæſo, quòd concilium appellatur ex communi intentione, eo quòd in vnum dirigunt omnem mentis intuitum.c.canones.xv.diſtinct. Item in alio eſt attendendum, quòd non niſi congregatis in vnum dictum eſt per Chriſtum; Accipite ſpiritum ſanctum; nec niſi ſuper congregatos in vnum die pentecoſtes ſpiritus ſanctus deſcendit. Item vbicunque duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum ego ſum. Matth.xviii. & in c.cum ſcriptura.i.quæſt.i.nimium cunctis; oſtendens non multitudini, ſed vnanimitati deprecantium plurimum tribui; vt ad literam legitur.xxiiii.quæſt.i. cap.alienus. & cap.audiuimus.i.quæſt.i.c.cum ſcriptura. Et eccleſia dicitur Apoſtolica, quia in Apoſtolis, qui fuerunt primi, qui adhæſerunt Chriſto, initiata eſt, & ſuum eſſe ſecūdum tempus gratiæ reuelatæ ſuſcepit originem: vnde dicitur in c. cum igitur.xxxv. quæſt.i.§.eſt autem; quòd de plebe Iudaica primum Apoſtolos elegit, quos quaſi fundamentum eccleſiæ inſtituit. Apoſto. ad Theſſalo.epiſ.ii.cap.ii.de ſe, & aliis Apoſtolis loquitur ita dicens; Elegit nos deus primitias ſalutem, &c. Dicitur etiam eccleſia Apoſtolica, quia poſt aſcenſionem domini Apoſtoli in fide, & ſancta doctrina, verbo prędicationis, & miraculis roborarunt eccleſiam; vt ait Apoſto. Superædificati.eſtis ſuper fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum.i.ſuper nouum, & vetus teſtamētum. Et dicitur eccleſia ſancta Apoſtolica, quia Apoſtolorum fidem, prædicationem, documēta, atque authoritatem retinet, & obſeruat; retinet quidem poteſtatem in clauibus, ſcientiam in verbo, & vitam in exemplo. Patres autem eccleſiæ dicti ſunt Apoſtoli, vt habetur in pſalmo; Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii; & ibi dicunt Auguſt. & Hyeron. quòd genuerunt eccleſiam Apoſtoli. Et dicuntur Apoſtoli principes, & duces totius orbis, vt in pſalmo; Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Neptalin, Sed maxime neceſſarium eſt eccleſiæ obſeruare antiquos terminos, quos poſuerunt ſancti Apoſtoli. Vnde in eccleſia ſumus, ſi habemus fidem Apoſtolorum, fidem Chriſti, dogmata veritatis. Et dicitur eccleſia Apoſtolica, quia omnes Chriſtianæ religionis ritus, & ſacrorum inſtitutionum eccleſiaſticarum obſeruātia à traditione Apoſtolica creditur in eccleſia deriuata, vt colligitur in c.rogamus.xxiiii.quæſt.i. & c. eccleſiaſticarū. xi.diſtinct. Vocata eſt etiam Apoſtolica, quia Petrus, & Paulus principes Apoſtolorum Romanam eccleſiam, quæ caput eſt, & prælata omnibus eccleſiis, pariter Chriſto domino conſecrauerunt, vt in d.c. ſacroſancta Romana eccleſia.xxii. diſt. facit in iſta materia tex. notabilis in c. ſolitæ, de maiori. & obedi.

Nunc aduertendum rogo, quia volo multa recolligere ex ſupradictis; & notate, quòd per illa verba; Tibi dabo claues regni cœlorum, non fecit Petrum principem Apoſtolorum, nec dedit ei poteſtatem clauium; ſed tantummodo daturum ſe promiſit, quia illa verba ſonant in futurum tempus. Poſt paſsionem igitur, & reſurrectionem, Chriſtus promiſſa impleuit dādo Petro claues regni cœlorum, & cōſtituendo ipſum caput eccleſiæ, & principem Apoſtolorum, quùm inſufflauit in Apoſtolos ſpiritum ſanctum dicens, Sicut miſit me pater, & ego mitto vos: hoc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis; Accipite ſpiritum ſanctum, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, Ioan.xx. Petro autem dixit; paſce oues meas, vt habetur Ioan.vltimo: tranſumptiue in c.ſignificaſti, de electio. Et verba originalia ſunt hæc, Dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis diligis me plus his? dicit ei, etiam domine, tu ſcis, quia amo te, dicit ei, paſce agnos meos. Dicit ei iterum; Simon Ioannis diligis me? Ait illi; etiam domine, tu ſcis, quia amo te; dicit ei iterum, paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? contriſtatus

eſt

eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei, domine tu oĩa noſti, tu ſcis, quia amo te; dicit ei ieſus, paſce oues meas. Exercitiũ autem clauium in aſcenſione conceſsit, dum dixit, Ite in vniuerſum mũdum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Idem dicitur Matth. vltimo. ideo Petrus vt caput apoſtolorum dedit initium ſimbolo apoſtolorum dicens, credo in deum patrem omnipotentem. &c. Duplex autem ratio poteſt aſsignari, quare poſt paſsionem claues Chriſtus Petro conceſsit: vna eſt, quia quandiu Chriſtus inter homines corporaliter vixit, ipſe per ſeipsũ ſidem texit: vnde tunc nec decenter, nec neceſſe, nec vtile fuiſſet, alium loco ſui conſtituere; ſed quando poſt reſurrectionem appropinquabat tempus, quo ſe debebat aſcendendo in cœlum à nobis abſentare, tunc alium loco ſui poſuit. ſ. Petrum, ne grex dominicus paſtoris ſolatio deſtitueretur. Aliam rationem aſsignat tex. in c. conſiderandum, & in c. fidelior. l. diſtinct. vt is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa, quam tempore paſsionis commiſerat Chriſtum negando, diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet. Prius itaque eum oſtendit Dominus ſibi, & poſtea præpoſuit cæteris; vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quam miſericorditer alienas infirmitates tolerare deberet. Data autem eſt poteſtas clauium Petro, tanquam capiti, & aliis tanquam membris, quia ipſe eſt vocatus in plenitudinem poteſtatis, alii autem inferiores in partem ſolicitudinis, vt in c. ad honorem, de vſu palliũ. & c. decreto. ii. quæſt. vi. cum enim meſsis eſſet multa, operarii autem pauci, fuit neceſſe, quod non ſolum Petrus, ſed etiam alii haberent poteſtatem. vnde per ipſos Apoſtolos poſtea fuerunt electi. lxxii. vt probatur in c. in nouo teſtamento. xxi. diſtin. & c. loquitur. xxiiii. quæſt. i. Et hoc modo debet intelligi verbum domini, quod habetur Ioan. xx. accipite ſpiritum ſanctum. Et ita debet intelligi tex. in c. noua, de pœniten. & remiſ. vbi dicitur, quòd Apoſtolis datæ ſunt claues, quia verum eſt tanquam membris, ſed Petro tanquam capiti, vt probatur in d. c. in nouo. & c. ita dominus. xix. diſtinct. & c. loquitur. xxiiii. quæſt. i. & c. omnibus. quæ intra ſunt valde bona ad hoc. Et poteſtas clauium eſt in eccleſia. vnde Theologi tenent, quòd exceptis caſibus reſeruatis Papæ, & Epiſcopis, tantam poteſtatem habet quilibet ſacerdos in abſoluendo, quantam Papa. ita Anto. in c. noua, de pœniten. & remiſsio. Et beatus Hieronymus in libro contra Iouinianum ſic inquit; Super Petrum fundatur eccleſia, & inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Ad denotandum igitur eccleſiæ vnitatem vnus creatus eſt paſtor, qui aliis præeſſet; vt caput, penes quem eſſet omnis poteſtatis plenitudo, quoniam monſtruoſum eſſet, vt in vno corpore eſſent plura capita. c. quoniam in pleriſque de officio ordina. facit tex. in c. in apibus. vii. quæſt. i. & in xii. Metaphy. inquit Ariſt. Entia nolunt male diſponi, pluralitas principatuum eſt mala, vnus ergo princeps. Sicut ergo vnicus eſt Dominus cœleſtis totius mundi, iuxta illud prophetæ; Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo, tranſumptiue in c. tua nobis, de decimis, ita decens fuit, vt vnum in terris relinqueret vicarium, qui fuit Petrus, & poſt eum ſui ſucceſſores. Pro iſta vnitate capitis eſt illud verbum domini, Ioan. xvii. Volo pater, vt vnum ſint in nobis, ſicut & nos vnum ſumus: facit tex. in c. damnamus, de ſumma trinit. & fide cat. & Ioann. x. erit vnum ouile, & vnus paſtor: facit tex. in c. cum beatiſsimus. xxiiii. q. i. Pro iſta vnitate capitis bene facit etiam text. in ca. factus eſt Cornelius. & c. non autem. vii. quæſt. i. ubi gl. ſingulariter dicit; quòd dicere, duos eſſe ſummos pontifices in eccleſia, eſſet errare, vt ſuperius dixi, contra illum articulum fidei, vnam ſanctam catholicam eccleſiam, &c. de quo eſt bona glo. in clemen. ad noſtrum, de hæret. Vbi dicitur: Peccatum paganitatis incurrit, qui ſedi apoſtolicæ obedire contemnit. Item ſupra illud Lucæ. xxii. Tu aliquando confirma fratres tuos: dicunt, ꝙ tunc Petrus à Chriſto obtinuit, ut eſſet antiſtes mundi: & ſi Chriſtus aliis apoſt. imperauit, ut laxarent retia, ſoli tamen Petro dictum fuit duc cimbam in altum, Io. ult. ꝙ ad ipſum ſolum pertinet cimbam eccleſiæ regere, & gubernare, propter quod etiam uſq; in hodiernum diem eccleſia catholica dicitur nauicula Petri: facit text. in c. non turbatur nauis. xxiiii. q. i. & dixit Chriſtus Petro: qui primo aſcẽderit, tolle. ubi dicit glo. ꝙ per hamum intelligitur iuriſdictio. & Io. ult. dicit Greg. in Hom. quod ſpecialiter à domino commiſſa eſt eccleſia Petro, ut ea ducat ad portum ſalutis, Non obſtat, ꝙ omnes apoſtoli pari conſortio honorem, & poteſtatem habuerunt cum Petro: quia debet intelligi non de paritate quo ad officium in eccleſia ſanctæ dignitatis, ſed quoad paritatem uitæ, & ſanctitatis, ut ſuperius dixi. facit ad hoc tex. in c. paulus. ii. q. vii. ubi legitur: Paulus Petrum reprehendit. Quod non auderet, niſi ſe non imparẽ ſciret. Hoc non de officio eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de puritate uitæ intelligitur, & ſanctitatis conuerſatione. Sequitur tex. Solus enim Petrus inter apoſtolos primatum gerebat. Nec ſit aliquis adeo temerarius, qui dicat hanc ſuperioritatem, & poteſtatem conceſſam Petro, non autem ſuis ſucceſſoribus, ut iam dixi: quia ſicut Adæ Deus conceſsit quędam priuilegia perſonalia: ut omnes ſcientias; quædam realia in ſtatu innocentiæ, ſcilicet originalem iuſtitiã: ſic Petrus à Chriſto habuit quædã dona perſonalia, puta faciendi miracula, ut ad eius umbrã infirmi ſanarentur; quædã realia. ſ. pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, ut fuit poteſtas clauium, alias portæ inferi aduerſus eccleſiã præualuiſſent: quod eſſet contra promiſsionẽ dñi, Matt. xvi. Hanc igitur plenitudinẽ poteſtatis, per quã reſiſtit mũdo, & diabolo, Chriſtus contulit Petro, & ſuis ſucceſſorib. qui

ſunt Romani pontifices.tex.eſt pulcherrimus in.c.pro humani.de homi.in.vi.data eſt enim hæc poteſtas petro,& ſucceſſoribus,vt eccleſia duret vſque ad finem ſeculi iuxta illud Matthæi vltimi Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem seculi.Item,quòd hanc ſuperioritatem,& poteſtatem papa à Deo habnerit,glo.notabilis eſt in clementi.ne Romani,de electio.facit tex.in.c. inter corporalia,de tranſl.præl.& ibi dicit Hoſt.in.c.quāto quòd Dei,& papæ idem eſt conſiſtorium.facit tex.in.c.ii.de conſuetud.libro.vi.& c.Romana,de appellatio.libro.vi.Licet autem firmiter credam,hanc ſupremam poteſtatem datam eſſe à Deo ſummis pontificibus, puto tamen poteſtatem clauium datam etiam eccleſiæ militanti,cum papa ſit tanquam Petri ſucceſſor, & Vicarius Ieſu Chriſti. Quod patet,primo per id,quod ſupra tetigi,quòd non ſolum Petro, ſed etiam omnibus apoſtolis Chriſtus dedit poteſtatem,ſed Petro tanquam capiti,& principi:Apoſtolis autem tanquam membris. Cum ergo ex capite,& membris vnum corpus componatur, non negabo poteſtatem clauium eſſe in hoc corpore,& ſic in eccleſia. Secundo hoc patet per id, quod habetur Matthei xviii.tranſumptiue.ii.q.i.ſi peccauerit.de iudiciis.c. nouit. vbi dominus dicit. Si peccauerit in te frater tuus,&c.demum dicit,dic eccleſiæ,quòd ſi eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus,& publicanus.Et in immediate ſubiunxit: Amen amen dico uobis; quæcunque ligaueritis &c.Nec ſolum habuerunt apoſtoli poteſtatem reſpectu ordinis,ſed etiam reſpectu iuriſdictionis,ut patet de pœnit.& remiſsio.c.noua quædam,& quod ibi not: Ioann.An. vbi dicit,quòd apoſtoli habuerunt claues,& quia nunc hic loquitur in plurali, ſequitur quòd & iuriſdictionis,& ordinis claues habuerunt,ſic debet intelligi.c.firmiter.§.una.de ſum.trinit.pro hoc facit,quod legitur Actuum.xv.ubi habetur,quòd commota ſeditione aduerſus Paulum, & Barnabam,ſtatuerunt qui accuſabantur,& qui accuſabant,aſcendere Hieroſolymam ad presbyteros,& apoſtolos.Cumq; illuc perrexiſſent,ſurrexerunt quidam de hæreſi phariſeorum dicentes; oportet circuncidi eos,& præcipere eis,ut ſeruent legem Moyſi.Et cum magna ſuper hoc oriretur quæſtio,Petrus ſolita libertate inquit; Viri fratres,uos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit Deus per os meum audire gentes,audite uerbum Euangelii,& credite,&c.Et ſic oportet,quòd non ſolum Petrus,ſed etiam omnes apoſtoli,qui cum eo erant, haberent poteſtatem clauium. Aduertendum eſt tamen,quòd ille tex.ſolet per quoſdam allegari, quòd concilium ſit ſupra papam,ſed re uera non probat,ſi recte intelligatur.pro hoc facit xxiiii.q.i.c.quodcunque;ubi dicunt,quòd cum petrus recepit claues,ſanctam eccleſiam ſignificauit.ad idem.c.ab omnibus.xxiiii.q.iii.&c.notandum.Item ut habetur Act.xx.paulus uocauit maiores natu Epheſiorum,& eis dixit; Attendite nobis,& uniuerſo gregi,in quo nos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei,quam ſuo ſanguine acquiſiuit.Item in euangelio Matth.dixit Chriſtus diſcipulis ſuis; Amen dico nobis,quòd uos,qui ſecuti eſtis me,ſedebitis ſupra ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.Ex quo apparet, quòd ipſe dominus in fine ſeculi iudicabit cum apoſtolis;quaſi cum his,quibus iudicandi dederat poteſtatem.Hinc patet,quòd in hac eccleſia militāti etiam epiſcopi habent iuriſdictionem,licet papa loco Dei ſit principalis. Propter hoc forte ius canonicum uocat epiſcopos ſanctiſsimos Chriſti legatos,ſpirituales fratres, & colūnas eccleſiæ,ut habetur in clemen.ſi quis ſuadente.§.nec ſuper.de pœn.Ex his itaque omnibus,ut ſupra deductis clare concludo,quòd Romanus pontifex,& Romana eccleſia habent prærogatiuā, & excellentiam ſupra omnes alias eccleſias.ix.q.iii.ſaluo.&.c.cuncta per mundum,&c. per principalem.xi.diſt.c.quis neſciat,& diſponente domino aliarum omnium mater eſt,& magiſtra,dicit tex.de ſumm.tri.c.ii.in fi.xxiiii.q.i.hęc eſt fides.& c.quoniam.xxv.q.i.§.his ita.c.ideo permittente,de hære.ad abolendam.in princ.de presby.non bapt.c.ii.Item eſt mater omnium.xiii.q.ii. ſuper prudētia.xii.q.ii.aurum habet eccleſia.& uxor Chriſti.xxi.q.ii.ſicut &.c.ſacroſancta. xxii. diſt.& de hoc late dixi in iſto trac.Sed cum multæ ſint eccleſiæ in urbe Roma, iſta eccleſia, quæ tot gaudet priuilegiis,& immunitatibus,eſt eccleſia S.Ioannis Lateranenſis,quæ aliàs appellabatur ſancti Saluatoris,ut per Arch.in.c.fin.de reſcrip.lib.vi.Iſta eſt illa eccleſia, quam Imperator cœleſtis inſtituit.ut in.c.ſundamenta,de election.in.vi.& iubente domino ab antiochia Romam tranſlata eſt,ut in.c.rogamus.xxiiii.q.i.quam ſolus Deus ſundauit.ut in.c.i.xxii.diſtin.& petrum Romam exeuntem,& perſecutionem fugientem iuſſit tacite redire,dum Petro interroganti; Domine quò vadis? reſpondit; vado Romam iterum crucifigi,vt habetur in.c.per venerabilem.§. sane,qui filii ſint legit.vbi dicitur,Volens petrum Dominus ad locum,quem elegerat, reuocare, reſpondit:iterum venio Romam crucifigi,vt dixi; non quia ipſe Dominus vellet iterum crucifigi,ſed vt petrus rediret in urbem,& ibi pro Chriſto crucifigeretur.Et ſic hoc modo Chriſtus in Petro dicitur crucifigi.c.nulli.iii.quæſtio.i.& in.d.§.ſane,ubi dicit Hoſtien. ꝙ vrbs Romana effuſione ſanguinis Petri,qui fuit Vicarius primus,ſacta eſt altera Hieruſalem,adeo ꝙ per talem effuſionem voluntas Dei ſuit,vt ille locus firmaretur,& conſecraretur pro eccleſia ſancta,quæ eſſet caput,& domina omnium eccleſiarum,& probatur clare in.d.c.ſundamenta,de electio.in.vi. adde Bald.in aucten.quas actiones.C.de ſacroſanctis eccleſiis.ubi dicit, quòd eccleſia Romana dicitur tribus, ideſt omnium mater, & regina. Atque iccirco Romæ potius, quàm alibi uoluit

dominus

dominus eccleſiæ ſuæ caput ſtabilire,vt vbi erat caput ſuperſtitionis,ibi caput quieſceret ſancti
tatis,& vbi gentilium principes habitabant,illic eccleſiarum principes morerentur,vt in c. bea-
ti.ii.q.vii.adduco tex.in c.ſin.lxxxix.diſt.vbi dicitur quòd eccleſia militans diuinitus eſt exem-
plata ab eccleſia triumphante. Sed non poteſt Romanus pontifex eccleſiam Romanam aliò trãs
ferre,vt per Archid.in.c.rogamus.xxiiii.q.i.& in d.c.ſundamenta,de electio.lib.vi. De facto ta-
men tranſlata ſuit per Clementem.v.vltramontes,& ibi durauit longo tempore. Itaqueex ſu-
pradictis negari non poteſt,quòd papa ſit caput eccleſiæ,tanquam vicarius Chriſti,in quem col
lata eſt plenitudo poteſtatis,vt eſt expreſſum in d.c.rogamus.xxiiii.q.i.c.ad Romanam.ii. qõ.vi.
Immo dicere contrarium eſt hæreticum,vt dixi.& per tex.qui ſingulariter ad hoc allegatur in c.
i.iuncta glo.xxii.diſt.Et notabimus,quòd ſolus petrus inter apoſtolos à Chriſto immediate or-
dinatus,& factus fuerit Epiſcopus.& de hoc vide in c.porro.lxvi.diſtin.& ſancto petro pontifi-
catus in eccleſia datus eſt,vt in cap.in nouo teſtamento.xxi.diſtin.& Chriſtus petro inquit: Si-
mon Ioannis diligis me? paſce oues meas.Ioannis vlti.poſt quæ verba cum nulla alia legantur, p
quæ alii apoſtoli à Chriſto immediate facti intelligantur epiſcopi,neceſſario videtur dicendum,
quòd ſolus petrus inter apoſtolos à Chriſto immediate ſit epiſcopus ordinatus.Alii vero apoſto
li à petro mediate,vel immediate,ſolo vel cum alio,vel cum aliis ſint epiſcopi facti, vel ordinati.
Quod authoritatibus,& rationibus patet: primo per tex.in.d.c.porro.lxvi.diſt.vbi dicitur.por
ro,& Hieroſolymitanus primus archiepiſcopus beatus Iacobus,qui iuſtus dicebatur, & ſecun-
dum carnem frater domini nuncupatus eſt,à petro,Iacobo,& Ioanne ordinatus eſt, ſucceſſorib.
ſuis formam dantibus,videlicet,vt minus quàm à tribus epiſcopis episcopus non ordinetur.Ex
quo apparet,quòd iſte apoſtolus non à Chriſto immediate,ſed à Petro cum aliis apoſtolis fuerit
ordinatus:& per conſequens verum eſt,quòd non omnes apoſtoli à Chriſto immediate ſunt or
dinati epiſcopi.&.d.c.in nouo teſtamento,dicitur,quòd in nouo teſtamento,poſt Chriſtum do
minum à petro ſacerdotalis cœpit ordo.i.pontificalis,& ſoli petro commiſſa eſt cura paſtoralis.
Item paulus,& Barnabas fuerunt ordinati à beato petro,vt patet.Act.xiii. Dixit eis ſpiritus ſan-
ctus: ſegregate mihi paulum & Barnabam in opus,ad quod adſumpſi illos. Tunc ieiunantes, &
orantes,imponentesque eis manus dimiſerunt eos:vbi glo.imponentesq́ue eis manus dicit, in
modum ordinandorum.Quòd vero tunc fuerint ordinati,vide text.in.c.quod die.lxxv.diſtin.
Aduerte,quòd legitur Matth.xviii.Quæcunque ligaueritis,ſed per illud non ſunt ipſi facti Epi
ſcopi: quia petrus per ſimilia verba.& etiam maiora,Matth.xvi.quodcunque ligaueris,non fuit
factus Epiſcopus.Nec etiam per illud Lucæ.xxii.hoc facite in meam commemorationem, facti
ſunt epiſcopi,ſed ſimplices ſacerdotes.Dicitur etiam Ioannis.xx.Quorum remiſeritis, &c. Sed
nec per iſtud ſunt ordinati epiſcopi,quia cum ordinatio epiſcopi ſit diſtincta ab ordinatione ſim
plicis ſacerdotis,& in ordinatione ſimplicis ſacerdotis dicitur ab Episcopo quemlibet ordinan
do; Accipite spiritum ſanctum: quorum remiſeritis,&c.non eſt veriſimile, quòd per illa verba
proprie,& præcise facta fuerit ordinatio episcoporum primorum,qui fuerunt ſummi ſacerdo-
tes,quia & in lege erat alia ordinatio ſimpliciũ ſacerdotum,alia ſummi:& verba ſacramentalia,p
lata à miniſtro ſunt eiuſdem virtutis in effectu ſacramentali euchariſtiæ,in qua verba illa,hoc eſt
corpus meum,proferuntur:atque illud efficiunt,quod effecerũt Chriſto ea dicente.Si ergo Chri
ſtus dicendo illa verba, Accipite ſpiritum ſanctum,feciſſet apoſtolos epiſcopos,qui iam erant fa
cti ſacerdotes in cœna,quo ad characterem ſacerdotalem,per illa verba,hoc facite, &c.eis data in
traditione panis,& calicis; pari ratione epiſcopus dicens illa verba.ſ.accipite ſpiritum sanctum,
quorum remiſeritis,&c.quia ille iam factus eſt ſacerdos per verba ſibi dicta in traditione calicis
cum pane,& vino,faceret eum epiſcopum:quod eſt abſurdum ſecundum Cardinalem ſancti Six-
ti in Summa ſua libro.ii.c.xxxii.Item Thomas,qui præſens non erat illis verbis, non fuiſſet fa-
ctus epiſcopus.Item,quòd per neutra verba ſcilicet hoc facite, &c. & quorum remiſeritis, &c.
ſint facti epiſcopi,patet & in creatione humani generis,in qua vt eſſet maior vnitas, Deus ex vno
homine fecit omne hominum genus,vt dicit pau.Act.xvii. Ergo ſimiliter videtur ad conſideran
dam eccleſię vnitatem,quòd Deus non fecerit ſimul plures epiſcopos,à quibus alii deriuarentur
ſed vnum primum,à quo cæteri fierent. Et Moyſes legiſlator non fecit ſimul plures epiſcopos,
ſed vnum tantum,ſcilicet Aaron,à quo omnes alii immediate proceſſerunt. Videte ergo, quòd
iſte fuit proceſſus in ordinatione epiſcopali ſecundum vnam opinionem,ſcilicet quod petrus fue
rit ſolus epiſcopus à Chriſto factus ante aſcenſionem:poſt ſpiritus ſancti autem miſsionem, ſiue
ipſa prima die dominica,ſiue alia,ſolus petrus fecit Ioannem epiſcopum,deinde petrus conſecra
to Ioanne fecit Iacobum Zebedei,quibus tribus factis,tunc ordinauit petrus,quòd deinceps nõ
ordinaretur epiſcopus niſi à tribus epiſcopis,vt in dicto cap.porrò.Et ad oſtendendum formam
huiuſmodi,ipſe cum duobus prædictis ordinauit Iacobum:vt in dicto.c.porrò,licet ꝓpter pau-
citatem epiſcoporum,quando apoſtoli fuerunt non potuit hæc forma ſemper ſeruari. Ideo pau
lus ſolus Timotheum,& Titum ordinauit epiſcopos,qui ſeparatus à Barnaba non habebat in ſo
cietate ſua epiſcopos,niſi quos poſtea fecit:ratio aũt,quare filii Zebedei fuerũt prius à petro in epã

copos ordinati, eſt; quia illi poſt Petrum fuerant maiores, & hnnorabiliores, & hos cum Petto Chriſtus præ ceteris præferebat; vt patuit in transfiguratione, in ſuſcitatione filiæ archiſynagogi, in oratinne in horto, Matth. ix. xvi. xvii. & Chryſoſt. ſuper illud; Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem, dicit; hos aſſumpſit, quia aliis potiores erant. Ex prædictis apparet, falſam gloſſam eſſe d. c. porro. lxvi. diſt. quæ dicit, quòd à principio, & in primitiua eccleſia omnes apoſtoli erant ſimplices ſacerdotes, & tamen poterant conſecrare Epiſcopos, nam Mnyſes ſimplex ſacerdos fuit, & tameu cooſecrauit Aaron in pōtificem; neque tunc erat differentia inter epiſcopum, & ſimplicem ſacerdotem. c. olim. xcv. diſt. quia conſiderandum eſt, quòd Moyſes, licet nō eſſet ſacerdos viſibiliter cum Aaroo, qnem fecit pontificem, vt habetnr Leuiti. vii. & xxi. diſt. c. i. erat tamen dignior aliis, & virtute maiot iu omnibns; quia in illis ordinibus nō erat character, nec illi ſacerdotes habebant claues, ſed tantummodo offerebant pro populo, & erant mediatores; quod multo melius faciebat Moyſes. Sicut ergo Moyſes conſecrauit Aaron io pontificem, & filios in ſimplices ſacerdotes, à quo qnidem Aaroo deriuatus eſt pontificatus, Nume. xx. Sic & Chriſtus per ſe immediate fecit Petrnm Epiſcopum, à quo poſtea pontificatus deriuatus eſt; & fecit alios apoſtnlos ſimplices. d. c. io nouo teſtamento; vbi dicitur; poſt Chriſtum dominnm à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo pontificatus in eccleſia dei datus eſt. ſed tu vide. infra ad finem capituli. Vnitas item eccleſiæ requirit babere vnum caput, à quo dona fluāt. facit tex. in c. ita dominus. xix. diſtin. & Abel ſuit primus ſacerdos, quooiam io Abel, io quo dicitur eccleſia incæpiſſe, videtur ſacerdocium habuiſſe exordiū in populo dei, cum ipſe in ſcriptura ſancta ſacrificium domino acceptum obtuliſſe legatur primus, Gen. ii. Vode Augnſt. ad Oroſium ſcribens dicit, tria maxime iuſtitiæ præconia in Abel fuiſſe comprobantur, virginitas ſcilicet, ſacerdotium, & martyrium; in qnibus Chriſti figuram primus geſsit: Sed in lege ſcripturæ Aaron fuit initium, qui iubente domino victimas obtulit ſacerdotales. c. cleros. xxi. diſ. Vode vero nnmen eccleſiaſticorum gradnum ſnmatur, videbis in d. c. cleros.

Dixi ſupra in iſto tractatu de pnteſtate eccleſiaſtica, & de pleniſsima poteſtate ſacri ſummi Romani pontificis, & allegaui illam diuinam autboritatem; Tu es Petrns, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, &c. Iſta verba aurea, & pluſquam gemmea refert beatus Gregorius in c. præcepris. xii, diſt. Itaque Chriſtus dominus ſuper petrum vniuerſalem fundauit eccleſiam: & quatuor modis verificatur prędicta concluſio, vno modo ratione profeſsionis fidei, qua præ cæteris petrus Chriſtum confeſſus eſt dicens; Ego dico, quòd tu es Chriſtus filius Dei viui: vt ſit ſenſus, ſuper petram. i. confeſsionem petri: qua dixit Chriſto; Tu es filius dei viui; & c. ſuodauit eccleſiam vniuerſalem. Et hoc modo beatus Auguſt. de verbis domioi exponit illud Matth. xvi; Tu es petrus, & ſupet hanc petram ædificabo eccleſiam, dicens; Tu es petrus à petra dictus, quam confeſſus es, quam cognouiſti dicens: Tu es Chriſtus filins dei vini: & ſuper hanc petram. i. ſuper me ipſum filium dei, ædificabo eccleſiam meam. Secundo modo poteſt explanari dicta concluſio. ſ. quòd io petro fuerit fundata eccleſia ratione primitatis confeſsionis fidei, quia. ſ. ipſe fuit primus, qui in nationibus fidei fundamenta poſuit; & hanc rationem aſsignat beatus Ambroſius; & babetur in c. fidelior. l. diſt. vbi ſic ait; petra enim dicitur. ſ. petrus, eo qnòd primus in nationibus fidei fundamenta poſuit. Tertio verificatur iſta cooclusio videlicet, quòd in petro eſt vniuerſalis eccleſia ſundata, ratione. ſ. magiſteri, doctrinæ, veritatis, indeclinabilitatis, auctoritatis, de qua Chriſtus ait petro, Lucæ. xxii. Et tu aliquaodo conuerſus confirma fratres tuos. Et aduerte, quia poſt cænam ante paſsionem Chriſtus tradidit eccleſiam petro, ne quandin Chriſtus eſſet in ſepulcbro deſolata maneret, orbata capite, & paſtore. Conceſsit enim hanc prærogatiuā Cbriſtus petro, & in petro apoſtolicæ ſedi, vt ipſa tanquam saxū immobile, totius corporis Chriſtiani compagem, molemque contineat, vt inquit Ambroſins. vnde Gregorius io regiſtro ait; Quis neſciat ſanctam eccleſiam in apoſtolorum principis ſoliditate firmatam; qui firmitatem mentis traxit ex nomine, vt petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur; Tibi dabo claues regni cœlorum. cui rurſum dicitur: Et tu aliquando conuerſns confirma fratres tuos, vt dixi. Quarto modo poteſt verificari prædicta concluſin videlicet, quòd super petrum Chriſtus vniuerſalem eccleſiam fundauit, ratione ſcilicet originis ſacerdotalis ponnficatus, qui ab ipſo petro in nono teſtamento videtur habuiſſe originem, vt in d. c. in oouo teſtamento. xxi. diſt. ioc. dicenti: In nouo teſtamento poſt Chriſtum dominum à petro sacerdotalis cœpit ordo, ipſi enim primo datus eſt pontificatus in eccleſia Dei. Hic ergo ligandi atque ſoluendi poteſtatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Itaque ſuper petrum vniuerſalem eccleſiam Chriſtus dicitur ædificaſſe, quò ad illos, qui credituri erant in Chriſtum; eccleſia enim hoc modo dicitur continue ædificari, vt dictum eſt.

Sed eſt aduertendum, quòd ſolus Chriſtus dicitur fundamentū eccleſiæ, ſicut primarium, & maximum ſundamentum, & à quo ſalus dependet totius ædifiii, petrus vero, ſicut ſecundarium. Vel dicendum inxta ſanctum Thomam in expoſitione epiſtolę ad Corintb. ꝙ duplex eſt fundamentum, vnum quidem, quod per ſe habet ſoliditatem, ſicut rupis aliqua, ſupra quam ædificium

ficium conſtituitur. Et huic fundamento Chriſtus comparatur: ipſe enim eſt petra, de qua dicitur Matth.vii. Fundata enim erat ſuper firmam petram. Et de hoc dicit Apoſtolus in auctoritate præſata, quòd fundamentum aliud nemo poteſt ponere, &c. Aliud autem eſt fundamentũ, quod habet ſoliditatem non ex ſe, ſed ex alio ſolido ſubiecto; ſicut lapides, qui primo ſuperponuntur petræ ſolidæ. Et hoc modo Apoſtoli dicuntur eſſe fundamentum eccleſiæ, quia ipſi primo ſuperædificati ſunt iuxta Chriſtum per fidem, & charitatem; & ſuper eorum doctrinam alii ædificantur, Apoſt. ad Epheſ. Superædificati eſtis ſuper fundamentum Apoſtolorum: inter quos beatus Petrus quanto ſingularius præ cæteris Chriſtum confeſſus eſt, & regni cœleſtis clauibus donatus eſt; tanto excellentius præ cæteris Petri, & fundamẽti nomen, & honorem ſortitus eſt. Itaque cum dicimus Petrum fundamentum eccleſiæ, non ea ratione ponimus, quaſi dator ſit gratiæ, (hoc enim modo dignitas fundamenti ſoli Chriſto conuenit) ſed his rationibus, quæ ſupra aſsignatæ ſunt à ſanctis doctoribus. De hoc vide Cardin. ſancti Sixti in cap. præcepis Apoſtolicis. xii. diſtin. vbi notanter loquitur more ſuo. Et beati Petrus, & Paulus æquales fuerunt meritis, licet gradu differentes, vt in cap. beati Petrus, & Paulus. ii. quæſt. vii. & præcellunt, & eminent inter vniuerſos Apoſtolos.

Sed hîc ad propoſitum noſtrum aliqua de ſacerdotio dicamus. Sacerdotium, quod fuit in lege naturæ, fuit ex humana inſtitutione; ratio enim naturalis dictat, deum eſſe colendum, & ei eſſe offerendum: vnde tunc primogeniti ſacerdotes inſtituebantur, vel alii propria voluntate offerentes officium ſacerdotis exercebant. Sed ſacerdotium in lege naturæ erat imperfectum, quia gratia perficit naturam. In lege naturæ initium sacerdotii Abel ſuit, in lege vero ſcripturæ Aaron, quanquam Melchiſedech prior obtulit ſacrificium, ſed ſpontanea voluntate. Melchiſedech non erat nomen proprium viri, ſed dignitatis, quilibet enim Rex Hieruſalem vocabatur Melchiſedch nos dicimus Melchiſedech, Hebræi Melchiſedech. vide in c. xiiii. Gen. & vide Caietanum in pſalmo incipiente, Dixit dominus domino meo. Itaque Aaron obtulit victimas domino eo iubente. Tertium ſacerdotium eſt à Deo inſtitutum, in lege Euangelica datum, & ordinatum miniſterio Chriſti, qui fuit deus, & homo. Et hoc eſt ſacerdotium gratiæ, & ſacerdotium perſectum: quod poteſt dici ſacerdotium magnum in comparationem imperfecti, vt dixi; quia gratia perficit naturam; & ſacerdotium perfectum in comparationem ſacerdotii legis Moſaicæ; quia illud erat ſacerdotium figuratiuum: figura autem ceſſat adueniente veritate. Itaque ſacerdotium in lege Euangelica eſt ſacerdotium verum, & perfectum; & ſacerdos legis Euangelicæ eſt verus, & perfectus; ad ipſum enim pertinet ſacrificium offerre pro peccatis populi, & orare pro populo, & ipſius vota, & preces deo offerre, & ſacramenta miniſtrare, per quæ confertur gratia, quæ omnia ſanctificationem important. Vnde ſacerdos medius dicitur inter deum, & populum. Sub hac autem ſacerdotali dignitate cõprenditur omnis eccleſiaſticus ordo, & dicemus, quòd triplex eſt ſacerdotium nouæ legis, maguum, maius, ſimplicis presbiteri. Magnum dicitur, vt dixi, reſpectu ſacerdotii legis naturæ, & reſpectu ſacerdotii legis ſcripturæ. Sacerdotium maius eſt ſacerdotium Epiſcoporum, tum quia in ipſis eſt ordo ſacerdotalis, ſecũdum quandam perfectionem, quia perfectum vnumquodque dicitur, cum poteſt aliud ſibi ſimile producere, quoniam ad eos pertinet diſpenſare ſacramentum ordinis, tum etiam quia eis competunt aliquæ actiones, quæ non poſſunt competere aliis ſacerdotibus, ſicut conſecrare virgines, manus imponere, cõfirmare. &c. vnde ſi alii ſacerdotes adminiſtrant quinque ſacramenta, ipſi adminiſtrant ſeptem. Iſtæ autem inæqualitates omni tempore videntur fuiſſe, nam apud gentiles ſecundum Iſidorum in libro Ethim. minores sacerdotes dicebantur flamines, & maiores archiflamines In veteri teſtamẽto Aarõ erat maior ſacerdos, vt diximus, ſub quo erant filii eius minores ſacerdotes miniſtrantes ſub eo. In nouo teſtamento Chriſtus inſtituit maiores sacerdotes duodecim Apoſtolos, quibus ſuccedunt epiſcopi, & ſeptuaginta duos diſcipulos, quibus ſuccedunt ſacerdotes. Et sacerdotium maximũ eſt sacerdotium ſummi Pontificis, qui eſt uicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri, ut ex ſupradictis cõſtat, & de sacro summo pontifice multa diximus in iſto primo cap. & in toto iſto libro, & in cap. xvi. Sed tex in. c. in illis. lxxx. diſ. dicit iſta verba: in illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis doctores erant, epiſcoporum primates, uel patriarchas beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum cauſas epiſcoporum, & maiora negocia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tum minores eſſe tenebant, quàm memoratos primates, Archiepiſcopos inſtitui præcepit. In ſingulis vero reliquis ciuitatibus ſingulos, & non plures epiſcopos conſtitui præcepit, qui episcoporum tantum vocabula ſortirentur, quoniam neque inter ipſos apoſtolos par fuit inſtitutio, sed vnus præfuit omnibus. Nota à tempore Petri eſſe limitatas prouincias, quod eſt notandum. facit etiam tex. In cap. rogamus. xxiiii. quæſt. i. & Apoſtol. inſtituit Titum in Archiepiſcopum Cretæ, vt In. c. i. ad Titum. Et Timothæus erat prima in eccleſia Epheſina, & in tota illa prouincia, vt in. c. iii. ad Timotheum. Sed notabis etiam, quod beatus Aug. in quodam ſermone dicit; Petrũ itaq; fundamentũ eccleſiæ dominus nominauit; & ideo digne hoc fundamentũ colit ec

cleſia, ſuper quod eccleſiaſtici fundamenti altitudo conſurgit. Ipſi etiam ſancti Apoſtoli quantū
cunque eſſent à Chriſto immediate vocati, & inſtituti; communi tamen approbatione recogno
uerunt Petrum ipſorum caput, principem, & magiſtrum, & per conſequens totius eccleſiæ. Sibi
enim ſoli dictum eſt in Ioanne; Tu vocaberis Cephas: qui licet Petrus interpretetur ſecūdum
vnam linguam; tamen ſecundum aliam caput exponitur. Vnde ſtatim aſſumpto Chriſto in cœ-
lum Petrus tanquam eius ſucceſſor, eccleſiam regere cœpit, dum ad complendum duodenarium
numerum Apoſtolorum, loco Iudæ præuaricatoris ex verbis prophetæ alium inſtituit; & ſubro
gari fecit. Ipſe etiam in Ananiam, & Saphiram vxorem eius, tanquā princeps Apoſtolorū, mor-
tis ſententiam promulgauit; quia mentiti fuerant ſpiritui ſancto. Ipſe ſolus in Simonem magum
ſententiam damnationis pronunciauit, licet non ei ſoli, ſed omnibus cōmuniter pecuniam ob-
tuliſſet. Quæ omnia & plura alia, quæ adduci poſſent, ſatis oſtendunt, quòd omnes alii Apoſto-
li, & diſcipuli, licet à Chriſto immediate poteſtatem habuerint, Petrum tamen ſemper recognoue
runt in dominum, & magiſtrum. Itaq; typus eccleſiæ in Petro; & ex omnibus colligite quòd pa
pa in eccleſia habet plenitudinem poteſtatis; & vide doctiſſimum Card. S. Sixti in tractatu illo
ſuo de authoritate papæ, cap. i. Sed non deſunt, qui arguant, Apoſtolos reliquos parem poteſtatē
accepiſſe à Chriſto immediate. Altera quidem opinio eſt dicentium, quòd ſolus Petrus immedia
te poteſtatem accepit à domino: probant ex tex. in d. c. in nouo teſtamento. xxi. diſt. vbi dicitur;
Petro primo pontificatus in eccleſia dei datus eſt: in ſpeciali autem intellige, quo ad poteſtatē or-
dinis, non ſacerdotalem; hanc enim poteſtatem ſacerdotalem conſtat habuiſſe omnes Apoſtolos
immediate à Chriſto in cæna dicente; Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis,
quo ad actum celebrandi miſſas; & poſt reſurrectionem, quo ad actum abſolnendi in ſacramen
to pœnitentiæ; Accipite ſpiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c.
Sed Epiſcopalem probant ex conſecratione Iacobi, & Pauli, ac Barnabæ. Iacobus enim ordina-
tus fuit Archiepiſcopus Hieroſolimitanus à Petro, Iacobo, & Ioanne. c. porro. lxvi. diſt. ſed di
cit ibi glo. quòd dicti tres Apoſtoli viſibili vnctione cōſecrauerunt Iacobum; quia is prius erat
inuiſibiliter vnctus à domino. Et dicunt, quòd in cæna, vel per illa verba, Io. xx. Sicut miſit me
pater, & ego mitto vos; accipite ſpiritum ſanctum, &c. & vt in d. c. in nouo teſtamento dicitur;
cæteri Apoſtoli cum Petro parem honorem. & poteſtatem acceperunt, & in eorum loco ſurrexe
runt Epiſcopi. Et concludunt, quòd Petrus, & Ioannes, & Iacobus intronizauerunt Iacobū ad
adminiſtrationem certi loci: prius enim erat Epiſcopus ſine titulo certo. Sed non poſſumus ne
gare, quòd Apoſtoli in quantum Apoſtoli, omnes fuerint æquales; vnde Cardinalis S. Sixti in
d. ſuo tractatu, c. iii, dicit; Apoſtoli inter ſe poſſunt comparari dupliciter primo inquantum Apo
ſtoli, & ſic omnes fuerunt æquales; alio modo inquantum oues Chriſti ab eo hic corporali con
uerſatione ſeparatæ, & ſic Petrus ſolus eſt paſtor, & reliqui Apoſtoli oues ſub illius cura.

Sed ex ſupradictis in toto iſto capitulo facile eſt videre, quòd Apoſtoli in quantum Apoſtoli
habuerunt poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis immediate ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto
iuxta illud Ioan. xx. ſicut miſit me pater, & ego mitto vos: & Matth. x. & Marci. iii. & Lucæ. vi.
& ad Galath. i. Paulus probat ſe Apoſtolum, quia neq; ab hominibus, neq; ab homine tam mittē
te, quàm docente eſt Apoſtolus. Quomodo autem verificari poſſunt hæc duo ſimul, quòd. ſ. om
nes fuerint pares in authoritate gubernandi eccleſiam, atq; à Ieſu Chriſto immediate eam habue
rint; & quòd Petrus ſolus fuerit inſtitutus paſtor vniuerſalis eccleſiæ, & maior authoritate ſuper
alios Apoſt. Sed modus varius dandi, & accipiendi poteſtatem clarificat veritatem; in petro. n. & à
petro inchoatur omnis eccleſiæ poteſtas, & deriuatur in totā eccleſiā via ordinaria. Et ſic eccleſia
vna ſub vnico tantum capite, Petro ſcilicet. Et habent Apoſtoli omnes immediate à Chriſto po
teſtatem ordinis, & iuriſdictionis, habentes ex gratia præueniente. Et vt clarius eluceſcant dicta,
ſcito quinq; eſſe differentias inter poteſtatem Petri, & aliorum Apoſtolorum. Prima eſt in modo
dandi, & accipiendi; quia Petro data eſt ordinarie, Apoſtolis aliis autem ex ſpeciali gratia, vt di
ctum eſt. Secunda eſt in officio, & ſequitur ex prima; quia Petrus factus eſt vicarius generalis
Chriſti: alii vero Apoſtoli facti ſunt legati, ſeu delegati, iuxta illud Pauli; legatione pro Chriſto
fungimur. Item ad Epheſ. legatione fungor in cathena iſta. Tertia eſt in obiecto poteſtatis, quia
aliorum poteſtas iuriſdictionis non erat ſupra ſe inuicem, ſed ſuper alios; petri vero poteſtas erat
& ſuper alios, & ſuper ipſos reliquos Apoſtolos, dicente ſibi ſoli Chriſto; paſce oues meas; in
quarum numero ſine dubio erant Apoſtoli; vbi Chryſoſt. dicit in perſona Chriſti ad petrum;
Loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum. Quarta in perpetuitate poteſtatis; quia po
teſtas aliorum Apoſtolorum finienda erat; quoniā data eſt eis in perſonis propriis, pro ſolis per
ſonis propriis, & non pro eorum ſucceſſoribus; petri vero poteſtas vsque ad conſumationem
perſeuerat: quia data eſt ſibi in perſona propria, non ſolum pro ſeipſo, ſed & pro omnibus ſuc-
ceſſoribus ſuis: quod ſancti doct. exprimunt ſub aliis verbis dicendo, quòd data eſt poteſtas pe
tro in perſona eccleſiæ. Et ex hac differentia oritur, quòd nullus eſt ſucceſſor Ioann. aut Iacobi,
nec etiam pauli Apoſtoli in authoritate Apoſtolatus vniuerſalis gubernationis eccleſiæ, ſicut

Apoſtoli

Apoſtoli gubernabant vbique, ſed ſuccedunt tantum in poteſtate ordinis, & regiminis vniuſceræ eccleſiæ, vt hodie ſuccedunt: Sed ſolius Petri ſucceſſor eſt, & dicitur Papa, vt patet in toto iſto capitulo. Ideo bene dicit tex. in. d. c. in nouo teſtamento, xxi. diſtinct. quòd epiſcopi ſuccedunt in loco Apoſtolorum Chriſti. Quinta eſt in ipſa eſſentia poteſtatis, quia authoritas communiter data apoſtolis fuit velut potentia exequutiua; vnde à Sancto Tho. vocatur authoritas gubernandi. Authoritas vero data ſoli Petro, quum factus eſt papa, dicente Chriſto: Paſce oues meas; eſt potentia præceptiua: & propterea vocatur à ſancto Tho. authoritas regiminis. Propter quod dixit ſanctus Thom. Paulus fuit par Petro in executione, non in anthoritate regiminis: ad Gal. c. ii. & ad Cor. xii. vide etiam ſanctum Tho. Dedit enim Saluator omnibus apoſtolis, vt exequi poſſent in eis, ad quos mittebantur, omnia, quæ poterat exequi Petrus, puta inſtituere eccleſias & epiſcopos, docere, excommunicare: Petro autem abſolute dedit poteſtatē omnium. Et ſic Paulus aliquo modo. i. executione erat par Petro, quantum ad defenſionem fidei. Et vt bene intelligas, aduerte. Epiſcopi habent officium prædicandi, & fratres prædicatores etiam habent officiū prædicandi, cum ad hoc inſtituti ſint, ſed differēter: quia epiſcopi ex propria anthoritate ordinaria hoc faciunt, fratres vero prædicatores authoritate Papæ delegantis eis in officium hanc prædicationis exercendæ poteſtatem habēt. de hoc videbis Cardinalem ſancti Sixti in. d. c. iii. & in c. iiii. Et Chriſtus eſt caput eccleſiæ, ad Epheſi. c. i. & Petrus caput, vt vicarius Chriſti; & Papa etiam caput, vt vicarius Chriſti, & ſic pro vno tātum capite reputantur. Notate bene omnia iſto capitulo contenta, quia gemmea, & aurea ſunt, & fundamentum totius ſacræ paginæ, & totius ſacri iuris Pontificii. & nota, ꝙ Paulus apoſtolus, Metropolitanus erat Corinthiis, vel vices metropolitani gerebat, ſuper eos, & quia vidit Corinthios negligentes circa correctionem fornicatoris ſua authoritate illum damnauit, vt prima, ad Corinthios. c. v. tradendo eum Sathanæ. Ioannes vero, quia epiſcopum Epheſiorum vidit paratum ad corrigenda vitia ſubditorum illum tantum de eorum correctione admonuit. vt in. c. per principalem. ad finem. ix. q. iii. in Apoca. c. ii. & Ioannes erat Metropolitanus; & videbis Card: Sancti Sixti. in. d. c. per principalem.

Dixi ſuperius, quòd eccleſiæ vniuerſali ſint claues datæ, Nunc notate veram intelligentiam; quia verus intellectus eſt, quod vniuerſali eccleſiæ datæ ſunt, claues non in omnibus membris eius, ſed in aliquibus membris eius tantum; & plenitudo poteſtatis data eſt illi in vno membro tantum, ſed principali, quod eſt caput in corpore, & eſt Ro. Pon. Et iſte eſt verus, & catholicus ſenſus, & quem habent ſancti doctores, cum dicunt claues datas eſſe vniuerſali eccleſiæ. Vnde de poteſtate ligandi, & ſoluendi peccata dicit beatus Ambr. lib. de pœnitentia; quòd ius ligandi, & ſoluendi ſolis ſacerdotibus eſt permiſſum. Et beatus Hieron. dicit; & habetur in glo. Matth. xvi. quòd datæ ſunt claues omni eccleſiæ in epiſcopis, & presbyteris. De poteſtatis vero plenitudine dicunt ſancti doctores, quos ſupra induximus, quòd ſoli Petro data ſit, & in eo Roman. Ponti. eius ſucceſſori.

Pro cuius intellectus pleniori notitia eſt ſciendum, quòd poteſtas clauium, vt colligitur ex apoſtolo tam. i. ad Corinth. xii. quàm ad Epheſi. iiii. ponitur inter gratias gratis datas, quas Chriſtus dedit corpori eccleſiæ, vnde ait; Dedit quoſdam paſtores, &c. gratiæ autem gratis datæ non ſunt ita datæ corpori eccleſiæ, quòd omnibus eccleſiæ membris ſint diſtributæ, ſed quibuſdam tantum aliquæ, & aliis aliæ. vnde ait apoſtolus. i. ad Corinth. xii. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Vbi dicit gloſ. gratias hic appellat diuerſos gradus, & ordines, qui ſunt in officiis eccleſiæ, Et inquit Apoſtolus, poſuit quidem Deus quoſdam in eccleſia, primum apoſtolos, ſecūdo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, & exinde gratias curationum opitulantes, gubernationes, genera linguarum: nunquid enim omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes habent gratiam curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nūquid omnes interpretantur? hæc apoſtolus, quaſi dicat non. Et ad Roman. xii. poſtquam dixit; Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra: ſequitur: Habentes donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differentes ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, &c. Ex quibus verbis Apoſtoli manifeſtum habetur, quòd huiuſmodi gratiæ non infunduntur, nec ſunt ſingulis membris eccleſiæ corporis communes, ſed infunduntur ſingularibus membris corporis particulatim, non autem vniuerſitati, aut communitati mēbrorum, Nullus enim doctus ignorat, quod talium gratiarum ſubiectum capax eſſe non poteſt ipſa communitas. Præterea notandum eſt, quòd propter vnitatem ipſorum membrorum in ipſo corpore eccleſiæ ipſum corpus eccleſiæ dicitur ſæpe recipere, habere, & exercere, ſiue operari, quæ officialia membra ſua, vel aliquod etiam vnum membrorum recipit, habet, aut operatur; licet illud tale conuenire nō poſſit toti vniuerſitati membrorum, nec proprie ueraciter poſſit dici de ea, ſed tantum per figuram ſynedochen denominando tutum à parte, ſicut in corpore naturali hominis exemplum eſt manifeſtum; homo enim criſpus dicitur, vel caluus, licet caluities, & criſpitudo vni tantum membro hominis. ſ. capiti inſint. Ita ſimiliter reperitur in corpo

ribus aliis per ſimilitudinem dictum; plura nanque attribuuntur vni populo, licet toti non conueniant, ſed tantum aliquibus illius populi. vnde gl. ordinaria ſuper illud Apoſt. i. ad Cor. x. ſedit populus manducare, dicit ſic; Populus. i. quidam de populo, totum pro parte ponit. Sic in ꝓpoſito propter vnitatem in corpore eccleſiæ multa, quæ quibuſdam tantum conueniunt, attributa leguntur ipſi toti corpori eccleſiæ, vt poteſtas miniſterialis clauium ligandi, & ſoluendi à peccatis, quæ ſolis ſacerdotibus conuenit, & in quibus ſubiectiue, & diſpenſatiue eſſe poteſt; dicitur eccleſiæ data, cuius membra ſunt ipſi ſacerdotes. vnde Ambr. vbi ſupra dicit; Ius ligandi, & ſoluẽdi habet eccleſia, quæ veros habet ſacerdotes; & ſimiliter de aliis actibus. Vnde Archidiaconus ſuper illud: Eccleſiæ charitas, de con. diſt. iiii. dicit; Eccleſia dicitur facere, quod eius miniſtri faciunt ſecundum inſtituta; puta paruulos baptiſmo offerre, baptizare; peccata dimittere. hæc ille. Propter præfatam etiam vnitatem corporis myſtici non ſolum dicitur eccleſia habere illud, qđ ſingulariter prælati in eccleſia habent, ſicut claues, & plenitudinem poteſtatis, quam ſolus papa habet: ſed etiam quod Chriſtus principale ipſius eccleſiæ caput habet. vnde B. Aug. tractans illud Apoc. ii. Qui vicerit, & ſeruat opera mea vſque ad finem, dabo poteſtatem ei ſuper gẽtes, & reget eas in virga ferrea, & vt vas figuli, comminuentur, ſic & ego accepi à patre meo, dicit: Sic in Chriſto habet eccleſia hanc poteſtatem, ſicut dicit apoſtol. Cum illo omnia nobis donauit. Vbi conſiderandum multum vtiliter venit ad vitandos multos errores, quòd cum aliqua legantur attributa eccleſiæ, eſt aduertendum reſpectu quorum, uel reſpectu cuius illa talia attribuantur ei: cum non omnia omnibus conueniant, ſed quædam quibuſdam, quædam aliis, & quædã vni: aliàs faciliter quis poſſet errare. Cuius conſiderationis defectus videtur nobis, ꝙ fuerit cauſa aduerſariis multorum errorum; vnde valde conuenienter venit hoc loco notanda illa regula, quæ ponitur in gl. Pſal. xvii. quæ originaliter eſt beati Aug. dicens; Attende regulam vnitatis capitis, & corporis; quaſi enim vna perſona eſt caput, & corpus: ideoque vna voce vtitur caput cũ membris: licet ea, quæ dicunt, ad diuerſa referantur, quædam. n. ſoli capiti conueniunt, quædã ſolis membris, quædam capiti, & membris. Item quæ membris conueniunt, quædam præteritis, quædam præſentibus, quædam futuris, quædam perfectis, quædam imperfectis conueniunt, & tamen in tãta diuerſitate vna vox eſt, & quaſi vna perſona loqui videtur. hæc gl. Ex quibus omnib. manifeſte patet, qualiter intelligendæ veniant omnes auctoritates ſanctorum dicentes, ꝙ eccleſiæ catholicæ datæ ſunt claues: quia non quidem in ipſa tota communitate, ſiue multitudine mẽbrorum, ſed in aliquibus tantum. ſ. in principalibus, vt in epiſcopis, & presbyteris, vt ait Hiero. & in iſtis, vt ſingularibus, non vt collegio; quoniam ſicut apertiſſime monſtratum eſt, in cõmunitate, ſiue vniuerſitate non poteſt eſſe ſubiectiue, nec diſpenſatiue poteſtas ligandi, & ſoluendi à peccatis; de qua auctoritates ſanctorum maxime loquuntur, vt patet ex ipſa litera, de hoc videbis Card. doctiſſimum S. Sixti in ſua ſumma, in tit. lxxii. lib. ii. & vltimo notabitis fratres mei chariſſimi ſententiam optimam circa poteſtatem eccleſiæ vniuerſalis, & circa ſupremam B. Petri poteſtatem, quia dominus noſter bene poterat dirigere Cornelium centurionem ad ſalutem æternã per pluræ media, & ſine medio beati Petri, ſed quia Petrus iam à domino erat inſtitutus caput eccleſiæ voluit eum dirigere ad ſalutem via ordinaria, & ſic intercedente, & mediante Petro, vt in c. x. actuum apoſt. ideo non tradas obliuioni doctrinam iſtam ſublimem, quando redarguere volueris hæreticos negantes ſupremam poteſtatem, & pleniſſimam beati Petri.

Quòd ad ſolum ſummum Romanum Pontificem ſpectat de fide, & hæreſi determinare. Cap. II.

INuictiſſime, clementiſſime Rex noſter per ſuperius dicta ad ſolum ſummum ſacrum Romanum Pontificem ſpectat de fide, & hæreſi determinare, & de his etiam, quæ pertinent ad vnitatem diuinæ eſſentiæ, & ad naturam humanam à Dei filio aſſumptam, & de hoc tractat Auguſtinus de Ancona in ſuo tractatu de poteſtate eccleſiaſtica, quæſtio. x. xi xii. xiii. Et per ea, quæ ſuperius diximus, dicendum eſt, quòd papa ſuccedit Petro in perſonali adminiſtratione, Chriſto autem ſuccedit in officio, vt in vniuerſali iuriſdictione: & reſeruata Deo videntur reſeruata Papæ eius vicario. de hoc videbis ſupra in. c. i. & in cap. xvi. infra in iſto libro. Et factum à papa, & à vicario Chriſti cenſetur factum à Deo, cuius locum papa tenet in terris. ita Panormit. in capitu. quanto, de tranſlatio. epiſco. Quamuis autem Petrus adminiſtrationem primo habuerit in Antiochia; poſtea tamen iubente domino Romam tranſtulit, vt in cap. rogamus. xxiiii. q. i. itaq; Antiochia primo cathedram epiſcopalem ſuſcepit, quæ poſtmodum Romam tranſlata eſt, vt capit. ſacroſancta Romana, & apoſtolica eccleſia. xxii. diſtinct. vnde ſingulariter prima apoſtoli Petri ſedes eſt Romana eccleſia. Quia vero papa ſuccedit Chriſto in officio, & vniuerſali iuriſdictione, quoniam Petrus (vt ſuperius dixi) in perſona omnium ſummorum pontificum recepit

vniuerſalem

vniuerſalem iuriſdictionem à Chriſto non in uno loco,nec in una gente ſingulariter, ſed vniuerſaliter in toto orbe,iuxta illud Matth.xvi. Tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcunq; ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis : & qnodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis.& Ioan.xx.Paſce,&c.ideo papa non ſolum habet,vt dixi,iuriſdictionem Romæ,ſed vniuerſaliter in omnibus eccleſiis totius mundi.Quantum verò ad officium,& vniuerſalem iuriſdictionem papa eſt epiſcopus uniuerſalis eccleſiæ,& epiſcopatus unus eſt,ſed quantum ad perſonalem adminiſtrationem ſingulariter eſt epiſcopus Romæ propter rationem iam dictam.Sed iterum eſt aduertendum,quòd ſedes Petri primitus Antiochiæ fuit,poſtea iubente domino Romam tranſlata eſt,ad quam cuncta maiora negotia diuina diſponente gratia iuſſa ſunt referri, ut in.d.c.rogamus.xxiiii.q.i.ut ab eccleſia Romana regulariter diſponantur,à qua ſumpſerunt principia, & inter apoſtolos ſolus Petrus primatum gerebat,ut dixi in c.præcedenti,& ut in.c.Paulus Petrum ii.q.vii.& uide Card.S.Sixti,in.c.in illis.lxxx.diſt.& uide S.Tho.in.ii.ii.q.i.art.vlt.

Quod papa,cum teneat primam ſedem, habet authoritatem congregandi concilium generale. Cap. III.

ITEM inuictiſsime potentiſsime Rex aduertendú eſt,quòd papa cum teneat primam ſedem, habet authoritatem congregandi concilium generale,ut fides catholica una , & uera radiet in dominico grege;quia conuocatio facienda eſt per maiorem partem uniuerſitatis , ut notatur in.l.i.ff.de albo ſcribendo,& in.l.ii.de decurioni.li.x.& in c.in ſynodo. lxiii.diſt. Et cum nemo ex Chriſtianis maior ſit, quàm papa,ideo ſibi competit conuocatio ad concilium generale , nam vniuerſalis eccleſia abſque papa eſt corpus repræſentatum ; ita Auguſt.in lib.ii.de doctrina Chriſtiana : cum papa ſit vicarius Chriſti in terris.c.ii.& iii.de tranſl.prælat.& concilium debet habere caput,& membra,ut in.c.ſubmittimur.xxi.diſt.& iii.diſt.c.regula.§.porrò. Sed ab omnib.cuſtodienda ſunt decreta,& ſtatuta ſanctorum patrum , & ſic omnes ſanctiones apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt,tanquam ipſius diuina uoce Petri firmatæ.c.ſic omnes.xix.diſt.& tolerandum eſt iugum,quòd à ſancta ſede imponitur,licet intolerabile uideatur , & quicquid Romana eccleſia ſtatuit,vel ordinat,ab omnibus obſeruandum eſt,ut in.c.enimuero.xix.diſtin.& miniſterii diuini ſe exortem intelligat,qui à ſoliditate Petri recedit,ut in.c.ita dominus.xix.diſtinct.facit tex.in c.hæc veſtræ.xi.diſtin.vbi litera dicit ; Hæc veſtræ indicimus charitati,vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatis exceſſu,quia multum poſt hoc eſſe non poterit,ſi quiſquam apoſtolicas regulas in aliquo crediderit eſſe negligendas. Et prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire,& à ſtatutis patrum nullatenus deuiare,vt in c.prima ſalus.xxv. q.i.facit tex.in.c. quæ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt utilitatem,nulla commutatione varientur humana. Et ab omnibus obſeruari debet,quod Romana ſeruat eccleſia,ut in.c.quis neſciat.ii.diſtinc.ridiculum enim eſt,& ſatis abhominabile dedecus,ut traditiones,quas à patribus recepimus,infringi patiamur.c.ridiculum.xii.diſtinc.facit tex.in.c.ſi ea.xxv.q.ii.vbi legitur ; Si ea deſtruerem , quæ antoceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor ; ſed euerſor eſſe iuſte comprobarer . Et decretales epiſtolæ vim authoritatis habent,& in canonicis ſcripturis decretales epiſtolæ connumerantur. c.ſi Romanorum & c.in canonicis ſcripturis.xix.diſtinct. & non eſt iudicandum per dicta Hieronymi , & Auguſtini omiſsis canonibus , vt in c.de libellis.xx.diſtinct.c. ſi ille .i. diſtinct. Et dicta ſanctorum an ſint neceſſario obſeruanda , dico , quòd ſi ſunt dicta non retractata, nec corrupta per eccleſiam , ſeruanda ſunt in his , quibus ſancti communiter conueniunt, vt in cap. ſancta Romana eccleſia. xv.diſtinct. Sed vbi inter ipſos ſunt opiniones , poſſumus tenere , quod volumus . Sed ſi reperitur diuerſitas inter dicta ſanctorum , & ſummorum Pontificum , dico, quod in expoſitionibus ſcripturarum ſtatur dictis ſanctorum , ſecus in deciſionibus cauſarum . Sed vbi tractatur de expoſitione neceſſaria, vt de ſacramentis, vel articulis fidei ; potius credendum eſt Papæ,quia Papæ fuit data poteſtas interpretandi legem dubiam, & non ſanctis , vt in c. per venerabilem , qui filii ſint legiti. & vide in c. nulli fas ; iuncta glo. xi.diſtinct. Et cui magis credendum eſt inter docto.eccleſiæ , vide notabilem glo. in c: vt veterum. ix. diſtinct.& videbis c.lviii.infra in iſto ſpeculo.& omnino vide ; quia ibi dilucidaui iſtam materiam,& explanaui multa . Et de his omnibus videbis Inno. & Compoſtel.& Panor.in d.c.ne innitaris,de conſtitutio. Et Papa habet plenariam poteſtatem etiam in concedendis titulis beneficiorum : Phili. Francus in c.ii.de præben.li.vi.& ſolus ipſe poteſt dare ius ad eccleſias vacaturas . Et qui tranſgreditur canones credens Romanam eccleſiam non habere poteſtatem condendi canones , vt hæreticus reputatur , c.nulli fas. xix. diſtinct. c.violatores.xxv. queſt.i. legitur etiam Prouerbi. xx. Non tranſgrediaris terminos , quos poſuerunt patres tui . Et non decet à capite membra diſcedere , ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequantur. c. non decet . xii . diſtinct. vbi etiam litera dicit ; Nulli verò dubium eſt , quòd Apoſtolica Romana eccleſia mater ſit om-

nium eccleſiarum, à cuius regulis nullatenus vos conuenit deuiare. Et omnia talia, quæ neq; ſanctarum ſcripturarum authoritatibus continentur, nec in conciliis epiſcoporum ſtatuta inueniũtur, nec conſuetudine vniuerſalis eccleſiæ roborata ſunt, ſine vlla dubitatione reſecãda exiſtimo, vt in c. omnia. xii. diſt. facit tex. in. c, in his. xi. diſt. vbi habetur; In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. facit etiam tex. in. c. eccleſiaſticarum. xi, diſt. vbi litera dicit; Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdã in ſcriptis, quaſdam verò Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus, quaſdam verò conſuetudine roboratas approbauit vſus, Itaque authoritate generali, vel ſpeciali eccleſia regitur, vt in. c, catholica eccleſia, ead. diſt. Et licet vniuerſalia concilia non niſi per Roma. Pontificem regulariter conuocanda ſint, nihilominus non eſt neceſſarium, vt ſuper illis præſentialiter interſit: ſed ſufficit, quòd legati, aut vicarii eius interſint: quod ex illo apertiſsime oſtenditur, quòd nulli octo conciliorum vniuerſalium, quæ in eccleſia, vt præſtantioris authoritatis, deſcribuntur, Romanus pontifex perſonaliter interfuit, ſed per legatos ſuos. Vnde Leo papa huius nominis primus ab Imperatore Chriſtianiſsimo Marciano ad Calcedonenſe concilium deuotiſsime inuitatus hac rõne inter alias ſe excuſauit, quod nullum inde exemplum à prædeceſſorib. acceperit. Imperatores olim congregabant eorũ authoritate concilium generale; deinde ſciẽdum eſt, quòd emanauerunt decreta, & iuſte, ut põtifices aut eorũ legati ex mandato ſpeciali ſolũmodo authoritatem haberent congregandi concilium: non tamen Imperatori ademerunt ius ſolicitandi, requirendi, & inſtandi, vt celebretur concilium vrgente neceſsitate. Et inſignia apoſtolicæ dignitatis ſunt hæc, vti veſtibus rubeis, palafredo albo, freno, & calcarib. deauratis. Et de hoc videbis Hoſt. & Card. & doc. ĩ. c. antiqua. de priu. & ibi de legato delatere, & de Card. monachó.

An ſit licitum deſiderare ſummum epiſcopatum, & pontificatum: & de illis, qui appetunt minores epiſcopatus ratione honoris, vel abundantiæ bonorum temporalium, *Cap. IIII.*

EPISCOPVS ſecundum Auguſt. nomen eſt operis, non honoris tantum, vt in c. qui epiſcopatum. viii. q. i. vbi litera dicit, Qui præeſſe, & nõ prodeſſe deſiderat, epiſcopari non debet. Sed in ſummo, & minori epiſcopatu tria poſſunt conſiderari, quorum vnum eſt principale, & finale. ſ. epiſcopalis operatio; per quam vtilitas proximorum intenditur, ſecundum illud Ioã. vlt. Paſce oues meas. Aliud eſt altitudo, & excellentia gradus, quia epiſcopus ſuper multos, & ſummus pontifex ſuper omnes conſtituitur, ſecundum illud Matth. xxv, Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, Tertium eſt, quòd conſequenter ſe habet ad iſta, reuerentia ſcilicet, & honor, & abundantia temporalium ſecũdum illud primæ ad Ti. c. i. Qui bene præſunt, dupliciter digni habeantur, Qua conſideratione habita eſt concluſio, ꝙ quoad principale, & finale ſignificatum epiſcopatus eſt nomen operis, non honoris, vt patet ex text. in. d. ca. qui epiſcopatum. Et ex eo, ꝙ dominus apoſtolos vocat operarios, quos miſit in vineam ſuam. Matth. xx. quibus ait illud Ioan. vi, Operamini cibum, qui non perit, ſed qui permanet in vitam eternam. & Lucæ. x. Meſsis quidem multa, operarii autem pauci. Itaque nomen epiſcopus ſuperintendens dicitur, & curam aliorum generens, vt dicitur in d. c. qui Epiſcopatum. Quantum verò ad alia, quæ minus conſideranda veniunt in epiſcopatu, bene eſt nomen honoris. Et ſic cõcludo, quòd epiſcopatus eſt nomen operis, & honoris; ſed vnum eſt principale, & finale, vt dixi, ſcilicet epiſcopalis operatio, per quam vtilitas proximorum intenditur. Sed vt plurimum hæc in tẽporibus iſtis infelicibus nõ reperitur, ſed vt dominus dicit de paſtoribus Iſrael, Eze. xxxiiii. quia paſcebant ſemetipſos; Non ne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis; gregem autem meũ non paſcebatis: quod infirmũ fuit, non conſolidaſtis, &c. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo ꝙ non eſt paſtor, & factæ ſunt deuorationem. Reuerendiſsimi epiſcopi audite verbum domini. hæc dicit dominus; Ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meũ de manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregem meum; nec paſcant paſtores ſemetipſos. Sed laudabile eſt deſiderare epiſcopatum: qđ originaliter habetur prima ad Tit. c. iii. & in c. iii. in. i. epiſt. ad Timoth. Et dicunt, ꝙ Timotheus erat primatus in eccleſia Epheſina; in qua erant multi epiſcopi inſtituẽdi: propter quod apoſtolus inſtruit Timotheum, qualis ſit inſtituendus in epiſcopum. Et eſt mortale peccatum recuſare epiſcopatum, cũ quis probabiliter credit ſe idoneum, vel ſaltem dubitat; quia eſt contra fraternã charitatem. facit ad hoc tex. in c. ſcripturis. viii. q. i. & qui abſcõdit frumenta, maledicatur in populis, qui abſcõdit doctrinam. Sed infirmitas impedit promouendum, ſi dubitatur de conualeſcentia; non tamen repellit iam promotum. ita doct. in. c. cum inter canonicos, de electio. Et ſtatus epiſcoporum eſt pfectior, quã ſtatus religioſorũ, vt in. c. vno. xviii. q. i. Ideo laudabile eſt, ꝙ aliquis deſideret trãſire ad ſtatum epiſcopalem, ſed non debet propter aduerſitatem gregem relinquere. c. ſuggeſtum cũ

duobus

duobus ſequen.vii.q.i.quia non omnis epiſcopus,qui dicit,pax vobis,eſt ſicut columba, ſed potius ſicut coruus audiendus.c.non omnis.eb.cau.& q.quia criminoſus epiſcopus magis eſt dicẽdus canis impudicus,quàm epiſcopus.c.qui nec.vii.q.i.cum debeat eſſe ſine crimine,vt alios poſſit arguere.c.n-mo.lxxxi.diſt.c.indicet.c.primum.xxv.diſt.vbi litera dicit; Quomodo.n.poterit alios corrigere,qui in ſimile corruit delictum.Et legitur,quòd qui eligitur in epiſcopum, debet eſſe ſine crimine,& ſine criminali infamia.de quo late in.c.ſi.&.c.ex literarum ſuarum.de tẽpo.ord.Et à quibus debeat eſſe immunis,qui in epiſcopum ordinatur,vide tex.notabilem in c.ſi.li.diſt.vbi concilium Toletanum.iiii.in.c.xviii.ſic loquitur;Qui in aliquo crimine detenti ſunt, qui infamię nota aſperſi ſunt,qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſsi ſunt,qui in hæreſim lapſi ſunt,vel qui in hæreſi baptizati ſunt,aut rebaptizati eſſe noſcũtur, qui ſemetipſos abſciderunt,aut qui naturali defectu membrorum minus habere noſcuntur,qui ſecũdæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt,aut numeroſa coniugia frequentauerunt,qui viduam,vel à marito relictam duxerunt,aut corruptarum mariti fuerunt,qui concubinas, aut fornicarias habuerunt.qui ſeruili cõditioni obnoxii ſunt,qui ignoti ſunt,qui neophiti,vel laici,qui ſecnlari militiæ deditı ſunt,qui curiæ nexibus obligati ſunt , qui inſcii literarum, qui nondum ad xxx. annos peruenerunt,qui per gradus eccleſiaſticos non aſcenderunt,qui ambitu honorem querunt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur,qui à deceſſoribus in ſacerdotium eligũtur . Itaq; à quibus debeat eſſe immunis,qui in epiſcopum ordinatur,docet ſacrum generale concilium Toletanum quartum in.c.xviii.Ideo poſtquàm ego poſſum eſſe certus de contentis in.d. ca. xviii.& in c.ſi.li.diſt.li.ite poſſum deſiderare epiſcopatum.& Apoſt.ad Tim.epiſt.i.c.iii.dicit:Siquis epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat.q.d.non eſt deſiderandus propter officii dignitatem, ſed propter annexum laborem,qui eſt ordinatus ad honorem Dei,& proximi ſalutem; vnde dicitur ab epi; quod eſt ſupra;& ſcopos,intentio;quia debet ſemper intendere ſaluti plebis ſibi cõmiſſę.& apoſt.in.d.c.iii.inſtruit Timoth.qualis ſit inſtituendus in epiſcopum.Ideo dixit,oportere epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.i.ſine notabili defectu,& integræ famæ,ſobrium in cibis, & potibus,ornatum in moribus,prudentem in agibilibus.pudicum.i.honeſtum in exteriori geſtu, hoſpitalem in pietatis actu,doctorem.i.habilem ad docendum,non uinolentum.i. ad potationẽ vini aſſuetum,non percuſſorem ex iracundia,ſed modeſtum per repreſsionem paſsionum, non litigioſum,ita quòd non ſolum ex ira non percutiat aliquem, vt dictum eſt, ſed nec etiam verbis iniurioſis contendat:non cupidũ,quia victus,& veſtitus debent eſſe diuitiæ Chriſtianorum , & maxime epiſcoporum:vnde dicitur ; Habentes alimenta,& quibus tegamur,his contenti ſimus ; ſuæ domui bene propoſitum.i.diligentem de bona prouiſione domus ſuæ, &c. Itaque de his omnibus poſſum ego eſſe certus,quia apoſtolus poſsibilia dixit : & ſic eſt licitum deſiderare epiſcopatum.& apoſtolus non dicit,qui epiſcopatum deſiderat,bonum deſideriũ habet, ſed bonum opus.ſ.vtilitatem plebis.Itaque ſi tu epiſcopatum deſideras,& ego deſidero ; hoc eſt, quòd deſideramus,quia bonum opus.Et quamuis episcopatus ſit dignitas magna,habet tamen ſummum laborem,& maximam ſolicitudinem ſibi annexam,ita vt potius appelletur opus , quàm dignitas . Itaque quiuis epiſcopatum licite cupit,ſi non propter dignitatem, ſed ꝓpter adminiſtrationem optat prodeſſe,& non præeſſe.Ne autem quiſpiam pronus ſit ad epiſcopatum deſiderandum,declarat apoſt.in.d.c.iii.qualem oporteat eſſe episcopum; quatenus episcopatum nemo affectet,niſi virtutibus ſupradictis ornetur.Sed nec ille deinceps ſacerdos erit,quem nec clerus , nec populus propriæ ciuitatis elegit,uel auctoritas Metropolitani,uel comprouincialiũ sacerdotũ aſſenſus non exquiſiuit.Quicunq; igitur deinceps ad ordinẽ ſacerdotii poſtulatus,& in his, quæ prædicta ſunt,exquiſitus,ſi in nullo horũ deprehenſus fuerit,& examinatus probabili vita,& doctrina extiterit;tunc ſcdm synodalia,uel decretalia cõſtituta cum omniũ clericorum, uel ciuiũ uoluntate ab vniuersalib.cõprouincialibus episcopis,aut certe à tribus in sacerdotẽ die dñico consecrabitur;conuenientib.cæteris,qui absentes sunt suis literis;& magis auctoritate, uel præsẽtia eius qui uere Metropolitanus episcopus eſt conſtitutus.Episcopus aũt cõprouincialis ibi consecrandus eſt,ubi Metropolitanus elegerit.Metropolitanus aũt non niſi in ciuitate Metropoli à comprouincialibus ibidem conuenientibus . Si quis autem deinceps contra prædicta uetita canon ad ſacerdotii gradũ indignus aspirare cõtenderit,cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periclo subiacebit.Sed iudicio meo,qui eſſet immunis à supradictis,non deſideraret epiſcopatum. Sed aduerte,quòd exemplo Petri eligendus potius eſt in prælatum,qui poſt caſũ penituit,quàm qui nunquam cecidit:quia talis per caſum suum aliorum infirmitatibus compati nouit.l. diſt.c. conſiderandum,& c.seq.ubi legitur;Fidelior factus eſt Petrus,poſtquam fidem se perdidiſſe defleuit:atq; ideo maiorem gratiã reperit,quàm amiſit,vt is,qui futurus erat paſtor eccleſiæ , in ſua culpa diſceret,qualiter alıis miſereri debuiſſet:& ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer alienas infirmitates toleraret.Et Prouerb.xi.dicitur : Qui abſcondit frumenta, maledicatur in populis ; benedictio autem super caput vendentium.Sed ille,qui eſt idoneus vita, & scientia ad episcopatum, uidetur frumenta spiritualia abscondere , ſi ab epiſcopatu se subtrahat.

Per hoc autem, ꝙ epiſcopatum accipit, ponitur in ſtatu frumenta ſpiritualia diſpenſandi, & peccat nolens acceptare dignitatem, ſi per alium non poteſt ita bene eccleſiæ prouideri, vt c. venerabilem, de elec. per Panor. & vide notabile dictum in c. ſi electio, de elec. in. vi. vbi dicunt doct. Electus poteſt non acceptare electionem de ſe factam, peccat tamen mortaliter recuſando, ſi putet ſe idoneum ad illam prælaturam. Allegant gl. in. c. in ſcripturis veſtris. viii. q. i. Tu intellige, quando alius idoneus deeſſet, vt per Io. And. ibi. & Anch. & Phil. Franc. hoc adde ad ea, quæ ſuperius diximus. Ergo videtur, ꝙ laudabile ſit epiſcopatum appetere, vt vituperabile ipſum refugere. & Greg. in paſtorali pr. parte. c. v. tractando de his, qui regiminis culmine prodeſſe exemplo virtutũ poſſunt, dicit; Quiſquis virtutibus pollens gregem Dei paſcere recuſat, paſtorem ſummum nõ amat. Et Chriſtus ait; Simon Ioannis amas me? qui cum amare ſe protinus reſpondiſſet, audiuit; Si diligis me, paſce oues meas; quia dilectio eſt teſtimonium curæ paſtoris. Sed deſiderare epiſcopatum ratione honoris, vel abundantiæ bonorom temporalium non eſt licitum, quia tale deſiderium pertinet ad ambitionem, vel cupiditatem. vnde contra phariſeos dominus ait; Amãt primos recubitus in cænis, & primas cathedras in ſynagogis, ſalutatiões in foro, & vocari ab hominibus rabi. Et dominus arguit diſcipulos primatum quærentes dicens; Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum. Per quæ oſtendit, ꝙ Ethnicorum eſt primatum appetere. Ideo primatum eccleſiæ concupiſcere nec iuſtum eſt, nec vtile; intellige, ſi idiota, & indignus appetat epiſcopatum. Sed deſiderare epiſcopatum ſine negociatione bonum & optimum eſt, ſi à viro digno deſideretur. Quis enim ſapiens vult vltro cum negociatione ſe ſubiicere ſeruituti, & periculo tali, vt det rationem pro omni eccleſia; niſi forte qui non timet dei iudicium? ideo locus regiminis deſiderantibus eſt negãdus, & fugientibus offerendus eſt, vt in c. in ſcripturis veſtris. viii. q. i. & non intelligitur ille abſcondere frumenta ſpiritualia, vt dixi, cui non competit ex officio; ſed ſolum tunc intelligitur, ſi negligat, cum ei ex officio incumbit; vel ſi officium, cum ei iniungitur, pertinaciter renuat. Sed ocium ſanctum quærit charitas, & epiſcopus in tabernaculo cum Moyſe vacare aliquando debet contemplationi. Sed non cõtinuæ contemplationis ſuauitas amplectenda eſt, vt ſubtrahatur, vel diminuatur iuſta neceſsitas proximorum. Cæterum cum grano ſalis, & ad vtilitatem proximorum vir perfectus, & prudens, bonæ vitæ, & conſcientiæ poteſt deſiderare epiſcopatum, vt dixi; & ſi inducitur ad petendum principaliter ad bonum publicum, nõ vt præſit, ſed vt proſit: vt quia videt eccleſiam viduatam deſtitui; neque eſt ſpes de proxima prouiſione; itaque ductus charitate mouetur ad enndum, & impetrandum: & tunc ſatis puto impetrationem licitam, & meritoriam. Hoc videtur optime probari in c. in ſcripturis, præalleg. vbi commendatur Eſaias, qui inſtante neceſsitate vltro ſe obtulit dicens, Ego mitto me. Et ex facto Eſaiæ appetentis, & Hieremiæ fugientis arguit ibi Grego. quòd ſicut toto deſiderio debemus occupationes fugere; ita, ſi deſit, qui prædicet, occupationis onus libenti neceſſe eſt animo ſubire. Et hoc caſu procedit dictum Archi. quod videbatur contrarium eis, quæ ipſe notat in c. ordinationes. pro hoc facit illud Euangelicum; Maiorem charitatem nemo habet quàm, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quid dicemus de ementibus, & vendẽtibus, & de illis, qui appetũt epiſcopatum indigne ratione honoris, vel abundantiæ bonorum temporalium, niſi quod à talibus ſuſcipitur magiſterium paſtorale in magna temeritate? quoniam ars eſt artium regimen animarum. Et ſunt nonnulli, qui intra ſanctam eccleſiam per ſpeciem regiminis gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, tranſcendere cæteros concupiſcunt: contra quos Dominus per ꝓphetam quæritur dicens; Ipſi regnauerunt, & non ex me; principes extiterũt, & ego ignoraui. Ex ſe autem, & non ex arbitrio ſummi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquã diuinitus vocati, ſed ſua cupiditate accenſi culmen regiminis rapiunt potius, quàm aſſequuntur. Et paſtorũ imperitia voce veritatis increpatur, cũ per prophetam dicitur; Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam: quos rurſum deteſtatur dñs dicens; Et tenentes legem, neſcierunt me. Et profecto hi, qui ea, quæ ſunt domini, neſciunt: à domino neſciũtur, Paulo atteſtante, qui ait: Si quis autem ignorat, ignorabitur. Et de hoc in euangelio Chriſtus; Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. & nemo quippe magis in eccleſia nocet, quàm qui peruerſe agens nomen, vel ordinem ſanctitatis habet. Itaque oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Tunc laudabile fuit epiſcopatum quærere, quando per hunc quenquã dubiũ non erat ad ſupplicia grauiora peruenire: Sed mens malignorum præeſſe volentium plerunq; ſibi ficta bonorum operum promiſsione blanditur. Ille igitur ad regimen debet venire, qui cunctis carnis paſsionibus mortificatis iam ſpiritualiter viuit, qui ꝓſpera mundi poſtponit, qui nulla aduerſa pertimeſcit, qui ſola æterna deſiderat; nam tantum debet actionem populi actio tranſcendere Præſulis, quantũ diſtare ſolet a grege vita paſtoris. Sit ergo cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ſingulis compaſsione ꝓximus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, bene agentibus per humilitatem ſocius, cõtra delinquentiũ vitia per zelum iuſtitiæ erectus, & miſericors, vt in c. omnes, qui iuſte iudicant. xlv. diſt. Ideo epiſcopus, & rector ſit operatione præcipuus, vt vitæ uiam ſubditis viuẽdo denunciet, & grex, qui paſtoris vocem, moresq; ſequitur, per

exem-

exempla melius, quàm per verba gradiatur: quia exempla magis mouent, quàm verba. de ementibus epiſcopatum, vide.j.in.c.de ſymonia.& vide tex.in.c.ſi quis pecunia.lxxix.diſ.& ibi videbis Card.S.Sixti, ſed contra gl.ibi, & contra Card.facit tex.in c.viii.Act.apoſ.vbi Petrus dixit Simoni. pecunia tua tecum ſit in perditionem, &c. Sit ẽt epiſcopus diſcretus in ſilẽtio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat. Nam ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſilentium hos, qui erudiri poterant, in errore relinquit. Sæpe nanq; rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere pertimeſcunt. Inter hæc quoq. neceſſe eſt, vt epiſcopus ſolerter inueſtiget; ne cũ cupido placendi hominibus pulſet, ne cum ſtudio ſe interiora penetrat, cum prouide exteriora ſubminiſtrat, ſe magis à ſubditis diligi, quàm veritatem quærat. hoſtis nanq; redẽptoris eſt, qui per recta opera, quæ facit, eius vice ab hominib. amari concupiſcit: ita beatus Greg.in paſtor.pli. Epiſcopi Græce, & Latine interpretantur ſpeculatores: nã quaſi ſpeculator epiſcopus eſt præpoſitus in eccleſia, eo ꝙ ſpeculetur, & ꝓſpiciat populorum infra poſitorũ mores, & vitã. Et aduertant quæſo deſiderantes epiſcopatũ, quia videtur præſumptuoſum, ꝙ aliquis præeſſe appetat ad hoc, quòd ſubditis præſit: quia prælatus ſecundũ gradum, & conuenientiã debet oẽs alios excedere, & in conuerſatione, & in contemplatione, ita vt in reſpectu ſui, alii ſint grex. & hanc idoneitatem de ſe præſumere eſt maximæ ſuperbiæ. Sed antiquitus laudabile erat epiſcopatum quærere, quando dubiũ non erat ad ſupplicia grauiora peruenire: vnde non de facili inueniebatur, qui hoc onus aſſumeret, præſertim cũ charitatis zelo ad hoc onus inuitarentur, vt iam dixi. Sed hodie, vt plurimum, non zelo charitatis, ſed honoris, & pecuniæ incitantur. Itaq; opus quidem bonum deſiderare licitum eſt, primũ autem honoris locũ concupiſcere vanitas eſt. Et deberent recordari de Apoſt. dicente ad Thim.c.iii. Oportet epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorẽ, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtũ, non litigioſum, non cupidum, ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Siquis autẽ domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit? non neophitum, ne in ſuperbiã elatus in iudicium incidat diaboli. Deberent etiã recordari de apoſtolo dicente ad Hebr.c.fi. Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis: ipſi.n.peruigilant, quaſi pro animabus veſtris rationem reddituri, & cum gaudio hoc faciant, & non gementes. oportet aũt & illũ teſtimonium habere bonũ ab his, qui foris ſunt. Sed nullus epiſcopus propter opprobrium ſenectutis à paruulis, vel minimis eruditis, ſi quid forte eſt vtilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. Itaq. non erubeſcat epiſcopus diſcere à minimis ca. nullus.xxxviii.diſt. quia non licet ſacerdotibus ignorare canones.c.nulli, eadem diſt.& ibi in.c.omnes. videbis, quæ oportet ſcire eũ, qui epiſcopus eſt ordinandus.& in.c.quæ ipſis, dicuntur, quę ſint ſacerdotibus neceſſaria ad ſciendum, quia ꝓpheta ait; Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. bene facit tex.in.c.ignorantia.xxxviii.diſt. Et vacãte ſede, & quærentibus omnibus pontificatum per fas, & nefas, non licet viro ꝓbo, & digno quærere pontificatum adhibendo promiſſiones, etiam ꝓpter hunc finem, vt in ſede poſitus eccleſiæ proſit, & illam reformet. ita doctiſſimus Caietanus in.iii.Tho.in quæſt.de ſymonia, ubi late hũc paſſum examinauit. An licitum ſit deſiderare, appetere, & procurare epiſcopatum, vel põtificatum, vide infra in c.nono ad fi. ubi multa uidebis, & adde ad ea, quæ ſuperius diximus de mente Caietani. Et de materia præſentis capituli vide ſanctum Tho.in ſecunda ſecundæ.q.clxxxv.

Regibus, & Principibus omnibus conſilium datur. *Cap. V.*

CIRCA aſſumptionem alicuius ad epiſcopatum aliquid conſiderandum eſt ex parte eius, qui aſſumitur, & aliquid ex parte eius, qui aſſumit. Ex parte.n.eius, qui aſſumit uel eligendo, vel prouidendo, requiritur, ꝙ fideliter, ac digne hæc miniſteria diſpenſet; quæ quidem diſpenſari debent ad vtilitatem eccleſiæ, ſecundum illud primæ ad Corin.xiiii. Ad ædificationem eccleſiæ quærite, ut abundetis. Non autem digne miniſteria hæc hominibus cõmittuntur, ꝓpter eorum remunerationem, quam expectare debent in futuro. Et ideo ille, qui debet eligere in Epiſcopum, uel de eo prouidere, non tenetur aſſumere meliorem ſimpliciter, quod eſt ſecundũ charitatem: ſed meliorem quò ad regimen eccleſiæ, qui.ſ. poſſit eccleſiam & inſtruere, & defendere, et pacifice gubernare. Vnde contra quoſdam Hiero. dicit, ꝙ quidam non quærũt eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant eccleſię prodeſſe, ſed quos plus ipſi amant, uel quorũ sunt obſequiis deliniti, uel dediti, uel pro quibus maiorum quiſpiã rogauerit. Et ut deteriora taceam; quot, ut clerici fierent, muneribus impetrarunt? Hoc autem pertinet ad acceptationem perſonarum, quæ in talibus eſt graue peccatum. unde ſuper illud Iacob.ii. Fratres mei nolite in perſonarum acceptione, &c. dicit gl. Aug. Si hanc diſtantiam ſedendi, uel ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus, non eſt putandum leue peccatum in perſonarũ acceptione habere fidem domini gloriæ. Quis n. ferat eligere diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore, et ſanctiore? Ex parte aũt eius, qui aſſumitur, non requiritur, ꝙ reputet ſe aliis meliorem; hoc.n.eſ-

ſet ſuperbum,& proſumptuoſum;ſed ſufficit,quòd nihil in ſe inueniat,per quod illicitum ei reddatur aſſumere prælationis officium. Vnde licet Petrus interrogatus eſſet, an dominum plus cæteris diligeret,in ſua reſponſione non ſe prætulit cæteris,ſed ſimpliciter reſpondit,quòd Chriſtũ amaret. Et licet dominus in Petro ſciret eſſe idoneitatem gubernandi eccleſiam eum de ampliori dilectione examinauit,ad oſtendendum,quód vbi alias inuenitur homo idoneus ad eccleſiæ regimen,præcipue attendi debet in ipſo eminentia diuinæ dilectionis. Et multi ædificant parietes,id eſt inſtituunt imperitos: ſequitur tex. & columnas eccleſiæ ſubtrahunt: columnas, id eſt peritos.ita tex.in c.gloria,& ibi gloſæ. xii.q.ii.Sed aduerte,quia electio eſt periculo eligentis.glo. in c. Valentinianus.lxiii.diſtinct. & electores non excuſantur ſi voluerint allegare ignorantiam eligendo indignos,vt per Alberic.in.l.qui cum alio.ff.de regu.iuris,& in l.eum, qui certarum.§. cum pure.ff.de verbo.obligatio.& mala electio eſt in culpa.inſti.quibus mo.re contrahi. obliga. §.prætorea. & C. de periculo nominatorum.l.i. & ii.libro.xi.Sed vide ad propoſitum in c. viliſſimus.i.q.i.& omnino vide.& vide S. Thomam in ſecũda ſecundæ in q.clxxxv art.iii.Et qui precellit ſcientia,& ſanctitate,eſt cæteris melior;& non eſt aſſumendus ad epiſcopatum, niſi qui eſt cæteris melior.ideo veſtra Maieſtas,quia patrona eſt omnium eccleſiarum Hiſpaniæ, vt dicam infra in c.lxiii. ſuper hoc aduertat:& quæ ad religionem Chriſtianam pertinent,regia, & ſacerdotalis defendat authoritas.c.res.xxiii.q.v.Et cognoſcant principes ſeculi deo ſe reddituros rationem propter eccleſiam,quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt.Et ille.ſ.deus ab eis rationem exigit,qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam tradidit.Itaqua ad Reges ſpectat defendere eccleſias, vt in c.principes.xxiii.q.v.& tenentur de omni manu calumniantium vi oppreſſos liberare.ita Hieron.ſuper Hieremiam;tranſumptiue in c. regum.xxiii.q.v.ideo quilibet Rex faciat diligenter ea, quæ ſuæ conueniunt dignitati,vt dicam.ĩ.in c.de Rege,& regia dignitate.Et de materia præſentis capituli vide infra in.c.nono ad fin.vbi concludo,ꝙ eligere vere dignum poſtpoſito digniori, non eſt peccatum mortale.

Quòd Epiſcopi,& Clerici ſunt diſpenſatores,& vſuarij. *Cap. VI.*

EPiſcopus eſt diſpenſator ;ideo ſibi,& ſuis primo neceſſaria miniſtrabit:reliqua, quæ ſuperſunt,fidelibus miniſtrentur.c.nulli epiſcoporum.ii.q.i.Et honeſte poſſunt donare conſanguineis egentibus,qui præferuntur aliis doct.& Panor.in.c.fi.de pecu.clericorum. Sed audite ad plenum.Miniſtri iuxta facultatem eccleſiæ inſtituuntur.c.i.ii.diſt.c. cũ M.de conſt.debet ergo titulus ad victum neceſſarium miniſtris ſufficere: & ſi illud ſibi ſufficiat, non quærat multiplicationem titulorum,quia tunc quæreret victum aliorum miniſtrorum,& minutionẽ cultus diuini; & hoc omnia abhorrent iura.Et ad confirmationem dico, ꝙ clericus non debet habere ex beneficio niſi victum,& veſtitũ;Apoſtoli doctrina eſt in.c.vi.ad Timot.in.i.epiſt.id etiam dicit Bal.in auct.excipitur,de bon.quæ lib.& Arch.in.c.i.xii.q.i.dicit,ꝙ clericus eſt tantum vſuarius:& non facit fructus ſuos,niſi pro vſu ſuo; & dicit,ꝙ moderate poterit dare, & non teſtari. Itaque habebimus pro vera concluſione,quòd conſtituti in ſupremis dignitatibus, aut in minoribus,aut in beneficiis curatis,aut ſine cura,ſunt vſuarii,& non vſufructuarii; propter quod dicit Apoſt.ad Timo.ut dixi: Habentes autem alimenta,& quibus tegamur,his contenti ſimus.& Archi.in.d.c.i.& in c.ſtatutum,ln,§.aſſeſſorem,de reſcrip.in vi.dicit,quòd clericus eſt vſuarius,non vſufructuarius: & quòd bona eccleſiæ debet diſpenſare in victu,& in miniſtris, & quod ſupereſt,dare pauperibus,aut expendere ad utilitatem ſuæ eccleſiæ:& aliud agere iniquum eſt;quia pauperes non debent fraudari ex facto clericorum,& Inn.in.c.indecorum,de æta.& qua.dicit,quòd bona eccleſiaſtica non ſunt in commertio clericorum,nec de eis poſſunt diſpenſare,niſi pro eorũ neceſsitate,& ſeruientium,& ꝓ pauperibus & Io.And.in.c.præſenti.de offi.ord.in.vi. dicit idẽ, & etiam Anch.& phil.Fran.vbi omnes concludunt,quòd clerici ſunt vſuarii, & non vſufructuarii,& quòd non habent liberã adminiſtrationem fructuum beneficii,niſi pro diſpenſatione, vt fidelis,& prudens diſpenſator:quia omne illud,quod tenent clerici,pauperum eſt:tex.eſt in.c.quoniam.xvi.q.i.& idem tenet Panor.in.c.cũ eſſes,de teſta.in.vi.&.vii.col. Et epiſcopus generaliter debet prouidere infirmos:aliter enim videtur eos interficere:tex.eſt in.c.paſce.lxxxvi.diſt.& nõ dicitur epiſcopus ille,qui non prouidet pauperes.tex.eſt in.c.fratrem.lxxxvi.diſt.nam epiſcopus eſt diſpenſator pauperum:tex.eſt in.c.quæcunq;.x.q.i.& in.c.epiſcopus.xii.q.i.Et non poteſt dare ſuis conſanguineis pauperibus,niſi victum,& veſtitum.c.quiſquis.xii.q.ii. & non debet dare, ita ut fraudet pauperes: quia dicit tex.in.c.ſi cupis.xvi.q.i.quòd non debent canes comedere panem filiorum,& tex.ibi pauperes uocat filios.Et donantes conſanguineis, ut eos efficiant diuites,peccant mortaliter.Et in hoc ſatis animaduertere debent perſonæ eccleſiaſticæ,quæ adminiſtrant patrimonium Chriſti.Nam quicquid habent epiſcopi,uel clerici ultra neceſſarium uſum, ut dictum eſt,uiolenter tenent,ita dicit glo.in.c.res.xii.q.i.& in.c.quod autem.xxiii.q.vii.inquit

S.Greg:

S.Greg.Bona etiam noſtra ſunt pauperum,& procurationem pauperum adminiſtramus,& om-
nis pecunia, quæ conſeruata eſt pauperum eſt; ita habetur in c.ſicut.xlvii.diſt.Et S.Ambr.dicit;
Quicquid habeo,pauperum eſt;vt habetur in.c.conuenior.xxiii.q.viii.Et aduerte,ꝙ decimæ ex
hibentur Deo in ſignum vniuerſalis dominii,clericis vero mandauit illas ſolui pro diuino officio.
Ex hoc nota,ꝙ decimæ non debentur principaliter pauperibus,ſed ipſis clericis:debent tamẽ qđ
ſuperfluum eſt,dare pauperibus,vt hic dicitur.& vide doct.in.c.tua.ii.in ordine.de deci. Et deci-
mæ ſunt de iure diuino,vt videbis in c.clxvi.in iſto ſpeculo,vbi explanauimus materiam decima
rum.Sed in eleemoſyna impendenda tenetur quis potius ſubuenire ſuis,quàm extraneis,vt in c.
non ſatis.lxxxvi.diſt.ita Panor.in c.cum in officiis de teſta.& in c.inquirendum,de pecu.cler. Et
epiſcopus debet eſſe hoſpitalis pauperum, ut dicit apoſt.ad Timo in.i.epiſt.c.iii.ſed neceſſe eſt,ut
ſe,& ſuam familiam alimentet,ut dictum eſt:& notatur etiã in c.clericos,& in c.paſtor.i.q.ii. Et
ſi habet bona ſui patrimonii,poteſt illa conſeruare,& expendere in uſus honeſtos,& uiuere ex re
ditibus eccleſiæ ſuæ.Doctrina eſt Inn.in.c.epiſcopus.de præb.Sed non debet theſaurizare,vt di-
cit Abb.& iſtud diſputauit Senis,ut apparet in quadã diſputatione ſua incip.Titius clericus.no-
tatur etiam.in.c.i.xii.q.iiii.Nec obſtat.c.paſtor.i.q.vii.loquitur enim ſecundum Innoc.quando
clericus vellet uiuere de beneficiis,& auare theſaurizare de patrimonio. Secus autem ſi uult con
ſeruare patrimonium pro ſuis hæredibus.Item ſcđm Hoſt.poteſt intelligi contrarium, quando
non deſeruit beneficio,& uult uiuere de reditibus beneficii augendo patrimonium proprium,
quia beneficium datur propter ſeruitium.Item notabimus,quòd papa maiorem habet authori-
tatem,& magis amplam in adminiſtratione bonorum eccleſiaſticorum,quàm alii clerici, ut not.
in.c.ita dominus.xix.diſt.& in.c.ad honorem.de vſu pallii.& Abb.in.c.conſtitutus,de reſcrip.di
cit; papa habet liberam adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum.Sed vide tex.in c. nõ liceat pa
pæ.xii.q.ii.& ibi Arch.Nec prælati poſſunt dare conſanguineis ſuis rẽ eccleſiæ in emphyteoſim
in perpetuũ,ſed ad tempus.Bar.in auct.quibuſcunque.C.de ſac.ſanct.ecc.de quo vide Cardi.in
clemen.i.§.Abbates.de exce.præl.ſed cognatis ſuis poſſunt dare in feudum,& emphyteoſim rem
eccleſiæ,modicam tamen: & maxime ſi ſunt pauperes,bonæ vitæ,bene meriti.ita Iac.de Beluiſo
in.i.conſti.ſeu.& hoc,quia ſine præiudicio eccleſiæ.& Bal.in auct.quibuſcunq;,dicit,quòd præ-
latus poteſt rem eccleſiæ concedere conſanguineis in emphyteoſim,& intelligit de rebus conſue
tis ſic alienari,aliàs ſecus.& tex.in d.c.epiſcopus,dicit; Si epiſcopus res eccleſiæ conſanguineis,
dederit eas pauperibus ſubtrahendo,ſit obnoxius concilio,& corrigatur.Et notãdum eſt,quòd
ſecundum canones,& concilia antiqua ex omnibus decimis,& oblationibus fieri debẽt quatuor
partes;vna pro epiſcopo,alia pro clericis,alia pro ſabrica,alia pro pauperibus.tex.eſt in c. conceſ
ſo.& in c.quatuor,& in c.de reditibus.xii.q.ii.& in c.i.xxv.q.i.Et vltra hoc epiſcopi tenentur ero
gare ſuperfluum pauperibus:& dico ſuperfluum omne,quod expenditur ſupra neceſſariũ vſũ.
Nec obſtat,ſi dicatur,quòd iura illa ſunt per contrariam conſuetudinem abrogata: quoniã non
conſuetudo,ſed abuſus eſt;quia non poſſunt abrogari canones quò ad id,quod eſt iuris diuini;
hoc eſt,quòd epiſcopi ſint patres pauperum,& templorum ſuorum reparatores,quo ad fabricã,
& ſuppellectilem.Itaque mortaliter peccat,ſi ea,quæ eis ſuperfluunt de bonis eccleſiaſticis,pau
peribus,& eccleſiis non largiantur.quia quando reditus ſunt pingues,& abundantes, tanta bo-
na ſunt ſuæ fidei commiſſa,vt diſtribuenda: & tunc ut communia bona cenſenda uidentur. Ita
quòd epiſcopus male diſpenſans,& illi ad quos bona illi perueniunt,tenentur ad reſtitutionem;
& iniqua eſſet lex decimarum in nouo teſtamento,ſi ultra honorabile ſtipendium miniſtrorum
Dei tanta rerum affluentia vni deputaretur cum damno totius populi; niſi pater pauperum exiſti
maretur.Et ideo decimæ epiſcopis datæ ſũt,quia oculata fide proſpiciebatur,eos eſſe patres pau
perum.ita Card.S.Sixti ubi ſupra.Ideo dixit Ambr.in c.eſt probanda.lxxxvi.diſt. Eſt probanda
& alia liberalitas,ut proximos ſeminis tui ne deſpicias,ſi egere cognoſcas:melius eſt enim ut ipſe
ſubuenias tuis,quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere,aut alicui poſtulare ſubſidium ne-
ceſſitatis:non tamen,vt illi ditiores fieri uelint,ex eo,quòd tu potes conferre inopibus,neq;.n.ꝓ
pterea te Deo dedicaſti,ut illos diuites faceres,ſed ut tibi uitam perpetuam fructu boni operis
acquiras,& pretio miſerationis peccata tua redimas,putant ſe parum poſcere,præmium quærũt
tuum,& accuſant,quòd eos diuites non feceris,cum te velint illi parentes æternæ vitæ fraudare
mercede.Conſideranda eſt etiam in largiendo ætas,atque debilitas,nonnunquam & verecundia
quia grãdis culpa eſt,ſi fidelis egeat,& dabis ei præſertim,qui egere erubeſcit. Videbis de hoc to
tam diſt.lxxxvi.& præcipue tex.in.c.paſce.Itaque aduertant ſanctiſſimi epiſcopi,quod ſi neceſſi
tas immineat pauperibus erogandi,ſuperflua cura eſt,& inordinata emere poſſeſſiones, quod do
minus prohibet dicens: Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.Ita S.Thom.in ſua q.clxxxv.artic. vii.
quod nota pro ædificatione collegiorum.Et quæ ſit iſta neceſſitas horũ determinatio relinqui-
tur humanæ prudentiæ.Ideo ad epiſcopatum non eſt aſſumendus,niſi ille,qui eſt cæteris melior;
& diſtributor tenetur ad eligendum meliorem ad regimen eccleſiæ,ut dixi ſupra:ita S.Tho.in.d.
ſua q.art.iii.& qui præcellit ſcientia,& ſanctitate eſt cæteris melior.& ait Ambr. exponendo ſan

ctum Lucam; Non eſt minus crimen denegare pauperibus, quod abundat, quàm tollere poſsidētibus. & ſubdit; Panis, quem retines, pauperum eſt; & nudorum eſt veſtimentum abſconditū; & redemptio eſt miſerabilium abdita pecunia: Et quia ob peccatum hodie non eſt qui viuat ſecundum doctrinam apoſtoli, neceſſe eſt, vt populus Chriſtianus oret, vt ſui epiſcopi non ſint ex eis, quibus in die iudicii dicet Chriſtus; Hoſpes eram, & non recepiſtis me. Dicit etiā Bernardus. Honorati ambulant miniſtri Dei ex bonis eius, cui non retribuunt honorem, & alibi: Quodcunque ex altari detines vltra quotidianum vſum, & veſtimentum neceſſarium, non eſt tuum, ſed ſacrilegium, & rapina. addit etiam: Præſides, vt prouideas, conſulas, cuſtodias, procures, & diſtribuas tempore ſuo, vt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Deus ſuper familiam ſuam: ſed non, vt diſsipes; & ſi multum accepiſti, multum dabis: & ſi parum, illud diſtribue: nā qui in modico fidelis eſt, ſupra multa conſtituitur, & in gaudium domini ſui intrabit. Et paſtores eccleſiæ debent Deum præ cæteris hominibus diligere, Ioannis vlt. & debent ſubditos paſcere triplici pabulo. ſ. veritatis verbo, vitæ exemplo, & temporali ſubſidio. Ideo maxima maturitate epiſcopus eligendus eſt. Accedat ad hoc tex. ſingularis in c. Archidiaconum Florentinum. lxxxv. diſtin. vbi Greg. ſcribit Ioanni epiſcopo ſic dicens; Florentinum Archidiaconū eccleſiæ Anconitanæ, qui ad epiſcopatum fuerat electus, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere, ſed ita ætatis ſenio iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non poſsit aſſurgere. Adiiciunt etiam illum ita tenacem exiſtere, vt in domo eius amicus nunquam ad charitatem introeat. Ruſticus autem diaconus eiuſdem eccleſiæ, qui ſimiliter electus fuerat, vigilans quidē homo dicitur, ſed quantum aſſeritur, Pſalmos ignorat, Florentinum vero diaconum eccleſiæ Rauennatis, qui ab omnibus electus memoratur, ſollicitū eſſe nouimus, ſed qualis ſit interius, omnino neſcimus. Ideoque fraternitas tua vna cum fratre noſtro coepiſcopo Armenio ſupraſcriptæ eccleſiæ Anconitanæ viſitatore illuc feſtinet accedere, & diligenter de vita, ac moribus ſingulorum requirere, ſi nullo crimine ſint cōſcii, quod eos ad hoc officiū vetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc quod de præfato Archidiacono dictum eſt, quia nunquā amicus eius domum ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habeat: & vtrum ex neceſsitate, aut ex tenacitate talis ſit: aut ſi ita eſt ſenex, vt ad regendum non poſſit aſſurgere: vel ſi tactis ſanctis Euangeliis, ſicut nobis nunciatum eſt, iuſiurandū præbuerit, nunquam ſe ad Epiſcopatum accedere. Sed etiā de Ruſtico diacono quantos pſalmos minus tenet, ſcrutandū eſt. Florentino aūt diacono Rauennati ſi nullum (ſicut diximus) crimen eſt, quod obſiſtat, apud epiſcopum eius neceſſe eſt agere, vt ei debeat ceſsionem concedere, non tamē ex noſtro mandato, vel edicto; ne contra ſuam voluntatem eam concedere videatur. Et vide S. Tho. in quolibeto vi. & vide tex. & doct. in. d. c. non liceat Papæ xii. q. ii. & Pau. ad Corinth. epiſt. i. c. ix. dicit; Bonum eſt. n. mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Aduertant ſanctiſsimi epiſcopi. Itaq; non licet beneficiato de bonis eccleſiæ vltra victum ſobrium, & decentem ſibi vſurpare, vel ex eiſdem cognatos diuites facere. ita papa Adrianus in. 4. ſo. 34. An prælatus eccleſiæ ſit dominus prouentuum eccleſiæ, dico, ꝙ prælatus eccleſiæ non eſt dominus prouentuū eccleſiæ, ſed ſolū procurator. Bona. n. non dantur eccleſiæ intuitu perſonæ: ſed ſeruitii Deo exhibendi. ad hoc habetur. c. fraternitatem. de don. vbi epiſcopo Pariſienſi, Alexander tertius ſic ſcribit. Fraternitatem tuam credimus non latere: ꝙ cum epiſcopus. & quilibet prælatus eccleſiaſticarū rerum ſit procurator, & non dominus, & quæ ſequuntur. idem habetur. xii. q. i. c. expedit. xvi. q. i. quoniam. quicquid. & de verb. ſig. c. cauſa. & c. cū ex eo. de elect. lib. vi. Papa vocat beneficia patrimonium crucifixi. præterea ſi prælatus ſit dn̄s fructuum eccleſiæ, ſequitur ꝙ terras eccleſiæ poteſt dare conſanguineis: vel ex fructibus collectis emere terras conſanguineis licet peccaret: quē admodum prodigus. conſequens eſt falſum: ut patet. xii. q. ii. c. quiſquis. vbi dicitur ꝙ irrita erit venditio; & epiſcopo vel monaſterio fiet reſtitutio, & prælatus hoc faciens abiiciatur tanquam qui diſperſit que non collegit. iſtud etiā habetur. x. q. ii. c. epiſcopus. Hoc tenet Alex. Alenſis, in 3. par. q. xxxvi. membro. v. B. Tho. ii. ii. q. xliii. art. viii. in materia de ſcandalo, in corpore quæſtionis. & Ricardus. xlv. diſt. iiii. art. iii. q. i. in ſolutione ad primum. & canoniſtæ ex patrum auctoritatibus, & eccleſiæ agminatim hoc ſequuntur. vnde Arch. in. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. lib. vi. de reſcrip. dicit quòd hæreticum eſt dicere in iure, quòd eccleſiaſticus acquirat ſibi dominium verū fructuum prebendæ, vel eccleſiæ. quem Dominicus illic inſequitur. & prolixius in. c. præſenti. de off. ord. hoc preterea tenet. Ioannes de lign. in cle. gratiæ. de reſcr. & pano. in. c. cum eſſes. & Hoſt. in tit. de pœn. & remiſ. & Panor. in. c. cum ſcd̄m. de præb. vbi poſtquam allegauit do. Innoc. in. c. cum ſuper. de cau. poſſ. & propr. tenentem Chriſtum eſſe dn̄m fructuum eccleſiæ. & poſt uaria allegata corolarie infert, dicens; hoc eſt contra prælatos reputantes ſe dominos, & doctiſsimus ille Innoc. tertius in præfacto. c. cum ſcd̄m. beneficia vocat in textu patrimonium Ieſu Chriſti.

Ideo clericus vel prælatus prodige eccleſiæ bona cōſumens, tenetur reſtituere omnia, quia iſta eſt ratio naturalis, & eſt intentio veriſimilis fundatori. Et eſt intentio papæ, & eſt intentio ſāctorum, & eſt cōmunis ſchola doctorum, ideo dixit B. Hiero. in. c. i. xlii. diſt. aliena rapere conuincitur qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. Legitur etiam in. c. i. xliiii. diſt. tibi inquit o ſacerdos;

dos ; de altari viuere non luxuriari permittitur.& in c.gloria.xii.q.ii.dicit Hieron.amico rapere quippiam furtum eſt : eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt.& B.Bernardus tractans verba apoſtoli, habentes autem alimenta,& quibus tegamur, his contenti ſumus, diffinit, ꝙ quicquid vltra ſuſtétationem neceſſariam retinetur, rapina eſt: immo ſacrilegium: grauius eſt furto,& reſtituẽdũ. item in concilio Carthaginenſi quarto legitur, vt in.c.epiſcopus.xiiii.q.i.canonici non poſsidẽt ſua : quia res Deo oblate non ſunt alicuius, vtuntur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis: ſed tanquã ad diſpenſandum ſibi creditis, ꝙ ſit contra communem ſcholam doct.diximus in iſto.ca.& vide Alex.de Ales, in.iii.par.& vide Ricardum: cuius verba pono. Quo ad fructum eccleſiæ clerici ſolum vſum habent, non proprietatem, et ergo ſolo victu contenti eſſe debent, pensato ſtatu,& dignitate perſonæ : totum vero reſiduum loco & tempore eſt pauperibus erogandum. S. Tho.ii.ii.q.xliii.ar.viii.querens an temporalia ſint dimittenda propter ſcandalum: in corpore quæſtionis ſic reſpondet. Circa temporalia bona diſtinguendum eſt, aut enim ſunt noſtra, aut ſunt nobis ad conſeruandum pro aliis cõmiſſa : ſicut bona eccleſiæ cõmittuntur prælatis,&c. hic manifeſte dicit prælatos non eſſe dominos bonorum eccleſiæ, ſed ſolum cuſtodes vel procuratores eorum, ad ea diſtribuendum in pios vſus. Et S.archiepiſcopus Florentinus in.iii.par.tit.xv.dicit ſic. Clericus non habet fructum eccleſiæ fauore ſui : ſed pro bono eccleſiæ,& pauperum facti ſunt adminiſtratores,& curatores, hoc idem tenet Henricus Gandenſis.viii.quolibeto, q.xxv.& vide beatũ Tho.ii.ii.q.clxxxvi.art.vi.vii.itaque bona omnium eccleſiarum, cum Chriſti ſint, merito etiam pauperum eſſe, neq; ulla ratione, aut poteſtate humana fieri poſſe, vt licite in alios vſus, quàm eccleſiaſticos,& pauperum expendi poſſunt,& redditus manifeſte excedentes honeſtam miniſtri ſuſtentationem, ipſi datos eſſe tanquam diſpenſandos in pauperes, igitur non putent miniſtri eccleſiæ de amplis,& abundantibus redditibus ſe poſſe, ut iam dixi.ſ. tanquam de propriis agere, neq; qui ab eis recipiunt, ſecuros ſe iudicent.& in diuino iudicio de hoc nulla excuſatio prætendi poteſt, ideo caueant hæredes bonorum clericorum,& præcipue epiſcoporum.

De ſcientia ſacrorum ſummorum Romanorum Pontificum,& ſanctiſſimorum epiſcoporum,& aliorum ſacerdotum. Cap. VII.

SVMMI pontifices,& epiſcopi debent habere notitiam noui,& veteris teſtamenti ; cum omnipotenti teneantur reddere rationem de fide ; de quo vide bonum tex.in.c. qui epiſcopus.xxiii.diſt.ubi litera dicit: Qui epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi natura ſit prudẽs, ſi docibilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi peruigil, ſi ſemper ſuis negociis canens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, uel acutus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus : & ante omnia ſi fidei documenta uerbis ſimplicibus aſſerat.i.patrem,& filium,& ſpiritum ſanctum vnum Deum eſſe confirmans, totamq́; trinitatis vnitatem, deitatem coeſſentialem,& conſubſtantialem,& coæternam,& coomnipotentem prædicans : ſi ſingulas quaſque in trinitate perſonas plenum Deum, et totas tres perſonas vnum Deum ; ſi incarnationem diuinam non in patre, neq; in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tantum credat, vt quia erat in diuinitate Dei patris filius, Deus verus ex patre eſſet,& verus homo ex matre carnem ex matris viſceribus habens,& animam humanam rationabilem, ſimulq́; in eo vtriuſq; naturæ.i.Deus,& homo, una perſona, unus filius, unus Chriſtus, unus Deus creator omnium, quæ ſunt,& auctor,& rector,& Deus cum patre, & ſpiritusancto omnium creaturarum, qui paſſus ſit pro ſalutæ noſtra uera carnis paſsione,& mortuus uera corporis ſui morte, reſurrexit uera ſuæ carnis receptione,& uera animæ reaſſumptione, in qua ueniet iudicare uiuos,& mortuos. Quærendum eſt etiam ab eo, ſi ueteris,& noui teſtamenti, ideſt legis,& ꝓphetarum,& apoſtolorum unum, eundemq́; credat auctorem,& deum uiuos, ac mortuos iudicaturum,& ſi diabolus non per conditionem, ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum eſt etiam ab eo, ſi credat huiuſmodi, quam geſtamus carnis,& non alterius reſurrectionem, ſi credat iudicium futurum,& recepturos ſingulos pro his, quæ in carne hac geſſerint, uel pœnas, uel præmia; ſi nuptias non prohibeat, ſi ſecunda matrimonia non damnet, ſi carnium perceptionem non culpet, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmate omnia peccata.i. tam originale peccatum contractum, quàm illa, quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittantur, ſi extra eccleſiã catholicam nullus ſaluetur. Cum in his omnib.examinatus fuerit inuentus plene inſtructus, tũc cum omni conſenſu clericorum,& laicorum,& conuentu totius prouinciæ episcoporum, maxime Metropolitani, uel auctoritate, uel præſentia, ordinetur epiſcopus. Suſcepto in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti epiſcopatu non ſuæ delectationi, non ſuis moribus, ſed his patrum diffinitionibus acquieſcat. facit tex.in.c.i.&.ii.lxii.diſt. Oporret.n.episcopum eſſe doctum. Et doctrina conſiſtit in diſciplina correctionis, in ſermone prædicationis, in diſciplina, ut corrigat ex charitate,& cum lenitate, non ex odio, nec modum excedat in correctione, sed ſi exceſſerit, veniam

non

non cogitur à ſubditis poſtulare: ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas; & tamen petẽda eſt venia ab omnium domino, qui nouit eos, quos plus iuſto forte corripitis: quanta beneuolẽtia diligatis. tex. in. c. quãdo. lxxxvi. diſt. vbi etiam legitur: In doctrina vero ſacræ ſcripturæ auctoritatem debent epiſcopi proferre, non ſæcularium literarum peritiam oſtendere; non. n. eſt epiſcopalis officii grammaticam exponere: nec laudes Iouis perſonent in ore pontificis. Et vt clarius loquamur, dico de mente doct. in c. cum in cunctis. de elect. ꝙ ſufficientia conſideratur ſecundũ qualitatẽ loci vbi habet epiſcopus vel ſacerdos viuere, & conuerſari, ſecundum qualitatẽ officii ſui. Ideo papa deberet habere maiorem ſcientiam reliquis, cum ſit præpoſitus, & caput totius Chriſtianitatis. Epiſcopi vero debent habere notitiam noui, & veteris teſtamẽti, cum omnipotẽti teneãtur reddere de fide rationẽ. de quo vide bo. tex. xxiii. diſt. in. c. qui epiſcopus. lxii. diſt. in. c. i. & ii. & legitur in. i. epi. Petri. c. iii. parati omni poſcenti rationẽ reddere de ea, quæ in vobis eſt fide, & Dan. xii. legitur: qui docti ſunt, fulgebunt, quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas eternitates. & in Eccleſiaſtico. c. xxiiii. dicitur. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt s qui elucidant me occulta. i. ſapientię miſteria in lege, & prophetis contenta fideliter exponendo vitam æternam habebunt in præmium. Item ſecundum Hoſtien. debent habere ſcientiam iuris canonici, cum ſecundum illam debeant iudicare, præſertim in cauſis matrimonialibus, vt in c. i. de conſan. & affi. Archiadiaconi vero, & præpoſiti debent ſcire iura ſecundum Inn. cum habeãt ſecundum illa iudicare. Sed hoc ego intelligo in his archidiaconis, & præpoſitis, qui habent iuriſditionem contentioſam; in illis vero, qui ſolum habent nudum nomen, vt archidiaconus, & præpoſitus, non requirerem talem ſcientiam, quia (vt dixi) ſatis eſt, vt habeant ſufficientem ſcientiã: & ſufficientes appellantur ſecundum qualitatem officii, & dignitatis ſuæ regionis. Et heremitæ magis indigent contemplatione, quàm ſcientia. ar. xvi. q. i. In. c. legi, epiſtolam. ſupplet. n. defectũ ſcientiæ perfectio charitatis, vt in. c. ii. de renun. Vnde dicit Inn. ꝙ in Abbate non requiritur magna ſcientia. & dicit Archid. in. d. c. legi; ſufficere ſibi, vt ſciat cantare, & legere. Collecta dicit hoc verum, niſi habeat curam animarum. Sed ego non video qualiter poſſet primum dictum ſaltem de iure procedere, cum quilibet Abbas habeat ſaltem curam fori pœnitentialis reſpectu monachorum ſuorum: de presbyteris vero dic, ꝙ debent ſcire canones pœnitentiales, & illa, quæ habẽtur in. c. quæ ipſis. xxxviii. diſt. Ex prædictis infertur, & ex tex. ſupradicto, ꝙ omnino illiterati nõ debent ordinari, & probatur hodie clarius in. c. fi. de temp. ord. li. vi. Si tamen ordinarentur, acciperent characterem ſecundum doct. quia ex quo quis eſt baptizatus, eſt capax cuiuſlibet ſacramẽti, vt in. c. veniens, de presb. non bapt. parum autem ſcientes non debent ꝓmoueri, niſi ſecundum Inn. ſint dociles. i. apti ad addiſcendum. Quod procedit ſcdm Hoſtiẽ. diſpenſatiue, & ex magna cauſa; quaſi non ſufficiat, quòd quis ſit docilis ad hoc ut promoueatur; & bene loquitur; & credo hunc intellectum habuiſſe Inno. Sed (vt dixi) conſideranda eſt multum qualitas loci: nam in præpoſito hominibus abiectis, & modicæ conditionis non requiritur tanta ſcientia, ſicut in eo, qui præponitur curæ magnorum virorum. concludit tamen Inno. vnum dictum notabile, quòd peccat acceptans dignitatem, uel officium, ſi non habet ſufficientem ſcientiam ad exercẽdum ea, quæ incumbunt illi dignitati, vel officio, & videtur hoc dictum probari vltra rationem naturalem, in c. Non eſt putanda, in fi. i. q. i. quia ignorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotib. Dei euitanda eſt, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt, vt in. c. ignorantia. xxxviii. diſ. & vide in c. illiteratos. xxxvi. diſt. Sed ſufficit mediocris ſciẽtia in clerico, vt in c. cum nobis olim de elect. Et vide glo. in. d. c. illiteratos. Vbi tex. dicit; Illiterati, & corpore vitiati non promoueãtur ad clerum. & ibi in eadem diſt. dicitur; Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, nõ bellis orationib. vacare. Et de ſcientia epiſcopi vide apoſtolum in. c. iii. ad Timo. & in. c. i. ad Titum. vbi multa de ſcientia epiſcopi. Et epiſcopus debet habere ſcientiam iuris canonici, cum ſecũdum illam debeat iudicare, & eſt ſcientia approbatiſsima, & liber Decreti eſt approbatus propter longã operis obſeruantiam. Et hanc rationem dilata, vt per Fely. & doct. in. c. ii. de reſcr. quibus adde Ioan. And. in. c. ex parte, de feu. vbi videtur firmare, quòd volumen Decretorum ſit approbatum, licet nõ dicta Gratiani. & ibi Panor. dicit, quòd ex quo liber Decretorum communiter, & à multis annis citra fuit publice lectus in ſcolis ſolenniſsimis, & continet in ſe rationem, & ipſius dicta communiter ſunt recepta, & allegata in tribunalibus pontificum, & principum, ab omnibus cuſtodienda ſunt. itaque dicta patrum, & pontificum, de quibus in Decretis, ſunt approbata, non quia in eo volumine comprehendantur, ſe authoritate ipſorum ſcribentium, quorum ſententiæ ſunt generaliter per eccleſiam approbate. c. i. xx. diſt. c. ſi Romanorum. xix. diſt. & c. ſancta Romana eccleſia, xv. diſt. Et Dominicus in. c. quis neſciat. ix. diſt. dicit, quòd dicta ſanctorum ſcripta in libro Decretorum ſunt ab eccleſia approbata, Et Arch. dicit, quòd liber Decretorum ab eccleſia eſt receptus, & approbatus quò ad authoritates, quas Gratianus inducit, non autem quo ad ſolutiones Gratiani; Vnde quædam poſſunt reprehendi ab illis, quibus veritas magis illuxit. Et opinio Archidiaconi præualet aliis, vt per Fely. in. c. canonum. de conſti. Quod quidem diuinum opus Eu

genius

genſus Pont.approbauit,& legendū publico gymnaſio conceſſit;quia fundamentū eſt iur.cano. Et quando fuerit facta compilatio decret.vide Alb.de Iuſt.C.confirmando ad fi.& vide Bella meram in prob.decr.vbi multa dixit. Et ſupradict.itaq; colligemus,ꝙ quando epiſcopi inſtituunt aliquem in beneficio,inſtituant perſonas idoneas obſeruando iura, vt in c.graue,de præb. & ſic intelligitur tex.in c.conquerente,de of.iudicis ordinarii,vbi dicitur, ꝙ apud ordinarium eſt libera diſpoſitio beneficiorum ſibi ſubiectorum. Habet etiam papa liberā diſpoſitionē beneficiorum,vt in c.ii de præb.in vi.Sed Rom.Pont.olim raro faciebat gratias beneficiales; vnde in vol.decr.non fatigamur in his;vt per Panor.in c.mandatū, de reſcr. Incæperunt demum dare primo rogando,poſtea præcipiendo,& executores dando:nec de facili grauabat papa eccleſiam, niſi de vno tantum;& in illis reſeruationibus ponebat clauſulam,ſi pro alio non ſcripſerimus, vel æquipollentem.facit tex.in c.conſtitutus,& c.capit. ſanctæ crucis, & c.ex inſinuatione,& c.mandatū, cum duobus ſeq.de reſcr. Procedente tempore à principio factæ ſunt gratiæ datis executorialibus c.pro illorum,de præb.c.propoſuit,de conc.præb.Demum tempore Inno.iiii.dabatur beneficium acceptandi.c.quia cunctis,de conc.præb.in vi.ad quod fortificandū addita eſt clauſula decreti irritantis clem.primi,de conc. præb.Sic in reſeruationibus nec vnam inuenies in vol.decr. vt notat Dominic.in c.duobus,de reſcr.Poſtmodum cæperunt generales,& ſpeciales reſeruationes ad certa beneficia.c.ii.de præb.in vi.facit tex.in extrauag.Execrabilis. Ideo cauebit ſanctiſſimus papa,& alii epiſcopi promouere ad ordinem ſacrorū,aut dare beneficiū homini indigno,neglecto digno;quia dignus eſt operarius mercede ſua.Et imponendo finem materiæ præſentis capituli allego tex.admirabilem in c.qui eccleſ.xxxvi.diſt.vbi litera dicit;Qui eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus,& temporū approbatione diuinis ſtipendiis non eſt eruditus, nequaq̄; ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat;& non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur,verumetiam ordinatores eius careant eo ordine,quem contra præcepta patrum crediderunt præſumendum.Ecce ꝙ ſacrarū literarum oportet epiſcopum habere peritiā:vnde in veteri teſtamento inter cætera ornamenta Pont.rationale ferebat in pectore,in quo ſcribebatur manifeſtatio,& veritas;quia in pectore pont.manifeſta debet eſſe cognitio veritatis.Hinc etiā vectes, quibus arca portabatur,ingiter annulis erant inſerti,vt cum arca eſſe portanda,nulla eſſet,vel fieret mora de intromittendis vectibus;quia prædicatores,per quos eccleſia circunfertur, ſacris literis ſemper debent inſiſtere,ne tunc quærant diſcere,cum ex officio alios debeant docere.Hinc etiam Dauid prius ex gratia ſpiritusſancti donū ſciētiæ percepit, & poſtea adminiſtrationē regni aſſecutus eſt.Salomon quoq; non diuitias,non longa tēpora huius vitæ,ſed ſapientiam à deo expetiit,& impetrauit.Hinc etiam Dominus prius poſuit verba ſua in ore ꝓphetæ, & poſtea cōſtituit eum ſup gentes,& regna,dicens ad Hiere.Ecce dedi verba mea in ore tuo,ecce cōſtitui te ſuper gentes,& regna.Hinc etiā Malach.Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem exquirūt de ore eius;quia angelus domini exercituū eſt.Hinc etiā idem Saluator noſter prius in medio doctorum ſedit audiens illos,& interrogans,& poſtea prædicare cæpit;quia prius quiſq; diſcere,& poſtea prædicandi officium vſurpare debet.Hinc etiam Salom.ait;Prius tempus tacendi,& poſtea loquendi;quia veritas prius tacendo diſcitur,& poſtea loquendo prædicatur.Hinc idē dominus ait;Qui audit,dicat, veni.Hinc etiā prius Apoſt.docuit, deinde eos ad prædicandū miſit dicens; Eſtote prudentes,ſicut ſerpentes;& ſimplices,ſicut colūbæ.Sic etiam poſt reſurrectionē prius illis ſenſum aperuit,& ſcripturas explanauit,& poſtea dixit eis;Euntes in mundū vniuerſum &c. Vnde cum de quinq; panibus quinq; milia hominū vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit;& poſt eos demū turbis appoſuit;quia ſacramenta legis, & ꝓphetarū prius diſſerēdo expoſuit,& poſtea eorū ſcientiā diſcipulis dedit,& p eos tandē illā fidelibus diſpēſauit.Hinc Pet.etiā cū rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait, Parati eſſe debetis reddere rationē omni poſcēti vos ſatisfactionē de ea fide,& ſpe,quæ in vobis eſt.Hinc etiā Paul.ſcribēs ad Tim.ait; Attēde lectioni,& exhortationi,& doctrinæ Ex quibus omnibus liquido colligitur,ꝙ non ſufficit prælatis bona conuerſatio,& morū honeſtas,niſi addatur ſcientia doctrinæ. Vnde ſacerdotes ingreſſuri templū tabernaculi prius lauabātur in labio æneo,quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum.Hinc etiā in canticis canticorū,oculi,p quos prælati eccleſiæ intelliguntur,aſſimilantur columbis,quæ reſident iuxta flueta pleniſſima.Et clerici habentes curā animarū debent ſcire artic. fidei explicite.xxxviii.diſt.c.i.& ii.ſed epiſcopi tenentur plus ſcire; vt omni poſcenti reddāt rationem.c.qui eccleſiaſticis.§.ecce.xxxvi.diſt.& c.omnes.xxxviii.diſt.vbi legūtur ea, quæ oporteat ſcire eū,qui epiſcopus eſt ordinādus.Et epiſcopus habeat apud ſe ſapientes,Panor.in Rubr.de ſumma trinita.Et laici debēt ſcire artic.fidei implicite.axphcite ſcire,eſt explicare artic.fidei, diſtinguere, & defendere; implicite vero eſt credere ſecundū quòd eccleſia credit; ita ꝙ ſuā fidem ſubmittat fidei eccleſiæ.Sed in materia hac nō tradas obliuioni tex.in c.ignorātia.xxxviii.diſt.vbi litera dicit;Ignorantia mater cunctorū errorum maxime in ſacerdotibus dei euitanda eſt, qui docendi officiū in eccleſia dei ſuſceperūt.Sed clericis inferioribus videtur ſufficere,ſi credāt implicite,ſicut & laici:debent tamen aliquid plus ſcire de ſacramēto altaris,in quo quotidie verſātur. Sed ſi habent expenſas,tunc peccant,ſi non inſtant,vt plus ſciant,quàm laici.ita docto.in Rubr.

de ſumma trinita. & fide catholic. & præcipue vide Panor. ibi; & ibi de articulis fidei. Et vide Durandum in tertio libro ſententiarum. xxv. diſtin. q. i. Requiritur etiam ſcientia in prælatis de iure diuino, vnde dixit Dominus per prophetam Oſe. c. 4. quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Tranſumptiue in c. cum pridem de renuntiatione.

Ordo epiſcopalis quadripartitur; et de his, quæ ad hunc ordinem pertinent. Cap. VIII.

VT autem ad materiam reuertamur, dico, quod ordo epiſcopalis quadripartitur, videlicet in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, & epiſcopis, vt in c. cleros. xxi. diſtinct. Et ordo nihil aliud eſt, quàm quædam poteſtas gradus in ſpiritualibus diſpenſandis. Sed epiſcopi poſſunt diſpenſare ſecundum confirmationem, & ordinem; ergo epiſcopus eſt ordo. Et epiſcopus ex ſua ordinatione, vel conſecratione habet ampliorem poteſtatem in collatione ſacramentorum, & executione ſacrarum actionum, quàm ſimplex ſacerdos; licet fuerit error Arrii, qui dicebat, presbyterum ab epiſcopo non debere diſcerni. Ita ſanctus Thom. in opuſculo de articulis fidei, & eccleſiæ ſacramentis, ad finem: & ibi dicit, quòd epiſcopatus magis eſt dignitas, quàm ordo. Ibi etiam dicit, quòd ſunt ſeptem ordines. ſ. presbyteratus, diaconatus, ſubdiaconatus, acolitatus, ordo exorciſtæ, lectoris, & hoſtiarii. Clericatus autem non eſt ordo, ſed quædam profeſſio vitæ dantium ſe diuino miniſterio. Et ſacramenta eccleſiæ ſunt ſeptem, dico ſacramenta nouæ legis, quæ conferunt, & continent gratiam. In eis enim virtus Chriſti ſub tegmento rerum viſibilium ſecretius operatur ſalutem; & idem ſacramentum nouæ legis eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. Et ſunt ſeptem (vt dixi) baptiſmus ſcilicet, confirmatio, euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium; quorum prima quinque ordinantur ad perfectionem vnius hominis in ſe ipſo; ſed alia duo, ordo ſcilicet, & matrimoniū ordinantur ad perfectionem, & multiplicationem totius eccleſiæ. Itaque ad communem eccleſiæ vtilitatem ordinantur iſta duo ſacramenta. Et de ſacramentis vide infra in ſermone epiſcopali; vbi late de ſacramentis in ii. parte ſermonis. Sed in primitiua eccleſia non erant minores ordines, & erat ſacerdotium, Panor. in c. i. de clerico per ſal. promoto. Et ſacri ordines dicuntur ſubdiaconatus, & ſuperiores; olim tamen in primitiua eccleſia non erat ſacer ordo, ſed poſtea fuit inſtitutus, vt in c. miramur, de ſeruis nō ordinand. & c. à multis, de ætate; & qualit. Et dicuntur iſti ſacri ordines per excellentiam; nam omnes ordines ſunt ſacri, ſed iſti dicuntur ſacri, quia magis participant de ſacramento corporis Chriſti, vt non liceat amplius retrocedere, vt in c. cum ex eo, de electio. in vi. & vide Panor. in c. ſi quis, de clericis coniugatis. Et epiſcopus poteſt conferre omnes ordines, conſecrare alium in epiſcopum, confirmare, eccleſias conſecrare, moniales benedicere, & multa alia, quæ non conueniūt ſimplici ſacerdoti, vt dixi. Vnde canoniſtæ accipientes largius nomen ordinis dicunt, epiſcopatū ordinem eſſe. Sed epiſcopatus non eſt ordo, capiendo ordinem pro vt eſt ſacramentum; quia ordo, vt eſt ſacramentum, ordinatur ad euchariſtiæ ſacramentum; ſed epiſcopus non habet poteſtatem ſuperiorem, quantū ad ſacramentū euchariſtię, niſi quantū habet ſacerdos ſimplex; ergo epiſcopatus non eſt ſacramentū. Sed capiendo ordinē, pro ut nominat officiū, ſiue gradū poteſtatis reſpectu quarumcunq; ſuarū actionū, epiſcopatus eſt ordo, vt diximus; & eſt ſupra ſacerdotiū. Et ſic ſumitur. xxi. diſt. c. cleros, & de renun. c. poſt trāſlationem. §. cum ergo, & lxviii. diſt. c. ſicut, & lxvi diſt. c. porro: & quaſi in omnibus capitulis conſecratio epiſcoporum vocatur ordinatio. Eſt igitur epiſcopus ſuperior non ſolū propter iuriſdictionē, ſed etiam propter ordinem, quem habet modo perfectiori; & poteſtas iuriſdictionis fuit permiſſa Apoſtolis, Matt. xviii: quæcunq; ligaueritis, & c. Et circa epiſcopalem ordinem ſciendū eſt, quòd ſolus Petrus, quantum elici poteſt ex ſacra ſcriptura, ſolus inquam inter Apoſtolos fuit epiſcopus ordinatus; cum enim dicat text. in d. c. in nouo teſtamento, quòd à Petro poſt Chriſtum ſacerdotalis cæpit ordo, intelligendum eſt, ipſum fuiſſe epiſcopum à Chriſto ordinatum, & per iſta verba: Paſce oues meas; quæ proprie epiſcopo conueniunt. c. cleros. xxi. diſtinct. c. perlectis. xxv. diſtinct. Et cum illa verba dixerit dominus in receſſu ſuo ab Apoſtolis ſoli Petro, ſolus Petrus apparet relictus epiſcopus ab eo. facit tex. in d. c. in nouo teſtamento. Probatur etiam hoc in d. c. porro. lxvi. diſtinct. vbi Iacobus Alphei à Petro, Iacobo, & Ioanne Zebedei fuit epiſcopus ordinatus. Et ſic patet, quòd nō erant Apoſtoli epiſcopi ordinati; Si enim fuiſſent alii ordinati, quare non & Iacobus? Et ideo credendum eſt, quòd Chriſtus ordinauerit Petrum epiſcopum, cum dimiſit eum ſuum vicarium per dicta verba; paſce oues meas, Ioan. xxi. vide etiam in c. xx. & vide in c. xvi. & xviii. Matth. & ſanctum Lucam in c. xxii. & etiam in v. & vide infra in iſto ſpeculo c. de voto, vbi eſt bona additio. Epiſcopi vero in locum Apoſtolorum ſurrexerunt, & tenent vices eorum. c. in nouo teſtamento. xxi. diſtinct. c. eccleſiæ. xxxv. diſt. c. quorum vices. lxviii. diſtinct. Et ita eſt argumentum, quòd epiſcopi debeant ſeruare morem eius, cuius locum tenent, vt xl. diſtinct. c. non eſt facile; vbi legitur; Non eſt facile tenere cathedram regnantium cum Chriſto; & non ſanctorum filii ſunt, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum. Et notabis differentiam inter epiſcopos,

pos, & ſimplices ſacerdotes: quia licet ſex ſint, quæ communiter ad omnes pertinent ſacerdotes, videlicet cathetizare, baptizare, prædicare, conficere, ſoluere, ac ligare; tamen ad epiſcopū oonem ſpecialiter ſpectant. ſ. clericos ordinare, & virgines benedicere, & Pontifices conſecrare; manus imponere, baſilicas dedicare, degradādos deponere, ſynodos celebrare, chriſma conficere, veſtes, & vaſa ſacrare, in fronte chriſmare, benedictionem ſolenoem ante pacem dare. c. perlectis. xxv. diſt. & lxviii. diſtin. c. quamuis. Sed maiores, & minores ſacerdotes communiter in quibuſdam vicem gerunt ſummi Pootificis, ideſt Chriſti. Nam pro peccatis obſecrant; & per pœnitentiam reconciliant peccatores. Mediatores enim ſunt inter deum, & hominem; dum præcepta dei populo deferunt prædicando, & deo vota porrigunt ſupplicando. Et ſacerdotes quanto digniores fuerint, tanto facilius in neceſsitatibus populi, pro quibus clamant, exaudiuotur. i. qō. i. c. ipſi ſacerdotes: & in c. xx. Geneſ. legitur, Redde viro vxorem ſuam; & orabit pro te, quia propheta eſt: & in epiſtola Iacobi c. fin. dicitur; Multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua: & Petrus dixit io Canonica. i. c. iii. Oculi domini ſuper Iuſtos, aures eius ad preces eorum. Et in c. antiqua, de priuile. Concilium generale ponit ordinem quatuorum Patriarchalium ſedium: vbi litera dicit; Sancta vniuerſali ſynodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam eccleſiam, quæ diſponente deo ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vt pote mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra; Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineāt. & in d. c. videbis multa de patriarchis. Et patriarcha quam poteſt item, habeat, vide Specu. in tit. de diſpenſa. §. nunc breuiter, & §. ſunt quoque. & ibi Bald. in ad lit. & vide Cardi. in clemen. in pleriſque, de electio. & vide Spec. io tit. de delegat. §. vi. & in tit. de iuriſdictio. omn. iudic. verſic. ſecundum Canones. Et vide Felyn. in c. ex literis. de officio deleg. Et vide Specu. in tit. de appella. § iiii. verſic. item noo debet. Et nota, quòd graduum, & ordinum diſtributio eccleſiæ vnitatem conſeruat. c. ad hoc. lxxxix. diſt. Itaque diuerſitas ordinum propter maiorem concordiam eſt ſtatuta. c. licet il ii. xlv. diſt.

De reſidentia ſacerdotij, & ſanctiſsimorum epiſcoporum, & de coadiutore. Cap. IX.

Episcopvs debet in ſua cathedrali eccleſia reſidere. i. in loco, vbi eſt eccleſia. c. epiſcopus, de conſecra. diſtin. iii. & diebus feſtis domioicalibus debet intereſſe diuinis officiis in ſua eccleſia, vt in d. c. epiſcopus. Nec poteſt p diœceſim vagare, niſi cauſa viſitationis, vt in c. placuit. vii. qō. i. & c. placuit. x. q. i. ſeruato, quod dicitur de conſecra. diſtio. iii. c. epiſcopus: & vide Panor. in c. magnæ, de voto, dicentem; quòd ſine conſenſu Capituli epiſcopus oon poteſt emittere votum peregrinationis. quod tenet ibi etiam Inno. cum hoc ſit negocium magnum. not. in c. quanto, de his, quæ fi. a præl. Notat ibi etiam Panor. epiſcopum non poſſe emittere votum longæ peregrinationis ſine licentia papæ; ſecus autem, vbi peregrinatio non eſſet longa. Et ex illo tex. etiam notatur, quòd epiſcopus nō poteſt ſine cauſa ſe abſeotare ab eccleſia ſua. & dicit Hoſt. alibi noo ita bene probari. Sed ego adduco meliorem tex. in c. epiſcopus, de cōſec. diſt. iii. vbi tex. dicit, ꝙ ceſſante infirmitate non debet epiſcopus, ſaltem diebus dominicis, abeſſe ab eccleſia ſua; Et nota ſingulariter illum tex. iuncta glo. ſua, quòd epiſcopus tenetur diebus dominicis, & ſolēnibus intereſſe officiis eccleſiæ ſuæ. ita Panor. Itaq; epiſcopus noo debet relinquere propriam cathedram, niſi ex cauſa hoſtilitatis, vel peſtis, vt in c. temporis, vii. q. i. vbi legitur; quòd neceſsitate temporum epiſcopalium ſedium mutationes fieri poſſunt. Et epiſcopalis dignitas in maioribus populis præſidere debet, vt io c. i. de priuilegiis; ne honor epiſcopalis vileſcat. Sed ſi ſpecialiter Prælati ſalus quæritur, fugiat epiſcopus, exēplo Chriſti, & exemplo Pauli, vt in c. aduerſitas, vii. q. i. dum per alios firma eſt ſalus eccleſiæ. Cùm vero nō prælatorum taotum, ſed totius eccleſiæ ſalus quæritur, & fides impugnatur, neceſſe eſt, vt in die belli ſe ipſos, vt murum, opponant ꝓ domo domini, & animas ſuas ponant pro ouibus ſuis, vt exemplo ſuæ paſsionis accendant, quos ſermone doctrinæ diutius confirmare non valeot, vt in d. c. aduerſitas. vii. quæſt. i. vbi de hoc. & ibi vide tex. in c. hoc nequaquam, vbi legitur; quòd epiſcopus, qui cauſa humilitatis monachus efficitur, ad pontificatum redire oon valet: beata eoim perſeuerantia in eo non eſt, vt in c. ſuggeſtum, vii. quæſt. i. Et quando liceat prælatis ſubditos deſerere, vel oon, vide tex. notabilem in cap. fin. vii. quæſt. i. vbi dicit litera; ibi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur boni.

Et de reſidentia epiſcopi vide ſanctum Thomam in ſecunda ſecundæ q. clxxxv. & ibi Cardinalem doctiſsimum dicentem, quòd epiſcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad reſidendum perſooaliter io ſuo epiſcopatu, licet ſit ſecretarius ſedis Apoſtolicæ, vel auditor rotæ, vel conſiliarius Regis; quia non ideo excuſantur à reſidentia; & ſunt tales in eccleſia dei, velut monſtra io natura. Dicit etiam ibi, quòd epiſcopatus, & Cardinalatus ſunt de numero incompatibilium de iure. allegat text. in c. bonæ memoriæ. i. de poſtula. prælat. Quicquid ſit de conſuetudine, quæ abuſus potius appellāda eſt; debet reſidere in eccleſia ſua, ſaltem io feſto Natiuita-

tis,Epiphaniæ,Paſchæ,& Pentecoſtes;aliàs à cõmunione ſuſpẽditur triennio.c.ſiquis in clero vii. q.i.ſed nõ eſt in vſu.Et Cardinalis tenetur reſidere in eccleſia ſibi intitulata;& de rigore ſi monitus non reſedit,eſt deponendus,vt not.in c.exigiſtis,de cler.non res.ibi;Cardinalis ſancti Marcelli ob non reſidentiam,in ſynodo priuatus fuit dignitate ſua admonitione præcedente ; licet Cardinales ſint pars corporis papæ,& papa cum eis iudicet totum orbem,& ſint in quaſi poſſeſſione vt papa non iudicet ardua,nec explicet ſine conſilio Cardinaliũ. ita Ioan.monachus in c. ſuper eo.de hæret.in vi.vbi multa dixit breui ſermone.Et propter infirmitatem, vel ſenium non deſtituitur epiſcopus,ſed datur ei coadiutor,vt in c.ſcripſit.vii.q.i.vſque ad c.ſicut vir.§.ecce.& c.qualiter,& c.quàmuis ſit,& c.eccleſiæ,de ſupplen.negligen.prelato.Et epiſcopus poteſt fieri ſolo verbo papæ citra aliquas literas;non tamen poteſt ille ſe gerere pro epiſcopo , niſi oſtendat per literas:ita Panor.in c.in noſtra,de reſcriptis.Et epiſcopus ſine capitulo,vel è conuerſo,non habet poteſtatẽ in iuriſdictionibus,niſi præſcripſerit,ita Panor.in c.cum inter.de conſuetudi.Et vt ad materiam coadiutoris redeamus. Dicitur in c.niſi cum pridem , de renunc. ꝙ debet dari coadiutor cuicunq; prælato,qui non poteſt ſuum officium exercere vii.q.i.quaſi per totum. Dicitur etiam in c.venerabilem,de officio delegati;quòd dilapidanti bona eccleſiæ datur coadiutor,qui habeat liberam adminiſtrationem;excepto, quòd non poteſt alienare,vt patet in c.vno,de clerico ægrotante,libro.vi. Quid ſi epiſcopus nolit habere coadiutorem,dico,eum cogendũ per ſuperiorem; argum.ff.de minor.l.aie.§.i. Vnde cum epiſcopus grauatus nollet aſſumere coadiutorẽ, licet a capitulo requiſitus ſit,nihil per capitulum innouandum eſt ; ſed capitulum. ſignificet papæ conditionem epiſcopi,& eccleſiæ.Et ſic inuito epiſcopo datur(vt dixi)vt in c.audientiam,de eccleſi.ædifi.not.etiam de cleri.ægro.c.pen.tenet glo.& doct.in c.vno.de cleri.ægro.lib.vi.tenet etiam Archid.in d.c.ſicut.§.ecce.Et à ſolo papa eſt dandus coadiutor epiſcopis, & prælatis, vt in d.c.vno. vbi legitur etiam,quòd ſi epiſcopus officium ſuum nequeat exercere,poſſit de conſillo,& aſſenſu capituli ſui,vel maioris partis vnum,vel duos coadiutores aſſumere. Sed ſi epiſcopus demens fuerit factus;tunc capitulum,vel duæ partes eiuſdem authoritate Apoſtolica aſſumant vnum,vel duos idoneos coadiutores,qui eius officium exequantur:probatur etiã hoc in d.c.vno.Et de demente,& amente,& furioſo diximus late in c.lxx.vbi tractaui late de furioſo,& demẽte. Sed coadiutor nõ poteſt beneficia conferre,vt p doct.in d.c.vno.Si verò coadiutor eſt datus demẽti(vt dixi)tunc beneficia confert;non obſtãte decretali vlt.de officio vicarii;quia loquitur in caſu;quo poſſet retardari eccleſiæ prouiſio:quod eſſet nimis abſurdũ.Sed propter negligentiam ab adminiſtratione non remouetur,ſed coadiutor datur c.grandi,de ſupplẽda neg. præ.in vi.& ibi doct.& vide Hoſt, & Goff.in ſumma,in ti. de ſup. neg.præ.§. negligentia prelatorum. Et de iſtis coadiutoribus vide Rub. C. de curato.furioſi.De tẽpore,quo ſpirat officium coadiutoris; dic,ꝙ mortuo illo,cui datus eſt,vt in d.c.grãdi. de ſup.neg.præ.Et dixi,ꝙ propter infirmitatem.vel ſenium nõ deſtituitur epiſcratio colligitur ex c.ſicut vii.q.i.vbi litera dicit;Sicut alterius vxorẽ nec adulterari ab aliquo,aut diſponi,niſi à proprio viro,eo viuẽte,permittitur;ſic nec vxor epiſcopi eccleſia,eo viuente,abſq; eius conſilio, & volũtate alteri diſponi nõ conceditur;quia electus in epiſcopũ p conſenſum , ſponſus eccleſiæ efficitur etiã ante cõſecrationem.c.inter canonicos, de electio. Et aduerte,ꝙ epiſcopatus eſt vnus,ex quo ſi aliquis promouetur in epiſcopũ alicuius eccleſiæ, cõtrahitur coniugiũ ſpirituale inter epiſcopum,& eccleſiã vniuerſalẽ,quæ vnica eſt;& matrimoniũ particulare inter epiſcopũ,& eccleſiã particularẽ.Hinc eſt,ꝙ ſi talis ꝓmotus ad eccleſiã particularẽ renũtiaret eccleſiæ particulari,remaneret tñ ligatus matrimonio cõtracto cum eccleſia vniuerſali;vt ꝓbatur in c.inter corporalia,de trãſ.epiſ.An vero in collatione beneficiorũ,& in aliis requiratur cõſenſus coadiutoris,dicit Old.in cõſ.xliiii; Aut datur coadiutor alicui ſanæ mentis exiſtẽti,puta propter certam cauſam,vt ob timorem dilapidationis;& tunc exercitium illius cauſæ,propter quam datus eſt coadiutor,non erit ſine conſilio,& aſſenſu coadiutoris, vt extra, de offi.& pote.iudi.deleg.c.venerabile.Sin autem propter mentis alienationem,& nimiam ſenectutem,vel infirmitatem datur coadiutor,videtur habere in ſpiritualibus , & temporalibus generalem , & liberam poteſtatem , vt vii.q.i,c.i.ibi no.& c.quamuis ſit triſti.& c.petiſti.& c.quia frater;& extra de ſupp.neg.præla.c.grandi,li.vi.et quod faciet,non faciet nomine epiſcopi , vel conſtituentiũ eum; ſed nomine eccleſiæ,vt no.Inno.extra de procura.c.conſulti.ad fin. vlti.glo.et ex quo habet generalem,& liberam poteſtatem,poteſt illa,de quibus habetur in cap.is cui,de elect.lib. vi.

Item quæritur , nunquid in collatione beneficiorum requiratur conſenſus coadiutoris ; vel eius conſilium ? Et quis faciet commiſsiones , & quis ſcribet , & dabit literas , & ſub quo ſigillo , & cuius nomine ? Ad hæc omnia hic quæſita paret reſponſio per ſuperiùs dicta , excepta collatione beneficiorum , quæ non videtur ad talem coadiutorem pertinere, vt ar. extra de ſupp. neglig.præ.lib.vi.c.eccleſiæ.§.fin.& no.per Archid.extra de cleri.ægrotante.c.paſtoralis, libro vi. Sed hoc non videtur poſſe ſtare ; quia ſi habet generalem , & hoc etiam poſſet ; vt notatur late ſecundum doctores in d. c. is cui. Præterea ſi ponamus epiſcopo continuum mentis exilium patienti datum coadiutorem , ſi coadiutor prouidere non poſsit , diuiius vacabunt eccle-

ſiæ;quia neſcitur,quãdo reſipiſcat epiſcopus,vel moriatur,vt C.de vſufr.l.ambiguitatẽ. Et ideo iſto caſu hoc ſibi licere videtur,ar.ff.de admini.tut.l.inter bonorum.Si vero eſſet talis ſenectus in cauſa dandi coadiutorem,quæ mentis exilium non induceret, ſed ad exteriora, quæ ſolius facti ſunt, eum redderet impotentem,quia ſæpe accidit,quod ſenectus,& infirmitas virtutem cordis augmentant,vt extra de renunc,literas.& c.niſi cum pridem.& ff.de cap.& poſtli.reuer.l.poſtliminium.§.ſi tunc; collatio tunc non videtur pertinere ad coadiutorem ſicut nec nuptiæ ad curatorem adulti,vt C.de nup.l.in copulandis.Et ſic poſſunt opin.doc.ad concordiam reduci; & c.paſtoralis,in quantũ prohibet alienationem, intelligitur in voluntaria alienatione,collatio enim beneficiorũ eſt neceſſaria.Inter hoc enim multum refert,ut ff.fa. herciſc.l. alienationem cũ ſim. Et coadiutor Epiſcopi, uel ſacerdotis poteſt eſſe religioſus, Cardi.in clemen.i.de regulari.Et coadiutor ducibus, & baronibus, vel alii iuriſdictionem habenti per quem detur, & ad quorum inſtantiam,& ex quibus cauſis, & quid poſſit facere, & ad quid teneatur, vide plenè in ſpeculo in titulo de feudis.§.quoniam. Et coadiutor dari debet iniquo adminiſtratori.c.grandi,de ſupp.negli.prælato.glo.in c.ad Apoſtolicæ,de re iudi.in vi. Dari debet etiam coadiutor tutori impedito.l.ſolet, & ibi Barto.ff.de tute.& in l.ſi præſes.C.quo.& quãdo iudex.Solet dubitari, vtrum eccleſia poſsit errare in canonizatione ſanctorum:in quo vide glo.in c.vnico de reliquiis,& venera.ſancto.dicentem,quòd accidere poteſt,ſed non eſt credendum. Beatus Tho. pulchre in quolibeto ix.arti vlti.prout refert Cardina.ſancti Sixti in tractatu de poteſtate Papæ.q.li; dicit, quòd Papa non poteſt in hoc errare,quia diuina prouidentia eccleſiam ſuam dirigit ſpiritu ſuo ſancto, vt non erret; ſecundum quòd promiſit Ioannis xiiii.Spiritus docebit vos omnem veritatem,&c. Et ſi argueretur in contrarium; nullus poteſt eſſe certus ita de ſtatu ſuo,ſicut ipſemet; quia quæ ſunt hominis,nemo nouit,niſi ſpiritus hominis, ad Corinth.i. Sed homo non poteſt certus eſſe de ſe ipso,an ſit in ſtatu ſalutis,Eccleſiaſtic.ix. Neſcit homo vtrũ dignus ſit odio,vel amore.Ergo minus Papa de illo,quem canonizare intendit. Reſpondeo, quòd ipſe Papa informatur teſtibus, vt hic concurrente inſpiratione ſpiritus ſancti,qui omnia ſcrutatur,etiam profunda dei.Similiter ſi diceretur;qui vtitur medio fallibili, poteſt errare, ſed eccleſia vtitur teſtimonio hominum circa opera miraculorum,vt hic,& illud eſt fallibile;ergo eccleſia poteſt errare.Reſpõdeo, quod Deus præſeruat eccleſiam,ne in talibus per fallibile teſtimonium hominũ fallatur. Aliqui dicunt etiam ſuſtineri poſſe opinionem gloſſæ in d.c.vnico;quòd eccleſia in hoc errare poſsit.Et ſi diceretur,eccleſia errare non poteſt,cũ ſit recta,vbi nunquam erraſſe probatur.xxiiii. q.i.reſpondent,quòd illud debet intelligi,quòd non poteſt errare in fide,ſeu articulis fidei;nam hoc tãtum orauit Chriſtus ad patrem;Ego pro te oraui Petre,vt non deficiat fides tua; ſed in occultis eccleſia etiam vniuerſalis errare poteſt:quod eleganter declarat do.Abb.in c.à nobis,il ii.de ſent.excom.per illum tex. vbi eccleſia poteſt errare ligando non ligandum, & abſoluendo:quia non poteſt de occultis certitudinaliter iudicare.c.vnico,vt eccleſ.beneficia; Sed in talibus ſequitur indicia & opinionem, & iſta ſunt fallibilia.Et ſi diceretur;iudicium eccleſiæ confirmat ſe iudicio dei.dict. cap. vnico; ſed Deus non errat,ergo nec eccleſia; reſpondent,quòd confirmat ſe in quantum poteſt,ſed aliquando non poteſt,vt in occultis.& iſtam partẽ tenet Feli.in c.venerabili de teſt.Vbi etiam dicit,quæ ſint probanda antequam ſanctus canonizetur. Sed opinio ſancti Thomæ amplectenda eſt; quia ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti dei homines; Petrus in canonica; & rationibus eius refragari non poteſt. Sed dicamus,quando Eccleſiaſtica beneficia appetere,& procurare licitum ſit,vel non.Beneficium eccleſiaſticum conſiderandum eſt primo,quò ad ingreſſum tàm de appetitu,quàm de procuratione.Appetere ſiquidem eccleſiaſticum beneficium ſiue curatum,ſiue abſq; cura,nullum ex ſuo genere peccatum eſt; quoniam huiuſmodi obiectum eſt intra ordinem appetibilium recta ratione;& propterea Apoſtolus abſolute dixit; Qui epiſcopatũ deſiderat,bonum opus deſiderat.Peccatum autem contingit ex defectu alicuius circunſtãtiæ requiſitæ, puta quis, cur,quomodo,&c. Et quoniam frequentiſsime ſecundum primã circunſtantiã in huiuſmodi appetitu peccatur,ideo Apoſtolus ſtatim ſubdit de circunſtantia, quis, apponendo conditiones requiſitas ex parte perſonæ ad rectum appetitum epiſcopatus, dicens; Oportet autem epiſcopum eſſe irreprehenſibilem,&c.Et quoniam peccata ex parte circunſtantiarum facile patere poſſunt applicanti ad ſubiectam materiam,nos ad ſpecialia deſcendẽdo dicimus,quod beneficiũ plene curatũ(quale eſt epiſcopatus) tunc tantum ex parte perſonæ licite appetitur,quando appetens nouit ſe habere conditiones requiſitas ad epiſcopum: & ſimiliter non plene curatum, quale parochia eſt;quùm quis habet conditiones requiſitas ad presbyterum parochialem;& ſic de aliis. Et hoc concurrentibus etiam ex parte perſonæ aliis circunſtantiis comparatiuis debitis. Vbi ſcito, quòd perſona appetens debet ſe ipſam mẽſurare per reſpectũ ad tria,ſcilicet ad regimẽ animarũ,ne preſumptuoſe ad artem artiũ relatũ ſe inuenoiat;& ad oues,quibus paſcendis vacaturus eſt,vt tantũ diſtet vita ſua ab illis,quantum vita paſtoris à grege;& ad alios,quibus tribui poteſt, aut debet tale beneficium; ne ſe dignioribus,aut æque dignis anteponat.Et hic tertius reſpectus habet locum etiam in appetitu beneficiorum ſine cura; debet enim ſecundum rectam ratio-

nem appetitum ſic moderari, vt abſque vitio acceptionis perſonarum appetat ſibi prouideri de beneficio communi, vel hoc. De circunſtantia quoque finis aduertendum eſt, ne beneficium appetatur propter finem malum, puta propter delicatam, & opulentam, aut ſplendidã vitam ex Chriſti patrimonio, &c. Diſcernere autem inter peccatum mortale, & veniale in inordinato appetitu beneficii non eſt difficile, præſertim ſi beneficium eſt curatum, & maxime ſi eſt perfecte curatum. Nam ſi appetens parui facit commenſurare ſeipſum ad artem artium (hoc eſt curam animarum) & alias commenſurationes poſtponit ob appetitum beneficii, proculdubio mortale peccatum incurrit; quia contra charitatem ouium Chriſti appetitur, ſi beneficium eſt curatum; & contra iuſtitiam diſtributiuam ſaltem appetitur, ſi beneficium non eſt curatum. Intellige lector, quæ dico: nam ſiquis appetit ſimplici intentione beneficium communiter, aut ſine cura, non cogitans de dignioribus ſe, non peccat; quia ſubintelligitur, quòd appetat habere licite. In hoc autẽ, quod eſt habere licite, includitur; quod detur ſibi ſine Dei offenſa. Et ſimiliter ſi quis cogitat de dignioribus ſe, & non intendit illos impedire, ſed pro ſe ipſo procurare, vt habeat licite; non peccat, eadem ratione; poteſt enim contingere, vt ſuperior ſancte det illi, qui minus dignus videtur; & eſt abſolute propter aliquas circunſtantias ſingulares tunc occurrentes efficientes, vt dignior pro nunc poſtponendus ſit. Beneficium autem quodcunque pro ſe petere, aut procurare, eiusdẽ moris eſt, cuius eſt appetere illud. Et propterea quando appetere eſt damnabile, petere quoq; damnabile eſt. Eget tamen aliqua circunſtantia petere, qua non eget appetere; quia petere eſt actus exterior, qui poteſt ſcandalizare, & propterea eget maiori rectitudine. Et ſcias, quòd à doctoribus petere regimen animarum ideo damnatur, quia vix poſsibile eſt, vt homo integri ſenſus, & rectæ mentis reputet ſeipſum habere ſupradictos tres reſpectus perſonales, ſine quibus petere ſimpliciter, & abſolute, eſt proſumptuoſum; ac per hoc indignum reddit petentẽ. Dico aũt ſimpliciter, & abſolute; quia tàm appetere, quàm petere ſecundum quid (hoc eſt ſi ſuperiori videtur expediens, & cognoſcendo quis ſe indignum, cum tremore committendo negocium Deo petat, vel appetat pro honore Dei, & ſalute eccleſiæ) non eſt pernitioſum; quamuis ſit veniale, niſi charitas moueat; quoniam hoc non eſt petere, ſed offerre ſe, ſi opus eſt. Et ſi charitas vere mouet, meritorium eſt, ſicut Eſaias; Ecce ego, mitte me, & Martinus; Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. Memento quoque non verſari in magno periculo, qui indigẽs, & idoneus cum tremore, &c. ſe offert petendo ſecundum quid beneficium vacans cum cura animarum imperfecte, puta parochiam: quia cura animarum proprie, & plene ſolius Epiſcopi eſt; in cuius ſignum ipſe ſolus ſponſus eſt eccleſiæ, & non poteſt eccleſiam deſerere eundo ad religionem. Reliqui enim ſunt adiutores Epiſcopi ad curam animarum. Contingit autem (& vtinam non ſæpe) appetentibus, & petentibus beneficia procuratio ſimoniaca per munus, à lingua, vel ab obſequio: de quibus inferius patebit, quum de ſimonia dicetur. Beneficium eccleſiaſticum ſecundo conſiderandum quò ad progreſſum eſt, quãtum ad ſeruitium perſonale, & quantum ad prouentus. In beneficio ſiquidem de iure requirente reſidentiam peccatũ eſt ſine rationabili cauſa non reſidere. Et ſi beneficium eſt curatum, non reſidere abſque rationabili cauſa, peccatũ communiter mortale eſt, pro quanto damnum infert animarum, niſi propter imperfectionem actus excuſetur à mortali: infert enim contrarium naturali iuſtitiæ, qua tenetur ipſemet ex ſuſcepto officio gerere ouium Chriſti curam, quæ regulariter ſine reſidentia non poteſt haberi, vt debet; quùm etiam præſentes, & ſolicite ſtudentes circa animas vix regant, vt tenentur. Iniuſtitia enim ex ſuo genere mortale peccatum eſt quamuis propter imperfectionem actus ſit quandoque veniale. Eſt etiam contra debitam charitatem Chriſti. Nam amor eius non eſt apud eum, qui parui pendit, quæ maxima ſunt Chriſti, ſalutem ſcilicet animarum ſibi commiſſarũ. Etenim experientia teſtatur, quàm male ſe habeant in ſpiritualibus, & in temporalibus eccleſiæ Chriſtianæ propter abſentiam paſtorum: antiquum prouerbium eſt, tàm quòd oculus domini impinguat equũ, quàm quòd optimum fimum veſtigia domini ſunt. Excuſare tamen poteſt abſentiam ſine rationabili cauſa à mortali imperfectio actus, vel paruitas damni, & ſi quid eſt huiuſmodi. Et de reſidentia ſacerdotii, quia multum intereſt Chriſtianæ religioni, multoties diximus in iſto libro. & vide Hoſti. & Goffre. in tit. de cleri. non reſidenti. & ibi in eod. tit. vide doct. & an valeat conſuetudo quòd quis poſsit per aliũ deſeruire, vide Panor, & docto. in c. quia nonnulli, & in c. conquerente, eo. tit. & vide docto. in c. cum omnes, de conſti. & vide in c. inter quatuor, eo. tit. de cleri. nõ reſidenti. & vide docto. & tex. in c. gratia de reſcrip. in vj. & vide glo. in clemen. gratiæ, de reſcrip. ſed audite bene quia reſidẽtia ſacerdotii eſt de iure diuino. vt dixi, & videbitis. c. lxvi. j. in iſto ſpeculo. & vide j. in tit. de generali concilio, §. viii. & vide vt dixi, c. lxvi. j. & omnino vide d. §. octauum. & ibi, an conſuetudo excuſet clericum, dic quod non, quia reſidentia eſt de iure diuino, & operarius eſt dignus mercede ſua, non operantes non merentur mercedem, & experientia teſtatur, quam male ſe habeant in ſpiritualibus & temporalibus eccleſiæ chriſtianæ propter abſentiã paſtorum. Dixi etiam in c. v. quibus virtutibus debet pollere eligendus in prælatum: nunc adde ad dictum. c. v. & dic, quòd electio eccleſiaſtici paſtoris debet in foro conſcientiæ fieri de bo-

mine

mine habente duas conditiones, Prima eſt, ꝙ ſit bonus, hoc eſt ſine peccato mortali; propter hoc enim dominus ter Petrum interrogauit, ſi haberet charitatem. Secunda eſt, quòd ſit melior cæteris cognitis, qui poſſent eligi, & haberi. Melior aũt non quantum ad bonitatem vitæ, ſed quantum ad regimen illud, nunc, & hîc reſpectu talium ouium, & reliquis particularibus occurrentiis penſatis. Exiguntur autem in tantum ambæ conditiones, vt neutra earum poſsit ſcienter omitti ſine peccato mortali. Scienter autem dico, hoc eſt ſecundum conſcientiam eligentis; tenetur.n. eligens, ſi abſque peccati mortalis incurſu vult eligere; tenere ſecundũ ſuam conſcientiam, quòd ille, quem eligit, ſit in gratia Dei, & quod ſit ad tale officium in hoc loco, hoc tempore, &c. melior omnibus, quos nouit poſſe haberi pro tali cura. Et ratio primi eſt, quia exiſtens in peccato mortali eſt indignus prælatione eccleſiaſtica, vt pote non diligens Chriſtum ſuper omnia: ac per hoc impotens paſcere Chriſti oues ex ſua vita; quod præcipue exigitur in paſtore. Ratio ſecundi eſt, quia poſtponere meliorem minus bono in huiuſmodi non eſt ſine crimine acceptionis perſonarum, dum perſona præponitur cauſæ. Prælatus autem minus idoneus, gratus tamen ouibus melior eſt illis, quàm prælatus magis idoneus, minus tamen illis acceptus; quoniam vbi charitas coaleſcit, hîc periculum operandi, &c. Vnde Paulus Apoſtolus, quales debeant paſtores eligi, deſcribens ad Titum, & Timoth. nunquam meminit conditionis comparatiuæ, ſcilicet quòd ſit cæteris magis dignus; ſed tantum conditionum poſitiuarum, quæ requiruntur ad hoc, quòd ſit idoneus Epiſcopus; quia tunc Epiſcopi non beneficium, ſed officium habebant; & quia ad id, quod eſt per ſe, reſpiciebat Apoſtolus. Ex quibus patet non eſſe ex ſuo genere peccatum mortale poſtpoſito digniore eligere vere dignum in eccleſiaſticum paſtorem; quia ex iis, quæ ſunt per ſe iudicando, ſufficit eligere ſufficientem ad omnẽ tale ſpirituale, & ad diſpenſandum temporalia; quoniam ſecundum veritatem etiam ad oneroſum officium reſpectu temporaliũ eligitur conſequenter. Iterũ dico quod reſidentia ſacerdotii eſt de iure diuino. vt Num. c. xviii. vbi littera dicit. ſoli filiis leui mihi ſeruientibus in tabernaculo, & portantibus peccata populi, dedi omnes decimas filiorum Iſrael in poſſeſsionem & Apoſt. ad Theſſ. ep. i. c. iii. dixit; Neq; gratis panem accepimus ab aliquo ſed in labore & fatigatione diẽ ac nocte operantes, vt noſmet ipſos formam daremus vobis ad imitãdum nos, & beneficium eccleſiaſticum, eſt de iure diuino, vt in d. c. xviii. Nu. quia dominus ordinauit eos qui euangelium enuntiant de euangelio viuere, dixit etiam Matth. x. & Lucæ x. dignus eſt operarius mercede ſua, vel cibo ſuo, & Apoſt. dixit, qui non laborat non manducet. ſed papa diuiſit bona eccleſiaſtica & ordinauit dignitates & titulos beneficiorum ex ſupradictis collige, non valere conſuetudinem vt quis poſsit per vicarium deſeruire, in beneficiis curatis vel ſimplicibus, de iure communi requirentes reſidentiam perſonalem, quia conſuetudo non obſtat legi maxime canonicæ, niſi ſit rationabilis, & talis conſuetudo intelligitur ſi beneficiatus ſit abſens ex iuſta cauſa, & non vagas. Decius poſt Innocen. & Abbatem, & Imol. in c. cum omnes, de conſti. & vide in c. ex tue, de cleri. non reſiden. ſed quia beneficia ſunt de iure diuino, & reſidentia ſacerdotii, eſt de iure diuino, non valet conſuetudo de non reſidendo, ſine diſpenſatione ſummi pontificis, cum iuſta, & rationabili cauſa, alias eſſet diſsipatio, ita Bernardus, in libro de conſideratione, ad Eugenium, & vide j. in c. de pluralitate beneficiorum. Et quis militat ſtipendiis ſuis vnquam? quaſi dicat nullus, quis paſcit gregem & de lacte gregis non manducat? & nõ aligabis os bouis triturantis, & ſi nos ſpiritualia ſeminamus magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? omnia iſta præſupponunt reſidentiam; & clerici vt dixi tenentur ſeruire altari ſi viuunt ex altari, per lucum a conuerſis. & non reſidere eſt contra debitam charitatem Chriſti. Nam amor eius non eſt apud eum, qui parui pendit quæ maxima ſunt Chriſti, ſcilicet ſalutem animarum ſibi commiſſarum, ſimili modo parui pendit gregem Chriſti, qui beneficium curatum renunciant amico, annua penſione ſibi reſeruata, & eſt contra vocẽ domini dicẽtis; dignus eſt operarius mercede ſua, & iſte vult mercedem de bono Ieſu Chriſti, non operando, & recuſando laborem, & Apoſt. dixit, qui non laborat non manducet.

De ordinatione, & conſecratione epiſcopi. Cap. X.

ELECTVS in epiſcopum per ſuum Metropolitanum præſentibus ſuffraganeis epiſcopis debet ordinari. c. epiſcopi. xxiiii. diſtinc. vbi legitur; Metropolitanorum, & epiſcoporum examine promoueantur cæteri epiſcopi; ſequitur text. Cum itaque ſine examinatione nullus ſit ordinandus, quomodo, & quo tempore hæc examinatio fieri debeat, conſiderandum. Et Metropolitanus debet interuenire principaliter, vel authoritatiue, vt ſumitur. xxi. diſt. c. in nomine domini. Sed iſta decreta receſſerunt ab aula. Nam licet ſit ſcriptum, quòd promouendi ad epiſcopalem dignitatem ſunt examinandi (vt dixi) non vtimur. Legitur etiam in c. ſacerdotibus. lxi. diſtinc. quòd eligendus in epiſcopum longa probatione debet vitam ſuam notificare. c. oportet. viii. q. i. nam debet eligi, qui doctior, & ſanctior. c. licet. ea. q. & cau. & talis eligendus eſt, cuius

comparatione cæteri grex dicantur.xxv.diſtinct.c.vnum. Nam ipſe, tanquam aries, ducatum gregibus præbet.c.ſciſcitaris.vii.q.i.& ſingolorum onus,& ſollicitudiné portat.c.clemens.viii.q.i.Sed non debet eligi, qui de incontinentia notatus eſt c.priuſquam.xxviii.diſtinct. nec ille, cuius vxor,& filii adhuc ſunt ſuper terram.c.catinenſis.lxi.diſtinct.& ibi loquitur tex.quando præſumptio eſt, quòd propter filios dilapidet bona eccleſiæ. Item non debet eligi nimium ſimplex; vel vſurarius.c.de Petro.xlvii.diſtinct.vbi legitur,quòd electus in epiſcopú debet eſſe notus Romano Pontifici; ſed notos ſine probatione recipitur, & non examinatur,vt xciiii.diſtinct.c.valde.& c.ad Apoſtolicam,de regularibus. Sed dum conſecrator,bene examinatur.c.epiſcopi.xxiiii. diſtinc.& ibi per totam illam diſtinctionem videbis, quòd ante probationem, & examinationem nullus ordinetur clericus.Item nec ille,qui non eſt in ſacris conſtitutus.c.vlti.lx. diſtinct. vbi dicit tex.Sacros ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum; hos ſolos legitur primitiuam habuiſſe eccleſiam.ſequitur tex.Subdiaconos verò, quia & ipſi altaribus miniſtrant, opportunitate exigente concedimus.Antiquitus igitur ſubdiaconus,quia tunc non erat ſacer ordo,non eligebatur in epiſcopum,niſi neceſsitate cogente.c.de Siracuſane.§.ecce.xxviii.diſtinct.Et vide tex.ſingularem in c.à multis,de ætate,& qualit. vbi legitur; Subdiaconus in epiſcopum eligi poteſt.Et notatur duo requiſita ad eligendú Epiſcopú; primo quòd ſit in ordine ſacro; ſecundo, quòd ſit religioſe.i. honeſte viuens. Et ibi notatur, quòd ſecundum primitiuam eccleſiam non erat, niſi diaconatus, & presbyteratus, ordo ſacer; hodie autem ſacer eſt effectus ordo ſubdiaconatus. Notatur etiam ibi, quod ſacer ordo habet annexum votum caſtitatis. Notatur etiam, quòd crimen fornicationis eſt dignum depoſitione in exiſtente in ſacris; & quòd in defectu ordinum diſpenſant epiſcopi. Et aſſumendus in epiſcopum debet eſſe talis, vt exemplum religioſæ conuerſationis potius aliis præſtet, quàm aſſumat; vt ſit de numero illorum, quibus dicitur Matthei.v. Sic luceat lux veſtra coràm hominibus,vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum,qui in cœlis eſt.Et epiſcopus debet ſubuenire de fructibus ſui epiſcopatus clericis non habentibus,vnde poſsint viuere. Ita Panor.in c.expoſuiſti,de præben.Sed laici videntur in prælatos non poſſe eligi,quemadmodum nec religioſis præferuntur. c. ſtatuimus.§. his omnibus.lxi.diſtinct.xix.q.iii.c.monaſteriis. Sed dico, non eſſe prohibitum laicos promoueri, ſi periti ſint,& clericos in bonitate tranſcendant, exemplo Nicolai,Seueri, & Ambroſii, probatur hoc in c.neophitus,diſtinct.lxi.vbi Vercellenſes vituperabát electionem Ambroſii,quia neophitus erat, & neophitos Apoſtolus prohibuit ordinari; ſed reſpondet Ambroſius, hoc ideo eſſe prohibitum ab Apoſtolo; quia neophiti conſueuerant propter honores ſuperbire; ſed ſi humiles inueniantur,bene poſſunt ordinari.facit text.in c.neophitus.xli.diſtinc.Et electio laici poteſt rata haberi,ſi merito ſuæ perfectionis clericalem vitam tranſcendat, vt in d. c. ſtatuimus, in fine.lxi.diſtinct.Notabimus etiam,quòd electus in epiſcopum infra tres menſes debet ordinari.c. quoniam quidam.lxxv.diſtinct.vt dixi,& ibi glo. dicit. Et vſque ad alios tres menſes conſecrari debet. facit tex.in c.obeuntibus.lxiii.diſtinct.vbi conſtituit Inno.Papa,quòd vltra tres menſes eccleſia vacare non debeat. Ideo aduertat ſacra Maieſtas præſentationem epiſcoporum; quia vltra tres menſes poſt mortem prælati eccleſia vacare non debet. Sed alii tres menſes dantur ad conſecrationem petendam.c.poſtquam.l.diſtinct.& ibi gloſa,& c.ne pro defectu, de elect: niſi per neceſsitatem prorogetur,vt in c.de Siracuſanæ.xxviii.diſtinct. Quia eccleſia viduata tàm in temporalibus,quàm in ſpiritualibus frequenter ſubſtinet læſionem. Et ideo concilium volens & periculis animarum,& eccleſiarum indemnitatibus prouidere ſtatuit,vt eccleſia cathedralis,vel regularis vltra tres menſes non vacet, vt dixi. Et epiſcopus non dicitur aliquis ante conſecrationem, de quo late per Felin.in c.eam te.de reſcript Et Archiepiſcopi,& epiſcopi quomodo debeant cóſecrari,& cum qua forma,vide Panor.& docto.in c.ſi archiepiſcopus.de tempo.ordinationum,et in c.nec epiſcopi.eo.ti.vbi dicitur,quòd de ſubſtantia conſecrationis tres epiſcopi exiguntur.Et in c.porro.lxvi. diſtinct. ponitur forma conſecrationis; vbi beatus Iacobus à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis eſt ordinatus,ſucceſſoribus ſuis formam dantibus.Sed electus, & confirmatus non poteſt dici epiſcopus ante conſecrationem, ſed appellatur Electus; quaſi conſecratio confirmet nomen,& dignitatem epiſcopalem. Aliter procedit in prouiſo per Papam; quia talis prouiſio habet vim electionis, & confirmationis; notat Inno.in c.cum olim,de cauſa poſſeſsio.& proprie.& vide Panor.in c.ea nte.de reſcrip. & ibi vide Felinum, qui dicit ibi etiam,An dicatur licentiatus doctor ante birretum doctorale.Et de conſecratione epiſcopi vide in Pontificali ritum ſanctæ Romanæ eccleſiæ fo.27.Sed epiſcopus,qui renuntiauit epiſcopatui,retinet ea, quæ ſunt ordinis,vt per Anto.& Panor.in c.i.de ordinatis ab epiſcopo,qui renunſiauit epiſcopatui. & ibi de eo.qui renuntiauit adminiſtrationi,ſed non dignitati.Itaque diſtingue, vtrum epiſcopus renuntiauerit loco tantum, an loco ſimul,& dignitati.In primo caſu,quando tãtum loco renuntiauit, poteſt ordines conferre inuitatus ab epiſcopo aliquo.In ſecundo caſo,ſi ſimul renuntiauit loco, & dignitati, diſtinguitur,vtrum contulit ſacros,aut minores.Si minores; qui recepit,poterit adminiſtrare, & ad maiores promoueri.Si vero ſciẽter ordines ſacros quis recepit,executionem officii

ſcii non habebit, quia eam conferens non habebat. Si vero ignoranter, tunc epiſcopus cum talibus poterit diſpenſare, vt per Panor. in d. c. i. Itaque duo concurrunt in epiſcopo; primo, ius dignitatis epiſcopalis cohærens perſonæ, quæ habetur per conſecrationem; ſecundo, adminiſtrationis ius cohærens loco, cui præſidet, quæ habetur per confirmationem, vt in c. tranſmiſſam, de electio. Et hæc iura non ſunt inſeparabiliter connexa, vel indiuidua; vnde vni poteſt renuntiare ſine altero, ſi inchoetur à loco. Et poteſtas in his, quæ ſunt in habitu ordinis, reſidet in dignitate cohærente perſonæ; quo ad exercitium, reſidet in loco, cui præeſt, & in quo adminiſtrationẽ habet. Et ex hoc concluditur, quòd epiſcopus, qui renuntiauit adminiſtrationi, ſed non dignitati, poteſt illa, quæ ſunt ordinis, quo ad habitum, ſed non quò ad exercitium, vt per Panor. & doct. in d. c. i. vbi de hoc. Sed qui renuntiat ſimpliciter, in dubio præſumitur renuntiaſſe loco tantum, non dignitati. & vide Hoſt. in ſumma. §. ſed quid ſi ſimpliciter, in ii. de ordina. ab epiſcop. qui re. epiſ. Et dicit, quòd ſi renuntiauit dignitati, intelligitur per hoc renuntiaſſe executioni, & poteſtati ordines conferendi. Sed vacante eccleſia collector non debet recipere fructus de honeſtate, ſed bene poteſt, ſi vult; quia reditus viduatæ eccleſiæ integri debent reſeruari, vt in c. cum vos, de officio ordinarii. & in Calcedonenſi concilio fuit ſtatutum, vt nullus rapiat bona defunctorum epiſcoporum; ſed omnia per Oeconomos ad opus eccleſiæ, & ſucceſſoris reſeruent. Et Inno. ii. confirmauit illud, & ſtatuit, quòd ſi quis contra hoc fecerit, excommunicetur, vt in c. illud. xii. q. ii. vbi litera dicit; Illud, quod in ſacro Calcedonenſi concilio inſtitutum eſt, irrefragabiliter obſeruari præcipimus; vt videlicet decedentium bona epiſcoporum a nullo omnino hominum diripiantur, ſed ad opus eccleſiæ, & ſucceſſoris ſui in libera Oeconomi, & clericorum permaneant poteſtate: ſiquis autem a modò hoc attentare præſumpſerit, excommunicationi ſubiaceat. Qui vero morientium epiſcoporum, presbyterorum, vel clericorũ bona rapuerint, ſimili ſententiæ ſubiaceant. Et hoc non ſolum de his, verumetiam de Metropolitanis, & de quibuſlibet aliis clericis intelligendũ eſt, ſicut in ſexta ſynodo legitur. Facit etiam tex. ibi in c. non liceat. Itaq; dico, quòd ſi epiſcopus moreretur, & relinqueret ſubſtantiam acquiſitam intuitu eccleſiæ, eccleſia eſt eius hæres. Sed ipſa tenetur erogare pauperibus, & ea facere, quæ epiſcopus facere debebat, & poterit ſibi aliquid retinere, ſi haberet neceſsitatẽ pro fabrica; nam pro eadem epiſcopus obligatus erat. De hoc vide tex. & docto. in c. quorundam, de teſtam. & in c. i. de ſucceſſ. ab inteſt. vbi omnes cõcludunt, quòd epiſcopi de rebus eccleſiæ, ſeu intuitu eccleſiæ acquiſitis non poſſunt teſtari. vide etiam tex. in c. cum in officiis. de teſtamen. vbi docto. tractant materiam, an conſuetudo, quòd clericus poſsit teſtari de bonis mobilibus eccleſiæ, valeat. & ſpecialiter notatur in d. c. quorundam, quòd acquiſita per prælatum de facultatibus eccleſiæ ſunt ipſius eccleſiæ: quod procederet tàm ſi emeret nomine proprio, quàm ſi fraudulenter nomine alieno. c. fixũ abhinc. xii. q. v. & c. inquirendum. de pecu. cleri. Et ideo dicunt aliqui, quòd papa non poteſt de honeſtate (vt dixi) capere bona, quæ remanent poſt mortem alicuius epiſcopi, vt hæres defuncti. Nam ſi diſpenſator fuit negligens, aut auarus in retinẽdo, aut in diſpenſando pauperibus, non ideo pauperes amittunt ius. Sed papa, vt generalis diſpenſator, bene poteſt, prout ſibi melius videbitur, prouidere. Et Epiſcopus male tractans gregem ſuum debet expelli. c. niſi cum pridem, de renun. Idem ſi male verſatur inquilinus in domo conducta, debet expelli. Idem dicas in vaſallo, vt expellatur de feudo. multis enim de cauſis expelli poteſt vt per totũ tit. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. in vſi. feud. Idem in emphiteota male tractante rem, vt in auctien. qui rei. C. de ſacroſanctis eccleſi. Idem in domino male tractante ſeruũ. l. ii. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Item in poteſtate male tractante populum, & in viro male tractante vxorem, vt in c. literas. de reſtitu. ſpolia. Idem in procuratore male tractante facta domini, & eſt caſus ſingularis in l. iii. C. de procu. Idem in tutore, vt in l. fin. C. de admi. tuto. Sed qualiter intelligatur iſtud male verſari, dic non parum, ſed multum. Sed hoc multum, vel modicum quantum ſit, committitur arbitrio iudicis ſecundum qualitatem, & quantitatem rerum, & perſonarũ. Ita Barba. in c. propter ſterilitatem, de locatio. Sed non ſic in colono; quia dicitur modicũ damnum in tali caſu, quando non contingit leſio in dimidia parte penſionis. ita Bart. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. & in l. ſi vno. §. pe. eo. tit. & in l. licet. C. loca. & ibi Bald. & Salicetus, & Petrus & Cynus, & Imol. & Anto. in c. propter ſterilitatem. & vide Ripam in tractatu de peſte in ſecunda parte, col. iii. Et vide de iſta materia Barto. & Pau. in l. cotem ferro. §. fin. de publica. Et epiſcopus debet aduertere in prouiſione beneficiorum, quia quandiu inuenitur idoneus in ſuo epiſcopatu, nõ prouidebit extraneum; ita diuus Auguſt. in ſermone ad populum. Et videbis de hoc docto. & tex. & glo. in c. hortamur. lxxi. diſt. & omnino vide. ſed epiſcopi, qui hoc non faciunt, Deo de eo reddent rationem.

De viſitatione epiſcopi. Cap. XI.

VISITATIO diœceſis debet fieri per epiſcopum. c. ſi epiſcopus, de officio ordina. in vi. & annuis vicibus eccleſiæ ab epiſcopis viſitentur, vt in c. decernimus. x. q. i. ſed ex cauſa viſi-

tatio poteſt iterari,vt in clem.ii.de ſtatu monachorum;& ibi doct. Sed in valitudine grauatus epi
ſcopus viſitationis officium committit aliis,vt in c.epiſcopum.x.q.i.Et viſitantes epiſcopi debēt
docere populos conuocata plebe,vt errores fugiant idolorum,vel diuerſa crimina.i.homicidiū,
adulterium,periurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortiſera; & quod nolunt ſibi
fieri,alteri ne faciant; & vt credant reſurrectionem omnium,& diem iudicii, quo vnuſquiſq; ſe-
cundum opera ſua mercedē ſit accepturus. Et in viſitatione miniſtrantium vitam inquirant,vt in
d.c.epiſcopum.x.q.i. Interrogabunt etiam, ſi clerici portant habitum clericalem, & interroga-
bunt populum,ſi ſcit aliquid corrigendum,emendandum,vel reformandum, vt per Spec.in tit.
de inquiſ.verſic.licet.Et in materia viſitationis vide tex.in c.inter cætera,de officio ordin. Et ibi
dicitur,quòd epiſcopi qui per ſe non poſſunt,tenentur aſſumere idoneos, qui ſuppleant, quò ad
prædicationem,& viſitationem,& confeſſionum auditiones. Et viſitationis ordo tenendus per
archiepiſcopum ponitur in c.i.de cenſibus,li.vi.Et in c.fin.& doct.in c.cum ex officii,de præſcri
ptio. Et præfertur archiepiſcopus epiſcopo in viſitando,vt per doct.ibi & vide Hoſti.in c.ad au-
res,de temp.ordin.Sed viſitanti debetur procuratio in victualibus,non in pecunia.c.i.§.procu-
rationis,de cenſibus,in vi. Et vide extrauagantem, Vas electionis Paulus Apoſtol.Et epiſcopus
viſitando inquirat, qualiter viuant populi,vt in c.relata.& in c.placuit.x.q.i.& in c.i.de cenſi.li.
vi.& in c.epiſcopus in ſynodo.xxxv.q.vi.Idem eſt,quando delictum eſt notorium, ſed neſcitur,
quis illud commiſit;nam tunc ſuperior facit inquiſitionem generalem,Inno.in c.bonæ.il i.de e-
lectio.Abbas in c.i.de offi.ordin.& ibi dicitur,quòd epiſcopus inuocat brachium ſeculare. Et
vide in c.cum Apoſtolus,de cenſibus; Vbi loquitur etiam de charitatiuo ſubſidio. Sed viſitatio
non pertinet ad cap.ſede vacāte, Card. in clem.ii.de cenſibus.In viſitatione epiſcopus proponat
populo cauſas aduentus ſui; quia ſacri canones, & eccleſiaſticus ordo hoc fieri præcipiunt pro-
pter multa; primo,ad abſoluendas animas defunctorum.Secundo,vt ſciat, & videat qualiter ec-
cleſia ipſa ſpiritualiter,& temporaliter gubernetur;quomodo ſe habeat in ornamentis; qualiter
ibi eccleſiaſtica adminiſtrentur ſacramenta,& diuina officia peragantur, quale ſeruitium ibi im
pendatur,qualis ſit vita miniſtrorum, & populi. Tertio, ad delicta publica punienda. Quarto,
propter caſus,qui de iure,vel conſuetudine ad epiſcopum duntaxat pertinere noſcuntur;in qui
bus nullus alius ſe intromittere poteſt. Quinto, ad exhibendum ſacramentum confirmationis;
quod nullus alius,niſi ſolus epiſcopus ex diuina,& Apoſtolica ordinatione dare poteſt.Sexto,vt
inducat populum ad penitentiam,& inſtruat in eccleſiaſticis ſacramentis, Et quòd credant arti-
culos fidei,monendo eos,vt impleant præcepta legis diuinæ.Qualiter autem epiſcopus recepi
debeat veniens ad viſitandas parochias,vide in libro ſacerdotali in fo.297. Itaq; viſitationem po
teſt facere quilibet habens ordinariam iuriſdictionem in aliquos, ſicut Archiepiſcopus in tota
prouincia.c Romana,& c.perpetuo,de cenſi.lib.vi.& epiſcopus in ſua diœceſi,de offi.ordi.c.cō-
querente.Item Archidiaconus,& Decanus,de cenſi.c.cum Apoſtolus.de offi.Arch.c.mādamus.
Et ſemel in anno tantum,niſi ex cauſa,poteſt viſitare.Item Abbates,& prælati religioſorum viſi
tant monaſteria,& monachos ſecundum eorum inſtituta,vt in c.pe.& vlt.de ſta.mon.Item lega-
ti Apoſtolicæ ſedis,& quibus committitur à papa,vel à prælatis ordinariis,exiſtentibus ipſis im
peditis.x.q.i.c.epiſcopum.de offi.or.c.inter cætera;& eo.tit.c.ſi epiſcopus,lib.vi.Quidam tamē
dicunt inferiores epiſcopis non poſſe per alium viſitare,conſuetudine obſtante;exceptis præla-
tis religioſorum,qui viſitant & per alios. Sed quem ordinem debet tenere viſitator? Reſponde,
quòd archiepiſcopus debet primo propriam diœceſim viſitare totam incipiendo à capitulo ſuæ
eccleſiæ primo;& ſic tota viſitata tranſibit ad alias diœceſes,vt dicitur in c.Romana,de cenſi.li.vi.
Similiter faciat epiſcopus,primo incipiendo à ſuo capitulo.Legati autem de latere non tenentur
iſtum ordinem ſeruare ſecundum Hoſti. nec viſitatores religioſorum,Sed ſeruabunt eorum ſta-
tuta,vt dicitur in d.c.Romana.& ibi vide,quod illic notatur. Quomodo autem debet fieri viſi-
tatio? Reſponde,quòd primo debet proponere verbum dei; & demùm de vita,& conuerſatio-
ne miniſtrantium in eccleſiis,& locis aliis diuino cultui deputatis,ac cæterorum,qui ad officium
ſuum ſpectant,inquirere,ſine iuramento,& coactione; ſed ad eorū emendationem per ſalubria
cōſilia inducat lenibus,& aſperis,ſicut magis videbitur expedire.Quòd ſi de aliquibus orta fue
rit infamia contra aliquem,ordinario denunciet,vt inquirat;notoria vero corrigere poterit, &
punire,vt in d.c.Romana.Et iſta forma eſt de præcepto omnibus prælatis ordinario iure viſitā-
tibus,exceptis religioſorum conſuetudinibus,& regularibus inſtitutis,vt in d.c.Romana.Et ad
uertant in viſitatione prælati; reddent enim in die iudicii rationem de ſibi commiſſis, quando
fiet eis illa quæſtio Hier.c.xiii; vbi eſt grex,qui datus eſt tibi,pecus inclytum tuum,&c.Hoc eſt
enim maximum periculum hominis de factis alterius rationem reddere,qui pro ſuis nō ſufficit.
i.Reg.c.xx; Cuſtodi virum iſtum; quia ſi lapſus fuerit, anima tua pro anima illius.Et ſcriptū eſt
Lucæ.xii.Omni autem,cui multum datum eſt,multum quæretur ab eo, & cui commendauerūt
multum,plus petent ab eo. Procurent etiam epiſcopi, quòd frequens prædicatio ſit in diœceſi-
bus ſuis,c.inter cætera,de offi.ord.quia prædicatio eſt officiū curæ, vt per glo.in clem.i.de reg.

&

& vide tex.in clem.dudum,de ſepul. Sed officium prædicandi principaliter pertinet ad epiſcopũ. & cum viſitat dioceſim,debet prædicare populis,vt c.i.de cenſi.in vi.& c.placuit.x.q. i. & rector eccleſiæ parochialis habet officium prædicandi in eccleſia ſua:c.ignorantia.xxxviii.diſtinct. & vi. Panor.in d.c.inter cætera;vbi dicitur, ꝙ prædicatio eſt cibus animæ; quia ſicut corpus materiali cibo nutritur,ita & anima ſpirituali cibo reficitur.Et de viſitatione,& charitatiuo ſubſidio dixi in li.de concilio.c.fi.Et dixi,ꝙ errarent prælati,ſi conuerterẽt pœnas pecuniarias nõ in vſus pios, ſed in vtilitatem propriam contra dicta doctorũ in c.irrefragabili.§.cæterum, de officio ordinarii.& in c.licet,de pœnis.Et eccleſia poteſt ſe intromittere in notorio crimine laici,nedum vt peniteat,ſed vt ſatisfaciat; vt per Abbatem in c.fi.de ſepultu.Alium caſum notabis in epiſcopo viſitante; quia inquirere poteſt contra laicos de omni crimine, vt per Felin.in c.cum ſit generale, de foro competen.Sed frequenter epiſcopi viſitent monaſteria monachorum,vt in c.non ſemel. xviii.q.ii.& à correctione non appellatur.c.ad audientiam,& ibi docto.de appella.& Spec.in tit. de appella.§.in quibus:& ibi vide Bald.in addi.Et aduerte,quia prælatus non eſt iudex iudiciorũ occultorum,ſed ſolus deus,vnde non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi in quantum per aliqua indicia manifeſtantur, puta per infamiam, vel per aliquas ſuſpitiones. In quibus caſibus poteſt prælatus eodem modo, ſicut & iudex ſecularis, vel eccleſiaſticus, exigere iuramentũ de veritate dicenda.ita S.Tho.in ſecunda ſecundæ q.xxxiii.arti.vii.vbi multa de correctione fraterna vltra doct. in c.nouit,de iudiciis.& de correctione fraterna,vide.j.in c. lxxxii.

An liceat epiſcopo monachum fieri; & an monachus poſsit in epiſcopum promoueri. Cap. XII.

NOTABIMVS, quòd non licet epiſcopo monachum fieri ſine conſenſu papæ.c. temporis.§.item.vii.q.i. Sed de cætero non poteſt ad epiſcopatum reſurgere,vt in c.hoc nequaquam.ca.q.& cau.cum duobus cap.ſequen.Sed tu dic,quòd quandoque non eſt licitum deſerere curam epiſcopalem,vt ad religionem epiſcopus ſe transferat, & quandoque eſt licitum iuxta ſanctum Tho.in ſecunda ſecundæ q.clxxxv.arti.iiii.quia perfectio epiſcopalis ſtatus in hoc conſiſtit,quòd aliquis ex diuina electione ſe obliget ad hoc,quòd ſaluti proximorum inſiſtat.Et ideo tandiu obligatur ad hoc, ꝙ curã paſtoralem retinet,quandiu poteſt ſubditis ſibi commiſsis proficere ad ſalutem; quam quidem negligere non debet, nec propter diuinæ contemplationis quietem; cum Apoſtolus propter neceſsitatem ſubditorum etiam à contemplatione futuræ vitæ ſe diſtrahi patienter toleraret; ſecundum illud ad Philip.i: Ecce quid eligam ignoro; coartor enim à duobus,deſiderium habens diſſolui,& eſſe cum Chriſto;multo magis melius permanere in carne neceſſarium propter vos.Verum quandoque eſt licitum deſerere curam epiſcopalem:& hoc ideo, quia contingit, quòd quandoq; epiſcopus impeditur procurare ſubditorum ſalutem, quandoq;quidem propter proprium defectum conſcientiæ,ſicut ſi ſit homicida,&c.vel propter defectum corporis,puta ſi ſit ſenex,vel infirmus.Sed facilius indulgetur,quòd monachus ad præſulatum aſcendat, quàm quòd præſul ad monachatum deſcendat. Sed ſi epiſcopus ſalutem aliorum procurare non poterit,conueniens eſt,vt ſuæ ſaluti intendat;ſed plus laudatur pacientia epiſcopi in aduerſitate,quàm quies in religione, vt in c. ſuggeſtum. vii.q.l. Et maturos viros debet habere epiſcopus tam ex clericis,quàm ex religioſis;tam in cubiculo,quàm in monaſterio ſocios propter bonum teſtimonium.c.cum paſtoris.xi.q.vii.& duobus.c.ſequen.& de conſec. diſt. i. c. epiſcopus deo,& c.ſeq.Vnde in d.c.cum paſtoris, legitur; quòd quidam epiſcopi non habebant cubicularios clericos ſecum,ſed ſeculares;quorum vita qualis eſſet in ſecreto,erat ignota clericis, ſecularibus autem nota.Ideo Gregorius præcepit ibi,vt epiſcopi ſecum habeant clericos,vel monachos cubicularios,qui poſsint eſſe teſtes de ipſorum vita, & conuerſatione in ſecreto. Sed bene aduertant,quales debeant eſſe cubicularii,quia eorum ſocii ſunt,& vitæ eorum teſtes,& perfectionis imitatores.Ideo ſcriptum eſt,quòd nihil eſt laborioſus officio epiſcopi,ſed nihil beatius apud deum,ſi bene agatur.c.ante omnia.xi.diſt.vbi dicitur,quòd ad tantam dignitatem non debet eligi,qui minora officia nõ didicerit gubernare;nauigantis exemplo,cui cura nauis committi non debet,ſi remum tenere non nouit.Et de Apoſtolis,& epiſcopis ſcriptum eſt;Vos eſtis lux mundi,vos eſtis ſal terræ;quia ſicut ſale condiuntur omnia cibaria;ita diſcretione prælatorum debent dirigi,& ordinari omnia opera ſubditorum. Monachi bonorum operum in epiſcopos promoueri poſſunt de licentia Abbatis,quia monachus non poteſt inuito Abbate tranſire ad eccleſiaſticam dignitatem,etiam epiſcopalem,vt in c.quam ſit.§.pariter.xviii.q.ii.Et quòd Abbate inuito promoueri non poſsit,habetur in c.monachum.xx.q.iiii.Monachus autem factus epiſcopi abſoluitur à iugo profeſsionis,cum ſit factus de filio,pater,vt in c.i.xviii.q.i.vbi legitur;Qui de monacho epiſcopus ordinatur,quod ante conſecrationem habuit,monaſterio acquirit; quod verò poſt conſecrationem acquiſiuit, propriæ eccleſiæ derelinquat. Et vtrum acquirat hæreditatẽ ſuo ordini,vel epiſcopatui,vide Spec.in tit.de ſtatu monachorum,num.29.vbi dicit,quòd acqui-

rit

rit epiſcopatui. Et dixi infra in iſto tract. Item eſt abſolutus à monachali regula in ieiuniis, & vigiliis, & modo cantandi, & ſilentio, quibus vacare non poteſt; immo hæc omnia officio Pontificali, aut curæ paſtorali repugnant, cum debeat habere tubam præconis, vt in c. ſit rector. xliii. diſt. Item poteſt facere commatres, quod prius non licuit. Et de hac materia inuenies plene. xvi. q. ii. & iii. Sed ius ſuccedendi non cõpetit monaſterio, vt per glo. in d. c. i. Habitum ſuæ religionis non debet mutare monachus factus epiſcopus, nec ordinis ſui ritum, quò ad ſubſtantialia, vt in c. de monachis, & c. ſequen. xvi. q. i. Sed pro pleniori intelligentia dic, quòd religioſus aſſumptus, aut factus prælatus eccleſiæ ſecularis tenetur ſeruare habitum ſuæ religionis, & tria vota eſſentialia cuilibet perfectæ religioni, ſcilicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiam; quia talia pertinent ad perfectionem cum ſint ſupererogationis, & conſilii; ideo ad quemcunq; ſtatum aſſumantur, ea ſemper obſeruare debent; quia nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Ceremonias religionis, quæ officium pontificale, aut paſtoralis officii executionem impedire poſſent, non tenentur obſeruare; quia maius, & dignius eſt officium curæ, quàm monachatus, quantum ad illa. Patet etiam ex eo, quia commune, & publicum debet præferri particulari, & priuato bono, quando ſimul eſſe non poſſunt. De quo videbis ſanctum Tho. in ſecunda ſecundæ q. clxxxv. art. viii. vbi dicit, quòd ſtatus religionis ad perfectionem pertinet, nam eſt quaſi quædam via in perfectionem tendendi; ſtatus autem epiſcopalis pertinet tanquam ad quoddã perfectionis magiſterium. Itaq; ſiqua ſunt in obſeruantiis regularibus, quæ non impediant Pontificale officium, ſed valeant magis ad perfectionis cuſtodiam, ſicut eſt continentia, paupertas, & alia huiuſmodi, ad hæc remanet religioſus obligatus etiam factus epiſcopus, vel prælatus ſæcularis eccleſiæ; & per conſequens ad portandum habitum ſuæ religionis, qui eſt huius religionis ſignum, iuxta illud, quod ſcribitur de vita, & ho. cleri. c. clerici. Et Pontifices in publico, & in eccleſia ſemper indumentis lineis omnes vtantur, niſi monachus fuerit, quem oportet ferre habitũ monachalem, vt dixi. Et vide Panor. in c. deus, qui; & in c. clerici, de vita, & hon. cleri. vbi dicit; Monachus promotus in epiſcopum, vel Cardinalem non mutat habitum monachorum, neq; regulam, quo ad illa tria ſubſtantialia. De epiſcopo dic etiam, quòd niſi cauſa rationabilis eum excuſet, non debet præterire diẽ, quo minus dicat, vel audiat miſſam. c. fin. de priui. lib. vi. nec debet ſaltem diebus dominicis deeſſe in eccleſia ſua, vt in c. epiſcopus, de conſecrat. diſt iii. Et in d. c. fin. notatur, quòd regulariter miſſa audienda eſt in eccleſia, & non alibi, vt in d. c. i. de conſecr. diſtin. i. & c. ſicut, & c. vnicuiq;. Poterit tamen in itinere facere celebrare cum altari viatico in camera honeſta. Epiſcopus habet priuilegium celebrandi miſſam in quocunq; loco ſingulis diebus, non vt violet interdictum; & diœceſanus non poteſt prohibere propter iſtum priuilegium clauſum in corpore iuris. Iſta eſt igitur indulgentia, quam habent epiſcopi. Aliam habes in c. quod non nullis, de priuileg licet hodie illud non ſit priuilegium epiſcoporum, ſed ius cõmune, vt in c. fin. de ſentent. excomm. li. vi. Alium indulgentiam habent, vt in c. fin. de penit. & remiſs. vt poſsint ſine licentia ſuperiorum ſibi eligere prouidum confeſſorem. Epiſcopus etiam iurat de calumnia, ſi per ſe ipſum elegit litigare, propoſitis tamen, non tactis Euangeliis, vt in c. fin. de iuram. calum. Sed epiſcopus non poteſt delegare vicario ſuo reſignationem, nec collationem certi beneficii vacaturi, vt per Panor. in c. conſtitutus, de conceſs. præb. Nec debet epiſcopus promouere aliquem, qui non habet, vnde viuat, vt in c. i. de præb. quia clericus non debet mendicare, vt in c. diaconi, li. iiii. xciii. diſt. Et hoc fuit ſtatutum, vt ordinati non mendicarent in opprobrium clericatus. facit tex. in c. epiſcopus, de præb. Nam turba clericorum facit eos contemptibiles. c. legimus. xciii. diſt. Aliam indulgentiam habent epiſcopi, vt in c. ii. de offi. deleg. in vi. Nam in coactionibus, & pœnis Pontificali dignitati defertur ob reuerentiam etiam ſacri officii, quod exercent. Et quòd monachus officia populi celebrare non poſsit, multis auctoritatibus probatur per totam diſtinct. xvi. q. i. vbi videbis multa in materia monachorum; & à quibus vitiis debeant eſſe immunes, qui in epiſcopos ſunt ordinandi. Vide etiam per totam diſt. xlix. & l. & inuenies, an ipſi, poſtquàm lapſi ſunt, valeant reparari. Aliam indulgentiam habent epiſcopi. c. quia periculoſum, de ſent. excõmunicat. lib. vi. vbi legitur; epiſcopi nullam interdicti, vel ſuſpenſionis incurrunt ſententiam, niſi in ſententia ſit expreſſum: & vide ibi Ioan. Andr. poſt Hoſt. Adde & aliud; quod clerici etiam religioſi, domeſtici, vel commẽſales Cardinalium, vel epiſcoporum poſſunt ſe illis in diuinis officiis coadiuuare. Et menſes tres dantur ad electionem epiſcopi, niſi per neceſſitatem prorogentur. c. poſtquam. l. diſtinct. & ibi doct. ne pro defectu, de electio. Sed negligens monari debet, tex. eſt ſingularis in c. nunc vero. ix. q. iii. Et in proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia. c. epiſcopi, vii. q. i. Sed alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet. c. epiſcopus in diœceſi aliena. eadem. q. & cauſa.

De poteſtate ſanctiſsimorum epiſcoporum. *Cap. XIII.*

ET ſanctiſsimi epiſcopi poſſunt recõciliare, penitentias ſolennes imponere, indulgentiarum literas cõcedere, de cauſis matrimonialibus cognoſcere, ordines, & ordinationes facere. xvi. q. i. c.

q.i.c.interdicimus,ext.de pœ.& re.c.cũ ex eo,in fin.ext.de conſ.ecc. vel alta.c.cõſuluiſtis, c.cum aqua per Epiſcopum benedicta,&.l.diſt.c.in capite ieiuniorum.Item quinquageſimam, vel centeſimam dare,extr.de don.c.apoſtolicæ.xii.q.ii.c.bonæ,extra de his quæ fiunt á præl. ſine cõſen. capi.c.paſtoralis.Item ſolenniter excommunicare.xi.q.iii.c.debent. Item literas dimiſſorias dare; aliter non valet ordinatio ab alieno epiſcopo facta.viii.q.ii.c.illud,& c.dilectiſsimi, & ext.de offic.Arch.vt noſtrum,vbi de hoc dicitur plene. Item anulum portare licet epiſcopo, vt ext.de vit.& honeſt.cleri.c.quòd clerici. Item duos de canonicis eccleſiæ ſuæ ſecum habere licet lucrantes fructus,ac ſi reſiderent,ext.de cler.non reſid.c.ad audientiam.Item parochias limitare, & cimiteria ordinare.xiii.q.i.c.eccleſias;& c.paſtoralis,de his,quæ fiunt à prælat. Item cõſtitutiones facere in ſuis dioceſibus,de conſecra.diſt.i.c.omnes baſilicæ.xvi.q.vii.c.omnes.ext.de feri.c. fin. xii.diſt.c.catholica; & melius,de appella.c.ſi.lib.vi.ſuper fine vltimæ glo.in princ.Et eſt ibi quæſtio notabilis ad propoſitum.Item poſſunt epiſcopi generalem ſynodum facere.xviii.diſt.c.Epiſcopus.ext.de maio.& obedi.c.quòd ſuper.qui tex.loquitur de ſynodo epiſcopali; vbi per Abbatem,& doct.videbis multa de ſynodo epiſcopali.Sed vide hic admonitionem, quæ fieri debet in conciliis prouincialibus,ſeu ſynodis,de vita,& officiis ſacerdotum,& clericorum; Fratres chariſsimi conſacerdotes,& cooperatores noſtri,nouit fraternitas veſtra non licere, indigne nos locum tenere Aaron, vos autem Eleazari, non fungi vice duodecim Apoſtolorũ, vos autẽ lxxii. diſcipulorum(vt in c.in nono teſtamento.xxi.diſt.)Nos paſtores veſtros eſſe ſciatis, vos autẽ animarum vobis commiſſarum; nos de vobis, vos autem de plebibus vobis commendatis à domino noſtro Ieſu Chriſto rationem eſſe redditnros,vt in die tremendi iudicii inter bonos diſpenſatores inueniamur.Item hæreticos condemnare,ext.de hæreti.c.ad abolendam.§.i. & contra eos inquirere,eo.tit.c.excommunicamus.§.ſi.Nec hæc poteſtas epiſcopis adimitur,aut minuitur,licet alteri inquiſitio committatur,vt dicitur hic,& in c per hoc,primo reſponſo,de hæreti.in.vi. Cum ergo papa vult condere canones,epiſcopi poſſunt contradicere, & dicere: Canoniſte non conuenit conſuetudini regionis noſtræ,quia lex debet eſſe honeſta,iuſta, poſsibilis,& ſecundum conſuetudinem patriæ,loco,temporiq; conueniens,neceſſaria,& vtilis: manifeſta quoque,ne aliud per obſcuritatem incautum captione contineat:nullo priuato commodo, ſed pro communi omnium vtilitate conſcripta.c.erit.iiii.diſt:Et eccleſia polluta eſt reconcilianda per epiſcopũ ſumptibus eius,qui polluit,Card.in cle.i.§.i.de exceſſ.præla.Fel.in.c.accedens,de præſcrip.Dixi quòd epiſcopus poteſt hæreticos condemnare:de hoc dicemus infra in c.de hæreticis. Item eccleſias cenſuales facere,vt de iure patro.c.præterea,& de cenſi.c.ſcientes.Item inſtituere clericos & deſtituere,ext.de fil.presb.c.ex tua,& de inſti.c.ex frequentibus.Et dicitur de his, quæ fiunt à præla.Alia etiam plura ſingularia referuntur.xxv.diſt.& ext.de offi.archipresb.c.vt ſingulæ. Itẽ aliter proceditur contra eos contumaces,quàm contra alios,vt per conſtitutionem Alexand.iiii. poſitam in.c.ii.de off.deleg.in vi.Item ipſi aliter iurant,quàm alii,nec teſtificari coguntur,ext.de iuram.calum.c.ſi.xi.q.i.c.nec honorem,in auct.de ſanctis epiſcopis.§.nulli.item tempore generalis interdicti poſſunt audire diuina,ext:de priuileg.c.quod nonnullis.Item poſſunt,quem volũt, ſibi elegere confeſſorem,vt ext.de pœni & remiſſ.cap.finali.item non coguntur ſubire iudicium niſi imperialis iuſsio præcedat,vt not.Azo in titul.de epiſcop.& cleric.§.quod ſit.Item epiſcopalis dignitas liberat à patria poteſtate.liii.diſtinc.c.ſi ſeruus.& not.ext.de æta.& quali.c.idem eorum,tex.eſt in auchen.conſtitutio,quæ de dignitatibus.§.illud.collatio.vi.& ibi not. quòd priuilegia,& beneficia a principe conceſſa ſunt perpetua,etiam ſi cõcedantur ſub ſuo beneplacito. Anto.Corſet.in ſuis ſingul.in verſicul.beneficium,& multi alii doctor.Videbis Philipp. Franch.in c.fina.de reſcrip.libro ſexto.Item quinque priuilegia habes in lege antiqua.xi.quæſt.i. cum quicunque.item plures teſtes contra Epiſcopum ſunt neceſſarii,etiam clerici,& non laici.ii. quæſt. iiii.c.præſul,& c.ſequen.Item adde de altaris viatico,de priuileg.c.vlti.in.vi.Item,quòd religioſi familiares eorum ſe poſſunt eis in officio coaptare,vt in clemen.de celebr.miſſar.c.dignum.item in aliena dioceſi poſſunt diuina celebrare, & populum benedicere, etiam in locis exemptis,vt in clemen.vlti.de priuileg.vide c.Romana.de ſor.compe. Item ſupplent negligentias exemptorũ, & certas prouiſiones faciunt contra illos,de ſupplen.negligen.prælat.c.i. Et hæc faciunt authoritate apoſtolica,cui concurrunt duo iura vetera,duo ſexti,& alia duo clemen.vbi not.ſuper verbo apoſtolica.item iuriſdictionem exercere inter ſuos ſubditos in aliena dioceſi, vt in clemen.de for.com pet.Et inſtitutio beneficiorum ſpectat ad Epiſcopum,vt in.c.ex ſequentibus de inſti. & c.cum ex iniuncto,de hæreti.Et Epiſcopi ſoli conferunt beneficia de iure communi.ita Inno.in c.non ſatis,de officio ordin.& ibi dicit;Eccleſiam autem, vel præbendam conferre non poteſt alius prælatus præter Epiſcopum.c.nullus.xvi.quæſtio.vii.niſi hoc ex conſuetudine,vel priuileg. habeat,& tunc facit tanquam vicarius.c.ſuper eo,de officio deleg.c.cum veniſſent,de inſtituti.& & doct.in.c.Abbatem,de reſcr.Et electio,præſentatio,inſtitutio,collatio, inueſtitura quid ſint, & ad quos pertineant,uide Panor.in.c.auctoritate de inſt.Oportet etiam,vt quando epiſcopi inſtituunt aliquem in beneficio,inſtituãt perſonas idoneas obſeruãdo iura,ut in c.graue, de præb.

Et ſic intelligitur tex.in.c.conquerente,de offi.ord.vbi dicitur, quòd apud ordinarium eſt libera diſpoſitio beneficiorum ſibi ſubiectorum,& vide gl.& doct.in c.i,xx.i.diſt.;& quando inuenitur idoneus in epiſcopatu,epiſcopus non prouidebit extraneum,ita D.Auguſt. in ſermone ad populum,& vide tex.& gl.in c.hortamur,lxxi.di.& vide in ca.florentinum Archidiaconum.lxxxv.diſt.vbi primo examinantur electi de propria eccleſia,quàm de extraneis Et papa habet liberam diſpoſitionem beneficiorum,vt in c,ii,de præben.in vi.& in cle.i.vt lite pend. Quod intellige de vacantibus in curia Romana,vt in d c.ii.Habet etiam papa liberam diſpoſitionem beneficiorũ & poteſt diſponere de omnibus,cum viderit ex cauſa iuſta,& rationabili,quia Rom.pontifex olim raro faciebat gratias beneficiales;vnde in volumine Decretorum non fatigabamur in his, vt per Panor.in c.mandatum,de reſcrip.Incœperunt demum dare primo rogando,poſtea præcipiẽdo,& executores dando ; nec facile grauabat papa eccleſiam,niſi de vno tantum , & in illis reſeruationibus ponebat clauſulam,ſi pro alio non ſcripſerimus,vel æquipollentem.'facit tex.in c.cõſtitutus,& c.capitulum ſanctæ crucis,& c.ex inſinuatione,& c.mandatum cum duobus ſequen.de reſcrip.Procedente tempore à principio factæ ſunt gratiæ datis executoribus.ca. pro illorum,de præben.c.propoſuit,de conceſ.præb.Demum tempore Innoc.iiii.datur beneficium acceptandi.c.quia cunctis,de conceſ.præb.in vi.Ad quod fortificandum addita eſt clauſula decreti irritãtis,Clementis primi de conce.præben.ſic in reſeruationibus nec vnam inuenies in volumine decretorum,vt notat Dominicus in c,duobus,de reſcript.in vi.Poſtmodum incæperunt generales,& ſpeciales reſeruationes ad certa beneficia c.ii.de præben.in vi.facit tex.in extrauag.execrabilis vt dixi in lib.meo de generali concilio.ca.fi.Et Apoſtoli in toto orbe conſtituebant per ciuitates presbyteros,vt in Apoſt.legitur.c.i.ad Titum ; Huius rei gratia reliqui te Cretæ.i. inſtituens te ibi Archiepiſcopum,vt ea,quæ deſunt,corrigas,& conſtituas per ciuitates presbyteros,ſicut & ego diſpoſui tibi.Et epiſcopi ſucceſſerunt in loco Apoſtolorum,vt in.c.in nouo teſtamẽto, xxi.diſt.Et in.d.c.dicit Philippus Franc.aliqua vtilia de beneficiis vacantibus in curia. Et quæ beneficia dicantur in curia vacare;vbi videbis.Videbis etiam,an Abbatia ſit dignitas . Sed non poteſt epiſcopus exigere alia iura epiſcopalia,niſi illa;quæ ſunt in iure expreſſa,niſi neceſsitas aliud ſuadeat,Panor.in.c.conquerente,de officio ordinarii.Et ibi dicitur , quæ iura epiſcopalia habeat in ſua dioceſi.Sed eo die,quo epiſcopus celebrauit,in eo altari ſacerdos non debet celebrare , vt in c.vlt.de conſecr.diſt.ii,propter ſolam epiſcopi reuerentiam,ſine licentia epiſcopi, vel neceſsitate vrgente,vt cum ſolum illud altare eſt in eccleſia,& neceſſario alia miſſa celebranda venit', vel epiſcopus celebrans miſſam non perfecerit.Sine licentia epiſcopi nullus presbyter in ſua dioceſi poteſt miſſam cantare,vel baptizare,vel aliud conſimile facere.c.cunctis.xvi.q.i,ubi dicitur,quòd ſacerdotalia officia ſine permiſſu epiſcoporum nõ agant presbyteri;& in c.multis,ea.q.& cau. Sed ſacerdos in quacunque fuerit macula,non accedat offerre oblationes domino.c.ſacerdotes.i.q.i.& in Leuit.c.xxi.& ſacerdos pro macula mortalis peccati ſuſpenſus eſt quo ad ſe. Sed papa inuito epiſcopo poteſt diuidere epiſcopatum.vide docto.& Odofredum in.l.in nomine domini.C.de offic.præfec.prætor,Aphri,vbi dicit ; Dominus papa,ſi vnus epiſcopatus eſt nimis diffuſus,poteſt eum diuidere in duos;& de hoc infra videbis . Et vtinam in Hiſpania diuiſio fieret ; quia meſsis multa,& opulenta eſt,operarii autem pauci;quæ eſt vera,& iuſta cauſa diuiſionis. epiſcopatum diuidere,vide tex. & doct.in.c.quod translationem.de offi.leg.& glo. in c,ſicut, de exceſſ.præla.& vide in c.præcipimus.xvi.q.i.vbi Greg.ſcribit,precipimus,vt iuxta canonum ſtatuta vbi multitudo excreuerit fidelium ex vigore apoſtolicæ ſedis debeas ordinare epiſcopos ; pia tamen contemplatione,vt non vileſcat dignitas epiſcopatus . ſicut duo epiſcopatus ſupraſcripto modo in vnum poſſunt redigi,& unus in duos valet diuidi,& vide Fel.in.c.quæ in eccleſiarum. de conſtitutioni.Item ſine conſenſu epiſcopi non debet ædificari monaſterium,uel oratorium.c.quidã & c.ſeq.xviii.q.ii.Sed nec etiam hoſpitale poteſt ſine licentia epiſcopi conſtrui, vt in c,ad hoc, de relig.domi.Sed ſi oratorium non eſt in hoſpitali,tunc ſimplex hoſpitale poteſt conſtrui ſine licẽtia epiſcopi,vt in c.ſi hoſpitali,de eccleſi.ædifi.Item nec in oratoriis priuatis eſt licitum ponere campanas,ut in c,parentibus,extr.de priuileg.nec etiam miſſas ibi celebrare, vt de conſecr. diſt.i.c,miſſarum,legitur, Miſſarum ſolennia non ubique,ſed in locis ab epiſcopo cõſecratis , uel ubi ipſe permiſerit,celebranda eſſe cenſemus.Et presbyteri , & clerici , & religioſi diocesis epiſcopi ſubiaceant poteſtati ipſius,vt in.d.c.quidam xviii.q.ii.Qui epiſcopi iuriſdictionẽ habent in monaſteriis religioſorum, vt in c.i,ea.q.& cau.& eſt ab eo prælatus dandus monialib.& aliis religioſis fœminis,cõprobãdus.c.qui religioſis,cũ duob.ſeq.xviii.q.ii.ubi dicitur,Examinetur ab epõ qui religioſis feminis præponendus eſt;ne ſit nimiũ iuuenis,vt in c.quorundã,& c. fraternitatis,34.diſt.ubi legitur,quòd etiam conſanguinearũ immoderatã familiaritatem epiſcopum uitare oporteat.Et epiſcopi eſt,in omnib.parochialibus eccleſiis presbyteros inueſtigare,ut in c.ſane.16.q.ii.& c.nullus,& c.conſtitutiones,& duo ſeq.ea.q.& ca.& bonus tex.eſt in c,i.de offi.or.ubi notatur,quòd epiſcopi habent in ſuis diocesibus iuriſdictionem liberam,& ea quæ ſunt meri imperii;& poſſunt ex officio procedere ſuper criminibus, & in facinoroſos homines animaduertere.

Et

Et ibi etiam notatur, quòd epiſcopus poteſt ſuper adulteriis procedere, etiam contra laicos. Et
Epiſcopi poſſunt, vbi res exigit, inuocare auxilium brachii ſecularis; & iudex ſecularis poteſt cō
pelli per excommunicationem ad dandam familiam, & euxilium ſuum. de hoc videbis Innoc. &
Abba. in c. venerabili, de cenſibus, ideo poteſtas ſecularis nō incurrit excommunicationem, ſi ad
mandatum Epiſcopi capit clericum, & ducit ad carcerem, etiā violenter. vt in c. vt fame, de ſentē.
excom. Sed iudices, vel officiales Papæ de iuriſdictione. Epiſcopi nō debent ſe intromittere, ne ec
cleſiaſticus ordo confundatur. c. peruenit. xi. q. iii. vbi dicitur; Nam ſi ſua vnicuique epiſcopo iu
riſdictio non ſeruatur, quid aliud, niſi vt per nos, p quos eccleſiaſticus cuſtodiri illi ordo debuit,
confundatur; Sed non poteſt epiſcopus in aliena diœceſi ſine conſenſu diœceſani pontificalia e-
xercere, vt xcii. diſt. c. non liceat. §. de epiſcopis, & quinque. c. ſequētibus? Si nollet epiſcopus ire
ad eccleſiam ſuam, poteſt cogi per concilium prouinciale. c. ſi quis epiſcopus. xcii. diſt. Et cū mul
ta diſcuſsione cōtra epiſcopum debet proferri iudicium. c. accuſatio. & decem. c. ſeq. ii. q. vii. vbi
legitur; Accuſatio epiſcoporum non eſt facile recipienda; quia epiſcopi ſunt oculi Dei, ideo à ſub
ditis non ſunt iudicandi. c. oues paſtorem ſuum non reprehendant. vi. q. i. intellige tu de occultis
criminibus, quæ nullo modo probari poterant, vbi legitur; Si enim omnia in hoc ſeculo vendi
cata eſſent, locum diuina iudicia nō haberent. Ideoq; ſi aliquis putat ſe in hoc Deo placere, ꝙ ſer
uos ſuos accuſat, & vt meliores fiant, dicit hoc egere; in vanum laborat, & plus inuidiæ ſtimulis
agitatur, quam charitatis. Et ibi legitur in. c. ſacerdotes. vi. q. i. quòd populi arguere, vel increpa-
re non valent ſacerdotes; quia ſacerdotes, qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnib.
ſunt obediendi, & timendi. Sed clerici non debent peregrinari ſine licentię ſui epiſcopi. c. nō o-
portet, de conſecr. diſt. v. & vide tex. in. c. ſi. de cler. peregri. Ideo epiſcopus alterius diœceſis cleri
cum recipere, nec ordinare poteſt ſine conſenſu ſui epiſcopi, & literis dimiſſoriis. lxx. diſt. per to-
tum. Et vide formam monitionis ordinandorum, quæ omnia impedimenta particulariter conti-
net, in Pontificali ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſolio iii. & ibi videbis formam abſoluendi ordinan-
dos a ſententia excommunicationis, & diſpenſandi cum irregularibus ad cautelam. Et de exhor-
tatione per epiſcopum facienda ordinatis ad ſingulos ordines, peracta ordinatione, ibi vide in
folio xxiii. Et in d. libro pontificali ea tantum ordinate ſunt, quæ ad officium pontificis ptinent
& eſt opus ſatis laudabile, atque diuinum; & tres in ſe partes continet, in quarum prima de bene
dictionibus, & conſecrationibus perſonarum tractatur; in ſecunda de conſecrationibus, & bene
dictionibus rerum, in tertia vero de quibuſdam ſacramentis, & eccleſiaſticis officiis agitur. item
eſt conſiderendum, ꝙ præſente epiſcopo ſacerdos niſi de ſuo mandato non debet benedicere, nec
ſignare. c. cum ad, de conſecr. diſt. i. Itaque poſt conſecrationem cuilibet ſacerdoti populum bene
dicere permittitur, & ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat, vt in c. miſ-
ſas, ea d. diſt. Sed & præſente epiſcopo ipſe debet dare benedictionem, vt in c. denique xxi. diſtin.
vel eius nutu, vel conſenſu. Quod intelligitur de benedictione finali; nam ſolennem benedictio
nem, quæ fit ante agnus Dei, nullus debet dare, vel facere, niſi epiſcopus. Notabis etiam, ꝙ vltima
benedictio poſt miſſam, illam ſignificat, quam Chriſtus poſt reſurrectionem in cœlum aſcenſu-
rus dedit diſcipulis ſuis; vnde Lucæ vlt. dicitur; Factum eſt, cum benediceret illis, receſsit ab eis.
Vtrum autem epiſcopi poſsint ſucceſſores ſibi ex teſtamento inſtituere, vide tex. in c. epiſcopi xii.
q. i. cum c. ſeq. vbi habetur; Epiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis, vel quicquid de proprio ha
bent, hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant; quicquid vero de prouiſione ſuæ eccleſiæ fuerit,
ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, omnia in iure eccleſiæ ſeruare cenſuimus.
Et videbis xii. quæſtio. v. per totum; & præcipue vide ibi tex. in c. fixum, vbi litera dicit; Quæ
ante ſuam ordinationem, vel poſt hæreditariam ſucceſsionem acquiſiuit epiſcopus, cui vult, dere
linquat; illa vero, quæ de rebus eccleſiæ ſuæ ſuo nomine, vel alterius comparauit, in iure ſuæ ec-
cleſiæ tantum deueniant. Et morientis epiſcopi res pro futuro pontifice conſeruari debent, ut ſu
perius dixi. Et duo epiſcopatus per Papam coniunguntur in unum, cap. poſtquam. xvi. quæſtio.
prime, & unus in duos diuiditur, ut in cap. præcipimus. §. ſicut, eadem quæſtion. & cau. Vide Pa-
normi. in quæſtione prima, & omnino vide. Et epiſcopus poteſt ex beneficio pingui conſtituere
duo ex cauſa, ita Panormi. in cap. extirpandæ. §. qui vero, de præbend. & dict. quæſtio. i. dicitur;
quòd papa poteſt in vno epiſcopatu ponere duos epiſcopos, ut in ca. non autem. vii. q. i. ubi hoc
fuit geſtum in perſona Auguſtini, qui non ſucceſsit, ſed acceſsit Valerio adhuc viuenti; nec fuit
deputatus ſimplex coeditor, ſed uerus epiſcopus, ut ibi legitur, & notatur. idem, ſi duos epiſco-
patus concedit uni epiſcopo, ita ut ſit epiſcopus vtriuſque, ut in c. relatio. xxi. quæſtio. i. Quan-
doque vnit duos epiſcopatus, & quandoque diuidit vnum in plures, vt in c. & temporis. xvi. q. i.
& in c. ſicut unire, de exceſſ. prælat. Et ſic poteſt facere contra ſtatutum, & ordinationem conci-
lii, & beati Petri Apoſtoli, qui præcepit, vt ſingulis ciuitatibus ſinguli, & non plures epiſcopi po
nerentur; ut narrat beatus Clemens in c. in illis. lxxx. diſtinct. & Anacletus papa in c. ſeq. & pro
hoc autoritas Gregorii in c. ſinguli. lxxxix. di. Cætera uidebis in d. q. i. & notabis d. c. in illis. lxxx.
diſtinctio. ubi conſtat, quòd tempore beati Petri erant limitatæ prouinciæ. nota bene. Et in vna

ciuitate non debent eſſe plures epiſcopi; & quod ſupra diximus de Valerio, & beato Augu. fuit ibi ſpeciale, vt per gl. in c. in illis. lxxx. diſt. Et epiſcopus poteſt reuocare, quod anteceſſor alienauit indebite, vt in. c. i. de in integ. reſt. Poteſt etiam vendicare res eccleſiæ, non ſibi, vt in. c. ꝓhibemus de cenſi. Sed non poteſt alienare res eccleſiæ ſine conſenſu capituli, vt in c. i. de his, quę fiunt a præla. ſine conſen. capi. Et eccleſia, & minor, & filens æquiparantur, vt per doct. in. l. ſi. de iur. delib. & de in integ. reſt. c. l. ii. q. ii. c. ſiqua de rebus, de iur. iu. c. ſicut. Et poteſt delegare collationem beneficiorum. c. conſtitutus, de conceſſ. preb. dummodo delegat vicario ſuo generali duntaxat, nã alteri non poteſt conferri. Poteſt donare poteſtatem conferendi certum beneficium vacans, ſed non poteſt delegare poteſtatem conferendi beneficium vacaturum in ſpecie, vt per doct. in. d. c. conſtitutus. Sed ab epiſcopatu quis remouetur propter illiteraturam, vt in c. quamuis, de æta. & qual. & datur defectus ſcientiæ, quando neſcit grammaticam: & ſufficit, quòd teſtes dicant, ꝗ nũquam legerit libros ſcientiæ, nec vnquam intrauerit ſcholas, vel doctorem audierit. Tria enim in epiſcopo præcipue requiruntur, literarum ſcientia, ætatis maturitas, & grauitas morum. Adde & quartum, quod de legitimo matrimonio natus ſit. c. cum in cunctis. de elect. & ibi gl. Sed ſi ignorat grãmaticam, ſi ex vſu perfecte loquitur, & alias eſt vtilis, non deponetur, ſi iam eſt promotus. Nam iura, quæ poſſunt in contrarium adduci, loquuntur in promouendis. Et ſi Papa mandat alicui epiſcopo, verum tale mandatum porrigatur ad epiſcopum ſucceſſorem, vide Bar. in. l. ſi communis ſeruus. ff. de ſtip. ſer. Et de facili laicus non eſt aſſumendus in epiſcopum: vnde ſine magna cauſa non debet fieri, vt per Panor. in. c. ſane, de conuerſione coniugato. Et qualiter epiſcopus iuret domino Papæ, vide in. c. ego, de iureiur. & ibi dicit Panor. quòd epiſcopus tenetur ex iuramẽto defendere, & adiuuare papatum, & regulas ſanctorum patrum; dic regulas. i. canones ſummorum pontificum, & aliorum ſanctorũ patrum per eccleſiam Rom. approbatos. Et ſic poteſt ex textu ſecundum Panor. colligi dictum ſatis acerbum, quòd epiſcopus non ſeruans, vel ſeruari nõ faciens canones, incidit in periurium, cum iuret defendere, & retinere canones. Sed tu intellige, vbi ex contemptu non ſeruat; & in tali caſu poteſt recedi ab ipſo, ſicut ab excõicato. Quomodo autem procedatur contra prælatum ſuſpectum de dilapidatione, vide doct. in. c. licet Heli, de ſimo. Et coadiutor an ſit dandus prælato ſuſpecto de dilapidatione, videbis ibi Panor. Vbi dicens etiam, quando clericus poſſit cogi ad oſtendendum titulum ſui beneficii; de quo aliàs iam dixi. Videbis etiam Fel. in. d. c. licet Heli, multa dicentem. Vbi dicit etiam, quòd epiſcopus poteſt ponere edictum, vt omnes oſtendant titulum ſub pena priuationis: intellige de retinentibus per diſpenſationem; ita doct. in. c. ordinarii, de offi. ord. & omnino vide Fel. in. d. c. licet Heli, quia ponit duas limitationes. & ſi prælatus eſt negligens in corrigendo, ſine admonitione auferetur ei iudicium, vel iuriſdictio, vt per gl. notabilem. in. c. per principalem. ix. q. iii. & vide doct. in. c. ſicut olim. de accuſatio.

De officio epiſcopi, & ad quæ ſucceſſor demortui teneatur. Cap. XIIII.

DE poteſtate ſanctiſſimorum epiſcoporum diximus ſupra in. c. præcedenti; nunc aliqua de officio epiſcopi aggrediamur. Officium epiſcopi eſt virgines, altaria, & eccleſias conſecrare, chriſma conficere, & cum ipſo confirmare, vt in. c. quamuis. lxviii. diſt. vbi enumerantur decem, quæ pertinent ad officium epiſcoporum, & quia hæc corepiſcopi ſibi vſurpabant, receſſerunt ab aula. Primum igitur epiſcoporum officium eſt presbyterorum, & diaconorum ordinatio; & per hos intellige alios ordines; virginum conſecratio, vt dixi. xxvi. q. vi. c. i. Item conſtructio altaris in eccleſia conſecrata; nam ante conſecrationem bene licet clericis ibi conſtruere altaria, sed poſt, non niſi de conſenſu epiſcopi; quia ſi fecerint, deponetur, vt in. c. nullus presbyter de conſecr. diſt. i. Item inungitur epiſcopus, vt procurator animarum exiſtat, & diſtributor ſpiritualium. c. clericum. §. ex his omnibus. xi. q. i. Et multa ſunt, quæ epiſcopus tenetur ſcire. c. omnes xxxviii. diſt. vbi ſtatuit synodus, vt omnis, qui ad epiſcopatum promouendus eſt, pſalteriũ ſciat, vt ex eo omnis clericus, qui ſub eo fuerit, inſtruatur. Et tempore ſuæ ordinationis debet Metropolitanus ordinandum epiſcopum interrogare, ſi ſciat legem, canones ſacros, & omnem ſacram ſcripturam; & ſi inuenitur ignorans repellitur: & hoc probatur authoritate prophetæ Oseæ. iiii. dicentis; Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellã te, ne ſacerdotio ſungaris mihi. ſequitur tex. Placuit, vt ordinandis epiſcopis prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur. Similiter cum nouum celebratur concilium, quæ in conciliis ſtatuuntur, infra ſex mẽſes, poſtquam redierit a concilio, debet omnes ſuos ſubditos conuocare, & eis indicare, quæ ſũt in synodo acta. c. decernimus. xviii. diſt. Ideo non ſufficit epiſcopo innocens vita, niſi adſit, & doctrina. xliiii. diſt. c. i. quia tenetur epiſcopus docere populos ſacram ſcripturam; non grãmaticam vel philoſophiam. c. cum multa. lxxxvi. diſt. c. ignorantia. xxxviii. diſt. Debet etiam epiſcopus intendere lectioni, & orationi, & prædicationi. c. epiſcopus nullam. lxxxviii. diſtinct. c. epiſcopi. ii. quæſtione. vii. & ſic faciebat Moyſes; qui ſemper erat tabernaculo docens, & orans, ſicque in ho-

ſtes

ſtes ſuos vincebat orationibus, vt in.c.fi.xxxvi.diſt.vbi legitur; Tria ſunt, quæ Moyſes, & Aarō faciebant; legere.ſ.docere populum, & orare. Ideo hæc tria opera debet Epiſcopus facere, ſi vult imitari Moyſen, & Aaron. De hoc videbis in.c.ſicut.vii.q.i. Debet autem epiſcopus docens in tēplo loqui prudenter, & aptare verba iuxta capacitatem audientium; ſitq́; doctus, maturus, prouidus, irreprehenſibilis, vt in.c.oportet.vii.q.i. Item debet pacem procurare inter ſubditos, & amouere diſcordias.c.ſtudium.xc.diſt.immò poteſt excommunicare nolentes pacem inire.c.placuit.c.prælatum.xc.diſt. Nec ſufficit epiſcopo lectio, vel oratio, niſi & pauperibus ꝓuideat.c.fratrem.lxxxvi.diſtinct. Debet etiam epiſcopus diſcordantes concordare.xc.per tot. ſed nō debet propriis manibus aliquem cedere, vel flagellare.c.non liceat.lxxxvi.diſtinct.& vide in c.cum beatus Paulus.xxxxv.diſt.epiſcopi eſt etiam ordinare, vt in eccleſiis baptiſmalibus ſint doctores, & magiſtri, qui pueros in artibus liberalibus, & aliis vtilibus inſtruant.c.de quibuſdam.xxxvii.diſtinct. Et epiſcopus non poteſt creari ſine titulo epiſcopali.c.ſanctorum.lxx.diſtinct. Et pendente inquiſitione contra prælatum ſuſpectum non fit incontinenti remotio ab adminiſtratione, ſecus in tutore; doctō.in c.licet Heli, de ſimonia. Et ſi electus in epiſcopum habet plura beneficia, accepto epiſcopatu omnia alia vacant.c:dictum, de electione.c.non poteſt, de præbendis in vi. Innoc.in c.in noſtra, de reſcriptis; Sed non ipſo iure, vt per Panor.in c.de multa.de præben. Et ſucceſſor in epiſcopatum nam ligatur conſtitutionibus prædeceſſoris, Ioannes de Lignano in tractatu de ſentent.excommu.in volumine.xi.folio 288. Sed ſucceſſor in eccleſia tenetur ratificare bene geſta prædeceſſoris; Archi.in c.deceſſor.xxv,q.ii.& de hoc vide Bal.in l.quicunque. C.de bonis, quæ libe. Et ſucceſſor in eccleſia non tenetur ad debita contracta per prædeceſſorem, niſi pro vtilitate eccleſiæ fuerint contracta; nota in c.i. & ii. de ſortileg.& vide in c.fin.de officio ordi. in vi. & epiſcopus an poſsit punire exemptos delinquentes in ſua dioceſi turre cremata, in c.placuit.vi.q.iii.

De Archiepiſcopo. Cap. XV.

Electus in Archiepiſcopum, vel epiſcopum infra tres menſes debet conſecrari. c.quoniam quidam.c.diſtinct.vt dixi ſupra. Et archiepiſcopus non poteſt vti pallio extra eccleſiam, vt in c.cum ſuper, de autho.& vſu pallii, In c.pallium.c.diſtinct.nam pallium eſt inſigne ornamentum archiepiſcopi; vel epiſcopi de corpore beati Petri aſſumptum. Sed ex priuilegio ſpetiali competit pallium epiſcopo, vt per Panor.in rubr.de vſu pallii. Qualiter debeat eſſe forma pallii, ibi videbis per eum. Sed inſignia, per quæ notatur iuriſdictio, non poſſunt extrahi extra limites prouinciæ, vt not.in c.ex tuarum.eo.ti.& archiepiſcopus debet ſepeliri cum ambobus palliis; quia pallium non remanet in eccleſia, ad quam fuit promotus, vt per doct.in c.ad hæc, eo.ti. Et pallium poteſt accommodari, vt videatur, non pro vtendo. Sed ante pallii traditionem quis non debet appellari archiepiſcopus. vnde notabis, quòd nomen ſequitur poſt plenarium officium, & complementum plenariæ poteſtatis: tamen per actum confirmationis recipit, poteſtatem, quo ad illa, quæ ſunt iuriſdictionis, vt in c.tranſmiſſam.de elect. Et pallium inſtanter eſt petendum, & debet peti infra tres menſes à die conſecrationis, de iure; niſi fuerit impeditus, vt in c.i.c.diſtinct.vbi de hoc. Sed ſolus papa utitur pallio ad miſſarum ſolennia, & in omni loco, ut in c.ad honorem de auct.& uſu pall & c.pallium tibi; diſtinct.c. Sed electus in archiepiſcopum, ſi ſit epiſcopus, non poteſt alios conſecrare ante receptionem pallii.c.diſtinct.§.i. Et qui eſt conſecratus, ab illo, qui non habet ius conſecrandi, iterum eſt conſecrandus, vt in c.ſicut, cum c. ſequen.lxviii. diſtinct. Et archiepiſcopus eſt ordinarius prouinciæ, & eſt maior epiſcopis ſingulis prouinciæ ſuæ.c.per ſingulas.eum c.ſequenti.ix.quæſt.ulti.vi.q.iiii.c.ſcitote.c.paſtoralis, de officio ordinarii, & Roman.in conſi.cccccxxi.& Panorm.in c.nullus, de iure patro. Sed eſt dioceſanus in dioceſi ſua, non in prouincia; ita Cardina. in clementina.i.§.i.de ſupplenda negligen. prælato. Itaque eſt archiepiſcopus in prouincia, epiſcopus in dioceſi, clemen.ii.§.i.de priuilegiis, & ibi Cardina. dicit, quod archiepiſcopus eſt maior epiſcopo in exercitio, non in ordine. dicit etiam, quòd archiepiſcopus, & Metropolitanus idem ſunt. Sed non dicitur archiepiſcopus, niſi ſit ſuſceptum palliū; ita Cardi.in c.quod ſicut.§.præterea, de electio.& in clemen i.§.nos, de iureiuran. Et proprie dignitas eſt epiſcopatus: Cardina.in clemen.i.de præbendis, & eſt culmen dignitatum, Car. in clemen.i.de renuncia. Et archiepiſcopus dicitur princeps epiſcoporum.c. cleros.xxi. diſtinct. archiepiſcopus non poteſt eligi, niſi ſit presbyter.c.i.xl.diſtinct. Punit ſuffraganeos impedientes quæſtores ipſius, vt per Card.in clemen.i.de pœnit.& remiſsio. Et dioceſis dicitur quaſi diuiſio, qua diuidūtur fines epiſcopatuum.c.unio.x.q.iii. Car.in clemen.dudum.§.extra, de ſepultu. Et dioceſes fuerūt diſtinctæ tēpore Dioniſii.glo.in c.prouintiæ.xcix.diſtin.& xiii.q.i.c.i. Et dioceſanus dicitur archiepiſcopus in ſua dioceſi, nō in prouīcia Card. in cle.i.§.i. de ſup.negli.præla.archiepiſcopus poteſt deferri facere ante ſe crucem pōt, & populū benedicere ꝑ totā prouinciā, ita Card.in cle.ii.de priu.c.ii.archiepiſcopus (ut dixi) eſt princeps.c.cleros.xxi.di.& lxxx.di.per totū. Sed quātū plus ordinis, uel honoris habet archiepiscopus, quàm episcopus? nihil (ut iam dixi) re-

pectu ordinis epiſcopalis in ſua ſubſtantia.i.reſpectu characteris; nam tãtum habet, quo ad hoc ſimplex epiſcopus, quàm papa; ſed reſpectu exequutionis, & exercitii maiorẽ ſolicitudinem habet archiepiſcopus. Metropolitanus, & archiepiſcopus idem ſunt, ſed Metropolitanus trahit nomen à metros, quod eſt menſura, & polis, ciuitas, & trahit nomen ab eccleſiis, & earum numero; Archiepiſcopus verò à perſonis: & dicitur ab archos, quod eſt princeps, eò ꝙ ſit princeps epiſcoporum, vt dixi: vide doct.& Card.in.d.clem.ii.Et dixi, ꝙ Archiepiſcopus poteſt populum benedicere, intellige de ſolemni benedictione, quam non faciunt presbyteri, vt not.c.ecce.xcv.diſtin. Dicit etiam Card.in.d.clem.ii.ꝙ benedictio fit quandoq; imperatiue, & tunc proprie Dei eſt, licet detur miniſterio benedicentis, & eſt ſatisfactionis infuſio.xxv.diſt.c.præsbyterũ. Sed archiepiſcopus non debet aliquid præſumere excommunicando, vel iudicando, vel aliquid agendo in diœceſi ſui ſuffraganei abſque eius conſilio, vel iudicio; aliàs ſubiacebit periculo ſui gradus; & qđ gerit, erit irritum.c.nullus primas.ix.q.ii.habet enim tantum iuriſdictionem in epiſcopos ſuffraganeos, & eorum officiales principales.de offi.ord.c.paſtoralis, & c. Romana eccleſia, de offi.or. in.vi.vbi videbis optimum tex.& ibi vide doct.Non tamen procedet archiepiſcopus contra epiſcopum ad depoſitionem, quia depoſitio epiſcoporum ſoli papæ eſt reſeruata, vt in.c.ii.de transl. prælat.de hoc vide Panor.in.c.i.de offi.leg.Sed de criminibus paruis poteſt cognoſcere, & ipſos epiſcopos punire.c.ſacro.de ſent.excom &.x.q.iii.c.quia cognouimus, & not.Io.and.in.c. vt litigantes.de offi.ord.lib.vi.De cauſa vero ciuili indifferenter cognoſcit, etiam ſi ſubditi epiſcopi cõueniant epiſcopum. Sed ſecundum canones antiquos poterat concilium prouinciale deponere epiſcopos.gl.& doct.in.c.accuſatus.iii.q.vi.& in.c.denique.vi.q.iii.bonus tex.in.c.ſi quis a proprio xxi.q.v.& Fel.& Ant.& doc.in.c.i.de iudiciis.ſed ſi electio epiſcopi eſſet vitioſa ex parte materiæ electionis, videlicet ipſius electi, vt ſi deprehenderetur deuius a fide in hoc caſu electio vitioſa eſſet nulla, quoniam hæreticus non poteſt eſſe materia ſuper quã cadat electio apoſtoli, ita Cardin.de turre cremata, in.c.ſiquis pecunia.lxxix.diſt.& vide.j.in.c.de degradatione. & epiſcopi repreſentãt pſonas apoſtolorũ Chriſti, vt in.c.in nouo teſtamẽto. 21.di.Sed ſi epiſcopus habet cauſam contra ſubditum, non conuenit eum coram archiepiſcopo, ſed debent eligi arbitri autoritate iuris, hæc probantur in.c.ſi clericus aduerſus clericum.xi.q.i.ita Panor.in.d.c.paſtoralis.& ibi dicit, quod regulariter nullam poteſtatem poteſt archiepiſcopus exercere in ſubditos epiſcoporũ niſi in caſibus exemptis, & vide gl.& doct.de hoc in.d.c.paſtoralis, & vide Card.in.d.clem.ii.§.I. Et ſi duo ſubditi epiſcopi litigant, vel epiſcopus contra ſubditum, non poteſt adire archiepiſcopũ niſi per appellationem.c.venerabilis, de ſent.excom.lib.vi.vbi litera dicit; archiepiſcopi nõ poſſunt abſoluere excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, ſed poſſunt abſoluere, ſi ad eos appellatum fuerit. De his videbis in.d.c.venerabilibus, in princ.& in §.porro.& in.§.ſed ſi ex cauſa legitima, & in §.ſane, & in.§.denique. Et de officiali epiſcopi ad archiepiſcopũ appellant, vide ſing. tex.in.c.Romana eccleſia, de app.in.vi.& in.§.quod ſi obĳciatur, ſi dicitur ex iniuſta cauſa appellatum. Archiepiſcopus inhibere non poteſt niſi prius recepta appellatione, vt probabilius incipiat cognoſcere de cauſæ veritate. vide docto.in d.c.Romana.§.ſi autem. Et in hoc Archiepiſcopi ſemper grauant. Et vide tex.ſing.in c.illis.lxxx.diſt. vbi legitur, ꝙ gentiles habebant tres ordines ſacerdotum, ſcilicet primi flamines, archiflamines, & flamines, & quòd loco primiflaminum Petrus iuſsit poni patriarchas, qui de maioribus aliorum epiſcoporum cauſis cognoſcerent, locò Archiflaminum Archiepiſcopos, loco flaminum epiſcopos, qui in ſingulis ciuitatibus ſinguli eſſe debent. Et in c.epiſcopi, eadem diſtinct.dicitur, quòd epiſcopi in ciuitatibus, presbyteri per caſtella. Itaque ponit differentiam inter epiſcopum, & presbyterum. Sed de notoriis poteſt archiepiſcopus corrigere ſubditos epiſcopi, cum viſitat prouinciam.c.i.§.notoria, de cenſi.lib.vi.Et epiſcopi, & archiepiſcopi celebrantes in locis exemptis an poſsint ibi concedere indulgentias, vide Card.in d.clem.ii.§.fin. Et archiepiſcopus non poteſt aliquid attentare in diœceſibus ſuffraganeorum, niſi quatenus reperiatur in iure expreſſum ita Panor.in c ſicut vnire, de exceſsi.prælatorum; & ibi glo. enumerat.xi.reſeruata papæ & vtrum metropolitanus poſsit viſitare prouinciã ſui ſufraganei dico hodie quod ſit ſecundum formam tex.in.c. romana de ſenſibus libr. vi. & ibi uide.c. fin. & Archidi: Et ſubſidium charitatiuum poteſt peti à papa in caſibus notatis per Oldra. in conſilio.ciiii.Et de charitatiuo ſubſidio vide Cardi.& de penſione licita, & illicita vide eũdem in cle.i.§.i.de ſupplenda negligentia prælatorum; & in c.auaritiæ, de præben. & vide Abbatem, & additionatorem ſuum, in c.ad audientiam de reſcriptis; & vide infra in c. de penſione eccleſiaſtica. De charitatiuo ſubſidio vide etiam Card.in clemen.i.de exceſsibus prælatorũ, & Hoſti. in titu.de exceſsibus prælatorum. archiepiſcopus non niſi ad miſſarum ſolennia palio vtatur, & in ſynodo, Sed poteſt ſynodum congregare ante ſuſceptionem pallii, vt per text. & docto.in. d.c.pallium tibi. Et de pallio archiepiſcopi vide in titu.de vſu pallii; & per totam diſtinctionem centeſimam; vbi dicitur in c.priſca; Honor pallii non detur niſi meritis exigentibus.

An Principatus ſummi Romani pontificis non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia ſe extendat, ita quòd in toto orbe iuriſdictionem habeat temporalẽ. Cap. XVI.

AN principatus ſummi Romani pontificis non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia ſe extendat, ita quod in toto orbe iuriſdictionem babeat temporalem, dic breuiter, quòd licet Romanus pontifex non babeat regulariter, ſiue directe ita plenam poteſtatem in temporalibus, ſicut in ſpiritualibus; nihilominus etiam habet poteſtatem in temporalibus ex conſequenti, & hoc proprio iure. ſ. quantum neceſſarium eſt ad conſeruationem rerum ſpiritualium, ad directionem hominũ in ſalutem æternam, ad correctionem peccatorum, & ad conſeruandam pacẽ in populo Chriſtiano, vt ex inſra dicendis demonſtrabitur. Et in primis dico, ꝙ papa eſt ſummus, & omnes ſunt ei ſubiecti, vt eſt glo. valde notabilis in clem. ad noſtrum, de hæreticis, in verbo eccleſiæ; & vide aliam ſingularem glo. in. c. cauſam, il. ii. qui filii ſint legit. & vide Inn. in c. licet ex ſuſcepto, de foro compe. & vide Hoſt. in. c. per venerabilem, qui filii ſint leg. & vide eundem in ſua ſum. eo. tit. §. qualiter, & quo. Et, vt magis materia eluceſcat, dic, quòd duplex eſt poteſtas, vna ſpiritualis, quæ eſt penes ſummum pontificem, alia temporalis, quæ eſt penes imperatorem, vt in. c. ſolite, de maio. & obed. Spiritualis autem eſt prior temporali in tribus, vt dicit Hoſt. in loco præalleg. in dignitate, ſiue maioritate, in inſtitutione, & in authoritate, ſeu poteſtate. Eſt. n. prior in maioritate, ſicut ſpiritus eſt maior corpore: eſt prior in inſtitutione, nam ſacerdotiũ Melchiſedech præceſſit legem ſcriptã; de quo in. c. tranſlato. de cõſt. item per ſacerdotem Deo iubente fuit ordinata regalis poteſtas. i. Regum, cap. viii. quùm dicit dominus ad Samuelem; Conſtitue ſuper eum Regem. Eſt ergo ſacerdos etiam prior poteſtate, & authoritate. item patet hæc maioritas ratione ſubiecti; quanto. n. quis melioribus præeſt, tanto maior eſt, vt in auct. de defen. ciui. §. nos igitur, col. iii. Sed anima, cui papa præeſt, præferenda eſt omnibus rebus humanis, quib. imperator præeſt. xii. q. i. c. præcipimus; ergo papa præeſt imperatori. item hoc probatur ex vi fidei; ſicut. n. ponere duo principia eſt hæreticum, vt de ſum. tri. & fi. cath. c. i. & ii. ſic etiam ponere duos vicarios æquales in terris eſt hæreticum. facit gl. notab. in. c. non autem. viii. q. i. Eſt. n. eccleſia militans diuinitus exemplata ab eccleſia triumphante, dicente ioan. in Apoc. c. xii. in princ. vidi Hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de cœlo, &c. & Moyſi dictum eſt, Exo. xxv. quòd omnia faceret ſecundum exemplũ ſibi demonſtratum. Cum igitur in eccleſia triũphante ſit vnus princeps ſummus, cuius obedientiæ tota ipſa eccleſia perfectiſſime eſt ſubiecta. ſ. Deus; neceſſario ſequitur, quòd etiam eccleſiæ militanti vnus ſummus princeps præſideat. Imperator eſſe non poteſt, cum non valeat præeſſe in ſpiritualibus; ergo eſt papa, qui & temporalibus præeſſe poteſt, vt ſuperius diximus, & .j. dicemus. Sed fatendum eſt, quòd imperium, ſicut ſacerdotium, proceſſit à Deo; & nedum ſummum imperium, immò & quælibet inferior poteſtas dicitur à Deo, vnde in paſſione Chriſtus ait ad Pilatum: Non haberes in me poteſtatem vllam, niſi data eſſet tibi deſuper: ſed hæc poteſtas non deriuatur in principem ſecularem immediate à Deo, ſed per debitam, & ſubalternatam emanationem a vicario Chriſti Ieſu; apud quem ſunt iura cœleſtis, & terreni imperii, vt dicit tex. xxii. diſt. c. omnes. Hinc eſt, quòd imperium transferre poteſt de certo genere perſonarum cum maxima cauſa ad aliud genus, vt. j. dicetur. Sed iſti exercentes iſtos duos gladios habent ſe ad inuicem, vt maior, & minor, & vnus ſit ſupremus in eccleſia militante, ſicut in triũphãte. Sed diceres, ad quid valet iſta maioritas, & prærogatiua, cum non valeat papa perturbare illam iuriſdictionem temporalis principis, nec minuere, nec exercere per ſe, vt in. c. ſi imperator, & in c. cum ad verum. xcvi. diſt. & . c. quoniam. x. diſt. & in. c. cauſam, qui filii ſint leg. & ipſe Deus exercitum interdixit dicendo; Mitte gladium tuum, &c. Reſpondetur, quod valet ad multa, & primo vt ipſum Imperatorem, tanquam inferiorem, deſtituat exigentibus cauſis maximis, & arduis. Itẽ in omnibus arduis negotiis, & maximis difficultatibus generantibus ſcandalũm in Chriſtianitate poteſt huiuſmodi maioritatis ratione ſe intromittere etiam inter laicos, & exercere ipſam poteſtatem ſibi à Deo attributam, ut in principio iſtius capituli diximus, & . j. dicemus. Et ubi iſta negociorum neceſſitas, & grauitas non contingit, habent locum iura generaliter loquentia, quòd papa debet præeſſe ſpiritualibus, imperator verò temporalibus, & hæc ſufficiant, quo ad hũc paſſum. Et quòd gladius materialis ad Rom. Pont. pertineat, patet ioan. xviii. Vbi dixit Chriſtus Petro; Conuerte gladium tuum in vaginam. Quod uerbum pertractans B. Bernardus ad Eugeniũ papam ſic inquit; Qui tuum negat, non ſatis uidetur mihi attendere uerbum domini dicentis, Conuerte gladium tuum in uaginam, Ioan. xviii. & matth. xvi. Tuus ergo tuo ſorſitan nutu, & ſi non tua manu, euaginandus, ſed iuſſu imperatoris: hæc ille. ſ. Bernardus. Nutus vero dicitur nõ tãtum exhortatio, ſed etiam diſpoſitio. Vnde Leo papa. iiii. vt in c. igitur xxiii. q. viii. contra ſaracenos iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. item vt in. c. hortatu ea. cau. & . q. Hortatu, & præcibus Adriani Papæ exortatus Carolus Rex contra Longobardos bellum ſuſcepit. Ad idem, B. Gregorius quoſdam hortatur nobiles, ut milites congregent contra hoſtes, & ar-

ma

ma viriliter præparent, vt in c. quicunque. ea. cau. & q. Item in regiſtro etiam legitur, quòd beatus Gregorius ciuibus Tuſciæ, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantibus ſtipendia decreuit. Quòd etiam huius gladii materialis diſpoſitio, licet non materialis exercitatio conueniat clericis, ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ. q. xl. ar. ii. declarat ita dicens; Omnis perſona, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet diſponere de his, quæ ſunt ad finem; bella autem carnalia in populo fideli ſunt referẽda ſic ad finem, vt ad bonum ſpirituale diuinum, cui clerici deputantur, ideo ad clericos pertinet diſponere, & inducere alios ad bellãdum bella iuſta. hæc S. Tho. Pertinet ergo diſpoſitio anthoritatiua gladii materialis aduerſus infideles, hæreticos, ſciſmaticos, & tyrannos, maxime ad Romanum põtificem, qui dux, & paſtor, & pugil eſt populi Chriſtiani, quando bellum eſt pro veritate fidei, vt infra in c. de bello. Et de hoc vide extrauagantem Bonifacii incipientem, vnam ſanctam. Ideo imperium Romanum à Græcis tranſtulit in Germanos, & poteſtatem, ac ius eligendi imperatorem poſtmodum certis principibus contulit, vt in cap. venerabilem, de electio. Vbi dicit glo. Legimus in chronicis, quòd cum Romana eccleſia opprimeretur ab Aiſtulpho rege Longobardorum, petiit auxilium à Conſtantino, & Leone eius filio imperatoribus Conſtantinopolitanis; qui cum nollent patrocinari eccleſiæ, Stephanus papa ſecundus natione Romanus tranſtulit imperium in Carolum magnum, qui fuerat filius Pipini; quem Zacharias prædeceſſor eius ſubſtituerat loco regis Francorum: de quo in c. alius. xv. quæſt. vi. & vide in. c. lvi. Non ne igitur iuſte Iulius ſecundus ſanctiſsimus pontifex maximus Ioannem regem Nauariæ ſciſmaticum, hæreticum, Apoſtolicæ ſedis hoſtem publicum, atque reum læſæ maieſtatis declarauit & deſcendentes eius ratione publicæ vtilitatis regnumque, & omnia eius bona publicauit primo occupanti, atque nominatim Catholico regi Hiſpaniarum conceſsit? quemadmodum Stephanus ſecundus ſanctiſsimus pontifex Conſtantinum, & Leonem occidentis imperio deiecit, propterea quòd ipſi eccleſiæ cauſa imploranti auxilium denegauit. Poteſt itaque papa principes apoſtatantes a fide, priuare dominio temporali, quod habent ſuper fideles: quod probatur ex iam dictis. & oſtenditur ex dictis ſancti Tho. ſecundæ ſecundæ q. xl. art. vlt. & notabis quod filii conſpirantium in principem vel eccleſiam, non poſſunt capere aliquam hæreditatem, & ſic iuſtiſsime Rex noſter poſsidet. Regnum Nauariæ. & de rebelione, vide infra in. c. lxxi.

Sed quia tempus acceptabile eſt, dicamus aliqua de quadruplici Monarchia. Prima fuit Aſſyriorum, cuius caput Ninus fuit tempore Abrahæ Patriarchæ, quæ durauit. 1240. annos, vt ſcribit Auguſt. libro iiii. de ciuitate dei; vſque ad Sardanapalum, qui propter merita muliebria perdidit principatum. Arbazanes tranſtulit regnum ad Mædos, & Perſas, eo tempore, quo regnabat Procas Dux Romanorum, vt idem Auguſti. in libro xviii. de ciui. dei. Hæc ſecunda monarchia Medorum, & Perſarum durauit vſque ad tempora Alexandri. 223. annos, quando videlicet deuincitur Darius á prædicto Alexandro, vt ſcribit idem Auguſti. in libro. xii. Sed monarchia Græcorum in Alexandro incœpit, & in eodem finiit. Regnauit Alexander annos 12. & mortuus eſt. Sed quamuis Græci non habuerint vniuerſale dominium; viguit tamen regnum Macedonum annis. 488. vt Auguſti. ſcribit in eodem. xii. Poſt hanc autem monarchiam Romanus principatus vigere incæpit, durauitque conſulatus, immo monarchia vſque ad tempora Iulii Cæſaris, qui primus vſurpauit imperium, ſed parum in eo ſuperuixit. Poſt hunc Octauianus filius ſororis eius ſucceſsit, & propter ſuam modeſtiam longo tempore in eo principatum habuit; ac in. xlii. anno ſui imperii, completa. lxxvi. hebd. Danielis, ceſſante regno, & ſacerdotio Iudæorũ, naſcitur Chriſtus, qui fuit verus Rex, & ſacerdos, & verus monarcha. Sed monarchia Chriſti quando incœperit, vide S. Tho. in tract. de regi. princ. li. iiii. c. 14. & ibi in c. xv. dicit S. Th. quod quamuis temporaliter eſſet dominus orbis, directe tamen ad ſpiritualem vitam ſuum ordinauit principatum, iuxta illud Ioann. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant: & ſic verificatur verbũ domini: Regnum meũ non eſt de hoc mundo. Et ſic conſtat poſt natiuitatem Chriſti multos imperaſſe: ipſe vero vitam abiectam elegit, vnde in Matth. dicitur; Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Item Chriſtus dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo, vt diximus. Et interroganti reſpondit; Quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos? Item in Ioãne ſcribitur, quòd cùm pauiſſet multitudinem, abſcondit ſe; quia volebant eum populi rapere, ac regem facere. Recipit n. influẽtiam Chriſti principatus ex diuina virtute, quæ in ipſo perſonaliter erat; qua potentia vſus eſt Chriſtus circa paſſionem, cum Iudæi vellent eum occidere, & ipſum quærerent: quo dicente, ego ſum; ſtatim ceciderũt in terram; vt in Ioanne ſcribitur; & in hoc tranſcendit ſua poteſtas potẽtiam ſui ſucceſſoris. Simili modo cũ emẽtes, & vendentes de tẽplo eiecit. Sed principatus Chriſti incœpit in ipſa ſua natiuitate tẽporali, & in humilitate, & paupertate ſuum fundauit dominiũ, & in aduerſitatibus, & laboribus, & erumnis ad tollendã ſuſpitionem de cordibus hominum, quòd quaſi principatum aſſumpſerit, vt in mundo dominaretur. Vnde legitur in Ioanne; Non venit filius dei in mũdũ, vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum; & Luc. vii. Dñe vis, dicimus, vt deſcendat

ſcendat ignis de cœlo, & conſumat illos? conuerſus Ieſus increpauit illos, & dixit; Non miſit deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum; ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Sed Papa Adrianus concilio celebrato Romæ centum quinquaginta quinque Epiſcoporum, & venerabilium Abbatum, imperiũ in perſonã principis Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos; quãdiu enim Imperatores Rom. eccleſiam defenderunt, eccleſia Imperatores fouit: poſt quam verò defecerunt, de alio Imperatore ad ſui protectionẽ prouidit. Et tũc diuerſificatus eſt modus imperii, quia vſq; ad tempora Caroli in Conſtantinopoli in eligendo ſeruabatur modus antiquus. Aliquñ. n. aſſumebatur de eodem genere, aliquando aliunde, & aliqñ per principem fiebat electio, aliquando per exercitum. Sed inſtituto Carolo ceſſauit electio, & per ſucceſsionem aſſumebãtur de eodem genere, vt ſemper primogenitus eſſet Imperator. Et hoc durauit vſque ad ſeptimam generationem. Qua etiam deficiente tempore Ludouici à Carolo ſeparati, cum eccleſia vexaretur ab iniquis Romanis, aduocatus eſt Othó primus Dux Saxonum in eccleſiæ ſubſidium; liberataque eccleſia à vexatione Longobardorum, & impiorum Romanorum, ac Berengarii tyranni, in imperatorem coronatur à Leone .vij. genere Alemanno; qui Otho imperium tenuit vſque ad tertiam generationem; & omnes Othones vocati ſunt. Et ex tunc, vt hiſtoriæ tradunt, per Gregorium v. genere ſimiliter Theutonicum pro viſa eſt electio, videlicet, vt per ſeptem principes Alemaniæ fiat; quæ vſque ad iſta tempora perſeuerat; quod eſt ſpatium quingentorum ſeptuaginta annorum, vel circa. Et tantum durabit, quantum Romana eccleſia, quæ ſupremum gradum in principatu tenet Chriſti, fidelibus expediens iudicauerit. In quo caſu, vt ex verbis domini ſupra inductis eſt manifeſtum, videlicet pro bono ſtatu vniuerſalis eccleſiæ, vicarius Chriſti habet plenitudinem poteſtatis, cui competit dicta prouiſio. Sed Papa à nullo iudicari poteſt, vt in c. nemo. c. aliorum, & c. cuncta per mundum .ix. quæſt. iii. & c. electionem. lxxviiii. diſtinct. cum ſimilibus: & vide text. in c. oues. & c. nos ai. quæſt .vii. & ſic Papa eſt ſupra concilium, vt eſt communis ſententia doctiſsimorum virorum, & ego eam ſequor, tanquam piam & ſanctam, quia oportet tollere ſciſmata.

Notate bene omnia contenta in toto iſto capitulo, quia magna, & ardua ſunt, & quaſi fundamentum totius iuris noſtri, non ita alibi tacta per iuriſconſultos; licet aliqui inſenſati multa vaniloqua contra ſacrum imperium moliri conati ſint. Tota ſcola Pontificia; & Çæſarea cõmuniter in hoc concordare uidetur, ſed modernorũ ingenia adeo deprauata ſunt, ut ſemper ſuſcitent diuiſionem inter utrunque gladium. Et concludendo dico, quòd ſi enarrare uellem ſacultatem, & ſupremam dignitatem, & excellentiam ſanctæ Apoſtolicæ ſedis; ante diem clauſo componet ueſper olimpo. Nec mihi ſimile linguæ ſint, oraque mille, ferrea uox, & c. minimam partem earum attingere poſsem. Omnia tamen in toto iſto libro, & ſpecialiter in iſto capitulo contenta ſubmittimus ſub correctione ſanctæ matris Romanæ eccleſiæ, & ſub correctione ſacri ſummi Romani Pontificis.

De diſpenſatione ſanctiſsimmorum Epiſcoporum Cap. XVII.

Diſpenſatio eſt quædam relaxatio facta è iure cauſa cognita, ab eo, qui habet ius diſpenſandi. Et diſpẽſatio eſt diuerſa penſare; nam multa debet diſpenſator conſiderare pro iuſtificanda diſpenſatione, ut dicunt docto. quando de diſpenſatione loquuntur; nam diſpenſatio ſine cã iuſta diſsipatio eſt; & ex tali iniuſta diſpenſatiõe ius uulneratur. Et de diſpenſatione ſanctiſsimorum Epiſcoporum uide Panor. & Ioannem Andream in c. dilectus, de temporibus ordinan. Et nota, quòd in omnibus caſibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, quos ponit Speculat. in tit. de offic. legati, & in tit. de diſpenſatione .§. nunc de Epiſcoporum diſpenſatione. Et primo diſpenſat Epiſcopus cum ordinato extra tempora ſtatuta a iure .c. cõſultationis. & ibi doct. de tempor. or. maxime ex ſpeciali mandato papæ ſecundum quoſdam .c. cum quidam .eo. ti. Sed alii contra ſecundum Spe. eo. ti .§. nunc oſtendendum, uerſicu. liii. ubi etiam dicit, ſolũ papam poſſe ultra ſtatuta tempora ordinare, etiam in diebus dominicis, uel ſimilib. per .c. i. de tempo. ord. & c. de eo. Et ſi alius hoc fecerit, papa ſolus diſpensat cum ordinato, & cum ordinãte per c. cum ordinante, per c. cum quidam, eod. titu. & argum. c. cum dilectus, eod. titu. Item ſi iam ordinatus extra tempora ſtatuta ab alio, quam à papa, uel aliter illicite, celebret ante diſpenſationem obtentam; ſolus papa cum eo diſpenſat ſecundum Spec. ibi, cum illo, qui extra quatuor. ubi uide omnino. ſecundo diſpenſat; ut quis habeat plura beneficia curata, quando in diſpenſatione conſideratur utilitas, & neceſsitas eccleſiæ, uel perſona ipſius; non autem ſi conſiderantur merita, uel fauor, ſeu excellentia perſonæ; quia tunc ſolus Papa diſpensat. ita dicit Specul. poſt moltas opi. in titu. de diſpen. § uidendum, uerſicu. ſed nunquid Epiſcopus: ubi etiã ſubdit in uerſicu. ſed nunquid poterit, quòd poteſt Epiſcopus diſpenſare ad habendum unum beneficium duplex, & aliud ſimplex. Tertio diſpenſat Epiſcopus cum ordinatis ab alieno Epiſ

ſcopo,in conſulto,vel contempto proprio epiſcopo de offic.archi.c.ſignificaſti.lxxi.diſtinct.c.i.
ii.&.iii.vbi vide.ix.q.ii.c.lugdunẽſis.& tenet Spe.in d.§.nunc de epiſcoporum, verſic.iii. Quar
to dipenſat cum ordinatis non ſcienter ab epiſcopo excommunicato.c.ſi.de ordi.ab epiſco pu.
qui epiſ.rẽ.non ſi ſcienter ſecũdum gl.ibi per c.i.in fi.eo.tit.& c.ordinationes.ix.quæſt.i. Ex quo
not.quòd epiſcopus excommunicatus poteſt clericos ordinare in ſacris,etiam ſi ſit extra gremiũ
eccleſiæ,ſicut hæreticus.ix.quæ.i.ab excommunicatis, & c.ordinationes, & dixi ſupra proxima
quæſti.Non tamen poteſt excommunicare alios epiſcopos excõmmunicatus;quia cum ſit extra
eccleſiam, non poteſt alium eiicere de eccleſia.xxiii.q.i.audiuimus.& gl.not.in d.c.ſi.& ibi doct.
Quinto diſpenſat cum ordinatis ignoranter ab epiſcopo, qui renunciauit epiſcopali dignitati.
ca.i.de ord.ab epiſcopo,qui epiſcopa.renun.& ibi vide omnino.Quid ſi renunciauit epiſcopatui
tantum, vel epiſcopatui .i. loco, & dignitati ſimul? & tenet ſpe.vbi ſupra,ver.v. ſexto diſpenſat,
vt duo eligantur ad vnã præbendam.no.in c. tuæ. de præben. & ibi glo. Et doc. & Spec. vbi ſu-
pra, verſi.vi. ſed, an,& quando vna præbenda diuidi poſſit, & quomodo: & an de vna fieri poſ
ſit duæ,vel de duabus vna;vide gloſ. ord.& doct. in d.c.tuæ.quæ glo. etiam ponit, an parrochia
vna diuidatur in duas; vide ibi,& in c. præcipimus. xvi.q.i. & x.q.iii. vnio. de conſe.diſt.i.c.om
nes. & in c.ad audientiam. de elect. & ibi doct. Septimo diſpenſat cum clerico per Epiſcopum
ſuſpenſo ab officio,& beneficio ꝓpter crimen vſuræ.c. præterea, de vſu. & tenet Specu. vbi ſu
pra verſi.vii. Octauo diſpenſat cum adultero, & in aliis minoribus criminibus.c. at ſi clerici.§.
de adult.de iudi.xxiiii.diſt.c.firmitatis. & ſpec.vbi ſupra, verſic.viii.& plenius in cap. ex tenore,
de tempo.ordi. nono cum pugnante in duello.c.i.de corp.viti.& c.i.de cle.pug.in du.quod verũ
eſt dummodo mors, vel mutilatio non ſequatur.xxiii.quæſt.viii.c.his, á quibus,& ſpe vbi ſupra,
verſi.ix. vbi etiam dicit,& tunc poſſe Epiſcopum in beneficio diſpenſare per ca.ii.eodem titu.l.di
ſtinct.cap.ſtudeat,ad fin. Decimo diſpenſat in multum enormi, & notorio crimine.no.in.c.i.de
cor.viti.& ar.in.c.ii. de apoſta. Item & in capitalibus occultis .li. diſtinct.c.eis. & plenius in d.c.
ex tenore, de tempo.ord.& ibi per glo.& in Spec.vbi ſupra, verſi.x.ſed plenius loquitur Spe.eo.
ti.§.qualiter, verſi. hoc quoq; notandum. vbi vide omnino. Vndecimo cum alienigena inſtitu-
to in eccleſia per eum,qui inſtituere nõ poterat.de cle.pereg.c.ſi.& ibi doc.& Spe.vbi ſup.ver.xii.
Duodecimo cum diacono,qui diaconum vulnerauit,& matrimonium de facto contraxit; quia
peracta prius pœnitentia cum eo diſpenſat epiſcopus, vt poſſit in presbyterum ordinari. d.c. i.
qui cler.vel vo.& tenet Spe.vbi ſupra ver.xiiii.& ibi vide per Ioan.And.in addi. XIII. diſpenſat
cum monacho,& cum canonico regulari,vt poſſint eccleſia ſeculari miniſtrare diuina, xvi.q.i.c.
doctos,& c.ex authoritate.l.q.vii.§. niſi. Sed quando poſſit monachus,vel canonicus regularis
præfici eccleſiæ ſeculari,vide in c.ii.& in c.quòd dei,de ſtatu monac.vbi per glo.ord.& doc.& in
Spec.vbi ſupra,verſi.xv.& in §.ſunt quoq;,ver.x.de cap.mo.c.ex parte.& c.ad audientiam.xiiii.di
ſpenſat epiſcopus cum eo,qui excommunicatus recipit beneficium,de cle.ex com.mini.c. poſtu
latis,in prin.& ibi per Inno.& Io.An.in iii.glo Quòd eſt verum,niſi fuerit excommunicatus per
papam ob cõtemptum ſedis Apoſtolicæ.c.bonæ,de æta.& qualit.vbi dicitur tali excõmunicato
nõ poſſe beneficium cõferri;& ibi per gloſ.& doc.Idem in ſuſpẽſo ſecũdum gloſ.quæ etiam dicit
cum eo nõ poſſe epiſcopũ diſpẽſare. quod etiam tenet Spec.vbi ſupra ver.xvi. Quinetiam dicit.
d.gl.nõ poſſe ſuſpẽſum tractare ſpiritualia,vt ibi; ſicut nec excommunicatus; aliàs debet depo
ni,per c.veritatis,de do.& cõtu.Nec omitto, quòd excõmunicatus.qui p annum,& vltra ſtetit in
excõmunicatione,debet officio ſuo priuari.xi.q.iii.c.rurſus, ſecundũ gloſ.no.in d.c. cum bonæ,
quæ omnia bene not.xv.cum clerico per ſaltum promoto.c.i.de cle.p ſaltum promo.iii. diſt.c.i.
& Spec.vbi ſupra verſi. xvii. xvi.cum nõ ordinato miniſtrãte ſcilicet ab beneficiũ,& vt poſt biẽ
nium,vel triẽnium in ordine ſuſcepto miniſtret,nõ vt ad ſuperiorẽ promoueatur.c.ii.& ibi not.
de cleri.nõ ordi.mi.Et prædicta in Spec.vbi ſupra, verſi.xviii.vbi vide,quia omnia dicit. Et not.
quod is,qui caret ordinibus ſacris,irregularis eſt,ſi diuinum exercet officium.Et idem dicitur de
eo;qui habens vnum ordinem ſe in maiori exerceat;quia cum talibus ſolus papa diſpẽſat,vt tole
retur in ordine ſuo ad ſuperiores aſcẽdens.xi.quæſt.iii.c.paruulis.xxv.q.ii.c.ſic decet. Sed Specu.
ibi refert quoſdam voluiſſe, quòd etiam epiſcopus diſpẽſet,argum.not.in c.i. & ii.de cle. excõm.
mi.& ibi per gl.Io.An.& doc.Vide etiam not.in c.at ſi clerici,de iud. xvii.diſpẽſat epiſcopus cũ
diacono miſſam celebrãte,ſcilicet peracta pœnitẽtia,vt beneficium retineat;& etiam,vt poſt biẽ
nium,vel triẽnium exerceat officium diaconatus;non, vt ad ſacerdotium promoueatur,ad quod
ſolus papa diſpẽſat.not.in c.i.& ii.de cleri.excomm.mi.& ibi glo.Io.An.& doct.& Specu.vbi ſu-
pra verſicu.xix. xviii.diſpẽſat in cõmutatione præbẽdarum,& perſonarũ.c.quæſitum, de re.p
mu.& ibi per Io.An.& docto.& glo.in cle.i.eodem titu.& Spec.vbi ſupra,ver.xxi. xix. cum eo,
qui bigamum ordinauit,de biga.c.i.& tenet Specu.vbi ſupra verſi.xxii. xx.cum eo, qui irregula
res promouit.Spec.ibidem.Inn.& Io.An.in c.dilectus,de epiſ.ordi. xxi.cum falſario, ſcilicet vt
vel carceret eum,vel ad papam remittat.xix.diſtinct.c.in memoriam.& Specu. vbi ſupra verſicu.
xxiij.Et nota,quòd ſi certũ eſt,clericũ eſſe falſariũ;debet deponi.l.diſtinct.c.ſi epiſcopus, & c. in
falſa-

falſatiorum,de cri.fal.tenet gloſ.in d.c.in memoriam.vbi etiam ponit glo.ordi.quot, & quibus modis dici poſsit charta falſa.xxii.in diſpẽſatione ordinũ eccleſiaſticorũ, quorum epiſcopus eſt prærordinator.xxi.diſtinct.c.cleros.xxv.diſtinct. c.i.xxiii. diſtinct.c.tales. Spec.vbi ſupra verſic. xxiiii. xxiii.vt clericus cõcubinarius finita pænitentia promoueatur.xxiiii.diſtin.c.firmitas,niſi fuerit p ſentẽtiam damnatus,vel infamis de ipſo ordine,c.quæſitũ. Spec.vbi ſupra,ver.xxvi. & §. iuxta.verſic.in ſuſpẽſis autem. xxiiii.cum idiota promoto,vt remaneat,& nõ deponatur,ſed doceatur.x.quæſt.i.c.placuit.xxxviii.diſtinct.c.nullus,& c.ſedulo.Quod verum,niſi ſit omnino illiteratus.Spe.eodem.§.ver.prohibetur.Nõ tamen diſpẽſat;vt illiteratus promoueatur.l. diſtinc. c.nõ cõfidat.& Spec.vbi ſupra,verſicu.xxvii.& in d.§.iuxta,verſic.cõtrahitur,ibi,item illiterati, Quod bene notent epiſcopi.vt cogant clericos illiteratos addiſcere literas; ſed melius facient, ſi eos nõ promoueant.xxxvi.diſtinct.c.illiteratos vbi epiſcopus prohibetur ad ordines ſacros promouere clericum literarum ignarum,cum talis non ſit aptus diuinis officiis;quin etiam ignorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotibus dei vitãda eſt;quia docendi officium ſuſceperũt ĩ populo dei:Sacerdotes enim legere ſacras ſcripturas admonentur,Paulo dicente ad Timotheũ;Attende lectioni,exhortationi,& doctrinæ.Sciãt ergo ſacerdotes ſcripturas ſacras,& canones;& omne opus eorũ in prædicatione,& doctrina cõſiſtat,atque ædificeot cũctos tam fidei ſcientia,quàm operum diſciplina.tex.eſt not.xxxviii.diſtinct.c.quæ ipſis.vbi legũtur,quæ ſint ſacerdotibus oeceſſaria ad ſciendum.Et quæ oporteat ſcire eum,qui epiſcopus eſt ordinãdus, vid. ea.diſtinct.c.omnes pſallentes,& diximus ſupra in ti.de ſcientia epiſcopi. xxv.diſpẽſat epiſcopus in pœnitentiis imponendis.xlv.diſtinct.c.licet,& p totum. xxvi.quæſt.vii.c.tempora. & eũ tex. allegant,quod tu intellige ſcilicet cum ratione,& modeſtia,alias non.de pœni.diſtinct.v.c.falſas. xxiii.quæſt.iiii.cap.ſi is,qui: adeo quòd poteſt epiſcopus mitigare canones pœnitentiales.xxvi. quæſt.vii.c.tempore de pœn.diſtinct.i.c.pœnæ,& c.verbum dei,& c.medicinam.c.menſuram,& c.iudex.Item debet pœnitentiam ponderare,de conſe.diſtinct.iii.de pœnitẽtibus.de pe.& re.c. ſignificauit.& c.quæſitũ; niſi ei a canone prohibeatur.xxiii.quæſt.vlti.c.peſsimã. Ita tenet Spec. vbi ſupra ver.xxviii.vbi etiam ſubdit,& in verſi.prohibetur;quòd nõ poteſt epiſcopus diſpenſare ad promouendum pœnitentes.li.diſtinct.c.ex pœnitẽtibus,c.cõfirmandum,& c.non cõfidat. lxi.diſtinct.c. ſacerdotibus,verſicu.proferens.argum.contra.xxix.diſtinct.preſbyter,& c.quæſitum,de pœn.& re.ſed dic,vt ibi p doct.His adde cõgruenter caſus ſpecialiter reſeruatos epiſcopo in pænitentiis, quos ponit gloſ.ſingu.in c.ii.de pœn. & re.in vi. videlicet abſolutio excõicati maiori excõcatione;quod nõ licet ſimplici ſacerdoti.c.nuper.de ſentent. excomm. Item blaſphematore dei,& ſanctorũ publico.c.nullus,eodem titu.Item in ſortilego,eo.ti.c.ii.item in cõmutatione voti.c.i.de voto,Item in diſpoſitione male ablatorum incertorum,vel certorum , ſi non extant hi,quibus reſtitutio fieri debet;de iudic.c.cum ſint. Item circa matrimonium cõtractum clam,vel contra interdictum eccleſiæ. item in omni publico crimine enormi . item in oppreſsione filiorum.item in homicidio.item in falſo teſtimonio.item in falſo inſtrumento.item in periurio.item in inceſtu.item in corruptione monialium,item in coeunte cum brutis ſecundũ d.gloſ. quam no.& ibi per doc.in ſingulis. Sed hic inſurgit dubium,nunquid poſsit Cardinalis legatus abſoluere capientem ipſum Cardinalem.& dic breuiter,quòd ſic,etiam in non mortis articulo; quia licet quis ſuſpectus iudex videatur ad vlciſcendum iniuriam propriam.xxiii. quæſt.i. c.i.iii, quæſt.v.quia ſuſpecti.l.i.C.ne quis in ſua cauſa, cum ſim.tamen quia excõmunicatus non poteſt abſolui,niſi petat abſolutionem.xi.quæſt.iii.c.plerũque.& c.cum aliquis;de eo, qui duxit in matrimonium.c.ſignificaſti : pro quo facit etiam illud Dantis Aligerii:Aſſoluer non ſi puo, chi nõ ſi pente,petendo ſe abſolui a legato,quem cœpit,vel capi fecit, videtur in eum,tanquam in iudicem cõpetentem,cõſentire : & ſuſpitio ceſſat, de re iudica.c.inter.cũ ſim.Et ita cõcludit Io.And. in addi.Spec.in titu.de legato.§.nũc dicimus,ver.ſed quæritur,vtrum legatus , Et ſic intelligitur text.in d.c.felicis.& io c.ſi quis ſuadente.xvii.quæſt.iiii.Et intellige prædicta procedere, quãdo Cardinalis captus eſt legatus;aliàs enim nõ poteſt abſoluere,cum careat iuriſdictione ; & ſic ad papam recurrendum eſſet per abſolutionem,præterquàm in articulo mortis:& ſic loquitur.d.c. felicis.Et quia dixi nõ poſſe abſolui,qui non petit, dic idem probari in c.quod quidam , de pœ. & re.Sed poteſt quis quandoque inuitus,& impenitẽs abſolui,puta teſtis, vt teſtimoniũ dicat in cauſa,ne principale negocium retardetur.c.veniẽs,in fin.& ibi gloſ.But.& docto.de teſti.il ii.& ibi Io.de Imo.& no.in c.ab excommunicato,de reſcript.& Philip.de Fran.in c.ad hæc de appel. Tũc tamen remanet vinculũ peccati,licet tollatur vinculũ excõmunicationis ſecũdũ doct.per c. ꝗ quidam,de pœn.& remiſs.quod eſt verũ,& notãdũ.XXVI.diſpẽſat epiſcopus cũ homicida in beneficio tãtũ,ne mendicet,c.ſtudeat.l.diſtinct.c.ii,de cle.pu.in du. & Specu.vbi ſupra , verſi.xl. vbi ſecus dicit,quò ad officiũ,l.diſtin.c.miror. XXVII.cum ſeruo promoto,ſi velit eũ redimere. liiii.diſtinct.c.generaliter,& Spec,vbi ſupra,verſicu xli.XXVIII.cũ ſeruo monaſterii,vt ꝓmoueatur.liiii.diſtict.c.multos,de ſer.non ord.c.de famulis,& c.eo.& tenet Specul.vbi ſup. verſi.xlii. XXIX. cũ aſſumpto de ſua dioceſi ĩ epiſcopũ,vt remaneat in primo beneficio, ſi non admittatur

ad epiſcopatũ,ad quem fuit promotus.xcii.diſtinct.ſi quis epiſcopus.& Specu.verſi.xliiii. XXX.
cũ hæretico conuerſo.l.diſtinct.c.presbyteros,qui.de hæret.c.ad abolendam.de conſc. diſtinct.
ii.c,ego Berengarius & Specu.verſi.xlv. XXXI.cum ſchiſmatico.l.diſtinct.c.vt conſtitueretur.&
Spec.verſi.xlvi. XXXII. diſpenſat epiſcopus cum raptore,quo ad viaticum ei concedendum , de
rap.c.ſuper eo.§.ſi vero prædonibus enim diſpenſatione cõmunicamus.xxiiii.quæſt.ii.ſane.& te-
net Specu.verſicu.xlvii.XXXIII.vt recipiatur ex cauſa minor procuratio,quàm ſolita ſit.v.quæſt.
ii.c.relatum;& c.felicis,de cenſi.in vi.& Specu.verſic.xlviii. XXXIIII. in minoratione tertiæ, vel
quartæ decimarum ex cauſa.v.quæſt.ii.priſcis.& c.viuo.xii.quæſt.iii.cap.fin.& Spec.verſic.xlix.
& plenius in verſi.lxxvi. XXXV. in executione ſententiæ differenda.xi.q.iii.c,cũ apud.& Spec.
verſi.l. XXXVI. cum ſortilego clerico, qui pro furto reperiẽdo ad aſtrolabii inſpectionem recur
rit;qui de iure per annum celebrare non debet.de ſortil.c.ex tuarum.xxvi.q.v.c.contra idolorũ,
& c.peruenit.& Spec.verſi.li. XXXVII. cum clerico poſt quatuordecim annos, & non ante ; vel
etiam ſi patiatur defectum in ſcientia, dum tamen non ſit nimis rudis ; vel etiam in ordinibus ,
dum tamen ſit in minoribus, & in breui poſsit promoueri ad ſacros Et dic,quò ad regimen eccle
ſiæ parochialis,ſeu plebis,vel quò ad dignitates,de elect.c.dudum.de ætat.& quali.c.præterea.&
c.indecorum & plenius per Io.An.poſt Spe.in addi.Spe.vbi ſupra,verſi.iiii.vbi vide omnino.&
in c.i.de æta.& quali.in vi. XXXVIII. cum eo,qui beneficium renuntiat,vt ſibi victum concedat
in eo.arg.xvii.q.i.quamuis de renun.ad ſupplicationem etiam ſi ob culpam remoueatur ſecũdũ
Spec.in ver.liiii. XXXIX. cum eo,qui petit ceſsionem,ſcilicet vt vel cedat,vel remaneat;de renũ.
c.i.c.admonet.& c.quidam.& Spec.verſi.lv. XL. quòd monachus in minoribus conſtitutus fiat
Abbas;de æta,& qualit.c.tuam,& in Spec.verſic. lvi.vbi omnino vide Ioã. An.in addi.dum refert
antiquitatem.XLI. cum illis debet Epiſcopus diſpẽſare, quos ſine titulo diſpenſatiue promouit
ad ſacros ordines,vt victum habeant;de ætate,& qualit.c.accepimus;de præb.c. cum ſecundum,
c.non liceat, & c.epiſcopus,& Spec.verſi.lvii. XLII.cum ſacerdote extraneo,vt occulte celebret,
ſi literas,vel teſtes non habet facientes fidem de ſua ordinatione,de cle.pereg.c.ſi.ad fin.lxxi.per
totum,& Spec.ver.lix.XLII.quòd prælatus faciat perpetuum vicarium,de offi.vica.ad hoc quia
prælatus debet in propria perſona ſeruire in beneficio,quod ei datur propter officium,81.di. eos
c.primice, & c.ſeq.& in Spe.ver.lx.& ver.clx.XLIIII.quòd prælati inferiores poſſint ſuos ſub-
ditos excommunicare;de offi.ord.c.ſi ſacerdos, & c.cum ab eccleſiarum, quia de iure communi
non poſſent id facere ſecundum Io.de deo,in c.cum ſatis,de offi.arch.& c. archidiaconus, eo.tit.
de fo.comp.c.cum contingat;niſi de conſuetudine,licet poſsint ex cauſa interdicere diuinum of
ficium,& eccleſiaſtica ſacramenta.d.c,ſi ſacerdos.ii.q. i.c.nemo, & Spe.ver.lxi.XLV.diſpenſat epi
ſcopus cum clerico percuſſore.c.i.de cle.percuſ.vide ibi doct.& no.xlv.diſt.in ſumma. xlvi. diſt.
c.ſeditionarios.i.q.vii.ſi quis omnem,& Spec.ver.lxii.XLVI,cum rectorib. ad ſynodum non ve
nientibus;de mai.& obe.ſuper eo.poſſunt.n.puniri niſi veniant.xviii.diſt.c.de eulogiis,& c.pen.
& Spe.ver.lxiii.XLVII.vt ſine vitio fiat tranſactio ſuper decimis,de tranſact.c.ſtatuimus , de re.
permu.c.i.& ii.Idem & in beneficio.c.de cætero,de tranſact.& Spe.vbi ſupra,ver.lxiiii. XLVIII.
debet epiſcopus diſpenſare cum clerico depoſito,ne laico iudici tradatur.c. cum non ab homi-
ne,de iud.quia ſemper in eo remanet caracter, & viuere debet clericaliter.l.diſt.c.accedens.81.di.
c.dictum,ideo vero reordinatur,ſi reſtituatur.xi.q.iii.ſi epiſcopus,& Spe vbi ſupra,ver.lxv.& di
cetur infra in materia degradationis.XLIX.vt contumax non ſit contumax,de offi.deleg.c conſu
luit,de dolo,& contu.c.i.ii.cũ dilecti,& c.cum olim.v.q.iii.præſenti,& Spe. verſi.lxvi.& dicetur
infra. L.poteſt epiſcopus ex cauſa ante ſententiam ſequeſtrare fructus;de ſequ.c.pe.& ſi.licet ſe
queſtratio ſit regulariter interdicta.C.de prohi.ſeque.li.& Spe.ver.lxvii.LI.cum ſuſpecto de cri
mine ne condemnet:de præſump.c.literas,de dol.& contu.c.cum dilecti.& Spe.verſi.lxviii. LII.
quòd vir,& vxor ſeparatim viuant,ne deterius inter eos contingat.c.tua nos,de inreiu. licet con
tra dicatur.xxvii.q.ii.ſi vir & vxor, & Spe.ver.lxix. Quòd eſt verũ,ſi vterq; velit caſtitatem ob-
ſeruare,alias alterum cogit epiſcopus ad alterum redire per vinculum excommunicationis.d.c.
tua nos,quinimmo poſſet vxor propria authoritate redire ad virum;nec expectare tenetur autho
ritatem epiſcopi ſecundum gl.in d c.tua nos.quod note.Adde,quòd non poſſunt coniuges se ſe
parare,etiam vt ad religionem tranſeant,niſi epiſcopus præſtet aſſenſum;nec ſoluitur matrimo-
nium altero volente religionem ingredi,ſi alter diſſentiat.d.c.ſi vir,vbi gl.& doct.verum dicunt,
niſi alter poſtea ratificet ingreſſum alterius.ar.33.q v.c.mulier, quod nota. LIII. poteſt epiſcopus
cogere clericum,vel monachum ratione iuramenti eſſe loco obſidum,de inreiu.c.ex reſcripto, &
Spe.vbi ſupra,ver.lxx.Et nota,poſſe clericum vel monachum obſides dari per eorum ſuperiorẽ
d.c.ex reſcripto,& c.vt pridem,per gl.xxiii.q.viii.LIIII.ſi prælatus diffidit de iure ſuo,poteſt rẽ
quam eccleſia,poſsidet, dimittere ſecundum quoſdã.ar.c.bonæ,il.ii,de poſtu.præl.in verſ. quod
ſi contradicentib.vbi vide omnino,& Spec.lxxi.LV.diſpenſat epiſcopus in correctione morum;
& in diſpenſatione rerũ eccleſiaſticarum duce ratione.xi.q.i.c.præcipimus.xvi.q.i.nõ autẽ ſine
ratione,& iuſtitia.xi.q.iii.quomodo, & c,illud,& c.plerunq;.xii.cognouimus.x,q.iii.quia cogno

uimus

uſmus.& Spec.vbi ſupra,verſic.72. LVI.cum fure rel eccleſiaſticæ,ut ſibi pœna mitigetur.xii.q. ii.c.firmitatis.xiiii.q.vi.c.ſi res.l.diſt.ſiquis presbyter xvii.q. iiii.ſi forte; & quòd poſt peractam pœnitentiam,uel partem eius poſſit ad ſacros ordines promoueri.c.fin.de fur.& Spe.ver.lxxiii. LVII.ut ſeruus eccleſiæ benemeritus cum peculio manumittatur.xii.q. ii. ſi quos de ſeruis. &c. cum redemptor.& Spec.verſic.74. LVIII. quòd res eccleſiæ tempore charaſtiæ uendantur pro eleemoſyna pauperum,& pro redemptione captiuorum.x.q.ii.c.ii.xii.q.ii.c.auarum,& c.gloria, c.ſacrorum,& ſeq.& Speculat.verſic.75. LIX.cum eccleſia parochiali, uel ſacerdoti eius rectore dimittendo ei quartam decimarum ſibi debitam c.de quarta,de præſcrip. xii. q. ii. Epiſcopus ſi tertiam.x.q.iii.relatum,& Specul.ubi ſupra,verſic.76.ubi etiam dicit,idem eſſe & in aliis iuribus ſpiritualibus,ſeu epiſcopalibus per c.paſtoralem, de donat.& ibi dicetur.Et quod per Ioan. Au. in c.cum uenerabilem,de cenſi.in gl.ii.in nouel. Quòd intellige cum conſenſu capituli, non aliter; de his,quæ fiunt à præla.c.nouit.& tenet,ubi ſupra. LX. ſi pater exhæredatò filio inſtituerit eccleſiam, poteſt epiſcopus reſtituere filio hæreditatem.xiii.q.ii.ſiquis iraſcitur.& Specul.ubi ſupra,uerſic.77.ubi etiam dicit,idem ſi pater credidit ſe non habiturum filios,& eccleſiæ contulit bona ſua,uſufructu ſibi retento,& poſtea ſibi filius naſcatur.xvii.q iii.quicunque. LXI. ut ſuſpenſus,in quo ſigna pœnitudinis apparuerunt,apud eccleſiam ſepeliatur xiii.q.ii.quicunque; ſecus,ſi fuerit impœnitens.xxiii.q.v.placuit,ſecundum Spec.ubi ſupra,ver.78. LXII. quòd ſacerdos in cauſa ciuili teſtimonium ferat.xiiii.q.ii.quanquàm.& Spec.ubi ſupra,uerſic.79. & aliàs infra dicetur. LXIII.ſecundum quoſdam in iuramento metu extorto, ſecundum Spec.verſic.80. Et plenius tit.de leg.§.nunc oſtendendum,uer.24.ubi uide omnino. LXIIII. quòd una eccleſia ex cauſa faciat alteri eccleſiæ partem de decimis,& primitiis.xvi.q.i.c.decimas.§.quod autem dicitur.& c.ſtatuimus.ſecundum Spec.uer.81.uide glo.in cle.conſtitutus, de rel. do. LXV. quòd conferat decimas monaſterio patronus male detentas à laicis,in quarum poſſeſſione non erat eccleſia.xvi.q.i.c.fin.de his,quæ fi.à præla.c.cum apoſtolica.& Spec.uerſic.82. LXVI.ut præſentatus ab epiſcopo patrono eccleſiæ admittatur ſine examinatione.Spec.uer.83.ubi dicit præſumi pro eo. LXVII.ut Abbas conferat inueſtituram in eccleſiis per eum ſibi collatis.xvi.q.ii.uiſis.& Spe. uer.84. LXVIII.ut eccleſia det clericis ad uitam eorum de ſuis poſſeſſionibus xvii.q.iiii.c.clerici, & c.ſi epiſcopus.xii.q.ii.c.ſæpe.& spec.uer.86.ubi etiam dicit,quòd etiam epiſcopus de poſſeſſionibus eccleſiæ ſuæ dat ſeruitoribus ſuis ad uitam eorum,& de propriis in perpetuum.xvi.q.vi.c. illud.quia & ſucceſſor eos alere tenetur.xii.q.ii.hæc huius.& Spe.ibidem,& aliàs infra dicetur. LXIX.diſpenſat epiſcopus in pœna pro immunitate eccleſiæ uiolatæ.xvii.q.iiii. ſi quis cõtumax. xii.q.iiii.de uiro.& Specul.uer.86. LXX. cum monaſteriis in tributis ſibi dandis.xviii.q.ii.c. Eleutherius.& Spe.uer.88. LXXI.cum clerico ſuo,ut poſſit ad alterius epiſcopatum electus tranſire.xix.q.ii.dic à contrario ſenſu.lxxii.diſtin.per totum. LXXII. cum monachis,ut habere poſſint cellulas intra clauſtrum.xviii.q.ii.c.de monachis.c.cellulas.& c.nullus.quod etiam poteſt Abbas facere cum benemeritis.xx.q.ult.c.ſi.& Spec.uer.xc. LXXIII.in tempore uelandi uirgines,de temp.or.c.ſi.& Spe.uer.81.& gl.ord.in d.c.ſi.ubi plenius; alias non niſi ex cauſa; præterquàm in certis feſtiuitatibus.xx.q.i.de uotis.Spe.ibidem. LXXIIII.poteſt epiſcopus mitigare pœnam ſecundum modum canonum.xxiii.q.iii.c.forte.de pœni.diſt.vi.c.i.in ſi.de offi.le.c.niſi.& Specul. uerſic.xcii. LXXV.diſſimulando,uel correctionem dilatando ex cauſa.xxiii.q.iiii.c non poteſt. & Spe.uerſi.xciii. LXXVI. parcendo teſti,ne perſonaliter puniatur.xxiii.q.v.c.i. ad fin.& Spec. uerſi.xciiii. LXXVII.releuando excommunicationem,ne plus debito negociũ principale detur, de except.c.Apoſtolicæ,de teſti.c.veniens,in vi.ſed ſecus in interdicto loci.c.præſenti,de ſent.ex com.in vi.Intellige quòd in interdicto loci non poteſt ſecundum Io.An.in addi.Spe.uer.xcv. Et nota ex prædictis,quod ne probatio pereat,poſſunt abſolui teſtes excommunicati.d.c.veniens,in ſi.& ibi gloſ.& doct.quod verum eſt,ſi fuerunt excommunicati poſt appellationem;aliàs ſecus ſecundum d.gloſ.quæ etiam dicit verum eſſe,ſi aliter veritas probari non poſſit;alias ſecus, ut ibi; & dixi ſupra verſic.xxv.ubi uide;& adde hæc dicta,& nota perpetuo. LXXVIII.diſpenſat in modica iniuria,ſi iniurians ex ſententia ſit infamis;de re iud.c.curate.ii.q.iiii.notandum.& Spe.uer. xcvi. LXXIX. poteſt diſpenſatiue epiſcopus deferre friuolæ appellationi propter ſcandalum euitandum;de appel.c.conſtitutus.ii.q.vii. appellatione pendente. Quod de iure facere non tenetur; immo ſi defert, punitur in xx.lib.arg.c.ii.ij.q.vi.§.ſunt etiam quuque; verſicu.ſi quis etiam. & Specul.verſic.xcvii. LXXX cum clericis concubinariis,de coha.cleri.& mu.c.clericos.& c.veſtra;niſi irregulares effecti ſint.& Spe.ubi ſup.uer.xcix.& ea.ti.§ iuxta,uer.in ſuſpenſis. LXXXI. cum clericis non reſidentibus in eccleſia,de cleri.non reſi.c.ex parte.c.tua.& c.ſi.Spec. vbi ſupra, uerſi.c. LXXXII.cum duobus in diſcordia electis,ut unus habeat dignitatem,alter uero aliquid vltra ſolitum.c.niſi,de præbend. lxi.diſtinct.c.oſius.xii.q.i.illa.& in Spe.uerſic.ci. LXXXIII. ut aliqui campanas habeant,de priuileg.c.patentibus.& Spec.verſic.cii. LXXXIIII. ut ex una præbenda fiant duæ ex cauſa. c. vacante.c.maioribus,&c.dilecto.de præbend.i.q.iii.c.ſi & Spec.uerſic.ciii. LXXXV. ut cappellæ uniantur pro augmento præbendarum.c.expoſuiſti, de præben.&

Speculat.verſi.ciiii.vbi uide. LXXXVI. quòd ex iuſta cauſa clerici peregrini in ſua dioceſi reci-
piantur, & ſine literis commendatiis celebrent. c. ad decorem, de inſtitu.c.fin.de cler.peregr. de
conſe.diſt.i.vnicuique.& c.clericos,aliàs è contra.lxxii.diſt.c.i.& ii.Spec. verſic.cv.& ver.lxxxix.
LXXXVII. poteſt diſpenſatiue ratificare geſta prædeceſſoris, licet inualida propter defectum
conſenſus capituli.c.cum vos,& c.Apoſtolicæ,de his,quæ fi.a præla.& Spe.ver.cvi. LXXXVIII.
poteſt ex cauſa retinere fructus beneficii vacantis.c.i.ad fi.vt eccl.benefi. & Spe.verſi.cvii.quod
multoties faciunt prælati, & papa forte potius ob auaritiam, quàm ob aliam cauſam. Sed vide
ibi per Ioan.And.in nouel ſuper vlt,col.& quod uo.in cle.ſi vna.de re.ecc.non aliem. LXXXIX.
poteſt epiſcopus dare monaſteriis priuilegia exemptionis.c.cum olim,& c.ex ore,de priuil.xvi
q.i.peruenit.Spe.ver.cviii. XC. poteſt capellas concedere monachis,c.paſtoralis.de dona.& Spe.
ver.cix. XCI.diſpenſat epiſcopus breuiando pœnitentiam decem annorum ſacrilego,qui cõtra
xit matrimonium cum moniali.xxvii.q.i.c.virginem.& Spec.ver.cx. XCII. cum frequenter nu-
bentibus.xxxi.q.i.c.de his,cum glo,& Spe.ver.cxii., XCIII. vt adultera ponatur in monaſterio;
quam vir nolit recipere.xxxii.q.i.c.de Benedicto.Adulteros vero poteſt excommunicare. xxxii.
q.v.c.præceptum.& Spe.ver.cxiii. XCIIII.poteſt epiſcopus ſeparare maleficiatos poſt trienniũ.
xxxiii.q.i.c.ſi per ſortiarias.de frigi.& malefi.c.fi.& alias plenius infra dicetur. XCV.in mitigã-
do pœnam matricidæ.xxxiii.q.ii.latorem.& in Spec.ver.cxv.quod intellige de pœna iuris cano
nici,quæ eſt,quòd ſtet per annum ante portam eccleſiæ,nec intus ingrediatur,poſt annũ intret,
ſed non communicet,niſi poſt triennium;quo finito per ſeptem annos oblationes faciat:quibus
temporibus carnem non edat,& vinum non bibat,niſi diebus dominicis, atque feſtiuis, & à pa-
ſcha vſque ad pentecoſte. Item ſemper vadat pedeſter,& arma non portet, niſi contra ſaracenos;
& ieiunet tribus diebus per hebdomadam,ab vxore nõ ſeparetur, ne fornicationem committat;
corporis Chriſti particeps fiat ante mortem, per tres annos. d. c.latorem. de quibus poteſt epi-
ſcopus relaxare ex cauſa,vt ibi in fi. Quod nota;quia ſecundum gl.ibi poteſt epiſcopus diminue
re pœnitentiam iniunctam a papa,vt ibi probatur: ſed illud eſt ideo, quia papa ibi permittit ex-
preſſe; alia ſecus eſſet, vt alias ſupra diximus. Sed vide plenius in Spec.de lega. §. nunc oſtenden-
dendum.ver.xxvii.& ibi Io.An.in addit.l.diſt.accedens.De iure tamen ciuili diuerſa eſt pœna cõ
tra matricidam inducta,ſcilicet vt inſutus culeo cum cane,& gallo gallinaceo,vipera, & ſimia in
mare,vel in fluuiũ proiiciatur.inſtit.de pub.iudi,§.alia demonſtratio.Pœna vero occidentis vxo
rem de iure canonico ſtatuta ponitur. xxxiii. q. ii. c. admonere: ſed de iure ciuili ponitur in l.i.
ff.de parrici.Barto.in l.cum pater ff.eo.ti.& inſti.ver.ſupradicto.Idem dicitur de occidente ſpõ-
ſam ſecundum Barto.in d.l.cum pater; quia appellatione vxoris & ſponſa cõtinetur,vt ibi.quod
eſt verum etiam in materia ſucceſſionis.l.non ſine;& ibi Bald.C.de bo.quæ liberis.vbi Barto.di-
cit eſſe verum etiam ex interpretatione extenſiua. Et facit, quia ſponſi coniuges dicuntur. xxvii.
q.ii.c.coniuges,& c.coniunx.aliàs ſponſus pro genero intelligitur. ea.q.c.egreſſus.quod nota ꝑ
ſtatutis.Sed alius homicida voluntarius ſemper.i.horis debitis iacere debet ad ianuam templi,&
communione carere vſque ad finem vitæ.Pro caſu vero occidens.v.annis pœnitere debet.l.diſt.
c.eos vero, & c.ſiquis voluntarie. Et quia ſupra dixi matricidam debere ab eſu carnium carere,
vel abſtinere;quæro incidenter,an prohibitus edere carnes,poſſit edere oua,& caſeum, ſeu lac;
Reſpon.quòd non;quia ouum dicitur caro liquida,& lac dicitur ſanguis colore mutato. glo. eſt
ſingu.in d.c.admonere,ver.carnem.Ideo ieiunans a carne,non debet comedere oua,vel caſeum;
ſeu lac.iiii.diſt.c.denique.Contra probatur.82.diſt.c.præsbyter,ibi,ſine carne,iuncta glo. in ver
bo,ſanguine,vt intelligatur poſſe recreari cum lardo,lacte, & ouis, qui non poteſt edere carnes?
& infra dicetur.Item ieiunantes à carne non poſſunt edere piſces magnos,ſed paruos ad ſaturita-
tem,vt ibi:hoc tamen non ſeruat vſus. Quid de lardo,nunquid veniat appellatione carnis? Re-
ſpon.non,in materia,de qua loquimur; quia prohibitus edere carnem poteſt edere ſagimen,ſci-
licet lardum ſecundum gl.in d.c.admonere.& probatur in d.c.præsbyter.lxxxii. diſt. vbi iuncta
gl in verbo,ſagimen,dicitur,quòd quando licet comedere oua,& lac,licet comedere lardum,ſeu
ſagimen;quàmuis prohibita ſit comeſtio carnis; vt ibi dicitur in præsbytero deprehenſo in for-
nicatione,cuius pœna ponitur in d. c.præsbyter. Nec prætereo,ꝙ tex.not.in l.i.C.de ero.mil.an
no.lib.xii.ponit lardum,& carnem tanquam diuerſa;& ſic videtur probare lardum non eſſe car
nem,Et ideo Ioan,de Imo,dicebat in quæſtione de facto,quòd vendens lardum die feſtiuo non
punitur pœna ſtatuti punientis venditorem carnium.Sed Ludo.Rom.tenebat contrarium,& re
ſpondebat ad d.l.i.ꝙ loquitur ibi tex.de carne veruecina,& non de carne ſimpliciter; ideo lardũ
ponitur ibi tanquã ſpecies ſeparata,ſcilicet à carne veruecina, non a carne ſimpliciter; ſed ſtatutũ
loquebatur ſimpliciter de carne,igitur &c,& ita retulit in ſcol.do.meus nar.Cœpo.qui tunc ſcho
laris do Ioan.de Imo.interfuit allegationibus eorũ in quæſt.de facto.Ego ꝑ nunc approbo opi.
Lud.quæ etiã domino meo placebat. Redeo nunc ad materiã diſpenſationis,& dico,ꝙ etiam epi
ſcopus diſpenſat cum ſolenniter pœnitente,ſcilicet cum inceſtuoſo in matrimonio contrahẽdo.
xxxii.q.ii.ſi quis cum duabus,& c.in adoleſcentia.& c.antiqui.Speculat.vbi ſupra, verſic.cxvi.

XCVI.cum eo, qui per erroré cognouit ſororem vxoris.xxxiiii.q.ii.in lectum.& Spe.ver.cxvii. XCVII. diſpenſat cũ inceſtuoſo ſimpliciter, de eo, qui cog.conſang.vxoris ſuæ.c.ex literis.xxxv. q.iii.c. de inceſtuoſis, ad fi.& q.viii.c.de gradibus, & c.hæc ſalubriter, ad fi.& in c. inceſtuoſi; & Spec. vbi ſupra. XCVIII. vt qui ſeparatur ab vxore propter conſanguinitatis impedimentum, poſsit cum alia contrahere.xxxv.q.vi.ab iſto die, & Spec.vbi ſupra. XCIX.diſpenſat contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.ea.q.§.i.de in integ.reſti.c.ex literis; & Spec.verſi. cxviii. C.cum raptoribus mulierum, vt euadant pœnam legalem, & acta pœnitentia contrahant cum raptis.xxxvi.q.c.tria; de rapto.c.i.& in Spe.verſic.cxix. CI. ſuper ſtatu eccleſiarum, vt eas faciat numero pauciores, ſi plures ſunt, vel etiam minores numero.ſi nequeant de proprlis fructibus ſuſtentari, de conſe.diſtinct.i.c.omnes baſilicæ.& Spec.verſic.cxx. CII. quòd numerus canonicorum minuatur, vel augeatur, de conſtitu.c.ex parte.à contrario ſenſu, de ver. ſig.& c. fin. de inſt.c.i.& ii.de conceſ.præben.c.ex parte, & Spec. in d.ver. CIII. quòd nouus perſonatus fiat in eccleſia, de conſue.cum olim, & ibidem Spec. CIIII.quòd miſſa cantetur in oratoriis, de conſe. diſt.i.c.concedimus.c.clericus, & c.ſi quis, & Spec.verſic.cxxi. CV.cum presbytero, qui ſub vno canone duas miſſas celebrauit, de conſe.diſt.ii.c.relatum, & c.comperimus, & in Spec.vbi ſupra, ver.cxxii. Ex quo nota, quòd non eſt permiſſum ſacerdoti dicere plures miſſas, et in vna tãtum corpus Chriſti aſſumere, d.c. relatum. Item nec in vna miſſa poteſt corpus Chriſti aſſumere dimiſſo ſanguine.d.c.comperimus. CVI.diſpenſat epiſcopus in mitigando pœnã ſacerdotis, cuius negligentia mures roſerint euchariſtiam; quo caſu pœnitentiam.xl.diebus agere debet, vel ſi tota, vel eius pars perdita ſit, quo caſu.xxx.diebus pœnitere debet.de conſe.diſt.ii.qui bene; & Spe. verſi.cxxiii.Si vero ſanguis in terram ſpargatur.xl.dierum pœnitentia peragi debet.ea diſt. ſi per negligentiam.vbi omnino vide plures caſus, & quid agendum ſit, cum ſanguis effunditur.

CVII.diſpenſat epiſcopus, ut alios ſacerdos celebret miſſam in altari, in quo ipſe epiſcopus eadẽ die miſſam celebrauit, de conſe.diſt.ii.c.fin.in glo.nam de iure ſecus eſt, ut ibi in tex.& tenet Spe. in ver.cxxiiii.per.cã.de conſe.diſt i.Sed errauit in hoc tex:quia tex.cum glo.eſt in.d.c.ſi. quod incipit, in altari. CVIII.vt Iudeus ſtatim ex cauſa baptizetur; de conſec.diſtinct.iiii. ne quid abſit. & Spec.verſi.cxxv.Tu adde, quòd debet Iudæus tunc in baptiſmo per ſe reſpondere, ſi loqui poteſt; aliàs non tenet baptiſmus; cum dici debeat, Ioan.vis baptizari, volo, & reliqua; licet in paruulis loqui per ſe non valentibus admittatur reſponſio per alium, de conſec.diſtinct.iiii. c.cum pro paruulis. CIX. cum ignoranter rebaptizato, cum eſſet paruulus; ſi neceſsitas, & illius merita, & eccleſiæ vtilitas poſtulet; de conſec.diſtinct.iiii.qui bis. & Spec. verſic.cxxvi.ſecus ſi ſcienter quis fuerit iterũ baptizatus: quo caſu.vii.annis debet penitere.d.c.quibus. CX. cum pœna presbyteri baptizantis cum veteri chriſmate.ea.diſt.ſi quis de alio, & Spec. ver. cxxvii. Debet enim ſingulis annis chriſma nouum confici; & per ſingulos annos per dioceſim deſtinari ad ſingulos rectores eccleſiarum.ea.diſt.c.omni tempore. CXI.quòd alius presbyter ſignet in fronte puerũ; quem epiſcopus baptizauit, ſi omnes ipſe propter multitudinem ſignare non poteſt. d. c. omni tempore.xxv.diſt.c.ſi, & Spe.verſi. cxxviii. vbi etiam ſubdit, quod ipſe ſolus epiſcopus poteſt infantes in fronte chriſmare.de conſue.c.illi.de conſe.diſt.v.c.manus.de ſac.vnt.c.v.ver.quia vero. CXII.cum monacho ſcienter extra clauſtrum carnes comedente.de conſe.diſtin.v.c. carnem.& Spe.ver.cxxix.eſt enim vſus carnis monacho interdictus, vt ibi: aliàs per ſex menſes recluſus pœnitentiam facere debet, vt ibi tex. Quod eſt verum, niſi ſit factus epiſcopus, quia tunc non ſubiacet regulæ monachali ſecundum glo.ibi.& aliàs dixi ſupra in iſto lib. in quæſtione, de monacho electo ad epiſcopatum, vbi vide. Sed an vinum poſsit bibere monialis? Reſpon.quòd non: immo etiam ſacerdos bibere prohibetur; quoniam vinolentum Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet ſacerdotes, qui miniſtrant in templo dei, vinum, & ſiceram bibere, ne crapula, & ebrietate grauentur corda eorum. Sicera autem dicitur lingua Hæbrea omnis potio, qua quis poteſt inebriari.xxxv.q.i.c.viuolentum. Quinetiam vinum nutrit luxuriam, ſi percipiatur vltra menſuram.ea. q.c.luxuriam; cuius vini primus inuentor fuit Noe, qui prior vineam plantauit; & cũ ignoraret vini naturam, ſupra modum bibens primus inebriatus eſt. Et ſic patet, quòd vinũ autori ſuo non pepercit.xxxv.q.i.ſexto die. Sed quis primus in Italiã vinum adduxit, Plinius li.iiii.refert; qui in li.vii.c.xxii.etiam Staphilum dicit primũ aquam vino miſcuiſſe.quod nota. Et adde, quòd ebrietas maxime vetatur, quæ omnium fons eſt vitiorum, ac ſi quis ebrius fiat, à communione ſpatio. xxx.dierum ſubmoueatur, aut ictibus feriatur.ea.q.c.ante omnia. vbi dicit glo. not. quòd non poteſt epiſcopus verberationem clerici committere laico per c.vniuerſitatis.de ſenten excomm. niſi ſit incorrigibilis.c.vt factum eo.tit. Et limita verum eſſe, niſi vnica fuerit ſecundum Spe.de acuſ. lxxxii. verſic.& nota. vbi dicit, quòd ob vnicam ebrietatem clericus non poteſt ſuſpendi, vel deponi. Et ſupplendo ad materiam ebrietatis, ſcias, quòd ebrietas eſt leuis culpa.glo.eſt in l. fi.§.fi.C.de rep.vnde facit delictum mitius puniri ſecundũ Bart.in l. reſpiciendũ.§. delinquunt; & in l. aut facta, in prin.ff.de pœnis; & in l.diuus.ff.de offi. præſid. Quod intellige, ſi ebrietas eſt magna, quia tunc delictum attenuat; non ſi parua, quia tunc delictum non excuſat, vt inquit

Bal. no. in l. data opera. C. qui ac. non poſ. facit. l. omne delictum. §. ii. ff. de re mil. io caſu uero. l. i. C. ſi quis Impera. maledix. ebrietas excuſat ſecundum Ang. ibi. Et adde hic ad materiam de vino, & ebrietate, quod pulchre notat Plinius de naturali hiſtoria, lib. xiiii. c. xxii. ita Speculat. vbi ſup. CXIII. diſpenſat epiſcopus cum clerico, vt vadat in peregrinationem, de conſe. diſtinct. v. c. non oportet. de voto. c. magnæ, ad fi. c. pe. & fi. & Spec. verſic. cxxx. Nam ſine licentia epiſcopi non poteſt clericus peregrinari. d. c. non oportet. il ii. & nota. in l. ſi qua per cal. ad fi. C. de epiſc. & cler. CXIIII. quòd clerici iaceant in propriis domibus, ibique comedant. & not. ſupra, de ui. & bone. cle. c. quoniam, à contrario ſenſu. & not. i. quæſt. ii. ſacerdos, & ibi glo. licet olim contra. xii. quæſt. i. c. neceſſaria, de conſe. diſtinct. v. c. in omnibus, & vbique, per glo. & Spe. ver. cxxxi. CXV. reducit epiſcopus diſpenſatiue fugitiuos ad clauſtrū. de reg. c. fi. xviii. q. ii. Abb. & Spe. ver. cxxxii. CXVI. diſpenſat epiſcopus, quòd ea, quæ ſimpliciter ſe uouit deo velum aſſumens, non tamen profeſſa, matrimonium contrahat, ne deterius faciat. c. conſuluit. qui cle. vel vo. Sed vide melius eod. titu. c. rurſus, & in c. i. de voto, in vi. & in c. fin. xxii. quæſt. iiii. & in Spe. verſi. cxxxiii. CXVII. diſpenſat in voto, vt in melius commutetur. de voto. c. i. & c. ex multa. Quod verum, niſi in hieroſolymitano, eod. tit. c. per tuas, & c. ex parte. & c. magnæ. Item niſi in voto continentiæ, eod. tit. c. i. & Spec. ver. cxxxiiii. CXVIII. diſpenſat epiſcopus, vt in defectum regularium monaſterium de ſecularibus clericis ordinetur, de reli. do. c. inter quatuor. & ibi omnino vide Ioan. And. in nouella ſuper gl. i. & in tex. quia aliter. not. xix. q. iii. quæ ſemel; de reb. eccle. non alien. c. poſſeſſiones; & Spec. vbi ſupra verſic. cxxxv. CXIX. recipiendo ſecundum præſentatum a patrono eccleſiæ, vel altaris primo omiſſo; de iurepatro. c. cum autem; & c. paſtoralis; & in Spec. vbi ſupra, verſic. cxxxvi. CXX. diſpenſat cum ſacerdote incauto, qui peccat in officio; de celebra. miſ. c. fin. & in Specul. verſic. cxxxvii. CXXI. quòd infirmus, vel alia cauſa vrgente, quis comedat carnes in diebus ieiuniorum; de obſerua. ieiu. c. conſilium. & Speculat. verſic. cxxxviii.

CXXII. vt eccleſia parochialis fiat monaſterium. de eccle. edi. c. ad audientiam. xii. q. ii. bonæ. de do. c. Apoſtolicæ. & Spec. verſic. cxxxix. CXXIII. quòd ſponſi de futuro ſe abſoluant, ne deterius contingat. c. præterea de ſponſ. & Specul. verſic. cxl. Secus eſt autem in ſponſabilibus de præſenti, qui non poſſunt diſſolui; quia quos deus coniunxit, homo non ſeparet. xxxii. q. ii. quos enim. & c. quos deus. CXXIIII. vt puella nubilis dimittat ſponſum minorem. xiiii. annis, & & contrahat cum alio, ne fiat deterius. c. ex literis. de deſpon. impube. licet contra no. eod. tit. c. a nobis. & c. de illo. & in Specul. verſic. cxli. CXXV. vt confirmet, vel impediat ſponſalia iuxta formam. c. cum in tua. de ſponſa. & Speculat. verſic. cxlii. CXXVI. cum filiis presbyterorum, vt alantur à parentibus. c. cum haberet, in fin. de eo, qui du. in mat. licet aliter no. xxxv. q. iii. c. ii. & q. vii. c. i. C. de natu. li. ant. licet patri. & in c. per venerabilem, in fi. qui filii ſint legi. CXXVII. vt valeat diſpenſatio ex falſa cauſa obtenta, quæ aliàs non valeret, de conſang. & affi. c. quia circa. & Spec. vbi ſupra, verſic. cxliiii. CXXVIII. cum adulterio confeſſato ſponte à muliere, niſi perſeueret in illo. cap. ex literis, de diuor. in Speculat. verſic. cxlv. CXXIX. cum accuſatore non probante mitius puniendo. ii. q. iii. c. Paulum. & §. notandum. de cal. c. cum dilectus, de electio. in vi. c. ſtatuimus, in fine, & Specul. verſic. cxlvi. ſed omnino uide in Specul. eod. §. verſic. ſed nunquid cum accuſatore, vbi plenius loquitur. CXXX. in numero, & qualitate compurgatorum. de ſimo. c. inſinuante. ii. q. v. c. omnibus; de purg. cano. c. ex tuarum. & in Speculat. verſic. cxlvii.

CXXXI. cum eo, qui ſimpliciter facit homagium propter beneficium. de ſimo. cap. ex diligenti. Sed quis diſpenſat cum directe ſimoniaco, vide plenius in Spec. de leg. §. nunc oſtendendum. ver. xxiii. CXXXII. vt clericus ſcholaris, vel peregrinus locet ad tempus fructus beneficii ſui. c. fin. ne prælat. vi. ia. c. fi. de voto; & in Spec. verſic. cxlix. cxxxiii. cum homicidis, & parricidis quòd contrahant matrimonia; de his, qui fil. occi. c. i. xxxiii. q. ii. c. ſeculares. c. inter lectores, & c. in adoleſcentia. & in Specul. ver. cl. cxxxiiii. poteſt epiſcopus eccleſias parochiales diuidere, & unire conſenſu eorum, quorum intereſt, dum tamen non appelletur; de exceſ. prælat. c. ſicut vnire; aliàs ſecus. xiii. q. i. §. ſicut duo. x. diſtinct. c. i. de relig. do. c. conſtitutus; & in Spec. verſic. cli. Et uide, quod not. xvi. quæſt. i. c. quicquam. cxxxv. poteſt epiſcopus dare priuilegium monachis de non dandis decimis epiſcopalibus, quæ conſiſtunt in quarta, ſcilicet præteritis, præſentibus, & futuris; de priuileg. c. quia. c. ex ore, & c. cum olim. xvi. q. i. c. peruenit. & in Specul. uerſic. clii.

cxxxvi. cum filiis patronarum occidentium rectorem eccleſiæ, ſcilicet quòd poſſint in monaſteriis ad honorem aſſumi. c. in quibuſdam, de pœnis. xxiii. q. viii. c. ſi quis membrorum. & ar. xvii. quæſt. iiii. de fin presbyter, ſcilicet admittendo eos per actum contrarium ſcilicet ad electionem, & alios actus ſecundum Specul. uerſic. cliiii. cxxxvii. cum criminoſo publice celebrante ſecundum Innocen. in c. i. de clem. peregrio. & in Speculat. uerſic. cliiii.

cxxxviii. cum excommunicato miniſtrante, quo ad beneficium. de cleric. excommuni. mi. c. poſtulatis. i. reſponſo, & c. ii. Inno. in d. c. dilectus, de temp. or. ſecundum Spec. verſi. clv. dicit d. c. poſtulatis, non loqui hoc caſu, ſed quando excommunicatus beneficium recepit & tenet Spe. verſi. xvi. nec etiam facit d. c. ii. ſecundum Spec. & vide ſupra verſi. xiiii. cxxxix. poteſt ex cauſa diminue

repœ-

re pœnitentiam iniunctam à papa ſecundum Spec.ver.clvi.& plenius in titu.de leg.§.nunc oſtendendum.verſi.xxvii.& ibi Ioan. Andr.in addit.& dixi ſupra verſi.xcv.l.diſtinct.c.accedens.xxxiii. quæſtio.ii.c.latorem,& in aut.interdicimus,de epiſc.& cler. CXL. vt clericus abſoluatur ab eccleſia,in qua ordinatus eſt,& in alia collocetur. lxxiiii.diſtinct.c.quorundam, & Spec. verſic. clvii. CXLI. cum dictatore vindictæ ſanguinis,ſi exiuit citra membri mutilationem.c.i.de cle.pu. indu. c.ſententiam,ne cle.vel mo.Spec.in d. ver.quando autem: aliàs ſolus papa diſpenſat,vt ibi per c. I.de corp. vit. de cle. ægro. c. presbyterum. Sed papa etiam non diſpenſat cum homicidio voluntario ſecundum Spec. verſic. quando autem, præalleg. & plenius eod. tit. §. nunc habetur. ver.v.cum homicida: vbi vide. CXLII. ne quis ad tempus teneatur reſidere in eccleſia parochiali. c.licet canon,de ele. in vi.§.fi.& in Spec. vbi ſupra.§. nunc de epiſcoporum.verſic.clix. CXLIII. diſpenſat epiſcopus circa pœnam. d. c. licet canon. ſuper tardando ſacerdotio per vii.annos ſecundum formam.c. cum ex.eod.tit.& lib.& Spec.vbi ſupra. CXLIIII. vt quis in maiori eccleſia nõ perſonaliter,ſed per vicarium ſeruiat,in eccleſia parochiali dignitate annexa, de præben.c.extirpandæ.de æta.& qua.c.eam te; & in Spec.verſic.clx.& dixi ſupra verſic.xliii. CXLV. diſpenſat cum eo, qui factus ſit intelligibilis, quia receperit electionem factam per abuſum ſecularis poteſtatis. c. quiſquis, de ele.& in Spec.verſic.clxi.& in §.iuxta.ver.ſunt quoque.ibi.xv.&c. CXLVI. diſpenſat epiſcopus, vt corpora ſanctorum transferantur de loco ad locum; de conſe. diſtinct. i. c. corpora.& Spec.verſic.clxiii. CXLVII. ut reliquiæ ſanctorum ex cauſa de eccleſia extrahantur, & ne diuina celebrentur in ea.c.ii.de iure pat.& Oeconomum ponere in ea,de offi.or.c.cum nos.et Spe. vbi ſupra. CXLVIII. cum monacho, ut uagetur,ſecundum Inno. in c.fin.de renunc.& Bal.in mar. uerſicu.Abbas,uerſicu.ii. CXLIX. cum minoribus,uel adultis regulariter,niſi quando prohibitũ reperiatur ſecundum doct.& Archid.in c.at ſi clerici,de iudi.

CL. in pœna,quam electus non dum confirmatus poteſt imponere,ſecundum Archi.ubi ſup.

CLI. cum clerico prohibito ordinari, poſt prohibitionem ordinato furtim,ſi uelit ad religionem tranſire.c.fi.de eo,qui fur.or.ſu.

CLII. cum eo,qui ſola intentione commiſit ſimoniam.gl.eſt no.in c.tua, in fi.de ſimo. quæ dicit,quòd ſola intentio facit ſimoniachum,ſicut & ſola ſpes facit uſurarium.xiiii.q.iii. c. i. & ar. de uſu.c.conſuluit.& tenet Bal.in rub.C.de uſu.ii.col.ubi uide, quòd dicit uſurarium teneri ad reſtitutionem uſurarum,& mentalium,per not.in d.c.conſultus.

CLIII. diſpenſat epiſcopus cum clericis depoſitis, condemnatis, uel degradatis ſolo uerbo, ut plene in Specul. de leg. §.nunc oſtendendum,uerſic.ix.uide glo.l.diſ.miror.

CLIIII. diſpenſat in caſibus poſitis lxviii.diſtinct.c.quamuis, & c.corepiſcopi. Hos caſus pro maiori parte ponit Spec. ubi ſupra.& dominus Bonaguida de Ari.in ſuo tract.de diſpen.

Sed Specul.in titu.de leg.§.nunc de epiſcoporum, uer.prohibetur.& glo.or.in d.c.miror.l.diſ. ponunt caſus, in quibus non poteſt epiſcopus diſpenſare, quos breuiter perſtringemus. Dic ergo, quòd epiſcopus non diſpenſat cum homicida. d. c. miror. quod intellige, ut dixi ſupra, & per d. gl. item nec in legitimis, quò ad dignitates, perſonatus, & beneficia curata ſecundum Specul.in d. §.verſic.utrum autem.& in c.i.de fil.presby.in vi.item nec cum minore.xiiii. an. ad dignitates,vt ſupra uerſic.xxxvii.item nec cum corpore uitiatis.lv.diſtinct.c.ſi quis.item nec cum bigamis, & uiduarum maritis; de bigam. c. i. xxxiiii. diſtinct. c. lector; item nec cum eo, qui duxit duas uxores, uel qui duas nuptias de facto contraxit, ſecundum Speculat. ibi. item nec cum presbytero duas nuptias benedicente; de ſecun. nup. c. i. quia talis benedictio eſt prohibita, ut ibi. & c. uir. eod. tit. & aliàs plene diximus. Item nec cum faciente duellum, ex quo mors, vel mutilatio fuerit ſecuta, ſecundum Speculat.in d. verſic. prohibetur. Item nec cum eo, qui de iniuſta excommunicatione conquæritur coram iudice ſeculari. xxi. quæſt. vltim. c. pe. Item nec cum ſimoniaco. i. q. ergo ualet in ordine, ſecundum Speculat. ibi, & in titu. de leg. §. nunc oſtendendum.ver.xxiii.Item nec cum infamibus.ii.q.iii.§.hinc colligitur.& §.notandum. Item nec cum ignobili eligendo in canonicum contra formam conſtitutionis, ſecundum Arch. in c. licet canon, de elect. in vi.niſi ex cauſa iuſta, ſecundum Io. de Lign.c.at ſi clerici.de iud. & dominos Rotæ in deci. nouis, vt refert Lud. Pon. in ſing. verſi.diſpenſatio.uer.pone in eccleſia.Item nec ut quis habeat duas præbendas in una eccleſia.c.literas,de conceſ.præben. & in Specul. ubi ſupra,dict.c. prohibetur; & ibi Ioan.Andr.in addi. Item nec quòd monachus habeat adminiſtrationem alterius monaſterii, uel officium. Ioan. Andr. ibi. uide not. in cap. cum ſingula, de præbend. in vi. Item nec cum pœnitus illiterato, ut fiat clericus ſecundum Speculat. ubi ſupra, & dixi ſupra uerſicu. xxiiii. Item nec cum ſolenniter pœnitentibus, ut ibidem dixi. Item nec cum ſeruis,& obligatis certis conditionibus.l.diſtinct.c.non confidat.liiii.diſt.per totum.Item nec cum obligatis ad ratiocinia præſtanda iuxta di.c.i.de obli.ad ratio.vbi vide.Item nec, quòd quis ordines ſacros aſſumat ſine temporis interuallo. d. cap. non confidat. ſecus de maioribus, c.de eo;de temp.or.Item nec in his,quæ ſunt maiora adulterio;de iudi.c.at ſi clerici. §. in adulteriis.& Spe.vbi ſupra ver.verum vt.Item nec circa canones imponentes pœnam depoſitionis,vel

ſuſpenſionis in enormibus l.diſt.c.miror,xii.q.ii.c.de viro.de accu.c.inquiſitionis.i.reſpon.quibus not.in c.nihil.de cle.Item nec in criminibus, in quibus poſt peractam pœnitentiam impeditur executio officii:de quibus in Spec.de diſpen.§.iuxta.ver.ſunt quoque:niſi forte reperiatur ei expreſſe permiſſum.d.c.at ſi clerici,ſecundum Spe.in d.§.nunc de epiſcoporum,ver. prohibetur.i.col.Item ne chriſmet pueros alienæ diœceſis; de relig.do.c. i. Item nec cum non ordinato miniſtrante,vt eſcendat ad ordines ſuperiores,vt dixi ſupra verſi.xvi.Item nec,quòd quis plures ordines ſacros recipiat; ſed ſi ſuſceperit eb alio,poteſt epiſcopus diſpenſare cum ordinante, & ordinato extra tempora ſtatuta,vt d.ver.prohibetur.ii.col.& in ti.de lega.§.nunc oſtendendum.ver.lii.& ſe.& dixi ſupra ver.i.Item nec cum ſuſpenſo à papa,vel commiſſario papæ.xxi.diſt.cum inferior.& Spe.d.ver.prohibetur.ii.col.Item nec cum ordinato ſine diſpenſatione,qui canonicum impedimentum habeat.lxxi.di.ſi quis ſine.Item nec cum religioſo,vel plebano leges, vel phiſicā audiente.Spe.in d.§.nunc de epiſcoporum,ver.prohibetur.& in §.nunc oſtendendū.ver.lxxxvi.præl.Item nec,quòd duo æqueliter præſint vni eccleſiæ,vt in quæſt.ii.c.pen. Item nec cum ſuſpenſo in concilio propter inordinatam collationem beneficiorum,quo caſu ſolus papa, & quatuor principales Petriarchæ diſpenſant.c.graue,in fi.de præb.Item nec in his, quæ ſpecialiter ſedi Apoſtolicæ reſeruantur in priuilegium ſpeciale,in quibus ſolus papa diſpenſat ; de conſang. & af fi.c.non debet;& c.cum dilectio.quod vide in Spe.eo.ti.§.nunc breuiter.Item nec in his,in quibus papa non diſpenſat.d.§.nunc breuiter.& Spe.in d.ver.prohibetur.ii.col.Item nec cum poſtulatis.c.fin.de poſtu.præla.per Inn.& Bal.in mar.ver.epiſcopus, verſ.iii.Item nec in ordinibus ſecundum Inno.in c.fi.de obli.ad ratioci.& Bal.vbi ſupra,ver.vii.Item nec cum non reſidente,vt habeat fructus præbendæ.Inno.tenet in c.clerico,de cle.non reſi.& Bal.vbi ſupra ver.xvi. Itē nec diſpenſat archiepiſcopus cum ſuffraganeo , quod alter ſuffraganeus tranſeat ad aliam eccleſiam; in Spec.vbi ſupra,verſ.verum vt tanta.Item nec contra canones niſi irregularitatem inducentes: in Spe.ibidem.verſ.ſed quæritur ſecundum eum.vbi vide. Item nec cum petientibus defectum, vt ibidem,verſ.ſed cum epiſcopus. Item nec cum excommunicatio maiori excommunicatione miniſtrante ſcienter,nec cum interdicto; cum quibus ſcienter miniſtrantibus non diſpenſat etiā legatus,nec ſynodus.xi.q.iii.ſi quis epiſcopus demnatus,& c.ſeq.& c.placuit.de cle.excommuni.c.illud,de eo,qui fur.or.ſuſce.c.i.ii.q.v.c.qua de ca.Sed ſolus papa poteſt cum talibus diſpenſare,de ſen.excom.c.cum medicina.§.fi.de re iudi.c.cum æterni.lib.vi.Et nota, quòd tales ſunt irregulares,& remouendi ab officiis, vel beneficiis,de cleri.excomm.mi.c.latores & per totum. & Spe.vbi ſupra,verſ.ſed nunquid poteſt epiſcopus,vel legatus.Secus ſi ignoranter probabili ignorantia.c.Apoſtolicæ.eo.tit.quie cum talibus diſpenſat epiſcopus, quò ad pœnitentiam imponendam ſecundum Spec.vbi ſupra,per d.c.de illis.Item nec diſpenſat cum electo tacente defectus,et confirmato,ſi ſunt duo electi;ne alteri fiat præiudicium ex diſpenſatione ſecundum Spe.verſ. electus in epiſcopum,vbi vide omnino.Item nec cum illegitimis,vt patri ſuo ſuccedant in beneficio ſecundum quoſdam,vt refert Spe.vbi ſupra,ver.cæterum prohibetur:vbi vide opi.hinc inde.Legati verò de latere quibus caſibus diſpenſent,vide plenius in Spe.eo.tit.§: conſequens eliqua. Sed de dispensationibus Patriarchetus vide in §.sunt quoq; nonnulli;& ibi, Archiepiscopis autem. De dispensationibus vero Abbatum vide eo.§. verſi. Abbas quoq;. Et de forma dispensationis vide plenius eo,tit,§.qualiter autem. Quæro,quæ ſint priuilegia episcoporum ? Responde vltra ea,quæ dicta sunt supra in proxima quæſtione,multa eſſe:& primo ; non poteſt eccleſie conſtrui,niſi prius episcopus ponat crucem io loco,vbi eſt conſtruenda,atrium deſignet,& primum lapidem ponat,de conſe.diſt.i.c.nemo.& Spe.de dis.§.nunc de episcoporum.verſi.generaliter autem.Item poteſt ipſe conſecrare,reconciliare,pœnitentias ſolennes imponere,indulgentias concedere,de cauſis matrimonialibus cognoscere,ordinare, & chrismare.de conſu.c.quanto. de exces.præl.c.accedētibus.xvi.q.i.c.interdicimus,de pœn.& re.cum ex eo,in fi.de conſe.eccle.vel alt. conſuluiſti.& c.aqua.l.di.in capite.Item poteſt quinquegeſimam, vel centeſimam dare.de dona.c.Apoſtolicæ.xii.q.ii.c.bonæ;de his,quę fi.à præla.ſine conſen.cap.c.paſtoralis.Item poteſt ſolenniter excommunicare.xi.q.iii.c.debent. Itē literas dimiſſorias dare,aliter non valet ordinatio ab epiſcopo facta.viii.q.ii.c.illud,& c.dilectiſſimi.de offic.Archid.c.vt noſtrum. Item poteſt annulum aureom portare in digito,de vit.& ho.cle.c.clerici. Item poteſt duos de ſuis canonicis secū habere, de cle.nō reſi.c.ad audientiem.Item poteſt parochias limitare,& cœmiteria ordinare.xiii.q.i.c.eccleſias.& d.c.paſtoralis.Item conſtitutiones facere in sua diœceſi.de conſe.diſt.i.c.omnes baſilicæ.xvi.q.vii.c.omnes.de fer.c.fi.xi.diſt.c.catholic.& Spe.vbi supra.Ioan.And.in c.fi.de ap.li.vi.no.in gl.fi.in fi.Item poteſt hæreticos condemnare de hęreſi.c.ad abolendam.§.ls.& contra eos inquirere cod.tit.c.excommunicamus. §. fi. nec hic poteſtas ipſius adimitur, licet inquiſitio alteri committatur.no.in c.per hoc,de hæreticis,in vi.reſpon.& in Spe.vbi ſupra.Hoc vltimum tenet Bal.in aut.habita.C.ne filius pro patre . Item poteſt facere eccleſias cenſuales,de iure pat.c.præterea;de cenſi.c.ſcientes.Item poteſt inſtituere,& deſtituere clericos.de fil. presby. c. ex tua;de inſti.c.ex frequentibus;de his,quæ fi.à præla.c. nouit. Item non incurrit ſententiam excommuni-

municationis,ſuſpenſionis,& interdicti,ſicut aliæ perſonæ;de ſen.excõ.c. quia periculoſum. vbi vide omnino glo.& doc.Item aliàs proceditur tàm contra epiſcopi contumacem,quàm contra alios;de priuile. c. quia Pontificali.quæ conſtitutio habetur in c.ii.de offi.dele.in vi.Item in modo iurãdi,vt aliàs plene dixi in alia quæſtione de poteſtate epiſcopi circa ſpiritualia.Item nec cogitur teſtificari; de iure ca.c.ſi.xi.q.nec honore.in aut.de ſanc.epiſc,§.nulli.Item tempore generalis interdicti poteſt epiſcopus audire diuina,de priuil.c.nonnulli.& c.quoniam.& ibi doc.& Io. An.in nouel.Item poteſt ſibi quem vult eligere confeſſorem,de pœni.& re.c. ſi. Item non cogitur ſubire iudicium,niſi præcedat iusſio imperialis ſecundum Azo,in ſum.C.de epi.& cle.& in Spe. vbi ſupra.Item liber eſt à patria poteſtate ſecundum Pet.ibidem.& plenius aliàs dixi.not.de æta.& quali.c.in decorum.liiii.diſt.c.ſi ſeruus.Item habet priuilegia,de quibus.xi.q. j. c. quicquam. Item contra eum plures teſtes requiruntur.ii.q.iiii.c.præſul,& ſeq.& dicetur infra,tit.de degra. Alia priuilegia vide per Io.An.in addi.Spec.vbi ſupra.Et adde alia,videlicet quia ſententia ſuſpẽſionis non comprehendit epiſcopus,niſi expreſſe actum ſit.c.quia periculoſum, de ſent. excom, ver.ſententiæ,per gl.no.Item quia quis non poteſt habere campanã publice,niſi de licentia epiſcopi,de priuil.c.patẽtibus.Item in altari,quo ipſe miſſam cantauit,nullus eadem die poteſt miſſam dicere,de conſecr.diſt.ii.c.in altari.Item ſi ſit diſcordia de iure patronatus,vel idoneus rector non præſentatur per patronos,poteſt epiſcopus de illa ecclesia tollere reliquias,& oſtia claudere, & inhibere,ne celebretur in ea,& ibi conſtituere Oeconomum,qui conſeruet fructus,donec de rectore prouideatur.c.ii.de iur.pa.& c.cum vos,de offi.or.Item cognoſcit de cauſis matrimonialibus,& aliis ſpiritualibus,de exceſ.præl c accedentibus.xxxi.diſt.c.per lectis Goffr.in ſum. de diuor.§.fin.de quibus Abbates cognitionem non habent.d.c.accedentibus.vbi vide.Item ſine libello cognoſcit inter clericos non ſubditos de cauſa ciuili, per no.in Spe. de lib. conce.§.x.ver.iiii. Item & quando audit cauſam iudicis fugientis,ne rationem reddat,in Spe.vbi ſupra,ver.v.item & quãdo agitur de nõ canonice obtẽtis ſine conſcientia dioceſani,vel diuina vocatione,vel de aliis grauaminibus eccleſiarum,& quando ex officio procedit.eo.§.ver. viii. item & quando appelatur à ſententia epiſcopi,non poteſt in libello appellationis dici,ſicut in aliis,quo per perſonas iudicauit,vt in Spe.de appella.§.x.ver.ſciendum.Reliqua priuilegia epiſcoporũ,quæ multa ſunt, vide late per totum hunc tractatum,& in ſingulis quæſtionibus. Et de diſpenſatione epiſcopi vide tractatum Ioan.Randei in decimo volumine tractatuum fol.264.Et prælatus ex præcepto tenetur corrigere familiam.glo.in c.ſi peccauerit.ii.q.i.Et de correctione fraterna vide glo.in c.nouit,de iudi.& ibi doct. Et taciturnitas mortalis eſt in prælato.c.i.xliii.diſt.adeo dixit Apoſt.ſiquis autem ſuorum maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. ad Tim.epiſ.i.c.v.& vide Actuum.x.

Caſus,in quibus papa non eſt ſolitus diſpenſare. *Cap. XVIII.*

Casvs, in quibus papa non ſolet diſpenſare; quamuis habeat poteſtatem pleniſſimam, nec legibus ſit aſtrictus.c.decreto.ii.q.vii.c.ad honorem, de vſu pallii,& teneat locum beati Petri, & ſit vicarius domini noſtri Ieſu Chriſti;iſti ſunt, qui ſequuntur. Primo non diſpenſat contra Apoſtolum,vt bigamus fiat diaconus,vel ſacerdos,vel epiſcopus,vt xxvi.diſtin.c. acutius intelligunt,& c.vna tantum,& c.deinde.xxv.q.i.ſunt quidam. extra de biga.c.iii. Arguitur tamen cõtra.xxiiii.diſt.c.lector; vel vt quis ſimul plures poſſit habere vxores,vt extra de big. c.ſuper eo.& c.de bigamis.c.nuper.Ioan.no.in prædicto.c.ſunt quidam,quòd bene poteſt diſpenſare contra Apoſtolum, non tamen in his,quæ pertinent ad articulos fidei:vide glo.iiii.c.ii.de biga.& quæ ſcripſit ibidem Ioan.An.& Petr.de Ancha.conſil.cxxiii.incip.in Chriſti nomine.i.circa bigam.vbi etiam an poſſit diſpenſare cum eo, qui poſt adulterium vxoris cum ea concubuit, quærit.Et dic,quod papa poteſt diſpenſare cum omni bigamo,vt promoueatur ad omnes ordines minores, & maiores,& ad obtinenda beneficia,licet non debet,niſi ex magna, & euidenti cauſa.Et vide Cardinalem ſancti Sixti in c.lector.xxxiiii.diſt.vbi multa de bigamo.Et vide Felinum in c.quæ in eccleſiarum de conſtitu.& vide Cardi.ſancti Sixti,in c.lector.xxxiiii.diſtin. & ibi alligat ſanctum Tho.in colibeto.4. vbi multa dixit de diſpenſatione ſummi pontificis, et de bigamo,ſed vide vt dixi Cardina.in d.c.lector.Et ſacer ordo ille tantum,cui continentia eſt indita, & iſto modo hodie ſunt ſacri ordines tres,ſcilicet ſubdiaconatus,diaconatus, presbyteratus. doct. in c.erubeſcant.xxxii.diſt.& in c.i.de ſacramen.iterand.vel non iterandis.& per totã diſt.xxxvii. tractatur de ſufficientia,& eruditione ordinandorum.& vide per totam diſtin. xxxvi. & xxxviii. ii. Nec contra.x.præcepta decalogi, vt xiiii.diſtinct.c.ſicut.quia & ſi non ſint articuli,ſunt tamen articularia fidei,id eſt ita annexa articulis fidei,quòd ſine eis ſalutem præſtare non poſſunt ſecundum Ioan. de deo.in c. ſunt quidam.& vi.diſt.§.ſi.lxxxvi.diſt.c.non ſatis,ad ſi.ubi de diſpenſatione papali tractat idem Io.de deo ultra mediũ.uide quæ ſcripſit Io.An.de hæreti.c.cum Chriſtus.

III. Non diſpenſat cõtra Euangelium, vt in c. ſunt quidam. xxv. q. i. & xxvi. diſt. c. deinde; et xiiii. diſt. c. ſicut. & arg. extra, de celebr. miſſa. c. cum Marthæ. contra enim ios naturale diſpenſatio locum non habet, vt xiii. diſt. c. i. & extra, de tranſact. c. fin. Ius autem naturale eſt, quod in lege, & in Euangelio continetur. i. diſt. humanum genus; & ix. diſt. c. fina. IIII. Contra quatuor concilia principalia ea tollendo diſpenſare non poteſt papa, vt ſup. etiam dictum eſt per prędic. c. ſunt quidam. xxv. q. i. vide ibidem bonum tex. cum glo. vbi dicitur, quod magis videretur errare, quàm contra illa diſpenſare. Sed hoc procul ſit ab eis, qui ſemper domini eccleſiam contra luporum inſidias optime cuſtodierunt. V. Non diſpenſat cum homicida voluntario, vt poſt quantacunque pœnitentiam miniſtret in officio altaris; extra, de tempo. ordi. c. fi. extra, de hom. c. i. Quòd ſi Dauid probibitus eſt ædificare templum domino, eo quòd vir ſanguinis erat, quod figurabat nouũ teſtamentum, vt de conſe. diſt. i. c. i. vbi de hac authoritate notatur; multo magis ſacerdos homicida prohibendus eſt celebrare, vt ibi in c. fin. ext. de temp. ordi. & c. i. de homic. & in c. miror. i. diſtinct. i. q. vii. ſi quis omnem. extra, de exceſs. præla. c. ex literis. extra, de accu. c. inquiſitionis negocium. etiam ſi quis interficeret paganum. l. diſt. c. clericum, qui, niſi ſit homicida iuſtitiæ, qui ex cauſa in ſuſceptis ordinibus toleratur per papam, & non diſpenſat cum illo, vt ad ſuperiores aſcendat, vt li. diſt. c. aliquantos. & c. præcedenti: diſpenſatur tamen cum tali beneficium. l. diſt. c. ſtudeat, in fi. extra, de cle. pug. in duello. Henricus in fi. extra de renun. c. ad ſupplicationem. xxviii diſt. c. presbyter. xciii. diſt. c. diaconi. Ad idem tenetur mandans fieri homicidium, prout legitur de Dauid, qui ſolum mandauit occidere virum Berſabeæ. quare non miror, ſi concilium vniuerſalis eccleſiæ ſuſpendit papam ab executione ordinum, quoniam, vt dicitur in c. i. & fin. de hom. in vi. mandans fieri homicidium incurrit irregularitatem, ſicut homicida, aut mutilator membrĩ. VI. In gradibus conſanguinitatis lege diuina prohibitis non diſpenſat papa, vt extra, de reſti. ſpol. c. literas. xxx. q. iii. c. pitacium. In aliis ſic diſpenſat, vt extra, de conſang. & affin. c. quia circa. de cõceſ. præben. c. propoſuit. & de tranſac. c. fi. docto. in c. ſignificaſti. de electio. & in c. cum inter, de renuntia. Ancha. in conſi. cccxiii. An autem eo ipſo quod papa diſpenſat matrimonium contractum in gradu prohibito, ſint abſoluti, qui contraxerunt, ab excommunicationis rigore. cle. i. de conſan. & affi. abſque eo, quòd in reſcripto de communicatione fiat mentio. vide Roma. conſi. cccvi. concludentem, quòd ſint abſoluti. VII. In his, quæ de natura ſui ſunt mala; puta vt quis ſine peccato poſſit adulterari, non diſpenſat. extra, de iureiu. c. & ſi Chriſtus. §. quædam. In ſequentibus autem caſibus non diſpenſat, nec diſpenſare debet; nec poteſt diſpenſare contra textum in c. non liceat papæ. xii. q. ii. VIII. Nec cum ſimoniaco directe in ordine, & inordinato, & ſimonia eo per pecuniam. i. q. i. c. ſtatuimus. & c. ſeq. ſi quis à ſimoniacis. & c. inquiſitionibus, extra de accuſa. i. q. vii. c. requiſitis. Et de ſimoniaco vide infra in tit. de ſimonia. IX. Cum rebaptizato ſcienter non diſpenſat papa. i. q. vii. c. qui in qualibet, de conſec. diſt. iiii. c. quibus. & c. confirmandum. l. diſt. vbi videbis glo. & docto. X. Non diſpenſat cum ordinato ab hæretico. i. q. vii. c. conuenientibus, ad fin. vbi eſt bonus tex. & loquitur etiam contra ſimoniacos. XI. Cum reordinato non diſpenſat papa, vt i. quæſt. vii. c. ſaluberrimum, in fin. & i. q. i. c. quod quidam. XII. Vbi ſtatus eccleſiæ decoloratur, contra hoc non poteſt diſpenſare papa. i. q. vii. c. & ſi illa. xxv. q. i. quæ ad perpetuam. nec obſ. contrarium, quod poteſt allegari, extra de conſang. & affin. c. non debet; quia ibi non decoloratur ſtatus eccleſiæ, immò datur color, propter rationem ibidem expreſſam: quare non obſtat. XIII. Non diſpenſa. papa, vbi ſancti patres aliquid bene diffinierunt, vt xiiii. diſtin. c. ſicut. & xxv. q. i. c. ſunt quidã. & xxv. q. ii. c. de priuilegiis, & c. cum pie, & c. quod verò. Vtrum autem papa poſſit diſpenſare cum ſubdiacono, vt matrimonium contrahat, no. xxxi. diſt. c. de illo, & extra, de cle. coniug. c. cum olim. & vide infra in c. de voto. Item papa poteſt contra ſimplex ſtatutum, & concilium ſui prædeceſſoris diſpenſare, vt legitur, & not. extra, de capel. mona. c. pen. & de renunc. c. poſt tranſlationem, in fi. Diximus. ſ. quod in gradibus diuina lege prohibitis papa non diſpenſat. vt in c. pitacium. xxx. q. i. & in leuitico. c. xviii. & vide Cardinalem ſancti Sixti. in c. coniunctiones. 35. q. ii. ſed filii duorum fratrum iure diuino legitime copulantur, quia non omnis ſecundus gradus eſt prohibitus diuina lege, vt in d. c. pitacium, & in leuitico c. xviii. quia loquuntur in ſecundo gradu in linea aſcendentium, non in gradu in linea lateralium c. gaudemus loquitor, in d. linea laterali, vide in c. in c. infidelibus. pe conſangui. & affini. vide in c. ſunt quidam xxv. q. i. & vide docto. in c. literas. de reſtitu. ſpolia. Vtrum autem poſſit papa contra ius naturale diſpenſare, nor. xiii. diſt. c. in ſumma. & xv. q. vi. c. authoritatem; extra, de deci. c. à nobis; extra; de iureiuran. c. quanto. Dixi ſuperius allegando gl. in c. propoſuit, de conceſs. præb. quòd erant aliqui caſus, in quibus ſolum diſpenſat papa; & docto. & Panor. in d. c. propoſuit, legendo. d. gloſ. dicunt; Nota bene hanc glo. quia eſt notabilis, & multum allegabilis in materia ſua, attingens multos caſus dubios, in quibus papa non dispensat. Et vide quaſi eodem in Specu. in tit. de leg. ſuper Rubri. de dispensa. in §. nunc breuiter in vlti. colum. Et in quantum glo. in princ. dicit, quòd diſpenſat contra Apoſtolum, videtur glo. velle, quòd cum bigamo poteſt papa diſpenſare, vt promoueatur ad ordines. Specul. tamen in loco prẹallegato videtur ſentire contrarium. Sed

tu

tu plene vide per doćto. in c.ii.de biga. vbi communiter tenent primum. Et intelligo, quod diſpenſat ex cauſa; nam cum Apoſtolus fuerit motus inſtinctu ſpiritus ſancti, non debet ſine cauſa eius præceptum relaxari. ar. opti. in c. contra; & c. ſunt quidam. xxv. q. i. Ita dicerem in caſu ſequēti in glo. Et in hoc poteſt dici capiendo alium caſum exceptū à gloſ. quòd aut Apoſtolus aliquid dixit circa fidem, & tunc papa non diſpenſat in illo: ad hoc vide tex. xi. q. iii. in c. ſi is, qui præeſt; vbi referuntur verba Apoſtoli dicentis, quòd ſi etiam angelus de cœlo euangelizauerit præterquàm quod vobis euangelizauimus, anathema ſit: vnde à fortiori nec papæ eſt credendum. & hoc voluit hic gloſ. & xv. diſt. in c. ſicut. In aliis verò non concernentibus fidem poteſt papa diſpenſare ex cauſa; quia ille, qui diſpenſat, non tollit legem, ſed ex cauſa in certa perſona, vel ad tempus remittit. Et diſpenſatio quandoq; neceſſaria eſt. l. diſt. in c. domino ſancto. & c. inſtitueretur. nam quandoque & ipſe deus diſpenſauit cum Patriarchis, qui habuerunt ſimul plures vxores. & not. in c. gaudemus, de diuor. Sed ſine cauſa non puto, quòd diſpenſare poſſit, quia non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio, vt dixit beatus Tho. & Ioan. And. in c. de multa, de præben. Nec eſſet bene, ſi papa diſpenſare vellet contra dicta ſanctorum, & maxime Apoſtoli; vt in d. c. contra, & c. ſunt quidam. Excipit deinde glo. caſum notabilem in ſolutione decimarum. Sed de hoc qualiter papa diſpenſet in decimis non dandis, dic vt plene no. Hoſti. in c. nobis, de deci. Item inquantum dicit glo. quòd in voto diſpenſet, intellige, quando hoc facit ex cauſa; nam ſine cauſa non poteſt tollere obligationem deo per votum acquiſitam. vide glo. not. in c. non eſt, de voto. Epiſcopus autem diſpenſat circa votum, & in c. i. & quod ibi not. de voto. Sed credo quod hæc ſit differentia inter papam, & epiſcopum; quia epiſcopus non liberat ex toto à voto, ſed commutat in cauſam deo magis acceptam, vt in d. c. i. Sed papa poteſt ex cauſa ex toto liberare, quemadmodū poſſe ipſe deus. Veriſimile enim eſt, quòd deus ex cauſa dederit poteſtatē ſuam inter homines vicario ſuo; aliàs non fuiſſet bonus pater familias, ſi dimiſiſſet gregem ſuum ſine paſtore, qui ex cauſa poſſet omnibus conſulere; vt in ſimili dicit Inno. in c. quod ſuper his, de voto. Vnde, vt dicit notanter Hoſti. in c. quanto, de tranſlatio. prælat. cum idem ſit dei, & vicarii ſui conſiſtorium, poteſt papa ferè omnia facere, quæ deus poteſt claue non errante. Idem dicit Inno. de iureiuran. in c. quanto: nam Chriſtus generaliter dixit Petro; quodcunque ligaueris. &c. & quia dixit, quodcunque, nihil excepit, in c. ſolitæ, de maio. & obedien. xxxi. q. i. quod ſi dormierit.

Idem dic circa iuramentum; nam ſine cauſa papa illud non relaxat, vt not. dixit Inno. in c. cum inter, de renunti. & glo. in c. quanto, de iureiur. Et ſic limita dictum huius glo. Ex quo infertur, quòd cum papa ſine cauſa non poſſit alium abſoluere à iuramento; fortius nec ſeipſum argu. op. in c. fin. de inſtitutio. & de hoc vide infra in c. de voto.

Demum glo. excipit, vt non poſſit papa diſpenſare contra vniuerſale ſtatutum eccleſiæ, & nota bis bene hunc caſum, quia comprehendit in ſe multos caſus. Idem tenet glo. in c. literas, de reſti. ſpo. in verſic. diſpenſare. Sed contra hoc facit. c. non debet. de conſan. & affi. vbi papa ex toto immutauit vniuerſale ſtatutum eccleſiæ, relaxando prohibitionem coniugii in quinto, ſexto, & ſeptimo gradibus conſanguinitatis, & affinitatis, vnde glo. videtur dubitaſſe in c. quæ ad perpetuā. xxv. q. i. Sed pro nunc poteſt ſolui, quòd aut decoloratur ſtatus eccleſia ex tali diſpenſatione, ſeu mutatione; & tunc papa non poteſt. & ſic intellige hanc gl. & conſidera, & vide bonum tex. in c. & ſi illa. i. q. vii. quod tenuit Spec. in loco prealle. Arch. xxv. q. i. c. ſunt quidam. Ex quo infertur, papam non poſſe ſine cauſa dare poteſtatem alicui principi ſeculari, vt poſſit iudicare inter clericos, maxime cum priuilegia clericorum ſint de iure diuino, vt no. xcvi. di. ſi imperator; & per docto. in c. ii. de mai. & obe. Aut non decoloratur ſtatus eccleſię, vt puta, quod ſubeſt cauſa mutandi, vel diſpenſandi; & tunc credo, quòd poſſit, maxime circa vnum caſum, vel duos, ſic intelligo. d. c. nō debet & concor. glo. in d. c. quæ ad perpetuam, & c. ſunt quidam. Sed quidam ſunt, qui de hoc dubitauerunt. Dicit inſuper hic glo. & non diſpenſat, vt monachus habeat proprium. de hoc plenius, & melius in c. cum ad monaſterium, de ſta. reg. vbi per doct. & per Ioan. Andr. in regula, ſemel deo dedicatum, de reg. iur. lib. vi. Et in fi. glo. intellige, quòd papa non diſpenſat in ſecundo gradu inter aſcendentes, & deſcendentes; in collateralibus diſpenſat in linea æquali, non autem in linea non æquali, vt patruus poſſit ducere neptem in vxorem; ſunt enim iſti in ſecundo gradu in linea inæquali. Sed cum filiis duorum fratrum poterit diſpenſare, quia ſunt in ſecundo gradu in linea æquali. ita no. in d. c. literas, vbi uide rationem; & in c. gaudemus.

Extra gl. dicit hic Hoſt. quòd papa in tātum habet ſui ipſius poteſtatem, vt pro facto, vel dicto non poſſit ab alio accuſari, vel condemnari, niſi de hæreſi. xl. di. c. ſi papa. poteſt tamen, ſi iacet in peccato, admoneri iuxta regulam Euangelicam, ſi peccauerit, &c. tam publice, quàm occulte, iuxta qualitatem peccati; quia non eſt exemptus à regula Euangelica. Dicit tamen, quod alteri parti illius regulæ non ſubiicitur, dum dicit, quod ſi non audierit, dic eccleſiæ; quia excepta cauſa hæreſis non poteſt iudicari, etiam ſi imperator, & totus clerus, & populus ſimul conueniant. ix. q. iii. nemo. & c. aliorum. vnde quo ad papam exponit ipſe illa verba dic eccleſiæ. i. deo, vt ipſum conuertat, vel dic eccleſiæ triumphanti. i. cœleſti, vt oret pro eo. Ex his dictis Hoſti. not. pulchra

dicta, primo dum ſentit, quod in facto hæreſis poteſt accuſari, & ab alio condemnari, nam alibi ſit diſceptatio, vtrum papa ab alio in cauſa hæreſis poſſit condemnari, quia quidam voluerunt, quod debeat ſe ipſum deponere, ſicut fecit in c. nunc. xxi. diſt. ſed plus placet hæc opi. vt poſſit ab alio condemnari, & deponi in facto fidei. Et hanc opi. expreſſe tenuit Arch. In c. in fidei fauorem. de here. lib. vi. & facit. li. q. vii. in §. Itē cum Balaam. ver. item ſimmachus. & dicit Archi. in c. in fidei, quod concilium erit iudex. pro quo vide glo. in c. Anaſtaſius. ix. diſt. & vide aliam gl. ſingu. in c. ſi duo. lxxix. diſt. quæ dicit, quod ſi eſt dubium apud quem ſit Papatus duobus, vel pluribus cōtendentibus ſuper eo, conciliū erit iudex. Et dicit Hoſt. quod papa exiſtens in peccato poteſt admoneri ſecundum regulam euangelicam, de qua in c. nouit. de iudi. licet gl. dubitauerit. ii. q. i. ſi peccauerit. quæ dicit, quod ex quo non poteſt ab alio iudicari, fruſtratoria eſt illa denunciatio.

In poteſtate vero diſpenſandi dicit Vincen. quod in omnibus poteſt diſpenſare præterquam in articulis fidei, & eſt dictum valde notabile; & intellige de diſpenſatione proprie ſumpta ſcilicet quā facit ex cauſa rationabili. & vide Inn. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu reg. vbi dicit, quod ſine cauſa non diſpenſat in his, quæ ſunt iuris poſitiui puri. & vide quod dixit Abbas, & omnes ſcribentes in c. de multa. ſupra de præben. dicit tamen Hoſt. dictum videri verū, niſi interueniat peccatum mortale: quia in illo non diſpenſat intelligēdo, quod ſit peccatum mortale ex lege diuina, & nō ex l. poſitiua; quia illi non ſubiicitur. & credo quòd idem ſentit Vincen. & vide gl. in d. c. literas. quæ idem voluit. vbi dicit latius, quod in his, quæ ſui natura ſunt mala, papa diſpenſare non poteſt. de iureiur. & ſi Chriſtus. tu vide bo. tex. xl. diſt. c. i. & vide Henricum in d. c. propoſuit, legendo gl. dicentem, ſi quæris in, & ſuper quibus papa poſſit diſpenſare, diſtingue; aut quæris de lege diuina, ſeu euangelica, aut quæris de lege ciuili, aut quæris de lege naturali, aut de lege canonica. In primo caſu hoc ſolum tene, quod in omnibus poteſt, dummodo ſua diſpenſatio non ſit contra fidem ſecundū Vin. nec nutriat peccatum mortale, ne inducat ſubuerſionem fidei, nec periculum animarum. Nam in talibus nullam habet contra deum poteſtatem. ſic intellige. xxv. q. i. ſunt quidam. xvi. diſt. ſicut ſancti, ſecundum Henri. & concor. quod Hoſtië. not. de ſponſa. Is, qui fidem; in magna gl. ver. pone igitur; dicens, quòd ſi vir in caſu illius. c. nullo modo conſentit cum prima muliere, ſed cum ſecunda tantum, papa licet ſit ſupra ius, nunquàm tamen poteſt conſenſum hominis voluere ad voluntatem ſuam, & dare ſibi intelligere, quòd conſentiat in eam, in quā non conſentit, & quòd non conſentiat in eo, in quo conſentit. Et ſic nō poteſt vera matrimonia lege diuina formata ſua conſtitutione canonica irritare, & cogere hominem conſcientiā propriā relinquere, & ſuo motui adhærere, vt patet in his, quæ leg. & no. de præſumpt. c. fin. & de conuer. coniug. cap. ex parte. ii. quod reprehendit talia euidenter, & not. de ſpon. c. ſi inter. ad fi. & ſponſ. duorum. c. i. & fi. vbi idem no. ipſe. hos. & de conſang. et affi. c. quòd ſuper his, ſuper verbo prohibitos, ad hoc etiam facit quod nota. in c. ſunt quidam. xxv. q. i. ſuper verbo euangeliſtæ. vbi dicit Laur. quod contra dicta euangelii poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt conſilii, & quæ parabolice dicta ſunt, & non conſiſtunt in præceptis, vel prohibitionibus. & adde quod not. ibi in gl. pen. & fi. In ſecundo caſu dic, quod non poteſt diſpenſare, quia iura naturalia immutabilia ſunt. inſtitut. de iure natu. §. ſed naturalia. v. diſt. in princ. xxv. q. i. ſunt quidam. quod dic, vt no. Io. & Archid. xiii. diſt. in ſumma. xv. q. vi. auctoritatem. p be. & Hoſt. de iureiuran. c. quanto. de decim. & c. à nobis, per Inno, de ſtatu. mo. cum ad monaſterium. & Hoſt. poſt eum. & pro hoc facit, quod no. Inn. de immu. eccle. quia plerique. & Archidia. i. diſt. ius ciuile. in fi. gl. ſuæ. & xii. diſt. c. i. & ix. q. iii. p principalem. In tertio caſu ſcilicet contra legem ciuilem non poteſt diſpenſare, cum per hoc falcē ſuā mitteret in meſſem alienam contra id quod le. & no. de ma. & obe. c. venerabilem, in prin. & de iudi. nouit. quod tamen intellige. vt de conſti. c. i. de no. ope. nuncia. c. i. In quarto caſu dic, quod cōtra legem canonicam poteſt diſpenſare indiſtincte. Sed hoc fallit in caſu, vbi vellet diſpenſare cōtra canones, vel immutare canones, vel articulos fidei, uel legem diuinam, vel vbi per ſuam diſpenſationem ſubuerteretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ. & iſta probantur in c. allegato, ſicut ſancti. & xxiiii. q. i. memor ſum. & dixi ſup. Et de hoc vide plene in Specu. titulo de legato. §. nunc breuiter. & in his concordat, quod no. Hoſt. in ſumma. de pœnitentiis. §. vult. & Spec. tit. de legato. §. nunc de epiſcoporum diſpenſatione: §. Dominus meus dixit &c. & Archidia. xiiii. q. v. non ſanè. ſuper verbo reddenda. in fi. dicentes, quod in quibus eſt mortale peccatum ſecundū legem diuinam, vt in furto, & rapina. vt xiiii. q. v. pœnales, diſpenſare non poteſt epiſcopus; nec etiam papa (vt aliqui dicunt) quominus pœnitentiam agant, & reſtitutio fiat. vt de vſur. cum tu. xiiii. q. v. c. ſiquid. & c. multi. & q. vi. c. i. nec in caſu. c. non liceat. xii. q. ii. videbis infra in tit. de voto. In his vero in quibus mortale peccatum eſt ſecundum ius poſitiuum, & eſt epiſcopis, ſiue inferioribus papæ interdicta diſpenſatio, nullus diſpenſare, vel pœnitentiam præſtare poteſt, niſi ſolus papa, vel is, cui ſpecialiter commiſerit. Si verò non eſt interdicta, tunc poteſt. vide etiam quod no. Car. in extrauagan. Bonifatii. viii. rem non nouam, ſuper verbo priuilegiis. circa medium. vbi dicit, quod papa eſt ſupra ius, & quod ipſe ſolus poteſt æquitatem non ſcriptam ex ſui interpretatione præferre iuri ſcripto. C. de leg. & conſti. l. i. & ipſe poteſt multa facere, quod non poteſt inferior,

rior, vt hic. nam nullus alter ab eo dat ius in beneficio vacaturo. infra e. titu. c. ii. libro. vi. Et ſi ſupra ius diſpenſet, hoc debet facere, cum ratio poſtulat, ſupra de præben. de multa. in fin. l. diſt. vt conſtitueretur. in fin. vtpote propter vrgentem neceſſitatem, vel euidentem vtilitatem eccleſię. i. q. vii. diſpenſationes. & duobus. cc. ſequentibus. & In hoc vlt. concordat beatus Tho. in parte. ii. q. 88. arti. x. & xi. arti. vlt. de his omnibus vide ſupra in c. xvi. & conſidera bene omnia contenta in iſto. §. quia magni ponderis ſunt. Et Io. An. dicit in c. de multa. de præb quod ille, cum quo papa diſpenſat ſine cauſa, non eſt ſecurus quo ad deum. Dicit etiam Hoſt. io d. c. propoſuit. quòd ſemper in dubio obediendum eſt papæ, vbi conſcientia non repugnat. xxiii. q. i. quid culpatur. ſed ſi certum ſit, quod illud, quod præcepit, ſit peccatum mortále, tunc recognoſce Imperatorem cœleſtem. xi. q. iii. Iulianus. & c. qui reſiſtit. & vide Innocentium in c. tua. de decimis.

Caſus, et cenſuræ reſeruatæ domino papæ in proceſſu annuali in cæna domini. Cap. XIX.

EXCOMMVNICANTVR omnes hæretici, ſchiſmatici, & fautores, adhærentes, & qui cũ eis commertium habent, & qui literas iſtis hæreticis deferunt, aut arma, vel alia prohibita, aut vinum, oleum, veſtes, granum, & huiuſmodi. Piratæ, et latrunculi marini, & recipientes eos, & dantes eis fauorem, vel conſilium.

Qui in terris ſuis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt.

Et qui imponũt collectas, vel onera eccleſiaſticis perſonis, & qui exigũt tã realia, quã pſonalia.

Falſarii literarum Apoſtolicarum, vel ſupplicationum per ſummum Pontificem, vel vicem cancellarium, vel eorum vices gerentem.

Qui æquos, arma, ferrum lignamina, & alia prohibita deferunt ſaracenis, & turcis, & aliis infidelibus, qui Chriſtianos impugnant.

Impedientes, & inuadentes eos, qui victualia, & alia neceſſaria ad vſum Rom. eccleſiæ deferũt.

Verberantes, vel capientes, ſeu impedientes, vel occidentes eos, qui ad ſedem Apoſtolicam vadunt, vel ab ea recedunt, & eos, qui morantur in curia, & dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, vel mandantes talia fieri.

Item capientes, detinentes, vulnerantes, mutilantes, incarcerantes, interficientes Patriarchas, Archiepiſcopos, & epiſcopos, eorumque mandatores.

Qui verberant, vel capiunt, ſeu bonis ſpoliant eos, qui cauſas ſuas proſequuntur in curia, vel aduocatos, ſeu procuratores eorum propter huiuſmodi proſequutionem cauſarum.

Qui prohibent, vel ſtatuunt, ne pareatur literis, & mandatis Apoſtolicis, ſeu legatorũ, & nuntiorum, & iudicum delegatorum domini papæ; & fauentes.

Qui ſe ſubtrahunt ab obedientia domini papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ; & fauentes.

Qui vſurpant ſeu iuriſdictionem, ſeu fructus eccleſiaſticos, ſeu ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes; & dantes conſilium, vel fauorem.

Quicunque ſuperioritatem habentes prohibent quoquo modo, ne aliquis de vocatione alicuius beneficii certiorem reddat quempiam extra dominum eorum exiſtentem; vel impediunt directe, vel indirecte, ne conſequantur prouiſiones beneficiorum, ſeu dignitatum ſibi auctoritate apoſtolica conceſſarum, et dantes conſilium, auxiliũ, vel fauorem, vel nõ obuiantes, cũ poſſunt.

Verberantes. vel capientes, vel depredantes romipetas, accedentes, morantes, & recedentes; & dantes conſilium, auxilium, vel fauorem.

Hoſtiliter diſcurrentes per terras eccleſiæ, inuadentes, & occupantes eaſdem, & dantes conſilium, auxilium, vel fauorem.

Nullus abſoluit à prædictis caſibus, præterquã in mortis articulo. Et nota q nullus eximitur à pœnis, & cenſuris ſuperius poſitis, etiã quacunq; præfulgeat dignitate eccleſiaſtica, vel ſeculari.

Cenſuræ, quæ reſeruantur domino papæ in iure, vel extrauagantibus, & ex concilio lateranenſi. Cap. XX.

CENSVRAE, quæ reſeruãtur domino papæ præter ſupradictas, ſunt infraſcriptæ videlicet.

Excommunicati nominatim à domino papa.

Radentes aliquid, vel emendantes in literis papæ.

Inſecutores hoſtiliter cardinalium, vel alicuius clerici, vel religioſi de familia domini papę, vel Cardinalium; percutientes, capientes eoſdem, & dantes conſilium, auxilium, & fauorem; receptatores, & defenſores talium, in c. felicis, de pœnis, lib. vi.

Percutientes, capientes, vel bannientes epiſcopum temere, vel iniurioſe, & id fieri mandantes, ſocii, & dantes conſilium, auxilium, vel fauorem.

Officiales, qui in aliquo prædictorum fuerint culpabiles. cle i. de pœnis.

Qui ſine licentia ſedis Apoſtolicæ aſſentiunt nominationi, electioni, vel aſſumptioni in ſenatorem, vel capitaneum, vel patritium, aut rectorem ad regimen vrbis Romæ.

Qui electus in ſenatorem, &c. vt ſupra, ſi vltra annum de tali officio ſe impediuerit.

Qui taliter aſſumpto ſine licentia (vt ſupra) intendunt, vel obediunt; & qui tales modo prædicto elegerunt, nominauerunt, vel aſſumpſerunt. Qui talibus dat auxilium, conſilium, vel fauorem, publice, vel occulte, tam nominationibus, vel aſſumptionibus, quàm nominatis, vel aſſumptis. de elect. c. fundamenta lib. vi.

Exhumantes, & in fruſtra incidentes corpus mortuum, & in aqua coquentes, vt oſſa ſeparent à carnibus, vt ad alium locum ad ſepeliendum deferatur. Boniſatius viii.

Accedentes ad ſepulchrum domini ſine licentia.

Clerici ſcienter, & ſponte in diuinis tam in eccleſia, quàm alibi, participantes cum excommunicatis iudicialiter a papa. de ſen. excom. c. ſignificauit.

Clerici, vel religioſi inducentes aliquem ad vouendum, vel iurandum, vel prommittendum de eligenda ſepultura apud eorum eccleſias, vel electa mutanda. de pœnis. c. cupientes. in cle.

Excommunicati ex generali ſententia ſuorum dioceſanorum habentes literas Apoſtolicas falſas, niſi infra .xx. dies, poſtquàm ſe cognouerint habere literas falſas, illas deſtruxerint; aut reſignauerint, non poſſunt abſolui poſt lapſum .xx. dierũ. niſi à ſede Apoſtolica. de crimi. fal. c. ad audientiam.

Religioſi conferentes ſacramenta communionis, vel extremæ vnctionis ſine licentia parochialium. Religioſi ſolennizantes matrimonia.

Religioſi abſoluentes excommunicatos à iure, vel à conſtitutionibus ſynodalibus, aut culpa; & pœna. de priuileg. c. religioſi. in clemen.

Religioſi abſoluentes à caſibus, & cenſuris in extrauagantibus reſeruatis. Sixtus. iiii.

Religioſi mendicantes tranſeuntes ad ordines non mendicantium, præterquàm ad Carthuſienſes. Martinus. v.

Religioſi non mendicantes recipientes ad ordines ſuos fratres mendicantes, etiam habentes literas Apoſtolicas. Martinus. v.

Magiſtri excludentes fratres prædicatores à ſtudio Pariſienſi. Alexander. iiii.

Qui libellos famoſos faciunt contra ordinem prædicatorum, & minorum. Alexander. iiii.

Dicentes, vel defendentes, quòd fratres prædicatores, & minores non ſint in ſtatu perfectionis; & quòd non liceat eis de eleemoſynis viuere, aut quòd non poſſint prædicare, vel confeſſiones audire. Alexander. iiii.

Facientes damnabilem violentiam in locis fratrum prædicatorum. Clemens. iiii.

Intrantes monaſteria ſororum ordinis prædicatorum, & minorum in caſibus non conceſſis. Bonifatius. ix. quò ad prædicatores, & Eugenius. iiii. quò ad minores.

Domini temporales, & epiſcopi, qui cogunt aliquem celebrare tempore interdicti generalis, vel cum campanis, vel voce præconis excommunicatos, vel interdictos vocant ad diuina; vel qui prohibent excommunicatis, & interdictis, ne de eccleſia recedant, dum miſſarum ſolennia aguntur, cum à celebrantibus fuerint requiſiti generaliter, vt exeant.

Interdicti, vel excommunicati publici, poſtquàm fuerint moniti nominatim a celebrantibus, vt exeant, ſi non exierint, ſunt excommunicati; & abſolutio papæ reſeruatur. de ſentent. excom. c. grauis. in clemen.

Simoniaci in quocunque ordine, & beneficio. Martinus. v. Eugenius iiii. Paulus. ii. Sixtus. iiii.

Facientes pactum in curia pro gratia conſequenda.

Qui ſciuerit aliquem committere ſimoniam in curia, & non denuntiauerit papæ, vel alii pro ipſo deputato infra duos menſes. Eugenius. iiii.

Recipientes aliquid pro ingreſſu ad monaſterium. Vrbanus. v. ne in vinea.

Inquiſitores, qui contra conſcientiam omiſerint procedere cõtra aliquem hæreticum, vel qui iniuſte crimen hæreſis impoſuerunt, vel vexauerunt. de hære. ca. multorum. in cle.

Iniiciens enormiter manus violentas in clericum, vel religioſum profeſſum, uel nouitium, vel conuerſum ſecularem tradentem ſe, & ſua, honeſte viuentem, & audientem horas, vel clericum coniugatum incedentem in habitu clericali. Item depoſitum verbaliter tantum. Item per ſaltum promotum. Item excommunicatum. Item incedentem ſine habitu clericali ante admonitionem. Item clericus, qui ex ira ſe ipſum enormiter percutit, eſt excommunicatus excommunicatione papali. xvii. q. iiii. ca. ſi quis ſuadente.

Officiales Romanæ curiæ, qui pro taxis, mercedibus, emolumentis, laboribus regularibus, aut cuiuſcunq; alterius operis lucro recipiunt aliquid in pecuniis, rebus, bonis, aut promiſſionibus, quocunque modo, etiam ſponte offerentibus, vltraquàm in eorum officiorum antiqua inſtitutione ſtatutum eſt; & tenentur ſatiſfacere illis, à quibus receperunt, Iulius. ii. in extrauag. & ſi Romanus. & Leo. x. in concilio lateranenſi, in Apoſtolici.

Cardi-

Cardinales, quæ data in conſiſtorio, & ibi geſta, aut dicta ſunt, verbo, aut ſcripto, vel alio modo reuelantes; & etiam ſi per Pont. indictum ſit ſilentium in aliqua re, eam manifeſtantes ſunt excõmunicati, & à ſolo papa abſoluuntur cum expreſsione cauſæ, in concilio Lateran. Leo. x. ſuperne diſpoſiti.

Prædicatores tam clerici, quàm religioſi, qui maricula falſa, aut incerta, vel propherias, quæ ex ſacra ſcriptura non conſtant, prædicare, ſeu epiſcopis, aut ſuperioribus detrahere in ſuis prædicationibus præſumunt, non obſtante quocunque priuilegio, excommunicationis ſententiã incurrunt, & abſolutio papæ reſeruatur. Leo. x. in concilio Lateranenſi. ſuperne maieſtatis.

Pragmaticam ſanctionem in regno Franciæ; & alibi ſeruantes, & ſecundũ eã iudicantes, & eã facientes, aut permittentes ſeruari; & non delentes eam de libris archiuis, & capitularibus excõmunicantur; & abſolutio papæ reſeruatur. Leo. x. in concilio Lateranenſi. Paſtor bonus.

Cenſuræ epiſcopis diœceſanis reſeruatæ. Cap. XXI.

EPiſcopis, & diœceſanis reſeruantur infraſcriptæ cenſure videlicet.

Contumaciter aſſerentes Romanam eccleſiam non eſſe caput omnium eccleſiarum. diſ. xix. ca. nulli fas. ſi tamen firmiter, & veraciter ita crederet, eſſet hæreticus, & abſolutio papæ reſeruata per proceſſum annualem.

Vtens literis, vel ſupplicationibus Papalibus falſis ſcienter; & retinens eas, & non lacerans.

Laici recipientes literas, ſeu bullas Papales non de manu papæ, vel deputatorum, vel per nuntium nõ recipientem de manibus eorum, quando eſt pſona magnæ auctoritatis. decr. ſal. c. dura.

Electus minus quàm à duobus partibus Car. in papam, ſi tali electioni conſentit, & omnes recipientes eum. de elec. ca. licet.

Impugnantes literas papæ ante eius coronationẽ, Benedictus. xi. in extrauaganti.

Qui loquuntur ſecrete, vel mittunt literas, vel nuntium ad aliquem Cardi. dum ſunt in conclaui, occaſione electionis papæ. de elec. c. vbi periculum, lib. vi.

Et officiales qui non ſeruant contenta in cap. de elec. papæ ſupra allegato. c. vbi periculum; vel circa ipſum fraudem committunt. ibidem.

Principes, ſenatores, conſules, qui infra menſem à die notitiæ de delicto commiſſo cõtra Car. vel familiares papæ, & ipſorum Cardinalium non faciunt iuſtitiam ſecundum continentiam capituli felicis, de pœnis, ſunt excommunicati. Ibidem.

Omnes principes, & officiales, qui tertio admoniti ab epiſcopis, vel eccleſiaſticis perſonis recuſant facere iuſtitiam ſuper eorum cauſis. xxiii. q. v. ca. adminiſtratores.

Omnes officiales, qui euacuãt iuriſdictionem, & auctoritatem prælatorum, quã habent ĩ ſuis hominibus; & ſucceſſores dictorum officialium, niſi infra menſem errorem ſuorum prædeceſſorum correxerint; de immunitate eccl. c. non minus. & cap. aduerſus.

Spoliantes naufragos bonis ſuis, niſi ablata reſtituãt, quàm citius poterint; diuerſæ opiniones ſunt, ſi ſit canon latæ ſententiæ. de rapto. excommuni.

Vbi propter diuerſitatem habitantium vnus epiſcopus nõ poteſt populo ſupplere, debet ſibi vicariũ ſubſtituere, qui populo ſatisfaciat; & talis vicarius debet per omnia ſubeſſe epiſcopo principali; qui ſi aliter ſe ingeſſerit, eſt excõicatus. de officio ordina. cap. quoniam.

Participans cum excommunicato in crimine, propter quod eſt excommunicatus, dãdo ei conſilium, auxilium, vel fauorem. de ſentẽtia excommunicationis cap. nuper,

Omnes grauãtes per ſe, vel p alios in beneficiis, vel aliis ſuis rebus clericos, vel eorũ cõſanguineos, quia noluerunt eligere illum, pro quo rogabantur. de electio. ſciant cuncti.

Extorquentes abſolutionem à ſententiis excommunicationis ſuſpenſis, & interdictis, p uim, vel metum. extra de his, quæ vi, metuſue cauſa. cap. vnico. lib. vi.

Compellentes prælatos, vel eccleſiaſticas perſonas ad ſubmittendum eccleſias, ſubiiciendo bona immobilia, vel iura eccleſiarum laicis; ad cognoſcendum, ſeu profitendum, ſe retinere ab eis; vel ad ſtatuendum laicos in patronos, ſeu aduocatos eorum in perpetuum, ſeu ad non modicum tempus, ſine licentia papæ, & capituli, de reb. eccl. non alie. c. conſultiſsimo.

Laici ſi vſurpant, vel exigũt aliquid de rebus eccleſiaſticis immobilib. vltra ꝑportationem contractuũ factorũ, vel faciendorũ, ſi moniti nõ deſtiterint, etiã taliter ablata reſtituendo; vbi ſupra.

Impedientes litigare in foro eccl. coram delegato, vel quocunq; alio iudice eccleſiaſtico, in cauſis, quæ de iure, vel conſuetudine poſſunt ibidem exerceri, de immun. ecc. c. quoniam lib. vi.

Impedientes ſequeſtrationem, vel fructus ſequeſtratos occupantes poſt vnam diffinitiuã ſententiam apud ſedem apoſtolicam promulgatam, ſuper aliquo beneficio, etiam ſi nulla foret, in clem. vnica, de ſequeſtr.

Procurantes, quòd conſeruatores ſe intromittant de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, & exigentibus iudiciariam poteſtatem, de offi. deleg. c. ſi. lib. vi.

Fingentes caſum fraudolenter, per quem iudex vadat, vel mittat ad aliquam mulierem pro teſtimonio ferendo, de iud.c. mulieres, lib.vi.

Concedentes repreſalias contra perſonas eccleſiaſticas ſpecialiter, vel generaliter, ſi ſunt ſingulares perſonæ, ſunt excõicati; ſi vniuerſitas, eſt interdicta, de iniu.& dan.da.c.vnico, lib.vi.

Clerici habentes officium vicecomitis, vel præpoſiti ſecularis, ſi admoniti non deſiſtãt, ne clerici, vel mona.c.clericus.

Contrahentes matrimonium cum conſanguineis, vel affinibus, vel monialibus profeſsis, vel religioſis, vel cum clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, tam ipſi clerici, & religioſi, & conſanguinei, vel affines contrahentes, quàm perſonæ, cum quibus contraxerint, omnes ſunt excommunicati, in cle.vnica, de conſang.& affi.

Monachi, & canonici regulares, Archidiaconi, decani, præpoſiti, plebani, cantores, & alii clerici perſonatus habentes, vel quicunque presbyteri, qui leges, vel phyſicam audiunt extra clauſtrum niſi infra duos menſes redierint, ne cle.vel mona.c.ſi.

Doctores, qui legunt leges, vel phyſicam, ſi retinent in ſcholis religioſum, qui habitu depoſito ſuæ religionis audire vult leges, vel phyſicam, ne cle.vel mon.c.vt periculoſum, lib.vi.

Religioſi tacite, vel expreſſe profeſsi, qui temere habitum ſuæ religionis dimittunt.

Religioſi, qui ſine licentia ſuorum prælatorum, vel maioris partis conuentus accedunt ad ſtudia ibidem.c.periculoſa.

Religioſi decimas eccleſiæ debitas ſibi appropriantes, vel fraudantes eccleſias circa eas, vel eas ſolui non permittentes, niſi requiſiti deſtiterint infra menſem, in clem.i.de decimis.

Monachi, & canonici regulares, qui non habent adminiſtrationes, ſi intrant curias principũ ſine licentia ſuorum prælatorum, vel ſi inferant damnum prælatis, vel monaſteriis.c.ne in agro. de ſtatu mona.in cle.

Monachi tenentes arma in vagina in monaſterio ſine licentia Abb.c.ne in agro. de ſtat.mona.

Statum Beguinarum aſſumentes, vel illum ſectantes.

Religioſi, qui in ſermonibus ſuis retrahunt populum a ſolutione decimarum, vel ſibi confitẽtib.non faciunt conſcientiam de decimis ſoluendis, ſi fuerint requiſiti, in cle, cupientes, de pœn.

Religioſi, qui non ſeruant interdictum, quem ſeruat mater eccleſia, in cle.i.de ſen.excom.

Religioſi mendicantes, qui de nouo domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutant ſine licentia ſedis apoſtolicæ, de relig.do.c.vnico, lib.vi.

Fratres minores, vel heremitani recipientes fratres ordinis prædicatorum ad habitum ſuum.

Alienantes bona eccleſiaſtica, ſeu infeudantes, ſeu facientes pactum, quòd ipſorum dominium transferatur; ac concedentes, hypothecantes, infeudantes, vel in emphyteoſim concedentes, ſeu locantes, præterquam in caſibus à iure conceſsis.

Recipientes tales alienationes, ſeu locationes, Paulus.ii.in extrauag.

Impedientes viſitationem monialium, ſi moniti non deſtiterint, de ſtat.mo.c.ii.in clem.

Directores monialium in electionibus, niſi abſtinuerint ab his, per quæ poſsint oriri, vel nutriri diſcordiæ, de elect.c.indemnitatibus, lib.vi.

Magiſtri, & ſcholares tractantes cum aliquo ciue Bononienſe de conductione hoſpitiũ in requiſitis inquilinis, niſi tempus conductionis elapſum fuerit, de loc.& condu.c.i.

Emens rem eccleſiæ, vel aliter acquirens a ſchiſmatico. Tenens beneficium a ſchiſmatico.

Innitens ordinationi factæ per ſchiſmaticum. Iſti tres caſus habentur, in c.i.de ſchiſmaticis.

Qui Chriſtianum mandant interfici per aſſaſsinos, etiam ſi caſus non fuerit ſecutus; & talibus dans auxilium, conſilium, vel fauorem, de hom.c.pro humani.lib.vi.

Clerici locantes domos manifeſtis vſurariis alienigenis ad fænus exercendũ, de vſur.c.i.lib.vi.

Officiales dictantes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, quod non reſtituantur: vel iudicantes ſecũdum illa, vel non delentes, ſi poſſunt, infra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruãtes de vſur.c.ex graui, in cle.

Sepelientes hæreticos, credentes, & fautores; receptatores, & defenſores eorũ ſcienter in cimiterio eccleſiaſtico; nec debent abſolui niſi propriis manibus ſuis extumulauerint cadauera eorum in c.quodcunque, de hæret.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis prætextu officii pecuniam extorquentes.

Inquiſitores, ſi ſcienter bona eccleſiarum occupant.

Inquiſitores bona eccleſiarũ ob delictũ clericorũ fiſco etiã eccleſiæ applicãtes, in cl.ii.de hæ.

Dñi temporales quocunq; nomine cenſeãtur, qui de crimine hæreſis cognoſcunt, vel iudicãt.

Dñi temporales captos per epiſcopum, vel inquiſitorem pro hæreſi à carcerib. liberantes.

Dñi temporales ſi executionem huiuſmodi officii ab epiſcopo, vel inquiſitore eis iniunctam non implent, prout ad eorum ſpectat officium.

Domini temporales, ſi vel indirecte præſumunt ſententiam, vel proceſſum inquiſitorum, ſeu diœceſanorum impedire.

Si dioceſano, vel inquiſitori præſumpſerint ſe opponere in his, quæ ad præfatum negotium incumbunt, aut quemlibet impedire.

Dantes talibus conſilium, vel fauorem. Omnes iſtæ cenſuræ continentur in capitulo, vt inquiſitionis, de hæret. libro ſexto.

Exercentes regimen in triremibus infidelium, de iudæis, in c. ita quorundam.

Principes, & officiales, qui tertio admoniti ab epiſcopis, vel viris eccleſiaſticis recuſant facere iuſtitiam ſuper eorum cauſis. xxiii. q. v. adminiſtratores.

Facientes ſtatuta, iudicantes ſecundum ea contra libertatem eccleſiæ, de ſenten. excommunic. cap. nouerint.

Item qui talia iudicata in publicam formam redigunt. Ibidem.

Percutiens clericum, vel religioſum leni percuſsione.

Laici ſortilegi, incantatores, inuocatores demonum, & diuinatores vtriusque ſexus excommunicantur. Leo. x. in concilio Lateranenſi. ſuperne diſpoſitionis.

Gloſantes, ſeu commentantes, vel interpretantes conſtitutiones factas in concilio Lateranenſi; quæ continentur in bulla, quæ incipit; ſuperne diſpoſitionis.

Prædicantes, vel diſputantes verbo, vel ſcripto, quòd montes pietatis inſtituti iuxta tenorem terminationis concilii Lateranenſis ſint male ordinati, excommunicantur. Leo. x. in concilio Lateranenſi. Inter multiplices.

Imprimentes, vel imprimi facientes libros; vel aliquam ſcripturam ſine examine, & approbatione Vicarii dñi papæ, & magiſtri ſacri palatii in vrbe, & extra vrbem ſine licentia dioceſani, & inquiſitoris hær. prauit. excommunicantur. Leo. x. in concilio Lateranenſi. Inter ſolicitudines.

Caſus, qui ſunt aliquando papales, aliquando epiſcopales. Cap. XXII.

INcendarii eccleſiarum, vel monaſteriorum, vel piorum locorum ſunt excommunicati ipſo iure excommunicatione epiſcopali; ſed poſt denũtiationem ſunt excommunicati excommunicatione papali, de ſentent. excomm. tua nos.

Effractores cum ſpoliatione eccleſiarum, vel monaſteriorum, vel piorum locorum ante denuntiationem ſunt excommunicati excommunicatione epiſcopali; poſt denunciationem vero papali. Ibidem.

Dantes licentiam offendendi, vel grauandi eos, qui ſententias excommunicationis, vel Interdicti tulerunt contra quemcunque, niſi ſententiam ipſam reintegra reuocauerint, vel ſi ad bonorum captionem proceſſum fuerit; niſi infra octo dierum ſpatium omnia reſtituerint, uſq; ad duos menſes eſt epiſcopalis: & exinde papalis.

Item qui tali ſententia data vti auſi fuerint.

Item qui motu proprio aliquid præmiſſorum commiſerit, eſt epiſcopalis, vel papalis, vt ſupra, de ſent. excomm. quæcunque.

Item abſoluti a ſententia excommunicationis ratione periculi alicuius, ſi poſt periculum nõ repreſentant ſe illi, qui poteſt abſoluere, in eandem ſententiam incidunt papalem, uel epiſcopalẽ.

Participantes in crimine cum excommunicatis, aliquandò ſunt excommunicati excommunicatione papali, aliquando epiſcopali, ſecundum quod excommunicatio fuerit papalis, uel epiſcopalis.

De præſtantia ſanctiſſimorum Epiſcoporum. Cap. XXIII.

EPiſcopus poteſt compellere beneficiatum, vt oſtendat titulum ſui beneficii, Fely. in c. licet Heli, de ſimo. & doct. in c. i. de reg. iur. in vi. Et poteſt epiſcopus clericum capere ex cauſa, c. dilectis filiis, de appel. Et per doct in c. i. de poſito. vbi dicunt, quòd clericus poteſt carcerari, & torturæ ſubiici. Et ibi notatur, quòd clericus carcerari poteſt non ſolum, cũ agitur de crimine criminaliter, vt in c. ſi clericus, de ſen. excom. lib. vi. ſed etiam cum agitur de crimine ciuiliter. Et epiſcopus poteſt mittere ſuos clericos in exilium; nam pœna exilii eſt approbata a iure canonico, vt per Panor. & doct. in c. ad audientiam, de crimine falſi. Et eſt maior epiſcopus in diœceſi ſua quocunque principe ſeculari illius diœcſis, ita Panor. in c. omnes, de maio. & obe. & in c. ſolite, eo. tit. Habet etiam epiſcopus iuriſdictionem in laicos, ad ipſos cogendum obſeruare laudabilem conſuetudinem eccleſiæ, vt per Panor. in c. ad apoſtolicam, de ſimonia.

Et notabis, quòd in c. niſi cum pridem, de renunciatione, papa ponit ſex cauſas, ex quibus epiſcopi poſſunt petere, & papa conſueuit concedere cedendi licentiã, ſcilicet debilis, ignarus, male conſcius, irregularis, quem mala plebs odit, dans ſcandala.

Sed an poſsit appellari a correctione Epiſcopi, dic, vt per Panor. poſt Hoſtien. & Ioannem andream, in c. licet, de offic. ord. & vi. Abb. in c. de priore, de appella. dicentem ex mente Hoſtienſis,

ſis,quòd ſi prælatus corrigens ſubditum,eodem peccato æquali , vel maiori notorie detinetur, poteſt ab eo appellari,dicit idem etiam Panor.in c.intelleximus,de adult.Epiſcopus creatus, cõfirmatus,conſecratus,cum ciuitatem ſuam ingredi debet,clerus,& populus proceſsionaliter, & honorifice eum ſuſcipere debent,cum epiſcopi vice Chriſti fungantur in terris.c.omnis qui.vii. q.i.vbi legitur; Qui enim perſequuntur dominos epiſcopos,non eos tantũ perſequuntur, quã tum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,cuius legatione funguntur.ſimilis tex.eſt in c.in nouo teſtamento.xxi.diſt.vide etiam de hoc Spec.in ti.de lega.in §.ſequitur videre. Et monachi debẽt ire proceſsionaliter cum clero obuiam epiſcopo ſecundum Bal.in l.fi.C.de bo.liber.alleg. Old. ſuper hoc conſultus ab Archiepiſcopo de Rauenna.Nec poteſt epiſcopus cum mulierib.conuerſari; doct.in l.cum qui.C.de epiſc.& cle.81.diſt:c.in omnibus.c.ſeq.& per totum. Vnde Hiero. hoſpitiolum tuum aut raro,aut nunquam mulierum pedes terant:quia non poteſt toto corde cũ deo habitare,qui fœminarum acceſsionibus copulatur.c.hoſpitiolum.xxxii.diſt.Propterea fertur Auguſt.noluiſſe habitare cum ſorore c.legitur.81.diſt.dicens: Quæ cum ſorore mea ſunt,ſorores meæ non ſunt.Idem probatur.34.diſt.c.i.Quod intellige, ſi ſoror eſſet malæ famæ, vt in a nobis,de coha.cleri.& mulier.c.volumus.81.diſt.no.in c.cum in iuuentute,de præſum.& c.fœminas,& c.cum omnib.81.diſt.Sed dubitatur de epiſcopo;nũquid poſsit ſecum habere matrem ſuam,ſeu aliam non ſuſpectam.Ant.in c.i.de coha.cle.& mul.dicit quòd non.Panor.tenet ibi oppoſitum,ſed fatetur,quòd opinio Antonii eſt honeſta;maxime propter alios clericos cum epiſcopo morantes.Sed epiſcopus non permittat mulieres cum clericis habitare,niſi forte tales ſint cum quibus naturale fœdus nihil ſæui criminis ſuſpicari permittat,ut in c.á nobis,& ibi Panor. de cohabita.cle.& mulie.Et in Nicæno concilio fuit prouiſum ; Non habitent cum clericis mulieres,niſi quæ naturali fœdere omnem ſuſpitionem excludunt.c.interdixit.32.diſt.Sed ſacerdotes Græci non ligantur , quia iſta lex non erat de neceſsitate ſalutis ; & non fuit recepta ab ipſis Græcis per longa tempora,papa ſciente,& non puniente,Panor:in c.cum olim,de clericis coniugatis.Et ibi dicit Panor.an eccleſia poſsit ſtatuere,quòd clericus poſsit contrahere matrimonium;ibi videbis.Et quia papa non reprobat conſuetudinem eccleſiæ,quæ eſt talis,ideo nõ eſt hæretica,vide doct.& gl.in c.de libellis.xx.diſt.Et epiſcopus etiam non debet ludere, vt in auct:interdicimus,c.de epiſc.& cle.c.epiſcopus.30.diſt.& ludus ſcacchorum eſt prohibitus etiam,iudicio meo,licet multi tenuerint contrarium;ſed per illum ludum epiſcopi poſſunt abſtrahi à diuinis,ergo prohibitus.Si ſunt ludi noxii,vitandi ſunt,ſicut taxillorum,vt c.clerici,de vita,& bo.cle. Crimina ex ludo oriuntur,Hoſt.in ſumma,in tit.de exceſſ.præla.& de ludo vide infra in iſto Speculo.lxii.§.de ludo.Et debet epiſcopus prohibere ludos in conuiuiis ſuis, & cantilenas decantari,& laruis adeſſe,per tex.no.in c.nullus presbyterorum,de conſec.di.v.De qualitate vero menſæ epiſcopi dico,quòd in principio debet fieri benedictio,& in fine actio gratiarum, vt in c.non liceat xliiii.diſt. Item debet lectionibus vti ſacrarum ſcripturarum,vt euitentur cõfabulationes, & animæ ædificent ad bonum,vt in c.pro reuerentia.xliiii.diſt. Nec epulis lautius longo labore quæſitis vti,ne videantur immemores Chriſti,& pauperis eſurientis,& nudi.c.a.eccleſiæ principes.35.diſt.vbi legitur;Si in apoſtolorum loco ſumus,non ſolum ſermonem eorũ imitemur, ſed etiam conuerſationem,& abſtinentiam.Nec debet epiſcopus conuiuiis inuigilare.xliiii.di.c.multis.Item debet habere epiſcopus ſuppellectilem menſæ vilem,victumq; pauperem.c. epiſcopus, xli.di.cum gl.quæ dicit,de conſuetudine ſeruari,vbi dicit tex.epiſcopus vilem ſuppellectilem,& menſam,ac victum pauperem habeat,& dignitatis ſuæ authoritatem,fidei, & vitæ meritis quærat.Poteſt epiſcopus vti veſtib.ſcd͂m conſuetudinem religionis,ne vileſcat dignitas. Item debet vti veſtibus deſuper clauſis,non tñ de pannis rubeis,vel viridib. Sed nõ poteſt epiſcopus vti veſtibus laicorum:nec extra domum ire debet ſine proprio habitu.c.epiſcopi. xxi. q.iiii. & c.fine ornatu,& c.ſeq.Sed epiſcopus nõ põt intereſſe cauſæ ſanguinis.c.clericis.c.ſñiam,ne cl.vel mon. c.ex literis,de exceſ.præl.c.in archiepiſcopatu,de rapt.c.conqueſtus;de ſo.comp.tenet Spec.in ti. de iur.om.iud.§.fi.ver.& no.ꝙ epiſcopus,Et ideo epiſcopi habentes iuriſditionem tpalem committunt laicis cauſas ſanguinis,vt dicunt canoniſtæ.Et quia excedũt prælati multoties,vid.doc. in ti.de exceſ.præl.Et an epiſcopus ſit irregularis,ſi de facto comparet in cã ſanguinis, quæ vertitur corã iudice ſuo,vide Spe.in ti.de diſpen.§.iiii.& ſi prælatus ꝓcedit in cauſa ſanguinis,non vꝫ proceſſus,Fel.in c.ſiqñ,de reſc.vi.Rip.in c.ii.de iud.nu.45.Et an epiſcopus vnus debeat alterum honorare ſcd͂m dignitatem eccleſiæ , not.in c.ſi forte de elect.in vi.& vide text.in c.quanquã, & c.puto.ii.q.vii.quia epiſcopi licet pares ſint meritis,gradu tñ differunt dignitatis,vt in d.c.puto. Et no.quòd cæteris parib.debet conferri prius in ordine epiſcopatus ei,qui plus aliis laborabit per eccleſiã dei,ut de maio.& obe.c.i.xliiii.diſt.c.epiſcoporum,lxxv.diſt.c.fin. & Iacobus maior dictus eſt,quia adhæſit prius domino,licet poſtea natus fuerit quàm Iacobus minor,vt legitur in hiſtoria ſcholaſtica,Quod verum eſt,niſi ſit Metropolitanus,uel alius ſuperior,ut per gl.in c.fi. xvii.di.Et utrum epiſcopus poſsit arma ſuſcipere, vel mouere,dic,ut dicemus infra in c.de bello. Item dicunt docto.quòd epiſcopus poteſt eſſe conſiliarius principis ſecularis,vel papæ ; ſed male dicunt

dicunt, quia reſidentia epiſcopi eſt de iure diuino(vt dixi pluries,& videbis ſupra in c.ix.)& ideo epiſcopus non poteſt in Cardinalem promoueri.c.bonæ memoriæ il.i.de poſt.præl. Et an clericus poſsit eſſe legatus principia ſecularia, reſpondeo, quòd ſic.c.cum parati,& ibi doct.de appell. vide doct.in auct.habita.C.ne fil.pro patre. Et epiſcopus poteſt excommunicare Principem laicum ſuæ diœceſis,gl.in c.omnes,de maio.& obe.doct.in c.duo ſunt.xcvi.di. Sed debet epiſcopus mitius agere cum principe, quàm cum aliis,vt in c.de rebus.xii.q.ii.Et de epiſcopo legitur in Apocal.c.i.ſeptem ſtellæ angeli ſunt ſeptem eccleſiarum.i.epiſcopi ipſarum,vnde angelus,qui interpretatur miſſus,eſt nomen Epiſcopalis officii,vt ibi per Liram,& doct.Legitur etiam in Apoca. c.ii.& angelo Epheſi eccleſiæ ſcribe.i.eius epiſcopo,& dicunt communiter expoſitores,quòd iſte fuit Timotheus Pauli diſcipulus,quem conſtituit epiſcopum eccleſiæ Epheſinæ. Sed Ioannes erat ſuper omnibus epiſcopis Aſiæ,cuius eccleſias fundauit,& erexit,vt habetur in libro virorum illuſtrium; tamen communiter manebat Epheſi. Et epiſcopus eſt iudex inter laicos ratione peccati.Ioan.and.in.c.fi.de for,comp.in vi,notatur in c.nouit,de iud. Quod eſt verum inter contrahentes laicos,non inter hæredes, Bal.in auct.ſacramenta pub.Item verum eſt etiam in cauſa feudali propter iuramentum fidelitatis,Bal.in l.liberti.C.de ope.liber.vlt.col.& in c.ii.de except.in vi.vbi no.quòd epiſcopus eſt index inter laicos ratione peccati; & in c.mulieri,de iureiurã.& in c.cæterum,de iudiciis,& in c.verum,de fo.comp. Item contra raptorem, vel furem rei eccleſiæ.c.fi.de for.comp.c.ſiquis.i.c.ſiquis.ii.xxiiii.q.iii.Et epiſcopus debet inſtituere,vel confirmare præſentatum a patrono eccleſiæ,ſi reperit eum eſſe idoneum.c.monaſteriũ.ca.decernimus.xvi.q.vii. Inno.& doct.in c.Bertoldus,de re iud.& vide not.in c.ex frequentibus,de inſti. Et epiſcopus poteſt eccleſias parochiales facere conuentuales ſecundum Abb.anti.in c.cum veniſſent,de conſti.refert Bal.in marga.in verbo epiſcopus.Et epiſcopus, ſeu ſacerdos non poſſunt dimittere miſſam inchoatam imperfectam ſine cauſa neceſſaria.c.nihil.vii.q.i.c.nullus epiſcopus,de conſecra.diſt.i. dicitur enim miſſa imperfecta ante quàm detur benedictio.c.miſſas,de conſec.diſt.i.& epiſcopus excommunicatus poteſt conferre ſacros ordines.c.ab excommunicatis.c.ordinationes.ix q.i.& de hoc ibi videbis.Et epiſcopus poteſt repetere clericum ſibi ſubditum ab alio detentum.c. dilectis,de app.& ibi doct.c.ſi index laicus,& ibi gl.de ſent.excom.in vi.Eſt verum etiam inuitũ quẽ defendere,& repetere poteſt,etiam a iudice laico ſecundum Bal.in l.i.ff.de rei vend. Bar.in l.præcepit.C.de cano.largit.tit.lib.x.Et clerici exempti ſunt a iuriſdictione laicorum de iure diuino, doct.in c.ſolite,de maior.& obe.& ibi Pan.& vide in c.de eccleſiaſtica libertate. Et clerici nũcupatur generaliter omnes,qui in eccleſia Chriſti deſeruiũt,quorum nomina ſunt hæc,hoſtiarius, pſalmiſta,lector,exorciſta,acolitus,ſubdiaconus,diaconus,presbyter,epiſcopus, vt in ca.cleros, xxi.diſt.Et clerici in quibus caſibus ſubiiciantur laicis,vide Imo.in clem.ii.de electio.Sed mulier commiſcens ſe clerico ſubiicitur foro eccleſiaſtico,Abbas in c.clericos,de cohabita,cle.& mulié. Et de exemptione clericorum vi.infra in tit.de eccleſiaſtica libertate. Et ciuitas poteſt ciuem ſuũ ab alio detentum repetere,gl.in auct.de mand.princ.colla.iii.§.patrocinia,vide gl.& doct.in d.c. ſi iudex laicus,notant Bart.& doct.in d.l.ff.de rei vend.vbi dicunt, quòd villa habens maſſarios obligatos ad onera poteſt eos vendicare.l.de iure.ad munic.Inn.& Imo.in d.c.dilectis,Sed ſi clericus incarceratur ab epiſcopo,& moriatur in carcere,epiſcopus non efficitur irregularis ſecundum Bal.in l.i.in fi.C.qui ad liber.perue.non poſſ.& plene in l.pen.C.ad l.aquil.vbi dicit; verum niſi ponat eum in loco arcto,vbi aerem carceratus non videat.Et epiſcopus in quolibet loco diœceſis per ſe,& per alium poteſt pro tribunali ſedere,& libere exequi, quæ ad ipſius ſpectant officium.c.cum epiſcopus,de off.ord.in vi.vbi dicit glo.quòd manus iniicere in aliquem non debet epiſcopus per tex.not.in c.non liceat.lxxxvi.diſt.& de ipſius mandato capientes excommunicati non ſunt.c.vt famæ,de ſen.excom.& c.ſi clericos.Et capientes clericum de mandato epiſcopi in excõicationem non incidunt,gl.in d.c.cum eps.Et de his vide Pan.in d.c.vt famæ, & laici ſine licentia epiſcopi poſſunt capere clericũ,ne fugiat,vt præſentent iudici ſuo,& ſic ad bonũ fi.Idem in familia poteſtatis;quæ põt capere clericum inuentũ de nocte,cum ſit præſumptio fraudis,ita (vt dixi)Pan.in d.c.vt famæ,de ſen.exc.late in c.cũ non ab homine, de iud. Sed ſi eps non habet clericum,verberat per ſe,gl.& doc.in d.c.non liceat.Et eps Romæ,vel in curia papæ poteſt ordinare ſibi ſubditum,ita Abb.anti.in c.omnib.de app.ſequitur Bal.in marg.ver.eps vero,Et vtrum epiſcopo credatur de clerico ſuo,quem forte repetat a iudice laico,& aſſerat eũ eſſe clericum,Reſpon.ſic;ſi per literas ſuas facit ei fidem de clericatu,vel ſi pronunciauit eum, non autem literis teſtimonialibus ſecundum Bal.in l.ſi aqua per calumniam.C.de epiſ.& cle.vbi vide, & etiam dicit credi probationibus de clericatu factis coram epiſcopo, qui debet de quæſtione incidenti clericatus cognoſcere.Et ibi dicit, quòd familia poteſtatis poteſt capere clericum inuentum in rixa; & interim iudex laicus detinens non debet innouare contra detentum,vt ibi per Bald. & not. in c.ſi iudex,de ſenten.excomm.in vi. Debet autem iudex ſtatim remittere, ſi captus incedens in habitu,& tonſura allegat ſe clericum; aliàs non,niſi cauſa cognita de clericatu, dict.cap.ſi iudex, & Bald.vbi ſupra.Cum vero remittitur ad epiſcopum,debet remitti ſub fida cuſtodia, Angel.in l.

ios.§.ſuper his.C.de appel.& ſcias, quod clericus ioculator, vel buffonus, qui per annum artem illam exercuit, & tertio monitus non deſtitit, vel ſi eſt clericus vxoratus non incedens in habitu, & tonſura, vel bigamus, vel degradus, qui omnes non gaudent priuilegiis; non eſt ad epiſcopum remittendus, de vi.& hon.cle.c.i, in vi.de cler.coniug.c.i, de biga.c.i.de pœ.c.ſi.in vi. Et ita tenet glo.ord.in d.c.ſi iudex.& epiſcopus poteſt agere per iniuriã illatam ſuo vicario, vel ſubdito, ita inno.in c.dilectis, de appella.& ibi docto.e.contingit, de ſenten.exco.ioan.Andre.in c.ad Apoſtolicæ.de re iudi. Quod eſt verum, ſi iniuria fuit facta in contumeliã Epiſcopi, alias non, ſecundũ Barto.in l.i.§.ſiu.ff.de iniur.Idem in ciuitate, vel domo, vt agere poſsit pro iniuria illata ciui, vel ſubdito ſuo, vel officiali, barto.vbi ſupra, & inn.in d.c.dilectis.an epiſcopus poſsit ſequeſtrare corpus vſurarii defuncti ne ſepeliatur quouſque hæredes caueãt de vſuris reſtituendis? Reſpon. quòd ſic, vt tenet ang.in auctẽ.vt deſun.ſeu ſun.eo.colum.v. Acceſſorie hoc inſero, quòd cadauer debitoris nõ poteſt à ſepultura ſuſpendi, vel ſequeſtrari ad inſtantiam creditorum, in auctẽ. vt cum, de appel.cogno.§.meminimus, nec poteſt appellari, vt quis non ſepeliatur, ita Spe.de appell.ver.viii.§.ii.cadauera enĩ ſepultura interdici regulariter non poſſunt niſi in caſibus expreſsis in iure, quibus adde, quòd occidẽs ſe ipſum carere debet eccleſiaſtica ſepultura.xxv.q.v.placuit; & ibi glo.dicit, quòd debet ei cõcedi canina ſepultura. Et tenet glo.in cap.ex parte de ſepult.ſecus ſi caſualiter ſeperimat.d.c.ex parte, et qualis correctio debeat per epiſcopum fieri de rixis, vi de text, in c.i.ii.iiii.xlv.dis.vbi dicitur, quòd correctio potius verbalis ſit, quam realis, ibi videbis vbi dicitur; non ſeueritate, ſed beneuolentia ſubditos prælati corripiant, & ibi dicit gl. ſemper iudex potius ſequi debet miſericordiam, quàm iudicium, vel æquitatem, quàm rigorem.c.nõ ſatis, 86.diſt.Et corrigere eſt ſuperioris, Car.poſt gl.in cle.ii.§.notarii, de hære.Et vi.gl.& in c.irrefragabili, de off.ord.Et correctio exceſsiua an patiatur appellationem.vi.Spe.in tit.de inquiſiti one, §.viſo igitur, ver.quid ſi prælatus dicit, nec valeat appellatio interpoſita, ne inquiratur cõtra eũ, vel ne viſitetur: vel ne corrigatur.Et ſoli epiſcopi exequuntur canones circa correctionem clericorum, vt in cle.i, de vi.& ho.cle.& ibi Card.enumerat.xiiii.priuileg.cle.Sed priuilegium clericorum conſiſtit in duobus; primo, quia non poſſunt vexari in perſona, nec in reb.C.de epi.& cler, l.ii.& de imm.eccl.per totum.Secundo gaudent priuilegio canonis, ſi quis ſuadente, xvii.q.iiii. & vide Card.in cle.perpendimus, de ſen.excom.Et priuilegium clericorum in veteri lege incepit à Rege Aegypti, Gen.xlvii.vbi dicitur, quòd ab eo tempore vſq; ad præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti Regib.iiii.pars ſoluitur abſq; terra ſacerdotali, quæ libera erat; & habetur in.c.nõ minus, de imm.eccl.in noua lege ab imperatoribus.C.de ſac.ſanct.ecc.l.ad inſtructiones, & l.plerunq;, de cenſi.c.i.Et idem eſt priuilegium clericorũ, & eccle.Card.in d.c.cle.i.Sit tamen prudens epiſcopus, vt ſtatim non credat, ſed veritatem prius inquirat, nec à correctione incipiat.c.ſi quid vero.86.diſt.Illud tene menti, quòd poteſt epiſcopus excõicare ſubditũ alterius epiſcopi ob prædam factam in dioceſi excõicantis, vel alibi factam in illius dioceſi adductã.c.vl.iii.q.vi.c.i.de rap. Et epiſcopus punit etiam exemptum delinquentem in ſua dioceſi per d.iura, & c.ad abolendam de hære.vbi dicitur, quod nullum priuilegium iuuat delinquentem, & de priu.& exceſ.priuil.c. tuarum; quia ratione delicti perditur priuilegium.c.priuilegium.xi.q.iii.vbi dicitur; Priuilegiũ omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.Et epiſcopus debet tueri implorãtes auxilium ſuum, & eccleſiæ ſcilicet viduas, & pupillos.88.diſt.per tot.Et eccleſia ſuccedit epiſcopo.xii.q.vlt.c.ſi.c.i.de ſucc.ab inteſt.& vide doct.& de hoc vide ea, quæ ſupra dixi.

Scias autem, quòd quarta pars regulariter debetur epiſcopo de relictis ad pium vſum, probatur.x.q.i.c.de his, & c.antiquos.xii.q.ii.c.vobis.c.vulteranæ, & c.conceſſo.c.quatuor.c.de redditibus, & c.cognouimus.xvi.q.i.conſtitutum; & c.ad hoc; de off.ord.c.conquerente, de teſta.c.officii.c.requiſiſti, & ibi doct.poſt Inn.c.ſi.de ſucceſ.ab inteſt.c.de quarta, de præſcr. Quæ pars epiſcopo debetur ex l.diſpoſitione ſecundum Inn.in c.i.de ſta.mon.Debetur etiam in cõpenſatione onerum, quæ ſuffert à ſingulis eccleſiis, hoc verum, niſi conſuetudo aliter ſe habeat. Sed plures ſunt caſus, in quibus quarta non debetur epiſcopo, videlicet de relicto facto vni ex fratribus minoribus, Bal.in l.ſi quis ad declinandam.§.in omnibus.C.de epiſc.& cle.& ibi videbis multa de hoc, & per Pau.& doct.in l.id, quod pauperib.eo.ti.& vide Rom.in auct.ſimiliter, ad legem fal. ſed attendenda eſt conſuetudo loci, quæ multum operatur, Et de hoc vide Gratum in reſponſione cxlii.in ii.parte.Et ex diuturnitate temporis præſumuntur omnia ſolennia interueniſſe, Gratus vbi ſupra, & vide Alex.in conſi.ccxix.in vi.par.& vide doct.in l.qui in aliena.§.interdum.ff. de acq.hær.Item contra ſortilegos per viam inquiſitionis procedunt, & de ſortilegis vide tractatum Pauli in v.vol.tractatuum, in fol.ccliiii.& vide infra in iſto Speculo, c.lxii. An epiſcopus poſſit aliquem pro propria iniuria excommunicare, vide gl.& doct.in c.ſiquis.ii.q.vii.

An res eccleſiæ poßint alienari; & aliqua de reuerendißimis dominis Cardinalibus. Cap. XXIIII.

Etan

ET an epiſcopus poſsit alienare res eccleſiæ prætioſas ſine cōſenſu capituli, reſpon. p c.i.de his,quæ fiūt à præl.xii.q.ii.ſine exceptione.& in ape.de his,quæ fiunt à præl.in prin.quod intellige,ſi eccleſia capitulū habeat, quo caſu requiritur cōſenſus canonicorū, videlicet ſub ſcriptione eorum accedente. d.c.i.& ibi Ioan.alias vero non requiritur ſubſcriptio ſecundum Archi.in d.c.ſine.Sed ſi eccleſia non habet capitulum,vt eccleſia Tuſculana,ſunt adhibendi honeſtiores clerici ſuæ diœceſis.xii.q.ii.placuit; de offi.or di.paſtoralis,de appella.c.fin.facit.l.vbi abſunt, de tut. & cur.dat.ab his.Item intellige,niſi magna neceſsitas ſubſit eccleſiæ;quia tunc etiam pretioſas poteſt alienare epiſcopus ſine conſenſu capituli ſecundum Archi.xii.q.ii.terrulas;vt refert, & ſequitur Bal.in c.i.vii.col.qui feu.dar.poſſ.in vſi.feu. Vbi etiam ponit Bal.quæ prælati poſſunt inconſulto Papa alienare, & quæ non.Idem intellige,niſi conſuetudo aliter ſe habeat ; quæ facit valere contractū alienationis rei eccleſiæ cum minori ſolēnitate,quàm à iure ſit introducta ſecūdum Inno.in c.ſtatuimus,de tranſac.Archi.& docto.poſt glo.in d.c.dudum, de rebus eccleſ. non alien. Bal.aliter loquitur in auctẽ.hoc ius porrectū.iiii.colum.C.de ſacroſan.eccl.vbi vide, & per Inno.in c.ea noſcitur,de his,quæ fiunt à præla.& in c.iii.de conſue.vide Pau.de Caſtr.in l.diuturna.ff.de legi.Hodie de iure canonico alienatio rei eccle.requirit aliam ſolennitatem, quàm iductam à iure ciuili,per auctẽn. hoc ius porrectum, de ſacroſanc.eccle.cum requiratur forma tradita in c.ſine exceptione.xii.q.ii.& in c.i.cum glo.de reb.eccl.non alien.in vi.vt dixit Barto.in d.auctẽ.hoc ius porrectum.Et nota dictam ſolennitatem non requiri in alienationibus rerum eccleſiaſticarum fratrum prædicatorum ſancti Dominici ſecūdum Archidi.xxvii.q.i.de viduis. & Bal.in c.cauſa.de ſentent.& re iu.& in auctẽn.ſi qua mulier.v.column.& in auct.hoc ius porrectum.vii.colum.C.de ſacro ſanc.eccleſiis. Secus tamen dicitur in alienatione rei eccle.fratrum ſancti Auguſtini,vt dicit Ange.in auctẽn.de non alienan.§.vt autem. Hodie tamen per cōſti.Pauli.indifferenter prouiſum eſt,vt nullatenus teneat alienatio rerum cuiuſcunque eccleſiæ . & iſta conſtitutio vbique ſeruatur. Sed an requiratur auctoritas, & ſolennitas iuris in alienatione rei ſterilis , & minime,dic,quòd ſic , ſi neceſsitas ſubſit.xii.q.ii.c.terrulas. Immo epiſcopus alienans rem minimam non punitur,vt ibi not.per glo.in c.i.vii.q.iiii.quæ dicit,verum,ſi res ipſa(licet minima)ſit inutilis eccleſiæ;nam ſi vtilis ſit, quomodo puniendus eſt alienas , vt dicit.d.c.i.& ſic concordatur cū d.c.terrulas.quod benè nota.Minoris tamen prædium, etiam ſterile nō poteſt alienari ſecundum Bar.not.iil.in l.ii.C.de agr.& cenſi.lib.xi.Adde priuandum eſſe adminiſtratione prælatum,qui ſine ſolennitate res eccleſiæ diſtrahit.l.iubemus.& ibi Bart.& doct.C.de ſacroſanct.eccle:vide in c.ii.de reb.eccle.non alien.in vi.Incidenter quæritur,an Papa poſsit ſine conſenſu Cardinalium dare in feudum ciuitates eccleſiæ?Reſpon.non;ſed caſtra ſic ſecundū Bald.in l.penult.c.de bon.quæ lib.vbi etiam ſubdit,poſſe Papam vendere de rebus eccleſiæ.Et adde,quòd Papa poteſt concedere in feudum res cuiuſcunque eccleſiæ ſecundum Bal.in c.penul.qui ſe.dar.poſſ. quin etiam poteſt Papa ſine conſenſu cardinalium alienare de bonis eccleſiæ , vt notatur in c.ad audiẽtiā , & ibi docto.de preſcript.licet contrarium not.xii.q.ii.non liceat papæ. Et ibi vide per Archi.& per Ioan.And.in c.ſuper eo.de hære.in vi.poteſt etiam ſolus Papa concedere laico iurisdictionem temporalem,& alia iura pertinentia ad Romanam eccleſiam,vt in d.c.ad audientiam,& ibi docto.dixit tamen Pau.de caſtr.in l.l.ff.de legi.quòd Papa nihil graue facere poteſt ſine cardinalibus,ſed hodie prouiſum eſt aliter per conſtitutiones ſacri conſiſtorii, loquantur Reuerendiſsimi Cardinales. An autem ſolus Papa poſsit ſine Cardinalibus facere negocia ardua, Io.Andre.in d.c.ſuper eo , de hære.in vi.dicit,quòd non. Quod eſt verum de poteſtate ordinaria,ſecus vero de poteſtate abſoluta;quia omnia poteſt, vt tenet Alberi.de Roſa.in d.rubri.ff.de legi.& docto.in di.cap.ſuper eo, & Pau.de caſtro.vbi ſupra. quæ omnia nota perpetuo.licet de his nihil ad nos; & dixi in libro meo de cōcilio generali indicēdo.Et cardinalatus eſt officium.ita Bal.in c.bonæ,de poſtula.prælat. Quod officium conſiſtit in conſulendo Romano pontifici.itaque cardinales conſiliarii ſunt, vt in c.fundamenta.§.decet,de ele.in vi.Sed epiſcopi ſunt æquales Papæ quoad ordinẽ; & de hoc vide Auguſtinum in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica,in q.i.vbi etiam dicit;Characteris impreſsio fit in ſeptem ordinibus. & vi.in libro meo de generale cōcilio.c.xviii.et character quid ſit; vi. Anto.in rubri.de ſacramen.nō iterandis.et vi.de charactere Innocen.& Hoſt.in rubri.de baptiſ. & in c.ſi.Et de charactere ordinis dic,quòd eſt figura intellectualiter indelebilis ; per quem ordinatus à non ordinato in die iudicii diſcernetur, & ibi Ant.vbi ſupra.Succeſſerunt.n.epiſcopi loco Apoſtolorum.c.in nouo teſtamento.xxi.diſt.Et apoſtoli fuerunt æquales Petro, quò ad ordines,vt in d.c.in nouo.Et licet Papa ſit maior eis,ſunt tamen vocati ad partem ſolicitudinis.c. ad honorem,de aucto.& vſu pal.& papa appellat epiſcopos fratres.c.quàm graui,de cri.falſi.Et ſingulariter dixit Spec.in tit.de legation.§.i.quòd quilibet epiſcopus eſt quò ad quædam Vicarius Ieſu Chriſti,alleg.c.mulier.xxxiii.q.v.& eſt tex.melior de corpore iuris in cle.ſi quis ſuadẽte, de pœnis.Et Epiſcopi ſunt ſanctiſs.Chriſti legati eccleſiæ,vt in d.c.fundamenta,de ele.in vi.& Barba.in tract.de præſtan.Card.in.i.q.iiii.col.dicit;Cardinalatus eſt minor epiſcopatu.Dicit etiam, quòd Cardinalatus eſt de iure poſitiuo Rom.pontificum introductus, Dicit etiam, quòd text.

in c.

in c.per venerabilem,qui filii ſint legi.loquitur de epiſcopis,non de Cardinalib. & ibi dicit Pan.
ꝙ epiſcopus eſt maior presbytero cardinali;vt no.gl.in d.c.quáquã.ii.q.vii. dicit etiã,ꝙ non eſt
differentia inter antiqua tpa, & moderna.& de hoc vide Barb.in d.ſuo tract.in.q.i.col.;vii. & in
col.ix.dicit,ꝙ cardinales repreſentant beatiſsimos Apoſtolos;& aſsiſtũt papæ,tan quam pricipi;
qui eſt Vicarius Chriſti,& Petri ſucceſſor;& ſummum pontificem eligunt,'& conſtituũt,de iure
enim diuino exordium ſumpſerunt.vt in c.per venerabilem.§.rationibus', qui filii ſint legitimi
licet alii docto.contra dicant,quod Romani Pontifices ſoli in eccleſia dei cardinales introduxe-
runt, teſte Archid.in c.vbi periculum, de electio.in vi.vbi refert , Pótianum Papam introduxiſſe
Cardinales ad ſepeliendum mortuos,& baptizandum infantes.& ſilueſter fecit cardinales in cõ
cilio generali,vt in c.præſul.ii.q.iiii.ita Oldra.in conſi.lxii.& legitur in chronicis.Et in iudicãdo;
& conſulendo ſtatur chronicis,vt per Barba.in d.colum.ix.ſed tu vide circa materiam dominorũ
Cardinalium Lodo.Roma.in cõſi.finali;vbi omnia inuenies.Sed Cardinales debent habere par-
tem introitus cameræ,vt in c.vbi periculum.§.prouiſiones, de electio.in vi.& non eſt à iure taxa
tus certus numerus Cardinalium,ſed eſt in arbitrio Papæ,debent tamen eſſe plures,vt per tex.&
docto.in c.vbi periculum, de electio.in vi.& in cle.ne romani,de electio. & ibi dicit Cardina. in
ver.porro;quòd aliqãdo fuerunt ducenti,& xxx.Cardi.tempore Pontiani.& Marcellus papa cõ
ſtituit.xv.propter baptiſta,& ſepulturas hominum.& vide Calderi.in conſi.i.titu.de tranſla.præ
la.ſed cardi.maior eſt officio,nõ dignitate.& cardinal.in ſuis parochiis tenent locum epiſcoporũ
cardi.in clemen.ii.§.irritu,de electio.& vide Alexandrum in rubr.de iuriſ.omn.iud.dicentem;nõ
habent cardi.maiorem dignitatem, quàm epiſcopi;ſed habent maius officium.allegat Barto.in l.
i.§.ſi quis.ff.de appella.facit tex.in c.Abbate,de elect.lib.vi.& notatur per domi. Abbat.in c.ec-
cleſia veſtra.vlti.de electi.& in c.ii.de clericis non reſi.& eſt gloſ.reputata ſing.in d.c.quanquã.ii.
q.vii.in glo.fin.quæ dicit;epiſcopum eſſe maiorem presbytero cardi. ſcilicet dignitate, reſpectu
ordinis epiſcopalis;non enim reperitur ordo maior epiſcopatu. vnde papa denominãdo ſe ab or
dine appellat ſe epiſcopum,vt legitur, & notatur in proemio Sexti,& ibi per glo.in verbo'epiſco
pus.vbi tamen cardin.æquiparantur proconſulibus;& epiſcopi præſidibus, vt in capi.ii.de offic.
delega.in vi.& proconſul dicitur tantum ſpectabilis,& preſes dicitur clariſsimus,vt notatur i ru
bri.de offi.proconſul.& in rubri.de offi.preſidis.ſed tu dic,quòd tex.in d.c.ii.loquitur in Cardi.
legatis, qui ſemoti erãt à latere Pontificis;ita Alexan.in d.rubr . de iuriſdi.omni.iudi.Itaque car
dinales ſunt digniores in curia , quàm extra curiam.tenet etiã expreſſe Bal.in rubri.ff.de offi.pro
conſu.& Ludoui.Romanus in dicto con.fina.dicit multa circa materiã Cardinalatus, i.de roma-
næ eccleſiæ conſiliariis,& Papæ coadiutoribus , qui in executione pontificalis officii illi ſemper
fuerunt;licet non ſub cardi.nomine,ſed ſub alio.ita Romanus addens , cardinales Apoſtolos re-
preſentare,eo quòd aſsiſtãt papæ,qui eſt Chriſti vicarius.& demonſtrãt , non recte dixiſſe Arch.
in c.vbi maius periculum.de elec.in vi.referentem ex chronica Martini,cardi.initium habuiſſe tẽ
pore Pontiani Papæ, & Marcellini , qui fuerunt anno.cciii.in vrbe Romana conſtituti propter
baptiſma,& ſepulturas mortuorum.

De numero,'& qualitate cardinalium vide in hiſtoria cõcilii Baſilienſis in ſeſsione.xxiii.& ibi
fuit ſtatutus numerus.24.de omnibus chriſtianitatis regionibus.& ibi dicitur;Sint viri in ſciẽtia
moribuſque, ac rerum experientia excellentes,nõ minores triginta annis,magiſtri,'doctores,ſeu
licentiati cum rigore examinis in iure diuino,vel humano.Sit ſaltim tertia,vel quarta pars de ma
giſtris, aut licentiatis in ſacra ſcriptura. Inter hos autem viginti quator poterunt eſſe admodum
pauci filii,'fratres , aut nepotes regum,ſeu magnorum principum,in quibus cum circunſpectio-
ne, & maturitate morũ competens literatura ſufficiat.licet in ſcriptura ſacra ſemper inuenio epiſ
copos,& non cardinales.Ita beatus Petrus in canonic.c.iii.conuerſi eſtis nunc ad paſtorem veſ-
trum, & epiſcopum animarum veſtrarum.& ſcriptum eſt;& epiſcopatum eius accipiat alter,ſcri
ptum etiam eſt;oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe; & qui epiſcopatum deſiderat,bonum
opus deſiderat.dicitur etiam,epiſcopatus vnus eſt,in c.loquitur.xxiiii.q.i.& Paulus dixit maiori
bus natu eccleſiæ Ephesinæ;Attendite vobis, & vniuerſo gregi,in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit
epiſcopos;Actuum xx.'Itaque epiſcopatus de iure diuino eſt.& vide ſupra in c.i.de electione ſum
mi Pontificis ad finem capituli.& notabis,quòd omnes Apoſtoli fuerunt epiſcopi.c.loquiton.xx-
iiii.quæſt.i. & in d.c.in nouo teſtamento.& epiſcopatus proprie eſt dignitatum culmeo, vt in c.
venerabilis,de præben.& Panor.in c.ſolite, de maior.& obedi.& ideo præſunt principibus tem-
poralibus,& reges,& principes debent aſſurgere in aduentum epiſcoporum;& ſunt ponendi ad
partem dextram.ibi videbis per Abba.& clare patet,quòd ordo prælationis proceſsit à deo in ve
teri teſtamento,in nouo à Chriſto. Et quòd huiuſmodi ſtatutum ſit nullatenus contemnendum;
probat Auguſtinus in c.eccleſiaſticarum.xi.diſtin.'& dixi latiſsime in libro meo de generali con
cilio celebrando.c.xv.& mortuo Papa Cardinales ſupplent defectũ papæ.c.his.&.c.cum olim.de
maiori. & obedi.glo. & docto.in.c.nullus.lxxix. & Papa ſilueſter anno domini .339.ordinauit vt
presbiter cardinalis non deponatur niſi cum 64.teſtibus.c.preſul.ii.q.iiii.'& diaconus cardinalis

vrbis Romæ non condemnabitur niſi cum 27.teſtib.& de excellentia cardinalium vide.ſ.in.c.I. quando dixi, de electione pontificis.

Ex quibus cauſis poſsit epiſcopus alienare bona eccelſiæ, dicitur, quòd ex cauſa neceſsitatis; quia debitum vrget. Item ex cauſa pietatis, vt pro redemptione captiuorũ; vel proalimonia pauperum. Item ex cauſa vtilitatis, vel incommoditatis.gl.ſing.in c.i.xii.q.ii.an requiratur tractatus in alienatione rerum eccleſiaſticarum, dic, quòd ſic, ſaltẽ vnicus.c.i.de reb.eccl.non alien.in vi.glo.in extrauag.c.ſi religioſus.§.verum.de electio.Ioan, And in addi.ad Specu.tit.de loca.§.ſequitur, verſ. ſcias. Vbi dicit, verum, niſi in monachis nigris ſancti Benedicti, vigore conſtitutiõis dicti ordinis requirentis tractatus duorum dierum interpolatorum. Et quæ ſit forma tractatus, vide in Spe. vbi ſupra ti.de loca.§.ſequitur. Sed debet inſtrumentum fieri de per ſe de ipſo tractatu. In alienationibus ad vitam non requiritur tractatus per c.poſſeſsiones.xvi.q.i. & c.illud ii.q.vi.niſi epiſcopus facit in fraudẽ eccleſiæ.c. epiſcopus.xii.q.ii. Et licentia alienandi concedenda epiſcopo p papam, vel clerico per epiſcopum debet eſſe ſpecialis.c.ii.de reb.ecc alie.in vi.facit.c.ii.de præbẽ.eo.lib.& c.qui ad agendum.eo.libr.vi.de procurato.glo.in clem.de offi. or.not.in l. magis puto.§.ne tamen.ff.de re.eo.qui ſub tut.l.ob æs.C.de prædi.mi. Et alienatio rei eccleſiæ ſolenniter facta per epiſcopum, vel clericum in caſu prohibito non valet ſecũdum veram, & com.opinio.ita Anto.in c.i.de in integr. reſti.& ibi Inno.niſi eſſet vtilis eccleſiæ. Et vide de hoc tex. & docto.in fin.de reb.eccleſ.non alienan. in vi. & vid.docto.in c.ad aures, de rebus eccleſ.non ali. Et in alienatione rei eccleſiaſticæ requiruntur duo; vt adhibeãtur ſolennitates, & vt fiat in caſu licito; alias eſt ipſo iure nulla, & ſolennitates aſcribuntur in c.tua.de his, quæ fiunt à prælatis.& in c.ſine exceptione.xii.q.ii. Sed aduerte, quòd cum agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ, requiritur conſenſus expreſſus capituli, non autem tacitus.tex.eſt iuncta glo.in c.i.de reb.eccl.alien. vel non.lib.vi. & c.ſine exceptione.xii.q.ii. Et debent canonici conſentire, & ſe ſubſcribere. Panor in c.irrita.de his, quæ fiunt à præla.ſine con.capi. Sed in rebus minimis conſenſus tacitus requiritur. Panor.in c.vt ſuper, de reb.eccleſ.alien. Et intellige quòd eſt neceſſarius conſenſus capituli in aliis, quæ sũt communia inter epiſcopum, & capitulum. Panor.in c.cum vos, de his, quæ fiunt à præla.ſine cõſen.cap. Nam ſi bona prælati ſunt diſtincta à bonis capituli, ſufficit ſola conceſsio prælati; quia ſolum agitur de præiudicio ſuo. Panor.in c.continebatur, de his, quæ fiunt à præl.& Federi. de Senis in conſi.liii.docto.in c.conueniens, de tranſact. Hoſti.in ſumma.§.fin. Et eccleſia poteſt agere contra prælatum alienantem, vt puniatur de delicto ſuo; & eſt pœna depoſitionis, vt in c. monemus.xii.q.ii. Vide glo.& docto.in c.quod ſicut, de electio. An vaſallus poſsit vendere feudum ſine conſenſu prælati, vi. Aluarot.in vſibus feudorum, in c.quæ ſit prima ca. ben.admi. Et vt iſtam materiam prolixam relinquamus, notabimus vltimo pro complemento, quòd quatuor ſunt caſus pricipales (vt dixi) in quibus res eccleſiæ licite alienãtur, neceſsitatis, vtilitatis, pietatis, & quartus incommoditatis cauſa; vt quia res alienanda eſt magis dãnoſa eccleſiæ, quàm vtilis.ita Panor. in c.nulli.de reb.eccle.alienan. Quando præſcriptio, uel ius commune eſt contra eccleſiam, conſilium prælati præiudicat, & nocet. Panor.in c.ſi diligenti, de præſcript.& vide Panor.in c.fin.de præſcrip.quia ſi voluntarie confitetur, non præiudicat eccleſiæ, ſi per cõfeſsionem deuenitur ad diſtractionem de re immobili. quia quod non poteſt dicere, non dicitur poſſe facere indirecte. Abb.in c.fin.de præſcri. Et epiſcopus poteſt propter indigentiam nouam eccleſiam ædificare, vt per tex.& docto.in c.fin.de eccleſiis ædifican.vel repa.& de reditibus, qui ſuper ſunt, tenetur conferre ad conſtructionem, ſeu reparationem eccleſiæ; vt in c.de his, eo.ti.& vi.in c.i. Sed epiſcopus nõ poteſt vẽdere ſuam iuriſdictionem epiſcopalem, vt in c.i.ne prælati vices ſuas. Sed alii fructus eccleſiæ bene poſſunt vendi vnicuique, vt per Abb.in d.c.i.& c.quærelam. An epiſcopus ſucceſſor teneatur ſtare colono, vi. Antoni.de Butrio, & vi. Abbatem.in c.quærelam, eo.tit.ne prælati vice ſuas. Vide per Alexand.& docto.in l.ſi filio fami.§.ſi vir in quinquennium.ff.ſol.matrimo. Et fructus eccleſiæ vacantis debent reſeruari futuro ſucceſſori; vel eccleſiæ; & non valet contraria cõſuetudo in eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis, vt per Philippum Fran.in c.præſenti.de offi.ordinan.in vi. Et vi.tex.in c.quia ſæpe, de electione, eo.lib.vi.& vi.docto.in c.relatum, de teſtamen. ſed dicit ibi Panor. quod bona acquiſita per prædeceſſorem non cedunt lucro ſucceſſoris, ſed debet hic diſpenſare, ſicut diſpenſat alia bona eccleſiæ. Et ibi dicitur, quòd clericus non poteſt teſtari de bonis per eccleſiam acquiſitis, ſed de acquiſitis aliquo iuſto artificio poteſt teſtari, ibi videbis. Et ſolus prælatus poteſt repudiare legatum, vel hæreditatem delatam eccleſiæ. Iaſon late in l. legatum, de legat.i.& ibi vide, quid de tutore. ſed Alexand.dicit ibi, quòd communis opinio eſt in cõtrarium.& hæc eſt veritas. Sed olim in primitiua eccleſia non erat proprietas apud eccleſias ſed volentes conferre bona ſua vendebant, & pretium offerebant egenis. Sed poſtea fuit conſtitutum, eo quòd ſic melius ſubueniretur conſtitutis in neceſsitatibus, vt proprietas non vẽderetur, ſed reſeruaretur eccleſiis, & ex redditibus alerentur indigentes, vt in c.vidẽtes.xii.q.i.licet à principio naſcentis eccleſiæ; eccleſiæ nulla tenebant bona, nec prædia poſsidebant, vel alia immobilia bona; nec longo tempore tenuere. Immo clerici, & religioſi, ac cæteri eccleſiæ miniſtri more Apo

ſtolico,

ſtolico, vt in actibus Apoſtolorum ſublicitur; & xii. q. i. per totum, viuebant, & vixerãt vſque ad tempora beati Vrbani Papæ martiris huius nominis primi; qui poſt Calixtum primum etiam martirem in cathedra Petri circa annum Chriſti. ccxx. immediate ſedit. Et de illis videbis repetitionem Benedicti in c. Raynutius, de teſta. in i. deciſione.

Sed omnino vide, xii. q. i. vbi clericis nullo modo licebat habere proprium. & ibi vide c. futurã & c. videntes. & in c. ex his, dicitur; epiſcopus ex rebus eccleſiæ ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat. & in c. nulli epiſcoporum, dicitur; Non liceat epiſcopo res eccleſiæ in ſuos vſus conuertere dixi. ſ. de charactere, ſed de characteribus vide. j. in c. lxxviiii. vbi multa videbis.

De auctoritate epiſcopali. Cap. XXV.

IVdicare ſecundum conſcientiam ſuam an debeat epiſcopus, vi. Ioan. Bertachi. in tract. de epiſcopo in iiii. volu. fo. 60. & ibi dicit; quid in cauſa confinium? & ibi multa videbis circa hoc. Et ibi tractat, an epiſcopus poſsit delegare cauſam alicui, exiſtens extra prouinciam; & non valet quod geritur ſede vacante contra epiſcopum; ſed eſt reuocandum; quia eccleſia fungitur vice minoris, de in integr. reſti. c. i. xii. q. ii. ſi qua de rebus, de iure patrona. c. ſicut, ſecundum Specula. tit. ne ſede vacan. verſi. & nota. vbi etiam ſubdit, poſſe tunc procuratorem, vel viſitatorem conſtitui, qui tractet cauſas, & negocia epiſcopatus. lxi. diſti c. obitum. & c. ſeq. vii. q. i. conſtitutum. In hoc tamen capitulum procedet de conſuetudine creando procuratorem per c. is, qui; de maio. & obedi. ſecundum Specu. vbi ſupra & Ioan. An. in c. i. ne ſe. vacan. in vi. Philip. in c. bonæ, de appell. & Rayn. de For. in l. à tutoribus. §. fi. ff. de admini. tuto. poteſt etiam ipſum capitulum habere curam, & cuſtodiam; quia tunc iuriſdictio eſt apud capitulum. Bartol. in l. vbi abſunt. ff. de tuto. & curat. dat. aſi his; non tamen quò ad collationem beneficiorum ſecundum docto. & Ioan. An. in c. ii. ne ſede vacan. Collegium vero Cardinalium ſede papali vacante habet iuriſditionem, ſi periculũ imminet in cauſis arduis ſecundum glo. & docto. in c. i. de ſchiſmaticis in vi. vide glo. in clemen. ne Romani, de electi. & per docto. in c. cum ex eo, de præben. Et epiſcopus tenetur defendere ſuã eccleſiam. c. penul. de iur. calu. tenet Specul. in titu. de reſti. in integr. verſi. ſed nunquid prælatus. Immo debet mortem ſubire pro defenſione ſuæ eccleſiæ, & fidei chriſtianæ. glo. eſt not. in c. conuenior. xxiii. q. viii. Et de hoc vide Inno. in c. nihil, de præſcrip. & ibi vide Abb. vbi notatur, quòd epiſcopus poteſt dimittere iura eccleſiæ, vel pauperum ad tempus, quando non poteſt ſine contẽtioſo iudicio recuperare, aliàs negligentia in prælato eſt peccatum mortale. Pauor. ibi. Adde quòd epiſcopus, & clericus tenentur patrocinari in cauſis eccleſiæ ſuæ. glo. notab. in c. nulli. iii. qõ i. & tenetur epiſcopus defendere eccleſiam vacantem. ita Specul. in titu. de acto. verſiculo, item epiſcopus. not. in c. cum dilectus, de ſucc. ab inteſt. Et epiſcopus ſine mandato ſpeciali petit reſtitutionem in integrum pro eccleſia. ita Specul. in titu. de reſti. in integr. verſi. prælatus autem nomine. Idem dic in actore vniuerſitatis, patre, tutore, curatore, & quolibet alio legitimo adminiſtratore. ita Barto. in l. i. C. etiam per procuratorem cau. res. in integr. agi poſ. Spe. vbi ſupra, & dicit idẽ in ſindico. tenet glo. in l. res publica. C. ex quib. cau. maio. Et an epiſcopus ſuccedens in epiſcopatu tenetur ſtare colono prædeceſſoris; & an prælatus poſsit locare ad vitam, vide de hoc Ioã. Bertachi. in tractatu de epiſcopo. fo. 57. & ibi videbis; ſi epiſcopus non ſoluit, eum priuari feudo, in vita ſua tantum. Et an epiſcopus præiudicet eccleſię recipiendo canonem ab emphiteota iam priuato, ibi vide. Et an epiſcopus teneatur ſententiare ſecundum allegata, & probata, videbis ibi in fo. 60. & quando iudicat de ætate, & in materia confinium, quia oculata fides multum operatur, vt ſupra tetigi. Et epiſcopus poſsidet bona eccleſiæ nomine ſuo naturaliter; ſed nomine eccleſiæ naturaliter, & ciuiliter poſsidet ſecundum Inno. in c. in literis, de reſti. ſpoli. & Flori. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitu. Et epiſcopus poteſt concedere ad vitã alicui pro bene meritis de bonis eccleſiæ. c. poſſeſsionis. xvi. q. i. Sed quæro, quando epiſcopus condemnat criminoſum, an poſsit in ſententia ſibi penas applicare? Bal. tenet, quòd non, in aucten. bona damnatorum. C. de boni. dam. & Ang. in aucten. vt nulli iudi. §. vt autem. in principio. Quin etiam dicit Bal. in l. ii C. de Epi. audi. quòd non debet epiſcopus pœnam ſuæ cameræ applicare, niſi ex cauſa neceſsitatis. & vi. in c. irrefragabili. de offi. ordi.

Et delinquunt prælati in ſubditos exigendo exactiones indebitas. vi. Hoſtien. in ſumma in titul. de exceſsibus prælatorum; ſed veniam à ſubditis non petunt, ſi in corripiendo modũ exceſſerint. c. quando. lxxxvi. diſt. & epiſcopus cũ capitulo poteſt condere ſtatuta. vi. docto. & Anton. in c. cum omnes, de conſti. & epiſcopus poteſt interpretari ſtatuta, & alia dubia coram ſe occurrentia, ita notat. in c. nec licuit. xvii. diſt. & in c. inter alia, de ſenten. excom. & de hoc vi. Bart. in l. omnes populi. iii. q. princi. ff. de iuſti. & iur. & an epiſcopus cogatur punire clericum condemnatum à iudice ſeculari pro crimine, antequam efficeretur clericus, Bart. tenet, quòd ſic in l. cum quædã. ff. de iuriſ. om. iudi. Cyn. in l. properãdum. de iudi. §. ſin autem. Inno. in c. i. de offi. ordin. ſed nõ cogitur à laico. ſed quando fit clericus laicus, dum eſt in carcere, vel quando eſt accuſatus, vel de

crimi-

crimine diffamatus, vide Bar. in l.i.ff.de pœn. Ioan. Andr. in c.i, de obliga. ad ratioci. & vi. bal i l. officiales. C, de epiſc. & cleri. & in auctẽn. cauſa quæ. e. ti. & epiſc. poteſt eligere ſibi tribunal in quo cunque loco ſuæ diœceſis. c. cum epiſc. de offi. ordi. io vi. not. in c. qua fronte, de appell. ſed iudex laicus ordinarius debet ius reddere in loco conſueto, glo. in l. ii. ff. de arbi. Bar. in l. penul. ff. de iuſti, & iure. Bar. in l. cum ſententiã, C. de ſenten. & in l. i. C. de ſenten. experi. reci. vide Alex. in addi. in l. i. ff. de legi. & ſi de crimine actũ, & pronũciatum ſit, executio in temporalibus debet fieri per iudicem, & dominum temporalem, auctent. ſi quis, C. de epiſcopa. audi. nec eſt nouum, quòd vnus exequatur ſenten. alterius. c. poſtulaſti. de foro compet. & damnato clerico per eccleſiã, feudum reuertitur ad dominum temporalem; & damnato laico per iudicem temporalem, feudũ reuertitur ad eccl. c. in quibuſdam. c. felicis. de pœnis. in vi. tex. In c. ſi quis teſtibus. iiii. q. iii. & vide Barto. in l. ſi finita. §. ſi de vectiglalibus. ff. de dam, infecto. & ibi vi. docto. & vi. ea, quæ dixi in libro meo de adminiſtratio, iuſtitiæ. i. par in regula de locato. colum. xxx. & eſt aduertẽdum, quòd ſi epiſ. eſt de crimine inquiſitus, vel accuſatus, poteſt probare innocentiam ſuam per ſuos familiares domeſticos. ita Bal. in addi. ad Spe. tit. de inquiſitione, verſic. epiſco. & vide docto. in l. etiam. C. de teſti. vbi vide Bart. & Bal. regulariter vero teſtes domeſtici non admittuntur. d. l. ẽt l. pen. ff. de teſti. c. in literis. eo. titu. Spec. in titu, de teſti. §. i. ver. item excipitur, quòd eſt domeſticus, ſed fallit, vt dixi, in domeſticis epiſco. & nobilium. Quod intellige, niſi extent cum epiſcopo pro ſolis ſumptibus vitæ. ita Car. in c. inſinuante, de offi. deleg. fallit etiam in caſibus, in quibus veritas veritas aliter non poteſt haberi, quam per domeſticos. l. conſenſu. C. de repu. Spe. vbi ſupra c. veniens. ii. de teſti. & vide Bertachi. in tract. de epiſ. fo. 64. & qui dicantur familiares, vi. Specu. in d. §. i. verſicu. excipitur; cum quatuor verſiculis ſequentibus, & vi. docto. in c. ſicut, de verborum ſignifica, libro, vi, in meteria teſtium uide, iiii, q. iii. c. ſi teſtes. & nota, quòd ex conſuetudine prodeſt indici, ut mors epiſ. uel alterius magni prælati annoncietur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi prælatum, intereſt enim Regis, uel Principis, ne eligatur ſibi ſuſpectus, qui reuelet ſecreta regni. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milita. ſecundum Panor. in c. quòd ſicut, de elect. Quod dictum intellige, & declara ſecundum ſingulare uerbum Inno. in c. ſuper bis, de accuſatio. caueant tamẽ Principes, ne per indirectum uſurpẽt iuriſdictionem eccleſiaſticam c. maſſana, de elect. c. ſciant. eod. titu. lib. vi. nam ſi Princeps ſecularis uidet prælatum inſtitutum à ſummo Pontifice ſuſpectum ſtatui ſuo, debet deſcribere ſummo Põtifici. iuxta not. in c. ſuper his, de accuſat. & epiſcopus in diœceſi aliena ad alienos clericos ordinandos irruere non debet c. epiſcopus. vii. q. i. & vide in c. nullum. & c. epiſcopum & c. epiſ. ix. q. ii.

De poteſtate ſanctiſsimorum epiſcoporum circa vltimas voluntates alienas. Cap. XXVI.

NVnc aggrediamur de ptãte epiſ. circa vltimas uolun. alienas; quia de iure epiſ. poteſt ſe intromittere poſt annum in ultimis uolun. decedẽtium in ſua diœceſi, ſi intra annum executor teſtamẽtarius nõ impleuerit officiũ ſuũ. c. nos quidem, de teſt. l. nulli, & ibi doc. C. de epi. & cle. niſi qualitas offi. duret poſt annum. ita Bal. in d. l. nulli, & in l. id, qđ pauperib. e. ti. vbi dicit. qđ ſi fieri debet monaſterium, quod intra annũ non poteſt conſtrui, durabit executoris officium etiam poſt annum. Item verũ in his tm̃, q̃ pertinet ad cauſas pias, non in aliis. l. ii. §. ſed & ſi qs. C. cõ. de leg. & ibi Bal. niſi poſt ãnum ſit à teſtatore ꝓuiſum; quia teſtator poteſt diſponere. q. executore nõ exequente intra annũ, alius puta Petrus exequatur; & ſic epiſc. excludatur, ita Bal. i auct. licet, de epiſ. & cler. & in l. vna. C. de cad. toll. & in l. ſi fundũ. §. Stichum, de leg. i. ſed merus executor teſtãrius nõ poteſt exequi p ſubſtitutũ, vt notatur i c. Ioan. de teſta. tenet Archi. in c. ſi. eo. ti. lib. vi. Bal. in d. l. nulli. & de hoc vide Ioan. And. de electio. c. vt circa. in vi. & Oldra. in conſi. xcv. vide etiam Bertachi. in d. fo. vi. eiuſdem tracta. vbi multa dixit in col. iiii. ſed epiſco poteſt alium ſubrogare loco executoris priuati propter male geſtũ officiũ ad piam cauſam tantum ſecũdum Bal. in auctẽn. hoc amplius. C. de fideicom. quin etiam poteſt epiſ. cogere executorem emẽdare, quod male geſsit. c. tua, de teſtamen. Specul. in ti. de inſtrumentorum editio. §. nunc vero aliqua. Et poteſt epiſcopus, ac hæres teſtatoris, vel legatarius, vel quilibet, cuius intereſt, impedire malam adminiſtrationem teſtamentarii executoris ſecundum Spec. vbi ſupra, & de hoc vid. Bal. in l. ii. §. ſed & ſi quis, in lectura antiqua. C. com. de legatis. Et executor poteſt diſtribuere bona inter pauperes alterius loci, quàm in quo ſunt factæ rapinæ. Bald. in d. l. id, quod pauperibus. & vide Fede. de Senis in conſi. xxxi. & vi. Bar. in auctent. omnes peregrini. C. com. de ſucceſſ. Hoſti. cõtra in c. cum tu, de vſuris. quod nota bene. epiſcopus etiam debet hæreditatem, vel legatum relictum pauperibus diſtribuere. doc. in l. ſi quis ad declinandam, de epiſcopis, & cleri. Inno. in c. cũ tibi, de teſtam. Quin etiam ſi ſimpliciter eſt relicta hæreditas, quam executor diſtribuat, intelligitur ſcilicet ad pias cauſas pro anima teſtatoris inter pauperes; vt tenet Bald. in l. executorem. u.

col.C.de executione rei iud.vbi dicit de hoc eſſe caſum notabilem in d.c cum tibi. Et relictum pro anima intelligitur ad pias cauſas.glo.& ibi Bart.in l.ſiquis Titio,de leg.ii.Bal.in l.i. C.de ſacr.ſan.eccleſ.Et intellige prædicta de pauperibus loci; in quo teſtamentum factum eſt, & vſuræ extortæ,vel alias male ablata ſecundum Bald.in l.i.C.de bonis auct. iud.poſſ. Vide tamen in Specul.vbi ſupra verſi.lxv.& ibi Ioan.And.in addi.Ideo dicit Bal.in c.iniuria,de pac.iuramen.firmſ. quòd reſtitutio male ablatorum incertorum,& rapinarum debet fieri per epiſcopos locorum,in quibus rapinæ factæ ſunt.Et de hoc vide Hoſtien.in c.cum tu,de vſur.

Et excommunicatus in caſu clementi.eos qui,de ſepulturis;debet ſatisfacere arbitrio dioceſani.& de hoc vi.Cardi.in d.clement.eos.

Nunquid epiſcopus poſſit vendere bona ſtabilia, vt diſtribuătur inter pauperes,ſi teſtator ea prohibuit vendi?dic,quòd ſic;vt tenet Bal.in d.l. ſiquis ad declinandam.ii.colum.& ibi etiam vi. Bar.de epiſco.& cleri.Quod intellige verum,ſi deſunt nomina debitorum , & bona mobilia ; in quibus primo debet executor ponere manum, videlicet prius à nominibus debitorum eſt inchoandum,quàm ad mobilia veniendum,pro ſatisfactione teſtamentorum ſecundum Nico. de Neapo.in l.magis puto.§.in primis,ff.de reb.eorum.Secundo ad mobilia , priuſquam ad immobilia ſecũdum Bal.in l.fi.§ ſin autem.C.de bonis,quæ lib.& Bar.in l.alio hærede.ff.de alimen. & cibar. leg. Nec poteſt epiſcopus,vel executor teſtamenti plus de bonis vendere,quàm ſit opus pro ſatisfactione teſtamenti.d.§.ſi autem legata.& ibi Bal.Vbi etiam not. quòd pro paruo debito non debet executor ponere manum ad res magnas,quod etiam tenet Ang.in auctẽ.de alie.& emphi. §.hoc etiam.v.colum.colla.ix.& in l.iii.C.quando decreto opus non eſt.& ibi glo.quæ ſic debet intelligi,aliàs reprobatur per l.magis.§.in primis.ff.de reb.eorum.ſecundum Bart.ibi. & Nico. de Neapoli.in l.i.in prin ff.eo.Vbi dicit,quòd non poteſt vendere de bonis hæreditariis pro ſatisfactione teſtamenti.ita Barto.in l.alio.ff.de alimen & cibar.lega.niſi quando executor eſſet hæres vniuerſalis,vel quando aliter non poſſet ſatisfieri voluntati teſtatoris ſecundum Specula. in ti tu.de inſtru.editio.§.nunc verò aliqua.& ibi vide Bal.in addi.Fallit etiam,quando teſtator dedit poteſtatem vendendi,ſecundum Bart.in l.i.§.i.ff.de reb.eorum quo caſu venditio facta per teſtatorem poterit ratificari per hæredem.ita Bal.in auctẽ.ſi captiui.C.de epiſ.& cleri.

Et epiſcopus diſtributor bonorum inter pauperes habet actiones hæreditatis, ſicut hæres, & executor teſtamentarius,ſecundum doct.in l.ſiquis ad declinădam.C.de epiſ.& cleri.propterea dicit epiſcopum eſſe mittendum in poſſeſsionem hæreditatis relictæ pauperibus ad diſtribuendum ex beneficio.l.fin.C.de edicto diui.Adri.toll.& vide de hoc Inno.in c.cũ tibi, de teſtamẽt. Et epiſcopus cogit ex officio implorato per ſupplicationem ei porrectam ſolui legatum factum fratribus.itá Bal.in l.i.C.de fideicomm. & in l.eam,quam.eo.ti. Vbi dicit, quod pia legata petuntur officio iudicis ſecularis,vel officio epiſcopi tenet Bart.in l.ſolent.ff.de alim.lega.Et multa sũt loca ad pios vſus deputata;quorum aliqua vocătur hoſpitalia;aliqua domus de miſericordia,aliqua à rectoribus nominantur domus de fraternitate;& aliqua ſunt altaria, in quibus celebrătur diuina.Aliqua ſunt ſimpliciter domus,in quibus ſeruatur hoſpitalitas,& alia opera pietatis.Item iſtorum aliqua reguntur per clericos,aliqua per laicos ſine auctoritate epiſcopi. Et huiuſmodi locis multa per fideles in teſtamentis,& vltimis voluntatibus relinquuntur pro remedio animarum.An autem epiſcopus ab eis de prædictis relictis quartam petere poſſit ; quia certum eſt,epiſcopum de iure communi debere habere quartam regulariter de mortuariis relictis. Sed fallit in caſibus priuilegiatis ab homine,vel à iure.Caſus autem priuilegiati à iure habĕtur,de teſtament. c.fin.& in c.ex parte,de verborum ſignifica.& ibi docto.& in tractatu de canonica portione, & de quarta,in volumine tractatuum xi.fo.230.Et de canonica epiſcopali,& parochiali videbis tractatum Petri de Vbaldis in eodem volu.xi.fol.236. & de cano. portione.vi.tract. Ioan. Hugonis in volu.octauo tractatuum de officio quatuor prælatorum.fo.91.& de canonizatione ſanctorum vi.tractatum Maluetii in volu.ix.tractatuum folio 126.

Item reductio ad arbitrium boni viri à laudo dato per dictos arbitros,quorum vnus ſit clericus,alter laicus,debet peti coram epiſcopo.ita Bal.in l. præcipimus. C.de appella.& Lanfrancus in tract.de arbitro.7.p.q xliii.Idem & quădo laudum eſt iuratũ.notatur in c.cum laicus, de for. comp.in v.Item ſi laudum ſit latum ſuper matrimonio;vel alia re ſpirituali.ita docto.in c.quinta vallis,de iur.iuran.Sed clericus executor teſtamenti debet inuentarium facere coram iudice laico.ita Aug.in l.i.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui pluſquàm per l.falci.xiiii.col.

De Vicario ſanctiſſimorum epiſcoporum, & epiſcopali præſtantia. Cap. XXVII.

VIcarius epiſcopi dicitur ordinarius.not.in c.ii.de conſuet.lib.vi.& in c.perlectis.xxv.diſt. Sed non poteſt creare alterum vicarium . tenet Hoſtien.in c.clericus , de offi.vica. An autem vicarius epiſcopi cognoſcat de cauſa delegata epiſcopo,& econtra , reſpondeo non.

Vnde

Vnde epiſcopus non cognoſcit de cauſa delegata ſuo vicario ſub nomine proprio, & dignitatis, vel proprio tantùm; ſecus ſi ſub nomine dignitatis tantũ; quia cognoſcit epiſcopus vicario mortuo, vel remoto, vt per Inno. in c.eam te, de reſcript.& in Spe. de delega.§.fin.verſic.quid ſi cauſa. & Felin.in c.dilecti, de appella.Sed vicarius generalis epiſcópi non poteſt conſerre eccleſiaſtica beneficia, niſi habeat ſpecialem commiſsionem.c.cum in generali, de off.vica.in vi.Poteſt tamen vicarius inſtituere præſentatum à patrono eccleſiæ.c.ex frequentibus; & doct.poſt gl. ibi de inſtitutio. Sed nòn poteſt vicarius epiſcopi eſſe laicus, ſed poteſt eſſe aſſeſſor, vel conſultor. ita Inno.& Imo.in c.decernimus, de iudi.Et vicarius epiſcopi non ſuccedit in legato facto ſuo prædeceſſori ſub nomine dignitatis.ita Bar.in l.quod principi.ff.de lega.ii.Et vicarius epiſcopi, & archiepiſcopi cognoſcit de appellationibus interpoſitis ad archiepiſcopum.c. dilecti, & dilectis.& ibi doct. de appell.Et epiſcopi; & vicarii epiſcopi idẽ tribunal eſt in c.ii de conſuet.lib.vi. Sed epiſcopus poteſt cauſam vertẽtem coram ſuo vicario ad ſe aduocare. ita Philip.Fran.in c.vt noſtrũ, de appell.Et Chriſtus dedit exemplum prælatis eccleſiæ committendi ea, quæ poſſunt fieri, commode per inferiores, vt ipſi liberius poſsint in altioribus exerceri, vt Ioan.in c.4.ſui euangelii, & Petrus, quia pluribus intentus eſſe non poterat, cum orationi, & prædicationi vacaret, duos epiſcopos ordinauit, Linum, & Cletum, qui ſacerdotale miniſteriũ Romano populo, & aduenis bene ſentientibus exhiberent.ita Platina in hiſtoria pontificum ſcribendo de vita Petri.Et finaliter dico, quòd magna eſt poteſtas epiſcoporũ; quia ſunt fundamenta ſanctorum montium, & petræ, ſupra quas ſunt fundatæ eccleſiæ.Nam in ſignũ huius non poteſt eccleſia fieri, niſi primo epiſcopus crucem ibi ſignet, & primarium lapidem ponat, vt in c.nemo, de conſecratio.diſt.i.Itaq; multæ ſunt prærogatiuæ epiſcoporum, vt in iſto tractatu continentur. Sed aduertant Reuerendiſsimi epiſcopi, quia de Apoſtolis, & epiſcopis ſcriptum eſt; Vos eſtis ſal terræ, ꝙ ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et eſt conſiderandum, quòd prælati ſunt ſucceſſores Apoſtolorum; & ideo debent eſſe perfecti in vita contemplatiua, & actiua. Et eſt aduertendum, quòd prælati præ cæteris debent eſſe excellentes, quantum ad quatuor. Primum eſt diſcretio in agendis: quia ſunt ductores, & gubernatores aliorũ. Et hoc deſignatur cum dicitur; vos eſtis ſal, terræ; ſicut enim ſale condiuntur omnia cibaria, ita diſcretione prælatorum debent dirigi, & ordinari omnia opera ſubditorum. Secundum, in quo debent præcellere prælati, eſt clara notitia in ſcripturis intelligendis. Et hoc eſt, qđ de illis dicitur. Vos eſtis lux mundi Sicut.n.lux eſt maneſeſtatio omnium occultorum; ſic prælati per intelligentiam ſacræ ſcripturæ debent ex officio notificare aliis omnia opera virtutũ. Tertiũ, in quo debẽt præcellere, eſt conſtantia in oppreſſoribus pauperũ reprimendis. Vnde dicit Saluator Ioan.x. Bonus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis; mercennarius aũt, & qui non eſt paſtor, videt lupum veniẽtẽ, & dimittit oues, & fugit. quartũ, in quo debet prælatus excellere, eſt ſanctitatis euidentia in exemplis dandis, quia tantum debet excellere actionem populi actio paſtoris, quantum diſtat à grege vita paſtoris. Et gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere; & ignominia ſacerdotis eſt propriis ſtudere diuitiis.c.glòria, xii.q.ii.& epiſcopus debet eſſe talis, vt merito cum ſanctiſsimo Iob dicere poſſit; Oculus fui cæco, & pedes claudo, pater etiam eram pauperum.

De indulgentijs ſacrorum ſummorum Romanorum Pontificum. Cap. XXVIII.

INDVLGENTIA eſt remiſſio pœnæ temporalis, quæ pro peccatis debetur, conceſſa à papa, vel ab alio poteſtatem habente. Et hæc diffinitio eſt de mente omnium doctorũ. Dixi remiſſio pœnæ, &c. quia licet omnis pœna, quæ debetur pro peccato, relaxetur merito paſsionis dñi noſtri Ieſu Chriſti in baptiſmo, vt in c.paruulu, de conſecra. diſt. iiii.& magiſter ſententiarum in iiii.diſt.iuxta illud Apoſtoli; Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nobis abunde; & ad Titum.c. iiii. tamen cum homines poſtea peccantes reddant ſe indignos tanto, & tali beneficio, remanent obligati ad temporaliter ſatisfaciendum, pœnamque temporalem ſoluendam, niſi forte adeſſet feruentiſsima, & tanta contritio, per quam remitteretur tota pœna, alias autem ſolum minoratur. ita voluit magiſter ſentẽtiarum diſtinct.xix. Et ideo per indulgentias, quæ conceduntur, ſit remiſsio illius pœnæ temporalis, qua homines poſt baptiſmum illaqueantur ex peccatis ſuperuenientibus. Et papa in perſona Petri Apoſtoli, & vicarii Chriſti habuit licentiam relaxandi pœnam peccati ſine vlla exceptione. cap. Deus de pœni. diſtinct.i. Et ſic de præſenti habet eccleſia, & paſtor eius hanc poteſtatem clauium ligandi, atque ſoluendi ſibi conceſſam à Chriſto.c.noua.de pœni.& remiſ. legitur Matthei.xvi.tranſumptiue in c.manet, & c.omnibus, & in c.quodcunque.xxiiii.q.i. & voluit Richardus in diſtinct.xviii.quarti.vbi dixit, quòd claues regni cœlorum datæ ſunt eccleſiæ. Et ideo papa tanquam verus Chriſti vicarius habet plenitudinem poteſtatis ab ipſo Chriſto.c.cum ex eo. de pœni.& remiſ.& omnes canoniſtæ Inno.Hoſti.Ioan.Andr. & Imola in cle. ii. eo. tit. & in cle. i. de priuilegi. Roma. in conſi. ccclxiiii. Itaque papa abſque dubio poteſt concedere indulgen-

tias particulares,& generales,& plenarias indulgentias per totum orbem per tex.in d.cap. Deus; de pœni.diſt.i.Nam ipſe primns eſt cui commiſſa eſt diſpenſatio theſauri eccleſiæ,cui data eſt plenitudn poteſtatis ab ipſo Chriſto,vt in d.c.cum ex eo.de pœni.& remiſ.& dixi late in lib.meo de concilio generali in c.xviii.Poteſt etiam Archiepiſcopus in epiſcopatibns ſuorum ſuffraganeorũ, & etiam epiſcopus in ſuo epiſcopatu, legatus in ſua prouintia tantum.d.c. cum ex eo , cum glo. ſua.& ibi Panor.& in c.accedentibns,eo.tit.Sed epiſcopus electus,confirmatus,& conſecratus ſine dubio habet poteſtatem concedendi indulgentias,dummodo non excedat annum,pro dedicatione baſilicæ; nec quadraginta dies pro anniuerſario dedicationis, vt in d.c.cum ex eo,de pœni. & remiſ.ſecundum omnes ſcribentes;quia epiſcopus dicitur ſanctiſsimus Chriſti legatus.tex.eſt in cle.ſiquis ſuadente,de pœni.Specul.in ti.de leg.§.i.facit tex.in c.mulierem.xxx.q.v.Et papa appellat eos fratres.c.quam graui,de crimi.fal.facit tex.in c.ante omnia.xliii.diſt. cum glo. quæ dicit,quòd primus locus eſt papatus, ſecundus vero eſt epiſcopatus. Ideo epiſcopi ſummi dicũtur, quia vltra eos nullus eſt ordo.c.de his.c.manus,de conſecr.diſt.v.& ibi dicitur,quod nõ ab aliis, qnàm ab epiſcopis manus impoſitionis ſacramentum perfici poteſt; nec tempore Apoſtolorum ab aliis,quàm ab ipſis Apoſtolis legitur,aut fuit peractum.facit tex.in c.pleriſque, de electio. vbi epiſcopus appellatur ſereniſsimus,ex quo tex.infert ibi domi.Card.quòd nibil eſt clarius, & beatius epiſcopo; Et epiſcopatus eſt dignitas dignitatum.c.venerabilis,de præben.voluit glo.in c.ii. eo.tit.lib.vi.& vide glo.in c.tempora plenitudinis.xxvi. quæſt.vii.& glo.in c.latorem.23. quæſt. ii.quæ voluit, quòd epiſcopus ſi tantæ præeminentiæ, & authnritatis, quòd ex cauſa poteſt minuere pœnitentiam iniunctam à domino papa.Et plus dicit Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia, & iur.quòd epiſcopus ex canſa poteſt ſacere conſtitutiones cõtra canones papæ. Et ſi epiſcopus non ſit conſecratus , ſed confirmatus , poteſt concedere indulgentias, etiam ſi non ſit ſacerdos; quia conceſsio indulgentiæ proceſsit ex iuriſditione epiſcopali , & non ex ordine. Et epiſcopus electus,& confirmatus,licet non ſit conſecratus in epiſcopum, vel ſacerdotem , habet tamen iuriſdictionem.tex.in c.ex tranſmiſſa,de electio.Ideo poteſt concedere indulgentias.ita Panor.in c. accedentibus,de exceſs.prælato.& dicens hanc opinionem fore veriorẽ allegat,& refert ſanctum Thomam.iiii.ſenten.diſt.xxiii.arti.ii.tenentem,quòd etiam ſi epiſcopus non ſit ſacerdos , poteſt indulgentias concedere.De archiepiſcopo & legato diximus.& vide tex.& doct.in d.c.noſtro;et ibi gln.& in d.c.cum ex eo.de pœni.& remiſ.De Reuerendiſsimis dominis Cardinalibus , abſq; dubio poſſunt ipſi in omnibus eccleſiis titulo ſuo ſubiectis concedere indulgentias;quia in eis habent omnimodam iuriſdictionem epiſcopalem,& poteſtatem excommunicandi , caſus eſt notabilis in c.is qui, de maior. & obedi. & ibi Panorm.& Ioan.mona.in c.vnico,eo.tit.lib.vi.Et conſuetudo generalis obſeruat,quòd Cardinalis,& epiſcopus confirmatus,licet non ſit conſecratus in epiſcopum,vel ſacerdotem,poſſunt concedere indulgentias:quæ conſuetudo eſt optima legũ, & canonum interpres.l.de quibus.ff.de legi.& per totum.C.quæ ſit longa conſuetudo ; & in c. conſuetudo, & in c.nos autem.diſt. i. Et hanc conſuetudinem in terminis noſtris amplectitur Gulielmus in clemen.ſi dominum,de reli.& venera.ſancto.Et Cardinales concedunt centũ dies de indulgentia,& habent hoc ex prinilegio.Inferiores ab illis non poſſunt indulgentias concedere,niſi hoc habeant ex ſpetiali priuilegio ſecundum glo.iuncto tex.in c.accedentibus , de exceſs. prælato.Nec alii ſacerdotes poſſunt indulgentias concedere; quia licet ipſi habeãt etiam claues, clauis non eſt tota ratio virtutis faciendi indulgentias,ſed eſt poteſtas clauis cum iuriſdictione.et authoritate diſpenſandi theſaurum eccleſiæ;quæ facultas ſolum competit prælatis,niſi concedatur à papa Bonauentura in quarto ſententiarum,art.xvii.& ibi Richardus.Et epiſcepus poteſt in dioceſi aliena concedere indulgentias,quò ad hoc,vt proſint tantum modo ſubditis epiſcopi cõcedentis,aliis autẽ non ſubditis non proſunt,niſi interueniat licentia proprii epiſcopi.Ita Hoſt. in ſumma,in tit.de peniten.& remi.Et ea,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt exerceri omni tẽpore,& in omni loco.l.ii.& l.fi.ff.de offi.proconſu.l.emancipati.ff.de adoptio.glo.& doct. in c.nnuit.de offi.delega.& ſcribentes in l.fin.ff.de iuriſ.omni.iudi.Sed ſi epiſcopus tulit ſententiam extra ſuam dioceſim,nulla eſt ratione loci.Spec.in tit. de ſententia.§.iuxta,& doct.in d.l.fin. ff.de iuriſ.omni.iud.Sed capitulum ſede vacante nnu poteſt concedere indulgentias.Ioan.And.in c.vnico,de maior.& obedi.in vi. Sed vacante epiſcopatu iuriſdictio remanet apud capitulum; & vacãte papatu iuriſdictio remanet apud collegium Cardinalium.Bart.in l.vbi abſunt.ff. de tuto. & cura.dat.ab his. & vide Barto.in l.infamem.ff.de publi.iud.& vide docto.in c. illa. ne ſede vac. & vide gloſ. & docto.in c.cum olim,de maior.& obedi.Sed male loquitur Barto.quia iuriſdictio non remanet penes Cardinales mortuo papa.text.in clemen.ne Romani.§.irritum, de electio. & ibi gloſ.& dncto.& vi.glo.& docto.in c.vbi maius.de electio.in vi.§.ideoque.& vi.glo. in c.i. de ſciſmati. in vi. vbi dicitnr,quòd mortuo papa eccleſia non remanet ſine ſponſo, qui eſt Chriſtus, & quòd Cardinales non habeant iuriſdictionem, voluit Bald. in tractatu de ſciſmati. & vi. Barba. in conſi. vbi late de poteſtate papæ,& cardinalium in xxxiii.colum. vi. additio. Imolæ in d. clemen. ne Romani, & vi.additio.Barto.in d.l. vbi abſunt. Et indulgentiæ proſunt exiſtentibus

in purgatorio per modum ſuffragii. Anto. in c. quia non nulli, de cleri. non reſi. ſed vbi concede-
ret papa indulgentiam mortuis de plenitudine poteſtatis, valeret; nec poſſemus nos apponere eos
in cœlum. Et Ioannes de Imo. in clemen. ii. de pœniten. & remiſ. multa dicit; & vide Hoſt. in ſum-
ma in d. tit. & vide Abbat. in c. quod autem, de pœniten. & remiſ. Indulgentia quid ſit, iam dixi-
mus; ſed Calderi. in repeti. c. noſtro, de pœniten. & remiſ. dicit, quòd indulgentia eſt remiſsio pœ-
næ temporalis pro peccatis actualibus pœnitentia nõ remiſsis in abſolutione ſacramentali facta
à prælato eccleſiæ, ex cauſa rationabili, pro recompenſatione de pœna indebita. Itaque rationabi-
lis cauſa eſt neceſſaria ad indulgentiam. i. ad efficaciam indulgentiæ: & ſic ad tantam indulgentiam
eſt etiam neceſſaria rationabilis cauſa illius quantitatis. Sed fides noſtra eſt, quòd indulgentiæ ri-
te datæ ſunt validæ, ita doctiſsimus Caietanus in ii. thomo, in c. de theſauro indulgentiarum. Sed
ſi indulgentia eſt indiſcreta, quia caret rationabili cauſa, aut omnino, aut quò ad tantam quanti-
tatem, eſt inualida ſecundum Caietanum ubi ſupra, & dicit Alex. de Aleſ. in iiii. ſententiarũ. diſt.
xx. quòd in dante. & in recipiente indulgentiam requiritur duplex conditio, in dante poteſtas,
& cauſa rationabilis, & honeſta, vt pro terra ſancta, & pro ædificatione eccleſiæ, pro viſitatione
ſanctorum corporum Romæ, pro incohando ſtudio, & ſimilibus. & vide de hoc Abbatem in d. c.
quòd autem, de pœnit. & remiſ. Ex parte autem recipientis requiritur deuotio, & cõtritio; & ibi
dicit, quòd indulgentia tantum valet, quantum ſonat. & iſta eſt communis opinio. Nam ſcire de-
bes, quòd ex effuſione ſanguinis Chriſti, & multis meritis martirum, & aliorum ſanctorum con-
ſtituitur theſaurus eccleſiæ, cuius poteſtatem habet vicarius Chriſti; & claudit, et aperit, cui vult,
& quando vult. Nam minima gutta ſanguinis Chriſti fuiſſet ſufficiens ad redimendum totum
mundum. Item martires fuerunt hic puniti vltra quam eorum delicta meruerunt. Vnde merita eo-
rum remanſerunt in eccleſia vniuerſali, quia ſicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum
irremuneratum, vt Gene. c. iiii. Ille ergo, qui concedit indulgentiam, intendit cõmunicare illa bo-
na irremunerata compenſatione quadam. ita Abbas in d. c. quod autem. Sed nota, ꝙ plena indul-
gentia dicitur ex eo, quòd nihil ei deeſt. c. ieiunium. lxvi. diſt. c. re vera. de cõſecra. diſt. ii. c. veniẽs,
de verbo. ſigni. c. cum locũ, de ſponſa. c. cum inter, de re iud. Et eccleſia in hoc errare nõ poteſt ꝑ
illud Lucæ xxii. Ego orabi pro te, vt non deficiat fides tua: facit c. à recta. xxiiii. q. i. Cum ergo to-
ta eccleſia affirmet indulgentias valere, tenendum eſt, ꝙ valeant, ita Ricar. in iiii. ſenten. diſt. xx.
Itaque eſſet hæreticus, qui pertinaciter teneret, quòd indulgentiæ non valent ad remiſsionem pœ-
næ, habitis debitis circumſtantiis; vel quòd papa non poſſet concedere plenariam indulgentiam;
quia in ſymbolo fidei vnus ex articulis dicit; Sanctam eccleſiam, ſanctorum communionem, pec-
catorum remiſsionem: in quo comprehenduntur effectus gratiæ, remiſsionis peccatorum per
ſacramenta eccleſiæ. & effectus gratiæ, quæ eſt communicatio meritorum, & bonorum ope-
rum, quæ eſt per charitatem cum relaxatione pœnæ, quæ fit per indulgentias; innititur me-
ritis eccleſiæ, & præcipue paſsionis Chriſti. Vnde tenere aliter eſt contra articulos fidei, & de-
terminationem eccleſiæ. ita Felin. in ſuo ſermone de indulgentia plenaria allegans ad hoc mul-
ta optima. Et aduerte (vt dixi) quia culpa nõ remittitur, niſi per contritionem, & confeſsionẽ ver-
balem, vt in c. voluiſſent iniqui, de pœn. diſt. i. Et indulgentia poteſt fieri (vt dixi) ad remiſsionem
pœnæ; & culpa eſt macula, ſeu offuſcatio, quæ generatur in anima peccatoris. ita Cardi. in cle. i. de
priuileg. Et indulgentiæ operantur, quòd abſque alia pœnitentia quandoq; pœna tollitur in par-
te, quandoq; in totũ, vt per Felyn. vbi ſupra, & dicit ibi allegãdo theologos, ꝙ data indulgentia
viſitanti certã eccleſiã, vel offerenti certũ quid; tantum participat offerens duos ſolidos, quãtum
offerens duos aureos, & tantũ veniens à longe, quantum ſtans prope locũ. dicit tamen Ricar. (vt
ipſe allegat) quòd quantum ad remiſsionem pœnæ bene ſunt pares. Sed de illis duobus, quorum
vnus dat plus, ille plus conſequitur; niſi in caſu, quo minus datum eſſet maius per cõparationem
ad dantem, ſicut de paupercula dicitur Matth. xii. Et licet indulgentiæ iſtis ambobus æqualiter
valeant quantum ad remiſsionẽ pœnæ, tamen magis laboranti plus valẽt ad meritũ æternæ vitæ,
& ad gratiæ augmentũ; quia etiam ſine indulgẽtia talis magna eleemoſyna, & magnus labor fuiſ-
ſent meritoria. Et dicunt etiam, quòd ſi dicitur; Quicunq; viſitauerit talem eccleſiam, habeat xl.
dies indulgentiæ; intelligitur remitti tantum de pœna debita in purgatorio, quantum remittere-
tur, ſi in hoc mundo pœnitentiã egiſſet. Et quoniam. xl. dies pœnitentiæ plus valent perficienti
eam cum feruore, maiorique labore, quàm perficienti eam cum minori; ita xl. dies indulgentiæ
plus valent, qui ſe magis diſponit, vel magis laborat, vel magis ſe affligit, ratione melioris diſpoſi-
tionis. Sed quoad pœnam æqualiter remittitur laboranti, & non laborãti, feruenti, & plus, & mi-
nus, data ſufficienti contritione. Et iſtud intelligo procedere in indulgentia particulari certi tẽ-
poris, ſed in indulgentia plenaria totius pœnæ, ſiquis ſtatim poſt eam acceptã moreretur, nõ eſſet
differentia inter primũ, & ſecundũ, quò ad gloriam, niſi forte reſpectu maioris prærogatiuæ in
cœlis habẽdæ. Et indulgentia anni Iubilei, quæ habetur Romæ, in nullo differt ab indulgẽtia ple-
naria, quæ alibi cõceditur. & de hoc vide Feli. vbi ſupra. Et indulgentia cõceſſa vere pœnitẽtibus,
& confeſsis prodeſt illis, qui ſunt confeſsi ſemel in anno, & habent propoſitum confitendi. Abb.

in c.omnis vtriuſque ſexus.& Feli.vbi ſupra,in ſuo ſermone.Et de anno Iubilei vi.extrauagante Boniſatii incipi.Anoquorum;Et ibi in cõmento videbis multa de indulgentiis.& ibi dicitur ꝙ theſaurus eccleſiæ per diſpenſationem non minuitur. Epiſcopus in ſpititualibus habet maximã authoritatem,nam poteſt abſoluere,& ligare animas à peccatis.c.quodcunq; & c.manet.xxiii.q. i.& Matthei xvi. Quod verum, niſi de peccato in ſpiritum ſanctum , quod eſt irremiſsibile etiã in alio ſeculo.c.nemo poteſt,de pœni.diſtin.i.& ibi glo.quod intellige de finali impœnitentia, & obſtinatione.c.diaconi ſunt.xciii.diſt.de pœni.diſ.vii.& vide doct.in c.à nobis,il ii.de ſenten. excom.& in articulo mortis vide.c.cognonimus.c.de his;& c.his,qui;& c.ſi presbyter; & ibi glo. & quid in raptore,vide.c.ſuper eo,de rapto.& ibi glo.Et epiſcopus ponit pœnam ex arbitrio pœnitentibus in extremo vitæ.c.tempora;& ſequen.& c.pœnitentibus. & ad fidem attinet vt credamus indulgentias concedi poſſe, ſed de indulgentiis aperte quidem nihil eſt in euangelio,ſed tantum illa generalia optima verba, quicquid ſolueritis.& c. ſed aſſerimus indulgentiam nulli prodeſſe,niſi cui prius ſint remiſſa peccata , & in gratia dei permanentis , ſed ſi indulgentia expreſſe dicitur,quòd poſsint illam conſequi qui propoſitum habent confitendi, tunc enim ſufficiet contritio cum propoſito confeſsionis;& neutrum ſine altero.& indulgentia ſi iuſta eſt rationabilis, hoc habet optimum inter alia optima,quod ad pœnitentiam & confeſsionem peccatorum incitat omnes fideles.hæc quidem diligenter ſunt prædicanda populo,& ſic æmulis eccleſiæ obturetur os ad calumniandum. & de indulgentis videbis. R. P. F. Petrum a ſoto in illo ſuo optimo tractatu de inſtitutione ſacerdotum,folio 504. in libro meo.4.ex his omnibus , vt valeant indulgentiæ quantum ſonant quatuor requiruntur,ex parte concedentis autoritas,& rationabilis cauſa,ex parte promerentis ſtatus gratiæ:& expletio eius pro quo conceſſe ſunt indulgentiæ.ita papa Adrianus in 4. in fol.88.

De depoſitione, & degradatione. Cap. XXIX.

ET in primis præmitto, quòd degradatio eſt priuilegiorum, & ordinum ſacrorum amotio, vel priuatio ob crimen atrox factum contra clericum conſtitutum in ſacris. Probatur in c. ii.de pœn.in vi.& in c. nouimus, de verb.ſignifi.& in c. cum non ab homine , de iudi. & in c.qualiter, & quando. de accuſa. Sed depoſitio eſt à dignitatibus, & honoribus amotio. Ita Speculat.in tit. de accuſa.§.ii.& probatur in iuribus ſuperius allegatis. Et ſic aduerte , quòd degradatio proprie eſt ab ordinibus,depoſitio vero ab honoribus,& dignitatibus ſecundum Specul. vbi ſupra. Et a quibus fiat degradatio , & ex quibus cauſis epiſcopus,vel clericus ſit degradandus, & qualiter fiat degradatio,& de eſſectu degradationis,videbis late per Ioan. Bertichi. in tractatu ſuo de epiſcopo , in fol. vii. & vide docto. in c. degradatio , de pœn. in vi. De degradatione epiſcopi vide in c.ii.de pœnis.in vi. & vide in Speculat.in tit. de accuſa.§.i.Et epiſcopus deponitur per papam, vel eius commiſſarium.c.per principalem.ix.q.iii. & vide Panor. in c. dudum; de re iudi. Es an ſit deponendus,vel non,debet agitari in publico ſynodo.c.nullus epiſcopus. vi. quæſt.iiii. Et epiſcopi depoſitio tractatur per xii. epiſcopos , dummodo ſententia reſeruetur papæ , ſi ſit conſecratus, glo. & docto. in c. non poteſt , de re iudi. & vide Speculat. in titu . de accuſa.§.iiii.verſicu: illud. Sed cum deponitur, vel degradatur epiſcopus, non valet ſententia epiſcoporum , niſi omnes ſint concordes. Ita Speculat.in d.§.iiii.verſicu.ſed nunquid,in titu. de accuſa. Et epiſcopus deponitur propter crimina enormia.c.nonimus, de verb. ſigni.c.tua, de pœnis. Item propter hæreſim. c. ad abolendam , de hæreti. & ibi docto. Item propter falſitatem in literis papæ commiſſam.c.ad falſariorum,de crimi. falſ. Item propter coniurationem contra epiſcopum.c.ſiquis ſacerdotem.xi.q.i.Item propter ſortilegium.c.admoneant.xvi.q. vi. Item ſi ſit incantator.d.c.admoneant.Item ſi ſit incorrigibilis.c.cum non ab homine, de iudi. & vide glo. & docto. in c. ad reprimendam,de offi.ordina. Item propter homicidium. c.ſi quis viduam , & c. ſi epiſcopus.l.diſtinct.c.i.de homi.Item qui communicat excommunicatos. c. Theugualdum: xi. quæſt. iii. Item propter ſui ſimplicitatem.c.ſiquis Abbas. xviii. quæſtio. ii. Item ſi confeſsionem reuelat,de pœnit. diſtinct.vi.c.ſacerdos. Item qui aſſumit curas, & negocia ſecularia. c. epiſcopus.lxxxviii.diſtinct.Item qui clericos ordinat per ſimoniam.c.ſi epiſcopus.i.q.i.Item ſi non ſeruat conſtitutiones concilii,vel eccleſiæ Romanæ,vt in c.fin.§.fin.iiii.diſtinct.vbi litera dicit;Illi qui ſacris neſciunt obedire canonibus,penitus officio iubeantur carere ſuſcepto;& hoc ſi credat fieri potuiſſe.Secus ſi non credat; quia Punitur,vt hæreticus.c.nulli fas.xix.diſt.glo.in c.generali,de electi.in vi. Itaque epiſcopus non debet canones violare , quorum obſeruantia ei incumbit.ita Card. in clemen. i.de ætate,& qualitate. Et purgatio epiſcopi requirit xii. teſtes.c.omnibus.ii.quæſt.v. Et an ſine cauſa epiſcopus poſsit priuari per papam, vide Felin.in c.quæ in eccleſiarum , de conſtitutio. Et an concilium prouinciale poſsit deponere epiſcopum , aut pronuntiare deponendum , vide Feli. in c. i.de iudi. Et congregatur de mandato papæ,vel Patriarchæ,

chæ, vel Metropolitani. Card. in cle. i. §. quòd & interdictis, de ſenten. excommu. Sed nõ proceditur ad inquiſitionẽ contra prælatum, niſi quando inualeſcit clamor, qui ſine ſcandalo tolerari nõ poteſt, vt in c. qualiter. il. ii. de accuſatio. ver. verum. Et de negligentia prelati vi. Hoſt. & doct. in c. i. de officio cuſto. qui tex. loquitur de eo, qui monitus non ſe corrigit; quia ſi monitus non ſe corrigit, & negligentia eſt valde pernicioſa, eſt remouendus; vt in d. c. i. de officio cuſtodis. Et de degradatione à dignitate doctorum, & militum, & clericorum; vide Bart. in l. iii. §. exercitum. ff. de infamibus. & vi. doct. in l. iudices, de dignita. libro. xii. vide Abb. & Feli. in c. cum ſit, de ſimonia.

De poteſtate & officio epiſcopi. *Cap. XXX.*

SED præſente legato de latere in dioceſi non poteſt epiſcopus crucem præ ſe ferre, quam ferre aliàs poteſt ex dignitate epiſcopatus. c. antiqua, de priuileg. Et ludere non poteſt. auctent. interdicimus, de epiſc. & cleri. xxxv. diſt. c. epiſcopus, & c. clerici de vit. & hon. cleri Et ex quibus cauſis epiſcopus fiat irregularis, vide Specular. in tit. de diſpenſa. § iiii. Et epiſcoporum debet alter alterum honorare ſcilicet maiorem, & digniorem. l. nemo. C. de offi. magiſtra. Hoſt. in ſum. poſt principium. c. ſi forte, de elect. in vi. Et epiſcopus Cardinali præferri debet, ſed non ſeruatur c. quanquam. ii. q. vii. Et non poteſt negociari, vel mercari. c. fin. de vit. & honeſtat. cleri Et poteſt ſibi eligere ſepulturam, etiam extra ſuam eccleſiam cathedralem. Abb. in c. ad Apoſtolicæ, de donati. Et epiſcoporum ceſsio, translatio, & depoſitio ſunt de reſeruatis ſedi Apoſtolicæ. c. inter corporalia, de transla. epiſc. Et epiſcopus cum capitulo dicitur explicare negocia eccleſiæ, nec vnus ſine alio. c. cum non liceat, de præſcript. Sed poteſt compellere canonicos ad ſubdiaconatum, vt in c. extirpandæ. §. qui vero per Panor. Et epiſcopi in concilio ſunt tanquam vniuerſitas, & non vt ſinguli. ita Panorm. in c. fin. de re iudi.

Et an epiſcopus poſsit diſpenſare cum clerico percutiente alium clericum, vide Panor. in c. i. qui cleri. vel voue. Et an poſsit libere vicarium remouere, doct. in c. edoceri, de reſcrip. Et poteſt epiſcopus electus, & confirmatus (vt dixi) exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis ante conſecrationem, doct. in c. tranſmiſſam, de elecți. Et ibi dicunt, an poſſit epiſcopus exercere ſuam plenariam iuriſdictionem, ſi non acceperit poſſeſsionem epiſcopatus. Et iurat epiſcopus nõ alienare res eccleſiæ Romano Põtifice incõſulto. doct. in c. tua nos. de eccleſ. edifi. Et poteſt compellere epiſcopus aliquos ex ſuis canonicis ad ſibi aſſociandũ. doct. in c. ad audientiam. de cleri. non reſidenti. Sed epiſcopus debet eſſe ſolicitus in puniendis delictis enormibus, vt in clemen. i. & ibi. Cardi. de offic. ordi. Et dicit ibi tex. Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, quòd metu pœnæ ipſi arceantur, & alii pertimeſcant; quia eorum officium eſt corrigere. Ideo etiam debet epiſcopus punire clericos forenſes delinquentes in dioceſi, vt per Cardi. in d. cle. i. Et negligens in puniendis criminibus videtur promittere impunitatem, vt in cle. i. de celebr. miſs. & Card. ibi de mente Hoſt. dicit, quòd in miniſtris eccleſiaſticis reprobatur negligentia; & quòd quælibet negligentia eſt ſufficiens ad remouendum prælatum ab adminiſtratione. & hoc poteſt tolerari in his, quæ ſpecifice committuntur ſibi; quia talis negligentia in eo eſt mortale peccatum, & ſic loquitur tex. in c. i. de offi. cuſto. Sed tu intellige, ſi monitus nõ ſe corrigit. vnde propter negligentiam nunquam remouetur prælatus, niſi ſit valde pernicioſa eccleſiæ, & monitus non ſe corrigat. Nam etiã ad inquiſitionem non proceditur contra prælatũ, niſi quando inualeſcit clamor, qui ſine ſcandalo tolerari nõ poteſt, vt in c. qualiter, & quando. il. ii. de accuſ. ver. verum. Sed notabis, quòd epiſcopus non poteſt corrigere clericos ſuos ſine cõſilio capituli. c. nouit, de his, quæ fiunt à præla. c. i. de exceſsi. prælat. niſi conſuetudo ſit in contrariũ, vt in c. non eſt, de conſuetu. in vi. & in c. irrefragabili, de offic. ordin. Præſupponitur pro intellectu. d. c. non eſt; quòd licet epiſcopus ſolus habeat iuriſdictionem in ſuos ſubditos, & canonici nõ habeant iuriſdictionem, illam tamen iuriſdictionem habet exercere epiſcopus cum conſilio canonicorum, non dico cum conſenſu, quia epiſcopus non tenetur ſequi eorum conſiliũ, niſi velit. idem de collatione beneficiorũ, vt in c. nouit, & c. quanto, de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. ſed tex. in d. c. non eſt, dicit; Valet conſuetudo præſcripta, quòd epiſcopus in inquirendo. puniendo, & corrigendo ſubditorũ exceſſus ſui capituli conſiliũ requirere non tenetur, etiã in arduis; vt per Ioan. And. & Domini. in d. c. non eſt. & tenet Ioan. Andr. in glo. in c degradatio, de pœnis. in vi. in quantum dicit, quòd de conſuetudine poteſt epiſcopus ſine capituli ſui præſentia procedere ad clerici degradationem; quæ quidem degradatio dicitur de arduis negociis. tenet etiam iſtam opinionem additionator Ioannis Monaci contra Ioannem Monachum in d. c. non eſt. Itaque tenementi. d. c. non eſt; & ad hoc allegatur, quòd aſtrictus in aliquo actu ad requirendum conſilium alterius, poterit conſuetudine, vel præſcriptione ſibi quærere, vt illud requirere minime teneatur; & de hoc vide Panor. & doct. in c. irrefragabili de offi. ordin. & vide tex. in c. nouit, eo. ti. vbi dicitur; prælatus non debet ſine conſilio capituli neque inſtituere, neque alia negocia eccleſiæ

tractare; ſed poterit epiſcopus conſuetudine,vel præſcriptione ſibi quærere (vt dixi.) Sed in no-
toriis non eſt neceſſe requirere conſilium capituli,vt notanter per Panor.in d.c. irrefragabili ;&
in c.quanto de offi.ordina.dicitur; epiſcopus non poteſt corrigere ſubditum ſine conſenſu capi-
tuli,ſed valet conſuetudo in contrarium. Et canonici dicuntur fratres epiſcopi , ſicut Cardinales
papæ,vt in c.i.de offi.lega.in vi. Ipſi tamen debent eum honorare,& appellare patrem.de hoc eſt
bonus tex.in c.graue,de exceſs.præla.vbi reprehenditur Archidiaconus , qui negauit epiſcopum
eſſe dominũ ſuum.&.dic de hoc,vt ibi notatur. Et quando prælatus poſsit exercere negocia con
tra voluntatem capituli,vide Panor.in c. nouit. vbi multa vtilia inuenies. Sed canonici non exi-
ſtentes in ſacris non habent vocem in capitulo ; & epiſcopus poteſt compellere canonicos ad ſub
diaconatum.Panor.in c.extirpandæ.§.qui vero,de præb.& digni. & ibi dicit in principio , quod
clerici de iure diuino debent eſſe literati, & quòd ad tenuitatem beneficiorum ſequitur quaſi ne
ceſſario promotio , & aſſumptio imperitorum ; & ita non datur facultas clericis vacandi ſtudiiſ;
nam per ſtudium prouidetur toti eccleſiæ vniuerſali.Et conſenſus capituli in quibus caſibus re-
quiratur ſiue tacite,ſiue expreſſe,vide Panor.in c.i.eo.tit.de his,quæ fiunt à præla.ſine conſ. cap.
Et epiſcopus nõ fit irregularis,ſi clericus moriatur in carcere.Bal.in l.i.C qui ad libertat.peruen.
non poteſt.& in l.penul.ad l.Aquil.niſi poſuerit eum in loco arcto,in quo de facili potuit mori.
Et quæ requirantur ad hoc,vt poſsit epiſcopus capere,& carcerare clericum,vide Corn.in conſ.
cccxxv.in iiii. par.& vide tex.in c.ſi clericos,de ſenten.excomm.in vi.vbi notantur,quæ,vel qua-
lia requirantur.Et quibus modis prælatus clericum ſuum capere poteſt,vide tex.in c.vt famæ,de
ſentent.excomm.& ibi docto.& in d.c.ſi clericos, notatur, quòd clerici pro ſuis exceſsibus poſ-
ſunt capi,& detineri per iudicem laicum mandato epiſcopi.Et poteſt capi clericus non ſolum pro
delicto enormi,ſed etiam pro leuiori,licet in modo relaxandi ſit differentia;nam pro leuiori deli-
cto dat cautionem fideiuſſoriam de parendo iuri;niſi exceſſus enormitas, vel alia rationabilis cau
ſa ſuaſerit detinendum,& ibi tractatur,an clericus pro debito ciuili poſsit incarcerari.Et quantũ
ad tex.in d.c.ſi clericos,appellatione clericorum veniunt tam conſtitui in ſacris,quàm alii mino-
rum ordinum.& vide de iſta materia tex.ſingula.in c.cum epiſcopus,de offic.ordin.in vi.vbi lite
ra dicit; In quolibet loco dioceſis poteſt epiſcopus per ſe,& per alium pro tribunali ſedere, & li-
bere exequi,capere,ac carcerare,nec non cætera,quæ ad ipſius ſpectant officium,libere exercere.
Et poteſt punire clericos alterius dioceſis delinquentes in ſua dioceſi,vt eſt tex.in c.poſtulaſti, de
foro compet.& in c.vlti.eo.tit. & c.placuit.ii.q.iii.quia caput eſt ſuæ eccleſiæ cathedralis, & cæ-
teri tanquam membra,faciunt vnum corpus.c.nouit;de his,quæ fiunt à præla.ſine conſen.cap.
Sed exequutio ſententiæ pertinet ad epiſcopum,in cuius dioceſi beneficium habeat. doct. in d.c.
poſtulaſti.Et quòd epiſcopus ſit caput,vide.c.cum non liceat,de præſcrip. Et matrimonium dici
tur contraxiſſe cum ſua parochiali eccleſia.Sed non poteſt epiſcopus propriis manibus clericum
cedere.cap.cum non liceat epiſcopo. lxxxvi.diſt.ſed poteſt per clericum; ibi videbis. & vide glo.
in c.cum epiſcopus,de offi.ordin.in vi.Et ſi epiſcopus non habet clerum,vide glo.in d. c.non li-
ceat.Epiſcopus etiam poteſt citare ſubditum ſuum repertum in curia papæ.Abb.in cap.memini-
mus,de appella.quod verum eſt etiam realiter faciendo eum capi.ſecundum Philippum , & Bal.
ibi.quia ſub iudice ſuo conueniri poteſt,licet ad curiã acceſſerit.quod tene menti ſecundũ Bald.
ibi.Et poteſt ordinare clericum ſuum etiam in curia papæ.Abbas antiquus in c. in omnibus , de
appe.Bald. in margarit.in uer.epiſcopus. Et poteſt cognoſcere de quæſtione clericatus incidenti
coram iudice ſeculari.Bald.in l.ſi qua per calumniam,de epiſco.& cleri.& notatur in c.ſi iudex lai
cus,de ſenten.excomm.in vi.Sed debet charitatiue tractare ſubditos.ita Cardin.in clement.i. de
exceſsi.prælato.& ibi examinat ſi reus erat incarceratus ante appellationem,an remitti debeat ad
iudicem,ad quem ? Et exemptum in ſua dioceſi delinquentem epiſcopus poteſt punire.c.Roma
na.§.contrahentes,de foro compet.in vi.c.i.iii.q.vi.c.ad abolendam, de hæreti.c.tuarum,de pri-
uileg.c.priuilegium.xi.q.iii.Et non poteſt creari epiſcopus homicida.c.ſiquis.uiduam.l.diſt.Et de
bet omnes ſubditos ſubleuare,& fouere.c.clemens.viii.q.i.Et poteſt epiſcopus mittere ſuos cle-
ricos in exilium,ne veniant in eius dioceſim. Nam pœna exilii eſt approbata à iure canonico, vt
in c.ad audientiam,de crimi.falſi.Et epiſcopus loci ex ſuo mero officio poteſt excõmunicare adul
terum,& adulteram.docto.in c.intelleximus,de adulte.Et quare epiſcopus diſpenſat in crimini-
bus,& non ſuper defectu,vide docto.in c.nimis,de filiis presbyterorum, & ibi Anto. Et epiſco-
pus poteſt committere alteri ea,quæ ſunt conſecrationis,ſeu ordinis. docto. in c. quod ſedes , de
offic.ordi.Et an epiſcopus poſsit diſpenſare cum inceſtuoſo,vt contrahat,vide doct.in c.veniẽs,
de eo,qui cogno.conſang.Et poteſt ex officio procedere contra hæreticos.doct.in c.literas,de pr̨
ſump.Solus epiſcopus debet ferre annulum, inferiores prælati non;niſi ex priuilegio.doct. in c.
fin.de tranſlat.epiſcopo.Et non poteſt epiſcopus vendere ſuam iuriſditionem epiſcopalem.in c.
i.ne prælati vices ſuas.Sed ſi epiſcopus dat beneficium eccleſiaſticum alicui hoc pacto,vel.inten-
tione,vt exinde ſuis conſanguineis prouideat,eſt manifeſta ſimonia.ſanctus Tho.in q.c.art.v.Et
ſi epiſcopus dat beneficium conſanguineo, eſt illicita , & carnalis collatio;non tamen ſimoniaca.

ſanctus

ſanctus Tho.ibi.& beneficium poteſt concedi pro obſequio honeſto.i. ſi obſequium eſt ad ſpiri
tualia ordinatum, puta ad eccleſiæ vtilitatem. Sed ſi eſt obſequium ad carnalia ordinarum, puta
quia ſeruiunt prælato ad vtilitatem conſanguineorum, vel patrimonii ſui, collatio eſt ſimoniaca.
ibi ſanctus Tho.& videbis infra in tit.de ſimonia. Et epiſcopus tenetur ſibi vicarium conſtitue
re.doct.in c quoniam, de offi.ordin.Sed circa hoc vide omnino Panor.qua bene loquitur. Et epi
ſcopus in iuriſditionem concurrit cum omnibus prælatis inferioribus ſuæ dioceſis. Et eſt locus
præuentioni.& vide de hoc doct.in c.cum ab eccleſiarum, de offic.ordina. Sed epiſcopus poteſt
ad ſe reuocare cauſas vertentes coram eius vicario.ita doct.in c.vt noſtram, de appellat. Sed epi-
ſcopus nondum conſecratus, (vt dixi) poteſt concedere indulgentias.doct. in c.ſuffraganeis, de
electio. Epiſcopus non poteſt deſerere epiſcopatum, & tranſire ad vitam ſolitariam. Anto.in c.ni-
ſi, de nunti.nec poteſt tranſire ad religionem ſine licentia papæ. Cardin.in c.licet.de regulari. Et
an epiſcopi poſsint diſpenſare cum homicida voluntario in minoribus ordinibus.doct.in c.Hen
ricus, de cleri.pugna.in duel. Et epiſcopus acceptans aliam dignitatem non priuatur ipſo facto.
c.cum noſtris, de conceſ.præb. Et eþs originis, vel beneficii poteſt promouere aliquē ad ſacros
ordines ſine licentia proprii epī.c.nullus epiſcopus, de paroch. Et epiſcopus nō poteſt in totū tol
lere votū, ſed poteſt ipſum cōmutare.doct.in c.propoſuit, de conceſs.præb. An epiſcopus poſsit,
& debeat examinare clericum per literas commendatitias præſentatum, vide doct.in c.in Latera
nenſi, de præb.& vide in c.an ſecundum, eo.tit. Et epiſcopus poteſt delegare, quod habet, quod
ſit meri imperii.doct.in c.aqua, de conſecra.eccleſ.vel altar. Et epiſcopus ſolus poteſt dare ordi-
nem, ſed non poteſt deponere.c.inter corporalia, de transla.epiſco. Et epiſcopus an poſsit diſpē
ſare in vno ſimplici, & in alio curato, vide Panor.in c.de multa, de præb.& vide in c.extirpandę.
§.qui vero, de præb. Sed epiſcopatuum diuiſio eſt de iure poſitiuo.vide doct.in c.per venerabilē,
qui fil.ſint legiti. Et poteſt diſpenſare ſuper crimine adulterii à clerico commiſſo.docto. in c.at ſi
clerici.§.de adulteriis. Et in quibus aliis poſsit diſpenſare, ibi vide. Et dicunt, quòd epiſcopus ele
ctus, & confirmatus non poteſt procedere ad degradationes epiſcopi, ſi cōmiſit homicidium.vi-
de in c.ex literis, de exceſ.prælat. Et epiſcopus poteſt ad libitum vicarium remouere. doct. in c.
dilecti filii, de appel. Et epiſcopus non appellatur epiſcopus ante conſecrationem; nec Archiepi-
ſcopus ante pallii receptionem.c.niſi ſpecialis, de autho.& vſu pallii. Et diſpenſat epiſcopus circa
omne votum regulariter, in c.ex multa, de voto; & in c.cum officiis, de teſtam. Quicquid acqui-
runt epiſcopi ex eorum induſtria, acquirunt ſibi, non eccleſiis. Sed epiſcopus poteſt puniri ab Ar-
chiepiſcopo, non autem deponi.doct.in c.inter corporalia, de transla.præla. Et epiſcopus poteſt
diſpenſare, quòd clericus abſens cauſa ſtudii lucretur fructus, etiam de beneficio curato, etiam ꝙ
non ſit promotus. Panor.in c.tuæ, de cleri. non reſi. Quomodo epiſcopus debeat cognoſcere de
crimine, quod non conſtat niſi ipſi epiſcopo. Panor.in c.conquerente, de reſti.ſpoli. Et poteſt te-
ſtari de rebus patrimonialibus, non de rebus quæſitis intuitu eccleſiæ.c.i.de teſtam.ibi doct. Et
epiſcopi non ſeruantes ſacros canones an incidant in periurium.docto.in c.ego, de iur.iuran. Et
ibi dicitur, quòd epiſcopi tenentur viſitare limina Apoſtolorum ſingulis annis. Epiſcopus nō po
teſt eſſe minor.xxx.annorum.c.ſuper in ordinata, de præben.& vide in c.cum in cunctis, de ele-
ctio. Epiſcopatus in quo caſu poſsit diuidi per papam, vel parochia per epiſcopum, vide Panor.
in c.ad audientiam, de eccleſ.ædifi. Et nemo debet petere epiſcopatum ratione ambitionis vitan
dæ. Abb.in c.per noſtras, de iur.patro. Epiſtola non debet cantari, niſi per ſubdiaconum, de vita,
& honeſt.clerico.c.quiſque. Et conſecrandi poteſtatem ſacerdotibus ſuæ eccleſiæ Chriſtus do-
nauit; quibus in Apoſtolis ait; Hoc facite in meam commemorationem.Lucæ.xxii. presbyteris
nanq; ſolum datum eſt tam admirabile ſacramentum conficere, vt in c.per lectis.xxv.diſt.& ſacer
dos dictus eſt, quia conſecrat, & ſanctificat.c.cleros. xxi.diſt. & poteſtas ſpiritualis clauium tam
bonis ſacerdotibus, quàm malis communis eſt.ita Cardina.de turre cremata.in i.libro.c.xcix. &
vide ſanctum Tho.in iiii.diſt.xix.& vide in iiii.contra gentiles.& oſtenditur ex eo, quòd domi-
nus ait, Matth.xxiii. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſei; quæ autem dicunt vo-
bis, ſeruate, & facite; ſecundum autem opera eorum nolite facere. Ecce quòd malis prælatis Chri
ſtus iubet obediendum; quod non faceret, niſi in eis etiam malis exiſtentibus poteſtas ſpiritualis
maneret. Non ergo propter peccata miniſtrorum poteſtas ſpiritualis eis collata adimitur, aut mi
nuitur in eis. Archiepiſcopus quam iuriſdictionem habeat in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum;
vide Panor.in c.paſtoralis, de offi.ordi.& ibi de negligentia epiſcopi, de clerico negotiatore, & de
clerico artifice, an debeant ſoluere collectas. vide Panor.in c.fin.de vita, & honeſt. cleri. & ibi di-
cit, quòd ad hoc, vt clericus perdat priuilegium etiam in negociationem oportet, quòd ſit tertio
monitus. Si prælatus confert beneficium indigno, peccat mortaliter, quia infidelis eſt domino
ſuo.i.deo; quia hoc vergit in detrimentum eccleſiæ, quia melius eſt habere paucos bonos. Cardi.
in clem.i.de æta.& qualitate. Sed notabis, ꝙ Auguſti.in epiſtola ad Valerium dicit; Cogitet reli-
gioſa prudentia, nihil eſſe in hac vita, maxime hoc tempore, difficilius, laborioſius, periculoſius
epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio; ſed apud deum nihil beatius, ſi eo modo militet, quo

Imperator noſter iubet. Et Princeps poteſt obiicere contra electũ, quod eſt ſibi ſuſpectus in regimine; non enim tenetur admittere prælatum, de quo non poſsit confidere; ne forte reuelet aduerſario ſecreta regni, Panor. in c. & ſi vnanimiter, de poſtula. prælat. Inno. in c. ſuper his, de accuſatio. Panor. in c. quòd ſicut, de electio. Inno. in c. paſtoralis, de priuilegiis. & vide ſupra in c. xxvi. ad finem. Et olim epiſcopi erant pauperes, vt in c. de his. x. q. i. & ibi videbis de hoc gl. magiſtralẽ.

An papa poſsit conſtituere epiſcopos in terris infidelium, vbi per idolatriam blaſphematur Deus, vt in præſentia fit ad præſentationem Catholici Regis noſtri. Cap. XXXI

ET an papa poſsit conſtituere epiſcopatum in terris infidelium, dico quòd ſic; vt per Bald. & Ange. notanter in l. id, quod. ff. de lega. i. Ideo ſumpta occaſione ex doctrina Bal. & Angeli dicemus aliqua pro complemento tractatus de poteſtate papæ, & Imperatoris in Saracenos, & alios infideles noui orbis. In primis dico, quòd contra terram, in qua per idolatriam blaſphematur Deus, iuſtum bellum inuenitur motum in ſacra ſcriptura, vt per Nicolaũ de Lyra Numer. c. xxxi. Nam cum populus Iſrael fornicatus eſſet cum mulieribus Madianitis conſilio Balaã, Dominus dixit ad Moyſem; Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, & percutite eos; vt habetur Nume. xxv. Vnde non obſtante quòd prohibitum erat prælium contra Madianitas, vt in c. ii. Deutero. & mares, & fœminas interfecerunt; quia iratus Moyſes principibus exercitus ait; Cur fœminas reſeruatis? Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael, & præuaricari vos fecerunt in domino? vt Numeri. c. xxxi. Item ſcriptum eſt. c. xii. Deuteron. Subuertite omnia loca, in quibus coluerũt gentes deos ſuos, diſsipate aras eorum, & confringite ſtatuas, & diſperdite idola, & nomina eorũ de locis illis. Et in c. ix. dicitur, Audi Iſrael, ne dicas, propter iuſtitiã meam introduxit me Deus, vt terram hanc poſsiderem; quia non propter iuſtitias tuas, ſed quia illæ egerunt impie, deletæ ſunt. Itaque contra illos infideles idololatras noui orbis, vbi per idololatriã blaſphematur Deus, agentes cõtra legem Chriſti, & contra legem naturæ iuſtum bellum poteſt indici à Rege noſtro; quia monarcha eſt in regno ſuo; præcipue, quòd Rex Hiſpaniæ iure proprio, & ex conceſsione, et gratia ſummi ſacri Romani Pontificis, anno domini, milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo tertio, quarto nonas Maii, poteſt cogere illos infideles noui orbis, vt non viuant contra legem naturæ, ſed viuant ſecundum Hiſpanicam legem. Legitur etiam in c. xviii. Deuteronom. Quando ingreſſus fueris terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi; caue, ne imitari velis abominationes illarum gentium, ne inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem. Itaque iſtæ gentes propter idolatriam fuerunt deletæ. Quòd ſi ante aduentum circa Deum colendũ, & idola ſpernenda hæc præcepta ſeruanda ſunt, quanto magis poſt aduentũ Chriſti, ſeruanda ſunt, vt in c. ſi audieris. xxv. q. v. Et iſti infideles, vt omnibus notum eſt, immolabant victimas humanas, & contra legem naturæ delinquebant; vnde in peccato contra naturam papa, & Rex noſter poſſunt eſſe iudices. Sed inter eos habet locum præuentio, vt in c. paſtoralis. c. duo, de offic. ordi. quia idololatria, & peccata contra naturam concernunt Dei reuerentiã, qui eſt conditor vniuerſalis creaturæ. & de hoc vide Barto. in l. ſenatus ff. de accuſa. & vide in c. gaudemus, de diuor. & vide Innocen. in c. quod ſuper, de voto. & vide ea, quæ notantur per Abbatem in c. in Archiepiſcopatu, de rapto. dicentem, quòd papa punit infideles contra legem naturæ delinquentes. Et aduerte, quia Innoc. in d. c. quòd ſuper; dicit, quòd ſi infideles ſunt infeſti Chriſtianis, vel delinquant contra legem naturæ, quòd poterit eis indicere bellum, & eos priuare, & debellare dominia ſua. tenet etiam ibi dominus Abbas poſt Innoc. & ibi dicit Hoſtienſis, quòd ſi infideles non cognoſcunt dominiũ eccleſiæ, licite poſſunt bonis ſpoliari per id, quod habetur. Eccleſiaſtices x. Transfertur à gente in gentem regnum, &c. Et infideles non habent aliam legem licitam præter legem naturæ; ſi delinquunt in illam, puniuntur, vt dixi. ita Inno. in d. c. quod ſuper, de voto. ſed Panor. dicit ibi, aduerte, quia Innoc. omnem iuriſdictionem infidelium videtur attribuere papæ; quod non procedit indiſtincte; nam omnes infideles ſunt ſub Imperatore, vt C. de Iudæis; & C. de paganis per totum; & c. poſtulaſti, de Iudeis. & Imperator ſaltem quò ad exercitium habet iuriſdictionem in vniuerſo orbe, & eſt dominus mundi. hæc illæ. Sed tu vide ea, quæ ſcripſi in c. de Imperatore, & in c. de voto, infra in iſto Speculo. Sed hos infideles non poſſeſsionibus, & facultatibus ſpoliandos eſſe credo, nec in ſeruitutem redigendos, ſed Regi catholico noſtro ſubiiciendos, vt ex infraſcriptis dicendis apparebit, ne fidem, aut eius propagationem impediant prædicationibus obſiſtendo, & Deum per idololatriam blaſphemãdo: quia iſti barbari implicati ſunt grauiſsimis peccatis, vt dixi. Et hodie etiam eſt vnicus monarcha Rex noſter; quia Imperator eſt, & dominus totius orbis, ratione protectionis, & iuriſdictionis, vt vniuerſo orbi notum eſt, & vt dixi ſupra. De hoc vide infra in titu de Imperatore, & ſupra c. xvi. Hoſtes fidei, & principis ſunt dicti infideles, & ipſo iure ſunt diffidati à lege, vt per Alexan. in l. hoſtes; & per Bald. & Pau. in auten. nauigia. C. de fur. cum non ſit locus in mundo, in quo nomen Chriſti non fuerit laudatum,

eum,& cultum; & de apoſtolis dicitur, quòd in omnem terram exiuit ſonus eorum,vt in c.fundamenta,de elect.in vi.c.ita dominus.xix.diſt.& ipſe Saluator dixit diſcipulis ſuis,Eritis mihi teſtes in omni Iudæa,& Samaria,& vſque ad vltimum terræ.& pro hoc xxi.diſt.c.in nouo:vbi litera dicit; Diſcipuli iubente domino in toto omni orbe terrarum diſperſi euangeliũ prædicauerunt. De Chriſto enim verificatur,quod omnes Reges terræ adorabunt eũ, & omnes gentes ſeruient ei.c.diſplicet.xxiii.q.viii. Vnde de eccleſia catholica intelligitur illud,quod Abraham dicit Saræ vxori ſuæ conquerenti de illa infideli ancilla;Ecce,inquit,ancilla tua in manu tua,utere ea. Per Sarram enim iſta ſancta catholica eccleſia ſignificatur;per ancillam,illa maledicta ſecta infideliũ. Vtatur ergo iſta ſancta eccleſia,quæ per Sarram ſignificatur,iſta maledicta ancilla, vt fuit vſa illa beata Sarra,illam affligendo. Vtatur etiam ea,vt præcepit Dominus,eam eiciendo,& expellendo,& filios eius ab hæreditate,& poſſeſsione,ne partem habeant cum filiis liberæ. Nam cum ſint filii ancillæ,& ſic ſerui,non ſunt capaces iuriſdictionis,dominii,vel honoris,vt per Auguſtinum cõtra Petilianum;vbi dicit; Ad omnes iniquos, & impios illa vox domini valet; Auferetur à vobis regnum Dei ſpirituale,& temporale,& dabitur genti facienti iuſtitiam.i. populo Chriſtiano. An fruſtra ſcriptum eſt;labores iniuſtorũ pii edent? quæ verba ſunt canonizata in c.ſi de rebus.xxiii.q.vii.vbi dicit Cardinalis doctiſsimus ille de Turrecremata exponendo textum; Auferetur regnum non ſolũ ſpirituale,& æternum,ſed temporale; & dabitur genti facienti iuſtitiam in populo Chriſtiano,vt dixi;quia infideles vtuntur dominio,& iuriſdictione ad perniciſsionem,& offenſam Dei.& voluit Chriſtus,vt omnis homo eſſet Chriſtianus,vt conſtat per totam euangelicam doctrinam.& voluit etiam,vt omnis homo eſſet ſubditus Regi Chriſtiano,vt infra dicetur.Sed ſi infideles noui orbis non perſequuntur Chriſtianos,& Regi noſtro vbique, vt vaſalli, ſeruire, & obedire parati ſunt;non poſſumus expugnare eos,vt dixi ſupra.Quod eſt notandũ per tex.notabilem in c.diſpar.23.q.viii.vbi dicitur;Saracenos debemus perſequi,nõ Iudeos;quia Iudei vbiq; ſeruire parati ſunt,vt dicemus infra.Itaq; per iſtũ tex.infideles noui orbis tenentur obedire Regi Hiſpaniarum;aliàs licite debellantur.Sed ſi volunt ſoluere tributũ pacifice,dic vt infra dicemus. Et Imperator eſt vicarius Chriſti in temporalibus,vt p Bal.in l.1.C.de iure aureo. anulorum. & auctoritatem habet à Romano Pontifice,vt dixi.& ſicut Deus iudicauit gentes agentes contra legem naturæ,Gen.18.ſic ad Regem noſtrum ſpectat punire,& debellare paganos, & alios barbaros agentes contra legem naturæ,& contra legẽ Chriſti.Itaq; hodie non eſt dominium nec iuriſdictio,nec poteſtas penes infideles. Nam per aduentũ Chriſti tranſlata ſunt in Chriſtianos, vt p Auguſt.in d.c.ſi de rebus.& ibi Cardinalis de Turrecremata(vt dixi.)& ita tenet Cardin. Hoſti. doctiſsimus canoniſtarum in c.cum ſuper.de voto.& Oldra.ſequitur eum in conſ.lxxi.Et poſtquam Chriſtus venit in mundũ,præcepit,vt Pontifex cœleſtia diſpenſaret, & Rex tantũ terrenis præſideret.Itaq; poteſtates ſunt diuiſæ per aduentũ Chriſti,vt in c.cum aduentũ.xcvi.diſt.& ibi dicit Card.ſancti Sixti;Ante aduentum Chriſti iura imperialia, & pontificalia erant indiſtincta, idem erat Imperator,& Pontifex,vt in c.cleros.xxi.diſt.ſed à Chriſto diſtincta ſunt iura,& officia Imperatoris,& Pontificis;& alia ſunt attributa imperatori,ſcilicet temporalia; ſed ſpiritualia ſunt conceſſa Pontifici. Tempore etiã legis naturæ ſimul ambo concurrebãt regnũ ſcilicet, & ſacerdotium,vt omnes primogeniti Regũ ſacerdotes eſſent, & Reges;& iuriſdictionẽ in temporalibus,& ſpiritualibus exercebant.Nec debebant diſtingui illo tempore; quia nondũ erant ſacerdotes vocati ad ſpiritualis vitæ exercitium,ſicut tempore gratiæ. Et leuitæ in templo Dei myſtici ſacramenti miſteria explebant in veteri teſtamento.c.cleros xxi.diſt.& de hoc videbis ſupra in iſto Spec.c.xvi.Et de hoc manifeſte figurabat ab eterno Deus hæc officia diuidẽdo in duo magna luminaria;vnum,quod præeſſet diei.i.ſpiritualibus, alterum vero nocti. i. temporalibus. Et Reges Chriſtiani ſunt dati à Deo ad vindictã malefactorũ,& ad laudem bonorum,vt per Ambroſium in c.magnum xi.q.i.ubi legitur;Magnũ quidem eſt,& ſpeciale documentum,quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur eſſe ſubiecti.Sequitur tex.Item Apoſtolus,Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.Item Petrus Apoſtolus ſcribit ad Titum;Admone illos principibus,& poteſtatibus ſubditos eſſe.Itaq; hodie non eſt honor,nec poteſtas,nec dominium penes infideles(vt dixi)& ſi Ieſus Chriſtus Rex Regum,cui data eſt omnis poteſtas in cœlo,& in terra,miſit ad capiendam poſſeſsionem mundi Apoſtolos,& non milites armatæ militiæ,dico quòd miſit ad capiendam poſſeſsionem regni ſpiritualis,non temporalis. Et licet ſecundũ veritatem diuinitatis omnia ſint ſubiecta Chriſto, tamen quantum ad humanitatem in primo aduentu ſuo non venit ad dominandum temporaliter. Ideo declarauit Pilato regni ſui conditionem dicendo; Ego in hoc natus ſum temporaliter,& ad hoc veni in mundum per carnis aſſumptionẽ, vt teſtimonium perhibeam veritati docendo,radicando veritatem de diuinis in cordibus fidelium, & per conſequens in talibus ſpiritualiter ego regno. Et quia regnum Chriſti erat ſpirituale, in nullo impediebat Imperatoris Romani dominium,de quo querebat Pilatus.Et Chriſtus ſoluit tributum;Et dixit etiã;Reddite, quæ ſunt Cæſaris,Cæſari;& approbato Imperio tranſtulit in Chriſtianos.Et quia Imperator debet eſſe de ouili eccleſiæ,& de ouibus Chriſti,data eſt papæ facultas

examinandi,& cognoſcendi,ſi talis eſſet,vt in c.venerabilem,de electio.& in clem.vno,de iur.iu-
ran.quia qui non eſt Chriſtianus,nó poteſt exercere iuriſdictioné temporalem, vt per Bart.in ru-
brica.ff.de iuſti.& iure.& adde ad ea,quæ ſuperius diximus.Ecce ꝙ Imperator noſter,vt Impera-
tor,& vt monarcha,& Rex Hiſpaniarú, & auctoritate Apoſtolica ſibi conceſſa poteſt per prædi-
cta occupare dominiú noui orbis;vbi habitatores idololatrant,& viuunt contra legé Chriſti, &
contra legem naturæ;quia(vt dixi)apud idololatras non eſt dominium,nec poteſtas,nec honor,
quia per aduentum Chriſti translata ſunt in Chriſtianos.Auferetur à vobis regnum , & dabitur
genti facienti iuſtitiá;transfertur enim regnum de gente in gentem propter iniuſtitias;& labo-
res impiorum pii edent.Et etiam legitur;inimicos meos illos,qui voluerunt me regnare ſuper ſe;
præcipue quòd miraculoſe ducente diuino ſpiritu Reges Hiſpaniarum obtinuerunt dominiú il-
lorum infidelium.Et pie credendú eſt,quòd regna illa tranſtulit Deus in Reges noſtros,poſtquá
completæ fuerunt iniquitates eorum,vt per dominum fuit dictum Abrahæ; Necdum enim com
pletæ ſunt iniquitates Amorreorum,Gen. 15.Deus enim expectat in talibus menſurá ſui iudicii
vel occulto Dei iudicio voluit Dominus,ut cum effectu prædicaretur Euágelium illis gentibus
regnante Rege Hiſpaniarum;quia Reges(vt dixi)procedunt ex Dei ordinatione;qui ſecundú vo-
luntatem ſuam transfert regna,& conſtituit,vt in c.ii.Dani.& hoc contingit frequenter propter
peccata hominum.Et aliquando malos homines in regnum eleuat ad punitionem aliorú pecca-
torum;ſicut patet de Ciro, qui ex ordinatione Dei eleuatus eſt in regnú,ad deſtructionem Chal
deorú,& liberationem Iudeorú,ſecundum ꝙ dicitur Iſai.xlv.Hæc dicit Dominus Chriſto meo
Ciro,cuius apprehendendi dexterá,vt ſubiiciam ante facié eius gentes.Sed animaduertendú eſt,
quòd illud,quod dixit Apoſtolus ad Romanos;Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdi
ta ſit.Et illud,quod dixit Petrus; Eſtote ſubditi dominis veſtris;fidelibus ſcribunt,non paganis;
vt per Ambr.in d.c.magnum.xi.q.i.Sed Rex noſter tenetur mittere ad hos idololatras, prædica
tores bonos;qui opere,& ſermone conuertant eos ad eum obſeruando mandatum domini dicen
tis Matt.vlt.Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos & c. docentes eos ſeruare omnia
quæcunq; mandaui vobis.Et an Rex poſsit auferre Saracenis filios paruulos,eos facere baptiza-
re,vide Card.in clem.vna,de Iude.& Sara.ad finem.Et quia Rex in regno ſuo dicitur lex anima-
ta,& Reges dicuntur,quaſi in virtutibus alios regentes,debent Reges Hiſpaniarú nominare opti
mos vicarios,iudices,præſides,& miniſtros; vt vtroq; tempore bellorú,& pacis vnicuiq; ius ſuú
tribuant in illo nouo orbe diuina virtute,& Apoſtolica ſibi conceſſo.Et recordentur Principes,
quia debent imitare Deum,vt in auth.vt omnes obed.iud.prouin.§.arripiant.colla.v.& vtinam
Reges poſſent dicere cum Dauid;Oculi mei ad fideles terræ,vt ſedeant mecú.Et eſt impoſsibile,
quòd illi,recipiant prædicatores,niſi ab adminiſtrante iuriſdictionem temporalem mittantur,et
conſeruentur.Itaq; Rex noſter iuſte debellauit,& poteſt cótinue iuſte debellare illos idololatras
noui orbis;& omnes illi debent eſſe vaſſalli angarii,ſed non perangarii; ſed ex delicto poſſunt fie
ri per angarii ſcilicet ſi fuerunt rebelles.Et eſt aduertendú;quòd generatio iſta non fuit ullo tem
pore moleſta religioni Chriſtianæ,& non aſperis,ſed blandis verbis ſunt ad fidem prouocádi.c.
qui ſincera.xlv.diſt.& c.debet homo.xxiii.q.iiii. Sed licet generatio iſtá nó fuerit moleſta religio
ni Chriſtianæ,ſubditi,tamen,& vaſalli debent eſſe Regi noſtro,vt dixi;quia poſt aduentú Chri-
ſti apud infideles non eſt honor,neq; dominú, neq; poteſtas,vt dixi.Ideo infidelium terrá,quam
tenent iſti infideles,licitum eſt inuadere; quia domini eſt terra &c. ipſe enim Deus creator eſt o-
mnium vniuerſorú,& hæc omnia ſubiecit domino rationalis creaturæ , propter quá hæc omnia
fecit,Gen.c.i.Hæc igitur à principio fuerunt communia,quouſq; introductú fuit,quòd terræ di
uiderentur,& limitarentur,vt vnuſquiſq; quod ſuum erat,ſciret;quod de iure gentium introdu
ctum eſt,vt in c.ius gentiú.i.diſt.nec fuit hoc malú,immo bonum; quia communio parit diſcor-
diá.ff.de lega.ii.l.cum pater.§.dulciſsimis.Habuerunt etiam primi paréntes dominia particularia
per diuiſiones inter eos factas,ſicut apparet in Abraham,& Loth,quorú vnus accepit ad dexte-
ram,alius ad ſiniſtrá.Gen.xiii.Super homines vero tanquam ſuper ſeruos nullus habuit dominiú
ante ius gentium,natura enim omnes homines liberi ſunt,inſtit.de libertinis.§.i.Sed gladius da-
tus ad vindictam quomodo cepit,neſcio,niſi quia forte Deus dedit aliquem,vel aliquos,qui face
rent iuſtitiam ſuper delinquentes.& vide infra in tit.de Rege,& regia dignitate;vbi multa de ori
gine Regum.Sed & iure naturæ pater familias ſuper familiam ſuam omnem iuriſdictioné habuit
à principio.Hoſt.in c.quod ſuper,de voto.quamuis hodie nó habeat,niſi in leuibus,& paucis.ff.
de furtis.l.ſerui,& filii.i.reſpon.& de fur.l.reſpiciendú.§.furta domeſtica.& l.congruentius.C.de
patria poteſtate.Hoc autem certum eſt,quòd ipſe Deus à principio per ſe iuriſdictioné exercuit,
& iuſtitiam fecit in cœlo expellendo angelos de paradiſo,expellendo etiam hominem,& in mú-
do mittendo diluuium,vt Eze.c.28.& Eſa.c.14.Gen.3.& 7.& multa alia ſunt exempla,quæ in di
uerſis locis ſacræ ſcripturæ colligi poſſunt.Sed omnis poteſtas à Deo eſt ordinata,vt in c. xiii. ad
Roma.vnde & qui poteſtati reſiſtit,ordinationi Dei reſiſtit c.qui reſiſtit.xi.q.iii.Sed per electio-
nem conſtituuntur principes ſuper homines, vt patet in Saul , & multis aliis,c.licet.viii.q.i.& c.

ergo.

ergo, & c.audacter, & in multis aliis capitulis, & c.legimus.xciii.diſt.Sed in Anglia, & Gallia, & Hiſpania, & aliis prouinciis Reges conſtituuntur per ſucceſsionem, & non per electionem. Et naturale eſt vnum ſolum Deum colere, & nõ creaturas: inde eſt quod papa iudicat, & punit Iudeos, ſi contra legem faciant, in moribus, Et eodem modo punit eos ſi contra legem ſuam hæreſes inueniat, & obſeruent; & hac ratione moti papa Greg.ix. & Innoc.iiii. & papa ſanctiſsimus Iulius tertius mandauerunt comburi librum, quem Iudei vocant Talmuth; in quo multæ hæreſes continentur. Et licet infideles ad fidẽ præciſe non cogantur, quia omnes ſunt libero arbitrio relinquendi, & ſola gratia Dei in hac vocatione valet. c.de Iudeis.xlv.diſt.c.ad fidem 23. q. v. & dixi ſupra; poteſt tamen papa mandare infidelibus, quòd in terris iuriſdictionis ſuæ euangelii prædicatores admittant; nam cum omnis rationalis creatura facta ſit ad Deum laudãdum, iuxta illud Pſal. Laudate Dominum omnes gentes: & iterum, Omnis ſpiritus laudet Dominum; certum eſt, quòd ſi prædicatores prohibeant pagani prædicare, peccant; & ideo à papa puniendi ſunt. Et ſi diceret aliquis; nihil ad nos de his; qui foris ſunt, vt ait Apoſto. & c.multi.ii.q.i.ſolu. Verum eſt excommunicando, vel præciſe ad fidem compellendo, cum ſola gratia Dei vocandi ſint, vt in d.c.de Iudeis.xlv.diſt.aliàs ſi nos, vel prædicatores perturbent, ſeu inquietent, ſeu bona noſtra occupent, vel ſi nolent obedire Regi noſtro, vt ſuperius dixi, per text.ſingularem in c.diſpar.23 q.viii.multum ad nos, vt per doct.in c.gaudemus, de diuortiis; vbi dicit Panor. Infideles delinquentes contra ius diuinum puniri poſſunt. itaque lex diuina omnes infideles comprehendit. Ideo mihi videtur, quod in aduentum Chriſti omnis honor, & omnis principatus, & omne dominium, & iuriſdictio de iure, & ex cauſa iuſta per illum, qui habet ſupremam manum, nec errare poteſt, omni infideli ſubtracta fuerit, & ad fideles tranſlata, vt dixi ſuperius; & probatur in d.c.ſi de rebus.23.q.vii. & probatur Eccleſiaſt.x. Regnum de gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuerſos dolos. Quod hoc factum ſit, comprobatur in c.trãſlato, de conſtit. & in perſona Chriſti filii Dei viui; quia non ſolum ſacerdos fuit, ſed & Rex, Luc.c.i. Ecce concipies in vtero, &c. Regni eius non erit finis. Vnde & ipſe dixit, Matt.xxi. Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti iuſtitiã.i.populo Chriſtiano, vt ſuperius dixi. Vnde conſtanter aſſerimus, quod de iure infideles debent ſubiici fidelibus, non è contra; vt patet in eo, quod legitur, & notatur in c.i.de Iudeis in fine. & c. & ſi Iudeos.§.inhibemus. Concedimus tamen, quòd infideles, qui dominium eccleſiæ recognoſcunt, ſint ab eccleſia tolerandi; quia nec ad fidem præciſe cogendi ſunt, vt dixi ſupra. Tales etiam poſſunt habere poſſeſsiones ex tolerantia eccleſiæ; alios autem infideles, qui nec poteſtatem eccleſiæ Romanæ, nec dominium recognoſcunt, nec ei obediunt, indignos regno principatu, iuriſdictione, & omni dominio iudicamus, vt diximus de mente Hoſt.in d.c. quod ſuper his, de voto. Itaque papa habet iuriſdictionem temporalem proprio iure, ſcilicet quãtum neceſſarium eſt ad conſeruationem rerum ſpiritualium ad directionem hominum in ſalutẽ æternam, ad correctionem peccatorum; & poteſt cogere iſtos idololatras ad legem naturæ ſeruãdam, quæ præcepta in decalogo continentur, Matthei vltimo; Docete omnes gentes, &c. Et poteſt cogere eos, vt dixi, vt prædicatores admittant, & audiant; nam colentes idola violatores ſunt legis naturæ, & agunt contra legem Chriſti. Ideo papa poteſt ex cauſa maxima transferre imperium, & regna de gente in gentem, vt in c.venerabilem, de election. & ſic papa tranſtulit imperiũ Græcorum in Germanos; & Alexander ſextus Pontifex maximus tranſtulit illam regionẽ noui orbis in catholicum Regem Ferdinandum Regem noſtrũ; & de hoc videbis in c.xvi.iſtius Speculi. Et licet omnis poteſtas dicatur à Deo, quandoque tamen poteſtas non à Deo eſt, ſed ex peruerſo hominis appetitu, qui per ambitiones, vel quocunq; alio illicito modo poteſtatẽ adipiſcitur, Amos vi. Nunquid in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua. Quandoque autem non eſt à Deo poteſtas, puta cum ſunt aliqui ſecundum illud Pſal. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnũ aduerſus dominum, &c. & Oſeæ.c.viii. Ipſi regnauerunt, & non ex me; principes extiterunt, & non cognoui. Bene hoc poſſemus dicere de omnibus infidelibus; & in ſpecie de infidelibus noui orbis, quia ſunt hoſtes fidei, & ideo ſunt ipſo iure diffidati à lege, vt per Alex.in d.l.hoſtes.ff.de capti. & poſtlimi.re. & Pau. & Bal.in authen.nauigia.C.de furt.vt dixi; licet non ſint moleſti religioni Chriſtianæ; quia idolorum cultores ſunt, & inimici Chriſti ſunt. Sed concludendo materiam præſentis capituli dico, quòd ſi iſti infideles noui orbis nolunt acceptare prædicatores, qui ordinatione Dei, & Romani Pontificis mittuntur, nec obedire Regi noſtro, vt vaſalli tenentur obedire Regi ſuo, poſſumus dicere, quòd generatio iſta praua eſt, & religioni Chriſtianæ moleſta: & iuſte pugnabitur contra illos, vt in c.diſpar.23.q.viii.quia fugiunt prædicationem, & doctrinam Chriſti, & conuerſationem chriſtianorum, & nolunt obedire Regi noſtro fugiendo colloquia vaſſallorum ſuorum: & papa in illis terris poteſt conſtituere epiſcopos, & prædicatores ad præſentationem Regis catholici noſtri, vt in præſentia fit, per ea quæ latiſſime ſcripta ſunt. Sed ſi iſti acceptant prædicatores chriſtianos, & obediunt Regi Hiſpaniarum, vt dixi, non poſſumus expugnare dictos infideles: & iſta eſt veritas, & ita intellige doctiſsimum caietanum; nec hos infideles poſſeſsionibus, & facultatibus ſuis ſpoliandos eſſe credo, nec in ſeruitutem redigendos, ſed

Regi catholico noſtro,& ditioni eius ſubiiciendos,ne fidem,aut eius propagationem impediant prædicatoribus obſiſtendo,vt ſupra dixi. Et in d.c.ſi de rebus, dicit Auguſti. contra Petilianum; Quid ergo indignum,ſi ea,quæ tenebant hæretici ſecundum parem voluntatem domini,catholici teneant? ad omnes iniquos,& impios illa vox domini valet; Auferetur à vobis regnum Dei,& dabitur genti facienti iuſtitiam.à populo Chriſtiano:an fruſtra ſcriptum eſt;Labores impiorum pii edent? Quapropter magis mirari debetis,quòd adhuc tenetis aliquid,quam quod aliquid amiſiſtis; quia illius imperio,cuius facta ſunt omnia,facta ſunt noſtra, & iuſte noſtra ſunt. vos eis utebamini ad præſciſsionem,nos ad vnitatem. Et vide omnia , quæ dixi in iſto Speculo in tractatu de bello,Sed aduertite,quia aliqui ſunt naturaliter ſerui , & expedit aliquibus aliis eſſe ſubiectos. Aegidius Roma. in iii.p. libri. ii. de regimine princi.c.xiii.& xiiii. dicit; Oſtendemus primo ſeruitutem aliquam naturalem eſſe,& quòd naturaliter expedit aliquibus aliis eſſe ſubiectos:quod probat Philoſophus primo Poli. Dicit etiam Aegidius Romanus in d,c.xiii. Sicut naturale eſt,beſtias ſeruire hominibus,ſic naturale eſt ignorantes ſubiici prudentibus ; expedit enim eis ſic eſſe ſubiectos,vt per eorum induſtriã dirigantur,& ſaluentur. Quare ſeruitus eſt aliquo modo quid naturale,& naturaliter expedit ſocietati humanæ,aliquos ſeruire, & aliquos principari. Sed præter ius naturale propter commune bonum oportuit dare leges aliquas poſitiuas,ſecundum quas regerentur regna,& ciuitates. ſic viſum fuit conditoribus legum,quòd præter ſeruitutem naturalem,ſecundum quam ignorantes debent ſeruire ſapientibus,eſſet dare ſeruitutem legalem,& quaſi poſitiuam;ſecundum quam debiles, & victi ſeruirent victoribus,& potentibus. Eſt enim iuſtũ legale,vt recitat Philoſophus.i.Poli. ſuperatos in bello ſeruire ſuperantibus. Videtur autem huiuſmodi iuſtum, quod ſecundum Philoſophum eſt ſecũdum quid poſitiuum,triplicem congruitatem habere ; quarum prima ſumitur ex conditoribus legum, ſecunda ex defenſione patriæ; tertia ex ſalute debellatorum. Et ſanctus Tho. in libro de regimine principum, libro iiii.c.xi. dicit; Interdum enim dum populus nõ cognoſcit beneficium boni regiminis,expedit exercere tirãnides, quæ aliquando ſunt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ ; quoniam aliter multi populi regi nõ poſſent,niſi in virga ferrea : nam apud quaſdam barbaras nationes regale dominium eſt omnino odioſum,quia aliter regi nõ poſſunt. verba gẽmea ſunt;ideo notate ea,& addite ad ſuperius dicta.

De auctoritate epiſcopali. Cap. XXXII.

ET notabis, quòd epiſcopus,vel alius prælatus,cui interdicitur ingreſſus eccl ſiæ , non p hoc perdit iuriſdictionalia. Ita doct. in c.ſacro,de ſenten. excomm. Sed non poteſt recipere clericos alienos quò ad ordines , ſed poſtquam eis dederit beneficia, poterit eos ordinare: quia incipiunt eſſe ſui ſubditi. ita Panor. in c.cum iam dudum,de præbend. Sed ſi beneficium confert epiſcopus indigno,priuatur poteſtate conferendi pro prima vice,ſi ſcienter fecerit. Ita Panor. in c.cum in cunctis.§.clerici ſane, de electio. Et an poſsit eximere aliquam eccleſiam à iuriſdictione ſua,vide Panor, in c.conſtitutus,de religio. domi. Et an archiepiſcopus poſsit compellere epiſcopum ſuffraganeum ad acceptandum commiſsionem circa ea,quæ ſunt conſecrationis,ſeu ordinis, vide per doct. in c. quoad ſedem,de officio ordina. Et ibi etiã dicit Panor. nota,quòd epiſcopus, ſeu archiepiſcopus poteſt committere ea,quæ ſunt conſecrationis,ſeu ordinis epiſcopo,ſicut cõmittit ea,quæ ſunt meri imperii , cum in ea exerceatur iuriſdictio ex officio nobili,& ad publicã vtilitatem. facit tex. in c.aqua,de conſecra. eccleſiæ,vel altaris.& c.ſuffraganeis, de electi.& ibi dicitur,& in d.c.quo ad ſedem, quòd epiſcopi ſubiecti archiepiſcopo dicuntur ſuffraganei, ſuffragantur enim ſibi in conſecratione, & in aliis,nam requiritur conſilium epiſcoporũ in ordinatione prouinciæ.c.i. & ii.xi. q.iii. & cum conſecrat epiſcopum , debet habere ſecum alios epiſcopos (vt diximus.) xlv. diſt. quaſi per totum. Et epiſcopus originis, vel domicilii poteſt promouere quem ad ſacros ordines ſine licentia proprii epiſcopi. Sed vide Abb. in c.nullus epiſcopus, de paroc. Sed non poteſt epiſcopus eſſe canonicus in illa eccleſia,in qua ipſe eſt epiſcopus,vt in c.poſtulaſti , de conceſsio. præben. Et epiſcopus licet non poſsit tollere votum in totum, poteſt ipſum commutare,vt per doctores in c.propoſuit,de conceſsio. præben. Debet etiam epiſcopus examinare clericum ſibi præſentatum per literas commendatitias. docto. in c.in concilio, de præbend. ſed non poteſt delegare ea,quæ ſunt ordinis illi,qui non eſt epiſcopus. c.aquam,de conſecra. eccl. vel altaris. Et epiſcopus poteſt compellere canonicos ad ſubdiaconatum,vt per Panor. in c.extirpandæ.§.qui vero, de præben.& ibi dicit etiam,quòd epiſcopus poteſt ex beneficio pingui conſtituere duo ex cauſa. Et epiſcopus,qui petit, & obtinuit licentiam de cedendo , an poſsit re integra ab ea recedere, vide Anto. de Butrio in c. quidam, de renuntia. Et notabis, quòd epiſcopi in concilio ſunt tanquam vniuerſitas,non vt ſinguli. ita Panorm. in c.ſi. de reiudi. An,& quando epiſcopus poſsit extra ſuam diœceſim celebrare, vide Anton. in c. ſide. de vſu pallii. dicit etiam in c. fin. de ætate, & qua. Si epiſcopus priuatur, remanebit habitus officii, & remanebit character. Si epiſcopus delinquit extra ſuam diœceſim , qualiter puniatur, vi. Panorm. in c.inferior , de maiori.

ior.& obe.vbi videbis. Et epiſcopus debet tractare ſacerdotes non vt vaſallos,ſed vt fratres, ita Panor.in c.i.de exceſs.præla.& compelluntur venire ad concilia prouincialia,vt per doct.in c.fin. de his,quæ fiunt a præl.ſine conſ.cap.Et epiſcopus in dioceſi ſua eſt maior quocunque principe ſeculari,vt per doct.in c.ſolitæ,de maio.& obed.Et notabis ad multa,quòd epiſcopatuum diuiſio eſt de iure poſitiuo.ita Panor.in c.per venerabilem,qui fil.ſint legit. Sed ſi epiſcopus præſtat cauſam directe,vel indirecte homicidio,priuatur ab officio ſacerdotali,vt per Panor.in c. ex literis,de exceſ.prel.Sed prælati habentes iuriſditionem temporalem non debent præſtare præſentiã ſuam,quando fit iuſtitia corporalis:quia videtur præſtare opem,& incurrit irregularitatem, vt per Panor.in c.ex literis,de pign.Et epiſcopi non ſeruantes, vel ſeruari facientes ſacros canones an incidant in periurium,vide Pano.in c.ego enim Epiſcopus,de iu.io.Sed ſi epiſcopus fuerit depoſitus,& appellauit,pendente appellatione exercet iura epiſcopalia,& idem in aliis;vt per doct. in c.ii.vt lite pendente.Et licet aliqui epiſcopatus habeant maiores redditus,ſunt tamen paris dignitatis,ita Panor.in c.fi.de tranſl.prelat.& c.legimus.xxiii.diſt. Et ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis non poſſunt adquiri;illa vero,quæ ſunt dignitatis,aut iuriſditionis,poſſunt adquiri,vt per docto.in c.accedentibus,de exceſſ.præla.Et epiſcopus non poteſt ſeipſum abſoluere a iuramento; & authorizare non poteſt quis ſibi ipſi.ita Pan.in c.at ſi clerici.§.adul. de iud. Et aduertãt epi, ꝙ licet ſit ſtatutus certus numerus canonicorum antiquitus, ſi iã creſcant facultates eccleſiæ, præbendæ debent augeri,doct.in c.cler.de vi.& hon.cler.Et vide gl & doct.in c.in nouo teſtamento.xxi.diſt.& ita alia beneficia augenda ſunt,vbi facultates eccleſiæ creſcunt.Et epiſcopus de iure cõi eligit ſacerdotes;& de iure cõi ad epiſcopum ſpectat electio canonicorum.videbis optimã gl. & vid. doc.in c.i.xxi.diſt. Et Moyſes in veteri teſtamento elegit ſacerdotes ordinatione dei,& dominus in nouo, vt in d.c.in nouo teſtamento.xxi.diſt.& videbis.j.in c.lxvi.

De horis canonicis. Cap. XXXIII.

ET Epiſcopus poteſt habere certum modum in dicendis diuinis officiis, qui in ſua cathedrali eccleſia obſeruetur,arg.c.illa.xii diſt.quoniam ipſe eſt caput.c.cum non liceat,de præſcrip,Et licet Romanus Pontifex conſtituerit certum modum in horis dicendis per circulum anni,quem ſeruant.c.in die,de conſecr.diſt.v.& ibi notatur;non tamen aliis præcipit obſerre.Igitur permittitur.vt quælibet eccleſia cathedralis ſibi modum competentem inueniat,quem obſeruare tenentur omnes clerici.Et papa non poteſt diſpenſare in toto,ſed in tanto,in horis non dicendis;quia quòd dicantur horæ,eſt de iure diuino,ſed quod debet dici pro horis, non eſt ex præcepto,vt per Card.in cle.i.de celeb.miſſ.& in cle.dignum. Videtur igitur ſecundum eum in dicta clem.dignum,quòd papa poſsit diſpenſare in tanto;ſed quòd non teneatur quis orare,hoc non poteſt concedere papa;quia eſſet contra ius diuinum. Et horis debitis debet dici diuinum officium.Et papa,& Cardinales,& alii pontifices pro parte maiori hoc obſeruãt,dicendo de mane officium vſque ad ſextam,& nonam incluſiue propter occupationes ſuperuenientes poſtea. Nam cum prima hora diei ſit aptior,& deuotior;ideo melius eſt præuenire horam, quàm præueniri,ad hoc eſt tex.cum glo.in l.ii.ff.de verb.ſign.Et quòd hoc poſsit fieri, habes notabilẽ tex. cum gl.in c.i.de celeb.miſſ.qui ex cauſa permittit,vt poſsit clericus de mane etiam veſperas dicere.Itaque ex cauſa licita,& neceſſaria poteſt clericus licite ſeruare, quod dictum eſt ſecundum Hoſtien.& Panor.in c.i.de celebr.miſſ.Sed in eccleſia,in qua ſolent diuina officia publice dici,debent horæ canonicæ celebrari competentibus horis.Et refert Panor.poſt Ioan.and.hoc miraculum de quodam ſancto heremita,quem angelus paſcebat,& tempore vuarum portabat ei quandoque vuas bonas,quandoque marcidas,quandoque agreſtes.Interrogatus angelus ab heremita,quæ ſit tantæ diuerſitatis cauſa,reſpondit,quòd bonas portabat tempore,quo dicebat officiũ tempore competenti,& horis competentibus; agreſtes verò,quando anticipabat horam;marcidas, quando differebat vltra debitãm horam.Et hoc ideo quia heremita non occupabatur aliis exterioribus.Et competens tempus eſt,quando hora officii reſpondet horæ diei; vt ſic dicatur matutinum in nocte,prima in diluculo,& ſic de aliis horis.Et dicit Ioannes andr.in dicto capit. i.& ibi Panorm.quòd horæ canonicæ ſunt ſeptem,tres nocturnæ,& quatuor ſunt diurnæ.Nam matutinum,prima,& completorium ſunt horæ nocturnæ Dicit Hoſtien. quòd generalis conſuetudo habet,quòd in diebus communibus poſsit miſſa dici vſque ad ſextam, in vigiliis vſque ad nonam,in quatuor temporibus vſque ad veſperas,facit quod not.in cap.ſolet,de conſecratio. diſtin.i.& cap.non liceat,xliiii.diſtin. Quotidie in eccleſia miſſa cantatur multiplici ratione; primo quia oportet ſemper eſſe paratam medicinam contra peccata quotidiana. item vt Chriſtus nobis vniatur ſacramentaliter,& vero agno quotidie vtamur.item,vt ſit apud nos magnæ memoriæ ita ſanct.Thom.in iiii ſenten.diſtin xii.quæſt.i.artic.ii.Et de iſta materia videbis Panorm.in ca. i.de celebrat.miſſa.vbi ipſe dicit; Not.quòd de iure diuino clericus tenetur ad ſeptem horas canonicas; ſed non ſunt de iure diuino iſtæ horæ determinatæ: vnde officium, ſeu determina-

tio,& diſtinctio officii eſt de iure poſitiuo,ſed ſepties in die laudare eſt de iure diuino. Ex quo inſertur(vt ſuperius eſt dictum)quòd papa licite poteſt diſpēſare circa mutationem officii; ſed nō credo,quòd papa poſsit diſpenſare(vt dixi)quòd clericus non teneatur dicere aliquod officium, pro hoc,quod legitur,& notatur in c.propoſuit,de conceſ.præb.hoc adde ad ea,quæ ſuperius diximus. Et clericus beneficiatus,vel in ſacris conſtitutus,licet non ſit beneficiatus, eſt obligatus ad dicendum officium,clerici etiam tenentur ex præcepto dicere officium beatæ virginis. ſed & clerici in minoribus non beneficiati tenentur dicere officium,licet conſuetudo contrarium obſeruet,quæ non dicentes excuſat,vt per Panor.in d.c.i.de celeb.miſſ.vbi etiam dicit, quòd clericus non dicēs officium ſine cauſa rationabili tenetur ad reſtitutionem fructuum beneficii in foro animæ. Horæ canonicæ ſunt ſacrificium,ſeu hoſtiæ laudis,quas quis Deo de fructu labiorum ſuorum offert pure,& deuote: Itaque ſunt dicendæ verbali expreſsione. Et dicuntur horæ ab oro;quia orando,& contemplando debent dici. Et dicuntur canonicæ, quia a canone ſunt inductæ,vt in c.i.& c.dolentes,de celeb.miſſ. An clericus indeuote orans peccet mortalitar,vel venialiter,dic,quòd qui ex propoſito,voluntarie,aut malitioſe,aut negligenter indeuote horas dicit; vel aliquid ex eis omittit,vel ad hoc operam dat,puta ponendo ſe inter fabulas,is mortaliter peccat ſecundum Pau.& Guil.in clem.i.de celeb.miſſ.& facit regula,qui ex timore,vbi patet, ꝙ qui præceptum aliter facit,quàm debet,iam non facit. Sin autem ex negligentia leui, vel leuiſsima, quæ non prouenit ex propoſito,ſed præter voluntatem ad cogitandum de aliis rapitur forte de contemplatione,vel nimio ſomno,talis peccat venialiter.xxv.diſt.c.vnum orarium.§.alias; ſecundum Hoſt.Inno.& Ioan.and. Et eſt ratio ſecundum eum,quòd cum cor hominis ſit nobilius omni nobili,non eſt a Deo factus homo,quòd tales cogitationes poſſit euitare;quia non requiritur ſecundum theologos,quòd attentus ſemper permaneat in oratione propter actus eſſentiam. Vnde Pſal.xxii. Cor meum dereliquit me. Satis eſt,quòd maneat per virtutem;quod eſt,quando quis accedit ad legendum horas cum bona intentione,& ſic in proſecutione perdurare intelligitur,arg.de bapt.c.maiores.§.item quæritur. Et hoc eſt verum,niſi eſſet tanta diuagatio,quòd omnis attentio deperiret,& tunc habet locum,quod dicit Cypr.in lib.de oratione domin. Quando poſtulas te audiri,cum te ipſum non audias;& authoritas; Populus hic labiis me orat, corde autem,&c. Matt.xv. Videat quilibet tam clericus,quàm laicus,vt in oratione ſtet,vel ſedeat quietus,aut flectat deuotus,manus leuando,pectus tundendo,ſuſpirando,& ſurſum inſpiciendo. Iſti enim ſunt modi orandi in ſcripturis ſanctis approbati. Nam dicitur in Pſal. Stantes erant pedes noſtri.& Mar.xi. Cum ſtabitis ad orandū,dimittite. Sic Martha ſtetit,& ait ad Chriſtū;dn̄e non eſt tibi curæ,&c. Lucæ x. Sic leproſus genu flexit,& impetrauit curationem,Marci.i. Hydropicus ſtans ante Chriſtum obtinuit ſanitatem, Luc xiiii. De ſedendo,Matt.xxvi.dicitur;vbi Chriſtus dixit apoſtolis; Sedete hic,& orate,ne intretis in tentationem. Item Marci.xiiii. De quiete dicitur,Mat.vi. Cum oraueritis,intra cubiculum tuum,& clauſo oſtio ora. Cubiculum autem eſt locus quietis. De flexura dicitur de leproſo,qui ꝓcidens adorauit,Luc.v.& Pau.dicit; Flecto genua mea ad Deum pro vobis,ad Ephe.c.iii. Et item de eleuatione manuū habetur Exo.xvii.vbi Moyſes eleuatis manibus orauit. Et Dauid; Eleuatio manuū mearum ſacrificium veſpertinū. Pſal.cxl. De tunſione pectoris habetur Luc.xviii.vbi publicanus percutiens pectus orabat. De ſuſpiratione,Io.xi.vbi Chriſtus infremuit ſpiritu,& turbauit ſeipſum volens Lazarū ſuſcitare. De ſurſum inſpiciendo dicitur Io.xi.vbi Chriſtus ſuſpiciens in cœlum dixit; Pater gratias tibi ago,qm̄ exaudiſti me. Itaq; horæ canon.debent dici cum puritate; & ex hoc arguitur ſcđm Car.in cle.i.de cel.miſ.quòd qui eſt in mortali peccato,ſi dicit eas,nihil agit;ſicut ſunt concubinarii, ſures, & ſimiles;vnde in Pſal. Peccatori aūt dixit Deus;quare tu enarras iuſtitias meas? &c. Ex hoc etiā arguitur contra clericos,qui potius pro denario,quam pro Deo,accedunt ad officium, qui cōmittunt ſimoniam non verā,ſed mentalem,vt in c.fi.de ſim.& c.ſacerdos.i.q.i.vbi dicitur; Sacerdos in quacunque fuerit macula,non accedat offerre oblationes dn̄o. Dixi,quòd horæ cano.debent dici cū puritate;ſed qui eſt in mortali peccato,bene facit:ſi dicat,ad hoc ut deus citius illuminet mentē ſuam.ita Inn.in.c.dolentes,de celeb.miſſ.arg.c.quòd quidam.de pœ.& rem.vt per Card. in d.clemen.i.vbi dicit etiam,quid ſint horæ canonicæ,& quot,& quare ſint inſtitutæ;& dicit,quòd ſunt ſeptem,vt in glo. Et Ioā.de Imo.in d.cle.i.dicit,horæ canonicæ ſunt ſeptem,& Guid. dat verſus, ex quibus colligitur,quare ſunt ſeptem,videlicet. In matutino damnatur tempore Chriſtus. Quando ſurrexit,primam canit ordo fidelis. Tertia cum canitur,tunc eſt cruciamina paſſus. Sexta ſunt tenebræ per mundi climata factæ. Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora. Veſpere claudūtur Ieſu Chriſti membra ſepulchro. Chriſto biſſena cuſtodia traditur hora. Et dicitur biſſena hora quaſi vltima hora. Et de hoc per Ioan.andre.in dicto cap.i. Et nota ſecundum Innoc.c.i. de celebrat.miſſa.quòd miſſa quo ad ordinem,quo nunc vtimur fuit inſtituta à beato Iacobo apoſtolo; & a Baſilio,capit.Iacobus,de conſecratio.diſtin.i.vbi legitur; Iacobus frater domini ſecundum carnem,cui primum credita eſt Hieroſolymitana eccleſia;& Baſilius Cæſarienſis epiſcopus, cuius claritas per totum orbem refulſit in ſcripturis, addiderunt nobis miſſæ celebrationem.

Dē

De ratione ſingularium partium miſſæ uide ſanct. Tho. par. iii. q. lxxxiii. arti. iiii. dicentem, quòd quia miniſterium noſtræ ſalutis totum comprehenditur in ſacramento euchariſtiæ, ideo tale ſacramentum præ cæteris agitur eum maiori ſolennitate. Et de ratione ſingularium partium miſſæ vide Card. in. d. c. i. de cele. miſſa. Sed vt materiam reſtringamus, notabimus, quòd presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas: permittitur tamen ſibi ex cauſa dicere eas vſq; ad ueſperas incluſiue, tex. ad hoc in c. i. de celebrat. miſſa ex concilio Agatenſi. Et horæ canonicæ ſunt quædam ſatisfactio obligationis contractæ propter beneficium, ordinem, vel officium ſuſceptũ ex quibus, vel altero eorum quis deuote obligatur ad ipſas horas dicendas. Ita Albertus de Ferrariis in lectura ſua dicti. c. primi. Et dicuntur canonicæ, quia a canone ſunt inſtitutæ, de quibus in c. ii. xci. diſt. & in cap. fina. xii. diſtin. & in clemen. i. de celeb. miſſ. & in d. ca i. pro eorum fundamento aſſumentes dictum Pſalmi; Septies in die laudem dixi tibi, &c. Ideo iſtæ horæ ſunt ſeptẽ. Item ſeptem ſunt, ſicut ſeptem ſunt dona ſpirituſſancti. xxx. q. i. peruenit. Septem ſunt dies ſeculi, iuxta illud; Orbis volutus ſepties ſignat beata tempora. Septem ſunt ætates, quibus finietur mũdus; Septem diaconi, per quos deſignantur ſeptem candelabra aurea, quæ erant in templo Dei, xciii. diſt. diaconi, qui. Item ſcribitur Leuit. xvi. c. quòd Aaron de ſanguine vituli ſeptem vicibus aſpergit digito contra propitiatorium ad orientem. Aaron ipſe eſt, qui ad honorem ſacerdotii vocatus extitit; de quo per Apoſtolum ad Hebræ. v. & Leui. viii. & xxi. q. i. §. & in c. qualiter, de ele. Aaron ergo idem eſt quod ſacerdos, qui accipit has ſeptem horas ad pſalendum in memoriam uituli. i. Ieſu Chriſti crucifixi, in ligno crucis pro nobis ſanguinem ſuum ſparſit. Item ſunt iſtæ horę ſeptem, per quas ſingulis diebus eius paſsionem recolere debemus, & vide gloſ. in d. ca. i. & ibi doctores. Et hora competens ad perſoluendum has horas dicitur, quæ per ſonum campanæ ſignat, vt per gloſ. in d. c. i. Et propter officium datur beneficium, ut in c. fin. de reſcript. in vi. & in c. cum ſecundum Apoſtolum, de præben. Etiam clericus in minoribus, ſi beneficium tenue habeat, tenetur horas canonicas legere. ita Hoſt. in ſumma, in tit. de conſecr. eccl. uel alta. Et excommunicatus, ſuſpenſus, vel depoſitus debet horas dicere ſecrete, ita quòd a nemine audiatur. ita Albertus de Ferrariis in d. c. i. Quid de ſcholaribus, qui occupantur ſtudio literarum, an poſſint inſimul horas ſuas perſoluere, reſponde, quòd non; licet per homines literatos dicatur i fidem catholicam muro inexpugnabili circuncingi. Ita Alb. in d. c. i. & ibi dicit, quòd presbyter non poteſt celebrare miſſam matutino non expletu: ſed ſi quis infirmaret ad mortem, & non eſſet hoſtia conſecrata, & eſſet periculum in mora ſacerdos poſſet miſſam celebrare matutinali officio nõ expleto. Et miſſa non eſt de horis canonicis, ſed bene eſt de officiis, vt per gl. in clem. i. de celebr. miſſ. Petrus enim vbi conſecrauerat, oratione Pater noſter uſus eſt. Auxit hæc myſteria Iacobus Epiſcopus Hieroſolymitanus; auxit & Baſilius; augere & alii. Nam Celeſtinus miſſæ introitum dedit Greg. Lyrieeleyſon. Gloria in excelſis Deo Teleſphorus. Collationes Gelaſius. Epiſtolam, & Euangelium Hieronymus. Alleluya vero ſumptum eſt ex eccleſia Hieroſolymitana. Symbolum in concilio Niceno. Mortuorum autem commemorationem in miſſa Pelag. inſtituit. Thus Leo tertius. Oſculum pacis Innoc. primus. Vt caneretur agnus Dei, Sergius pontifex inſtituit: Ita Platina in hiſtoria Sixti, qui fuit Papa viii. Teleſphorus Sixto ſucceſsit, & conſtituit, vt ſeptem hebdomadibus ante paſcha ieiunium obſeruaretur; atq; vt in natali Ieſu Chriſti noctu tres miſſæ celebrarentur; Prima in dimidio noctis, quo Chriſtus in Betleem naſcitur; ſecunda illuceſcente aurora. quando a paſtoribus cognitus eſt; tertia eadem hora diei, qua nobis dies redemptionis & veritatis illuxit. Conſtituit item vt ante ſacrificiũ hymnus ille cantetur; Gloria in excelſis deo. Vide tex. in c nocte ſancta, de conſec. diſt. i. & vide tex & ibi doct. in c. conſuluiſti, de celeb. miſ. de miſſis celebrandis in nocte natiuitatis. Et beneficiati debent eccleſiam officiare. ſ. cantando, & legendo, & ad hoc poſſunt compelli, arg c. ſignificatum, de præb. Nam beneficium confertur eo animo, vt fiat in eo reſidentia; & diuina officia, propter quæ beneficium fundatum, & dotatum eſt celebrentur. c. relatum, & c. quia nonnulli, de clericis non reſid. Itaq; lucrum beneficii amplectentes onere recuſato non debent tolerari. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cad. toll. Beneficia plura tenens an pro quolibet debeat horas canonicas dicere, videtur, quòd ſic, vt per Alber. de Ferr. in d. c. i. ſi beneficia non eſſent tenuiſsima, quia non debet quis plura beneficia appetere, poſtquam à iure reprobatur. Quod ſi in duabus eccleſiis, in quibus quis eſt beneficiatus, fiant diuerſa officia, cuius eccleſiæ officium debeat dicere? dic, quòd officium illius eccleſiæ, in qua habet maiorẽ gradum, vel dignitatem. Sed de hoc vide Alb. in d. c. i. Quid de illo, qui dimittit horas canon. dicere pro eo quia non habet breuiarium? An ſi dixerit alias horas, poſsit recompenſare, vide ibi Alb. Et omittens officiũ beatæ virginis, vel vigilias mortuorum peccat mortaliter. docto. in clemen. i. de celebra. miſſa. Quando presbyter miſſam celebrat, quilibet deuote audire debet orationes, epiſtolam, & Euãgelium; quia cum legitur Euãgeliũ, qui loquitur, Chriſtus eſt, non homo, quod probatur ex tenore Euangeliorum. Quòd ſi quæris, ſecundum quem ritum, & quot Pſalmos pro qualibet hora clericus debeat dicere, dic ſecundum docto. in d. clemen. i. quòd quilibet debet eccleſię ſuæ cõſuetudinem ſeruare. c. nouit. xii. diſtinct. & c. ſequenti. & ſi ſecus faceret, tan-

quam tranſgreſſor conſuetudinis,aut inſtitutionis eccleſiæ,poterit priuari, & perinde ac ſi eſſet tranſgreſſor legis.c.in bis.xi.diſt.In eccleſiis verò monachorum, & aliorum religiolorum ſeruari debet illud,quod dicit eorum regula,& inſtitutio,aut conſuetudo,vt in c.de his,xii.diſt.&licet mos eccleſiæ Romanæ in ſacramentis debeat leruari,non tamen ſic eſt in iſtis horis canonicis,et officiis diuinis,vt notatur in c.in die,de conſec.diſt.v.& notatur in.c.ii. de temp. ordi. vbi dicit etiam notanter Panor.quòd ſi ordinatur quis non congruo tempore,licet recipiat characterem non recipit ordinis executionem,& deponendus eſt. Vel dic,quòd illa,quæ eccleſia Romana mãdat,& docet ſeruari,ad illa tenetur quilque,ſecus vbi non mandat,vel docet ſeruari, quæ ipſa facit,arg.not.in c.in cauſis,de ſententia,& re iudicata.Et de hoc vide Albertum de Ferrariis in dicto cap.i.Et nota(ut ſuperius dixi)quòd epilcopus poteſt inducere conſuetudinem nouam in eccleſia lua,quò ad officia celebranda.c.nouit.xii.diſt.& de conſecratione, diſtin.iii.c.i. & expreſſe in gloſſ.in c.Eleutherius.xci.diſtin.ſuper uerbo,vigiliis,quod ſic intelligitur ſecundum Archid. ibi.quòd epiſcopi in his,quæ circa ſolennitatem eccleſiæ tantum conſiſtunt,quæ conſuetudine, non præcepto maiorum ſunt introducta; mutare poſſunt,& ſtatuere Itaque contra illud, quod ſtatutum eſt ab Apoſtolis,uel ſanctis patribus,non debent epiſcopi,nec poſſunt immutare. Sed in his quæ circa ſolennitatem tantum eccleſiæ conſiſtunt,quæ conſuetudine,non præcepto maiorum ſunt introducta,mutare poſſunt,& ſtatuere.ita Archidiaconus in d.c.Eleutherius, & legiteum cum.c.i.& vide Ioan.de Lignano in principio tractatus de boris canonicis. Et vide etiã Archi.in c.i.xxi.q.vbi tractando etiam de pluralitate beneficiorum dicit ſecundum Ioannem de Ancona;Indubitanter peccat clericus recipiendo dinerſa beneficia; quia cum vix unum officiũ implere ſufficiat,ſtipendia ſibi vendicat aliorum,& facit contra concilii interdictum.c.quia, de clericis non reſiden.Secundo propter ambitionem.c.quia,de præbtn.Tertio propter cupiditatem.c.ſi quis epiſcopus ſuæ,& c.ſi quis de ordine.vii.quæſtio.i.Quarto, quia diminuitur cultus diuinus.Et adduco illud Matthæi,cap.vi.Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.Ideo illud eſt merito ſugiendum ab homine,per quod impeditur obſequium Deo debitum,ad quod obligatur homo ex beneficio creationis,& ex aliis beneficiis.Et ibi dicit Nicolaus de Lyra,quòd auaritia,quæ eſt ſeruitus idolorum,non poteſt ſtare cum obſequio diuino.Et ideo Chriſtus in dicto cap.vi.concludit;Non poteſtis Deo ſeruire,& Mammonæ.Mammona enim lingua Syra nomen eſt diuitiarum,vel nomen demonis,qui tentat de cupiditate diuitiarum.Auarus autem, qui theſaurizat,inordinate ſeruit vtriſque.Et ideo non poteſt ſimiliter deo ſeruire.Et de pluralitate beneficiorum dicemus in cap.ſequenti.Et de conſuetudine introducta contra reſidentiam beneficiorum dicit Archid.in d.c.Eleutherius,quòd ſi de tali conſuetudine contenderetur in iure,aboleretur,de præbendis.c.cum iam dudum.Sed ſi aliquis eſt infirmus tali infirmitate,quæ impedit a dicendo,vel audiendo boras,excuſatur infirmus,ita Panor.in c.i.de celebr.miſſ.nec tenetur poſtea aliquid dicere,quia neceſsitas non habet legem.c.conſilium,de obſeruatio. ieiuniorum. Secus eſt ſecundum Hoſt.ſi infirmitas ſolum impediret dicere; ſed non audire: tunc enim ſacerdos debet aliquem alium coram ipſo legentem audire,& ſi eſt infirmitas leuis,ut uetus quartana,omnes horas legere tenetur.Et ſacerdos tenetur ad horas beatæ virginis non de iure,tamen de optima conſuetudine.c.in his rebus.xi.diſtinctio.quia multa ſunt in eccleſia dei, quæ non ſunt de inſtitutione eccleſiæ, ſed ex ſolo conſuetudinis vſu antiquo,quæ non debent vllo modo prætermitti ſine periculo ſalutis; ut ſignatio crucis,qua fideles ſignantur,benedictio fontis,trina vntio olei in baptiſmo;quæ omnia,vt dicit Auguſt.in c.eccleſiaſticarum.xi.diſtin.obſeruata ſunt reuerentur a patribus,tex.in c.in his,eadem diſtin. et Panor.in c.i.de celebra.miſſ.dicit; Multa ex radice antiquorum patrum ſunt in præcepto,quæ non reperiuntur ſcripta,dicto cap. eccleſiaſticarum.xi.diſtin.c.cum Marthæ,de celebra.miſſa.Et dicit Cardi.poſt Hoſtien.quòd generalis conſuetudo habet,quòd omni die celebrari poſsit vſque ad ſextam.c.non liceat.xliiii.diſtinct. in vigiliis vſque ad nonam;ſabbatis quatuor temporum vſque ad ueſperas. Et ſacerdotes curati tenentur ad vigilias mortuorum ordinarias,iuxta conſuetudinem eccleſiæ cathedralis. Ita Nicolaus Plocius in tractatu ſuo de horis dicendis.quæſtio.vii. Pater noſter poſt horas debet dici.c.id ſemper,de conſecra.diſtinct.v.vbi litera dicit; Id ſemper placuit obſeruare, ut omnibus diebus & poſt matutinas,& ueſperas oratio dominica à ſacerdote proferatur. Ante horas dicere Pater noſter,iuſtum eſt:nam inuocandus eſt omnium rerum pater.Et rationabile eſt, ut prius illa oratio præcedat,quam auctor ſalutis dictauit,& inſtituit,quàm illæ,quas ſancti patres poſtea dictauerunt.Et aſtrictus ad boras canonicas,ſi fuerit in gratia,meretur augmentum gloriæ, & diminutionem pœnæ,ſicut faciens alia bona opera. de pœniten.diſtinct.iii.c.ſiquis autem.c.legatur, xxiii.quæſtio.ii.Si autem non eſt in gratia legens horas,tunc non meretur augmentum gratiæ, ſed alia plura; ſicut alia bona opera,quæ extra fiunt,extra charitatem ſaciens; primo, ad minus ſupplicium; ſecundo ad bonum temporale; tertio,vt citius cor eius ad veram pœnitentiam illuſtretur.Et hoc notatur,de pœniten.& remiſsio.capit.quod quidem.Hoſtien. addit dno; quòd diabolus non habet in tali homine tantam poteſtatem,quantam habebat,ſi talia non facaret.

De hoc Greg. ponit exemplum in dialogo de Iudæo, qui ſignauit ſe ſignaculo S. crucis. Item valet ad aſſuefactionem bonorũ; & habitationẽ. Et hoc verũ de illis bonis operib. quæ fiũt extra charitatem ad gloriã, & honorem Dei; ſecus eſſet, ſi ꝑpter gloriam humanam; ut ſi quis daret elemóſynam propter vanam gloriam, quia tunc non mercedem, ſed pœnam mereretur. c. ſiquis; & quod ibi notatur, de pœni. diſtinct. iiii. Ideo dixit Chriſtus; Videte, ne Iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nó habebitis apud patrem, qui in cœlis eſt. Matt. vi. Obligatur quis ad dicendum horas canonicas, vt ſatisfaciat pro illis, qui beneficia fundauerunt. Cardina. ſancti Sixti in c. cantantes. xcii. diſtinct. Et ſingulis annis Apoſtolorum limina viſitent epiſcopi. c. iuxta. xciii. diſtinct. intellige, ſi non diſtant vltra duas dietas à Romana curia. Et per ſe, vel per alios debẽs comparere. vide docto. in d. c. iuxta. Et ſanctus Thom. in quolibeto de omiſsione horarum canonicarum dicit, quòd non dicenti horas pœna arbitraria eſt imponenda in foro pœnitentiæ. Quæ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ. c. Deus, qui; de pœn. & remiſ. & c. quæſitum, de pœn. diſt. i. & c. menſuram. Sed horæ canonicæ non poſſunt dici ſine oris expreſſione. ita S. Tho. in ii. ii. q. 83. Sed oratio, quæ ſingulariter offertur a ſingulari perſona, poteſt fieri in mente ſine verbali expreſsione, itaque non eſt neceſſe, ut ſit vocalis. Adiungitur tamen uox tali orationi triplici ratione; primo ad imitandum interiorem deuotionem, qua mens orantis eleuetur in Deum. Cætera videbis in d. q. 83. art. xii. vbi in q. prædicta de oratione tractatur. Sed attendite omnes participantes de patrimonio Chriſti, & attendite etiam omnes ſacerdotes. Nam horæ canonicæ debent dici cum puritate conſcientiæ, & animi deuotione, & modeſtia, non intermiſcendo vana colloquia; ſed ſufficit, quòd quia bona intentione inceperit, licet in progreſsis mens rapiatur ad alia; quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, & habetur in Pſal. 39. Cor meum dereliquit me. Quod intellige, niſi tanta ſit euagatio, quòd omnino attentio pereat; quia tunc ſuccedit; Quomodo exaudiri a Deo poſtulas, cum te ipſum non exaudias? ſed Ioan. c xviii. dicit; Maledictus homo, qui facit opus domini deſidioſe. Poſſet dici, quòd ſi aliquis immiſceat ſincopas, uel omittat verſum, uel Pſalmum, uel aliquam partem magnam, vel modicam, quòd ſi hoc facit in choro cum aliis, non relteret totus chorus propter ſcandalum, ſed ipſe ſolus per ſe ſub ſilentio, uel ad partem. Si vero ſolus officium dicebat; & tunc, ſi tempore omiſsionis erat ſic infirmus, quòd non poterat commode dicere, non tenetur iterare ſecundum Hoſtien. Innocẽ. tamen contra. Si autem non erat ſic infirmus, & tunc aus omittit ex malitioſa negligentia, & tenetur iterare, vel ad pœnas condignas; & ſemper punitur de peccato omiſsionis. Si autem hoc facit præter propoſitum: & tunc non peccat ſecundum Inno. & Hoſt. in d. c. dolentes; quod intelligit Guil. mortaliter; venialiter autem bene peccat. xxv. diſt. c. vnum orarium. § alias, quod intelligit, ſi non ſit facta magna interpollatio, quia alias peccat mortaliter. Aliqui autem Theologi ſecundum eũ dicunt aliter; quia aut ipſe dat operam ſuæ omiſsioni, puta ponendo ſe circa fabulas; & tunc tenetur; aut ab alio rumpitur, & tunc non, ſecundum Inno. Et dicit, quòd ſi ex negligentia omittitur aliquis uerſus, uel inſtantia; quòd non peccat, nec tenetur à capite reincipere, etiam ſi dimitteret Pſalmum; & non debet ad illum redire, cùm poſſet aliquod ſcandalum generare; ſed negligentiã ſuam confiteri tenetur. Nec obſtat; quòd maledictus dicitur, qui negligenter diuinum officium egit; quia illud intelligitur de malitioſa negligentia, non autem de illa, quæ prouenit ex meditatione diuina, & ſic ex leui, uel leuiſsima culpa. Itaque uirtualis attentio ad orationem ſufficit quãuis homo poſtea diſtrahatur inuitus: hoc eſt non voluntarie, & uirtualem atentionẽ voco, quando actualiter a principio intendit dicere horas, ſed homo non diſtrahatur ex induſtria, & cũ percipit ſe diſtractum redeat ad conſiderationem actualem de Deo, & de illo quod dicit, uel quod petit, nec tenetur repetere inconſiderate dictum. Horæ ſunt cenſus, ſeu debitum retentum a deo in perſonas eccleſiaſticas de ſuo patrimonio ſpecialiter viuentes: quia ſicut ſeruus ad tributum, ſic uiuentes de patrimonio Chriſti ad diuinum officium obligantur. Cardi. & doct. in clemen. i. de celebr. miſſ. & ibi per doc. uidebis multa: & infra in iſto Spec. in tit. de penſionib. eccleſiaſticis, & vide infra in tit. de ſermone epiſcopali, in §. de oratione. Et a quibus uitiis debeant eſſe immunes, qui in epiſcopum ſunt ordinandi, uide notabilem text. D. Gregorii in c. ecce, & c. hinc. xlix. diſtin.

De pluralitate beneficiorum. *Cap. XXXIIII.*

AD euidentiam ſciendum eſt, quòd quædam ſunt beneficia ſuprema; quædam duplicia, quædam ſimplicia. Suprema ſunt epiſcopatus, & ſuperiora: in quibus non eſt dubium, quòd aſſumendo ſecundum cum authoritate papæ, ipſo facto vacabit primum; ſi ſine authoritate papæ, utroque caret. de tranſlatio. cap. quanto. Duplicia ſunt dignitates inferiores perſonatus, & beneficia curam animarum habentia; in quibus aſſumendo pacifica poſſeſsionem ſecundi cum titulo, ipſo facto vacat primum, de præbend. capitulo de multa.

Et

Et in hoc caſu, & in precedenti ſolus papa diſpenſat, nec valet conſuetudo in contrarium, vt in c. de multa. Omnia verò alia beneficia ſunt ſimplicia: & in iſtis an ſint cõpatibilia, vel ne, ideſt an duo quis poſsit in ſimul retinere, diſtingue; quia aut quis tenet ea, non vt intitulata, ſed vt ſimplicia beneficia; aliàs velut comendata, in quo caſu talis non cenſetur clericus illius eccleſiæ, in qua intitulatus non eſt, licet beneficiatus ibi ſit, vt no. xxi. q. i. c. i. Et voco beneficium ſine titulo, vtque aſsiſsios, perſonarios, portionarios, præſtimoniarios habentes altaria, vel capellas pro miſsis defunctorum. c. pe. de clericis non reſidentib. c. ſignificatum, de præb. & idem de habentibus poſſeſsiones ad vitam. c. poſſeſsiones. xvi. q. i. & c. quicunque. xii. q. ii. cum ſi. & in hoc caſu crederem aliquem de iure communi poſſe habere plures, maxime vbi aliàs per ſe non ſufficerent; niſi forte ex iure ſpeciali eſſet prohibitus; puta priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine. Sunt alia ſimplicia, & intitulata, ſicut ſunt eccleſiæ rurales ſine cura, vel præbẽdæ alicuius eccleſiæ collegiatæ, uel cathedralis. c. ſanctorum. 70. diſt. c. clericos. 71. diſt. c. clericus. xxi. q. i. Itaque de iure nemo poteſt habere duas dignitates ſupremas, tex. in c. ſicut, de excel. præl. & per totum tit. de tranſl. præl. & pon. in c. mutationes. vii. q. i. nec poſſunt habere duo beneficia duplicia, vt cum cura duo beneficia retineri, vt no. in c. de multa, de præb. Et in extrauag. execrabilis. Et nemo poteſt habere duas dignitates in diuerſis eccleſiis, quia dignitates requirunt reſidentiam, & eſt contra rectum ſermonem; gens enim ſcandalizatur, & murmurat de poſsidentib. multa beneficia. Nam cum ſit contra ius naturale; & diuinum diſponens unam fore ſponſam carnalem, ita vna debet eſſe ſponſa ſpiritualis. Et etiam eſt contra ius canonicum; quod clarum eſt, vt hæc omnia notant doct. in d. c. de multa. Et Panor. in repet. c. extirpandæ. §. qui vero, de præb. Et in ſeptima ſynodo diſpoſitum eſt, vt in c. i. xxi. q. i. vbi dicitur; Clericus ab inſtanti tempore nõ connumeretur in duabus eccleſiis, negociationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium commodum. Hoc etiam ſtatuit ſancta vniuerſalis eccleſia à ſpiritu ſancto congregata in concilio Calcedonenſi celeberrimo, vt in c. x. illius cõcilii, vbi diffinitum eſt non licere clericis duabus ciuitatibus ordinari. Itaq; nemo poteſt habere, nec retinere duos epiſcopatus, vel duas dignitates ſupremas, vel inferiores, nec duo beneficia curata, nec duo beneficia ſimplicia, ſi requirunt reſidentiam; nam ſunt incompatibilia: quia vnumquodq; beneficium inſtitutum eſt pro officio. ita notanter Panor. in c. cum iam dudũ, de præb. & in d. repet. §. qui vero, quia non eſt beneficium ſimplex, quod non requirat reſidentiam, Nam dicit apoſtolus; Qui altari ſeruit, de altari viuere debet: & ſic eſt iuſtum, vt qui ex altari viuit, altari ſeruiat; per locum a conuerſis. Et verba apoſtoli ſunt canonizata in c. cum ſcdm, de præb. licet ſint aliqua beneficia, quæ a principio fuerunt inſtituta ꝓ ſcolaribus, quæ de iure non requirunt reſidentiam, ut ſunt præſtimonia, vt dixi. Et poſsidere duo beneficia eſt contra vocem domini dicentis, Lucæ. xvi. Nemo poteſt duos dñis ſeruire. Et apoſtolus ad Rom; Vnuſquiſq; maneat in vocatione, qua vocatus eſt. Et in c. ii. xxi. q. i. (ut dixi) concilium ꝓhibet, ut nemo vocetur ad duas eccleſias. Nam ſi vnum beneficium ſufficiat ꝓ ſuſtentatione, nun debet aliud accipi ad ꝓpriam utilitatem; & recipiens peccat mortaliter. Quia ibi eſt uitium ambitionis, & auaritiæ, occupando ſtipendium, pauperũ, & proborum, virorum. Et quærendo uictum aliorũ inducunt diminutionem cultus diuini; quod deterius eſt. ita not. Panor. in c. cum iam dudum, de præb. & in d. rep. §. qui vero. Et de iore nullus regularis poteſt tenere duos prioratus, text. in c. cum ſingula, de præb. in vi. & cle. i. de ſupp. negl. præl. Et etiam dico, quòd nemo poteſt poſsidere duo beneficia ſimplicia in vna eccleſia, tex. & ibi doct. in c. literas, de conceſ. præb. & in cle. ſi iuxta, de præb. Sed dicũt, quòd ex iuſta cauſa papa poterit diſpenſare, & cauſa quæ ſit iuſta, & rationabilis, eſt publica vtilitas, vel neceſsitas eccleſiæ, aut nobilitas; ſiue prærogatiua literarum. Ille enim generalis diſpenſator ſcilicet papa poteſt relaxare rigorem iuris communis, & vni plura conferra beneficia, contemplato bono publico, & ratione ſuadente (vt dixi), & hoc ad inſtar patris familias diſtribuentis, conſiderando conditiones perſonarum, vt in capit. de multa, de præben. in fine. Totum tamen debet referri (ut dixi) ad publicum bonum; quia de fideli diſpenſatore loquitur tex. Lucæ. xii. Et ne decipiantur nobiles, vel literati credentes, quod diſpenſetur cũ eis principaliter, quia ſunt nobiles, aut literati; nam non diſpenſatur, niſi quia intereſt uniuerſali eccleſiæ, quòd nobiles, aut literati conſtituantur in dignitatibus, præſumitur enim. quòd ab eis multi uenient fructus ad populum Chriſtianum. Itaque ſi nobiles, aut literati ſi ſuſciperent beneficia, quòd ratione pluralitatis parum, aut nihil proficerent fidelibus, talis diſpenſatio uocaretur diſsipatio. Idem eſſet, quando duo tantùm ſuſciperent beneficia; & in nullo reſiderent poſtquam ex tali nobilitate, aut literis non redundat vtilitas eccleſiæ, & ſtatui religionis, immo damnum; ſi viuunt ex altari; & non ſeruiunt altari. Nam quid debet eccleſia Dei nobilium vanitati, vt patrimonio Ieſu Chriſti, quod flagellis, & ſanguinis effuſione quæſiuit, eorum alat accipitres, educet canes, ſaginet equos? Quid nempe debere poteſt pluribus aliis ruſticorum filiis, qui illicitis mediis plura occupant beneficia? quid denique eccleſia mater quamtomuis peritiſsimis, ac literatiſsimis viris debere iudicabimus, vt beneficiorum cõgeriem ſuæ ambitionis inſatiabilem ſitim extinguere debeat? Dic mihi (quicunque tu es, quãtumcunque tu polleas eruditione) an eo ſolo, quòd vigilias ſuſti-

ſuſtinueris, ſtudioque vacaueris, tibi aſtricta eſt eccleſia Dei, vt te in ſtatu grādi, ac pompa magna ſuſtineat? Quid igitur tibi ſuades, eo quòd cogites tibi plura eccleſiæ beneficia retinere, cum neque vnius onera ſubeas? Aduerte quæſo, quòd literatis viris non plura beneficia, ſed maiora concedi ſanxerunt canonica iura. Si quando vero, vt plura habeant beneficia, cum peritis diſpenſare conceditur, hoc ob eccleſiarum vtilitatem. Quid enim prodeſt eccleſiæ ſanctæ ſtudium tuum, ſi id ſolum operatur, vt plura occupes loca, in quibus poſſent plures eidem ſeruire, qui ſufficienti peritia, & maiori charitate, ſeu virtute iniuncta onera ſubirent? Quid prodeſt populo Chriſtiano doctrina tua, ſi oues Chriſti tibi commiſſas imperito mercenario cum tenui ſalario paſcendas committis? quarum hæc conſuetudo obſtet canonicis ſanctis inſtitutis in iſto capitulo aperte moſtratur. Eſt etiam aliquorum theologorum ſententia, quòd ſi quis poſsidet vnum beneficiū, ex quo ſe poſſet honeſte ſuſtentari, peccat mortaliter recipiendo aliud beneficium. ita Panor. in cap. conquerente, de cleri. non reſiden. & allegat glo. in c. dudum. ii. de electione. & vi. Ioan. de Lignano in tractatu de pluralit. beneficiorum. & vi. Bernar. in epiſto. cclxxi. ad comitem Theobaldum. & vide ſanctum Thomam in quolibeto. ix. ar. xv. & ita Specula. in tractatu de modo concilii celebrandi, in titulo, ne quis in duabus præbendis intituletur. Vbi recitat, quòd iſta quæſtio fuit determinata Pariſiis; & quidam magiſter in ſacris literis, qui tunc erat Cancellarius, non obtemperauit dictæ concluſioni, qui multa retinebat beneficia; licet eum ſæpe rogauerit epiſcopus Pariſienſis. Et deinde mortuo dicto Cancellario, & epiſcopo dicente officium pro eo circa eius ſepulchrum, cum diceret, De profundis: apparuit ei quædam vmbra, quæ voce clariſsima dixit; Ne ores pro me, qui ſum condemnatus; quoniam nolui credere, quòd eſt peccatum mortale poſsidere plura beneficia. Itaque in tali caſu non erit tutus quo ad deum is, cum quo diſpenſatur, vt per Panor. in c. exurpandæ. §. qui vero. & in d. c. de multa. & in c. per venerabilem, qui filii ſint legiti. & notatur in c. conſequens. xi. q. iii. tenet Anto. in d. c. de multa; & ibi Ancha. Cardi. Ioan. Andre. Henri. Et quia aliqui dubitant, ſi quis poteſt de iure communi poſsidere duo beneficia ſimplicia in diuerſis locis de ſtricto iuris rigore, dico, quòd non, per prædicta. nec eſt in iure fundamentum validum, quod poſsit tenere duos titulos vniformes; quia ſicut qui altari ſeruit, de altari viuere debet, ita per locum á conuerſis, qui de altari viuit, altari debet ſeruire (vt diximus.) Et decimæ ſunt pure ſpirituales ratione finis, & obiecti, quia connexæ ſunt officio eccleſiaſtico; quoniam dominus ordinauit eos, qui Euangelium enunciant, de Euangelico viuere. Et beneficium eccleſiaſticum eſt ius recipiendi ſuſtentationem ratione officii, & ſeruitii, non aliter. quia ſicut dignus eſt operarius mercede ſua, vel cibo ſuo, Matt. x. & Lucæ. x. ſic, vt dixi, qui non laborat, non manducet. Ideo beneficium eccleſiaſticum eſt de iure diuino, quia dignus eſt operarius mercede ſua; dixit dominus, vt dixi; Matt. x. Lucæ. x. Et vnuſquiſque titulus beneficii requirit reſidētiam, & ſeruitium, vt probatur in c. i, de celebra. miſſa. Et in c. fina. de reſcript. lib. vi. quia, vt ibi dicunt doct. beneficium datur propter officium. Et notant docto. in c. relatum, & in c. pe. de cleri. non reſidē. etiam per tot. tit. Dato hoc pro conſtanti, impoſsibile eſt reſidere, & reſidendo ſeruire in duob. locis; quia eſt contra principium naturale, vt patet ad ſenſum, probatur in c. ſanctorum. lxx. diſt. vbi pluralitas beneficiorum prohibita eſt per hæc verba; Omnino autem in duabus eccleſiis aliquem intitulare non liceat. Hoc etiam improbat Toletanum concilium, ut in c. vnio. x. q. iii. ubi dicitur; Sed & hoc neceſſarium inſtituere duximus, vt plures eccleſiæ vni nunquam committantur presbytero: quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſoluere, nec rebus earum curam impendere. Confirmatur hoc, notando verba Iuſtiniani in l. nemo. C. de aſſeſſor. dum dicit: Nec enim facile credendum, duabus neceſſariis rebus vnum ſufficere. Et etiam probatur in cap. quia in tantum, & in c. cum non ignores, de præbe. Et quòd dictum eſt, etiam ratione fundatur, quia ius reprobat inhabiles, tex. in. c. ii, de inſti. cum ſi, & in c. ſuper inordinata. de præb. nec eſt inhabilis, ſi ius non inhabilitat. Ergo impoſsibile eſt de iure cōmuni tenere duo beneficia, & quem intitulari in plurib. titulis eccleſiaſticis, ita Panor. allegando Inno. in c. clericus, de cler. non reſid. Et miniſtri iuxta facultatem eccleſiæ inſtituuntur. c. i. & ii. de Inſtitu. c. cum. M. de conſti. Debet ergo titulus ad victum honeſtum, & neceſſariū miniſtri ſufficere; & ſi illud ſibi ſufficiat, nō quærat multiplicationem titulorum; quia tunc quærit victum aliorum miniſtrorum, & quærit diminutionem cultus diuini; & hæc omnia abhorrent iura. Et hoc adde ad ea, quæ diximus in c. vi. ſupra in iſto Speculo, vbi diximus, quòd tam epiſcopi, quam clerici, ſunt tātum vſuarii. Ideo optimum eſſet, quòd iudices ſpirituales perpenderent contenta in iſto capitulo, cum confiteantur perſonæ eccleſiaſticæ fruentes redditibus, & patrimonio Chriſti, quia ſacerdoti viuere de altari permiſſum eſt, non luxuriari. Ita Panor. in c. ſi. de pecu. cle. & ibi refert Arch. dicentem; Si beneficiatus expendit de redditibus eccleſiæ uoluptuoſe, tenetur ad reſtitutionem, quod nota bene. Et eccleſia habet ius vendicandi omnia quæſita de bonis eccleſiæ poſt mortem clerici. Habent ergo epiſcopi, & clerici liberam adminiſtrationem ad diſpenſationem fructuum beneficii in bene diſpenſando, vt per Panor. in c. cum eſſes, de teſta. Itaque ego crederem, opin. Archidiaconi ueriſsimam, quam ponit in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem, de reſcr. in vi. quæ habet, quòd clericus non eſt vſufructua-

ſufructuarius,& videtur hoc ſentire Inno.de ætate,& qualitate.c.indecorum.Et vide Ioan.de I.I
gnano in ſuo elegantiſsimo tractatu de pluralitate benefi.vbi multa optima dixit. Reſidentia eſt
de iure diuino,vt dixi in c.lxvi.inſra in iſto Speculo.& in c.ſingula.lxxxix.diſtinct.dicitur;Vni ip
ſi duo non committantur officia; ſicut enim varietas membrorum per diuerſa officia & robur
corporis ſeruat,& pulchritudinem repreſentat,ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus
diſtributa officia,& fortitudinem,& venuſtatem ſanctæ eccleſiæ Dei manifeſtat. Et ſicut indeco-
rum eſt in corpore humano,vt alterum membrum alterius fungatur officio;ita nimirum noxiú,
ſimulque turpiſsimum eſt,ſi ſingula eorum myſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa,vt
Grego.ſcribit omnibus epiſcopis in d.c.ſingula.& vide in c.ad hoc etiam.xcix.diſtinct.vbi dici
tur,quod graduum,& ordinum diſtributio eccleſiæ vnitatem conſeruat, ideo non vni perſonæ
plura committenda ſunt.Et legitur in Leui.c.xviii.Solis filiis Leui pro miniſterio, quo ſeruiunt
mihi in tabernaculo fœderis,dedi omnes decimas filiorum Iſraelis in poſſeſsionem;& ſolis filiis
Leui in tabernaculo ſeruientibus, & portantibus peccata populi. Vide.§. in c. de reſidentia epi.

De pluralitate beneficiorum ſcribere volui, licet noſtris temporibus infelicibus non modo
non iudicatur criminoſum,verum is ſapientior habetur,maioriqúe dignus honore,qui plura be
neficia aggregare,& acquirere ſciuerit;licet hoc pernitioſiſsimum Chriſtianæ Reipublicæ,eccle-
ſiæque vniuerſalis ſtatui,animarumque ſaluti fore cenſeo;idque rationi naturali obuiare,ac ſalu-
ti eccleſiæ,conſtitutionibuſqúe,plurimumque ſanctorum doctorum opinionibus contradicere.
Quid enim rationi naturali aduerſum magis,quàm quòd vnus,& idem homo varia eccleſiæ ſti
pendia in variis,& diſtantibus ſæpe locis,& quibus varia incumbunt onera, in ſe ipſo ſuſcipiat?
Quæ eſt enim humana reſpublica,quæ ſuos iudices,rectores,tabelliones,& alios officiales ſtipen
diis in abſentia frui,& vagari permittat? Sola domus Dei eccleſia ſancta tali in ordinatione ſuo
priuatur miniſterio,ac debitis fraudatur obſequiis.Et aduertat quæſo religio audientium, quia
vltra opiniones grauium,& ſingularium virorum,& vltra ſtatuta,& decreta ſanctorum patrum,
in iſta materia miracula quædam referuntur,vt dixi,in c.ſexto; quæ quidem à chriſtiano viro nó
contemnenda ſunt.Nec enim ſalus æterna propter delicatiorem victum,& ornatiorem veſtitum
ſeu ampliorem familiam poſtponenda eſt. Relicta igitur animæ pœna ſupremo iudici mortuo-
rum,atque viuorum,pœna,quæ ſe offert in foro contentioſo eſt, quòd habens plura beneficia,
quamuis ſimplicia,quorum vnum ſufficit per ſe ad vitam beneficiati,poteſt legitime altero prius
ri.c.conquerente,de cleri.non reſiden.ſecundum Abba.ibi.& nunquam eſt obliuioni tradendũ.
Et pro hoc vide bonam glo.in c.dudum.ii.in verbo,intitulatam,de election.quæ dicit, ſine pec-
cato mortali non poteſt quis tenere plura beneficia,quando alterum per ſe ſufficit. Tu limita,vt
notatur per Inno.in c.cũ iam dudum,de præben.niſi fuerint ſibi collata non ratione ſui,ſed pro
pter vtilitatem eccleſiæ,vt quia eſt homo induſtrioſus,bonæ famæ,& cõſcientiæ.An autem excu
ſetur propter aliquam cauſam,credo,quòd non,quò ad Deum,ſi fructus beneficiorum conuer-
tit in cauſam non piam.ita Abbas in d.c.conquerente.& vide eundem Abb.in c.de multa, de præ
ben.& vide ſupra in titulo de horis canonicis,vbi optima videbis. Dixi ſuperius,quòd benefi-
cium eccleſiaſticum eſt de iure diuino,& verum eſt.Et papa diuiſit bona eccleſiaſtica, & ordina-
uit titulos,ſed ordinauit,quia dominus ordinauit eos, qui euangelium enunciant, de Euange-
lio viuere,vt dixi. Ideo eſt ſimonia vendere titulum beneficii.

Item in cap.de multa,de præben.ſtatutum fuit per iſta verba;Quicunque receperit aliquo bene-
ficium curam habens animarum annexam,ſi prius aliud beneficium habeat,eo ſit ipſo iure priua
tus: & ſi forte illud retinere contenderit,etiam alio ſpolietur.& vlterius decernit text.idem eſſe I
perſonatibus. Fuit etiam extenta pœna iſta per iura ſexti,& clementinarum,primo ad regulares
dignitates,vt in c.cum ſingula,de preben.in vi.ſecundo,ad prioratus,vt in clemẽ.i.de ſupplend.
ne.præla.item ad vicarias perpetuas eccleſiarũ parochialium, vt I clemen.vna,de officio vicarii.
& ſi alicui conferantur duo curata ſimul,& ſemel,tunc datur ſibi optio ſecundum Abb.ibi. licet
alii tenuerint,quòd non valeat collatio.Pœna vero iſta vacationis beneficii non vendicat ſibi lo-
cum,niſi poſt habitam poſſeſsionem pacificam ſecundi beneficii.Sed hæc pœna dicti.c.de multa,
nouiſsime aucta eſt per Ioannem.xxii.in extrauaganti,Execrabilis,ſub ti.de præben.in.§.qui ve-
ro.Et quod durius eſt,reputatur inhabilis ad ſacros ordines ſuſcipiendos,& ad habẽdum quod-
cunque beneficium eccleſiaſticum,quas duas pœnas inhabilitatis ad ordines ſacros, & ad benefi
cium incurrit ipſo facto.Ideo ne decipiantur Abbates noſtri temporis,quia multum errant ha-
bentes iſtas eccleſias in commendam,ſeu gubernationem,qui debent tenere eccleſias illas in prio
ri ſtatu,nec diminuere cultũ diuinũ ſolitũ.& ex fructib. ſuperextãtib. deductis expẽſis ꝓ ſtatu ſo
lito, debent ſuſtentari.ad hoc vide Inno.in c.paſtoralis,de priuile.vbi dicit, quòd ſi religioſis cõ-
ceditur aliqua eccleſia,vt cõuertant fructus illius in proprios vſus,intelligitur cõceſsio facta mo
do prædicto,vt ſcilicet eccleſiam teneant in priori ſtatu;quia non eſt veriſimile,quòd papa fecerit
conceſsionem in præiudicium diuini cultus.Fortius ergo prædicta interpretatio debet habere lo
cum,quando eccleſia conceditur Cardinali,vel alteri in cõmendam,vel gubernationem, vt præ

dixi. Ita Panorm. in c. quærelam, de electione; & ex ſupra dictis in in iſto capitulo bene fundatur. Et de plura. benefi. vide fratẽ Dominicum ſolo in illo ſuo doctiſsimo libro de iuſtit. & iure, fol. 262. colum. iii. & de plurali. benefi. vide Cardi. in clemen. gratiæ, de reſcrip. vbi multa dixit. & vide Marianum in ſua repetitione, in c. de multa, de præben. & vide Felin. in c. dilectus. i. de ſimo. & de iſta materia dixi multa in libro de generali cõcilio indicendo iam in lucem ædito anno domini 1544. Et de pluralitate beneficiorũ vide Cardina. ſancti Sixti in c. ſanctorum. lxx. diſtinct. & ibi etiam dixi multa circa reſidentiam perſonalem. Et de plura. beneficiorum vide eundem Cardina. in c. ſingula. lxxxix. di. vbi dicit, ꝙ habere ſimul plura beneficia, quorum vnũ ſufficit, eſt illicitũ prohibitione iuris communis. vt diximus etiam ſupra in iſto c. Ex quibus omnibus patet, quòd tam iure naturali, quàm humano, ſit prohibitum, plura ſimul habere beneficia, aut officia, vt iã late diximus. Sed nihilominus propter aliquas particulares circunſtantias interuenientes, aut ex parte beneficiorum, aut ex parte eccleſiarum, aut parte perſonarũ, poteſt contingere, quod bonũ ſit, vnum habere plura beneficia, & ſit licitũ, & honeſtum; & maxime cum per eum qui præeſt, & habet huiuſmodi circumſtantias ponderare, cuiuſmodi eſt papa, diſpenſatur; nã habere plura beneficia ſimul, licet abſolute ſit malum, non tamẽ eſt ſimpliciter malum, & ſecundum ſe malũ, vt in nullo caſu poſsit bene fieri; quia non tollitur finis, poteſt enim beneficiatus doctus, vel nobilis perſona eminens miniſtrare per ſe, vt ſuperius diximus auctoritate papæ, dũmodo iuſta ex cauſa fiat; & non eſt acceptio perſonarum, ſi non ſeruentur æqualia in perſonibus inæqualibus. Vnde quando cõditio alicuius perſonæ requirit, vt rationabiliter aliquid in eo obſeruetur, nõ eſt perſonarum acceptio, ſi ſibi ſpecialis aliqua gratia fiat. Sed diſpenſatio nõ fiat paſsim, & indiſcrete, quoniam olim in curis, & dignitatibus diſpenſabãt epiſcopi ſed hoc mutatum fuit propter indiſcretas, & ſtultas diſpenſationes epiſcoporum, vnde nec papa debet diſpenſare niſi hoc iuſta ratio poſtulet. vnde Bernardus. ii. li. de conſide. ad Augenium, ipſum alloquens inter cætera ait; nõ ſum tam rudis, vt ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, nõ in deſtructionem, vbi neceſsitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt, vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt. vtilitas dico, communis, non propria. Nanque nihil horum eſt nõ plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſsipatio eſt. Hæc Bernardus & communia bona eccleſiæ debẽt diſtribui iuſte partibus eccleſiæ. Itaque diſpenſatio facta in pluralitate beneficiorum ſine cauſa iuſta non excuſat eum, cũ quo fit diſpenſatio quò ad Deum, vt per Cardi. ſancti Sixti in d. c. ſingula vbi multa dixit. Et de iure etiam diuino, vt dixi in iſto capitulo, eſt reſidentia ſacerdotii, & de nouo dico, quòd reſidentia eſt de iure diuino; quia dominus ordinauit, eos, qui Euangelium enuntiant, de Euangelio viuere, quia dignus eſt operarius mercede ſua, vel cibo ſuo, Matth. x. & Lucæ. x. & Apoſt. dixit, qui non laborat, non manducet. Itaque reſidenti debentur fructus beneficii de iure diuino, & non reſidenti ſine maxima, & neceſſaria cauſa nihil debetur, & habens pluralitatem beneficiorum nõ poteſt reſidere, vt dixi ſupra, & fructus non debentur, niſi reſidenti, & ſeruienti. Ideo ex ſuperius dictis in iſto. c. conſtat, prohibitam eſſe de iure diuino pluralitatem beneficiorum. Conſiderate bene; & quòd beneficium eccleſiaſticum eſt ius recipiendi ſuſtentationem ratione officii, & ſeruitii; quia dignus eſt, vt dixi, operarius mercede ſua. Itaque beneficia eccleſiaſtica ſunt de iure diuino, vt multoties dixi, & papa conſtituit dignitates, & diuiſionem vt hodie ſunt, ſed dominus, vt iam dixi, ordinauit, eos, qui Euangelium enũciant, de Euangelio viuere, & dedit Leuitis decimas, qui in ſacratio miniſtrabãt; vt qui altari ſeruit, de altari viuat, vt pluries diximus, & videbis. c. lxvi infra in iſto Speculo.

Prælatus eccleſiæ an poſsit licite conferre beneficia, aut officia eccleſiæ conſanguineis, & amicis, quamuis idoneis, magis idoneis poſtpoſitis, dic ſecundum ſanctum Tho. quolibe. iiii. Aut cõſanguineus prælati, & amicus eſt æque idoneus, ſicut alius extraneus; aut minus idoneus. Si æque idoneus, ſit iſta concluſio, quòd prælatus poteſt ſuum cõſanguineum, aut amicum præferre. probatur ſecundum ordinem rectum charitatis. Homo plus debet diligere ſibi magis coniunctos, ſed his, quos magis ex charitate diligimus, magis debemus prouidere, vnde eorum meritum creſcat. Cum igitur ex bona eccleſiæ diſpẽſatione, ſine adminiſtratione creſcat meritum bene adminiſtrantis, videtur, quòd prælatus magis debeat ſuis, quam extraneis, cæteris paribus, prouidere. Dicit tamen ſanctus Tho. hoc eſſe verum, niſi forte ex hoc ſcandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum accipiant, vt probabiliter præſumi poſsit, quòd alii prælati hoc exemplo inducantur ad dandum ſuis conſanguineis, etiam minus dignis. Patet etiam veritas præfatæ concluſionis ideo, quia ex quo nihil deperit vtilitati eccleſiæ prouidendo ſic conſanguineo, cum æque idoneo prouideatur; licitum eſt circa hominis prouiſionem etiam amori naturali ſatisfacere, qui non eſt contrarius charitati, ſed magis charitate conformatur. Et hoc ſignificatur Gen. xlvii. vbi Pharao dicit ad Ioſeph; De fratribus tuis ſi noſti eos viros induſtrios, conſtitue eos magiſtros pecorum meorum. Si vero conſanguineus prælati ſit minus idoneus, tunc eſt concluſio, quòd prælatus non debet eum præficere ad curam eccleſiæ, poſtpoſito meliori. Et hanc concluſionem probat ſanct. Tho. duplici ratione. Primo quidem, quia videtur eſſe contra fidelitatem, quam in bono diſpen-

diſpenſatore Deus requirit. Nõ enim fideliter faceret negocium alicuius domini, qui poſſet rem eius meliorare, ſi hoc prætermitteret, vt ſuis conſanguineis ſatisfaceret. Secundo, quia hoc videtur ad perſonarum acceptionem pertinere; quæ conſiſtit in hoc, quod aliquis accipit perſonam, quæ non facit ad negocium; ſicut ſi aliquis daret ſententiam pro aliquo, quia diues eſt, & non quia iuſtitiam habet; quæ eſt conditio faciens ad negocium. Eſſe autem conſanguineum non aliqua conditio eſt pertinens ad curam eccleſiæ, quæ non obtinetur iure ſanguinis, ſed diuino munere. Eſſet autem conditio faciens ad negocium circa diſpenſationem patrimonialium bonorum: Vnde ſi epiſcopus de patrimonialibus bonis magis prouideat ſuo conſanguineo minus idoneo, non eſt acceptio perſonarum. Sed ſi ratione conſanguinitatis magis prouideat ei de patrimonio Chriſti non caret vitio acceptionis perſonarum, quam Auguſtin. dicit in eccleſiarum gradibus diſpenſandis interuenire exponens illud Iacob. I. ii. Nolite in perſonarum acceptione habere fidẽ domini noſtri Chriſti. Hieronymus etiam dicit, vt habetur. viii. q. i in c. Moyſes; Extraneus ex alia tribu à Moyſe eligitur, vt lanaret principatum in populos non ſanguini deferẽdum eſſe, ſed vitæ; at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quærant eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe, ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit. hæc ille. Sed nota, vt alias dixi, quòd Ambroſius in libro de officiis, tranſumptiue in c. eſt probanda. lxxxvi. di. dicit; Proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas; melius eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, non tamen, vt illi ditiores fieri velint, ex eo quod tu potes conferre in opibus. de hoc vide in ſermone epiſcopali. 5. de eleemoſyna. Mortale autem peccatum in huiuſmodi pluralitate interuenit, quando non propter rationabilem cauſam obtinet quis multa beneficia, quia vnus occupat loca multorum, alii autem eſuriunt. itaque eſt notabile damnum clericorum bene meritorum in illis partibus, vbi ſunt hæc beneficia, quia deberẽt ex his beneficiis & honorari, & paſci. Nec excuſatur peccatum mortale propter diſpenſationem papæ, vt dixi, ſine rationabili cauſa; quoniam diſpenſatio papæ cadit ſuper ius poſitiuum, & non ſuper ius diuinũ, aut mortale; pluralitas autem beneficiorum ſine rationabili cauſa eſt contra ius diuinum, & mortale, quo communia eccleſiæ bona diſtribui iuſte debent partibus eccleſiæ. Nec obſtat, quod beneficiola plura dicuntur licite dari vni; quia beneficium adeo tenue; quod non ſufficit ad ſuſtentandum miniſtrum, non eſt beneficium niſi imperfecte, & ideo de his minimis fit, vt melius fieri poteſt. Propterea qui hæc paruipendit, quia ſic communiter fit, & quia forte papa diſsipando diſpoſuit non eſt abſoluendus. ita doctiſsimus Caietanus in ſua ſumma folio 45. in libro meo. Vbi dicit etiam; Peccatum quoque eſt beneficii eccleſiaſtici prouentus male expendere, vt ſi inde ditat propinquos, aut in pompis, & luxibus expendit, quia non dominus, ſed diſpenſator eſt; & debet primo ſui, deinde eccleſiæ, & propinquorum indigentium curam gerere. non vt diuites fiant, ſed ne indigeant, & ibi in folio. 42. dicit; In beneficio de iure requirente reſidentiam peccatum eſt ſine rationabili cauſa non reſidere, pro quanto damnum infert animarum; infert enim cõtrarium naturali iuſtitię, qua tenetur ipſemet ex ſuſcepto officio gerere ouium Chriſti curam, quæ ſine reſidentia non poteſt haberi, vt debet eſt etiam contra debitam charitatem Chriſti. Nam amor eius non eſt apud eum, qui paruipendit, quæ maxima ſunt Chriſti, ſalutem animarum ſibi cõmiſſarũ. Excuſare tñ poteſt abſentiam rõnabili cauſa á mortali imperfectius actus, vel pp paruitatẽ dãni vel pp paruitatem tpis, & ſi quid eſt huiuſmodi. Hæc ille. Et in interrogationib. præambulis confeſſor diligenter interrogabit eccleſiaſticos, ſi prudens eſt in ſacramento pœnitentiæ; eccleſiaſticos dico, qui deteſtabilem abuſum habent poſsidendi plura beneficia abſque rationabili cauſa, confidentes in bullis ſcriptis. Et prædicendum eſt eis; Prouide primum, vt ſit tuta cõſcientia tua & hoc, vt dixi, in interrogationibus præambulis ad confeſsionem, ante confeſsionem. Et hoc. vt non poſsit pœnitens conqueri dicendo, tu voluiſti audire, & ſcire facta mea. Ita caietanus in ſumma, fol. 382. & quanto quis plura tenet beneficia tanto magis peccat, vide Ioann. maiorem in 4. diſt. 24. an quis poſsit ſana conſcientia plura tenere beneficia cum diſpenſatione, vide docto. in d. c. de multa. quia tenere plura beneficia ſine rationabili cauſa eſt contra legem naturalem, vbi neceſsitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt, ſi vtilitas prouocat laudabilis eſt diſpenſatio, vtilitas dico communis non propria, nam cum nihil orum eſt: non eſt fidelis diſpenſatio, bernal, ad eupenium, non prohibeo diſpenſare. & ſede diſsipare. & glo. vt dixi. dicit in. c. dudum. de electi. quod qui habet plura beneficia vbi vnum ſue ſuſtentationi ſufficit reliqua cum peccato tenet ſimilis glo. in c. non eſt de voto, omnes docto. in d. c. dudum. & vide vt dixi) Ioannem maiorem. in. 4. 24. diſt & vide omnis in iſto c. contenta, & vide. ſ. in. c. de reſidentia epiſcoporum.

Et clericos pauca beneficia habentes, tã Sapientes quàm inſipientes laudant & ſi conformiter ad hoc bene viuant, multum ædificant, quieta non minus vita docet quam verba. vnde philo. Veritas tamen in iis, quæ in actionem eueniunt ex operib. iudicatur & vita: in his. n. præcipue certitudo veritatis conſiſtit. Si verba bona operibus conſona acceptanda ſunt, ſi vero diſcrepant, verba ſunt tantum putanda. & philo. concluſit felicem non egere multis bonis externis, nec in vita cõ

templati-

templatina nec actiua. & ſolon eos felices eſſe dixit, qui mediocriter res habuerint externas. & ſapiens. prouerbiorum. xxx. mendicitatem & diuitias ne dederis mihi tribue tantior. victui meo neceſſaria.

Sed quia ignota eſt homini ſufficientia ſua, aliqua documenta ſub iungemus, quia documentũ ſecuriſsimum & breuiſsimum eſt homini chriſtiano poſsidenti plura beneficia indagare aprudẽtibus viris & timoratis, hominum cognoſcentibus, quid ſentiunt de pluralitate beneficiorum, et aduertant poſsidentes plura beneficia ad vtilitatem quam in republica chriſtiana faciũt, & aduertant quòd multi ſacerdotes idonei nullum poſsident beneficium, ex hoc & predictis in iſto capitulo patet, quod ſacerdotes poſſunt dicere alicui in confeſsione, ſi multa habet & ſuperflua beneficia, ſi nõ reſignat ſuperflua beneficia, nõ es ĩ ſtatu ſalutis, ita ioãnes maior in 4 diſt. xxiiii. q. xiii. Ex iſta autem pluralitate in republica chriſtiana magna lues ſequitur, videlicet, diuini cultus diminutio, & peruertitur ordo charitatis erga fratrem, defraudatio defuncti fundatoris. &c. multa alia mala quæ nnmerari non poſſunt, vt ex. ſ. dictis colligi & conſiderari poſſunt recte intuenti.

An melius faciat beneficiatus ſum beneficium reſignans alicui probo viro, an relinquendo beneficium vacare per mortem, vt colator poſsit conferre cui vult vide Ioann. maioris. in. 4. diſtin. xxiiii. queſt. xv.

In iſto capitulo ex ſupra dictis concluſiue dico; quod habens in benefitio fructus equiualentes ſuis meritis & vtilitati quam affert in republica chriſtiana, qualiter cunque expẽdat illos fructus, non tenetur ad reſtitutionem, ſecus eſt ſi expendat aliquid vltra de fructibus beneficii. & de hoc vide Ioannem. maiorem in. 4. diſt. xxiiii. q. xvii. tamen, loco domini habentur, prælati dum bene miniſtrant, loco prædonis cum male. glo. in c. fi. xii. q. i. & vide Sanctum Tho. in ſecunda ſecunde. quod. clxxxv. ar. vii. in corpore queſtionis dicit ſic. Si diſtincta ſint bona quæ debent in vſum epiſcopi cedere ab his quæ ſunt pauperibus & miniſtris, et cultui eccleſiæ eroganda. et ſi aliquid ſibi retinuerit epiſcopus de his quæ ſunt pauperibus eroganda, vel etiam in vſum miniſtrorum, aut in cultum diuinum expetenda, non eſt dubium quòd contra fidem diſpenſationis agit & mortaliter peccat. & ad reſtitutionem tenetur. de his autem quæ ſunt ſpetialiter eius vſui deputata videtur eſſe eadem ratio que eſt de propris bonis vt ſcilicet propter in moderatum affectum & vſum peccet quidem, ſi immoderata ſibi retineat & aliis non ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis. Si vero non ſunt prædicta bona diſtincta, vt in Hiſpania, vbi de panperibus nullum verborum. dico quod eorum diſtributio fidei eorum committitur, & ſi quidem in modico deficiat vel ſuper abundet poteſt, hoc fieri abſque bone fidei detrimento, quia non poteſt homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri oportet. Si vero multus exceſſus, videtur bone fidei repugnare, & ideo non abſque peccato mortali. ecce verba beati Thomæ, & in quolibeto. vi. arti. xii. dicit, quod illud vulgare Hieronimi, ſuper Eſaia. xxx. rapina pauperum in domo veſtra eſt, quia bona clericorum ſunt pauperum, procedit de his bonis quæ ſpecialiter deputata ſunt vſibus pauperum, & ex conſequenti miniſtrorum, vt bona hoſpitalium & huiuſmodi, ſecus eſt de illis qui principaliter attributa ſunt vſibus miniſtrorum, vt prebendæ in quibus non committitur defraudatio, ſed ſulum abuſus, & ſic non obligatur ad reſtitutionem, ſed ad penitentiam peragendam, dicit itaque S. Thom. eccleſiaſticos non habere dominium in fructibus eccleſiæ, vt ſuperius introduximus in materia ſcandali. & in q. allegata. clxxxvi. ſed loquitur de bonis vſui epiſcopi deputatis, que ego voco requiſita ad eſtatum epiſcopi, & ad eius merita in eccleſia, prole, & ſua familia, & talia bona ſi expendat prodige non reſtituet. Nam Sanctus Tho. concedit ꝙ bona quæ non dantur ꝓ ſtatu non ſunt in dominio clericorum. & vide Ioãnem maiorem in 4. in xxiiii. diſ. queſt. xvii. & in. queſt. xviii. querit quomodo cognoſcatur ſtatus & ſufficientia viri. & in. qu. xix. querit an prelatus eccleſiæ qui nihil aliud habet niſi patrimonium Chriſti poſsit doctare ſororem vel filiam. ſed tex. in. c. peruenit. i. queſt. iii. reprehendit epiſcopos dantes bona eccleſiæ laicis, & conſanguineis, nam ceci ſunt epiſcopi erga nepotes & conſanguineos, ideo non dent pluſquam oporteat, ſed bene poſſunt dare conſanguineos pauperes. vt in c. non ſatis. cum capitulis ſequentibus. lxxxv. diſt. & nemo carnem ſuam vnquam odio habuit. c. Non extimemus. xiii. q. ii. ſed pondera verba. tex. in d. c. peruenit. i. queſt iii. vt videas quantum pontifex deteſtetur ditantes laicos vel conſanguineos. ſed dominus dedit nobis præceptum naturale vt ſucurramus noſtris, vt in. d. c. non extimemus xiii. q. ii. & ibi dicit quod elemoſinarius regis poteſt ex pecunia regis ſucurrere potius conſanguineis quam extraneis?

An habens patrimonium ſufficiens ad ſealendum poſsit beneficium capere & de fructu illius viuere, intelige reſidendo & ſeruiendo. Alexander de alcs in tertia. q. lv. tenet, quod poteſt tenere beneficium viuendo de fructibus beneficii, dummodo patrimoniũ in proprios vſus & honeſtos conuertat, & expendat & non aliter tenet Ioannes maior in. 4. xxiiii. diſt. q. xxi. tenent etiam doctores Canoniſte. An peccet prælati eccleſiæ in multitudine clientum, veſtium precioſitate, & ciborum ſuperfluitate, in iſtis tribus plerunque beneficiati peccant vnde Apoſto. ad Timot. habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſumus, at ſi diceret mediocritate veſtium & ciborum

borum contenti ſumus. & magis ad modicitatem quam ad ſuperfluitatem hortatur, quia prælati eccleſiæ regula debet eſſe arctior, ſeruato moderamine in bonis Chriſti, ideo Hyeroni. in.c.i. xl.ii, dic. dicit. Aliena rapere cõuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. quo ad veſtes teſtimonium eſt Chriſti, qui mollibus inquit veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Matthe. xi. quo ad cibum, vide. tex. hieronimi in.c.i. xliiii. diſt. Sacerdos itaque de altari viuere, non luxuriari quærãt, vnde ait Hieroni. tibi o ſacerdos de altari viuere, non luxuriari permittitur. & ad conuiola ſuperflua reſtringẽda ſacerdotibus & clericis precipitur vt tẽpore comeſtionis diuinarum ſcripturarum lectio habeatur; vt in.c.pe. xliiii. diſti. & vide in iſta materia optimum tex. in.c. gloria epiſcõpi. xii. q. ii. & quo ad bona eccleſiæ dixit Chriſtus, redite Cæſari quæ Cæſaris ſunt; & deo quæ dei ſunt. & prælatus Eccleſiæ debet quandam mediocritatem in veſtibus ſeruare, vt per Ambro. in pri. de offi. itaque poteſt quis laudabiliter deferre veſtes, cum quadam mediocritate, iuxta cõſuetudinem hominum proborum cum quibus viuit. omnia autem ad actum mentis veſtem deferentis reducenda ſunt. Aliqui tamen ad Iactãtiam ſordidas deferre poſſunt veſtes, vt patet per Auguſtinum, in ſermone de monte dicentem, non in ſolo rerum nitore & pompa. Sed etiam in ipſis veſtibus ſordis & luctuoſis poteſt eſſe Iactantia; & io periculoſior eſt, quo ſub nomine ſeruitotis dei decipit. Sed aduertendum eſt, notate quod epiſcopi, & clerici poſſunt habere propria, & de ſuis propriis poſſunt relinquere quibus volunt. c. epiſcopi xli. q. i. ſed bona eccleſiæ non computantur in bonis epiſcopi, quia in rebus acquiſitis intuitu eccleſiæ aliter eſt, nam vſus tantum non proprietas rerum eccleſiaſticarum tam mobilium quam immobilium conceditur clericis, nam prælatus efficitur rerum eccleſiæ diſpenſator. vt per docto. in c. epiſcopi. xii. q. i. & in c. ſine exceptione. xii. q. ii. & in c. ſacerdos. i. q. ii. & vi. docto. in c. quia Ioannes xii. q. v. vbi dicitur quod epiſcopus non poteſt teſtari de bonis eccleſiæ, & eſt argumentum quod licet epiſcopus poſsit conſtituere, monaſterium, non poteſt legare vt inde conſtruatur. & de hoc ibi videbis. etiam Cardinalem Sancti Sixti. & in.c. Nulli dubium. xii. q. i. intellige ſine licentiam, ſanctæ apoſtolicæ ſedis. & in d. c. Nulli tractat late, An epiſcopus poſsit teſtari de proprio patrimonio. & ibi an clericus beneficiatus poſsit teſtari de proprio patrimonio & ibi an valeat conſuetudo quod poſsit teſtari beneficiatus de reditibus ſequentis anni. & ibi de religioſo facto epiſcopo. & ibi dicit an clericus poſsit teſtari de bonis acquiſitis ex miſsis dicendis, vel de acquiſitis ratione officii ſeu ſeruicii puta quia fuit Capellanus alicuius principis, & de hoc teſtari poteſt. quia intuitu perſone fuerũt iſta bona acquiſita. & ſi epiſcopus diſcedit inteſtatus, omnia bona vendicabit eccleſia. & quid ſi clericus diſcedit ab inteſtato. vide docto. in.c. ſi epiſcopus. & c. ſicubi & c. quicumque xii. queſt. v. & in d.c. nulli. dicit Cardinalis S. Sixti. clerici de bonis eccleſiæ non poſſunt facere teſtamentum, cum eorum proprietas non ſit ſua cum ſolum vſum habeant ſed tantum de victu & veſtitu contenti eſſe debent, intellige penſato ſtatu & dignitate perſonæ.

De immunitate, & libertate eccleſiaſtica, Cap. XXXV.

SAnctiſsimi epiſcopi in ſuis diœceſibus aduertant circa immunitatem clericorum. quia clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicorum de iure diuino, cum ſint res ſpirituales; eò enim ipſo, quod quis ordinatur in clericum, efficitur res ſacra, & transſertur in ſortẽ domini. c. cui portio. xii. q. i. c. quanquam, de cenſibus, in vi. Gen. c. xlvii. item. i. Eſdræ. c. vii. & c. Imparator. xcvi. diſtinct. vt ibi notatur. & ſic eo ipſo eximitur à poteſtate iudicis ſecularis. Quin immo nulla dignitas ſecularis ſimilis eſt ſacerdotio, vt dicit tex. in c. duo. xcvi. diſtinct. ideo iterum aduertant ſummi Romani Pontifices, & reuerẽdiſsimi epiſcopi, quòd hodie uileſcit dignitas clericatus propter numeroſitatem, vt dicit tex. in c. legimus. xciii. diſtinct. Olim autem, quia non omnes indiſtincte promouebantur, erant in maximo honore; quoniam clericus non debet mendicare, vt in c. diaconi. xciii. diſtinct. vbi litera dicit; mẽdicat infelix in plateis clericus, & ſeruili opere mãcipatus publicam à quolibet poſcit eleemoſynam; ſolus epiſcopus incumbit bonis, ſolus vtitur monaſterio, ſolus epiſcopus vniuerſa vẽdicat, ſolus occidit vniuerſos. & clericorum alii ſunt cõiugati, alii nõ coniugati. Et ſciendum eſt, quòd clericus coniugatus cũ vna tantum, & virgine, & tonſuram, & habitum deferat clericalem; duplici tantum gaudet priuilegio; immunitatis perſonæ, vt in ipſum manus temerarias, vel violentas iniiciens ipſo facto ſentẽtiam excommunicationis incurrat, vt in c. ſiquis ſuadente. xvii. q. iiii. itaque clerici coniugati nullo gaudent priuilegio clericali vltra duo; quia gaudent priuilegio canonis, ſiquis ſuadente, vt dixi; & gaudẽt priuilegio fori; taliter quòd ſi deferant tonſuram, & veſtes, non conueniuntur coram iudice ſeculari, vt in c. vno, de clericis coniugatis, libro. vi. ſed ſi non deferunt, tunc in nullo gaudẽt; etiam ſi non præceſſerit aliqua admonitio, cum in eis non ſit neceſſaria, ex quo non tenentur clericaliter viuere. aliud eſt in clericis nõ coniugatis, vt in ca. ad audientiam, & c. contingit, de ſenten. excommu. & vide de iſta admonitione, quod dicitur per dominum Antoni. in c. Ioannes, de cleric. coniugat. & generaliter clerici coniugati non gaudent de omnibus priuilegiis eccleſiarũ, & clericorum. & vide Ioan. Andre. in c. nouerit,

uerit. de ſententia excommu. & de omnibus priuilegiis eccleſiarum, & clericorum vide eundem Ioan. Andream in dicto c. nouerit, de ſententia excommu. vt dixi. & appellatione clericorum veniunt omnes clerici, etiam conſtituti in ſacris. c. de perſona, in fine. xi. quæſt. i. quia omnes ſũt clerici & priuilegiũ clericale quando nominatur, intelligitur de duplici, ſcilicet immunitatis perſonæ, & fori. quod dic, vt in glo. in cleme. de officio ordi. quatenus iuncto tex. notat hoc ſingulariſſime. & vi. c. fin, de vita, & hone. cler. c. ex parte, de priuileg. c. cõtingit, & c. ſi iudex laicus, de ſentẽ. excommu. li. vi. & priuilegium clericale ĩ multis cõſiſtit. l. ii. C. de epiſco. & cleri, & ibi Bald. & docto. & in d. c. i. de cleri. coniuga. & in c. quanquam, de cenſi. lib. vi. Itaque clerici non vexentur in perſonis, & rebus, vt in clementi. i. de vita, & honeſta. cler. & d. k. ii. & de immunitate eccleſiarum per totum, & ſi ciuitas, vel laicus aufert ab eccleſia pedagia, vel guidagia, vel collectas, puniuntur pœna, de qua in c. non minus. & c. aduerſus. extra de immunita. eccle. & vide notanter in clemen. vna, de immuni. eccleſi. vbi videbis notabilem tex. ſed dicũt docto. quòd prætextu priuilegii nõ debet clericis creſcere authoritas delinquendi; reatus enim omnem honorem excludit. l. i. C. vbi ſenato. vel clariſſi. autentica, qua in prouincia, vbi de crim. agi. opor. quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate c. priuilegium. xi. q. iii. ad hoc. c. ſuggeſtum, de deci. Ideo prelati maxime ſoliciti eſſe debent ad caſtigandum delicta, vt in c. quod in dubiis, de pœnis; præcipue enormia. Et enormia delicta ſola inducunt irregularitatem, vt per Cardi. in clem. i. de offi. ordin. & enormia delicta ſunt iſta, homicidium, ſacrilegium, adulterium, falſum teſtimoniũ, & ſimilia. c. ſi epiſcopus. l. diſtinct. c. Apoſtolus. lxxxi. diſt. vbi dicitur, quòd crimen eſt graue, cũ eſt accuſatione, & damnatione digiſſimum. & quid ſit peccatum, & quid ſit delictum, vide c. peccatum, de pœnit. diſt. i. & c. peccatum, de regulis iuris in vi. & quid ſit leuis culpa, not. in c. i. lxviii. diſtinct. & ſi clericus non propulſando, ſed inferendo iniuriam enormem, ſeu ſæua frequẽter conſueuit committere, perdit priuilegium canonis, xvii. q. iiii. ſiquis ſuadente: perdit etiam, de ſentẽtia excommu. c. perpendimus, & vi. Cardi. in d. clemen. i. ſed quia ſæpe quærimus, & dubitamus de clericis relinquentibus habitum, & tonſuram, & delinquentibus, vel facientibus contrarium ordini clericali, ad dubitationem tollendã omnium decretalium ſic diſtingue ſecundum Io. Andr. in ſua q. aut clericus clericaliter ducit vitam ſuam, aut non; & ſi quidem viuit clericaliter, & delinquit in habitu, quocunque modo, & qualitercunque, nõ amittit priuilegium, nec poteſt capi, detineri, vel puniri per iudicem ſecularem, & percutiens eum, vel capiens incidit in canonem latæ ſentẽtiæ, xvii. q. iiii. c. ſiquis ſuadente. & ĩ hoc caſu loquitur c. ſiquis ab homine, de iudi. quod apparet ex verbis ipſius, c. quæ dicunt, ipſum eſſe clericum, & in ordinibus conſtitutum aſſertiue & hoc niſi fuerit incorrigibilis, & fuerit depoſitus per iudicem eccleſiaſticum, & traditus poſtea curiæ ſeculari, vt ibi dicitur. Si verò clericus nõ viuit clericaliter, diſtingue; aut portat tonſuram, & habitũ, tñ vadit negociando vel tenet tabernam, vel ſtat ad aliquam ſtationem, & ad faciendũ aliquã mercantiam; & tunc non perdit priuilegium clericale, niſi poſt trinam admonitionem, & ĩ hoc caſu loquitur c. fin. extra, de vita, & hone. cle. & apparet id qualiter in dicto. c. quidã clerici, & c. ita ponit aſſertiue, & poſtea dicit in negociationum ſuarũ quæſtionibus, per quod apparet, quòd loquitur, quando clericus mercatur, & negociatur cauſa lucri, & quæſtus. ſi vero accipit ſecundam vxorem, vel viduam, vel facit ſe militem, tunc ex toto amittit priuilegium clericale; quia in talibus non cadit character ordinis clericalis, vt lxxxiiii. diſtinc. c. quiſquis. & extra, de bigamis c. ii. & iii. ſi vero accepit vxorem vnicam. & virginem, tunc portando habitum, & coronam. & clericaliter viuendo, non perdit priuilegium clericale, vt extra, de vita, & hone. cle. c. clericus. Si accepit vxorem, & reliquid habitum clericalem, perdit priuilegium, vt extra, de clericis cõiuga. c. pe. & c. Ioannes. & ibi not. ſi uerò non coniugatus, & non portat ueſtes, nec habitum, nec tonſuram clericalem, & facit aliquid cõtrarium ordini clericali, vel delinquit; tunc diſtingue; aut leuiter delinquit, uel aliquid facit contra regulã ordinis clericalis ut quia portat arma, uel ludit ad tabulas in uiis, uel mutuat ad ludum, & uadit uenando: & tunc ſi aliquis ignoraris eum clericum cõmittat in eum, non incidit in pœnam canonis, ſiquis ſuadente; ipſum percutiendo, uel feriendo. ſecus ſi ſcienter, ut extra, de ſen. excom. c. ſacro. il ii. & hoc, niſi poſt trinam monitionem; quia tũc perdit omne priuilegium; extra, de ſententia excommu. c. in audientia. vbi dicitur, quod portabat arma reiicto habitu, & tõſura clericali. & in c. ſi cõtingat, dicitur, quòd delinquit ſeculari luxu. & ita quodam modo non delinquit leuitatis cauſa, ſeu modice. per quæ apparet, quòd in ipſis capitulis loquitur, quando leuiter delinquit, vel modice. Si verò relinquit habitũ, & tonſuram, & immiſceat ſe enormitatibus, vel ſæua exerceat, & in iſtis perſeueret, ita quòd hæc faciendo fuerit deprehẽſus per iudicem ſecularem, vel offenſus fuerit per alium; tunc nullo gaudet priuilegio, vel beneficio, & in his caſibus loquitur extra de apoſtatis. c. i. & c. priuilegiis. & de exceſſibus præl. c. ex parte, circa fin. & c. perpendimus. Et eſt ratio manifeſta; quia cum elegerit vitam ſecularem, ipſius vitæ debet ſubiici diſciplinæ, iuxta illud; dignum eſt, vt qui cum aliis ſimilem vitam ſuſcipiunt, ſimilem in legibus ſentiant diſciplinam, vt extra de ſta. mo. c. recolentes. & per hoc reducentur ad concordiã glo. Inno. Ber. & aliorum doctorum dicta. & notabimus quod immunitas eccleſiaſtica eſt liber

tas,ſeu exemptio eccleſiæ in perſonis,& rebus, ac iuribus eccleſiaſticis quibuscunq;.ſciendum eſt
etiã,quòd priuilegia conceſſa ſuper libertate eccleſiæ poſſunt tripliciter diſtingui;primo,reſpectu
formalitatis,qui eſt attendendus.vt in c.porrò,de priuil.ſecundo,reſpectu eius,cui concednntur.
tertio,reſpectu concedentis.Iuxta primum modum quædã ſunt priuilegia pſonalia, quædam rea
lia.i.quædã concernunt perſonas cleric.quædã res,ſeu iura clericorũ,& eccleſiarum. hanc diſtin.
facit gl.in c.vnico,de big.li.vi.in ver.priuilegio.& de priui.pſonarum vide c.ſiquis ſuadente.xvii.
q.iiii.de priuilegio rerum exemplificas d.gl. per l.i.& ii.& l.generaliter.C.de epiſco.& cle.& de
vita,& hon.cle.c.fin.in quibus priuilegiãtur clerici maxime reſpectu munerum,ſeu onerum.qui
bus autem muneribus obligentur,& in quibus non,plene diſtinguit Inno.in c.non minus,de im
mu.eccleſiarum.& Guidus de monte Laudo in cle.i.de vita,& ho.cl. Sed clericus qui tertio moni
tus à negociationibus ſecularibus non abſtinat,interim perdit,quò ad bona;priuilegium clerica
le.text.in d.c.fin.de vita,& hon.cle.& ibi notatur,quòd quemadmodum clericus nõ tenetur ali
quid ſoluere pro facultatibus eccleſiæ,ita nec pro facultatibus propriis.ex quo infertur,quòd de
proprio patrimonio clericus nõ tenetur ſoluere aliquas gaballas, vel aliqua pedagia.clem.ſu.præ
ſenti,de cenſi.& c.quanquã;eod.ti.libro.vi.Idem dic,ſi aliquid donatur,vel relinquitur eccleſiæ,
& idem puto,ſi donatio fiat clerico,dicit Panor.in d.c.fin.Itaque ex his habes caſum valda gene
ralem,in quo bona clericorum gaudẽt eodem priuilegio cum bonis eccleſiæ; ſed clericus nõ gau
det immunitate in his, quę deferunt cauſa negotiandi,text.& ibi Phi.Franc.in c.quanquam,de
cenſi.li.vi.tex.in clemen.iii.de cenſi. & ibi docto. Specu.in ti.de immu.eccleſiaſtica.§.fin.& ſi eſſet
quæſtio inter clericum.& publicanum de rebus,quæ portantur,an deferantur cauſa negotiandi,
vel non,vide Barto.in l.licitatio.§.mercatores.ff.de publi.Ancha.Phi.Fran.in d.c.quanquam,de
immunita.eccle.in vi.& quod dixi,de tertia monitione, dic, quòd nõ ſufficis vnum perẽtorium;
quia agitur ad pœnam. Panorm.in d.c.fin.ſed clerici coniugati non gaudent priuilegio in facul
tatibus;vt iam dixi.Eccleſia an teneatur ſoluere collectas, ſeu alia onera pro poſſeſsionibus ei col
latis,pro quibus antequàm ad eccleſiam perueniſſent ſoluebantur talia onera:dic poſt multas opi
niones,& iſta eſt verior,quòd aut illa bona habebant onus perpetuum annexum,& inuariabile,
& tunc tranſeunt ad clericos cũ oneribus ſuis.facit clemen.præſenti , de cẽſi.& quod ibi notatur;
aut onus tale eſt,vt ſunt iſtæ deſcriptiones,& æſtimationes,quæ fiunt hodie;quia æſtimantur bo
na cuiuſcunque,vt ſoluans plus,vel minus ſecundum impoſitionem collectæ ; & ad iſta onera nõ
tenetur eccleſia,vel clerici;quia non poteſt dici,quòd hoc ſit onus annexum poſſeſsionibus; cum
non ſit perpetuum,ſed variabile;& quãdoque imponitur perſonæ pro rebus. ſi ergo perueniunt
ad eccleſiam, debẽt cenſeri iure eccleſiaſtico.pro hoc eſt bonus tex.in c.vnico,de iure patronatus,
in vi.& ibi Panor.in c.fin.de vita,& honeſtate cleric.& quid, ſi clericus habeat communia cũ fra
tre laico,nunquid teneatur ſoluere?de hac,& ſimilibus quæſtionibus vi. Specula.in titulo de cle
ricis coniugatis.& vi.Barto.in l.reſcripto.ff.de muneri.& hono.vbi ponit aliquas practicas affi
ciendi bona ſecularia; vt ſic effecta tranſeant ad clericos ; cuius dicta non placent Panormitano,
maxime propter fraudem.ita Panor.in d.c.fin. ſed vi.priuilegia conceſſa clericis ab Imperatore,ſ
l.i.C.de ſacroſanctis eccleſiis.& quædam ſunt priuilegia, quæ conceſſa ſunt toti eccleſiæ,vt priui
legium fori clericorum,& canonis,ſiquis ſuadente;& aliqua alia, de quibus infra dicemus. quæ
dam sũt priuilegia ſpecialia,ut alicuius ordinis,ut de reſcript.c.cum ordinem;uel uni eccleſiæ cõ
ceſſa;ut in c.auditis,de pręſcriptio.& c.ueniens.& de deci.c.dudũ.& c.ii.de decimis.in vi. Itẽ quæ
dam priuilegia ſunt conceſſa à Deo;quædam ab homine: priuilegia cõceſſa à Deo ſunt quam plu
ra,ſed principaliter tria.Primum eſt illud,ex quo tota poteſtas eccleſiaſtica dependet , & cauſata
eſt;ſicut illud;quodcunque ligaueris, &c. c.quodcunque.xxiiii.q.i.& de tranſla.c.i.& dixi ſupra
in iſto Speculo in c.i.& ii.& iii.& per papam habet poteſtatem decidendi,& interpretandi omnia
dubia iuris etiam ciuilis.c.per uenerabilem,qui filii ſint legitimi.uerſic.rationibus.ſecundum eſt
priuilegium de decimis,& oblationibus dandis clericis.c.reuertimini.xvi.q.i.c.tua,de decimis.ii.
& notatur plene in c.à uobis,eo.titu.Tertium eſt priuilegiũ, quod habet eccleſia , ut adminiſtret
ſola.i.ſine laicis res ſuas.c.ſi Imperator .xcvi.diſ.de rebus eccleſiæ non alienan.c.fin. & hinc ec
cleſia ſola de ſpiritualibus,& non Imperator ius concedere, & aliter diſponere poteſt.c.denique.
xcvi.diſ. & c. cum ad uerum. multa ſunt & alia priuilegia conceſſa eccleſiis à Deo,quæ patent in
nouo,& ueteri teſtamento,ut dicit Inn.in c.nouerit,de ſen.exc. de priuil. autẽ eccleſiæ conceſsis
ab homine dic,ꝙ quædã à principe,quædã ab inferiorib.De primis quædã conceduntur à papa ;
quædam ab Imperatore. De conceſsis à papa eſt priuilegium canonis , ſiquis ſuadente.xvii.q.iiii.
de his etiam eſt priuilegium ſuper legatis ad pias cauſas probandis per duos teſtes , ut in c.relatũ,
de teſtamen.& quod ibi notatur.Et notabis,quod text.in d.c.relatũ,dicit indiſtincte,quòd cauſa
ſuper talibus relictis pertinet ad forum eccleſiæ.multa alia ſunt priuilegia à papa cõceſſa,ut illud;
ne res eccleſiaſticæ alienentur ſine certa ſolennitate.c.ſine exceptione.xii.q.ii.c.ſiquis,de rebus ec
cleſiæ non alienan. Priuilegia cõceſſa ab Imperatore ſunt multa.C.de ſacroſanctis eccleſiis.l.i.&
in l.nemo.C.de epiſcopis. & clericis;& per totum titu.de his, qui ad eccleſias confugiunt.& pro

ſequi

ſequitur Inno.(vt dixi)in d.c.nouerit, de ſentent excommu. & de priuilegiis cōceſſis eccleſiæ ab inferioribus iam ſuperius diximus.Diximus, quòd qui in clericū violentas manus temerarias iniecerint per ſe,vel per alium,ipſo facto ſententiam excommunicatonis incurrunt, vt in d.c.ſiquis suadente.xvii. q.iiii. dixi violentas propter.c.contingit. de ſente.excom.vbi dicitur,excommunicatus eſt , qui in clericum etiam violētam manum iniecerit.& ibi dicit Panor.an poſsit eccleſia agere pro iniuria facta clerico.dicit etiam ibi , quòd epiſcopus poteſt remittere iniuriam competentem eccleſiæ.ſed intrudens clericum inuitum in cuſtodia publica, vel priuata,vel vinculis huiuſmodi ſententiam incurrit,vt de ſenten.excommu.c.nuper.hoc tamen verum eſt præterquàm in decretali.c.vbi periculum maius.§.præterea,de electio.in vi.& in caſu decretalis,ex reſcripto, de iureiurando;cum determinatione tamen,quā ibi poſuit dominus Ioan.Andreas.& ibi dicit Panor.quando monachus clericus poſsit dari in obſidem.Ideo detinentes eū inuitum non ſunt excommunicati,dummodo de voluntate Abbatis.ſunt tamen caſus,in quibus iniicientes manus in clericum in pœnam nō incurrunt.primus eſt,ſi prælatus eccleſiaſticus ipſius clerici ipſum capit, vel per alium capi fecit propter exceſſum ab eo commiſſum;etiam ſi faciat eum carceri mancipari. Nam eo caſu neque faciens,neq; mandans excōnem incurrunt; dum tamen ex propoſito non excedatur vltra quàm ipſius rebellio requirit, vt de ſenten.excommuni.c.vt famæ.& eodem.ti.c.ſi clericos,libro.vi.ſecundus caſus,ſi officium ī eccleſia habens manus iniiciat,moderate tamen inter turbantes diuinum officium.c.veniens, de ſenten.excommu.tertius,ſi magiſter in ſcholarem clericū diſciplinæ cauſa manus iniiciat;moderate tamen.quartus,ſi dominus in familiarem.quintus,ſi proquinquus in propinquū clericum, inferioris tamen gradus , correctionis cauſa manus apponat,moderate tamen.præmiſsi caſus patent in c.cum voluntate,de ſenten.excommu.ſextus, ſi clericum turpiter inuentum cum matre,filia,ſorore, vel vxore quis percutiat , vel lædat.c.ſi vero.§.nec ille,de ſenten.excommu.ſeptimus,ſi percutiens probabiliter ignorat,eum eſſe clericum, vt in d.c.ſi uero.octauus ſi ioco eum percuteret, vt c.i.de ſenten.excommuni.primo reſponſo.& in d.c.vero,dicitur;Officialis deliberate iniiciens manus ī clericum per papam abſoluitur;ſecus, ſi turbam arcendo,non ex deliberatione,ſed fortuito caſu.Et ſi eſt impubes percutiens clericum animo iniuriandi abſoluitur ab epiſcopo. Si maior , requiritur abſolutio papæ.Panorm.in d.c.i. quid autem de ſpuente clericum?dic; vt in d.c.ſiquis ſuadente.& de deturpante veſtem.& vi.per Pan in d.c.i.ea , quæ requiruntur ad incurrendum illam excommunicationem.c.i.ſiquis ſuadēte. Nonus,ſi repellendo vim in ipſum manus iniiciat, dummodo id faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ , ut in præalle.c.ſi vero.& e.ti.c.ex teriore.& ibi notatur de hom.c.ſignificaſti, il.ii.& hi caſus notantur in prædict.c.cum voluntate,in gl.ii.decimus,ſi amens,vel infans; vel dormiens talem clericum percuſſerit.ut in cle.furioſus,de hom.in cle.verum quia iudices ſeculares ſæpa propter maleficia capiunt.& captiuos detinent clericos,qui petunt ſe ad ſuum forum eccleſiaſticum remitti,vel ab eccleſiaſtico iudice repetitur, ut in c.ſi iudex laicus de ſenten.excomm.in vi.ideo ad lecturam;& intellectum.d.c.veniamus,& primo ad ea,quæ continentur in tex.ubi habetur,& dicitur ſecundum communem intellectum docto.ſi malefactor captus à iudice laico dicit ſe clericum,huius rei cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat.& ſi notorie,vel publica fama,vel cōmuni æſtimatione habetur pro clerico;ſtatim fit remiſsio.idem,ſi prius ſe gerebat pro clerico,& modo deprehenſus fuit in habitu clericali.Si autem prius ſe gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit, non fiet remiſsio, donec fuerit de clericatu probatum ; ſed interim contra eū iudex in nullo procedet.& ita habemus hic;quòd epiſcopus poteſt repetere clericū ſuum,vbi ab alio detinetur, huius ratio eſt,quia in ſpiritualibus nec incidēter,nec principaliter poteſt iudex laicus procedere.c.tuam, de ordi.cogni.c.lator, qui filii ſint legiti.ſed vocatur iudex ſecularis,& alii,quorum intereſt,ad iſtā cognitionem;quia in cognoſcendo , & ſententiādo ſunt vocandi, quorū intereſt;& denunciatio eſt illis facienda;aliàs non teneret,quod aliter fieret.ff.de re iud.l.de uno quoq;& de mai.& obe.c.inter quatuor.& l.emptor.C.de euict.& procedetur ſic; primo videbitur de poſſeſſorio clericatus,ut quia notoriū eſt;aut quia fama publica hoc diuulgat, aut quia iſte pro clerico cōiter habeatur. & uno iſtorum faciente pro capto reſtitui debet antequàm de clericatu cognoſcatur:reſtitui debet ſcilicet curiæ eccleſiaſticæ.Et ſic iſta poſſeſsio facit, cognitionem eſſe fori eccleſiæ.ſed iudex ſecularis dicet coram iudice eccleſiaſtico; Vir iſtæ perpetrauit delictum tale in mea iuriſditione, unde coram me ſortitur forum;& ideo peto,quòd mihi reddatur per me iuſtificandus.ſi dicatur,eſt in poſſeſsione clericatus;dicet,poſſeſsio non facit clericum.l.Herennius.ff.de decurioni. vnde probet , ſi poteſt.dico tamen , quòd ubi eſſet antiquata poſſeſsio,reputarem calumniam,& illum eſſe clericum præſumerem,argume.de ritu nuptiarū.l. in liberæ mulieris, ſecus,ſi factus eſſet recens,ut in c.illud,de præſumptio.& articulo probationis pendente ſuper clericatu, non procedetur contra captum , ut in ſi.capituli noſtri.& cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum,vt in tex.& prælatus ex officio petit remiſsionem,quia in iniuriam eccleſiæ non poteſt clericus conſentire, vt in c.contingit , de ſenten.excommu.c.i primis.il. q.i. faciunt ea;quæ no.in c.ſi diligenti,de fo.comp.quinimmo epiſcopus,ſi eſt ordinarius capien

tis, poteſt ꝓcedere per modum inquiſitionis cõtra detinentem. nam crimen ſacrilegii eſt clericũ
detinere, ut in cap. quisquis. xvii. q. iiii. vbi de multiplici genere ſacrilegii, facit etiam tex. in c. ſiquis
deinceps. xvii. q. iiii. & hoc verum, ſi fama eſt, cum eſſe clericum. ſi uero notorium eſt, tunc ſine fa
ma requirit eum, & excommunicat detinentem. Sed iudex laicus licite capit clericum pro maleſi
cio, ſi gerit ſe ꝓ laico, vt in d. c. ſi iudex laicus, de ſen. excom. facit c. ſi clericos, e. ti. immo voluit
Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſc. & cle. quòd etiam clericum inuentũ in crimine inha-
bitu, & tonſura poteſt iudex laicus, ſeu eius familia capere, & ad epiſcopum ducere. Idem vult In
no. in c. vt famæ, de ſen. excom. quod intellige, quando eſſet in fuga, vel ſuſpitio de eo; alias non
liceret laicis capere clericos etiam inuentos in delicto: vt eſt tex. notabilis in c. ſi vero, il ii. de ſen.
excom. quod tamen intelligit ibi Inn. eſſe verum, quando clericus à delicto deſiſteret, ſecus ſi cõ
tinuaret, quia tunc poſſet capi à quocunq; etiam laico ſine pœna excommunicationis, ſi non eſſet
ibi officialis ipſius clerici, qui hoc faceret, ſecundum Inn. ibi. & de hoc vide Io. and. in c. cum non
ab homine, de iud. Et ita eſt tenendum, quicquid dixerit Bal. in l. ſi qua per calumniam, de epiſc.
& cle. Vnde ex his infertur ſecundum doct. quòd ſi miles inuenit clericum de nocte, ſi ſe gerit ꝓ
laico, vel veriſimiliter poteſt timere delictum committendum; poterit eum capere ſine pœna ex-
communicationis, arg. etiam c. conſuluit, de offi. deleg. quia videtur tunc impedire delictum cõ-
mittendum, aliàs autem non poteſt capere. Et notabis, quòd habitus clericalis conſiſtit in duob.
ſ. in tonſura, & veſtibus. & de veſtibus vi. per gl. notabilem in cle. i. de elect. in verbo ſecularis, &
de tonſura vi. gl. in cle. ii. de vi. & hon. cle. in verbo, & tonſuram. Notabis etiam, quòd in dubio
quis præſumitur talis, & ita iudicari debet, qualis in habitu apparet, vt in d. c. ſi iudex laicus, facit
l. moueor. C. de ſer. expor. vnde dicenti contrarium incũbit onus probandi per tex. in d. ca. ſi iu-
dex laicus. Et no. ꝙ poterit fieri ꝓbatio per inſtrumentum clericatus corã iudice ſeculari. Bal. in
d. l. ſi qua; ad inſtruc. ipſius iudicis, & ad ĩducendã ſnĩam, vt ſi e poſtea ſit excõicatus, ſi eũ detineat.
Nec in tali oſtenſione eſt neceſſe aduerſarium citari, cum non fiat in modum ꝓbationis, ſed in-
ſtructionis, arg. l. ſiquis inficiatus. ff. depoſi. Aduerte tñ. quòd eo caſu, quo captus non reperitur
in habitu clericali, vel reperitur in habitu de ꝓximo aſſumpto, requiritur vera ꝓbatio tituli cle
ricatus, vt in d. c. ſi iudex laicus. Et talis vera ꝓbatio non poteſt fieri corã laico, etiã per inſtrumẽ
tum; cũ ſit quid ſpirituale, vt in præſenti. d. c. ſi iudex laicus; & facit, quod no. in c. non licet, de reg.
iu. in vi. Et tene menti gl. in d. c. ſi iudex, dicentem, quòd ordo, ſeu clericatus poteſt ꝓbari non ſo
lum per inſtrumenta, ſed etiã per teſtes. & iſto caſu ad ꝓbandum clericatũ non ſufficerent literæ
papæ ꝓductæ, in quib. nominat eum clericũ. ita Io. and. in c. non licet, de reg. iur. in vi. & Pet. de
anch. & Phil. Fran. in d. c. ſi iudex laicus. Vnde in talibus literis iudex laicus credere non debet, ſed
bene tenetur credere probationibus legitime factis corã iudice eccleſiaſtico, & ſententiæ iud. ec-
cleſiaſtici, qui pronuntiat illum clericum, vt in c. ſi. de excep. lib. vi. Bal. in d. l. ſi qua. & Fed. de Se
nis in conſi. cxxix. incip. Factum ſic ſe habet. Et ibi Fed. dicit quatuor quæſt. quarum prima eſt;
Si conuerſus ſe confiteatur laicum corã iudice laico, an ſibi noceat? & vi. Phil. Franc. in d. c. ſi iu-
dex, ſuper dictas quæſtiones; vbi late examinat, & alleg. d. Feder. ſed in d. concilio. cxxix. d. F. non
tangit dictas quæſtiones. Sed mortuo Petro Fiſcus vult occupare bona, quia deceſſit ſine conſã
guineis, & epiſcopus dicit illum eſſe clericum, tunc titulus debet ꝓbari; & non ſufficit ꝓbare poſ
ſeſſionem clericatus, vt in l. i. C. quor. leg. & facit tex. in d. c. ſi iudex laicus. Et not. quòd clericus
dicitur ſe ĩmiſcere enormitatibus, quã facit ſeditionem in populo, & guerram. tex. & doc. in c. per-
pendimus, & c. cum ab hoĩe, de ſen. excom. Et talia exercens perdit priuilegium canonis, ſi quis
ſuadente. ita Pan. in d. c. ꝑpendimus. & adde ad ea, quæ ſuperius dixi. Sed officialis iniiciens ma-
nus in clericum incidit in excõnem; intellige, ſi deliberate. vt per tex. & doc. in c. ſi vero, de ſen. ex
com. & per papam abſoluitur. Secus, ſi repellendo vim vi. Sed ſolum factũ non ſufficit ad incur-
rendum excõnem, ſed requiritur animus iniuriandi. ideo percutiens clericũ ſe defendendo excõi
catus non eſt, de quo vi. Pan. in d. c. ſi vero. Et clericus de mandato prælati ſui licite poteſt capi per
laicum, & per eum ad iudicem ſuum duci, vt in c. vt famæ, de ſen. excom. li. vi. Sed verberari ꝑ lai-
cum non debet, etiam de mandato prælati, vt in c. vniuerſitatis, de ſen. excom. aliàs incidit in excõ
municationem; vt ibi notatur. Sed aduerte, quòd eſt licitum occidere clericum ſine metu excõmu
nicationis pro defenſione perſonæ, vel rei propriæ, vel proximorum. vi. de hoc Pan. in d. c. ſi uero
vbi etiam dicit; Quid ſi clericus venit ad bellum armatus, & fecit inſultum, & ibi fuit captus, &
percuſſus, nunquid percutiens ſit excommunicatus? ibi uidebis per eum. Sed licitum eſt clerico ꝓ
ſua neceſſaria defenſione aſſumere arma, vt in c. perpendimus, de ſen. excom. Sed clerici buffones
in lingua Italica, & truhanes in lingua Hiſpana ſi illam artem exercent per annum, perdunt om-
ne priuilegium clericale, vt per Panor. in c. perpendimus, de ſent. excom.

Et clericus incorrigibilis poteſt licite per prælatum incarcerari. Et carcer etiam eſt inuentus ad
pœnã, de iure can. ita Pan. in d. c. perpendimus. Et prælati, qui habent iuriſdictionem in clericos,
ſunt epiſcopi, qui habent iuriſd. ordinariam, vt c. de perſona. xi. q. i. c. at ſi clerici, de iud. vbi vide-
bis Panor. & in c. cum non ab homine. Si iniuria facta clerico fuerit leuis, epiſcopus abſoluit. Et
quã

quæ ſit leuis iniuria, mediocris, vel enormis, arbitrio epiſcopi cómittitur. Panor. & doct. in c. prouenit, de ſent. excóm. Et an prælatus ſit iudex in cauſa vbi agitur de iniuria ſibi facta, vide Pan. in c. cum veniſſent, de iudiciis. & ibi dicit, quòd papa, & imperator, & non recognoſcentes ſuperiorem ſunt iudices in cauſa ꝓpria. & in d. c. cum non ab homine, videbis Panor. dicétem de clerico deprehenſo, & de clerico depoſito, & incorrigibili. & ibi dicit, quomodo excómunicatio, & anathema differant. Et clericus homicida detruditur in carcerem toto tempore vitæ ſuæ, quia nó punitur ſãguine, ſed irregularitatem incurrunt prælati, quãdo mori faciút ſuos clericos in carceribus, forte quia non faciunt prouidere de victu vi. Pan. & doct. in d. c. cú non ab homine. Et clerici nó efficiútur irregulars, ſi neceſsitate vrgéte pugnát vna cum aliis, dú tamen actualiter ipſi non occidát, licet vulnerét. ita Pan. in c. peruenit de imm. ecc. & ibi dicit etiam, an, & quãdo clerici poſſint cópelli ad cuſtodiam ciuitatis tépore guerræ, & quòd clerici tenentur ad tallias, & collectas & angarias tpe alicuius guerræ, quod debet intelligi ꝓpter neceſsitatem inſtátem. Inn. in c. nó minus, de im. ecc. multa ſed dicit Pan. quòd confuſe loquitur more ſuo. ideo dic; Munerú quædá ſút pſonalia, quædam patrimonialia, quædam miſta. Et primo ſcias, quòd munus dicitur tribus modis. l. munus tribus. ff. de verbo. ſignifi. & dicit Pan. in rub. de immunita. eccleſiarum. Et nota, q clerici eccl. regulariter ſunt immunes ab omnib. collectis, & impoſitionib. laicorum, niſi interueniét ib. illis; de quibus in iſto. c. dicemus. Et ſic in ꝓpoſito noſtro, Munus ꝓprie eſt, quod neceſſario ſubimus lege, vel morib. ĩperio eius, qui habet poteſtatem, vt l. munus proprie. ff. de verb. ſig. & hoc tenétur perſonę eccle. ſubire reſpectu iuriú eccl. vt in c. conquerente, de offi. or. cum ſi. Sed materia noſtra conſiſtit reſpectu laicorú, an, & qñ eccleſiæ, & clerici teneantur ad munera laicorú. Veniamus igitur ad primú membrú, dixi. n. quòd quædam ſunt mere perſonalia, & dñr mere perſonalia, quia labore corporali explicãtur ſine detrimento rerum, vt in d. l. munerú, in prin. Et iſtorum quædam habent honorem annexum, & appellantur honores. hinc dixit tex. no. in l. cui munerum. ff. de mune. & ho. quòd ſi alicui ſuit muneris publici conceſſa vacatio, nó remittitur ei, ne magiſtratus fiat, quia id ad honorem magis, quàm ad munera pertinet. quòd not. Et ad hoc munus honorabile tenétur laici. l. incola. ff. ad municipa. etiam fœminæ, ſi nó habent iuriſdictionem admiſtam. d. l. vnica. C. de mul. & dic, vt plene de hoc, quò ad laicos, not. ibi per Bart. clerici vero nec tenentur, nec poſſ ꝓpt hos honores inter laicos ſumere; qm̃ nemo militans deo implicat ſe negotiis ſecularib. & apertius probatur in l. placet. C. de epiſ. & cler. vbi tex. dicit, quod nihil cóe debent clerici habere cum publicis actionibus, vel ad curam pertinentibus corpori non ſunt annexi, &c. Per illum tex. dicitur, quòd etiam de vniuerſitate laicorum non ſunt. vnde non habent vocem in conſilio populi, quod tenet Inn. in c. dilecta, prope fin. de exceſ. præla. Quædam vero munera perſonalia habent non honorem, ſed quandam vtilitatem annexam, & appellantur ſcilicet munera ſordida. & hæc conſiſtunt in vilibus officiis, vt in arena fodienda, & in calce coquenda, & aliis, in quibus verſatur quædam vtilitas, et vide multa exempla. in l. maximarum. C. de excu. mu. lib. xi. Et poteſt in iſtis cognoſcendis dari hæc regu ſecũdum Barto. in d. l. vnica, quod ſicut illud eſt honor, quod in loco reputatur honor, vt not. Inn. in c. de multa, de præben. facit. c. cum olim. de conſue. ita illud eſt vile, quod reputatur uile. Et hæc officia vilia poſſunt dici angariæ ab ango, quod idem eſt, quod conſtringo, quia conſtringunt ad illud. Ita ſumitur illud verbum in paſsione domini, quod ad ferendum crucem angariauerunt quendam Simonem, &c. Hæc officia vilia de iure ciuili deſeruntur tantum humilioribus perſonis, non autem maioribus, vt l. humiliores. C. de ſuſcep. & circa. lib. x. Ab his vero clerici, & mancipia, ſeu coloni clericorum, & eccleſiarum ſunt immunes etiam de iure ciuili. l. placet. de ſac. ſan. eccle. & l. ii. C. de epiſco. & cleri. Sed contra hoc facit. l. neminen. C. de ſac. ſan. eccle. vb. innuitur, quòd eccleſia tenetur ad angarias, & perangarias. ſoluit Innoc. dupliciter. Primo, quòd ibi non dicitur, quòd eccleſia ſubeat angarias; ſed dicitur, neminem excuſari, etiam ſi poſſeſsio pertineat ad eccleſiam. quod eſt intelligendum ſecũdum eum de ruſticis, & colonis eccleſiæ, qui non excuſantur in caſu ibi expreſſo ſcilicet in aduentu principis; quamuis aliàs ſerui, & coloni eccleſiarum non debeant angariis, & perangariis fatigari. xii. q. ii. eccleſiarum ſeruos. Clerici autem hoc caſu ſunt immunes ſecundum quoſdam, & Secundo poteſt dici ſecundum eum, quòd eſt ſpeciale in aduentu principis; vt angarias, & perangarias præſtent etiam eccleſiæ, dummodo ad ſordida munera non cogantur. Ego puto, quod clerici. vel ſerui, qui ſunt de dominio eccleſiarum, nullo modo teneantur, etiam in aduentu principis; quia tunc dictæ perſonæ ſunt exemptæ à dominio, & iuriſdictione laicorum, vt legit. & not. xcvi. diſtinct. c. ſi Imperator. not. Inno. in c. ii. de ma. & obe. & glo. iuncto textum in c. quanquam, de cenſi. lib. vi. Ergo in nullo tenentur eorum perſonæ ad obſequium Imperatoris. facit l. reſcripta. §. fin. & quod ibi not. per Bar. ff. de mune. & ho. & quod infra dicam. Vnde non potuit Imperator in hoc per aliquam legem diſtringuere clericos. c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & c. fin. de reb. eccl. non alie. & not. hic Ioan. And. ſuper glo. & infra latius dicam. Sed reſpectu colonorum liberorum, qui ſeruiunt eccleſię pro mercede, poteſt procedere d. l. neminem, & dictum Inn. cum enim illi ſint ſubiecti Imperatori iuxta not. in c. indicatum eſt nobis. lxxxix. diſtinct. & per

ipſum Imperatorem ſint multi exempti.d.l.i.& ii.de epiſ. & cle. potuit Imperator in certis caſi-bus illam immunitatem limitare,& reſtringere.vt in ſimili no.glo.in c.cum ſecundum leges, de hæreti.lib.vi.Quædam,& tertio ſunt onera perſonalia,quæ non habent in ſe dignitatem,ſeu honorem,vt vtilitatem,vt eſt legatio,ſeu tutela,vel cura;& ad hoc omnes laici tenentur,niſi habeant excuſationem legitimam.ff.de excu.tut.per totum.ff.de legi.per totum Sed clerici nõ tenentur, vt l.generaliter.C.de epiſ.& cleri.canonizata.xvi.q.i.c.generaliter.vide tamen tex.iuncta glo.notabili in c.peruenit.lxxxvi.diſt.vbi legitur, & not.quòd licet clerici, & monachi non teneantur ſubire tutelam,& curam minorum,poſſunt tamen,ſi volunt,agnoſcere legitimam, quia eſt officium pium.quod nota,& dic, vt ibi latius not. In hoc caſu recte poſſet intelligi.c.ii.ſupra de immunitate eccleſ.nam quia pium eſt cuſtodire ciuitatem,& patriam tempore neceſsitatis,ideo diſponitur ibi,vt clerici teneantur,& dic latius,vt ibi per docto.Et hæc ſufficiunt,quòd ad primũ membrum;& intelligo prædicta procedere quò ad clericos,tam in muneribus ordinariis, quàm extraordinariis.Et dic,quòd ordinaria munera dicuntur illa,quæ habent certam, & determinatam,ſeu ordinatam præſtationem;extraordinaria ſunt,quæ quandoque per accidens imponuntur ad hoc,quod in ſimili habetur in l.ſcio.§.medico.ff.de annu.lega.& hoc tenuit Guil. in l.neminem.C.de ſacroſan.eccle.vbi tractauit iſtam materiam. poſuit Barto.in d.l.vna.& ſecundum eum poteſt dici,quòd illa ſunt extraordinaria munera,quæ non imponuntur à lege,vel a Senatuſconſulto, vel conſtitutionibus principum,& hoc videtur innuere tex.in l.i.C.de vaca.mu.lib.x. ſed in idem recidit cum præcedenti;quia quando imponitur lege,vel conſuetudine, habet de neceſsitate certam præſtationem.Et hæc ordinaria munera reſpectu rerum,& pręſtationum appellantur quinque indicta,quinque ſuperindicta.nam princeps quinque imponit collectas pro neceſsitatibus occurrentibus.Et hoc poteſt appellari ſuperindictum,quia indicitur ſuper ordinarium.indictum verò olim erat extraordinarium,ſed poſtea effectum fuit ordinarium,quia imponebantur per ſingula luſtra.i.de quinquennio in quinquennium,& ſic habebat certam, & determinatam præſtationem.& vide de his.C.de indi.per totũ.& l.vna.C. de ſuperindic. lib.x. Ab his omnibus eccleſia eſt exempta,vt infra patebit,etiam de iure ciuili.d.l.placet.C.de ſacroſan.eccle. authen.item nulla communitas,eod.titu.& c.quanquam.de cenſi.lib.vi. Venio nunc ad ſecundũ membrum principale.i.ad munus patrimoniale.Et ſciendum,quòd id appellatur proprie patrimoniale,vbi vertitur ſumptus,vt in l.munerum.§.patrimoniorum.ff.de mune.& ho.Et hoc munus tripliciter imponitur;nam quandoque imponitur rebus,nulla habita contemplatione perſonæ,quandoque imponitur perſonæ tantum,nulla habita contemplatione patrimonii,quandoq; imponitur perſonæ pro rebus,habita contemplatione patrimonii. Venio ad primum membrũ, quod eſt munus mere patrimoniale,& iſtud eſt triplex,nam quãdoque indicitur rei de eo,quod fiendum eſt de ipſa re,vt quod nauis,equus,vel currus vadat ad ſeruitium reipublicæ; hoc enim fit in ipſa re,quandoque hoc munus imponitur ſuper eo,quod percipitur ex ipſa re: vt detur certa pars fructuum, vt l.modios.C.de ſuſcep.& arca.libr.x. quandoque imponitur ipſi rei de eo, quod non percipitur ex ipſa re,nec eſt in ipſa re,ſed omnino extra rem,vt quando debet pro ipſa re præſtare certam quantitatem pecuniæ annuatim.Exemplum primi,& ſecundi in d.l.munerũ.§.patrimoniorum.& ſeq.Exemplum tertii in l.hactenus.ff.de vſufru. & in omnibus legibus tractantibus de tributo,& vectigalibus,quæ ſoluuntur in pecunia pro rebus,vt in c.i.in fin.de ceſſ. & d.l.placet.C.de ſacroſan.eccle.& c.tributum.xxiii.q.viii.Differt iſtud tertium à munere,quod imponitur perſonæ pro rebus,nam ibi eſt obligata perſona, & per conſequens omnes res patrimonii.l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iu.fiſci.hic verò quælibet res tenetur pro munere,quod eam reſpicit,& vltra.l.Imperatores.ff.de publi.Qui autem excuſentur ab iſtis muneribus,dixit Barto.in d. l.vnica.quòd nemo cuiuſcunque dignitatis,exiſtat,etiam ſi ſit eccleſia.alleg.de exact.trib.l.fi. C. de ſacroſan.eccle.l.iubemus nullam nauem.l.placet.& l.de his.C.de epiſ.& cleri.niſi quatenus lege,vel priuilegio ſpecialiter ſit expreſſum,vt in l.i.C.de epiſco.& cleri.Aduerte, nam Inn. hic inuolute loquitur,hoc tamen in hoc paſſu ſentire videtur, dicit enim, quòd ſi ad eccleſiam perueniant poſſeſsiones,quarum ratione debet præſtari perſonale munus.ſeu militare,puta exercitus, ſeu hoſpitium,vel aliud ſimile,iſtud præſtabit eccleſia.argum.xviii.diſtin.ſi epiſcopus Metropolitanus.xxiii.q.viii.ſi vobis,& c.ſæpe.ff.de pub.l.Imperatores. Tunc tamen non ſubit iſta tanquã onera,ſed vel ex pacto,vel tanquam tenens rem oneratam,quælibet enim res cum ſuo onere tranſit.ſup.de deci.paſtoralis,& c.ex literis,de pig.Hæc autem munera proprie patrimonialia appellãtur ſecundum eum.ff.de mune.l.i.§.patrimoniale,& hæc bene ſubit eccleſiæ,niſi ſint ſuperindicta, quia ad illa non tenetur C.de epiſcop.& clerici.l.omnes.xi.queſt.i.ſi tributum. Ab his etiam ſuperindictis immunes ſunt clerici, & eorum vxores, & liberi.xvi.q.i.c.nouorum.C. de epiſco.& cler.l.ii.& l.omnes; niſi neceſsitas immineat. ſupra.c.peruenit.lxxxvi. diſtinct. Et in hoc iudicio meo incompetenter alleg. illud. c. in iſtis muneribus patrimonialibus, quia illud.c.loquitur de perſonalibus.Subiicit etiam Inno.quòd ab illis omnibus, & ſingulis excuſantur & quantum ad decimas,& oblationes, & alia ſpiritualia, & etiam quantum ad menſam eccleſiæ, ſiue dotem;

ita tamen, quòd ſi fundus eccleſiæ, ideſt in quo fundata eſt eccleſia, vel fundus dotalis erat prius
tributarius, redimatur, & tributum non ſoluat. xiiii.q.vi.c.comperimus. Quantum vero ad
alias poſſeſsiones ſubit eccleſia munera extraordinaria, dum tamen reſpiciant pietatem. C. de ſa-
cro ſan.ecc.l.ad inſtructionem. Et ſic poteſt intelligi ſecundum eum.c.peruenit. Ad hoc tamẽ nõ
ſunt eccleſiæ, & clerici per ſecularem iudicem cõpellendi, ſed per eccleſiaſticũ, de cuius foro ſunt
perſonę. Extraordinaria verò, quæ ad publicam vtilitatem tantum reſpiciunt, non ſubit eccleſia,
niſi in aduentum principis, & felicis embolæ. C. de ſac.ſac.ecc.l.iubemus, & l.placet, & l. neminẽ.
Item eccleſiæ ſunt immunes ab ærariorum inſcriptionibus. xxiii.q.viii.c.in qualibet.§.ſancimus.
Hæc ſunt in effectu dicta Inn. quæ videntur concernere totum ſcdm membrum principale. Sed
ego quodlibet membrum per ſe dicerem ſic; cum quæritur, an eccleſia tenetur ad munus patri
moniale, dic, quod ſi poſſeſsio, ſeu fundus perueniens ad eccleſiam habebat certum onus anne-
xum, ad illud tenetur, ſiue habuerit illud onus ex priuata diſpoſitione; arg. in c.dilecti, de don. &
c.quarto, de cenſi. ſiue ex diſpoſitione publica, puta principis antequàm perueniret ad eccleſiã.
Exemplum in tributo, nam quælibet poſſeſsio eſt ab antiquo onerata onere ſoluendi tributum
Imperatori, vt in l. Imperatores. ff. de pub. l. placet. C. de ſac.ſan.ecc. & c.i.in fi. de cenſi. Ideo dico
quod eccleſia tenebitur ad tributum ratione poſſeſsionis, ſeu poſſeſsionum, quas poſtmodum ac
quiſiuit, quod clare innuit d.c.i. & ibi dixit Pan. plene. Fateor, quòd Italia, quæ eſt princeps pro
uinciarum, non obligatur hodie ad hæc tributa, vt no. in l.i.ff. de cenſi. idem dico in aliis onerib.
quæ ratione naturali incumbunt in ipſis rebus; vt reficere iter ante domum. ff. de via pub. refi. l.i.
no. Bar. in l.ad inſtructionem. C. de ſac.ſan.ecc. item in purgatione putei neceſſarii toti viciniæ, in
qua eſt eccleſia, quod not. Spe. in tit. de cenſi.§.nunc dicendum, ver. item pone, quod vicinia. Ad
alia autem onera, quæ imponuntur rebus ſecundum neceſsitatem accidentem, puto eccleſiã non
teneri; quia non poſſunt res illæ onerari. ideo ex quo peruenerunt ad eccleſiam, eximuntur ab o-
mni exactione. Et forte hoc voluit dicere Inn. dum dixit, eccleſias eſſe immunes a ſuperindictis.
tamen non mihi placet dictũ Ion. in quantum dicit, eccleſiã teneri in aduentu principis, & felicis
embolæ; quia non video, quomodo imperator potuerit hoc ſtatuere in præiudicium eccleſiæ; ex
quo aliter a principio non obligauit poſſeſsiones ad hoc onus; nam poſſeſsiones quæ dantur ec-
cleſiæ, dantur Deo: & ſic efficiuntur ſanctaſanctorum. xii.q.ii.quicunq; militum, & c. nonnulli.
Imperator aũt tanquam ſubditus non poteſt ſtatuere ſuper rebus Deo dicatis, de conſt.c. quæ in
eccleſiarum; præſertim cũ tam eccleſiæ, quàm clerici, & bona eorum habeant à iure diuino immu
nitatem ab iſtis exactionib. vt eſt tex. iuncta gl. in d.c.quanquam. Imperator autem non põt ſta
tuere contra legem dei. xxv.q.i.ſunt quidam. Et hoc eſt quod voluit Io.an. hic, & in ca.peruenit,
vbi dixit, quòd nulla lex potuit conſtringere eccleſiã ad hæc onera. Et per hoc patet reſponſio ad
d.l.munerũ.§.ad huiuſmodi, iuncta gl.ff. de mun. & hon. & ad alia iura, quæ videntur indiſtincte
velle, eccleſiam teneri ad onera patrimonialia. Vnde puto l.iubemus nullam nauem. C. de ſac.ſa.
ecc. non procedere in præiudicium rei eccleſiæ, de quo etiã tetigit in c.i. de dol. & contum. Circa
manſum eccleſiæ, ſeu dotem, & hortum iuxta poſitũ ſtocum Ion. vt tributum non debeat ſolui;
ſed debet prius redimi ab eo, qui vult eccleſiam ædificare; alias non debet epiſcopus pati eccleſiã
conſtrui, de quo dicendum, vt in d.c.quanquam, de cenſi. & hoc quò ad primum onus patrimo-
niale. Secundum fuit, quando imponitur perſonæ, nulla facta mentione de re. Et ad iſta in dubio
non tenetur eccleſia, nec clerici, qm̃ non ſunt ſubditi Imperatori, ſed omnino exempti, vt in iuri
bus ſuperius alleg. in d.c.quanquam, quinimo dico, ꝙ ad hoc non tenentur laici ciues, ſed tantũ
ruſtici; & appellatur hæc exactio, capitatio; quia imponitur per capita, non habita ratione patri-
monii, vt l.vna. C. de capitatione ciuium cenſib. eximenda. li.xi. no. Bar. ibi in d.l.vna. Tertiũ ius,
quando imponitur onus perſonæ, habito reſpectu ad patrimonium; & ad hoc non tenetur eccle
ſia, nec etiam laici non ſubditi, licet habeant patrimonium in loco, vt l. reſcripto.§.fi. & ibi per
Bar. ff. de mu. & ho. niſi aliud habeat conſuetudo, vt no. Bar. in d.l.vna. Non tamen valebit cõſue-
tudo in præiudicium eccleſiarum, tum quia eſt grauoſa eccleſiis, vt no c.i.de conſue. tum quia eſt
contra libertatem eccleſiaſticã, vt in auc. caſſa, & irrita. C. de ſac.ſan.ecc. coniuncta auct. item nul-
la communitas. C. de epiſ. & cle. Et in iſto membro poteſt proprie intelligi c.fi. de vi. & hon. cle.
& c.quanquam, præalleg. Venio ad tertium membrũ principale. ſ. ad onus patrimoniale miſtum.
Et dicitur munus miſtũ illud, quod habet onus cũ ſumptu. ff. de mu. & ho. l. munerum.§.miſta,
participat. n. de munere perſonali, quatenus habet onus annexum; item cum patrimoniali, quate
nus eſt cũ ſumptu. vnde perangariæ dicuntur munera miſta. Et de his dic, vt ſ. in præcedentib. nã
vbi eccleſia non tenetur ad perſonalia, nec realia, fortius nec ad iſta miſta. Vbi dixi, eam teneri ad
vtrunq; tenetur ad iſta, ad hoc. c.ii.ſ. eo.ti. vbi ꝓcedunt regulariter. Sed dubitatur in quibuſdã;
& primo quid ſi eſt aliquid explicandum, quod reſpiciat pietatem. Inn. vt ſ. dixi, voluit eccleſiam
teneri per d.l.ad inſtructionem, & per c.ii.ſ.eo.ti. ſecus dicit, ſi reſpicit publicam vtilitatem, vt hic
Aduerte, ꝙ l.ad inſtructionem, loquitur de refectione itinerũ, & pontium; & ſic vult Inn. eccleſiã
teneri ad cõtributionem talium, & ſimilium. Et per hoc videtur idem ſenſiſſe in ædificatione, ſeu
reparatio-

reparatione ciuitatis, ſeu caſtri. Idem Vinc. & Hoſt. ſed Io.and. ſentit contrarium; loquitur tamẽ de inſtructione murorum, & cum Io. concordat Accur. in d.l. ad inſtructionem. Phi. dicit, hic, tales contributiones ſine papæ licentia fieri non debere per c. aduerſus. Io.an. dicit, ſe non videre, quomodo leges non ſolum digeſtorum, ſed etiam anctenticorum poſſint conſtringere eccleſias ad talia. & remittit ad no. per ſe in c. conſtitutus, de religioſis do. & ſic videtur velle, quòd l. ad inſtructionem, & ſimiles non procedant in præiudicium eccleſiæ. d. Ant. tranſit ſimiliter recitando doct. in d.l. ad inſtructionem. Item Io.an. & Phi. dicunt, quòd in omnibus caſibus, in quib. reperitur expreſſum de iure ciuili, eccleſias teneri, quòd tenentur etiam inconſulto Roman. pont. Nec obſtat dictum c. aduerſus, de immu. ecc. quoniam ibi prouidetur contra grauamina extraordinaria, quæ propter aliquid accidens per principem ſecularem imponuntur; alias ſi c. aduerſus, loqueretur generaliter de omnibus muneribus, multæ leges corrigerentur: quod non eſt ſentiendum, arg. de ele. c. cum expediat. li. vi. nam leges habent vim canonum, ſi canon ſpecialiter nõ cõtradicit, de no. ope. nun. c.i. Et ex hoc putat ſtandum huic gl. quòd eccleſia teneatur ad iter, vel põtem faciendum, vel muros reficiendos, ſi fuerit de neceſſitate; ſecus, ſi ad decorem. do. Pet. de ancha. tranſit quò ad conſtructionem, & refectionem murorum cum opi. ſac. But. quam poſuit in d.l. ad inſtructionem, diſtinxit enim; aut fiunt ad ornatum, & non tenetur; aut neceſſario, puta propter guerram, vel ſuſpitionem guerre, & tenetur eccleſia. dixit enim But. ibi, quòd eccleſia tenetur ſoluere gabellam de plauſtris, ſiue curribus, ſi gabella conuertitur in reparationem viarũ, & pontium; quia ſic de ipſorum etiam priuatorum vtilitate tractatur. Et per hoc dixit ipſe dom. Pet. poſſe dari generalem doctrinam, quòd vbicunq; tractatur de generali vtilitate clericorum ſimul, & miſtim, clerici teneantur contribuere vna cum laicis. Hinc dicit, ſe audiuiſſe, quod ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina propter timorem inundationum poſſeſsionum, tenentur pro poſſeſsionibus ſuis contribuere clerici, ſicut laici, propter cõem inundationem, ſeu propter commune periculum. Idem forte ſecundum eum ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates, & alia multa mala ex aduentu alicuius ſocietatis hoſtilis contra ciuitatẽ, ſi pecunia ſe redimant, aliter ſe defendere non valentes. hic. n. verſatur vtilitas clericorum, ſicut & laicorum propter damna in eorum poſſeſsionib. infligenda; vbi. n. eſt damnum debet eſſe & commodum, vt in clem. i. de cenſi. Et hoc vltimum originaliter fuit Bar. licet ipſe non alleget. in l. nullus. C. de curſ. pub. li. xii. & ad idem facit ſecundum d. Pe. ſupra c. peruenit, vbi clerici tenentur etiam vigilare pro cuſtodia, & tuitione ciuitatis. Item licitum eſt eccleſias incaſtellari, vt boni a malis valeant ſe tueri, vt dixi. ſ. in c. de bello. Item nulla eſt maior pietas, quàm defendere patriam, & debiles, & pauperes ab hoſtibus. xxiii. q. iii. c. fortitudo, & c. non inferenda. Et hac ratione pro pace, & quiete, qua tueri, & defendi debent eccleſiæ, ſoluitur Imperatori tributum. xxii. q. viii. c. tributũ. Item hoc munus reſpicit pietatem, vt euitentur incendia, & occurratur periculis captiuorum, & multis malis. Ergo tenetur eccleſia per ſupradicta; maxime per Inn. Igitur vbi onus venit imponendum ꝓ cõi neceſſitate clericorum, vel laicorum, non habet locum d. c. aduerſus, ſalua determinati one melius ſentientis. dicit tamen quod portio tangens eccleſiam debet peti coram iudice ſuo, non per laicos debet cogi. Et quo ad principalem quæſtionem de refectione murorum, opi. But. tenuit Bal. in d.l. ad inſtructionem, cum hac vltima limitatione, vt fiat compulſio per iudicem eccleſiaſticũ, & non per laicum. Et Pan. in ciuitate Senarum habuit hanc q. de facto tangentem principale monaſterium montis Oliueti, contra quod inſtabat communitas, vt contribueret ad expenſas murorum cuiuſdam villæ, in qua monaſterium habebat multas poſſeſsiones: & conſuluit monaſterium non teneri. Et ita mediante conſilio ſuo monaſterium fuit abſolutum. Et quia per motiua aperitur intellectus multorum iurium in hac materia, inſeram in effectu conſilium illud, & reſpõdebo ad motiua in contrarium facta; probo enim eccleſiam non teneri iuribus, rationibus, & ſũmorum doctorum anctoritatibus. Et primo adduco c. non minus, de immu. eccl. vbi tractabatur de foſſatis faciendis, quæ profecto concernunt cuſtodiam ciuitatis, & vtilitatem publicam tã clericorum, quàm laicorum: & tamen deciditur, quòd ab eccleſia non debeat exigi aliqua portio vt debita; immo prohibetur ſub anathematis diſtrictu, niſi epiſcopus: & clerici tantam neceſsitatem, vel vtilitatem inſpexerint, vt abſque vlla diſtrictione, vel coatione ad releuandas communes vtilitates, vel neceſsitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias æſtiment conferenda. Et pondera illud verbum, communes vtilitates; non enim dicit laicorum tantum. Et hoc idem verbum reperitur in d.c. aduerſus. Ex quo patet, quòd imminente neceſsitate clericorum, & laicorum non tenentur clerici aliquid conferre, niſi ſponte velint approbante epiſcopo cum clero, & vbi laicorum non ſuppetant facultates. Et hodie, per c. aduerſus, non poſſũt clerici in his contribuere, niſi Rom. pontifice prius conſulto: & fuit illud ſancitum propter quorundam imprudentiam ſæpe allegantium talem neceſsitatem, vel vtilitatem. Secundo adduco tex. no. in auct. item nulla communitas. C. de epi. & cle. vbi generaliter ꝓhibetur, ne quis audeat ab eccleſiis exigere collectas, exactiones, angarias, & perangarias; quæ omnia propter cõem vtilitatem, & defenſionem reipub. exiguntur. Ad idem tertio adduco c.i. de imm. ecc. li. vi. & c. quanquam,

quam de cenſib.eo.li.& clemẽtinam.pręſenti.& c.ſi.de vi.& ho.cle.& l.placet.C.de ſacroſant.eccle.l.ii.C.de epiſ.& cle.xvi.quæſt.i.c.generaliter,cum multis aliis tex.qui eximũt eccle.& ipſarũ bona ab omnib.gabellis,collectis,exactionib.& ſimilib.Probatur quarto hac ratione.Bona eccle.ſunt deputata publico vſui ſpirituali.xii.q.i.vidẽtes.xvi.q.i.quoniam.& d.l.placet.& hinc dicit tex.in c.nulli liceat.xii.q.ii.quòd omne illud,quod eccle.conſecratur, ſiue fuerit animal, ſiue ager,ſanctum ſanctorum domino efficitur,& ad ius pertinet ſacerdotũ.Nõ ergo debent mundano vſui,& publico deſeruire,quia ſemel deo dedicatum ad humanos vſus tranſire non debet amplius,vt in illa regula,ſemel deo.de reg.iur.lib.vi.nam & ius publicum verſatur in ſacerdotib. & ſacris.i.di.ius publicum.Laici ergo cum ſint mũdani,& principaliter habeãt vtilitatem in republica mũdana,debent ſubire onera reipublicæ mundanæ,bona verò eccle., quæ ſunt dei, debent deſeruire reipublicæ ſpirituali.Similiter videmus in perſonis.nam milites ſeculares militant mũdo,milites cœleſtes militãt deo,& ſic illi in tẽporalib.iſti in ſpiritualibus, vt in c.reprehenſibile.& c.quo anſu.xxiii.q.vi.Recte ergo dixit tex.in c.nõ minus,quòd quamdiu laicorum facultates ſuppetant,non debent eccleſiæ aliquid elargiri,ne ſubtrahãtur bona vſui publico ſpirituali.Hinc no.tex.in cle.quia cõtingit,de religioſis do.dicẽtem,ꝙ deputata certo vſui largitione fideliũ non debẽt deputari ad alium vſum, auctoritate Romani Pontificis duntaxat excepta. hinc tex. dicit, onera eſſe laicorũ,vt patet ibi,iſti vero onera ſua, &c.licet in ſequẽtibus tractet de cõmuni vtilitate,vel neceſsitate,ſed dicit illa laicorũ,quæ eis incũbunt rationib.prædictis,licet do.Pet.intellexerit,& non bene iudicio meo,ꝙ loquatur de neceſsitate, vel vtilitate laicorũ duntaxat. Nam ſi dictũ ſuum fuiſſet verum,replicaſſet poſtmodũ de laicis,quod nõ fecit, ſed dixit de cõmunib.& idem dixit in c.aduerſus.quod præſertim ꝓbatur ibi,dum papa dixit, quòd ſua intereſt ꝓuidere communib.vtilitatib.clericorũ.hanc etiam ſentẽtiam ꝓbat cõmunis opi.doct.vtriuſq; iuris in c. fin.de vi.& ho.cle.& in c.i.de immu.ecc.li.vi.& in cle.præſenti,de cẽſi.p Io.de Lig. & Bar.in l.reſcripto.ff.de mu.& ho.in l.placet.C.de ſa.ſan.ecc.dicũt enim,quòd bona eccle.nõ tenẽtur ad aliqua onera mũdana,niſi prius fuiſſent cẽſualia,aut tributaria, quàm perueniſſent ad eccle., ita ꝙ ſoluiſſent certũ tributũ,vel cẽſum,aliter autem nõ tenentur,quanquã priores poſſeſsiones prius ſoluiſſent tẽpore neceſsitatis,vel vtilitatis,aliquas collectas,ſeu factiones. Ad hæc multa iura ſuperius allegata hãc ſententiam ꝑciſe,quoad caſum noſtrũ ſcilicet ĩ refectione murorũ,tenet gloſ. in c.generaliter.§.nouarũ.xvi.q.i.vbi expreſſe dicit,quòd l.ad inſtructionem,nõ tenet.vnde apertiſime,& ſingulariter voluit ille iuris cano. Speculũ. Io. An.vt ſupra dixi, quòd nulla lex nec digeſtorũ,nec codicis,nec autẽticorũ potuit ĩ hoc aſtringere eccl.Hãc eãdem ſentẽtiam ſecutus eſt gloſſator iuris ciuilis clariſsimus in d.l.ad inſtructionem.Idem ibi Bart.iuris ciuilis illuminator dicens quod dicta lex ad inſtructionem,in parte corrigitur p autent.item nulla cõmunitas,prælegata,& diſtinguit inter onera realia,& quæ imponũtur pſonis ꝓpter bona,vt ad prima teneantur eccle.ad ſecunda vero nõ,quùm pro refectione pontis,& murorũ onera imponũtur perſonis pro rebus.nullo enim iure cauetur poſſeſsiones ad hoc obligatas fore.quid plura? ipſemet Hoſt. videtur correxiſſe opi.ſuã, quam aſſerebat in c. non minus, nouiſsime in ſumma ſua,in ti.eo. §.in quibus,ver.ad extraordinaria,vbi dicit,quòd hodie eccleſiæ ſunt immunes ab iſtis muneribus concernentibus publicam vtilitatem per dictam auct.item nulla communitas, cum ſimil. & ſic, quòd hodie non procedit ex toto diſpoſitio illius legis,ad inſtructionem.Multi etiam doct.antiqui hanc opin.ſecuti ſunt,de quibus non curo ſpecificam mentionem facere, cum pro ſententia noſtra habeamus vtriuſque iuris illuminatores,ut gloſſatorem in decreto,gloſſatorem ſanctionis iuris ciuilis,Bar.& Io.and. Quis enim auderet ab hac opi.ſaltem in practica recedere,maxime cõtra religionem?cum non parua ſit ratio,quę pro religione facit.l.ſunt perſonæ.ff.de rel. & ſump. ſun.Et profecto ſi quis recte ponderat glo.iſtam in c.aduerſus,eius opinionem prima fronte ſentire videtur:nam iſta glo.eſt hic poſita ſuper caſu excepto.ſ.quando epiſcopus,& clerus inſpicientes neceſsitatem,vel vtilitatem laicorum volunt abſque occaſione aliqua ſubſidia elargiri, vnde glo.iſta in ver.ad releuandas,voluit potius exemplificare de hac neceſsitate,vel vtilitate communi,quàm ponere caſum exceptum à diſpoſitione iſtius.c.quod ſatis colligitur etiã in eo,quod dixit;conferre.n.debet,& ſic per verbum.n.continuat ſe ad tex.Si enim voluiſſet ponere caſum exceptum,dixiſſet;conferre tamen licet; vel per verba ſimilia locuta fuiſſet.Et quicquid ſentiat, ſatis eſt hæc opi.noſtra fulcita iuribus,rationibus,& auctoritatibus;quare eccleſiæ ad hæc onera non tenentur,niſi ſeruata diſpoſitione huius.c.aduerſus,& Roman. Pontif.prius conſulto, vt dicitur in d.c.aduerſus.Putarem tamen,quòd vbi tanta neceſsitas immineret, quod non poſſet ſine aliorum ſcandalo,& periculo haberi prius recurſus ad papam, quod ſufficeret tunc deliberatio epiſcopi, & clericorum.ar.opt.in l.tutor,qui repert.ff.de admini.tu.Non obſt. huic concluſioni motiuum d.Card.in eo,qđ dixit,ſtandum legibus,ex quo in canonib. contrarium non reperitur, vt in c.i.de no.op.nũ.dico.n.illa iura non procedere,qñ lex imperialis eſt damnoſa eccleſiis, ſeu eccleſiaſticis perſonis:non.n.tenet,niſi ſpecifice approbetur ab eccleſia,vt communis docet theorica in fi.c.ſi. de ſol.& in c.eccleſiæ Sanctæ Mariæ,de conſtu.facit. x.di.c.ſi in adiutorium,& c.ſi.

de

de re,ecc.non alie.Et per hoc patet,quod.l.ad inſtructionem, & l.iubemus nullam nauem.C.de ſac.ſa.ec.& l.nullus.C.de curſ.pub.li.xii,cũ ſimili.non tenent,quò ad eccleſias;cum ſpecifice nõ reperiantur approbatæ per eccleſiam;immo potius reprobatæ,ſaltem quò ad effectũ, vt d.c.quã quam,de cenſi.li.vi.cum ſi,Item & ſecundo poteſt reſponderi,quòd illa iura non procedunt, quã lex imperialis generaliter diſponit;& tunc eſt ſeruanda in foro canonico,ſi canon non contradicit;ſecus,quando lex ſpecifice diſponit ſuper rebus,& perſonis eccleſiaſticis,quia talis lex eſt nulla ex defectu poteſtatis,quantuncunq; canon ſpecifice illam non improbet,vt voluit Cal.& bene,iu d.c.i.de no.ope.nunc.Et vide Abb.in repet.c.eccleſia S.Mariæ,de conſtit. & pondera, quia iſte tex.videtur directe concludere contra illam.l.nullus,nam ibi dicitur, quòd tempore expeditionis nullus excuſatur,etiam eccleſia:& iſte tex.innuit aperte oppoſitum, in eo, quòd facit mentionem de expeditione,& concludit,eccleſiam non teneri,niſi ſponte velit eccleſia, & clerus ſubſidia aliqua conferre, vbi laicorum non ſuppetunt facultates.Et expouit Io.an. illud verbum expeditiones.i.caualcatas,vel miſsiones nuntiorum.Et per hoc videtur,quòd dictum Bart. in d.l. nullus,& dictum do,Car.hic non procedant,ſaltem indiſtincte in eo, quòd volunt eccleſias, & clericos teneri ad contribuendum caualcatæ tempore,cum.ſ.veniunt iſtæ ſocietates ad damnificandum communitates.vnde ad illam.l.nullus,per quam fuit Bar.motus,& ad alia iura ciuilia patet ſatis reſponſum.Reſtat nunc reſpondare ad conſiderationem do.Pet.in eo, quòd ponderauit cõem vtilitatem clericorum,& laicorum: diceremn.ſic,quòd aut neceſsitas, vel vtilitas imminens concernit vtilitatem eccleſiarũ a remotis per quandam conſequentiam,& tunc tex.apertus eſt hic,quod eccleſiæ non tenentur,inducendo tex.prout ſupra dixi. Et faciunt aliæ rationes per me ſupra inductæ; nam in hoc prodeſt immunitas eccleſiæ conceſſa,quia in publica vtilitate,in qua includitur vtilitas priuata,non tenetur ad munera ſubeunda;ſi.n.concernerent ad expediendam ſolum vtilitatem laicorum,in nullo prodeſſet hæc immunitas eccleſiæ.Aut neceſsitas,vel vtilitas concernit de directo,& principaliter vtilitatem eccleſiarũ,& laicorum,vt puta, ꝙ praua ſocietas territorium ciuitatis incẽdit,deuaſtat,conſumit,in quo eccleſia habet multas poſſeſsiones, vel quando hoſtes fidei deuaſtant,& deminorant religionem,vt in præſentia; & tunc dico,quòd eccleſia deberet contribuere; ſed non ad ſolam deliberationem laicorum. Vnde pondera, quòd ad hæc onera poſſeſsiones non ſunt obligatæ.Sed cum collecta eſt imponenda perſonis contemplatione rerum,oportet quod clerus,& populus principaliter conueniant,& deliberent ſup hac exactione redimenda;nec totius populi deliberatio habebit obligare clerum,ne contra; cum.n. agatur de vtilitate vtrorumq;,oportet vtrorunque conſenſum interuenire;quia quod omnes tãgit,debet ab omnib.comprobari,vt in cle.i.de cenſi.& c.ad hęc,de offi.Arch. facit quod in ſimili leg.& no.in c.paſtoralis,de reſcr.& optime facit c.ſi.de ſer.c.i.de cenſi.vbi tex.in concernentib. clerum,& populum,etiam in actu concernente animam,requirit conſenſum vtriuſque, & vide quod dixit Panor.in d.c.ſi.Fateor tamen,quòd ſi clericus non vellet ſine legitima cauſa conſentire,populus poterit officium ſuperioris eccleſiaſtici implorare,vt compellat clerũ ad conſentiendum.ar.bo.in c.nullus,de iurepa.Puto etiam,quod in hoc caſu non habebit locum diſpoſitio.c. aduerſus,vt Rom.Pont.prius conſulatur:quia impenſa eſt fienda non ſolum propter vtilitatem publicam,ſed etiam propter vtilitatem priuatã bonorum eccleſiæ;& ſumus extra caſum illius.c. aduerſus,facit.c.i.& ii.de cenſi.& no.diligenter hæc dicta mea,quia optima.Sed vide.j.in iſto Specu.c.lxiii.qñ neceſsitas vrget ꝓ religione tuenda,vbi multa vtilia inuenies.Rñdeo inſuper ad alia motiua,quæ uidentur obuiare concluſioni ſupra factæ.Et primo ad c.peruenit.ii.de imm.ecc.dico,ꝙ non loquitur in fructib.& bonis diſtrahendis,ſed de quadã cuſtodia ad neceſſariã tuitionẽ ciuitatis,quæ non imminet in caſu noſtro.Item præſuppoſito,qđ eſſet magna neceſsitas, debet ſeruari tenor,c.non minus aduerſus,pp periculum indebitæ alienationis bonorũ eccleſiæ, quod imminet in caſu.c.peruenit.Item ibi tractatur de negotio concernente immediate vtilitatem clericorum,nec fit deliberatio per laicos,ſed epũs habet hoc diſponere,vt ibi.Item non ob. qđ dicitur de pietate,dico.n.quòd vbi agitur directe de captiuis redimendis, vel pauperib.alendis, tunc eccleſia debet ne dum ſubuenire,ſʒ etiã,bona ſua diſtribuere,vt in c.aurum.xii.q.ii.ſecus autem in caſu noſtro,ſ.in refectionem murorũ,& ſimilium,vbi etiam diuitum nutritur utilitas. Item ex quo laici ſunt potentes,debent ipſi hoc facere,ut hic diſponitur de foſſatis; & non detrahere de cultu diuino,& pauperibus,& religioſis ſumptibus,& neceſſaria,vt expenſa fiat ſibi in eã non neceſſaria.Vbi præſumeretur,quòd laicorũ facultates non ſuppetant,& neceſsitas vrgeat,tunc ſeruetur quod dicitur in c.aduerſus,& hæc bene notabis.Vltimo quæritur hic,an eccleſiæ teneãtur ad gabellas,quæ hodie imponuntur in vino,& ſimilib.& dic,quòd non,per illam auct.item nulla communitas.C.de ſac.ſa.ecc.tenet Bal.in d.l.placet.C.e.ti.niſi gabella fuiſſet impoſita ꝓ oneribus,ad quæ tenetur eccleſia;quia tunc ſuccedit loco onerũ,vt voluit But.in.d.l. ad inſtructionẽ. & uide de iſta materia quod plenius legit,& no.in c.ſi.de vi.& hon.cle.ita Panor.in c.non minus, de imm.eccl,vbi multa vtilia dixit,ut ex ſupra dictis conſtat.& uidebis Anch.in.d.c.non minus, dicentem,quòd ex prædictis poſſet dari generalis doctrina, quod vbicunque tractatur de communi

muni

muni vtilitete cler. & laicorũ ſimul, & pmiſtim, cle. tenẽtur contribuere ſimul cũ laicis, quia vbi cõmodum, ibi onus, vt in cle. i. de cenſib. Vnde audiui fuiſſe cõſultum, quòd ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina ꝓpter timorem inũdationis poſſeſsionũ, tenẽtur ꝓ poſſeſsionib. ſuis cõtribuere clericis, ſicut laici ꝓpter cõmune periculũ. Idem forte ſi ad euitãdum rapinas, incendia, captiuitates, & elia multa ex aduẽtu alicuius ſocietatis hoſtiliter contra ciuitetem, ſe pecunia redimũt, aliter reſiſtere nõ valẽtes. Hic enim vt laicorũ, ita & clericorũ verſatur vtilitas, ꝓpter damna in eorum poſſeſsionib. ſicut laicorũ infligẽda. Item clerici tenentur vigilare pro cuſtodia ciuitatis, & eius tuitione. Licitum eſt etiam, eccleſias incaſtellare, vt boni à malis valeant ſe tueri, vt no. Inn. Item nulla maior pietas, quàm defendere patriam, debiles, & pauperes ab hoſtib. xxiii. q. iii. c. fortitudo, & c. ſi quis, & c. nõ Iſerẽda. Et hac ratione ꝓ pace, & quiete, que tueri, & defenſari debẽt eccleſiæ, Impe. tributũ ſoluũt. xxii. q. viii. tributum. Sed omnia ceſſant, quãdo tractatur de religione tuenda. in tali caſu vi. infra in c. lxiii. Sed nõ gaudent immunitate eccle. qui prætextu immunitatis delinquũt in eccl. c. fin. de immuni. eccle. & ibi eſt tex. cõtra peccãtes ſub ſpe veniæ. vnde ſcriptura; Maledictus hõ, qui peccat in ſpe. Vnde voluerũt quidam, hoc eſſe peccatum in ſpiritum ſanctũ. dicũt tamen doct. quòd ꝓprie peccatum in ſpiritum ſanctum eſt peccatũ obſtinationis, illud enim nec in hoc ſeculo remittitur, nec in futuro. de quo vide, quod legitur, & notatur in c. qualis. xxv. diſtinct. & in c. ſciẽdum, de pœnit. diſtinct. ii. Sed delinquens in eccleſia grauius peccat, quàm qui extra, vt in d. c. i. facit. l. ſi quis in hoc genus, & l. conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. & c. cum pro cauſa, de ſentent. excomm. & c. frater. xvii. q. iiii. Et nõ ſolum eccleſiæ, ſed earum cimiteria hac immunitate gaudẽt. Et laicus delinquens in eccleſia venit puniendus per ſuum iudicem laicum, & non eccleſiaſticum, vt per Pan. in d. c. fi. tenet Barto. in l. ſi tui. ff. de accuſa. Vbi autem delictum committunt extra eccleſiam, ſaluãtur omnes, excepto publico latrone, & agrorũ depopulatore, vt in c. inter alia, de immunita. eccleſiarum. Et ſeruus fugiens ad eccl. timori domini ſui, dño de eius impunitate iurãti reſtituendus, vt in d. c. inter alia. Circa iſtam materiã cũ quæritur nũquid eccleſia præſtet immunitatem fugiẽtibus ad ipſam, vi. Pan. in d. c. inter alia, vbi multa dicit. Si autem liber homo fugit propter delictum, aut ꝓpter atrox delictũ, & non habebit immunitatem, aut propter minimum, & habebit. l. ii. C. de his, qui ad eccleſias confugiunt. Et hoc voluerũt Petrus, & Iacobus de Rauenna, ſed glo. ſentit idem in quolibet delicto, vt no. in d. l. ii. & in d. §. ſed neq; in auct. de mãd. prin. hoc dicit Cyn. procedere de iure ciuili, ſed de canonico diſtinxit; quòd aut deliquit in eccleſia, aut extra. Primo caſu nõ iuuatur p eccleſiam, per c. fin. infra eo. ſi extra eccleſiam, iuuetur, vt non puniatur perſonaliter in vita, vel in membro. alleg. hoc. c. exceptis publicis latronibus, vt hic, refert tamen Pet. quòd quædam ſcripta canonica diſtinguunt, ꝙ aut delictum atrox eſt commiſſum ex propoſito, aut ex caſu, ſi ex propoſito, nõ gaudebit immunitate eccleſiæ, vt in dicta cut. Secũdo caſu, ſic, vt in iſto tex. quia delictum, quod committitur ex propoſito, eſt magis puniendum. l. abſentem, in fi. ff. de pe. & hoc voluit Hoſtien. per decret. i. de hom. Sed aliqui, vt refert Cyn. intelligunt iſtum tex. de altari veteris teſtamenti. Sed contra hanc diſtinctionem proximam facit ſecundum Cy. quod de raptore dicitur, qui gaudet immunitate, vt in capit. de raptoribus. 36. quæſtio. i. & tamen ille delinquit ex propoſito. Ideo Petr. circa iſtud membrum diſtinxit ſic; aut delictum commiſſum ex propoſito cõmittitur ſtimulo naturali, aut ſine ſtimulo naturali: primo caſu gaudebit, vt in præalle. c. de raptoribus; ſecundo, nõ. & ita ſimpliciter recitando tranſiuit Cyn. Sed tu dic de hoc vltimo membro ſcilicet quando propter delictum homo liber fugit ad eccleſiam, vt ſupra dixi; nam hæc differentiæ Pet. videtur contra iſtum tex. iuncto. c. fi. infra eo. Hic enim dicitur, quòd quantuncunque grauius maleficium commiſerit; gaudet immunitate, & in c. fin. excludit grauiter delinquentem ex propoſito, quando delinquit in eccleſia; ſecus ergo ſi extra eccleſiam. vnde tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, quo ad hoc membrum dic, vt ſupra dixi. ſed volui prædicta referre, vt dicta legiſtarum non videantur incognita, & vt pateret ad illa reſponſio. Ex prædictis patet clariſsime, qui gaudeant hac immunitate eccleſiæ, ita Panor. in d. c. inter alia. Inquantum, & ad quos, & ad quid immunitas eccleſiæ & cimiterũ extendatur, vide Hoſt. in ſumma, in tit. de immuni. eccl. in §. inquantum, & ibi dicit, quòd quandiu eſt intra eccleſiam, non eſt per violentiam eiiciendus, nec detinendus, nec cõſtringendus, nec victualia deneganda. Et idem priuilegium habet palatium epiſcopi, ſi eſt intra fines eccleſiæ. Hoſti. in d. c. inter alia. Si dicas, quare decretalis fecit mentionem de duobus generibus hominum (vt diximus) pluſquam de aliis, dicit Hoſtien. in d. c. inter alia; quia de aliis non præſumitur, quòd inſidioſe hoc fecerint, niſi aliud probetur. Sed ſi proditorie agitur non eſt immunitas in eccleſia, vt in c. i. de homi. ſed de populatore agrorum, & de latrone ſemper præſumitur, quòd inſidioſe hoc fecerint, niſi aliud probetur. & ita de conſuetudine ſeruatur in regno Hiſpaniarum. Et ſi quis in eccleſia aliquem occiderit, non debet ab eccleſia defendi, qui eccleſiam violauit. c. quia fruſtra, de vſu. arg. xvii. q. iiii. c. de viro. Sed de delinquente ex propoſito Henricus facit vnam longam diſtinctionem in c. eccleſiæ, de immunitate eccleſiarum, ſed non loquitur de illo, qui proditorie egit, & ibi dicit, quòd eccleſia interdicta gaudet priuilegio ſuo, ſicut cleri-

cus

cus interdictus, ſuſpenſus, vel excommunicatus gaudet priuilegio immunitatis circa manuum
iniectionem,& circa forum,c.dictum 81.diſt.& ibi dicit gl.quòd clericum depoſitum verberans
incidit in canonem,ſed depoſitus debet clericaliter viuere,& ſi fuerit incorrigibilis, excōicetur,
& de hoc in c.cum non ab homine,de iud.&.j.in iſto Spec.videbis tit.de degradatione. Et con-
fugiens ad eccleſiam euitat pœnam corporalem,& ſanguinis effuſionem c.id conſtituimus.xvij.
q.iiii.poſſet tamen detrudi in monaſterium ad pœnitentiam peragendam.c.ſi epiſcopus.l. diſt.
Anto.in d.c.inter alia,per quod Inno.videtur ſentire,quòd per iudicem eccleſiaſticum poſſet in-
de extrahi,& puniri,dum tamen puniatur eccleſiaſtica pœna,& dicit ibi Anto.quòd qui fugit pro-
pter tributum,extrahitur ab eccleſia,vt in auct.de mand.princ.§.tributorum,alii contra.Si propter
delictum atrox,non habebit immunitatem,vt C.de his,qui ad eccl.confu.l.ii.intellige, vt ſuperi-
us dixi.Et ſi captus ducatur per cimiterium,& inde violenter extrahatur, non videtur immuni-
tas violata,vt per collecta,in d.c.ſi.ſecus ſi cum portatur corpus Chriſti ad infirmum,quis fuge-
ret ad ipſum,quia ſi eccleſia Imunitatem habet propter corpus Chriſti,multo fortius ipſum cor-
pus debet habere,ad quòd vide de celeb.miſſ.c.ſane,collecta.ibi.Sed ſi volens de eccleſia extraha-
tur,eccleſia non offenditur,quia ſola violentia punitur,Hoſt.& Io.and.in d.c.ſi. Sed ſi confugiens
ad eccleſiam fuit per violentiam extractus indebite,eccleſia poteſt agere,cum ſit ſpoliata liberta-
te,& per excōicationem compellere extrahentem ad reſtitutionem,ac etiam interdicere,ita Pan.
in d.c.inter alia.& ibi de Iudæo fugiente ad eccleſiam,& ibi à quo debeat alimentari fugiens ad
eccleſiam,ex ſupra dictis notabimus,quòd qui contra libertatem eccleſiæ venire nituntur, ſunt ip-
ſo iure excōicati,vt in c.nouerit,de ſen.excō.& c.grauem,eo.tit.vbi papa Honorius iii. excōicat
officiales locorum,in quibus ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem,niſi ea deleri fecerint.
Nunc examinandum eſt,qñ dicatur violari libertas,ſeu immunitas eccleſiaſtica,Card.in c.perpe-
dimus,de ſen.excom,proſequitur per plures quæſtiones vtiles,& notas,ibi videbis per eū. Bart.
autem in l.i.§.quæ onerandæ.ff.quorum rerum act.non da.dicit fieri contra libertatem eccleſiæ
quandu ſit aliquod ſtatutum,vel aliqua diſpoſitio,propter quam clerici efficiuntur timidiores,
itaq; ſi ab vna particulari eccleſia exiguntur collectæ per laicos,violatur libertas eccleſiæ;de qua
in c.non minus,de immu.ecc.& c.aduerſus,& c.clericis,eo.ti.lib.vi.quod c.clericis, licet ſublatū
ſit quò ad ſuam particularem pœnam per clem.vnicam,de immu.ecc.tamen adhuc durat in ratio-
ne ſua.Item fit contra libertatem eccleſiæ,ſi fiat,ſtatutum municipale,quòd nullus coquat panē
clericis certi loci,vel cum eis contrahat,quia fit contra libertatem eccleſiæ Indirecte.ca.quanto,
de priui.& de immu.ecc,c.ſi.lib.vi.Ex hoc infertur,quòd fit contra libertatem eccleſiæ, quoties-
cunque tollitur,vel diminuitur libertas eccleſiæ,etiam particularis,vt in c.i.de immu.eccl. li.vi.
Per hoc patet;quòd qui turbat iuriſdictionem vnius ordinarii eccleſiaſtici,turbat libertatem ec-
cleſiæ dicitur facere iniuriam eccleſiæ vniuerſali.i.quoniam,de immu.ecc.li.vi.Ex prædictis con-
cludo ſecundum cōionem opi.doct.quòd fit contra libertatem eccleſiæ, quandocunq; violatur
priuilegium conceſſum ſuper generali libertate eccleſiæ;& hoc ſiue violetur quò ad omnes eccle-
ſias,ſeu clericos,ſiue quò ad vnam eccleſiam,vel clericum;quia omnes eccleſiæ ſunt vna eccleſia;
xxiiii.q.i.c.loquitur,vbi litera dicit;Epiſcopatus vnus eſt,& de ſum.tr.c.i.§.vna,& in cle.i.de ſen-
ten.excom.Secus de libertate particularis eccleſiæ.i.non competenti eccleſiæ vniuerſali,vt patet
ex prædictis,quod eſt diligenter notandum;quia per prius non ita bene explicatum. In generali
ergo conceſsione facta populis ſuper condendis legib.per l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.non in-
telligitur derogatum priuilegio tali eccleſiarum,vt in earum præiudiciom poſſint populi ſtatue-
re,ad hoc.ff.de off.eius,cui mandata eſt iuriſd.l.i.in prin.l.ſanctio legum.ff.de pren.c. cum inſtan-
tia,de cenſi,regula,generali,de reg.iur.in vi.& habitus clericalis conſiſtit in duobus.ſ.in tonſura,
& veſtibus,vt not.in.c.i.de cle.coniug.in vi.& vide Rotam in dec.ccii & vide Phil.Fran.in d.c.ſi.
& in d.c.iudex laicus,& vide ea,quæ dixi in l.non debet actori licere,de reg.iu.ff.Et clericus ince-
dens in habitu & tonſura,ſi eſt in loco forenſi,probabit ſe clericum ex ſuo iuramento, Pan.in.c.
ex parte,de priuil.gl.in cle.præſenti,de cenſi.De clericis relinquentib.habitum,dic,vt dixi in d.l.
non debet,de reg.iur.vbi multa dixi in lect.mea.

De iuriſditione certo modo ſecularium in perſonas eccleſiaſticas. Cap. XXXVI.

DIximus in præcedenti cap.de libertate,& immunitate eccleſiaſtica,& de priuil.cleric.nunc
de poteſtate ſecularium ſuper eccleſiis,& perſonis eccleſiaſticis dicamus,quia papa ex cau-
ſa dat vni principi poteſtatem iudicandi de clericis certi loci, vel territorii, ad quod addu-
co Card.in c.perpendimus,de ſen.excom.vbi tenet,quòd papa non poteſt tollere priuilegiū cle-
ricorum,quò ad forum;quod illud eſt de iure diuino,non cerimoniali, ſed morali, contra quod
papa non diſpenſat,c.ſunt quidam.xxv.q.i.Abb.in c.ii.de mai.&ob,hoc verum,qñ id vellet face-
re ex toto ; quò ad vnū autem,vel quo ad aliquos in particulari bene poſſet ſcdm Car,alleg.c.le-
ctor.34.di.quod no.Arch.in d.c.ſunt quidam,c.vnico,de cle.coniu.li.vi.ſecundū eū. Item iudex
ſecula-

ſecularis poteſt ciuiliter punire clericum in ſeculari iudicio falſum deponentem. tex. in l. nullum C. de teſti. & ibi glo. Cyn. Bal. ſed ego dubito. Item vbi eccleſiaſtica poteſtas deficit, quia hoc caſu iudex laicus poteſt corrigere clericos, vt in c. principes ſeculi. xxiii. q. v. & ibi glo. vt cum ſciſma faciunt, & non poſſunt ab eccleſia compeſci, vt voluit glo. in c. tua de deci. allegat tex. in c. nec licuit. xvii. di. & eſt optimus tex. & facit tex. in c. de ligurib. xxiii. q. v. & facit tex. i c. vt famę, de ſen. excomm. propter quod dicit Panor. in c. tua. infr. de deci. Quotieſcunque fieret in eccleſia dei ſchiſma, ſi non poſſet ſedari, poſſunt domini temporales ſe intromittere, & facere dubium ſopiri per eccleſiam. Et principes temporales habent poteſtatem, vt debentes eligere ſummum pontificem includantur in conclaui, vt in c. vbi periculum, de electio. in vi. & principes ſeculares, acceperunt poteſtatem à deo principaliter, vt eccleſiam dei iuuarent, & vt in ſuis neceſsitatibus ei ſubueniant, vt in d. c. principes, & in c. dicat aliquis, §. præterea. xxiii. q. v. & de hoc videbis (vt di xi) Panor. in d. c. tua. Item in caſu. c. cum non ab homine, de iudiciis. Item in clerico ioculatore, qui anno elapſo, et tertio monitus, non deſiſtit; talis ē ipſo iure priuatus clericali priuilegio. tex. in c. vno, de vita, & honeſt. cleri. li. vi. (vt dixi in c. præcedenti) quod procedit etiam in clerico in ſacris ordinibus conſtituto ſecundum Archi. & Dom. licet Ioan. Monachus contra. Sed dicit Rota in deciſione. cccxlix. in antiquis; quòd inter opiniones diuerſas præſertur opinio Archid. Item iudex ſecularis habet iuriſdictionem contra clericos coniugatos non deferentes veſtes, & tonſuram, vt in c. vno, de clericis coniugatis. lib. vi. quia tales non gaudent priuilegio clericali, vt per doct. ibi. Item in clerico in minoribus conſtituto, qui duas vxores habuit, vel cum vidua, aut corrupta contraxit, quia talis ſubditus eſt coertioni fori ſecularis, vt in c. vno, de bigam. in vi. et videbis circa bigamiam doct. in d. c. vno. Item in d. c. i. de vita, & honeſta. cleri. puniuntur clerici coniugati, & puniuntur, qui perſonaliter, & publice carnificum, & tabernariorum officium exercent, qui per dioceſanos nominati, & tertio moniti illud officium non dimittunt. Et in d. clemē. tex. excitat dioceſanos contra clericos, qui ſeculares actus exercent. & videbis dictam clementinam, quia coniugati perdunt omne priuilegium clericale, & non coniugati, ſi omnino, vt laici incedant, quandiu præmiſsis inſtiterint, eo ipſo etiam perdunt priuilegium clericale. & text. loquitur in macellariis, & tabernariis. Et an habeat locum i aliis vilib. officiis, vt aptare pelles, vel quid ſimile, glo. dicit, quòd non. Card. contra. Imola tenet cum glo. ſed ante monitionem non perdit priuilegium, & non ſufficit vna monitio cum peremptorio, vt per doct. in d. clementi. i. Et appellatione negociationum comprehenduntur lanificium, textura, vel ſimilia. Commertium dicitur mercatura, vt emendo, vendendo, nauigādo. Imo in d. cle. i. & terminus eſt arbitrarius, vt per Car. in d. cle. i. Item qui aſſumpſit clericatum, poſtquam fuit captus a iudice ſeculari, efficitur de foro ſeculari, eſt enim cauſa, & pſona præuenta. Et in dubio id videtur feciſſe in fraudem, vt. ff. de his, qui ſibi mortem conſci. l. fin. ita Ioan. And. in c. vnico, de obli. ad ratio. & in c. Ioannes, de cleri. coniuga. & in c. ex parte. il. iii. de priuilegiis, & communiter legiſtæ in l. pe. ff. ſi ex nox. cauſa agatur. & Bart. in l. i. ff. de pœnis. Secus autem, ſi ante iudicium inchoatum aſſumpſit clericatum, quia tunc coram eccleſiaſtico debet conueniri, poſtquam iudex laicus non præuenit, vt in c. propoſuiſti, de foro competenti. & l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. Vbi vero poſt iudicium inchoatum coram iudice ſeculari efficitur clericus, ſunt opiniones diuerſæ, de quib. per Ioan. And. & doc. in d. c. vnico. communiter tamen in hoc caſu ſequendo opi. Ioan. And. concludo, quòd in ciuili, & criminali nulla debet fieri diſtrictio per iudicem ſecularem, vt ponere in carcerem, detinere, & ſimilia. nec etiam aliqua executio in perſonam clerici, nam clericatus eximit perſonam, quò ad omnem manus iniectionem, & diſtrictionem, ſed non eximit cauſam à iuriſdictione præuenientis, quò ad ipſius pceſſum, & inſtantiam finiendam, & realiter quò ad bona exequenda, & ſic erit iudex cauſæ, non pſonæ, vt in iſto habetur in c. ſane, de foro compe. Idem tenet Specu. in ti. de reo. verſi. ſed quid, ſi eſt criminalis. & Archid. xi. q. i. c. i. vbi ſatis de hac materia. & vide, quod legitur, & not. in l. hos accuſare. §. i. ff. de accuſa. & per Lucam de Penna in l. fi. C. de vetera. lib. xil. Item vbi clerici volunt vſurpare iuriſdictionem Regiam, nam tunc poſſunt mulctari per iudicem ſecularem. Ad quod videtur facere. c. ex parte, de verbo. ſignifi. vbi permittitur iudici defendere iuriſdictionem, & territorium ſuum facit tex. in c. dilecto, de ſenten. excommun. li. vi. iunctis nota. per Inn. in c. olim. i. de reſtitu. ſpoliat. & c. dilectus, de pœnis. vbi dicit ordinario competere iuriſdictionem in extraneos impedientes eius iuriſdictionem. per d. c. i. de officio delegat. faciunt notata in l. ii. ff. de iuriſdict. om. iudi. Ideo dicebat Bal. in margarita, in verbo, iudex, quòd iudex ſuperior poteſt ſuam iuriſdictionem defendere, etiam cū enſe, & in bello. Item ſi clericus aſſumit adminiſtrationem, & officia laicorum, in quibus ſi delinquant, per iudicem ſecularem puniuntur. pro quo facit tex. in c. ſacerdotibus, ne cleri. vel mona. ſecundum opinion. illorum, qui ſumunt argu. ex illo tex. quòd iudex laicus authoritate illius. c. poſsit capere clericū priuilegio clericali ceſſante, quia fruſtra inuocat auxiliū legis. c. quia fruſtra, de vſurariis, & indignū eſt eis ab eccl. ſubueniri, p quos conſtat ſcādalū in eccle. generari, vt in d. c. ſacerdotib. vbi dicit etiam tex. cler. ſi ſunt negotiatores, vel pcuratores laicorū, non eſt eis ab eccl. ſubueniendū, ſi ex cupiditate hoc faciāt, ſecus, ſi ex charitate. Sed

tu vi. Panor. in d.c, ſacerdotibus. Sed in foro eccleſiaſtico, & in negotiis eccleſiaſticis poteſt cleri
cus eſſe procurator laici, & ſic non contradicit tex. in c. epiſcopus. vbi dicit litera, epiſcopus, aut
diaconus, aut ſacerdos nequaquam ſeculi curas aſſumant, ſin aliter, deiciantur, intellige præceden
te trina monitione, vt per Panor. in d.c. ſacerdotibus. quia vbicunque agitur ad pœnam incurren
dam, vno citatio peremptoria non ſufficit. Item clericus, qui commiſit aſſaſsinium, aliàs aſſaſſinii
poteſt criminaliter puniri per iudicem ſecularem abſque alia degradatione per c. i. de homici. in
vi. quia ipſo iure videntur degradati. & de hoc vi. Hippolitum de Marſiliis in l. vnius ſatinoris. §.
cogniturum, ff. de quæſtio, in xi. col. & vi. Paridem de Puteo in tractatu de ſindi. in verbo, inquiſi
tiò; in verſic. dicit conſtitutio regni. Et omnes docto. in c. at ſi clerici, de iudi. dicunt, quòd cleri
cus aſſaſsiuus poteſt impune offendi. Et ibi dicit additio Abbatis; Receptãs aſſaſsinios, vel defen
dens, vel occultans, ſiue ſint clerici, ſiue laici, ipſo iure ſunt excommunicati. Et de iſto enormi de
licto dixi multa in libro meo de adminiſtratione iuſtitiæ in ii. parte, in regula. xxii. Et in iſto deli
cto punitur affectus. glo. in l. i. ff. quod quiſque iuris. & dixi vbi ſupra. Item ſi clericus poſt aſſum
ptum clericatum immiſcuit ſe enormitatibus, & ſæuis, & diu in illis perſeuerauit, habitu, & tonſu
ra dimiſsis; ſi deprehenditur in delicto talis, non poteſt ſe pro clerico defendere; quominus per
iudicem ſecularem puniatur. pro quo eſt tex. ſingularis in c. ex parte, de priuile. & pro hoc etiam
videtur eſſe tex. in c. perpendimus, de ſenten. excommuni. ſecundum docto. ibi. & Ioan. Andr. in
ducit tex. in c. vnico, de vita, & honeſta. cle. li. vi. & de hoc dixi in c. præcedenti. vbi videbis. Item
notabis de clerico, qui relicto ordine clericali, & habitu ſuo in apoſtaſia tanquam laicus, conuer
ſatur, quia ſi in crimine deprehenſus fuerit, per eccleſiam non liberatur, ſed per iudicem ſecularem
punitur, per tex. ſecundum vnum intellectum in c. primo de apoſta. Et idem in clerico in minori
bus conſtituto, qui effectus miles exercet arma; nam talis ipſo facto perdit priuilegium clericale
ſecundum Inno. in c. i. & Panor. ibi. nam hoc faciendo exercet actum omnino contrarium cleri
catui. Sola vero militia ſecundum Pano. non ſufficeret, niſi exerceret arma, vel ſæua. Item nota de
clerico arma militaria deferente, qui ſi tertio monitus non deſiſtit, perdit omne priuilegium cle
ricale, vt in c. in audientia, de ſenten. excommun. Adeo quòd ſecundum Panor. & docto. non eſt
opus alia degradatione. quia ſi monitus non depoſuerit arma, eſt exutus omni priuilegio clerica
li, & relinquitur iudicio ſeculari. Et idem in clerico in honeſte viuente, quia ſi tertio monitus nõ
ſe correxerit, perdit priuilegium clericale. c. contingit. ii. de ſenten. excommu. & appellatione pri
uilegii clericalis intelligitur tã de priuilegio. c. ſiquis ſuadente, quàm de priuilegio fori, vt eſt glo.
ſingu. in clemen. i. de officio ordin. & ibi Cardi. Item iudex laicus habet iuriſdictionem in clericos;
quando habet iuriſdictionem reſpectu certæ cauſæ, quæ viget in clericis, etiam in præiudicium
ordinariæ iuriſdictionis epiſcopi, vt expreſſe colligitur ex textu in c. cæterum, de iudici. Nam iu
riſdictio reſpectu feudi tributa eſt domino feudi per legem ciuilem, vt in c. imperialem de prohi
bita feudi alienatione per Fed. in libro feudorum, & nihilominus vendicat ſibi locum in clericis
actiue, & paſsiuè. Itaque ſi laicus eſt dominus feudi, habet iuriſdictionem, etiam ſi vaſalli ſunt cle
rici, vt in d.c. cæterum, & ibi Panor. poſt alios. & in c. verum, de foro compet. vbi dicitur ; Feudi
quæſtio debet terminari per dominum feudi ſiue laicum, ſiue eccleſiaſticum, & clericus recogno
ſcit laicum in ſuperiorem ratione feudi. & ibi vide Panor. & docto.

De eccleſiaſtico interdicto. Cap. XXXVII.

INterdictum eccleſiaſticum eſt cenſura eccleſiaſtica prohibens adminiſtrationem diuinorum
hoc differt ab excommunicatione, quia per interdictum nunquam tollitur communio homi
num, differt à ſuſpenſione, quia interdictum cadit in rem inanimatam, vt in locum. de ſenten.
excommu. c. ſi ciuitas. li. vi. vbi interdicta ciuitate, ſuburbana, & continentia ædificia dicuntur in
terdicta. Et interdicta eccleſia, capella contigua, & cimiterium contiguum dicitur interdictum,
ita Cardi. in c. fin. de cleri. excomm. minis. & in clemen. i. de ſent. excomm. Sed notabimus, quòd
hoc nomen interdictum prohibitionem ſignificat, quæ proprio alluditur vocabulo, vt inſti. de
interdic. §. ſunt tamen. c. ſignificaſti, de offi. Archidia. & c. cum illorum, de ſenten. excommun. &
in Rubrica de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, idem importat, ſicut ſi dice
ret, contra prohibitionem. per eccleſiaſticum autem, vel per diuina, intelligo officia diuina, &
ſacramenta large ſumpto vocabulo. de ſponſa. c. non eſt nobis. Et interdictum, & excommunica
tio ponuntur, vt diuerſa, vt in c. i. de officio delegat. c. cum ab eccleſiarum, de officio ordinar. cũ
concordan. licet autem ex prædictis iuribus multas conuenientias, & differentias inter interdi
ctum, & excommunicationem, & ſuſpenſionem poſsit diſcurrere curioſus indagator, non omit
to, quòd notant docto. in c. i. de ſententia excommun. li. vi. quòd prædicta tria ſcilicet ſententia
excommun. iterdicti, & ſuſpẽſionis æquiparãtur in decem. Primo, quia forma huius cõſtitutio
nis in ipſarũ qualibet eſt ſeruãda, vt hic. Secũdo, quia in iſtis trib. præcedẽs appellatio tuetur ap
pellãtem, in aliis uõ, vt ſupra de appel. ad hęc quoniam. & c. paſtoralis. & in ſ. eo. is cui. §. ſi. Tertio,

quia neuter iſtorum debet celebrare diuina, vt in c.ii. & c. poſtulaſti.§.fi. de cler. excomm. Quarto, quia quamlibet ſententiam horum trium debet monitio præcedere, vt c. reprehenſibilis, de appellationibus. Quinto, quia quilibet iſtorum iurat antequam abſoluatur, & in vtroque fieri poteſt abſolutio ad cautelam, vt in c. venerabili, de ſentent. excomm. Sexto, quia quælibet ſententia à ſuperioribus eſt ſeruanda, de officio ord. c. cum ab eccleſiarũ. Septimo, quia durante ſententia neuter eligere, vel eligi, vel teſtificari poteſt, vt in c. cum dilectus, de conſuetu. de excep. c. Apoſtolicæ. & de teſtibus. c. veniens, in fine. Octauo, quia non debet ſuperior de ipſis aliquid diſponere, partibus non vocatis, vt c. Romana.§.fi. de ſenten. excom. lib. vi. Nono, quia ſpeciales filii Apoſtolicæ ſedis nulla iſtarum ſententiarum Apoſtolicæ ſedis poſſunt ligari, vt in c. veniens. de verbo. ſign. lib. vi. & in priuilegiis ſolent iſta tria miſceri, vt in c.i. in fine, de priuileg. in vi. Decimo, quia omnia iſta comprehenduntur appellatione cenſuræ, vt in c. quærenti, de verbor. ſign. Vndecimo quò ad irregularitatem contrahendam propter celebrationem diuinorum. Et irregularitas non ſolum contrahitur per celebrationem miſſarum, ſed etiam per celebrationem aliorum diuinorũ officiorum. de quo per Inno. & docto. in c. fin. de exceſſibus prælato. & in c. Abbates. de priuile. in vi. & notabis caſum reſeruatum ſoli papæ; qui ſolus poteſt diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex celebratione diuinorum, facit tex. in c.i. de re iud. in vi. in tantum, quòd etiam pœnitentiarii, qui ſunt ordinarii in curia ad pœnitentias imponendas, non poſſunt cum irregulari diſpenſare, vt tenent docto. in c. clerici, de clerico excomm. minis. & Ioan. andre. in c. latores, eo tit. in dicit tamen Ioan. andre. quòd conſuetudo habet, vt cum talibus, qui claues non contempſerunt, poſſint legati de latere diſpenſare. & vi. Philipp. Franc. in d. c.i. de ſenten. excomm. libro. vi.§. caueant. Et notabis, quòd non quælibet executio diuini officii facta per ſuſpenſum, vel interdictum inducit irregularitatem, ſed illa tantum, quæ fit ſolenniter officiando, vt per Phi. Fran. in d.§. caueant. Super quo tamen generaliter ſic conclude, quando fit, quòd ſuſpenſus ingerendo ſe in diuinis incurrat irregularitatem, quia aliquando id facit ignoranter ignorantia probabili; & excuſatur, vt in c. pe. de cle. excommu. mi. Aliquando ſcienter, vel craſſa ignorantia, & tunc ſi immiſcet ſe diuinis, non vt officians, ſed vt debitum ſoluens, & idem, ex quo non exequitur, vt prius, quod requirit iſte tex. & quia ſuſpenſus tenetur officium, non vt officians, ſed ſecretò, vt debitum perſoluere alias pœna præſtaret immunitatem, quod eſſe non debet, vt l. relegatorum, in fi. ff. de interdict. & releg. de quo per docto. in d. c. clerici. & in c. illud. eo. tit. & per Spe. ti. ii.§. iuſta. verſi. quid ſi excõmunicatus. & per gl. l. xxxi. diſtinct. c. dictum. & in c. cupientes.§. cæterum. de elect. eo. lib. Aliquando immiſcet ſe in diuinis exercendo ea, quæ ſunt certo ordini, vel officio certi ordinis deputata, & ſi talis non eſt in dicto ordine conſtitutus, vt ſi acolitus epiſtolam in apparatu ſubdiaconi, vel ſubdiaconus euangelium in apparatu diaconi, tunc talis tenetur pœna falſi, vt d. ca. illud, ſed non incurrit irregularitatem, ex quo nõ celebrat in ſuo officio, vt prius, prout requiritur, vt in d.§. caueant. Et intellige hæc de irregularitate, de qua in d.§. caueant. ſed bene incurrit aliam irregularitatem, quam incurrit ille, qui nullum habet ordinem, ſi celebrat. de quo per Specula. in ti. ii. nunc de epiſcoporum. verſ. xviii. & dicitur plus delinquere, quàm ordinatus, qui poſt ſuſpenſionem celebrat in ſuo officio, quia eo caſu ſolus papa diſpẽſat, vt notatur in d. verſi. xviii. & in c. ii. de clerico excomm. miniſt. Si vero talis eſt in dicto ordine, & celebrat, vt prius, incurrit irregularitatem vt in d.§. caueant. non ſolum ſi talis eſt in ſacris, ſed etiam in aliis minoribus ordinib. conſtitutus ſecundum Ioan. and. & doct. in d. c. ii. Itaque non ſolum ſubdiaconus epiſtolam dicens, diaconus euangeliũ, ſed & presbyter miſſam. vnde ſi benedicitur aqua, incurritur irregularitas, vt voluit Specu. in tit. de diſpenſat.§. iuſta, verſi. quid de benedicente. c. aqua de conſecr. diſt. iii. ſecundum Io. andr. in d.§. caueant. & in c. fi. de exceſ. præla. & de irregularitate dicemus infra in c. ſequen. Et aduerte, quia plures ſunt ſpecies ſuſpenſionum, de quibus per gl. in cle. cupientes, de pœnis in verbo ſuſpenſi. Vnde generaliter conclude, quando fit, ꝙ ipſe ſuſpenſus incurrat irregularitatem, vt per Phil. Fran. in§. caueant. vbi etiam dicit; Suſpenſus ab officiis ordinum incurrit irregularitatem, ſi contra interdictum fecerit. dicit etiam ibi: Suſpenſi quandoque non incurrunt irregularitatẽ, in certis caſibus notatis ibi per eum. Diximus ſuperius, ꝙ ſententia excõis, interdicti, & ſuſpenſionis æquiparantur in decem, nunc notabimus, quod differunt in aliis decem. Primo in participatione, quia cum ſuſpenſo, vel interdicto participari poteſt, niſi participatio ſpecialiter eſſet interdicta arg. ff. de pœnis. l. mores. ſed cum excõicato indiſtinctè prohibetur, vt in c. ſacris, de his, quæ vi. metuve cau. Secundo, quia propriè loquendo homo excõicatur, vel ſuſpenditur, ſed non interdicitur, niſi impropriè. c. cum dilectus, de religioſis domi. & c. paſtoralis, de appel. loca uero propriè interdicuntur, vt c. non eſt, de ſpon. licet in pœnam perſonarum delinquentium. ideo debet per id potius fieri diſtrictio in perſona, quàm in facultatib. c. illud. in fi. xvi. q. vi. Tertio, quia effectus excõis latæ non poſſunt ſuſpendi, ſed reliquorum ſic, vt in c. ad hæc quoniam, de appella. Quarto differunt in caſu. c. quia periculoſum, de ſent. excom. lib. vi. Quinto differunt. vt c. præſenti, de ſent. excom. lib. vi. ubi dicitur, Relaxatio ad cautelam non habet locum in generali interdicto. Sexto differunt, ut in c. Romana, ad finem, de ſen. excom. li. vi. ubi dicunt doc. no. ex tex. differentiam inter excõnem, & interdictum, quia ſententia interdicti, per quam punitur quis ꝓ deli

cto alterius, & iuſte, bene poteſt fieri contra vniuerſitatem, & iuſte, vt in c. bonæ, de ſponſ. vbi legitur; Per cenſuram eccleſiaſticam pater cōpellitur reſtituere filio eius vxorem, quam iniuſte detinet. Secus in ſententia excommunicationis contra vniuerſitatem, & iuſte, dicendo excōmunico omnes de vniuerſitate, qui fuerunt mandato meo rebelles. ita probatur ex dicto text. ſecundum Ioan. And. ibi. Immo ſi conſtaret, quòd tota vniuerſitas vel collegium deliquiſſet, & communicari poſſent ſinguli de vniuerſitate vel collegio, & locus interdici, vt voluit Hoſt. in ſumma. in ti. de contu. §. fin. dicens: quod poteſt ſic fieri, Excommunico præpoſitum, decanum, archidiaconum, & omnes alios de tali collegio, quia noluerunt parere mādatis meis. adducēs ad hoc. c. propoſuit de clerico excōmuni. miniſt. & Anchara. & Phili. Fran. in d. c. Romana §. in vniuerſitatem. Septimo, & octauo, in c. ſi. §. i. de ſenten. excomm. & in §. in feſtiuitatibus, vbi dicitur, quod peioris conditionis eſt excommunicatus, & longe plus eſt prohibita celebratio diuinorum excōmunicatis, quàm interdictis. vt patet in d. §. in feſtiuitatibus. Et in d. c. ſi. incipienti; alma mater eccleſia, dicitur; Tempore interdicti etiam ſani ad pœnitentiā admittuntur, niſi ſint excommunicati; qui non niſi in mortis articulo admittentur, vel niſi cauſam dederint interdicto; qui non admitterentur, niſi ſatisfaciant, vel caueant, prout poſſunt. Item illo tempore miſſæ & alia diuina officia ſub pœna diſtributionum, ſicut prius, in eccleſiis celebrentur iannis clauſis, plane, ſine excommunicatis, & interdictis, & ſonitu campanarum. Et quater in anno alte cum campanis, & ianuis apertis celebrare poſſunt, excluſis excommunicatis; interdictos tamen admittere debent; ita tamen, quod hi, propter quorum exceſſum latum eſt, nō appropinquent altari. In cæteris ſeruatur interdictum, & vltra id reuocata ſunt priuilegia quibuſcunque conceſſa. Et extra eccleſias, vel monaſteria tempore interdicti celebrari, vel alia diuina officia dici non poſſunt ſine violatione interdicti. ita Ancha. & Phil. Fran. in d. c. Alma mater. Sed quæro pro declaratione multorum, quod dicatur interdictum generale, & quod ſpeciale? dic, quòd generale interdictum dicitur, cum concernit locum territorium, ſiue ſolum. c. cum in partibus. c. cum inter. de verbo. ſigni. c. petiſtis, de priuile. c. vbi periculum, §. ciuitas. de electio. in vi. & c. felicis. §. ſi. de pœnis. & in clementina, ſi quia ſuadente. §. ſi quæ ciuitas, de pœnis. Et dicitur generale, quia in nulla particula talis loci poteſt celebrari abſque violentia interdicti. Vnde & ſi in illo loco interdicto nulla eccleſia ſit, ſiue vna tantum, dicetur generale, quò ad omnem eius effectum, vt notat Ioan. Andre. in d. c. cum in partibus. de verbo. ſigni. Speciale autem interdictum eſt. cum interdicitur vna eccleſia. vel plures, etiam omnes eccleſiæ ciuitatis, vel loci interdicerentur, puta propter decimas nō ſolutas, vel procurationes legatorum, vel cauſas ſimiles. Nam vt dicit Ioan. And. in c. præſenti, de ſenten. excommu. in vi. interdicta eccleſiarum non debent dici generalia quò ad effectum generalis interdicti, etiam ſi interdicerentur omnes eccleſiæ ciuitatis, vel prouinciæ, nec erit tunc locus. c. Alma mater, §. adiicimus, de ſententia excomm. lib. vi. Nam non poterit in illis eccleſiis celebrari, etiam cum moderamine, de qua ibi, ſed extra illas ſub territorio, vel ſi qua eſſet non interdicta, bene poterit celebrari, nec tūc eſſet locus denegationi ſepulturæ hominibus illius loci, nec aliorum ſacramentorū, & diuinorū officiorum, quæ non prohibentur, niſi tempore generalis interdicti, vt in d. c. Alma mater. ita Petrus de Anc. in d. c. præſenti, de ſenten. excommu. li. vi. An in interdicto generaliter promulgato in ciuitates, loca, &c. habeat locum relaxatio ad cautelam, dixi, quòd non. Quid in interdicto ſpeciali, ſumendo ſpeciale (vt dictum eſt ſupra) vi. Anchar. in d. c. præſenti. Conclude, quòd generale interdictum non poteſt relaxari ad cautelam, ſecus in ſpeciali interdicto. vi. Arch. in d. c. præſenti, & vi. Ioan. Mona. in d. c. præſenti, & vi. Calde. ita affirmantem in tractatu ſuo de interdictis in iiii. colum; Et ſi eccleſia eſt ſpecialiter interdicta nō poſſunt in ea celebrari diuina officia, ſeruata forma decretalis, Alma mater. §. adiicimus, quia loquitur, cum locus fuerit interdictus; & tale appellatur generale interdictum, vt in d. c. cum in partibus, vt ſuperius dixi. Sed in eccleſia ſpecialiter interdicta poteſt quis baptizari, & in fronte criſmari, quia a quouis interdicto prædicta ſunt excepta, de ſponſa c. non eſt nobis, & c. quoniam, de ſenten. excomm. li. vi, vbi dicitur, quòd tempore interdicti etiam poteſt confici chriſma in die cœnæ domini propter indigentiam, quia non vtimur chriſmate veteri poſt annum. Et in d. c. quoniam, dicit Phili. Fran. Nota ex textu, quia duo ſacramenta poſſunt conferri tempore interdicti chriſma, & baptiſmus, & idem de ſacramento pœnitentiæ, vt in d. c. Alma mater. & in c. quòd in te, de pœniten. & remiſſ. Et dicit Ioan. And. quod iſta duo ſacramenta, de quibus in d. c. quoniam, non poſſunt conferri alta voce, & ſolenniter tempore interdicti, cū hoc non exprimatur in d. c. quoniam. tenet etiam Phili. Fran. in d. c. quoniam. Sed ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, celebrans in ea diuina eſt irregularis; c. is cui, de ſenten. excommu. li. vi. Sed de excommunicato maiori excommunicatione, an poſſit per eccleſiam tranſire, dic, quòd ſi talis vult intrare, vt audiat verbum dei in illa. & poteſt; vt in c. reſponſo, de ſenten. excommu. vbi litera dicit; Excommunicatis, & interdictis prædicari poteſt licite verbum dei. & dicitur etiam, quod tempore generalis interdicti concedi poteſt baptiſmus, & chriſmatio in fronte, & pœnitentia morientium Hodie etiam omnibus datur pœnitentia tempore interdicti, vt in c. Alma mater (vt dixi) ſed corpus Chriſti non conceditur, niſi morientibus, vt in d. c. Alma mater, & ibi notatur. Et licite participatur cum excommunicato ad eius correctionem, vt in c. cum voluntate

de

de ſen.excom.vbi dicit Panor.A quolibet interdicto cenſentur excepta quatuor ſacramenta, vt baptiſmus, pœnitentia, chriſmatio in fronte; confectio chriſmatis.nam ex quo conceditur baptiſmus, per conſequens conceditur chriſmatis confectio, cum ſine chriſmate non fiat baptiſmus, vt in d.c.quoniam, de ſen.excom.lib.vi. Dubitant doct. de matrimonio, nunquid poſsit contrahi tẽpore interdicti.communiter concluditur, quòd ſic. ſed de ſolennitate matrimoniali dubitatur p Panor.in.d.c.non eſt. Et ſic habes quinque ſacramenta excepta tempore interdicti. Dubitatur de ſexto ſcilicet ordinum collatione: & videtur in d.c.non eſt; velle Innoc. quòd laicis non poſſunt conſerri ordines; ſed alias clerici poterunt promoueri ad maiores, cum ipſi non ſint interdicti. Aduerte, quòd iſtud dictum eſt ſatis obſcurũ, & ſine ratione. Nam cũ interdicitur locus, nec laici, nec clerici ſunt interdicti. Vnde extra locum licite percipiunt diuina; quandoque enim perſonæ ſunt interdictæ, & tunc quocunque ſe conferant, interdictum ſequitur eos, de quo in ca.ſi ſententia, de ſen.excom.lib.vi.vbi legitur; Interdicto clero non eſt interdictus populus, nec econuerſo: & interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non ſunt interdicti, & extra ipſam audiuit diuina. Interdicto populo ſingulares de populo intelliguntur interdicti, & in q.præcedenti non videtur differentia inter clericos, & laicos. Itaque ſi clericis poſſunt conferri ordines, etiã laicis. de hoc vi. Panor.in.d.c.non eſt. Aduerte, tamen, quòd in caſu, d.c.non eſt, non eſt proprie interdictum, ſed ceſſatio à diuinis ſecundum Inno. & bene. Et pro differentia inter iſta, vi.tex. cum gl.in cle.i.de ſen.excom.quod notat Io.and.in c.ſi canonici, de offi.ord. Et notabis ex d.c.nõ eſt; quòd ex facto principis poteſt patria ſubiici interdicto; & ſic indirecte puniuntur populi de facto principis, ex quo vi.quod no.gl.in c.i.xxiiii.q.iii. & in tex.dicitur; Quandoque temporaliter punitur vnus pro alio ſine culpa, non ſine cauſa: de quibus multa exempla ponuntur in textu, de peccato Sodomitarum, de peccato Amalechitarum: item de peccato Dathan, & Abiron, & ibi examinatur in gl.an familia pro delicto domini ſit excõicãda. Dixi ſuperius de ceſſatione a diuinis, ſed tu dic, ꝙ eſt ceſſatio gñalis, & ceſſatio ſpãlis, & ſpãlis obſeruatur ſolũ in eccleſiis, in quib.ſũt, ſed generales ſeruandæ ſunt ab aliis, vt in d.cle.i.de ſen.excõ. Alia differentia; quia generales habent vim interdicti, & comparantur interdicto. vt in d.cle.§.in ceſſationibus: ſpecialis, autem nõ, vt in c.dilectis, de app. & quod ibi no. & c.ſi canonici, de off.ord.lib.vi. Itaque differentia eſt inter ceſſationem à diuinis, & ſententiam interdicti. Nam ceſſatio a diuinis eſt quid facti; non enim aliud eſt quam ſuſpendere organa miniſtrorum, vt ibi non celebrent. Sententia verò interdicti eſt quid iuris: vnde ſupponitur ille locus interdicto, ita quòd ibi celebrans quantuncunq; forenſis incurret irregularitatem; quia celebrat in loco interdicto, vt in d.c is qui, de ſen.exc.li.vi. ſecus autem quando clerici deliberant inducere ceſſationem, quia tunc celebrans ibi non efficitur irregularis, tanquam non celebrans in loco interdicto. Hoc notanter voluerunt doct.in.d.c.dilectis, de appel. & in.c.irrefragabili.§.cæterum, de off.ord. Dubium tamen remanet, quid ſi ceſſatio a diuinis eſt generalis, puta reſpectu totius ciuitatis, nunquid ibi celebrans efficiatur irregularis? Io.an. in c.ſi canonici, de off.ord.li.vi. concludit quòd ſic; quia talis ceſſatio generalis æquiparatur interdicto per cle.i.de ſen.excom. ſed Ant.in.d.c.dilectis, dicit ſub dubio forte, quòd ex toto non procedit illa æquiparatio. & Panor.in.d.c.dilectis, dicit; Ego verius putarem, quòd celebrans in ceſſatione generali non efficiatur irregularis; Regula eſt, vt nunquam quis incurrat irregularitatem, niſi in caſibus iure expreſsis, vt in d.c.is qui. ſed iure non cauetur, niſi de celebratione in loco interdicto. Nec obſtat illa cle.i. quæ facit æquiparationem tantum in illo caſu; & pœnæ non debet extendi, vt in regula; odia, & regula, in pœnis, de reg.iur.in.vi. Et ratione conſuetudinis quandoque ſpectat ad capitulum ceſſare a diuinis, vt in c.quamuis, de offi.ord.lib.vi.vbi notant doct. capitulum ex iure ſpeciali poſſe inducere ceſſationem a diuinis contra epiſcopum proprium. Et ſi delinquens eſſet rector, vel dominus loci, & offendit, propter iniuriam, vel offenſam illatam, poſſunt ceſſare a diuinis: ſed offenſa debet eſſe ſufficiens ad inducendũ ceſſationem a diuinis. Et cauſam ceſſationis a diuinis debent mittere illi iniurianti, & illum requirere, vt ſatisfaciat pro iniuria commiſſa. Si autem non velit ſatisfacere, poterunt ceſſare a diuinis, & tunc ipſi ceſſantes mittant ad Apoſtolicam ſedem, vt in.d.c.quamuis. Et quam ſolennitatem clerici debent ſeruare in ceſſatione a diuinis inducenda propter iniuriam ſibi, vel eccleſiæ illatam, vide in c.ſi canonici, de offi.ord.in vi.vbi legitur, & eſt caſus; Canonici eccleſiæ Pictauen. habent ex priuilegio, vel conſuetudine, quòd cũ aliquis eos offendit, vel occupat res eccleſiæ, poſsint ceſſare a diuinis, donec ſit eis ſatisfactum. Accidit, quòd quidam offendit, vel aliquod delictum commiſit, propter quod poſſunt ipſi canonici ceſſare a diuinis. Quæritur in textu, quam formam teneantur ipſi obſeruare? Reſpondet Gregorius nonus in generali concilio Lugdun. quòd in ſcriptis inſtrumento publico, vel literis ſigillatis ſigillo auctentico debent inſerere cauſam ſuæ ceſſationis, & notificare delinquẽti, quod propter illam cauſam intendunt ceſſare a diuinis. Et ſi ipſi non ſeruant iſtam formã, punientur; quia non percipient fructus ſuarum præbendarum; & ſi percipiant, tenentur reſtituere, & ſatisfacere de iniuriis illi, in cuius odium ceſſabant. Itaque ſecundum doctor. notabis, quæ ſeruari debent in ceſſatione fienda a diuinis, quæ locum habent tam in certa Eccleſia, & ſic in

ſeruari debent in ceſſatione ſienda à diuinis:quæ locum habent tam in certa eccleſia, & ſic in ſpe-
cie,vt in d.c.ſi canonici,& in c.quamuis, de officio ordi.in vi.quàm etiam in generali ceſſatione à
diuinis,quæ fieret in tota ciuitate,ut in d.clemen.i,de ſen.excom.pro quo facit tex.in d.c.ſi cano
nici,& d.c.quamuis, qui generaliter loquitur.& notat Phili.Fran.demente docto.in d.c.ſi cano-
nici,quòd ceſſationes generales factæ ab habentibus poteſtatẽ habent vim interdicti.& ſic ſi ĩ lo
co fieret generalis ceſſatio à diuinis, tunc celebrans irregularitatem incurrit.& in d.c.ſi canonici,
videbis per Phili.Fran.qualiter fieri debeat extimatio iniuriæ de iure canonico,ſed ibi dicit An-
cha.extimatio damni,& intereſſe iniuriæ taxatur iudicis arbitrio.& ĩ ceſſatione à diuinis requirã
tur ſcriptura ad ſubſtantiam actus , ut in d.c.ſi canonici. Alii plures caſus enumerantur in c.i.de
cenſi.li.vi.& notabis ex d.c.ſi canonici, quòd ceſſatio à diuinis debet fieri ex cauſa legitima , quæ
ſit uera,& debet eſſe notoria;& ſufficit ſi ſit manifeſta,cum examinari debeat,vt in d.c.ſi canoni-
ci,& Ioan.And.in d.§.cæterũ,dicit,quòd ceſſatio à diuinis debet aggrauari cum irreuerẽtia crea
toris,& ſanctorum.ſed notabis,quòd ceſſatio à diuinis eſt odioſa;ideo cũ magna maturitate pro-
cedendum antequam fiat:tendit enim ad diminutionem diuini cultus:multa igitur ſunt ſeruanda
antequam fiat,ut per glo.fin.in d.c.quamuis.Itaque ad hoc,vt fiat ceſſatio,neceſſe eſt hæc interue
nire.primo;quòd qui ceſſant, habeant de conſuetudine, vel alio iure, vt ceſſare poſsint:ſecundo,
quòd vocentur abſentes ad tractandum de ceſſatione.tertio,quòd tractent.quarto,quòd de ceſſã
do deliberent.Quinto,quòd ſit manifeſta offenſa,propter quã ceſſant.ſexto,quòd ſit rationabi
lis.Septimo, quòd ante ceſſationem inſtrumento publico,vel patentibus literis auctentico ſigillo
munitis cauſam ceſſationis exprimant.octauo,quòd illud inſtrumentum,vel literas tradãt ei,cõ
tra quem ceſſant.nono,quòd requirant illum,quòd emendet competenter iniuriam, vel offenſã,
propter quam ceſſare volunt.quod ſi non fecerit,tunc locum habet ceſſatio.poſt ceſſationem de-
bet vtraque pars arripere iter ad ſedem Apoſtolicam infra mẽſem per ſe,vel per procuratorem ſuf
ficienter inſtructum.Omnia iſta continentur in dict gloſſ.fin.nunc ad materiam interdicti redea
mus.interdum interdicitur locus ſub appellatione regni,prouintiæ,ciuitatis, caſtri, vel villæ , de
uerborum ſignifica. capit.cum in partibus.capit.i.de poſtul.prælatorum.c. ſane, de officio lega.
c.ex reſcripto,de iureiuran.& c.quãquam, de cenſi.libro.vi.c.epiſcopo,de priuilegiis.c.præſenti,
de ſen.excom.quibus ipſius loci ſuburbia, cõtinentia ædificia intelliguntur interdicta,de ſen.ex
com.ſi ciuitas,lib.vi.nam appellatio vrbis, uel ciuitatis includit ſuburbia , & continentia ædificia
vt not.in l.ii.ff.de verbo.ſignifi.Circa quod quæro;ſi ſuburbia;& habitantes ĩ eis non ſũt de iu-
riſdictione loci interdicti,ſiue ciuitatis ipſius,an propter interdictũ loci ĩ eis valeat celebrari , vel
non?reſpondeo non,per rationem prædictæ decre.ſi ciuitas.ſcilicet ne vilipendatur ſententia ĩter-
dicti,vt in clementina,de ſen.excom.cũ eo.ſic ergo interdictum promulgatũ in locũ includit ſu-
burbia,& continentia ædificia,etiã in nullo ſubiecta dicto loco, vel vniuerſitati ipſius. quod pu-
to verũ,ſi proferens interdictũ habeat iuriſdictionem ſpiritualem, non ſolũ in locũ,quem inter-
dixit,ſed in ipſius loci ſuburbia , vel cõtinentibus ædificiis;cũ ius huiuſmodi ſẽtentiã interpreta-
tur.de arbit.cũ olim.de verbo.ſigni.in his ff.de appel.ab excu.§.i.ſed ſi proferens non habeat iu-
riſdictionem ſpiritualem in ſuburbiis,vel continentibus ædificiis,licet habeat in loco , quem in-
terdixit,non videtur habere locũ decre.ſi ciuitas , per l.iii.ff.de offic.procon.& de iuriſ.om.iu.l.
ſi.ix.q.iii.epiſcopũ; de offi.lega.nouit; de cõſti.c.ii.ii.reſpon.lib.vi.ad idem bene facit.ff.de bon.
auto.iud.poſsidendis , cũ vnus.§. is qui.ff.de inter.& releg.l.relegatorum.i. reſponſo. & licet ita
videatur de iure ſcripto;tamen ponderata ratione decre.ſi ciuitas,poſſet dici,quòd in hoc caſu ſu
burbia,& continentia ædificia adhærentia loco interdicto intelligãtur interdicta non ab homine
ſed à iure.de ſen.excom:nuper.arg.de accu.ſuper his.verſi.poſt confirmationem : & per hoc reſ-
pondetur ad iura in contrariũ allegata.ſed quæ dicãtur cõtinẽtia ædificia , dicit ibi glo.hoc eſſe in
iudicis arbitrio relinquendũ. & de hoc vide Calde.in tractatu de interdictis.colum.vi.& ibi dicit
vſque ad quem locũ durent ſuburbia.ſed nunquid adhærentia,uel cõtingua ſuburbia , vel conti-
nentia ædificia intelligãtur interdicta?dic,quod non,alias ſequeretur,quòd adhærentia adhæren
tibus eſſent interdicta, & ſic vna ciuitate interdicta totus mũdus eſſet interdictus.quod eſt abſur
dũ.ad hoc,de teſti.licet.iii.& facit decre.ſi ciuitas;quæ vult interdictũ loci per certum finem de-
terminari.ita Cald. in loco iam allegato.ſimile de eo.quod dicitur , quòd excommunicatio non
tranſit in tertiam perſonã.xi.q.iii.quoniam.& dico, quòd quãdoque interdictum profertur in
eccleſiam, & tunc ipſius capella eidem eccleſiæ contigua ; & cimiteriũ ipſius eccleſiæ contiguũ
intelliguntur interdicta;ſecus ſi prædicta non ſint contigua eccleſiæ interdictæ,va præcedẽti,de-
cre.ſi ciuitas.ii.reſponſo.ſic etiam eccleſia polluta intelligitur etiam cimiterium eidem contiguũ,
non autem è conuerſo;nam cimiterio polluto non eſt pollutum alterum etiã ſibi cohærens pa-
riete intermedio.hæc habentur de conſecratione ecc.vel alta.c.i.lib.vi.ex quibus ſequitur,quòd
intedicta eccleſia, altaria , vel cimiterium altari etiam cohærens interdicto , vel ad cimiterium in
terdictũ cohærens , pariete intermedio, nõ intelligũtur interdicta.item interdicto loco ſub ap-
pellatione ciuitatis nõ ſũt ĩterdicti ciues illius ciuitatis.idẽ ĩ terdicto cuiuſuis loci,puta caſtri,vil-
le,vel

læ,vel huiuſmodi.quod eſt verum,cum interdicitur locus propter delictum domini,vel alicuius ſingularis perſonæ,ſecus,ſi propter delictum ciuium,vel populi, uel vniuerſitatis ipſius loci.hæc habentur de ſen.excom.ſi ſententia.ii.reſpõſo.lib.vi.ſed primo caſu, an perſonæ culpabiles ſine I terdictæ?dic, quòd ſic;vt ibi innuitur, cum dicitur;culpabiles non ſunt.facit d.c.Alma.§.illis.& de priuileg.quòd nõnullis.& eo.tit.licet,io ſi.lib.vi.Item ſcias, quòd quandoque interdicitor clerus alicuius loci;& tunc illius loci populus non intelligitur interdictus;quia hæc ſunt diuerſa,vt in c.ſi ſentẽtia,de ſen.excom.& c.ex parte, de priuilegiis.eo.li.& an interdictis clericis ſpecialis ecclesiæ alicuius,etiam ſub nomine collegii,intelligatur eccleſia interdicta?dic,quòd non; vt probatur in c.per exectionem,de priuileg.io vi.

Et interdictum loci aliud eſt,& aliud vniuerſitatis,uel collegii, vt per docto.in d.c.ſi ſentẽtia.& videtur expreſſum in c.i.de vſuris.li.vi.poterit ergo celebrari in illo loco alta voce, quia hoc non eſt prohibitum,vt in c.cum apud,de ſponſa.cum ſimili. Quæritur de habitaotibus in ciuitate,nõ de populo illius ciuitatis,num includantur in interdicto illius vniuerſitatis,ut io d.c.ſi ſententia, de ſeo.excom.li.vi.§.vlti.ibi;ſingulares ex eo perſonas;ſed ciues, habitantes continuo extra ciuitatem, & ſuburbia intelliguntur interdicti;populo, uel ciuibus dictæ ciuitatis interdictis; vt per Calde.in xi.col.ſui tractatus.idem dicit de baronibus habitantibus in diœceſi,vel ciuitate, cuius populus eſt interdictus:intellige ſi ibi ſubeũt onera,& habeot honores. Et idem ſi per priuilegium eſſẽt exempti à muneribus,ſiue oneribus,dictæ vniuerſitatis;quia per hoc nõ ſequitur,quòd non ſiot de vniuerſitate.& ſic ligantur pœnis.c cum capella, de priui.in vi.& epiſcopus ſuſpẽſus, vel interdictus à pontificalibus ſi exercet officium ſacerdotis,etiam cum pontificalibus, non eſt irregularis; ſed ſi exercet aliquid, qood per ſe ſpectat ad officium epiſcopi reſpecto conſecrationis epiſcopalis,ſiue cum miſſa,vt cõſecrare,vel ordinare,qood fieri debet cum miſſa, vt plene notatur in c.quod ſicut,de electio;ſiue ſine miſſa; vt ſolet fieri cum confirmat in fronte; eſt irregularis.ſed ſalue pace domini Ioao. Mon. tale interdictum ſuſpendit epiſcopum à collatione ſacramẽtorum, ſint à celebratione diuinorum. & c.vlti.de clerico ex miniſt. loquitur io excommunicato minori tantum.& de hoc vi.Calderi. in d.ſuo tractatu.colum.xii.& is;cui eſt interdictus eccleſię ingreſſus,noo poteſt tranſire per eccleſiam, cum ibi celebrantur diuina.c. præſenti.v.q.ii.facit.c. Alma mater.§.adiicimus.c.quòd in te,de pœnit.& remi.ſed nec alio tempore licite intrat eccleſiam orandi cauſa.c,cleros,in fin.xxi.diſtinct.c,qui ſanctus, de pæniten.diſt.i.ſed de hoc vi.late Cald.in d.ſuo tracta.colum.xiiii.Item notabis, quòd à iure interdicitur ingreſſus eccleſiæ in caſibus.c.ſacro,de ſeo.excom.& c.i.de ſen.excom.lib.vi.c.exigit,de ceoſi.c.ſiquis deinceps.xvi.q.vii.ſecundũ communem opinionem per interdictum ab homine interdicitur ingreſſus eccleſiæ. xvi.q.vii.nullus de offi.dele.ſane.ii.e.ti.c.ii.li.vi.de pœ.& re.omnis.poſt quod interdictũ iuris,vel hominis in eccleſia ingreſſus ſe diuinis ingerens io ſuo offi.ſicut prius, irregularis eſt.de ſen.excõ.is cui.li.vi. dixi.autem in eccleſia, quia ſi extra eccleſiam, puta ſub diuo, vel ſub tentorio, vel in domo priuata ingerit ſe diuinis,non eſt irregularis,ut ibi no.io.iii.glo.& eſt ratio,quia dictum limitatum ſecũdum ſuã limitationem debet intelligi.xliii.di.ſit rector, io fin.de tranſla.c.fin.de ver.ſig.Abbate,ſi.ff.vi.bo. rap.l.i.§.nõ autem cum ſi.hic autem limitatur pœna,cum ſcilicet celebratur I eccleſia; ergo non habet locum,ſi celebretur extra.vide;quod dixi ſupra ver.quãdoque profertur interdictum eccleſiaſticum.& de pœ.di.i.§.pene,de elec.ſtatum.lib.vi.Cætera in materia interdicti videbis per Ioannem Calderi.io tractatu ſuo de interdictis in xi.volumine tractatuũ ſolio.80. & ibi folio 87.videbis tabulam remiſſorũ Ioan.de Lignano, quam fecit ſuper tractatu de eccleſiaſtico interdicto.& in dicto tractatu Calderini ponuntur caſus prohibiti,& conceſsi tempore generalis interdicti eccleſiaſtici.Primo,conferri poteſt baptiſmus com officio cathecuminorũ.Item cõfirmatio, & chriſma conſici. Item pœnitentia imponi poteſt. Item infirmis poteſt dari corpus Chriſti in præſentia aſtantium.Item corpus Chriſti poteſt portari cũ lumine,& cãpana pulſari.Item pulſari poteſt cãpana pro prædicatione, & prædicari. Item non debet pulſari aliqua cãpanula pro diuino officio ad congregationem clericorum.Item non debet pulſari aliqua cãpana, vel canpanola pro funere.Item laici poſſunt pulſare canpanam ad oſtendendum tempus horarũ, ſicut tertiam,& nonam,&c.Item poteſt pulſari ad Aue maria.Item famuli ſacerdotum in eccleſia non collegiata poſſunt admitti ad diuinam,non autem collegiata.Item ſacerdos poteſt mutare ſamulum,& alium recipere,vel etiam ſi ille moreretur;dum tamen ille electus ſic,non eſſet io alia eccleſia collegiatus, uel intitulatus. Item Archipreſbyteri rurales quando conficiunt baptiſmum, poſſunt accipere preſbyteros rurales.Item laici admitti poſſunt ad crucem adorandam I paraſceue.Item extrema vnctio non poteſt dari nec laicis,nec clericis. Item commendatio animarum fieri poteſt tam laicis,quàm clericis. Item poteſt fieri officium circa ſepulturã clericorum, ſed non laicorum, voce ſubmiſſa ſine cantu, excluſis ſecularibus, non pulſatis campanis præſente corpore,Item clerici, qui ſunt interdicti, non poſſunt celebrare, nec laici diuina audire in eccleſia extra ciuitatem,nec in ciuitate interdicta; nec etiam preregrini exiſtentes. Item mulieribus prægnaotibus, ubi timetur de morte, poteſt dari corpus Chriſti. Item eccleſiæ poſſunt conſecra-

ri,& reconciliari;& altaria,& viatica,& paramenta,& vaſa ſancta,& oratoria conſecrari;ſed tamẽ ſecrete: Item in quatuor feſtis priuilegiatis non poteſt fieri officium circa funus publice, nec clericis, nec laicis; nec debet laici ĩ cimiteriis ſepeliri. Item in prædictis quatuor feſtis poteſt alia miſſa priuata cantari, quàm miſſa de feſto; dummodo miſſa de feſto non omittatur. Item in prædictis quatuor feſtis clerici beneficiati non poſſunt in alia eccleſia officia re;ſi autem non habent eccleſias, poſſunt. dico tamen non collegiatam. dico etiam, ſi presbyter non caret clerico, poteſt etiam in collegio celebrare. Item in prędictis quatuor feſtis ſequẽs compeletorium cantari non poteſt. Itẽ clerici diuerſarum eccleſiarum in ciuitate interdicta non poſſunt extra eccleſiam dicere ſimul officium; extra ciuitatem tamen poſſunt, dummodo ipſi clerici non ſint interdicti. Item clerici poſſunt dare ſubſtitutos, ſeu vicarios loco ſui, ſi ex hoc habent priuilegiũ, vel ab homine, uel à iure; dummodo non ſint officiati alibi: ſi autem alias, non poſſunt. Item moniales, ſeu ſorores per epiſcopum approbatæ, & confirmatæ, non habentes proprium ſacerdotem determinatũ poſſunt aliũ pretio conducere, qui eis miſſam celebret, ipſis preſentibus; dummodo non ſint interdictæ, nec ſacerdos aliam habeat eccleſiam; & talis poteſt eis ſacramenta cõferre per totum annum. Item laici interdicti non poſſunt extra ciuitatem communicare, nec audire diuina; ſi autem non ſunt interdicti, & ex ſpeciali priuilegio ad diuina admittantur, non poſſunt ĩ quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiam clerici interdicti poſſunt communicare; ſi autem non ſunt interdicti, poſſunt. Item panis, & fructus oliuæ, & huiuſmodi poſſunt ſecrete benedici, & dari clericis, & laicis in feſtis verò priuilegiatis poſſunt publice benedici, & dari. Item penedictio ſponſorũ poteſt fieri die aliquo priuilegiatorum; in aliis autem, non. Item non poteſt fieri aliquod officium mulieribus poſt partum, niſi in diebus priuilegiatis. Item fieri poteſt benedictio menſæ præſentibus ſecularibus, cum nõ ſit de horis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: poteſt enim laicus hoc facere. & nota, quòd excõmunicatio cum ſolennitate dicitur anathema. de hoc vide Pan. in c. cũ non ab homine, de iudiciis, dicitur Anathema. i. ſuprema maledictio, de qua etiã habetur in c. guiliſarius. xxiii. q. iii.

De irregularitate. Cap. XXXVIII.

IRregularitas eſt nota. i. infamia, vel impedimẽtum canonicũ ex vitio, ſeu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eiſdem miniſtrare. Ita diffinit Guil. Dura. in Spe. ti. de diſpẽ. §. iuxta ꝓpoſitionis. Dicitur autẽ canonicũ impedimẽtum, quia ortũ habet a iure canonico, licet inceperit à veteri teſtamẽto, quò ad aliqua; quia dictum eſt Dauid; Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es. i. Para. xxviii. c. & in cano. xlix. diſtinct. hinc etenim. vbi habetur, quòd in Leui. etiam multi a ſacerdotio repellebãtur ꝓpter defectus naturales, ſicut ꝓpter ſcabiem, & gibboſitatem, &c. Et dicitur Irregularitas ab in, quod eſt ſine, & regula; quaſi cõtra regulam eccleſiæ natus, ſiue ꝓpter factũ, vel defectũ extra eccleſiam poſitus. Sumitur autem tripliciter. Primo ꝑ defectib. qui ſunt in homine ſine peccato, vt quia qui eſt bigamus, vel maritus viduæ, vel illegitimus, & huiuſmodi; vt de renun. niſi cũ pridem. §. pſonæ. Secundo dicitur irregularitas pſonæ, vbi generaliter ꝓhibetur quilibet ordinari, vel celebrare ĩ ordine iam ſuſcepto ſine diſpẽſatione domini papæ; ne patiatur defectũ, &c. de quib. infra patebit. Tertio dicũtur irregulares omnes illi, qui nõ poſſunt remanere ĩ ſuſceptis ordinibus, nec ad maiores promoueri, etiam poſt actam pœnitentiam; ſine diſpenſatione domini papæ, & aliorum prælatorum de quo dantur regulæ.

Prima reg. Omnis furioſus, ebrioſus, illiteratus, impudicus, percuſſor, litigioſus, neophytus, & generaliter quilibet in mẽbris naturalib: defectuoſus, irregularis eſt ad ſacros ordines ſuſcipiẽdos. patet hoc ĩ decre. late, incipiẽdo à xxvi. diſt. vſq; ad xlix. per totũ. vbi iſta ſingulatim ꝓbãtur.

Secũda reg. Accuſans, vel deferẽs aliquem de crimine corã iudice, ꝓ quo pœna capitis debetur vel trũcatio mẽbri, irregularis eſt. v. quæſt. ii. delatori. & vi. quæſt. i. in ſumma. de accu. accuſaſti.

Tertia reg. Percutiẽs aliquem ſiue ꝓpria pſona, ſiue ꝑ aliũ eius mãdato, ſi ſequatur inde homicidiũ, vel membri mutilatio, ſi hoc facit abſque ineuitabili neceſſitate, irregularis eſt. de homi. preſbyteri. & c. Petrus. l. diſt. miror.

Quarta reg. Percutiẽs abſq; mortis periculo, vel ſanguinis effuſione, vel truncatione, habens ad hoc poteſtatem, non eſt irregularis. vt de rapto. in Archiepiſcopatu. & xxiii. q. viii. ſæpe.

Quinta reg. Iudex actor, vel procurator, notarius, ſiue dictator, vel promulgator, ſi in mẽbris ſecuta eſt mutilatio, irregularis eſt. l. di. ſi quis. ne cleri. vel mona. ſententiã, de homi. poſtulaſtis. l. di. c. i. Et generaliter purgationẽ vulgarẽ, quæ fit ĩ torneamẽtis, vel alio modo, & quicũq; vĩdictæ sãguinis autoritatẽ, bñdictionem; ſeu patientiã ſui exhibentes, irregulares ſunt. de exc. pl. ex lit.

Sexta reg. Licet clericus nõ debeat intereſſe vindictæ sãguinis, ſi tamen ex ſola curioſitate, vel leuitate interfuerit, vbi latro ſuſpẽditur, vel vbi quis in duello occiditur, licet peccet grauiter, non tamen ſit irregularis, ſi nec auxilium, nec conſilium, vel autoritatem præſtiterit ſecundum Guil. in Spe. ti. de diſpen. §. iuxta propoſitionis.

Septima regula. Iudex, vel officialis, ſeu aduocatus; qui tractauerunt cauſam criminis, dantes operam, vt ſanguis effunderetur, licet nec mors, nec ſanguinis effuſio fuerit ſubſequuta, irregula-

regulares ſunt: poteſt tamen in talibus per epiſcopum diſpenſari ſecundum Guil. ſimiliter cum illo qui non ex officio ſuo, ſed ex odio dedit operam, & fecit, quod potuit, vt occideretur, non tamen occiditur, vel mutilatur: indiget enim talis diſpenſatione ſecundum Guil.

Octaua regula. Exercens artem chirurgiæ, ſi propter imperitiam, & negligentiã eius ſit mors ſubſecuta ab inciſione, aduſtione, vel potione, quam dedit infirmo, irregularis eſt, vt de hom. tua. §. i. Si tamen peritus exiſtens phlebotomat ſanguinem, vel ſecat, adhibens omnem diligentiã, non eſt irregularis, etiã ſi mors fuerit ſubſecuta; quia potius præſumitur caſu, & culpa patientis euenisse. xxiii. q. v. de occidendis. Secus ſi per eius negligentiam ſecundum Guil.

Nona regula. Licet laicus exercens artem chirurgiæ non ſit irregularis, ſi non propter eius incuriam multi obierunt: clericus tamen, ſi ſub eius cura aliqui, etiam præter eius culpam, obierſit, irregularis eſt ſecundum Inno. qui hoc notauit in c. tua. de hom. ne cle. vel mon. ſententiam.

Decima regula. Extrahens ſagittam, vel telum, vel gladium infixum corpori alicuius, ſi ꝓpter hoc vulneratus citius moritur, irregularis eſt. de hom. tua.

Vndecima regula. Cuſtodiens infirmũ, & dans ei bibere imperite, vel aliquid aliud cõtra conſilium medicorum faciens, propter quod mors ſit ſubſecuta, irregularis ſit propter imperitiam, & negligentiam diſſolutam. Si tamẽ quis facit bona fide circa ægrotum, non debet eſſe facilis ad faciendum conſcientiam ſcrupuloſam, quamuis in aliquo ſit erratum; ſi ibi non ſit lata culpa cũ negligentia diſſoluta, quæ eſt prope dolum, & huiuſmodi ſcrupulum de facili deponere debet ad conſilium ſapientis. Si tamen tanta culpa fuerit, vel negligẽtia diſſoluta, & certum eſt, ꝙ mors inde fuit ſubſecuta, irregularis contrahitur. Si vero non ſit certum, tunc diſtinguendum eſt: aut enim dubitatur probabiliter ſecundum iudicium medicorum, & tunc abſtinendum eſt ab officio: ſi autem non dubitatur, tunc depoſita erronea conſcientia adminiſtrare poteſt, & etiam promoueri, ſ alias, non, ſecundum Rayn. l. diſtin. hi qui arborem, & c. ſæpe. Et ſecundũ quoſdam ſolus Papa cum talibus diſpenſat.

Duodecima regula. Conſulens aliquid, vnde ſequitur homicidium, irregularis eſt; vt ſi ſuaſit iactum baliſtæ, machinæ, vel lapidis, vel quòd iret ad capiendum caſtrum: quod capi non poteſt ſine hominis morte; ſi inde ſequitur mors, ex illo conſilio irregularis eſt ſecundum Guil. Item ſi facit, vel conſulit furtiue, vel proditionaliter capi caſtrum, ſi mors inde ſequitur, irregularis eſt quia debuit veriſimiliter præſumere hoc euenire poſſe. In talibus enim punitur qui remotã cauſam homicidio dedit, ſicut qui propinquam, vt notatur de hom. presbyter.

Decima tertia regula. Mandans aliquem verberari, ſi verberans occidit verberatum, irregularis eſt, qui mandauit, niſi expreſsiſſet, ne occideretur, he hom. ſignificaſti hodie. de homic. is, qui mandauit, lib. vi. in ſi. vlt. glo. Secus tamen de illo, qui conſuluit aliquem capi, vt puta malefactorem; quia tunc non ſit conſulens irregularis, etiam ſi capiens occidit illum, quia hoc non conſuluit, arg. de hom. c. ſi. Abſit enim, vt ea, quæ propter bonum facimus, ſi præter voluntatẽ noſtram quicquam mali accident, nobis debeat imputari. xxiii. q. v. de occiden. ſemper tamen ſit irregularis dans directa conſilium in mortem alterius, vt ne cle. vel mona. ſententiam. nec intereſt ſiue is, cui datum eſt conſilium, ſtatim fecerit homicidium, vel etiam diu poſt; niſi prius conſilium reuocauerit, & contrarium ſuaſerit, de hom. Petrus. Immò ſi firmiter, & probabiliter credat, quòd poſt reuocationem conſilii non reuocetur is, cui datum eſt conſilium, a propoſito occidendi, neceſſe eſt, vt denuntiet illi, de cuius morte tractandum eſt, quod caueat ſibi. In eo autem, qui mandauit per ſe fieri homicidium, videtur ſufficere, ſi conſilium mandat tantum, de reg. iu. omnis res, vel ſi ſciente eo, is cui mandatum eſt, iuit ad eum occidendum, vt xxii. q. i. omne quod. vel parentelam, vel amicitiam cum eo contrahat, licet ei hoc non ſignificauerit, quia qui eſt certus, certiorari non debet. de elec. inter vniuerſas.

Decima quarta reg. Conſulens alicui, vt occidat aliquem, ſi ipſe, cui conſultum eſt occidere, occidatur ab illo occidendo, ſecundum opinionem mitiorem non iudicatur ille conſulens irregularis. Ratio, quia fines conſilii exceſsit, ex quo egreſſus eſt ad occidendum, nec ſibi bene cauit, niſi excitaret eum ad occidendum alium. forte in tali caſu; vbi periculum eſſe poſſet, tunc eſſet irregularis, etiam ſi is, cui conſuluit, occidatur ſecundum Guil. vbi ſupra. ſecundum rigorem tamen iuris hodie talis conſulens irregularis eſt, per Ioan. And. in nouella. de hom. is qui madauit. lib. vi.

Decima quinta reg. Si quis ſuadet alicui, quòd pro patria, vel pro proximo ſuo, vel pro iure eccleſiæ ſuæ periculo, ſe exponat, non ob hoc ſit irregularis, etiam ſi ibi moriatur. xxxiii. q. iii. pro membris, & c. ſeq. Si tamen ſciret, vel crederet eum ibi moriturum, tunc videtur, quòd fiat irregularis ſecundum Guil. Si autem conſulat, quòd indubitatæ morti ſe exponat pro honore Chriſti, vel fide, vel ſtatu eccleſiæ, non ſit irregularis, etiam ſi mors inde ſequatur. xxi. q. i. ſunt quidam xi. q. iii. non ſolum hac ratione excuſantur inquiſitores hæreticæ praui. ſcientes, quòd ſtatim poſt quam aliquem pronuntiauerint hæreticum eſſe, ille morti tradetur; hoc etiam alias multipliciter procurando. Ad hoc etiam accedit. xxiii. q. viii. legi. & q. v. ſi audieris. Illi tamẽ clerici, qui portauerunt ligna cauſa indulgentiarum ad hæreticos comburendos, irregulares ſunt, nec cum eis diſpenſatur niſi per papam.

Decimaſexta regula. Dans operam rei licitæ, vt puta ædificando eccleſiam, vel domum, adhibita omni diligentia, quam poteſt adhibere, ſi occidit aliquem caſualiter, non efficitur irregularis. Si tamen dat operam rei illicitæ, nec adhibuit omnem diligentiam, quam debuit, fit irregularis, vt de hom. ſuſcep. & c. ex literis, & c. ſicut dignum, & c. præsbyterum, & c. continebatur, & c. ad audientiam. Hinc eſt, quòd medico operanti ſecundum regulas artis ſuæ non imputatur ei, ſi æger ſub eo moritur; ſed ſi negligentiam commiſit, conſulitur ſibi, vt non promoueatur ad ordines, de qual. ord. ad aures. Sed quid de illo medico, qui vertit infirmum ad alium latus, vt citius moriatur? R̃ndeo, quòd irregularis eſt tam ipſe, qui fecit, quàm ipſe, qui conſuluit; ſi ex hoc mors fuerit ſubſecuta, quia forte via anhelitus præcluditur, vel apoſtema rumpitur ex violẽta motu, vel ſuffocatur. Si aũt non citius moritur ex hac cauſa, nõ fit irregularis, ſed pœnitere debet de facto.

Decimaſeptima regula. Non ſolum eſt irregularis quis, ſi ex eius percuſſione eſt mortuus aliquis, ſed etiam ſi ex hac percuſſione infirmitatem contraxerit, vnde mortuus eſt; vt de hom. præſbyterum, & c. ad audientiam. & l. diſt. ſtudeat.

Decimaoctaua regula. Defendens ſe in caſu euitabili, & occidens aliquem, irregularis eſt. l. diſt. ſi quis viduam. & talis ad ſuperiora non aſcendat, & in ſuſceptis non facile diſpenſatur. Sed ſi neceſſitas fuit ineuitabilis, datur conſilium ei, vt non miniſtret. l. diſt. de his clericis, non tñ propter hoc deponitur, immo in ſuo ordine adminiſtrans toleratur de iure communi, abſq; diſpenſatione ſecundum Lau. l. diſt. quia tua. Sic loquitur de hom. c. ij. prout proſequitur ibi Hoſt. Et quidã dicunt, epiſcopum poſſe in tali caſu diſpenſare, licet hoc non poſſit ſecundum Ioã. de deo; qui dicit ſolum papam hoc poſſe. Hodie dicitur ſimpliciter, irregularitatem nullam incurrere illũ, qui perſonam ſuam defendendo in caſu ineuitabili occidit; de hom. ſi furioſus, in clem.

Decimanona regula. Infans, vel furioſus committens homicidium non eſt irregularis, vt in clem. ſi furioſus, de homic. Idem eſt de dormiente, ſi aliquem occidat; qui tamen non habuit propoſitum occidendi eum.

Vigeſima regula. Potens hominem liberare à morte, & non faciens irregularis eſt; quia qui poteſt defendere, & non defendit, occidit; de hom. ſicut dignum. Quod intellige ſecundum gloſ. e. ibidem ſen. excom. de illo, ad quem ex poteſtate, ex officio, vel dignitate pertinet realiter defendere, & non ſimpliciter de quocunq;. Vnde dicit ibidem gl. quòd ſi ego non habeo aliquam poteſtatem, & video, ꝙ aliquis vult verberare clericum ſine auxilio meo, aut conſilio, non credo, quòd ſim excõicatus, ſi non prohibeo illum: licet alias forte peccem, quia non defendo, cum poſſem.

Vigeſima prima reg. Retrahens à propoſito liberãdi hominẽ à morte, irregularis eſt; quia quodammodo indirecte homicidium commiſit. l. diſt. ſi quis viduam; & de pœn. diſt. i. periculoſe.

Vigeſima ſecunda regula. Percutiens animo occidendi latronem, ſi ex aliquorum vulneribus latro obiit, irregularis eſt; vt colligitur de hom. ſignificaſti. i. reſpon. Idem etiam, ſi non percuſſit, ſed aliquid operis impedit ad mortem eius; puta quia latronem detinuit, vel contra eum clamauit: alias autem ſi clamaſſet contra eum, non in mortem eius, ſed quòd caperetur; vel detinuit eũ, vel ſe leuem oſtendit, irregularis non eſt de morte eius; vel etiã fit in neglectu: alias ſi malitia eius perpetretur homicidium; & idem, ſi negligẽtia eius committatur. l. diſt. hi, qui. Et ideo ſi clamat contra latronem, ſiue eum capiat, ſiue aliàs quocunque modo potuit intelligere: & ex clamore ſuo, vel alio actu homicidium ſequitur, irregularis eſt; niſi forte faciat propter periculum corporis ſui, vt ſi videt, quòd aliquis eum occidere vult; tunc. n. poteſt bene inuocare, & clamare pro auxilio, quia non intendit in aliorum mortem, ſed in ſuam liberationem. Secus ſi hoc faciat propter periculum rerum ſuarum, ſi fugæ præſidio euadere poteſt; de hom. ſuſcepimus.

Vigeſima tertia regula. Clericus ligans cum ſocio latronem, ſi poſtea timens, ne occidatur à latrone, ipſe potius occidit, irregularis eſt. de hom vbi ſupra.

Vigeſima quarta regula. Si clericus non valẽs aliter recuperare res ſuas tenet furem, ne cũ reb. fugiat, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res ſuas recuperandas, non eſt irregularis, licet poſtea fur a iudice puniatur: dum intentio eius non ſit corrupta intendendo ad furis mortem, vel mutilationem, &c. Idem dicendũ eſt, ſi clericus credit, vel tradit ſeculari poteſtati latronem, petens, ꝙ eum puniat citra ſanguinis effuſionem, vel petẽs rem ſubtractã ſibi reſtitui; ſi poteſtas in latronem animaduertat. i. puniat eũ morte, non ꝑ hoc clericus erit irregularis; vt de hom. de latoris. lib. vi. nec etiam nocet illi, ſi ad conuincendũ latronem tradidit interſigna. Et idem ſi ſimpliciter deponit quærelã de iniuriantib. ſibi, & eccleſię ſuæ; quamuis tales vix abſque ſanguinis effuſione valeant coarctari. de hom. tua nos. §. vlti. & c. poſtulaſti. xxiii. q. iiii. Maximianus. & q. v. c. v. & c. vnum, & c. pœna. Et hæc omnia vera ſunt, qñ non intendit ad mortẽ, nec hoc in animo gerit, ſed proteſtatur publice, ꝙ citra ſanguinis effuſionem caſtigetur. Non eſt ergo irregularis curialiter agens contra furem, non criminaliter ad mortẽ, vel ſanguinem: licet eũ iudex cauſa probabili ſuſpẽdat ab officio ſuo, vt de hom. poſtulaſti. Ex quo vlterius patet, ꝙ nullus notam irregularitatis incurrit, qui per extortores, ſiue exactores alicuius curiæ curauit aliquem capi propter delictũ tale, ꝓpter quod nec mori, nec mutilari poſſet, licet iudex inueniẽs eũ aliã cõmiſiſſe, ꝓpterea ſuſpendit eum: ſi tamen nec ille crediderit, nec cogitauit illud contingere poſſe.

Vigeſima

Vigeſimaquinta regula. Si iudex officialis inſequitur furem fugieutem, & quærit à me vtrum viderim illum, & ego ſciens, quòd fur ille ad mortem quæritur, inſtruo eum: ſi per meā reſponſionem fur inuentus eſt, & occiſus, ſum irregularis. Secus, ſi nec ſciui, nec ſuſpicatus ſum, quòd ad mortem, vel pœnam ſanguinis queritur. Vnde conſulitur in caſu hoc, cum aliquis ſcit, aliquem ad mortem quæſitum fugere non poſſe, niſi per alteram de duabus viis, non debet dicere, per hāc nou fugit: quia ſic procederet eum per alteram fugientem: ſed aut taceat, aut quærentem curialiter euadat dicendo, nunquid ego cuſtos illius ſum? vel alio modo.

Vigeſimaſexta regula. Si clericus, qui egit ad res ſuas recuperandas, ex poſt facto ratum habet, quòd ſuſpenſus latro eſt, & hoc ſibi placet; ſi talis nullum conſenſum habuit in mortē illius, nec quicquam cooperatus, non eſt irregularis ſecundum Guil. & hoc ſi gaudet, quòd maleficium eſt punitum, non autem perſona; cum ſecundum ipſum irregularitas ex homicidio ſolo non cōtrahatur, niſi culpa, vel voluntas præcedat, vel ſcandalum ſequatur; vt no. l. diſt. hi, qui. & de homi. ex literis, & c. veruntamen. Hodie vero iure cautum eſt, quòd ſi quis abſque mādato meo manus violentas iniecit in clericum meo nomine; ſi hoc ratum habeo, excommunicationis canonem incurro; & hoc propter ratihabitionem, quæ retrotrahitur, & mandato comparatur. Si autē hoc meo nomine non eſſet factum, licet ratum haberem, peccarem, ſed non incurrerem excommunicationem, vt dicitur expreſſe in c. cum quis, de ſen. excom. lib. vi. Vt hoc intelligas, pono tibi caſū. Aliquis amicus, vel ſeruitor tuus ſciens, aliquem clericum tibi feciſſe iniuriam verbalem, vel realem, percuſſit eum; quem tu poſtea receptando magis amicum habuiſti, vel gauiſus es, & hoc factum commendaſti, vel laudaſti; tu es excommunicatus propter ratihabitionem, ac ſi mādaſſes. Sed ſi vnus extraneus percuſſit clericum, & tu audiens gratū habes, & gratularis de hoc, licet non ſis excommunicatus, tamen peccas, ad minus venialiter, ſecundum Ioan. andr. in nouella ſupradicti. c. cum quis, libro. vi.

Vigeſimaſeptima regula. Siquis mandat capi vnum clericum de tribus ſimul incedentibus, & alios duos non grauari: & mandatarius excedit fines mandati etiam alios duos capiēdo, iſte mādans non erit excommunicatus ſecundum Ioan. de deo. lib. iii. ſuarum quæſtionum. q. xiiii. Et ratio eſt, quia captio contra voluntatem eius eſt facta. Petrus tamen de Samprana, alias Sanſona putat, quòd de damno tenetur, quod illi paſsi ſunt. de iniuriis. c. fin. xxiii. q. viii. propterea. Ex hoc infertur per ſimile de irregularitate, quòd irregularitas ratione homicidii non contrahitur ſola voluntate, niſi homo actu occidatur. de homic. ſicut dignum. §. primo, vbi de hoc in gloſſ. ex corde. xv. q. i. ſi quis non iratus. Sed nec fit quis irregularis propter ſolum homicidiū, niſi culpa, vel voluntas, præcedat, uel aliàs ſequatur ſcandalum, vt notatur. l. diſt. hi, qui prioris, de hom. ex literis, de clerico ægrotā. tua. Ex hoc dicto ſoluitur quæſtio, qua quæritur, an clericus, qui volebat interficere hominem, ſed non potuit, quia inuenit eum iam mortuum, ſed uolens nihilominus ſatisfacere iræ ſuæ amputauit caput mortui, fit irregularis. Et dicendum eſt, quòd licet voluntas occidendi fuit, tamen non eſt irregularis ſecundum Archi. xv. q. i. ſi quis. Ratio, quia ad hoc, quòd homicidium committatur, requiritur, quòd homo animatus occidatur, de hom. ſicut dignū. xxxii. q. ii. Moyſes. vbi abortus fætus inanimati non imputatur ad homicidium, ſicut etiam not. Aluarus, Innoc. Bernar. de hom. ſi aliquis.

Vigeſimaoctaua regula. Si quis in rixa mortuus eſt, neſcitur tamen quis illum interfecit, licet ſecundum quoſdam, ſcilicet Ioan. omnes irregulares ſint quò ad promotionem ad ordines propter incertitudinem, vt xxiii. q. vlt. c. fi. tamen probabilius eſt, quòd in tali caſu quilibet ſuæ conſcientiæ ſit relinquendus ſecundum Guil. in Speculo. & Hoſt. in ſum. de hom. §. qua pœna.

Vigeſimanona regula. Si amici mei occidunt aliquem mihi iniuriantem me inuito, & contra meam prohibitionem, mihi non nocet, vt de homi. Petrus. iii. q. iii. qui a præſulatus. Idem eſt, ſi me ignorante; de ſimonia, nobis, & c. de regularibus. Sed ſi turbata conſcientia ſit, puta quia nō expreſſe conſenſi, nec contradixi, imputabitur. arg. de ſimonia, Matth. Immò etiam dicunt quidam, quòd ſi ſciens contractum de morte habitum non reuelaui, non ſum irregularis; quia homicidium non commiſi facto, mandato, conſilio, vel defenſione. l. diſt. ſiquis viduam, & de homi. Petrus. Alii dicunt contra; ſi credidi, quòd non obſtante mea prohibitione mei intuitu interficeretur; & hoc eſt tenendum. Nam in tali caſu tenebar reuelare illi, contra quem contractum eſt.

Trigeſima regula. Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem, & tu ei ſcienter conſentias, non tamen eum incitas ad homicidium perpetrandum, nec eum eoſuper hoc aliqua verba habuiſti, vel ſi habuiſti, ſemper ex animo hoc ei diſſuaſiſti; ſed eum nollet tibi acquieſcere, timens de ipſo, eum aſſocians eo propoſito, vt ſi forte eum quis inquireret, defendas, & tunc homicidium perpetrat, vere irregularis es ſecundum Hoſt. ad quod facit, de hom. ſicut dignum. §. illi, qui.

Trigeſimaprima regula. Clericus miniſtrans arma pugnantibus, ſi aliquis interficitur, irregularis eſt. ar. xxiii. q. i. niſi bella. c. fi. Nomine autem armorū intelliguntur fuſtes, lapides, digna, &c.

Trigeſimaſecunda regula. Iudex eccleſiaſticus poteſt hortari brachium ſeculare contra violentos, & hæreticos, uel paganos, non ut occidat, vel mutilet, ſed ut de terris fidelium expellat.

Nec

Nec etiam eſt irregularis,ſi aliqui incidenter ſunt occiſi.xxiii.q.v.de occidendis,& xxiii.q.iii.Maximianus;immo ſecundum Inn.de hom.petitio.licet aliquis in bello iuſto aliquos percuſſerit, ſi tamen inde nullus eſt mortuus,non ſit ex hoc irregularis.Idem,ſi quis accedit ad bellum iuſtum cauſa pacificandi,vel ex alia iuſta cauſa,licet ex eius præſentia aliquod robur accreſcit ſuis, vel timor incutiatur aduerſariis,non eſt ſibi imputandum;dummodo dolus,& etiam lata negligentia abſit omnino ſecundum Guil.

Trigeſimatertia regula.Clericus,qui intereſt iuſto,vel iniuſto bello in armis, vel ſine armis, ſi aliqui ſunt hincinde interfecti,irregularis eſt,licet ipſe non occidat.li.diſt. ſi quis. xiii.q.iii.porro.xxiii.q.vlti.quicunque.i.q.i.c.ſi.

Trigeſimaquarta regula.Clericus defendens ſe,vel ſuos,licet tunc ex defendentibus aliquis interfectus eſt ex aliqua parte,non eſt irregularis;vt illi qui non interfecerunt,nec interfectores adiuuabant,non ſunt irregulares,licet voluntatem occidendi habuiſſent;quia lex promotionis factum requirit.xv.q.i.ſi quis non iratus.

Trigeſima quinta regula.Clericus in bello iuſto,quod non ad occidendum, ſed ad defendendű geritur, miniſtrans ſagittam baliſtario ſuo ad ſui defenſionem:ſi ille baliſtarius aliquem interfecerit, ſed ille clericus non intendebat,quòd ipſe aliquem interficeret, ſed quòd illos detinuiſſet,& ſua defendiſſet,aut recuperaſſet,non eſt irregularis ſecundum Guil. Idem dicit de illo, qui in bello iuſto præpoſitus fuit exercitui,& ſumptus facit,& cuncta diſponit,ſi forte eum contingat lanceas,vel ſagittas emere,& miniſtrare,& ad exercitum, vel ad cuſtodiam caſtri mittere; vel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes,vt eis præda hominum,vel animalium auferatur,& tűc forte aliquis interficeretur;dummodo ſolum intenderet ad recuperationem prædæ, non ad vindictam,talis enim cauſa remota non nocet.

Trigeſimaſexta regula.Qui mulieri facit,ne concipere,vel generare,vel poſt conceptum parare poſsit,& qui prægnantem mulierem percutit,ita quòd facit abortiuum,ſi fœtus iam fuit viuificatus,irregularis eſt. Sed ſi nondum fuit viuificatus,ſolum mortaliter peccat.de homic.ſi aliquis.ii.q.v.conſuluit. Vel,ſi probabiliter dubitat,vel credit,an ſit mortuus,vel viuus fætus ex illa percusſione,vel vtrum conceptus fuerit animatus,vel non,in tali dubio debet a promotione,& à miniſterio abſtinere,nec periculo ſe committere.Si vero leuem,vel temerariam habet opinionē, deponat eam,ſi poteſt;& ſic poterit promoueri,& adminiſtrare,alias,non.ar.de ſen.excomm.inquiſitio.& de ſimo.per tuas.ii.

Trigeſimaſeptima regula.Licet clericus aliquem occidens pro defenſione rerum ſuarum irregularis eſt,de hom.ſuſcepimus;vbi dicitur;poſt tunicam relinquendum eſt pallium; & melius eſt rerum iacturam pati,quàm pro ſeruandis vilibus rebus,ac tranſitoriis acriter in alios exardeſcere clericus tamen perſonam propriam defendendo neceſsitate ineuitabili repellens vim vi,cum moderamine inculpatæ tutelæ percutiens aliquem,ſi inde mors ſequitur,non imputatur ei, vt notatur de hom.c.ſignificaſti.ii.& iii.& capi.interfeciſti.vnde dicit Arch.xxiii.q.i. quòd clericus etiā interficere poteſt,vt non interficiatur.arg.de fur.c.iii.dum tamen hoc faciat pro perſona ꝓpria. hodie expreſſe in clem.ſi furioſus,de homic.Et dico perſonam propriam: nam ſecus eſt ſecűdum Ioan.and.in nouella ſuper clem.ſi furioſus,de homi.ſi non valens euitare mutilationē, licet mortem poſsit euitare,mutilauit,vel occidit aliquem inuaſorem.Et idem,ſi aliter non valens ſaluare res ſuas;eum occiderit,qui deportare volebat.Secus etiam ſecundum glo.dictæ clemen.ſup verbo,ſuo;de illo,qui occidit illum,qui occidere volebat patrem,filium,coniugem, vel perſonā coniunctam; quem aliter iuuare non potuit,quod putat Ioann.andr.quaſi caſus ille non includatur ſub neceſsitate ineuitabili.Intelligitur autem neceſsitas ineuitabilis ſecundum Ioan. and.ibidem ſuper verſi.non valens:vt quia inangulatus erat,uel ſic arctatus, quòd fugere non poterat, nec clamore iuuari.Intelligitur autem cum moderamine inculpatæ tutelæ,ſi fiat ex incontinenti, nō ex interuallo,& cauſa defenſionis,non ultionis,& ſi æqualiter ſe defendat, ſicut infeſtatur; ut ſi gladio percutitur,& ipſe gladio percutiat;uel ſi ligneo baculo,& ipſe econuerſo baculo ligneo; aut ſi ferreo baculo percutitur,& ipſe econuerſo,ne amplius percutiatur ad mortem. Si autē percutiatur paruo ligneo baculo,à quo non timeatur mors;vel depilatur,uel per ueſtem trahitur,et ipſe repercuties ferro occidit ſuum inuaſorem,irregularis eſt;quia non eſt moderamen inculpatæ tutelæ:debuit enim ſe moderate tueri,& non exceſsiue ultra uiolentiam ſibi illatam.Aut ſi percuſſus eſt ſemel,& ſic dimiſſus eſt,nec ulterius ſe credit percuti,ſi incontinenti repercutit, & occidit,irregularis eſt.Nam non debet occidere inuaſorem,ex quo ab eo non credebat ſe occidi; unde exceſsit in moderatione,quia pro una percuſsione non læthali occidit. hæc omnia colliguntur in glo.c.ſignificaſti.ii.de homi.

Trigeſimaoctaua regula. Prælatus ſpiritualis hñs iuriſdictionem temporalem in ſuo dominio,ſi fur,uel latro deprehenſus in furto,uel maleficiis adducitur ad præſentiam eius, & petitur puniri iuxta condignum ſui exceſſus; non debet ipſe perſonaliter de hoc cognoſcere, iudicare, aut ſententiare; ſed debet hoc committere ſuo procuratori dicendo iſta uerba; fiat iuſtitia; ge-

neraliter,

neraliter, non deſcendendo ſpecialiter qua morte ſit moriturus. ne cleri. vel mona. c. vlti. libr. vi. Nec per hoc etiam eſt irregularis, ſi ſequatur ſanguinis pœna. vnde poteſt fieri ſpecialis, commiſſio ſuper tali caſu, ſed non expreſſa pœna ſecundum Goffr. Idem tenet Nouellator in d. c. vlt. li. vi. dicit tamen Nouellator in nouella ibidem, quòd ſi epiſcopus, vel prælatus mandat notario ſuo, vt in tali caſu ſcribat cõmiſſionem procuratori epiſcopi, vt ſuper his faciat iuſtitiam, talis notarius eſt irregularis. Quod probat ex eo, quia talis non habet facere quicquam ex officio ſuæ iuriſdictionis, quod requirit illa decretalis. Sit ergo epiſcopus cautus, vt non iniiciat laqueum clerico, vnde committat iſtam iuriſdictionem laico per ſeipſum immediate, & per alium laicum, nõ autem per clericum. Et ſcias, quòd hoc non ſolum veritatem habet in prælato habente iuriſdictionem temporalem ratione beneficii, ſed etiam ratione patrimonii ſecundum Nouellatorem ibidem. Et quod plus eſt, dicit idem, quòd ex quo clerici tales caſus ſine metu irregularitatis poſſunt aliis delegare, ſatis videtur, quòd ſi laicus talem iuriſdictionem habens, ſed probabilem, cauſas ſanguinum terminat, poterit hoc non obſtante ordinari, quia non fit irregularis ea ratione. Caueat ergo prælatus cum interrogatus fuerit a iudice, ne reſpondeat, malum eſt, ſi ille malefactor remanſerit impunitus, nam tunc eſſet irregularis, ut de exceſ. præla. ex literis.

Trigeſimanona regula. Si iudex habens latronem captum quærit de aliquo perito, quid debeat fieri de tali, & ille reſpondet, talem eſſe morte puniendum, vel ſimile, iudex autem ſecutus eius conſilium latronem punit ad mortem, irregularis eſt conſulens, quia fuit in culpa in caſu, in quo de facto non erat reſpondendum, vt de exceſſ. prælato. ex literis. Si tamen non eſt caſus de facto, ſed iudex quærit ſimpliciter, qualiter tales ſint puniendi, & clericus reſpondet, quòd ad mortem, uel ad ſanguinem, ſi reſpondens reſpondet, quod ad mortem, uel ad ſanguinem, & reſpondet ſecundum veram iuris ſententiam, vt expertus iuris conſultus, non eſt irregularis; & maxime ſi extra iudicium, ut dicit gloſſ. in dicto c. ex literis. Si autem errans iure dixit, cum aliter iura diſponant, irregularis eſt, vt colligitur per Guil. in Speculo. titu. ii. §. iuxta propoſitionis. Si autem qui non reputatur iuriſconſultus, interrogatus reſpondet, non vt iuriſconſultus, ſed ſimpliciter dicit, quid de talibus ſentiat, nec præſumit, quòd iudex eius ſequatur reſponſionem, non eſt irregularis; ex quo non reſpondet ad caſum, qui ſit de facto. Nam ſi conſuleret ad caſum de facto, irregularis eſſet ſecundum Ray.

Quadrageſima regula. Suſpenſus ab officio celebrando fit irregularis, vt xi. q. iii. ſiquis damnatus. & c. ſi epiſcopus in concilio. Et licet illi canones loquantur de excõmunicato ſcienter, & in contemptum clauium celebrante, hodie tamen idem irregularis eſt in ſuſpenſione a diuinis, vt de re iudica. cum æterni. & de ſẽten. excom. cum medicinalis. li. vi. & in hoc caſu ſolus papa diſpenſat, vt notauit Guil. in Speculo. titu. ii. §. nunc de epiſcoporum, verſic. eſt inquam. Suſpenſus autẽ a beneficio tantum non fit celebrando irregularis, quia hoc nullo iure cauetur ſecundum Innoc. de elect. cum in cunctis. §. clerici. & c. ſtatuimus. de conceſ. præbẽ. quia diuerſitatem. Minor quoque excommunicatione propter participationem excommunicati in locutione, vel ſimilibus ligatus, licet celebrando grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis, quia hoc nullo iure cauetur ſecundum Innoc. immo ſi medio tempore poſtquàm communicat excommunicato, celebrauerit, bene poteſt pœnitentia peracta ſine papæ diſpenſatione celebrare, vt de cle. excom. miniſtr. c. fin. xi. q. iii. ſiquis presbyter. Innoc. tamen, & Hoſt. dicunt, quòd tales non propter ſuſpenſionẽ a iure celebrare prohibentur, cum non ſint ſuſpenſi a iure, nec ſuſpendendi: ſed ſolum propter peccatum prohibentur, cum fuerint suspenſi quò ad Deum a ſacramentis, & a promotione: ſi enim a iure suspenſi eſſent, celebrando fierent irregulares per cap. cum æterni, de re iudica. lib. vi. & de ſenten. excom. cum medicinalis. eod. lib. vi. Ex quibus omnibus hoc colligitur ſecundum Abba. in diſtinctionibus ſuis, & c. ſi celebret, & c. de cleric. excom. miniſt. quòd celebrans in mortali peccato non incurrit irregularitatem poſt pœnitentiam, & reconciliationem obtentã ſuper peccato mortali, vel excommunicatione minori, ex quibus celebrans poterit ſine aliqua diſpenſatione ſuperioris celebrare. Nec obſtant noua iura, ſcilicet cap. cum æterni, de re iudic. & c. cum medicinalis, de ſenten. excom. lib. vi. quæ loquuntur de illis, qui ſunt ingreſſu eccleſiæ priuati, & a diuinis ſuſpenſi: quod non eſt in iſtis, cum iſti nec ingreſſu ſint priuati, nec etiam à collatione ſacramentorum, ſed ſolum a perceptione ſunt ſuſpenſi.

Quadrageſimaprimá regula. Notorius fornicator a iure ſuſpenſus celebrans non fit irregularis ſecundum Guil. in Speculo. titu. ii. §. iuxta propoſitionis. Nec obſtat, quod quidam dicunt, quòd quodlibet peccatum notorium facit hominem irregularem, vt de tempori. ordina. capit. quæſitum. hoc enim verum eſt, ſed ibi non intelligitur irregularitas, quæ requirit papæ diſpenſationem. Vnde dicit Abb. vbi ſupra, quòd in illa irregularitate, quam quis incurrit ex notoria fornicatione, ſi in tali celebrat, poteſt epiſcopus diſpenſare poſt pœnitentiam, per cap. ac ſi, de litis conteſta. & ita hodie ſeruatur. Et quamuis quidam nimis rigidi, vt Hoſt. & Innocen. dicant contrarium, tamen non ſunt audiendi, quia qui nimis emungit, elicit, ſanguinem. iiii. diſtinct. denique. Nec aduertas rationem illam, quam dicunt, Omnis ſuſpenſus ab officio per

canoniem,celebrando fit irregularis, vt dicitur in cap,cum clerici,de re iudica. & c. cum medicinalis,de ſenten.excom.lib.vi.ſed talis eſt fornicator notorius, vt patet in c,quæſitum, de cohabi. cleri.& mu.& xxxiii.diſ.propter hoc;ergo efficitur irregularis celebrando. Ad hoc enim reſponde audacter ſecundum Franciſcum de Zabarel.in c,veſtra.& c. quæſitum,de coha.cleri.quòd ſuſpenſus à canone celebrans tunc ſolum incurrit irregularitatem , quando per modum ſententiæ ſit à canone ſuſpenſus,vt in dicto c.cum æterni.lib.vi, Sic autem non eſt in fornicatore notorio, & ſymoniaco;quia non per modum ſententiæ,ſed enuntiatiue dicitur à canone,quòd ſint ſuſpenſi,vt patet in c,quæſitum,de cohabi.cler.ergo celebrãdo non fiunt irregulares;de ſenten.excom. lib.vi. Tene ergo ſecundum Franciſcum,quòd ſi in canone pœnam imponente dicitur, quod aliis ſit ſuſpenſus ab officio,vel dicitur;Suſpendimus talem ab officio,ſi hoc fecerit;tunc taliter ſuſpenſus celebrans fit irregularis , vt in dicto c,cum æterni, Sed ſi dicitur à canone pœnam approbante,vel enuntiante,ſeu recitante,aliquem eſſe ſuſpenſum , ſicut dicitur de fornicatore notorio in c.quæſitum.vbi conſtat notorium fornicatorem eſſe ſuſpenſum; talis celebrando non fit irregularis.pro iſto dicto eſt famoſiſſimus ille doctor Guido de Baiſio, Archidiaconus nuncupatus. xxxii.diſt.in.ad hæc vero,vbi ipſe notat in fine glo.quæ incipit,iſtud intelligitur ; quòd notorius fornicator non eſt principaliter ſuſpenſus à canone,ſed à Deo,quod patet ex eo , quia quàm cito pœnitet,licite celebrat;de cohabi.cleri.c.vlt.licet in odium criminis per canones aliquid ſit additum,quò ad vitationem eorum;vt ſcilicet non audiantur ab eis diuina,vt in c,veſtra , & in c. tua, de cohabita.cleri.xxxii.diſt.nulla.& capi.præter hæc.& hoc ſecundum Innoc.licet Hoſti.notauerit contrarium in Speculo , titulo ſecundo. §. iuxta propoſitionis;& §.nunc de epiſcoporum, verſic.xxvi.& hanc viam tanquam mitiorem puto complectendam,

Quadrageſimaſecunda regula. Suſpenſi a canone non propter aliquem defectum,vt puta illegitime nati,& corpore uitiati,non incurrunt nouam irregularitatem,ſi ante obtentam diſpenſationem celebrent ſecundum Guil.in specul.tit.ii.§.iuxta propoſitionis,ver.porro.& idem not. per Archid.lvi.diſt,Apoſt.in principio.& hoc ſeruat curia,quia quando diſpenſat cum talibus , ſimpliciter diſpenſat ſuper defectu,nulla facta mentione de irregularitate,quia nullam incurrunt.lvi. diſt.Apoſtolica;& c.Cenomanenſem;de filiis presbyterorum,veniens. Ideo dicit intelligendum eſſe Speculatorem de illis,qui propter infamiam ſuſpenſi ſunt a canone, ſicut ſunt illi,quorũ crimina ſunt notoria,& qui etiam poſt peractam pœnitentiam celebrare propter ſcandalum,& infamiam prohibentur,vt in c.ſi.de coha.cleri.& mu,& de ho,ex literis c. fin.& tamen ante diſpenſationem celebrando nouam irregularitatem non incurrunt; quia hoc non inuenitur iure cautũ ſecundum,Guil.in Speculat, vbi ſupra,& Archidiac,lvi,diſt.Apoſtolica,&c.

Quadrageſimatertia regula. Suſpenſus a confeſſionibus audiendis celebrans ante reconciliationem non efficitur irregularis ſecundum Guil.quia hoc non inuenitur iure cautum. xi. q.iii.§. euidenter.de hac hac ſuſpenſione habetur.xxvi,q.i.& v.q.vi.per totum.

Quadrageſimaquarta regula. Recipiens beneficium in irregularitate, impetrata abſolutione ſuper irregularitate,non indiget alia diſpenſatione ſuper beneficio obtento ſecundũ Ray.& Guil. in Spec.Caueat tamen quilibet,ne in peccato mortali, vel ſuſpenſione beneficium recipiat. Vnde ſecurius eſt,vt talis confiteatur ante receptionem,ne collatio ſit vitioſa,ſecundum Guil,in c.ſi celebret,de cleri.excom.mini.Licet hoc ſit perdurum,eſt tamen verum propter rationem ibi poſitam;quia ſcilicet eligi non poteſt in peccato mortali ad illa,a quorum perceptione a ſanctis patribus eſt priuatus. Veruntamen Abb,ibi moderatur hoc dicens,quòd ſi cui exiſtenti in occulto collatum ſit,ſed ipſe recipit illud poſt peractam pœnitentiam,poterit retinere.allegat,de tempo.or. quæſitum;de ſenten.excom.c,vlt, Sed propter peccatum enorme , vt puta propter homicidium, ipſo iure perdit beneficium,vt not.per Archidi.l.diſt.ſtudeat,in gloſſa; hic diſpenſat. vbi dicit gl. quia de iure debet eo carere:quod exponit Archid.per ſententiam,non ipſo iure. Nam homicidiũ non inducit ipſo iure priuationem beneficii ſecundum Bernar.Compoſt.qui ita notauit, de elec, c.quòd ſicut,in glo.i.§.ſi verò.verſic.alia autem, Et idem ſentit Innoc.dicens, quòd in homicidis irregularibus cadere poteſt ius cuiuslibet dignitatis,quia etiam iuſte habent eam,ſi cum eis fuerit diſpenſatum, Et etiam ſine diſpenſatione iuſte tenent prædicti dignitates ſuas, quouſque renuntient,vel deponant ſecundum Innoc.qui ita notauit de exceſſibus prælatorum.c. cum in princi. Contra tamen iſtud dictum faciunt multa iura,vt de clerico pugnante in duello.c.Henricus,in fi. Item lv,diſt.ſi Euangeliſta,cum diſpenſatio requiratur,vt homicida benificium recipiat,videtur ſecus de iure communi, Item cum homicida miniſtrare non poteſt,etiam poſt pœnitantiam ſine diſpenſatione,de tempo.ordi,quia ſuſpenſus eſt a beneficio, quod datur propter officium. & ſic etiam accedit lxxxi.diſt.eos,& notatur de conſuetu,cum dilectus, in glo.ſuſpenſus enim. Tu dic, breuiter quòd hic nulla eſt contrarietas. Nam Bernar.& Inno.intelligunt,quòd homicida iuſte tenet , & recipit beneficium , quouſque deponitur per ſententiam. Iura autem contrarium inducta dicunt , quòd debet carere , & priuari beneficio de iure ; quia de iuris rigore eſt inhabilis ad illud. Non tamen hoc negant,quin hoc fiat per ſententiam,& ſic idem ſentiunt.

Qua-

Quadrageſimaquinta regula. Presbyter excommunicatus, vel ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus ſuis, adminiſtrans iu ordine Acolythatus efficitur irregularit ſecundum Guil. Secus ſi tantum à miſſarum celebratione fuerit ſuſpenſus.

Quadrageſimaſexta regula. Clericus in minoribus conſtitutus excommunicatus, miuiſtrans ſacerdoti in altare portando aquam, lumen, & alia ſimilia, non eſt irregularis ſecundum Guil. Idem putat de presbytero, diacuno, & ſubdiacouo. Ratio, quia iſta nulli ordini ſunt annexa, cum & per laicos literatos expediantur.

Quadrageſimaſeptima regula, Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus celebrando in eit non ſit irregularis, qnia pontificalia non ſunt de ſubſtantia ſecundum Guil.

Quadrageſimaoctaua regula. Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſi in ea celebrat, irregularis eſt; & ſi in tali ſuſpenſione decedit, non ſepelitur in cimiterio, vt de ſenten. excom. is cui. lib. vi. Notat tamen Nouellator in uouella, quòd poteſt in eccleſia audire diuina ſine metu irregularitatis, ſed non ſine peccato; licet Hugo, & Ray. aliud notauerint, quorum opinio refutatur per modernos.

Quadrageſimanona regula. Excommunicatus, vel ſuſpenſus baptizans ſolenniter in ſuperpellicio, & ſtola publice, irregularis efficitur ſecundum Guliel. Secus ſi aliter, ſcilicet ſimpliciter baptizat, & maxime in neceſſitate.

Quiuquageſima regula. Quicunque nõ poteſt promoueri ad ordines ſine diſpenſatione, nec etiam ad honores, & quicunque eſt ineligibilis, irregularis eſt ſecundum Gul. Idem intellige de omnibus caſibus, qui impediunt promouendos, vel deiiciunt iam promotos, vel qui pœnam depoſitionis merentur. Vnde regulare eſt, quòd quicunque poſt peractam pœuitentiam nõ habent ordinis executionem, irregulares ſint, ſicut homicidæ. l. diſt. §. i. extra de ſimo. tanta. Item excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, in cõtemptum clauium ſe faciens ordinari, de ſenten. excom. cum illorum. Item ſi etiam præſumit celebrare. xi. q. iii. ſi quis, de vita, & honeſta. cleri. vt clericorum. §. ſiquis igitur. Item violans interdictum, de exceſ. præla. tanta. Item falſarius literarum papæ, de crimine falſi, ad falſariorum. §. i. Talis tamen ſecundum Innoc. ſi occultus eſt, poſt abſolutionem, & pœniſentiam poteſt ordinari, quia nullo iure cauetur, quòd ſit infamis ipſo iure. Item hæreticus, de purgatione canon, inter ſolicitudines, vel exhibeutes hæreticis ſacramenta; de hæreti. excom. §. ſi verò. Item ſodomiſa, de exceſ. præla. clerici. Item presbyter denudans confeſſionẽ, de pœ. & remiſ. omnes. c. ſi. Item incorrigibilis in contumacia perſeuerans, de dolo, & contu. veritas. §. fin. Item notorium crimen de iure, vel facto, de tempo. ordi. c. fin. item vtens officio aſſaſſinorum, vel defendens, receptans, occultans eos, licet mors non ſequatur inde, de ho. pro huma. lib. vi. item apoſtata, de apoſta. c. ſi. item ſchiſmaticus, de ſchiſmaticis. c. i. item intruſus uoluntarie per poteſtatem ſecularem. viii. q. i. factus. de elect. ſiquis. item omne crimen quod ipſo facto inducit infamiam ciuilem. ii. q. vii. §. porro. item infamia deſcendens ex delicto per ſententiam declarato, quia pœna poteſt demi culpa permanente. ii. q. iii. §. hic colligitur. Infamis ènim eſt irregularis, ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti, vt de accuſationibus, omnipotens, de teſtibus, teſtimoniũ.

Quinquageſimaprima regula. Excommunicatus maiori excommuuicatione ſiue ab homine, ſiue à iure, ſcienter durante excommunicatione celebrans ſemper ſit irregularis, & eſt deponendus, de cleri. excom. min. latrones. Secus, ſi ignoranter, vt eo. ti. c. Apoſtolicæ. Si autem dubitaret probabiliter de ſententia excom. præſertim quando conſcius eſt de culpa ſua, propter quam iuſte potuit excommunicari, neſcius tamen exponit ſe diſcrimini, & celebrat, cum ſit excommunicatus, irregularis eſt, & indiget diſpenſatione papæ ſecundum Guil. vt in d. c. Apoſtolicæ. Craſſa autem ignorantia in talibus iudicatur, vt ſi citatus peremptorie nec iuit, nec miſit ad terminum, & ſic celebrat, licet nihil de excommunicatione ſciat. Circa præmiſſa ſciendum eſt, quòd ſuſpenſus à iudice, ſiue ad certam diem, ſiue perpetuo, ſiue quouſque pœniteat, ſemper ſi celebrat, eſt irregularis, quia talis non deberet celebrare, niſi prius ſententialiter abſoluatur, ſicut ſententia ſuſpenditur. In vltimo tamen caſu quidam contradicunt, vt ii. quæſtione. v. presbyteris. vbi dicitur, quòd talis ad arbitrium ſuſpendentis ſacere debet, & ſi ante abſolutionem celebrat, ſit irregularis. & idem, de re iudica. dilectus, de exceſſi. prælato. Apoſtolicæ. Suſpenſi vero a Deo, vt ſunt omnes peccatores celebrantes in peccatis, non ſiunt irregulares, licet peccent, niſi celebrent in criminalibus, ut in homicidio, in ſimonia, & ſimilibus, & in quibus etiam acta pœnitentia executio interdicitur, ut ſupra dictum eſt. Suſpenſi autem ab officio a canone propter crimen, ſi celebrant; irregulares ſunt. Et hoc intellige, ſi ſuſpendũtur a canone pœnam imponente, non autem approbante, vt in c. cum æterni, de re iudica. lib. vi. quia etiam in minori excommunicatione exiſtentes ſuſpenſi ſunt a canone non imponente pœnam, ſed approbante, & quam cito pœnitent, poſſunt celebrare, de ſentent. excommunica. nuper. vnde potius dicitur ſuſpenſio Dei, quám canonis ſecundum Guil. Et nota ſecundum Ioan. And. in cle. i. de decimis, in glo. ſuper uerbo, donec, quòd cum aliquis ſuſpenditur, donec ſatisfecerit, ſufficit iudicis declaratio ſuper ſatisfactione ſine alia abſolutione. In excommunicatis uero eſt neceſſaria abſolutio poſt ſatisfactionem. Concordat ad hoc glo. Ioan. And. in c. ſæpe quia, de elect. lib. vi. ſuper verſic. donec plene. vbi dicitur, quòd

illi, qui occupant bona eccleſiarum uacantium, & ea diſtrahuot, tandiu ſunt à beneficiis, & officiis ſuſpenſi, donec ea plene reſtitueriot: ipſis autem reſtiruentibus ipſo iure ſine alia ſententia reſtituti erunt, ut notauit Ioaones Andr. lxxxi. diſt. ſi qui. Præterea ſcieodum eſt, quòd ſecundum gloſſam. xxvi. diſt. deinde. infamia, & irregularitas cootracta ante baptiſmum tollitur poſt baptiſmum; & hoc ſi prouenit ex proprio delicto; quia dona baptiſmi ſunt ſine omni pœniteotia, & ſatiſfactione, ut de cooſecratione, diſtinctione quarta. c. ſine. Si autem peccatum non deletur qoantum ad infamiam, adhuc poſt baptiſmum obeſſet. quod negat Ambroſius, uigeſimaſexta diſtinctione, una. Vnde ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſmum, omois infamia, & irregularitas tollitur, vt quinquageſima prima diſtinctione, ſi quis poſt acceptum; ut patet de Paulo, qui ante baptiſmum fuit homicida, & tamen poſtea factus eſt Apoſtolus, ut quioquageſima diſtinct. §. è contra. Huic tamen dicto aduerſantur doctores; oam Archidiacoous in dicto cap. deinde dicit, quòd bene infamia (ex quo non deſcendit oiſi ex peccato) deletur io baptiſmo, ſicut & peccatum; ſed non irregularitas, quæ non fundatur ſuper peccato; vnde ita irregularis eſt, qui occidit cum peccato, ſicut qui occidit ſine peccato, vt iudex. ne clerici, vel monachi. c. ſeotentiam. & bigami, & corpore vitiati, Et ita ipſe Innoc. notauit de diuortiis. Ipſe tamen notauit, de homic. c. presbyterum, quantum ad homicidium ante baptiſmum, quòd ſiue ex officio, ſiue ex uoluntate fecerit homicidium, non eſt poſt baptiſmum irregularis; quia omnis ſequela peccati deleta eſt. Sed Goffre. de conuerſione iofidelium. c. i. notauit, quòd peccatum, & ſequela peccati beoe delentur in baptiſmo, ſed oon defectus, ſiue impedimentum. Prima via communiter approbatur. Specul. tameo in titu. de diſpenſationibus. §. iii. verſic. is autem, videtur declinare. &c.

De cenſura eccleſiaſtica. Cap. XXXIX.

a

CENSVRA eccleſiaſtica eſt ſpiritualis pœoa, quam eccleſia propter inobedientiam infligit locis, & uniuerſitatibus, ſacramentalia ſingularibus perſonis, communionem, & actus ſpirituales interdicendo. Cenſuræ finis tamen priocipalis eſt punitio iobedientiæ homiois, vel canonis. Quot ſunt autem ſpecies cenſuræ eccleſiaſticæ? Reſpoode, vt in decre. quærenti, de verbo. ſig. Et dic, quòd ſunt tres ſcilicet ioterdicti, ſoſpenſionis, & excommunicationis. Dico, quòd excommunicatio eſt cenſura eccleſiaſtica propter cootumaciam, vel crimeo io ſingulares perſonas lata, à communione fratrum, & ſacramentorum tantum excluſoria. Et per hoc infertur vnde, & quare excommunicatio dicitur; quia dicitur à communione excluſio tam ſacramentorum, quàm fratrum; vt congruat ethimologia etiam maiori excommunicationi.

Quot ſunt autem ſpecies excommunicatioois? Attende, quòd (ut iura exprimunt) duæ ſunt ſpecies excommunicationis ſcilicet excommunicatio maior, & excommuoicatio minor: maior ſeparat à communione fratrum, & ſororum; minor à commuoiooe paſſiue ſacrameotorum, vt c. ſi celebrat, de cle. excomm. depoſito, Iura tamen varie loquuntur de excommunicatione. Vnde aliquando ſumitur pro excluſiooe à commuoione fidelium, & ooo ſacramentorũ; aliquaodo temporaliter. ſic loquitur. v. q. iiii. in ſynodo. vbi trium dierum excommunicatione feriatur. ſic loquitur canon, v. q. ii. præſenti. Item, ſancta eccleſia communione, &c. Sed, vt ibi notat gl. iotelligitur à communione fratrum in choro, & eccleſia; quia cum fratribus oon cõmunicabit. ſic loquitur. tex. xviii. diſt. placuit. & ibi in gl. ſic loquitur tex. 33. diſt. quoruodam. lviii. di. ſiquis de alterius, & iſta appellatur maior excommunicatio, non ſimpliciter, ſed limitate; quia ſimpliciter maior excommunicatio ſeparat à communiooe fratrum, & ſacramentorum perpetuo. i. donec abſoluatur. Sic etiam de minori excommunicatiooe, quæ ſeparat à ſacrameotis, varie loquuntur iura; nã aliqoando fertur ab homine; & de hac loquuotur text. v. q. i. per rotum. Et aliquando fertur à canone propter ſimplex participium, vt c. nuper. de ſenteo. excom. & c. ſi celebrat, de cle. ex. mi. Et has duas ſpecies ſcilicet maiorem excommunicationem, & ſimpliciter excludeotem à communione fratrum, & ſacramentorum; & mioorem latam à canone propter ſimplex participium nunc proſequar. Voum eſt, quòd minor excommunicatio largè ſumpta, ut ſeparat à commuoione ſacramentorum, aliquando infligitur à ſe ipſo, cum pœnitet, & propter conſcientiam abſtinet à communione paſſiua, ut de homic. ſicut ex literarum. aliquando à ſacerdote pœniteotiam ioiungẽte; de pœni. diſtinct. ii. facilius, & hoc melius, quam ſi ex autoritate propria; de pœni. diſtin. iii. accuſatione. & hoc cum pœnitet. Sed in pœoitentia infligitur aliquando à Deo; nam propter peccatum mortale Deus tradit hominem ſathanæ, xi. quæſtio. iii. audi. Sunt ergo duo ſpecies, ſcilicet maior, & minor. maior autem aliquando uocatur anathema, ut io principio cano. Engeltrudam. iii. quæſt. iiii. & xi. quæſt. iii. nemo epiſcoporum; & c. euidenter, ea. cauſa, & quæſt. Et aliquando excommunicatio, vel anathema ſumitur large, vt eſt ſeparatio à Deo, vt xiiii. q. iii. certum. & xiii. quæſt. iii. euidenter caueat. tamen io effectu non eſt differentia excommunicationis. Et ſi quæratur, quæ eſt ratio, cum iura uideantur in ſimilibus caſibus diſponere contrarium, de conſti.

ex parte.ff.de lega.iii.l.nummis.ff.de reg.iur.l.in obſcuris.& l.ſi præſes.ff.de pœ.& hoc contrariũ format glo.xi.q.iii.c.debent.& ſoluit ſtandum verbis.Et pro quolibet peccato mortali quilibet eſt excõmunicatus minori quò ad Deum,etiã ſine alia ſententia hominis;ergo ſi quis excõicetur ab homine propter mortale,quia aliter non fertur.xi.q.iii.nemo epiſcoporum;verba debent aliquid operari.ff.de legat.i.l.ſi quando. Sic ergo cum prius foret excommunicatus,nunc eſt. maiori aliud addere non poteſt;& illa fuit legislatoris intentio in c ſi quem,de ſenten.excom.lib.vi.

XXXII. ſunt caſus,quibus incidit quis ipſo iure,quos glo.enumerat in c.eos,de ſenten.excõ.lib.vi.ſuper ver.canonis:duos addit Boniſa. poſt compilationem ſexti per extrauag. deteſtante, & c.ſtatuimus. qui. lii.caſus,quibus quis incidit per compilationem in cle.i.de ſenten.excom. ſuper ver.excommunicationis;& illorum xvi. ſunt reſeruati papæ. Quædam lata à canone cũ hominis miniſterio,vt canon proſert.ſed proferri mandat,vt in canonibus referendæ ſententiæ quos enumerare plus eſſet laborioſum,quàm vtile. Conſequenter quæritur, quotuplex ſit minor excommunicatio? Sol.Minor excommunicatio aliquando ſumitur pro ſola ſeparatione à Deo tantum,& illam inducit mortale tantum ſine alio eccleſiæ militantis miniſterio,vt Eſaiæ lix.Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos,ad Deum noſtrum.& notatur in c.quorundam,de Iudæis. Aliquando ſumitur pro ſeparatione à ſacramentorum participatione paſſiua;& tunc,aut hoc inducitur à canone propter participationem cum excommunicato maiori, vt in c.nuper, de ſent.ex-excom.& c.cum excommunicato.xi.q.iii.cum ſimilibus eiuſdem can.& quæſt.aut inducitur à ſe ipſo,vt cum quis peccat,& abſtinet à ſacramentis;de hom.c. ſicut ex literis. Aut pœnitentia imponitur à ſacerdote,de pœn.diſt.i.facilius,& melius,quàm ſi à ſeipſo.de pœ.diſt.iii.actione. Aliquando impœnitentes à Deo ſubtrahuntur,vt cum traduntur ſathanæ.xi.q.iii.deniq;.Aliquando impœnitentes à ſeipſis ſubtrahuntur,& credunt ſufficere,& male.de pœ.diſt.i. ſunt qui arbitrantur.quæ omnia proſequere,vt no.glo.in c.ſi quem,de ſen.excom.xi.q.iii.ſi inimicus.Verum eſt,quòd excommunicatio minor aliquando fertur ab homine per ſententiam, vt v.q.õ.i. & ii. & quaſi per totum. Fertur tamen aliquando excommunicatio,quæ ſeparat à communione fideliũ, & non ſacramenti, & fertur ab homine. & hæc quo ad minorem. Et de hoc loquitur canon.v.q.ii.præſenti;& v.q.iiii.in loco.xviii.diſt.placuit.xxxiii.diſt.quorũdam.lviii.diſt. ſiquis de alterius. Concludo quòd,tot reperiuntur excommunicationes,quot reperiuntur communiones, tamen eccleſia (vt frequentius) vtitur duobus generibus,de quibus ſupra. Quid de percutiente clericum incedentem in habitu ſeculari,& immiſcentem ſe ſæuis,an ſit excommunicatus? & facit dubium.c.perpendimus de ſenten.excomm.vbi videtur innuere text. quòd non.in contrarium facit.c.contingit.& c.in audien. eod. titu. vbi probat text. quòd non perdat priuilegium niſi trina monitio præueniat. Aliqui dicunt, quòd in c.perpendimus papa reſpondet deciſe; quia dicebatur,ipſum in bello interfectum fuiſſe. & ſic clarum. Alii dicunt, quòd interfectores fuerunt excommunicati, ſed papa concedit priuilegium, quòd non teneantur accedere ad ſedem Apoſtolicam.& ſic foret etiam clarum. Tancre.Vincen.& Philip.dicunt c.contingit.& c.in audientia, intelligi de illo,qui depoſuit,& nulli iniuriabatur;& ſic non perdit priuilegium, niſi monitus. ſed c.perpendimus,loquitur,ubi depoſuit,& iniuriabatur; qui ſine monitione perdit priuilegium. hoc intelligit.c.perpendimus.cum quis clericus non ex uanitate deponit habitum,ibi requiritur monitio,vt probat.c.contingit,& c.in audientia. Sed cum ex malitia,& iniquitate deponit habitum,ibi ſine monitione perdit,cum ſe immiſcet ſæuis,& tirannis.Ibi igitur papa tenet, quòd clericus dimittens habitum,etiam faciens enormitates,non perdit priuilegium,niſi monitione præmiſſa,nec quò ad forum,nec quò ad immunitatem perſonæ.Sed ſi ibi capiatur,debet reſtitui iudici eccleſiaſtico.& ſic ibi reſpondet narrationi deciſe.Si autem vis ſequi opi.Hoſt.poſſes dicere,quod loquatur de inueterato in tyrannis,& incorrigibili per c.vnicum,de vit.& hone.cle. lib. vi. Et ſic reſpondet papa in facto occiſi;uel ſcitum fuit poſt, quòd clericus erat. Conclude ergo ſublatis dubium facientibus,quòd percutiens clericum incedentem ſine habitu,ſi monitus fuerit,& non aſſumpſerit;non incidit in canonem.Si autem non monitus fuerit, & ipſum percuſſerit, non in actu belli,vel aggreſſiue,tunc incidit,etiam ſi clericus habitu depoſito ſe aliàs immiſcuerit. Sed ſi ipſum percuſſerit in actu belli,& aggreſſiue,tunc non incidit ſecundum Innoc.Hoc tamen ponderarem,cum quis dederit cauſam bello,& aggreſſuræ. Nam ſi clericus iniuſte cauſam non dederit,tunc indubitatum,quòd illi,contra quos non incidunt ex capite defenſæ permiſſæ, vt c.ſi vero. neque tertii fauentes aggreſſo etiam non incidunt. & hoc facit actualis immixtio clerici; vt c. perpendimus. Si autem alter non dedit cauſam aggreſſuræ contra clericum, tunc etiam dans, & fauens percutienti clericum ſunt excommunicati, quia hic eſt iniurioſa iniectio, vt in canone, ſi quis ſuadente.xvii.quæſtio.iiii.Si autem tertius contra tertium,& clericus temere ſe immiſceat habitu depoſito,tunc crederem, percutientes in liminibus aggreſſuræ non fore excommunicatos.& ſic intelligo opi.Inno.

Viſa regula, quæ habet, quòd iniiciens manus violentas in perſonam eccleſiaſticam eſt excommunicatus; per conſequens reſtat videre caſus exceptos à regula. Nam fallit in quatuordecim

caſibus. Primus, cum quis percutit clericum incedentem in habitu laicali, quem ignorat clericũ, vt c. ſi verò ii de ſent. excom. Si autem percutiens vidit tonſuram, & tamen non credit ipſum clericum, tunc incidit, vt not. glo. in d. c. ſi verò. Nam probabilis ignorantia excuſat in primo caſu, cũ quis veriſimiliter ꝓ tali haberi debeat, in quali habitu reperitur, C. de aquæ duc. l. decernimus. lib. xi. C. de fabri. l. ſtigmata; & c. ſi iudex laicus, eo. tit. lib. vi. hic autem non excuſatur in ſecundo caſu, cum tonſurã viderit. & hoc verum, niſi ignorantia probabilis inſurgat ex more patriæ, quę debet attẽdi. ff. de fun. inſtr. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de pig. act. l. cum vniuerſorum. nam alicubi laici tempore caloris deferunt tonſuram. Quid ſi percutiens credebat percuſſum clericũ, cum non eſſet clericus. glo. in c. ſi verò; dicit, quòd percutiens propter conſcientiam eſt excommunicatus, niſi certus poſtea efficiatur. allegat c. quoniam multos. xi. q. iii. ſecundum vnũ caſum; & hoc operatur effectio operæ ſecutæ. de biga. nuper. & c. ſi. ff. ad leg. aqui. l. ſcientiam. In contrarium videtur. nam non debet iudicari ſecundum quod quis facere debet, & intendit, ſed ſecundum quod fit. ff. ad l. cor. de ſicar. l. i. §. diuus. ff. de iniur. l. ſi cum ſeruo. & l. præcedenti. Et hãc credo partem verãm; & ſic determinat gloſ. in c. in audientia. eo. tit. Et moueor, quia vt quis incidat in canonem, requiritur perſuaſio diabolica, & conſumatio facti qualificati, vt ſupra plories dictum eſt. Quòd ſi intendens percutere Titium laicum, errans in perſona percuſſit Gaium clericum, Alanus dixit; quòd incidit in canonem, quia iniuriarii voluit. ff. de iniur. l. cum qui. §. ſi iniuria. de fur. c. vlt. Tanc. tenet contrarium, & probat per tex. c. ſi verò. Nam ibi dicit tex. quòd ſi percutiat clericum, quem credebat probabiliter laicum, non incidit; ergo ſic hic à ſimili ignorantia excuſabit à pœna cano. nam temeritas, & violentia ponderantur in pœna illius canonis, vt in c. i. & c. veniens. eod. tit. ff. de iniur. l. illud. glo. in c. ſi verò. dicit opi. Ala. tutiorem. pro opi. Ala. facere videtur tex. Nam ſi quis intendit furari aurum, & furatus æs, tenetur furti æris. Sic ſi quis furetur ſaccum plenum pecunia, tenetur furti nomine ſacci, licet non habuit intentionem furandi ſaccum. Credo opi. veriorem de iure. moueor, quia vt uendicet ſibi locum pœna canonis, debet præcedere perſuaſio diabolica, vt in c. ſi quis. quæ hic nõn præceſſit circa clericum, vt probat thema quæſtionis. Non obſ. l. allegata, quia vtrobique committitur furtum tam in ære, quàm in auro ex ſola contrectatione; licet non ex qualibet, & cuiuſlibet percuſſura quis incidat in canonem, ſed ex qualificatione, & qualitate perſonæ.

Secundus caſus eſt, cum quis percutit clericum in habitu laicali incedentem, monitum, nõ correctum, vt c. in audien. eod. tit. Iſtum articulum ſupra examinaui explicando contrarium. c. perpendimus. c. in audien. Tertius eſt caſus in clerico gerente adminiſtrationem rerum ſeculariũ, vt in c. ſacerdotibus, ne cle. vel mo. Ex illo. c. ſumunt aliqui indiſtincte argumentum quòd eo ipſo, quòd ſe ſic ingerit, ſit clericus priuatus priuilegio clericali, ipſo iure, quod non eſt verum; immò requiritur monitio, vt in c. in audien. Licet ergo Goffr. in ſumma ponat ipſum pro caſu excepto indiſtincte, tenet gl. in c. ſacerdotibus, quod dixi. Idem tenet Vincen. Phi. Goff. Ibidem Inno. & Hoſt. Hoc verum, niſi epiſcopus in ſynodo mandaſſet ſub pœna priuationis priuilegii clericalis; quia illud haberet locum trinæ monitionis. hunc intellectũ probat tex. in c. ſacerdotibus, in ver. quòd ſi poſtmodum. ergo requiritur monitio. quartus in eo, qui iocoſe iniicit manus in clericũ, vt c. i. eo. ti. debet tamen moderari qualitas ioci; & ratio fallentiæ eſt, quia in pœna canonis ponderatur perſuaſio diabolica, quam excludit iocus ipſius qualitate ponderata. argu. not. in c. i. de præſump. quintus caſus in magiſtro, qui gratia diſciplinæ percutit ſcholarem, vt c. i. eo. tit. tamen debet moderari modus percuſſionis; quia leuis permittitur magiſtro, vt l. x. ff. ad l. aquil. & not. in c. cum voluntate, eo. ti. Sextus caſus in eo, qui repellit vim vi à clerico, ipſum propulſante, vt c. ſi vero, eo. tit. hic ponderandum tamen quare vim vi repellat; de quo plene tractaui in tractatu de bello particulari ob tutelam corporis ſui, & rerum. ratio fallendi, quia naturaliter inductum eſt, ſe defendere. Septimus caſus in eo, qui reperit clericum in adulterio, vel ſtupro cum vxore, matre, filia, vel ſorore; vt c. ſi vero. i. de ſen. excom. Sed quid in ea, quæ putatur vxor, & non eſt? idem dicendum per ea, quæ habentur in l. ſi vxor. §. i. ff. de adul. faciunt, quæ not. in c. plerique, de don. inter vir. & vxo. in vlt. glo. & hoc tenet Vin. & Goff. in d. c. ſi vero. An autem nomine vxoris intelligatur ſponſa de præſenti, gloſ. tenet, quòd ſic; quia lex permittit pro illa accuſare iure mariti. ff. de adul. l. vxor. §. i. An autem nomine matris intelligãtur omnes aſcendentes, glo. tenet, quòd nõ hoc caſu; quia non debet extendi licentia, vt c. tuæ. de deci. Hoſt. dicit hoc tutius: dicit tamen, ꝙ lex addit excipiendo neptem, & ſponſam, vt in aut. vt liceat mat. & auiæ. §. quia non ita cõperiantur. colla. ix. forte non foret abſurdum diſtinguere inter neptem ex filio, vel filia, vt l. liberos. in fi. ff. de ſena. quia hæc eſt materia brocardica, nunc pertranſeo; & in ſeq. tractatu expediã. Octauus caſus in eo, qui autoritate ſuæ prælationis, vel de mandato prælati iniecit manus in clericum eo. tit. ex tenore; & c. vniuerſitatis; & c. vt famæ. eo. tit. & intelligas in prælato corrigente, non tamen modum excedente; aliàs foret locus appellationi. de offic. ordina. irreſragabili. & punietur ſic excedens. de appel. de priore. leuis enim correctio eſt permiſſa, vt c. cum voluntate; eo. tit. cum ſimil. ibi not. Fallit tamen in epiſcopo, qui nullum manibus propriis etiam corrigẽdo percutere debet.

lxxxvi.

lxxxvi.diſt.non liceat.C.de epiſ.& cle.aut.ſine qua.In inferiore autem epiſcopo,ſi mandat prælatus capituli etiam per laicum,neuter eſt excommunicatus,vt c.vt famæ.eod.tit.& c.ſi clericos.eo.ti.lib.vi.Si autem mandat percuti,& verberari,mandet per clericum, vel monachum. Nam ſi per laicum,tunc vterque eſt excommunicatus,vt c.vniuerſitatis. eo. tit. Ita etiam not.glo.in c.ſi clericos eod.tit.lib.vi,in glo. nodari. Epiſcopus tamen poteſt propriis manibus , vbi non habet clericum,per quem percutiat; vt not.gl.in c.non liceat.86.diſt. Nonus caſus in inferioribus,alias ſenioribus eccleſiæ,qui pueros corrigere poſſunt,vt l.cum voluntate.eo.ti.hoc intellige modum non excedendo, vt ſupra tactum eſt. Decimus in dominis corrigentibus. Vndecimus in propinquis. Duodecimus in patribus corrigentibus filios. hoc intelligendum,dummodo non ſint cõſtituti in ſacris.Nam ſacer ordo liberat à patria poteſtate,& ſeruili,quò ad manuum iniectionẽ.lxiiii.diſt.ex antiquis.& c.frequens;& ſi ſeruus ſciente.Si autem tales perſonæ excedant modum,tenet glo.q̃ nõ ſint excommunicati,in c.cum voluntate.eo.tit.in glo.vlt. Mouetur glo,quia canõ exigit dolum,ſine quo violentia permittitur,ſed hæ manus ſunt charitatiuæ,licet caſu modus excedatur. Ego non credo glo.veram;nam limitata correctio eſt permiſſa patribus erga filios,& dominis erga ſeruos,ſicut prælatis erga ſubditos per ſupra allegata: exceſſus ergo inducit pœnam; vt ſupra tactum eſt. Decimuſtertius in eo,qui iniecit manus in clericum depoſitum,& traditum curiæ ſeculari.de iudi.cum non ab homine,xvij.q.iiii. ſiquis deinceps.Hunc punctum expediui ſupra. Decimusquartus caſus,cum quis iniecit manus in clericum,qui transfert ſe ad vitam contrariam clericali,vt cum bigamiam contrahit.84.diſt.quiſquis,& hunc articulum etiam ſupra expediui.Addi poteſt alius caſus in percutiente clericum hæreticum,vt tenet Inno.in c.ſi vere.eod.tit.Et in iſta materia vide Goſredum in ſua ſumma,in tit.de ſenten,excom.& vi.Hoſt.in ſua ſumma,eod,tit.de ſenten.excommunicationis.Et de cenſura eccleſiaſtica,ſeu de excommunicatione, vide tractatum Ioannis de lignano in volumine tractatuum,xix.ſo.288. ſed excommunicatio facta donec ſatisfecerit requirit abſolutionem.Feli.in c.i.de iudiciis.

De poteſtate capituli, ſede vacante. Cap. XL.

QVAERITVR generaliter,an circa poteſtatem capituli ſede vacante,capitulum ſuccedat generaliter in iuriſdictione prælati ſui,& dico,quòd ſic, vt in tractatu de poteſtate capituli ſede vacante in nono volum.tractatuum in princi.in 1.q. Et capitulum ſede vacante an poſſit cõmittere alicui epiſcopo ea,quæ ſunt ordinis epiſcopalis,ibi videbis in q.iii.Et an indulgentias,quas epiſcopi viuẽtes poſſunt dare,poſſit etiam capitulum ſede vacante dare, ibi videbis in q.iii,ad finem.Et an capitulum poſſit diſpenſare generaliter , ſicut viuens poſſet prælatus, ibi videbis in qõ.v. Et an capitulum poſſit facere ſtatuta,quæ poſſet facere prælatus viuens,vi.in q.vi. Et an capitulum poſſit viſitare prouintiam ſuam ſede vacante,vide in q.vii.Et an capitulum ſede vacante poſſit diſpenſare cum clerico , ne deponatur , vide Panorm. in c.at ſi clerici. §. de adulteriis.de iudiciis.

An poſſit capitulum dare licentiam ſubditis transeundi ad aliam dioceſim ſede vacante, & an poſſit dare literas commendatitias ad ordines ſuſcipiendos in aliena dioceſi,vi.in q.viii. Et capitulum ſede vacante an ſuccedat in iuriſdictione prælato defuncto,à iure,vel ab homine delegata, vi.in q.x.Sede vacante an poſſit capitulum cognoſcere de cauſa matrimoniali ; & in quibus capitulum interponat decretum ſede vacante,ibi videbis. Expectantes ad collationem prælati mortui an ſede vacante poſſint acceptare beneficia uacantia,ibi uidebis in d.x. q. Et capitulum ſede vacante an poſſit conferre beneficia ad collationem prælati ſpectantia,etiam deuoluta, vi.text.& doct.in c.illa,ne ſede uacan.quia nunquam cautum inuenitur in iure,quòd capitulum ſede uacante fungatur uice epiſcopi in collationibus præbendarum.& vi.tex.& doct.in c.i.de inſti.lib.vi. Et idem dicendum eſt de præſtimoniis;quia ſunt beneficia eccleſiaſtica,& perpetua.Oldrad.con.cxiii.quod incipit;In eccleſia Calaguritana.tex.in c.fin.de conce.præben. Capitulum ſede uacante an poſſit admittere reſignationes,& autorizare permutationes beneficiorum,vi.in ii.q.ii.p.Beneficia commendare,uel ad inuicem unire,uel unita dimembrare,an poſſit capitulum ſede uacante, uide in q.iii.ii.p.Commenda quid ſit,ibi uidebis,& in c.ſi conſtiterit.de accuſa.Et beneficia nõ debent dari ad tempus,ſed in perpetuum,vt notatur in c.ueniens,ad finem,de filiis presby. Capitulum ſede uacante poteſt præſentatos à patronis inſtituere in beneficiis,ad quæ præſentãtur,tex.in c.i.de inſti,lib,vi.& in c,cum illis.§.cum autem,de præben.lib.vi.Et capitulum ſede uacante gerit uices prælati in non probibitis,ut c.illa,ne ſe.nacan.& vi.in q.v.ii. Beneficiatos deſtituere , excommunicare, uel abſoluere an poſſit ex cauſa capitulum ſede uacante,vi.in qõ.v.ii.p.Sed quicquid poteſt epiſcopus in corrigendo crimina,& mores reformando,& puniendo , poteſt capitulum ſede nacante.c.his,quæ.de maio.& obedi.& c.i.eo.tit.lib.vi.& ibi doct.& vi.in q.vi. ii. p. Et capitulum ſede vacante an ſe poſſit intromittere in executionibus ultimarum uoluntatum , ibi

vi.in vii.q.ii.p. Alienare aliqua de bonis prælaturæ vacantis an poſſit capitulum, vi. in q. viii. li. pi. & ibi dicitur, quòd res quæ ſeruari non poſſunt, libere poſſunt alienari. Et archiepiſcopus in rebus epiſcopalibus, & epiſcopus in rebus capellarum ſuarum eſt viſitator à iure. lxxi. diſt. c. fraternitatem. x. q. ii. c. fi. Et ſic ſi eccleſia collegiata vacat, poteſt tunc etiã pro prælato conſtituere actorem, vel ſyndicum. ff. quod cuiuſque vni. l. ſicut mancipium. Et capitulum an poſſit conſtituere vicarios generales, vel ſpeciales ſede vacante, vi. in cle. i. de foro compet. & vi. in x. q. ii. p. Et poteſt conſtituere vicarium vnum ex canonicis de eo capitulo, vt per Cardi. in cle. ſtatutum, de electi. De vicario domini papæ vi. in x. q. ö. Et de alienatione rerum eccleſiaſticarum vide tractatum de emptione & vendi. vo. i. fo. 222.

Quid ſit mons pietatis, vi. tractatum Thomæ de vio in volumine. x. tractatuum, fo. 175. & ibi in fo. 172. videbis tractatum de cambiis. Et de virtute, & viribus iuramenti vi. optimum tractatum in volumine tractatuum, vol. i. fol. 186. Et de vnione eccleſiarum vi. tractatum in volumine x. fol. 275. Et de penſionibus vi. tractatum in volumine xi. fol. 150. & alium tractatum in d. vol. xi. fol. 192. & vide infra in cap. de penſionibus eccleſiaſticis. Et de monte pietatis, & de cambiis vide infra in c. de vſuris.

De bello iuſto, & iniuſto. Cap. XLI.

QVIA bella fuerunt cauſa primarum calamitatum humani generis, inuictiſſime Princeps, vt per Bald. in l. i. C. de ſer. fugi. per tex. in auc. qui mo. natu. effici. legi. coll. vii. & quia bellum ſeruitutem inuenit, vt in l. hoſtes. ff. de capti. vbi legitur; Ab hoſtibus autem captus ſeruus eſt hoſtium. Alii dicunt, quòd de iure diuino eſt inducta ſeruitus; & non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet, vt in c. ſexto die. xxxv. diſt. manebat autem ante, quàm vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas. Et quia bellum inter Chriſtianos eſt perditio animæ, & corporis, & ſubſtantiæ, vt per glo. publicæ letitiæ. in l. i. lib. xii. & per Bald. in l. vna. C. de cadu. tollen. & per Arch. in c. noli. xxiii. q. i per tex. in auct. de armis, in princ. ſcripſi tractatum de bello iuſto, & iniuſto tuæ maieſtati dedicatum. Et audeo ſcribere, quia etiam minus bene dicta proſunt; incitant enim alios ad inueſtigationem perfectam. Cupio igitur corrigi, & ſuppleri; charitas enim incitat me ad laborem, vt via aperiatur, per quam inducatur intelligentia. Hoc igitur ordine procedam, vt diſcutiamus, vtrum aliquod bellum poſsit dici licitum inter Chriſtianos. Secundò dicemus, quòd bellum tripliciter committitur, aut pro offenſa, aut pro defenſa, aut pro gloria. Tertio, quòd bellum eſt licitum, ſi geritur per Chriſtianos contra infideles. quarto dicemus, quòd ad bellum iuſtum indicendum tria requiruntur ſcilicet iuſta cauſa bellandi, authoritas indicendi bellum, & intentio recta. Et dicemus, in quibus caſibus papa poſsit indicere bellum, & vtrum clericis licitum ſit bellare. Et vtrum ſit licitum bellantibus vti inſidiis. Et vtrum liceat in diebus feſtiuis bellare. Et vtrum habens iuſtum bellum teneatur deſiſtere à bello, hoſte iniquo offerente ſatisfactionem. Et dicemus aliqua de tregua ad tempus præſtita, diſcordia nondum finita. Et quia diffidatio debat præcedere bellum, aliqua de diffidatione dicemus. Et vtrũ domini, qui bella gerunt, poſſint inuicem componere de damnis, & iniuriis ſubditorum eis inconſultis. Et dicemus, quòd quando bellum iuſtum eſt, omnes capiuntur, & ſpoliantur, & ſpolians dominus rei fit. Et dicemus, an liceat principi Chriſtiano in bello iuſto vti auxilio infidelium. Et dicemus, an Imperator, vel aliquis Chriſtianorum poſſit inire pacem, vel longas inducias cum Saracenis, vel Thurcis ſine conſenſu ſummi Pontificis. Et pro complemento tractatus dicemus, an iuſte liceat Catholico Imperatori, & Catholico Regi noſtro indicere bellum publicum in occurrenti calamitate, ius ſibi, & iuſtitiam miniſtrando; quia hic eſt finis libelli noſtri, cum iuſte debellare ſit iuſte iudicare.

In primis igitur eſt conſiderandum, quot ſunt ſpecies belli. Et doct. dicunt, quòd ſunt ſeptem. Primum Romanum. Secundum iudiciale. Tertium præſumptuoſum. quartum licitum. Quintum temerarium. Sextum voluntarium. Septimum neceſſarium; ut per Hoſt. in ſumma, in titu. de treg. & pa. & per doct. in c. i. de homi. in vi. Sed primum bellum fuit ſupernum; & de illo dicere non eſt noſtrum, ſed relinquo beatis Theologis. Secundum bellum fuit naturali inſtinctu inductum, quo cuncta animalia ſunt edocta. Ex illo enim cuncta animalia, quæ in cœlo, terra, mariq; naſcuntur, viciſſim bellant; & præcipue illa, quæ ad prædam, & deuorationem intendunt, vt ſunt aues rapaces, leones, & ſimilia; & infiniti piſces maris. Et de hoc bello habemus in l. i. §. cum arietes. ff. ſi quad. pau. fe. di. Aliud bellum fuit ſupernaturale, & miraculoſum inter Eſau, & Iacob; qui pugnauerunt ad inuicem in vtero matris ſuæ; ſignificauitque pugna eorum pugnam gentilium, & Chriſtianorum, vt Geneſ. xxv. Sed aduerte, quòd de bello vero, & proprio tractare intendimus. Et bellum verum, & proprium ſolus Imperator indicit authoritate Cæſarea in eum tranſlata per Romanum populum, vt per text. & Bart. in l. hoſtes. ff. de capti. & poſt. reuer. iuncta. glo.

mag.

mag.dum dicit,accipiendum populum Romanorũ in hac materia pro toto Imperio Romanorũ. Et ideo ſi aliquis bellum indicit contra aliũ Regem,tale bellum ex neutra parte cauſat ſeruitutẽ; quia tale bellum fuit à iure gentium introductum,ſucceſſiue iure ciuili poſtea confirmatũ. Ante quod bellum omnes homines liberi,& legitimi naſcebantur. Sed ipſum bellum introduxit ſeruitutem.vt in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.& in aucten.qui.mo.natu.effi.legi.coll.vi. & in auc. qui.mo.natu.effi.ſui.col.vi.& inſti.de iure perſo.§.ſeruitus:& in l.naturalem.§.fi.ff.de acqui.re. domini.Sed hodie de conſuetudine,quæ potius dicenda eſt corruptela,omnes Reges vnus cõtra alium indicunt bellum ad inuicem pro libito voluntatis,inconſulto Romano Pontifice,& inconſulto Imperatore;& inter eos habetur pro bello proprio,& vero,contra ordinationem eccleſiæ, & contra maieſtatem Imperatoris.Sed ille,qui pręparat exercitum ſine iuſſu Imperatoris,incidit in l.Iuli.maieſta.l.lex.xii.tabularum.ff.ad l.Iuli.maieſta.Sed Rex Hiſpaniarũ poteſt indicere bellum publicum,& verum,ius ſibi,& iuſtitiam miniſtrando;quia de iure non recognoſcit ſuperiorem,vt eſt glo.aurea,& notabilis in cap.Adrianus ii.lxiii.diſt.ubi legitur; reges Hiſpaniarũ cum non ſubeſſent Imperio,regnum ab hoſtium faucibus eruerunt.& Oldra.in conſi.lxix.dicit;Hiſpani terram illam per arma ab infidelibus acquiſiuerunt. Et dicunt doct.in c.per venerabilem,qui filii ſint leg. quòd Rex Hiſpaniæ, Franciæ, & Angliæ de facto non recognoſcunt ſuperiorem.vi. Albe.in l.cunctos populos,de ſumma tri.& fide.ca.Sed pro Rege Hiſpaniæ,quòd de iure nõ recognoſcat ſuperiorem,glo.eſt aurea,& ſing.vt dixi,in d.c.Adrianus;& eſt text.in l. xviii. primæ partitæ,ti.v.Et altius hiſtoriam recenſendo,veritas ſic ſe habet. Primi quidem Gothorum reges Athanaricus,vel ſecundum alios Alaricus;à quibus Catholicus Imperator noſter indubitatã trahit originem,ex grata Honorii Imperatoris conceſſione Hiſpanias uiriliter aggreſſi ſunt;& Vandalos,Sueuosque,qui eas tunc temporis tirannice,& contra Imperatoris voluntatem occupatas tenebant,forti animo debellando eos ab Hiſpaniis expulerunt,& in Africam fugere coegerũt. Et ex tunc poſtquam Hiſpanicam Monarchiam adepti ſunt, vſque ad tempora noſtra Reges Gothi regnauerunt,& in ſempiterna ſecula regnabunt,eo quòd iuſte,& non tyrannice initium ex prædicta Honorii Imperatoris conceſſione habuerunt. Quamobrẽ in temporalibus ſuperiorẽ nõ recognoſcunt.Tunc verò conſtruxerunt ſacra templa,& eccleſias, vbi diuina officia celebrarentur, dotemq; eis conſtituerunt , & ornamenta plurima miniſtrarunt. Ex quo ius patronatus in eiſdem eccleſiis præſertim cathedralibus acquiſierunt,& ſpetialiter ſibi reſeruauerunt,vt in c.nobis,& c.præterea,de iur.patro.& c.Eleutherius.xviii.q ii.& c. Frigentius.xvi.q.vii.& c. piæ mentis,& c.filiis,& c.monaſterium.de quo vide Arch.in c.lectis.lxiii.diſt.& Bal. in prohe. decretaliũ, in §.Rex pacificus.& doctorem Palacios rubios uirum magnæ authoritatis in tractatu ſuo de beneficiis in curia vacantibus.§.viii.(vt dixi in tractatu de concilio.c.xiiii.)Sed collige vnũ notabile verbum, quòd vbi deeſt ſuperior, de iure, uel de facto recurrendum eſt ad papam ex poteſtate generali,quam à Deo recepit ; quia ſuccedit,vt faciat iuſtitiam.ita Panor.in c.& ſi neceſſe, de dona.inter vir.& vxor.Sed aduerte, quòd Imperium eſt à Deo ; & tripliciter probatur. primò permiſſiue,ſecundo ad probatiue,tertio formaliter,& effectiue;vt dixi in lib. meo de adminiſtratione iuſtitiæ in regula de Imperio,& Imperatoris poteſtate.Et eccleſia approbat Imperaaorem,vt in clemen.uenerabilem,de electi.& ibi doc.& unicus eſt in orbe,qui præſit Regibus,vt in l.deprecatio.ad l.Ro.de iactu.& eſt princeps principum,vt per Card.& docto.in clemen.vna,de iur. iuran.& dicitur vicarius Chriſti in temporalibus,ut per Bal.in l.i.C.de iur.aur.anul. His præmiſſis conſiderandum etiam eſt,vtrum hodie aliquod bellum poſſit dici licitum inter Chriſtianos, quia militare videtur alienum ab Euangelica diſciplina;& omnis militia vel ob iniuriam propulſandam,vel propter vindictam inferendam eſt inſtituta; iniuria autem uel à propria perſona , uel a ſocio repellitur;quod vtrunque Euangelica lege prohibetur , cum ſcriptum ſit Matth.v. Siquis te percuſſerit in unam maxillam,præbe ei & alteram.& iterum;Qui angariauerit te mille paſſus, uade cum eo duo millia. Item cum Apoſtolus dicat ad Romanos. xii. Non uos defendentes chariſſimi,ſed date locum Iræ.Item cum Petro gladio magiſtrum defendenti Chriſtus dixerit Matt. 27. Conuerte gladium tuum in vaginam;an putas , quòd non poſſum rogare patrem meum,&c. Deniq; ſicut de beato Andrea legitur,quòd cum fieret concurſus populorum,ut de manibus iniqui iudicis eum eriperent,& ab iniuria mortis illum defenderent;ipſe rogabat eos,nę ſuum martirium impedirent,quid aliud monemur,quàm ſicut proprias,ita & ſociorum iniurias patienter tolerare,nec ad arma concurrere,ſed eorum exemplo ad ſimilia perferenda animum preparare? Item cum in deut.dicatur: Mihi vindictam,& ego retribuam,dicit dominus:in his omnibus quid aliud præcipitur,quàm vt vindictæ delinquentium diuino reſeruentur examini? Cum ergo (vt ſupra dictum eſt) militia uideatur inſtituta ob iniuriam propulſandam , vel propter vindictam inferendam,& vtrumque Euangelica lege prohibeatur,apparet,quòd militare peccatum eſt: pœna etenim non infligitur niſi pro peccato. Sed à domino indicitur pœna bellantibus ſecundũ illud Matth.ii.Omnis,qui acceperit gladium,gladio peribit: ergo omne bellum eſt illicitum. Sed ſupradicta præcepta magis ſunt ad præparationẽ cordis,quàm ad opus,quod in aperto fit:vt te-

neatur

neatur in ſecreto animi pacientiæ cum beniuolentia;& oſtenditur liquido,dum dominus Ieſus exemplum ſingulare patientiæ cum percuteretur in faciem,reſpõdit;Si male loquutus ſum,exprobra me de malo;ſi eũt bene,quid me cedis? Nequaquã igitur præceptum ſuum,ſi verba intuemur, impleuit,neq; enim præbuit alteram partẽ,ſed potius prohibuit,ne faceret,& ne iniuriam augeret,tamen paratus eduenerat non ſolum percuti in faciem,verũ etiã pro his,à quibus patiebatur, crucifixus occidi;pro quibus eit in cruce pendens;Pater ignoſce illis,quia neſciunt,quid faciunt. Nec Paul.Apoſt.præceptum domini videtur impleſſe, vbi percuſſus etiam in facie dixit Principi ſacerdotum;Percutiat te Deus paries dealbate: ſedes me iudicare ſecundũ legem, & cõtra legem iubes me percuti.Et cum à circunſtantibus diceretur;iniuriam facis Principi ſacerdotũ; irridens eos admonere voluit,ꝙ dixerit,vt qui ſaperent,etiam intelligerent;etiã deſtruendũ eſſe in aduentum Chriſti parietem dealbatum: hoc eſt hypocriſim ſacerdotii Iudæorũ.ait quippe, Neſciui fratres,quia princeps eſt; ſcriptum eſt enim,principi populi tui non maledices. Cum proculdubio, qui in hoc populo creuerat,etq; in lege fuerat eruditus,illum principem ſacerdotum neſcire non poſſet.Sunt ergo iſta præcepta patientiæ ſemper in cordis præparatione retinenda;ipſa quoq; beniuolentia, ne reddatur malum pro malo, ſemper in uoluntate complenda.Sed diſciplina Chriſtiana non omnia bella prohibuit,debent enim ſeruare bellatores regulam Ioan. Baptiſtæ militibus datam;neminem ſcilicet concutiatis,neq; calumniam faciatis:& contenti eſtote ſtipendiis veſtris,vt Lucas in c.iii.ſui euangelii teſtatur.Ideo militare (vt dixi) non eſt peccatum,niſi propter prædam militetur.& vt milites prædam non faciant,ſtipendia ſunt eis conſtituta , vltra quæ ſi aliquid extorſerint,tanquam calumniatores,& concuſſores damnabuntur.Vnde Auguſtinus in ſermone de puero centurionis ait; In bellicis armis multi Deo placere poſſunt:in his erat ſanctus ille Centurio,qui domino dixit; Nõ ſum dignus,vt intres ſub tectum meũ.In bis erat ſanctus Dauid,cui dominus tam magnum peribuit teſtimonium.& etiam habetur iſta litera in c. noli exiſtimare.xxiii.q.i.Et iuſta bella gerebantur à filiis Iſrael contra Amorreos, innoxius enim tranſitus negabatur,qui iure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat. Et Iudith iuſte interfecit Holofernem pro liberando populo ſuo.Et arma fuerunt inſtituta,vt vita hominum corrigatur.tex. eſt iuncta gl. in c.non fruſtra.23.q. v. Et poteſt aliquando homo occidere hominem ſine peccato, vt miles hoſtem.ita Auguſti.de libero arbitrio,lib. primo.& iſta verba ſunt canonizata in c.ſi homicidium.23.q.v.vbi habetur;Cum homo iuſte occiditur,lex eum occidit,non tu.ſimilis text.in c.de occidendis.ea.q.& cau.vbi legitur;De occidendis hominibus,ne ab eis quiſpiam occidatur, non mihi placet conſilium,niſi forte ſit miles,aut publica functione teneatur. Et Chriſtus inſinuans arma ad regnũ huius mundi pertinere , interrogatus à Pilato an Rex eſſet,ait,Regnũ meũ non eſt de hoc mundo,ſi enim eſſet de hoc mundo, miniſtri mei vtique decertarent , ut ego non traderer Iudæis.Et eſt conſiderandum, quòd à principio bella in genere humano introducta ſuerunt à iure gentium,& ius gentium naturale dicitur,cum ipſum ſit ſemper bonum,& æquum,ſicut ius naturale,vt inſti.de re.diui.§.ſingulorũ.& ff.de iuſti.& iur.l.penul.& l.ex hoc iure gentiũ introducta ſunt bella.& aliqui dicunt,& bene,ꝙ ille lex intelligitur de bello licito,nõ de illicito: quia cum ex bellis oriantur incendia,& omnia mala,vt ff.ad l.Iul.de vi. publi. l. quoniam multa. in aucte.de armis,in principio.coll.vi.ius gentium bonum,& æquum non introduxit iniuſtũ bellum.& licet ex bello licito oriantur multa mala, non debent conſiderari mala,quæ in conſequentiam veniunt,ſed conſiderandũ eſt,quod principaliter agitur,ſcilicet bellum licitum,iuxta notata in l.ſiquis nec cauſam.ff.ſi cert.pet.per Cyn.& Iaco.Butri.in l.cum prægones.C. de dolo. Ex quo ſequitur,quòd interficiens aliquem in bello licito,non tenetur in foro conſcientiæ, nec delinquit(vt iam dixi)cum faciat lege permittente.tex.eſt ſing.in c.miles.23.q.v.& vide hoc etiam Inno.& Ioan.And.in c.petitio,de homi.Sed aduerte ad ea,quæ ſuperius diximus, quod bellũ tripliciter committitur,aut pro defenſa,aut pro offenſa,aut pro gloria.Primo poteſt dici bellum in ſtũ tam de iure gentium,quàm ciuili,quàm etiam de iure diuino , diuerſis reſpectibus. Nam aut conſideramus inclinationem,& ille eſt de iure naturali,quoniam ex principiis naturalibus habemus inclinationem ad excluſionem cuiuſcunque oppugnationis,vt patet in animalibus brutis, vt ff.ſi quadru.pau.fe.dica.l.i.§.cum arietes.vnde iura dicunt,quòd defenſio eſt de iure naturali, vt ff.ad l.aquil.l.iiii.in principio; & l.ſcientiã.§.qui cum aliter,cũ gl.quæ dicit,defenſam eſſe permiſſam a iure ciuili.patet etiã in c.ius naturale.i.diſt.vbi repulſio violentiæ ponitur inter ea, quæ ſunt de iure naturali. Item patet in cle.paſtoralis,de re iudi.Aut nos conſideramus rectitudinẽ inſtinctus,quæ prouenit ex ratione,& illa eſt de iure gentium,cum ratio ſit communis ſolis hominibus,& non brutis.Aut conſideramus confirmationem,& approbationem defenſionis, per reſpectum ad animam,& iſta eſt de iure diuino,vt patet in cle.ſi furioſus,de homic. vbi de iure canonico permittitur talis defenſio,nec incurritur aliqua irregularitas ex homicidio cõmiſſo,multo ergo minus contrahitur peccatum;cum facilius contrahitur irregularitas. Si ergo permiſſa eſt de iure canonico,ſimiliter de iure diuino,cum ius canonicum ſubalternetur diuino,& tendat ad eundem finẽ.Itaq; de iure diuino bellum eſt permiſſum,vt patet in d.cle.ſi furioſus , de homicid.

Item

Item patet, quia de iure diuino licitum eſt defendere proximum a morte, vt in c. ipſa pietas. 24. q. 4. & dilectio proximi includit dilectionem ſui, quia ſicut charitas eſt in diligendo proximum, ita in diligendo ſe ipſum: defenſio ergo ſui ipſius tendit in charitatem, igitur de iure diuino permiſſa, cuius præcepti finis eſt charitas, vt in c. charitas, de pœn. diſt. ii. & Apoſt. Plenitudo legis eſt dilectio. Et tertius etiam poteſt occidere aggreſſorem proximi, ſi aliàs iniuriam nó poteſt propulſare, vt in c. quis poteſt. & c. Maximianus xxiii. q. iii. Circa ſecundum de bello, quod fit ad offenſam, illud nullo iure eſt licitum, quia non ius, ſed nefas dicitur, l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. Aliquando tamen permittitur a iure ex cauſa, vt in l. i. C. quando liceat vni. ſine iu. ſe uendi. vbi ponuntur caſus, in quibus non expedit, quòd aliquis iudicem adeat, ſed propria authoritate poteſt ius ſibi dicere, etiam occidendo, ſcilicet in nocturno depopulatore agrorum, & in latrone ſtratarum, & in deſertore militiæ: & in illis non eſt licita defenſio, vt per Bal. & Paul. ibi. & vi. text. in l. furem nocturnũ. ff. de ſicariis. & vi. Ialo. in ſti. de actio. in princ. Et ſi aliquis minatur alicui, quòd ipſum interficiet, minatus poteſt præuenire, & illum impune occidere per rationem, quæ ponitur in d. l. prima, melius eſt enim occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare. quod intellige ſecundum Paul. ibi. ſi minans erat ſolitus minas ſuas executioni mandare, quia non debet expectare ſe percuti. & adde, quod notatur extra de homi. c. ſignificaſti, quia illata percuſſio non poteſt répeſari. Et milites transferentes ſe ad hoſtes poſſunt a quolibet impune capi, & reſiſtentes poſſunt impune occidi, vt publici latrones. tex. eſt in l. ii. eo. ti. Circa tertium bellum, quod fit pro gloria, & Imperio, non animo defendendi, vel offendendi principaliter, ſed animo ſubiugandi, tale bellũ de iure naturali non eſt, quia talis inſtinctus non eſt apud animalia ratione carentia. Sed aliquando tale bellum poteſt eſſe licitum de iure diuino, vt ſi gereretur per fideles contra infideles iuxta notata per Inno. in c. licet, de voto. ſed tunc tale bellum potius tendit in charitatem, quàm ad gloriam ſcilicet vt eos reducat ad fidem: quia aut ipſi impugnant chriſtianos, & tunc non eſt dubiũ, vt in c. diſpar. 23. q. 8. quia licitum eſt vim vi repellere. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & ff. ad l. aquil. l. ſcientiam, §. qui cum aliter. de ſenten. excom. c. ſi vero. l. i. C. vnde vi. & etiam ſi velint viuere in pace. Aliud dico, quòd bellum debet eis inferri, quia veriſimile eſt, quòd quandocunq; oportunitatem habebunt, oppugnabunt, & perſequentur Chriſtianos, & eccleſiam, nam hoc videtur in eis naturaliter ineſſe. vnde dicit magiſter in ſcholaſtica hiſtoria in c. de fuga Agar, ꝙ illud, quod ſcribitur Geneſ. xvi. de patre eorum Iſmael, a quo ipſi deſcendunt, notatur in c. & ſi Iudæos. de iud. & Sara. ſcilicet manus eius contra omnes, & manus eorum contra eum, in regione fratrum tentoria figet, verificatur in Saracenis, qui de genere ſuo deſcendunt. nam ipſi pugnant contra omnes, & omnes pugnant contra eos, & ideo nunquam ſunt in pace: ideo non eſt eis indulgendum, vt in cap. noli. 23. q. i. & tanquam hoſtes fidei ipſo iure ſunt diffidati, ut per Alexan. in l. hoſtes, de capt. Et licet non debeant infideles cogi ad fidem, quia omnes libero arbitrio relinquendi ſunt, & ſola Dei gratia in hac vocatione valeat. c. de iudæis. xlv. diſtin. tamen mandare poteſt papa infidelibus, quòd admittant prædicatores Euangelii in terris ſuæ iuriſdictionis. Nam cum omnis creatura rationabilis facta ſit ad Deum laudandũ, ſi ipſi prohibẽt prædicatores prædicare, peccant, ideoq; puniendi ſunt. ita inno. in c. ꝙ ſuper, de voto. & vide Panor. in c. ſicut iudæi, de iudæis. Et dixi, quòd hoſtes fidei ipſo iure ſunt diffidati. Ratio eſt, quia in prouintiis ſuis per idololatriam blaſphematur Deus, & ſcriptum eſt Deut. c. xii. Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes Deos suos, diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, & diſperdite idola, & nomina eorũ de locis illis. Et aduerte, quia hodie non eſt iuriſdictio, nec dominiũ, nec honor, nec poteſtas penes infideles, nam per aduentum Chriſti translata ſunt in Chriſtianos: transfertur enim regnũ de gẽte in gentem propter iniuſtitias ſuas, vt in c. ſi de rebus 23. q. vii. de quo vide Oldr. in conſi. lxxii. & in d. c. ſi de rebus, legitur, Auferetur a uobis regnum, & dabitur genti facienti iuſtitiam, & labores iniuſtorum pii edent. & Card. ſancti Sixti in ſua ſumma de peccatis tractando breuiter de bello dicit, Bellum iniuſtum ex propria ratione conſtat eſſe peccatũ mortale. Et hodie inter Chriſtianos ad iuſtum bellum proprium, & verum indicendum tria requiruntur ſcilicet, Primo, iuſta cauſa bellandi. Secundo, authoritas indicendi bellum, tertio recta intentio, vt in c. iuſtum eſt bellum. & c. dominus noſter. xxiii. q. ii. & in c. quod culpatur. xxiii. q. i. & legitur in c. quod, cad. can. & q. Apud ueros Dei cultores ipſa bella pacata ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coerceantur, & boni subleuentur. ideo bellum tripliciter contingit inueniri iniuſtum, uel defectu iuſtitiæ in cauſa, uel ex defectu authoritatis in capite, uel ex defectu rectitudinis in intentione, quandocunque ſi quidem eorũ defectu acciderit, bellum redditur iniquum. Et ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, in q. xl. ſcribendo de bello dicit, Conuocare multitudinem, quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad priuatam perſonam: cum autem cura reipublicæ commiſſa ſit principus, ad eos pertinet rem publicam ciuitatis, vel regni, & prouintiæ ſibi ſubditæ tueri, & ſicut licite defendunt eam materiali gladio contra interiores quidẽ perturbatores, dum malefactores puniuntur, ſecundum illud Apoſtoli ad Romanos, c. xii. non ſine cauſa gladium portat, miniſter enim Dei eſt, uindex in ira ei, qui male agit: ita etiam gladio belli-

co ad eos pertinet rempublicam tueri ab exterioribus hoſtibus. vnde principibus dicitur; Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. & Auguſtin. contra fauſtum dicit; Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas atq; conſilium penes principes ſit. & in d. c. iuſtum eſt bellum, legitur: Iuſtum eſt bellum, quod ex edicto geritur de rebus ſcilicet propriis repetendis, aut propulſandorum hominum cauſa: iure autem diſceptare eſt iuſte iudicare; & bellum pro iniuria propulſanda dicitur, quando quis actualiter non offenditur, ſed veriſimiliter offendi dubitat; nam non debet expectare offenſam, ſed ſe præparare, & offendere, ne offendatur, iuxta ea, quæ notatur in l. 1. C. vnde vi. per gl. & doct. Pau. in l. ex hoc iure. & in d. l. 1. quando liceat vndi. ſine iu. ſe vendi. Et princeps poteſt pugnare extra regnum eligendo pro meliori remedio (vt infra dicetur) cum authoritas ſuſcipiendi bellum eſt in principe. Secundo requiritur cauſa iuſta, vt ſcilicet ille, qui oppugnatur, propter aliquam culpam impugnationem mereatur. vnde Auguſtinus in libro quæſtionum ait; Iuſta autem bella ſolent diffiniri, quæ vlciſcuntur iniurias; ſic gens, & ciuitas plectenda eſt, quæ vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt, vel reddere, quod per iniuriam ablatum eſt. Sed hoc genus belli ſine dubio iuſtum eſt, quod Deus imperat, qui nouit quod quiſque facere debeat. In quo bello ductor exercitus, vel Imperator, vel rex non tam author belli, quàm miniſter iuſtitiæ iudicandus eſt. iſta verba Auguſtini ſunt canonizata in c. dominus noſter. xxiii. q. ii. & ibi dicitur in c. iuſtum eſt bellum; iuſte debellare eſt iuſte iudicare, & ideo deficiente iuſtitia, poteſt ciuitas, vel dominus terræ, qui circa iuſtitiam eſt negligens, ab aduerſario depredari; & etiam poſſunt depredari omnes ſubditi domini, vel ciuitatis. ita Bar. in tractatu repreſalium. q. i. num. 7. & Hoſt. & Ioan. And. in c. i. de treg. & pa. præmiſſo tamen ſpirituali gladio, ſi poteſt haberi, vt in c. i. de iniur. lib. vi. & p Bart. in d. tractatu repreſalium. Et in tali bello iuſto vaſſallus debet iuuare dominum, vt per Andr. de Iſer. & doct. in ti. in quibus cauſis feu. amitta. in vſi. feud. & etiam tenetur iuuare dominum extra regnũ, ſi habeat iuſtũ bellũ, pro defenſione regni; vt colligitur ex c. dominus. 23. q. ii. quia ſi dominus gentem, vel ciuitatem, quæ emẽdare neglexit iniuſte facta, petit per bellum; & ſic eundo contra illam gentem, & ciuitatem neceſſario debet egredi regnum ſuum; multo fortius ſi inimicus regis veniret ad offenſionem iniuſte, & Rex pro ſua iuſta defenſione vellet pugnare extra regnum ſuum, eligendu pro meliori remedio non expectare eum in regno ſuo, cum authoritas ſuſcipiendi bellum ſit in principe, vt in c. quod culpatur. xxiii. q. i. Erit ergo authoritas principis in loco; quia ſi de toto, de parte, ſeu circunſtantiis belli. argu. ff. de pact. l. iuris gentium. §. qui iubet iudicare. Et credi oportet experto in arte bellandi. arg. ff. de ventre inſpici. l. i. in principio. Et parendũ eſt ei in his, quæ ad bellum pertinent. ff. de re mili. l. iii. §. in bello; quia Scipio Africanus (vt expertus) noluit pugnare in Italia, ſed traiecit bellum in Africam, ſic Agathocles Rex Chartaginem, ſic Metellus in Hiſpaniam recedens de obſidione Trebiæ alias regiones petendo. Et inter aſtutias, & ſtratagemata præliorum vna principalis eſt non bellare in domo propria, ſed potius inuadere hoſtem in domo ſua, vt animos hoſtium contundat prius, quia in primis finibus arcandus eſt hoſtis, dicit Seneca in libro primo de ira. ii. carta. Et principum exempla ſequenda ſunt, vt ff. ad Trebell. l. apud Iulianum. §. Antiſtia. Et poteſt princeps deſiſtere a bello contradicentibus ſubditis, quia apud eum ſicut mouendi bellum, ita & deſiſtendi a bello reſidet autoritas. Cauſa vero iuſta, authoritas, aut intentio recta ſi de fuerit in bello, non bellum, ſed inuaſio de facto, cedes, rapinæque eſt per ea, q̃ ſuperius dixi. Et licet præſentia Dei ſit vbique, tamen in iuſto bello ſolet adeſſe certantibus pro iuſtitia per ſpecialem conſeruationem, & protectionem ipſorum. ita Nicolaus de Lira in c. xx. Deuteron. Sed in imperatore ſemper præſumitur legitima cauſa, iuxta notata per legiſtas in l. præſcriptione, & in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. publi. & per canonis. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſti. Et quando bellum ſit indictum ex edicto imperatoris, eſt proprie bellum, quia in imperatorem eſt translata omnis iuriſdictio populi Romani, ut in l. hoſtes. ff. de capti. & in l. hoſtes, de verbo ſigni. Et ſiquis diceret, imperatorem non eſſe dominum, & monarcham totius orbis, forte eſſet hæreticus. ita Bart. in l. hoſtes, de capti. Sed ad occiſionem, ſeu membri debilitationem clericus procedere non debet pro defenſione rerum: & hoc ſentit Innocen. in c. ſi vero. i. de ſententia excomm. & text. in c. qui poteſt. xxiii. quæſt. iii. non ligat clericos, quia, vt dicitur in præſenti c. clericale officium reddit clericos inhabiles ad pugnandum. Sed bene poteſt clericus obuiare ſine occaſione, ſed faciat omne illud, quod in ſe eſt, ſine occiſione, & membri mutilatione, & ſine exercitatione armorum, quia in perſona Petri, vt diximus, prohibitum fuit clericis. Et ſi clericus celebrans inuaditur, iuſte dimittit celebrationem, & ſi defendendo ſe occidit aggreſſorem, poteſt in continenti redire ad altare, ac officium perficere. ita Panorm. in cap. clerici, de uita. & honeſta. clemen. Et clericus iudicium exercens ab officio, & beneficio deponitur, vt in cap. clericus, & c. ſententiam, ne cleri. uel monachi. ideo aduertant Pontifices, quia Moyſes ad bella non uadit, v. dicit diuus Hieronymus in Leuitico, transumptiue in c. ſi quis xxxvi. diſtin. vbi litera dicit, Siquis vult Pontifex eſſe non tam uocabulo, quàm merito imitetur Moyſen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de eis? quòd non diſcedunt de tabernaculo domini.

Quid

Quid autem ei opus erat?vt aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret:hæc duo ſunt Pont.opera,vt à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas,& ſæpius meditando:aut populū doceat ſed illa doceat,,quæ à Deo ipſe didicerat, non ex proprio corde, oel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet.eſt & aliud opus,quod fecit Moyſes.ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos,ſed quid facit?orat,& donec orat,vincit populus eius.ſi relaxauerit,& dimiſerit manus,populus eius vincitur, & fugatur. oret ergo ſacerdos eccleſiæ indeſinenter, vt uincat populus, qui ſub ipſo eſt,hoſtes inuiſibiles Amalechitas,qui ſunt demones.itaque Moyſes in bello pro veritate fidei,licet eſſet præſes non vadit ab bellū,nec pugnauit.ſed qui bellis interfuerūt,poſſunt fieri clerici,ſi interfuerint in bello licito,nec interfecerunt,aut mutilauerunt, aut præſtiterunt cauſā mortis; & in tali caſu diſpenſatione non indigent.ſi vero aliquis interſit bello illicito, & ibi homines ſunt occiſi,etiam ſi non per illum, imputabitur illi propter culpam præcedentem;& ita nō poterit promoueri, vt in c.vltimo.xv,q6.i.& c.præſentium, de cleri.percu.& c.contiuebatur, de homi.ſed credo cum talibus epiſcopos poſſe diſpenſare, dummodo nec mors, nec mutilatio fuerit ſubſequuta,ſcilicet per illos promouendos,argu.c.i.ii.de cleri.pug.in due.vide de iſta materia in c.xvi. Item bellica exercitia impediuntur clericis propter ſpecialem rationem.nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris miniſteriū,in quo ſub ſacramento repræſentatur paſſio Chriſti,ſecundum illud,i.ad Corinthi.c.xii. quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,mortem domini anuntiabitis,donec veniat.& ideo non competit eis occidere,uel effundere ſanguinem,ſed magis eſſe paratos ad propriam ſanguinis effuſionem pro Chriſto,vt imitentur opere,quod gerunt miniſterio.Et propter hoc fuit inſtitutum,vt effundentes ſanguinem,& etiā ſine peccato,ſint irregulares.Vnde clericis non licet omnino bella gerere, quæ ordinantur ad ſāguinis effuſionem.vt in c.nimirum,& c.reprehenſibile.xxiii.q.viii.& c.miror cū duobus ſequenti.& c.de his clericis,& quaſi per totam.l.diſtin.Et aduerte,quia tex.in c.clericum.l.diſtin.dicit, quòd clericus,qui paganum occidit,ad maiorem gradum peruenire nō poteſt.Sed ſi clericus nō poteſt mortem aliter vitare,poteſt impune occidere ſuum aggreſſorem,vt dixi. Et aduerte, quia iſta neceſsitas debet eſſe ineuitabilis; nam potius aggreſſor videtur ſe ipſum occidere, quàm ab aggreſſo occidi,vt probatur in clemen.ſi furioſus,de homi. & ideo nullum peccatum incurrit. Et vtrum epiſcopi,ſiue ſacerdotes licite poſſint intereſſe in bello, vide Cardinalem ſancti Sixti in c. ſi quis vult.xxxvi.diſtin.Et papa etiam excommunicationi ſupponit, & excommunicati ſunt prīcipes,& alii,qui cum Saracenis tēpore guerræ aliquod habent cōmertium, vel eis præſtāt ſubſidium,vel cōſilium.Et nō ſolum ſunt excōmunicati,verum etiam iram dei viuentis incurrunt,vt in c.quòd olim,de Iudæis.Et cum proceditur ad correctionem peccati,nō eſt facienda diſtinctio inter magnum,& paruum;in modo tamen coercendi,& puniendi,& in generibus pœnarum bene fit differentia,vt in l.ſeruorum.ff.de pœnis.opti.tex.in c.qui cōtra.xxiii.q.i.Vbi habetur;Qui cōtra eccleſiæ pacem ſunt,ſi dignitatem,aut cingulum militiæ habēt, nudetur eis.facit tex. in c. homo Chriſtianus.xl.diſtin.vbi dicitur,quòd qualitas delinquētis aggrauat delictum.& ſcriptū eſt in lege diuina;Ita magnum iudicabis,vt paruum . Ideo legitur in c.nouit, de iudiciis, ꝙ papa poteſt ꝓcedere cōtra reges ratione peccati,maxime ratione piurii,vel pacis fractæ,vt in illo tex. ꝓceditur cōtra Regem Francorum,& debet cōpellere reges ad cōcordiam, & ad pacem reformādam,ſeu ad treguas ineundas,vt in c.placuit.x.diſt.vbi dicitur; Qui inimicitias deponere pnicioſa intētione noluerit,de eccleſiæ cætu iuſtiſsima excōmunicatione repellantur.Et inter reges maxime circa pacem,& iuramētum ſpecialius cognoſcit eccleſia,quia pax eſt vinculum charitatis,& ideo vt pax habeatur,debet geri bellum,præcipue ex negligentia papæ;quia quando principes diſcordant,debet compellere eos(vt dixi)ad pacem,ſeu ad treguas ineundas.& de hoc habetur latiſſime per docto. in d.c.nouit.Et ſi dux,vel Marchio facit bellum contra eccleſiam,captus non poteſt teſtari,quia dicitur captus ab hoſtibus populi Romani.ita Bar.in l.qui à latronibus.ff. de teſtam.& etiam contra infideles papa poteſt mouere bellum,& cōcedere Indulgentias pro recuperatione terræ ſanctæ.Inno.in c.quòd ſuper,de voto.& in c.omni timore.xxiii.q.viii.dicitur;Cœleſte regnum à deo conſequitur,qui pro defenſione Chriſtianorum moritur. Idem legitur in c. omnium.xxiii.q.v.vide etiam tex.capitu.ſi.de pœ.diſt.v.Tertio requiritur in bello,vt ſit intētio recta,vel vt bonū ꝓmoueatur,vel vt malum vitetur.vnde Auguſtinus in libro de verbis domini ait;Apud veros dei cultores etiam ipſa bella pacata ſunt,quæ nō cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio gerūtur,vt mali coerceantur,& boni ſubleuentur.Et ad rectitudinem intentionis dicit tex.in c.quid culpatur.xxiii.q.i.Nocendi cupiditas,vlciſcendi crudelitas,implacatus,atq; implacabilis animus,feritas rebellādi,libido dominādi,& ſiqua ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis culpātur.Ideo ioānes(vt dixi)nō iubet diſcedere ab armis.Et Chriſtus tributa Cæſari monet reddi; quia propter bella neceſſario militi ſtipendiū præbetur.Poteſt autem contingere, vt ſit legitima cauſa,& iuſta, & authoritas indicentis bellū,nihilominus ꝓpter prauamītentionem bellum redatur illicitū.Ideo dicit Aug.ad Boniſa.Bellū autem debet eſſe neceſsitatis, vt liberet deus a neceſſitate,& conſeruet in pace.Non quæritur pax,vt bellum exerceatur,ſed bellum geritur,vt pax ac-

quiratur. Bellum non contrariatur paci, quia illi, qui iuſta bella gerunt, pacem intendũt. Eſto ergo bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas; beati enim pacifici, ait dominus; quoniã filii dei vocabuntur. Itaque hoſtem pugnantem neceſsitas præmat; non voluntas; ſicut bellanti, & reſiſtenti violentia redditur. Habetur tota iſta litera Auguſtini in c. noli exiſtimare. xxiii. q. i. & c. militare, ideo enim bellamus, vt ſine iniuria ĩ pace viuamus. Et de hoc vidẽ tex. in c. ad Apoſtolicæ, de re iudi. lib. vi. & c. debitores, de pignori. Et aduerte, ꝙ ſiquis vult mouere bellum contra habentem ſuperiorem, non poteſt, niſi primo requiſito ſuperiore, vt de tali ſubdito miniſtret iuſtitiam. Qua denegata ſibi licite poteſt mouere bellum. ita Inno. in c. dilectus, de appella. & vide de hoc docto. in c. olim, de reſti. ſpoli. Et aduerte, quòd ſi ille, contra quem volunt mouere bellum, non recognoſcit ſuperiorem, ſi eſt paratus ſtare iuri, vel iudicio arbitrorum, vel bonorum virorum, non debent contra talem mouere bellum; quia bellum (vt dixi) debet eſſe neceſsitatis; & illa bella pacata ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur; vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur, vt dixi. Sed aduerte, quòd pro defenſione ſua, & rerum ſuarum omnibus eſt licitum mouere bellum, nec dicitur proprie bellum, ſed defenſio. ita Inno. in c. olim, de reſti. ſpoli. in ii. colum. & cum hoc à iure ſit conceſſum, non eſt authoritas principis neceſſario, & quando quis eſt eiectus, antequam ad aliena negocia diuertat; licitum eſt ſibi impugnare. ff. de verbo. oblig. l. continuus. C. vnde vi. l. i. l. prohibitum, de iur. fiſci, libro x. cum ſimilib. Cauſa verò iuſta, aut intentio recta, aut authoritas ſi defuerint in bello, nõ bellũ, ſed inuaſio de facto, cædes, rapinaque eſt. Itaque militantibus in bello iuſto præmium conceſſum eſt, ſi certum eſt eſſe iuſtum, quia (vt dixi) in bellicis armis multi deo placere poſſunt. Sed militare in bello iniuſto ex propria ratione cõſtat eſſe peccatum, ſi certum eſt eſſe iniuſtum; ſi verò certum non eſt, ſubditi principis exercentis bellum excuſantur, dicente Auguſtino in c. quid culpatur. xxiii. q. i. Vir iuſtus, ſi forte etiam ſub Rege, & homine ſacrilego militet, recte poteſt illo iubẽte bellare, ſi quod ſibi iubetur, nõ eſſe contra dei præceptum certum eſt; vel verum ſit, certum nõ eſt. Excuſatur ergo ſubditus in bello, de quo neſcit, an ſit iuſtum, ratione obedientiæ. Et vniuerſalis ratio, quare obedientia in dubiis excuſat, eſt; quia non eſt ſubditorum diſcutere conſilia diffinitioneſque dominorum ſuorum; ſed præſumenda ſunt iuſta, niſi manifeſtam cõtineant iniquitatem. ita tex. in d. c. quid culpatur, & in c. quid ergo. xi. q. iii. Ita quando Rex pro libito voluntatis inuadit prouintias, vel regnum alterius, & non fauore Reipublicæ, neque ſubditi, neque vaſalli tenentur eũ ſequi ad bellandum (vt dixi.) & eſt tex. in c. de forma fidelitatis. xxii. quæſt. v. tenet. Panor. in c. ſicut. iii. de iur. iuran. ad finem. Quia plus deum, quàm hominem timere debemus, vt in c. nõ enim. & c. ſi dominus, & c. qui reſiſtit, & c. Imperatores, & c. Iulianus. xi. q. iii. vbi legitur, quòd Imperator Iulianus apoſtata habebat ſub ſe Chriſtianos milites, quibus cum dicebat, producite arma cum defenſione Reipublicæ, obediebant ei. cum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc recognoſcebant Imperatorem cœli. & vide tex. in c. i. in titu: hic finitur lex, in vſi. feudo. vbi dicitur, quòd vaſſallus debet iuuare dominum in bello iuſto, quod infert dominus; vel alius ei infert iniuſte. idem ſi ſit incertum. & dubium. Et ſi certum eſt, bellum eſſe iniuſtũ non debet iuuare dominum; nam bella iniuſta ſunt quædam latrocinia, vt per tex. & docto. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Et præſtare auxiliũ ſceleratis prohibitum eſt, vt in l. per omnes. C. de defenſo. ciuita. Nec excuſatur ꝓpter timorem amittendi feudum, vel incurrendi damnum aliud tẽporale, per ea, quæ ſuperius dixi, & per tex. in c. ita ne. xxxii. q. v. vbi habetur; Potius quælibet mala tolerare decernat, quàm malo cõſentire. Sed vaſſallus, qui non habet feudum, tenetur etiam adiuuare dominũ in bello iuſto, quãdo dominus ꝓuocatur ad bellum. de quo vide Innoc. in c. ſicut iii. de iureiur. & vide Lucam de Penna in ti. ne ruſticani ad vllum obſequium deuocẽtur, lib. xi. & ibi etiam dicit, quòd quando Rex habet iuſtum bellum, poteſt conuocare vniuerſum populum ad iuuandũ eum. & ego allego tex. ſingu. in l. nullus. ii. & ibi Bar. ff. de angar. & perangariis; & curſu publi. lib. xii. Sed vaſalli feudatarii ſpetialiter tenẽtur iuuare, & defendere dominum in prælio campeſtri iuſto, & pro domino pugnare; alias feudo priuãtur. Idem erit, ſi dimiſerint dominum morantem in ipſo prælio vulneratum non ad mortẽ, & receſſerint ab ipſo prælio. tex. eſt in c. i. qui. mo. feu. amitta. quia vaſſallus non debet dimittere dominũ in prælio, etiam ſi illa dimiſſio non fuerit domino nociua. Et etiam vaſalli tenẽtur iuuare dominũ, quãdo guerra eſt extra regnũ, quia vbi eſt Rex, ibi eſt territoriũ ſecũdum And. & Bal. & Matth. de Afflict. in d. c. i. vbi etiã dicunt, quòd Rex poteſt accedere extra territoriũ ꝓ vindicãda iniuria commiſſa in ſuum ſubditũ, & bellum iuſtũ dicitur, ſi princeps vult facere guerrã ꝓ defenſione regni ſui extra territoriũ. ita Matth. de Afflict. in tit. quæ ſit pri. cau. bene. amitt. in vſib. feud. Sed nec ille, qui incæpit iuuare dominum in bello iuſto, etiam ſi non ſit vaſallus, non poteſt eum relinquere ſine eius conſenſu. ita Matthe. de Afflict. in d. c. i. Et eſt tex. in l. nihil naturale. ff. de reg. iur. & no. in l. hæredes palam. §. ſi quid. ff. de teſtam. & ſuperius in iſto. c. dixi latiſsime, quòd vaſallus tenetur iuuare dominum in bello iuſto extra regnũ. ibi videte. Et circa vaſſallos vide infra in c. vi. vbi dicitur, quòd qui iuſtũ bellum mouet, nõ ſolum ab hoſte, ſed etiam à ſubditis eũ iniuſte iuuãtibus poteſt ſpolia capere.

& per-

& pſonas,& ſubditi non excuſantur.Non excludo a ſubditis milites illos mercennarios, qui ſub continuis ſtipendiis alicuius degunt tam pacis,quàm belli tẽpore: hi ſiquidem tanquam ſubditi habendi ſunt. Faciamus ergo differentiam inter extraneos, qui tẽpore dubii belli inneniuntue priua ſtipendiati ad bellica exercitia,& illos,qui tunc conducũtur; nam primi reputãtur tanquã conducti ad iuſti belli miniſterium,& ordo ſeruiendi,quo ſubeſſe regi noſcuotur,facit,vt noo ſit eorũ diſcutere de iuſtitia belli.Secundi autem ſimiles ſunt illis,qui ſub dubio iudice conduci vel lent,quos conſtat non tute exponere ſe periculo iniuſtitiæ exercendæ. Qui autem ſiue ſubditi,ſi ue nõ ſubditi audito belli nomine domino ſpetialiter non iubẽte,non curãtes de belli iuſtitia ad pecuniæ ſonitum currunt extra conſcientiæ ſcrupulos,ſunt in ſtatu damnationis æternæ, donec reſipiſcant,ſicut qui currũt ad clades,& prædas non ſoliciti de iuſto, vel iniuſto bello. ita Cardi. ſancti Sixti in ſua ſumma de peccatis ſcribẽdo de bello.Sed intellige ſemper, quòd boni vaſſalli, & ſubditi etiam non vocati multoties audito belli nomine currunt ad bellum, qui oon tenentur diſcutere, vt iam diximus,conſilia dominorũ,& Regum.& de volnntate taliũ nos non poſſumus iudicare;ideo iudicet ille,qui nihil ignorat,qnia bella dominorum præſumẽda ſunt iuſta,niſi manifeſtam contineãt iniquitatem,& non eſt ſubditorum diſcutere, vt diximus, ſecreta, & conſilia dominorũ.Et multæ ſunt aliæ cauſæ,propter quas princeps poteſt iuſtum bellnm indicere. Prima eſt cõtra prouintiam,in qua p idololatriam blaſphematur deus,vt in c.xii.Deuteronom.vbi legitur;Subuertite omnia loca,in quibus coluerunt gentes deos ſnos;diſſipate aras earum,& confringite ſtatuas,& diſperdite idola,& nomina eornm de locis illis. Secunda ſi à dei cultu recedatur,vt Deuteronom.c.xiii.vbi legitur;Si ſurrexerit in medio tui propheta,& dixerit tibi;Eamos, & ſequamur deos alienos;propheta ille interficietur, quia loquutns eſt, vt vos auerteret à domino deo veſtro, Tertia,ſi fidelitas temporalis domini deſeratur,vt Regum.iii c.xiiii.vbi tres Reges fuerunt congregati contra Regem Moab,quia noluit ſoluere Regi Iſrael centum millia agnorum,& centum millia arietum cũ velleribus ſuis,quæ ſolitus erat ſoluere Regi Iſrael; & præuaricatus eſt fœdus,quod habebat cum dicto Rege,recedendo ab eo;cuius occaſione Rex Iſrael recẽſuit vniuerſum Iſrael,miſitque ad Ioſaphat regem Iuda dicens;Rex Moab receſsit à me, veni mecum contra eum in prælium,&c. Quarta,ſi rebellio moueatur contra dominum,vt ii.Regũ.c. xx.vbi legitur,quòd Seba leuabit manum ſuam contra regem Dauid, & Ioab oppugnabat eum in Abella,& obſeſſa eſt vrbs.Et omnis turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur deſtruere muros; ſed mulier ſapiens exclamauit,& dixit; Ecce caput Sebæ,& proiecerunt ad Ioab. Et ille cecinit turba,& receſſerunt ab vrbe vnuſquiſque in tabernacula ſna. Ioab autem reuerſus eſt Hieruſalẽ ad Regem.ſuit ergo Ioab ſuper omnem exercitum Iſrael. Quinta,ſi malefactor defendatur, vt in lib.Iudicum.c.xx.vbi legitur de pugna totius Iſrael contra tribum Beniamin,quia noluerunt tradere homines de Gabaa poſt flagitium perpetratum contra vxorem viri Leuitæ,ſed ex cunctis vrbibus,quæ ſortis ſuæ erant,conuenerunt in Gabaa,vt illis ferrent auxilium contra vniuerſum populum Iſrael.Sed poſt pugnam non ſuperfuerunt de tribu Beniamin niſi ſexcẽti viri;quia vigĩti quinque millia mortui ſunt,vt in d.c.legitur. Sexta,ſi iniuria fit principi,vel eius legato irrogetur,vt in ii.libro Regum.c.x.vbi legitur de nũtiis Dauid;quibus Rex Hamon fecit radi dimidiã barbam,quod cum audiſſet Dauid,miſit Ioab,& omnem exercitum bellatorũ contra Regem Hamon.& ibi legitur de pugna,& victoria Ioab contra Hamon,& Syros.Sed ſi orator iniuſtam legatiam exercet,bene poteſt offendi,itaq; ſi aliquis Rex ex Chriſtianis mittat oratores principi tẽpore guerræ in detrimẽtum religioois,non eſt eis indulgẽdum,neq; principi ſuo, quia non debẽt obedire domino in rebus illicitis,neque excuſantur propter timorem amittẽdi bona, vel incurrendi damnum aliud tẽporale,p tex.in c.ita ne.xxxii.q.v.vbi habetur;Potius quælibet mala tolerare decernat,quàm malo conſentire;quia plus deum,quàm hominem timere debemus.c.de forma.xxii.q.v.facit tex.in c. iulianus,& c.non enim,& c.ſi dominus,cum ſimi.xi.q.iii. item poteſt princeps iuſtũ bellum indicere,vt liberetur à ſolutiooe iniuſti tributi,vt in c.viii. Regum.ii. vbi legitur de victoriis Dauid,qui tulit frenum tributi de manu Philiſtiim,& humiliauit eos. item poteſt princeps iuſtum bellum indicere,vt amicus ab hoſtibus eripiatur,vt Geneſ. xiiii. vbi legitur de pugna,& victoria Abrahæ liberãtis Loth extra territoriũ ſuum.Et ideo dicit And. de Iſer. in ti.hic finitur lex Federici.c.domino guerram,quòd p recuperanda re ſubditi Iniuriati, & pro recuperanda pſona ſubditi,ſi captus eſt, poteſt dominus iodicere bellum, & debet conſtare per notorium facti permanẽtis,quod habetur pro vera probatione,vt in c.euidentia, de accuſa. & in c.manifeſta.ii.q.i.Et quòd princeps poſsit indicere bellum pro recuperãda libertate ſubditi,tex. eſt ſing.& vnicus in iure in aucten.vt liberti de cætero.§.hæc ſimiliter.col.vi. Item princeps poteſt indicere bellum pro recuperandis finibus regni occupãtis, vel turbatis,nam fines nõ poſſunt præſcribi,& ante aduẽtum Chriſti prouintiæ erant limitatæ,vt in c.i.xcviii.diſtin. Sed bella non erãt iuſta pro eecuperãdis finibus,ſi mouens bellum per trecentos annos nihil ſuper recuperatione tẽtauit.ad hoc allego tex.peregrinum in lib.Iudi.c.xi.vbi legitur pugna filiorum Amon cõtra filios Iſrael. Item iuſtum bellum inuenitur motum in ſacra ſcriptura contra illum,per quem ho

Vtrum liceat bellantibus vti inſidijs. *Cap.* XLIII.

ET vtrum liceat bellantibus vt inſidiis,dico,qnòd cum bellum iuſtum ſuſcipitur,nihil ad iuſtitiam intereſt,vtrum aperte pugnet aliquis,an ex inſidiis;& hoc probatur authoritate domini,qui mandauit Ioſue,vt inſidias poneret habitatoribus ciuitatis Hay, vt habetur Ioſue.c.viii.Dupliciter autem aliquis poteſt falli,ex factn,vel ex dicto alterius;vno modo ex eo, ꝙ ei dicitnr falſum,vel non ſeruatur promiſſnm;& iſtud ſemper eſt illicitum, & boc modo nnllus debet hoſtes fallere;quia fides etiam hoſti ſeruãda eſt,contra quem bellum geritur.c.noli. xxiii.q.i.& per Bar.in l i.ff.ad l.Iu.maieſta.vbi loqnitur etiã late de ſecuritate data.Et enim ſunt quædã iura bellorum,& fædera etiam inter ipſos hnſtes ſeruanda.vide Ambro.in libr.de offi. Alio modo aliquis poteſt falli ex dicto,vel ſacto nnſtro;quia ei propoſitum,aut intellectũ non aperimus. Hoc autem ſemper ſacere nnn tenemur,quia etiam in doctrina ſacra, multa ſunt occultanda,maxime infidelibus,ne irredeant,ſecũdum illud Matth.vii. Nolite ſanctum dare canibus. Vnde multo magis ea,quæ ad oppugnandnm inimicos paramus,ſunt eis occultanda.vnde inter cætera documenta rei militaris hoc præcipue ponitur de occultandis conſiliis,ne ad hoſtes perueniant; & talis occultatio pertinet ad rationem inſidiarum,quibus licitum eſt vti in bellis iuſtis,neque iuſtitiæ repugnant,& legitur in c.dominus noſter.xxiii.q.ii.Cum antem iuſtũ bellum ſuſceperit;vtrũ aperte pugnet,an ex inſidiis,nihil ad iuſtitiã intereſt.& vide tex.in c.vtilem. xxii.q.ii.& l.nihil intereſt.ff.de capti.& puſt.reuer. Et in bello licito licitum eſt in diebus feſtiuis bellare, quia legitur in primn libro Macha.c.ii. Cogitauerunt laudabiliter Iudæi dicentes; Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello, in die ſabbatorum pugnemus aduerſus eum; quia obſeruatio feſtorum non impedit ea, quæ ordinantur ad bominis ſalutem etiam corporalem. Vnde dominus arguit Iudæos dicens Ioann.vii. Mihi indignamini, quia totum hominem ſaluum feci in ſabbato. Inde eſt; quòd medici licita poſſunt medicare bomines in die feſto; multo autem magis eſt obſeruanda ſalus reipublicæ, per quam impediuntur occaſiones plurimorum, & immunera mala temporalia, & ſpiritualia, quàm ſalns corporis vnius bominis. Et ideo pro tuitione reipublicæ fidelium licitum eſt iuſta bella exercere in diebus feſtiuis; ſi tamen hoc neceſsitas expoſcat. Hoc enim eſſet tentare deum, ſiquis imminente tali neceſsitate à bello deſiſteret. Sed neceſsitate ceſſante non eſt licitum bellare in diebus feſtiuis propter rationes inductas. Et Hoſtien. & Ioan. Andre. in c.i.de tregua, & pace, dicunt; Die iouis non eſt bellandum prnpter aſcenſionem domini in cælum; neque die veneris propter reuerentiam paſsionis, neque die ſabbati, quia eo die diſcipuli latuerunt propter metum Iudæorum, & corpus Chriſti latuit in ſepulcbro; neque dominica propter honorem reſurrectionis. quod limitatur per ea, quæ ſuperius dixi, niſi cauſa neceſsitatis ſuperueniente. & eſt text.in c.ſi nulla. xxiii. quæſt.viii. vbi dicitur; Si nulla vrget neceſsitas non ſolum quadrageſimali tempore, ſed etiam omni tempnre eſt à præliis abſtinendum; ſed neceſsitate inſtante etiam in quadrageſimalibus diebus bellum inire licet: quia neceſsitas legi non ſubiacet, vt in c.ſiquis propter neceſsitatem, de furtis.& c.diſcipnlos, cum ſimil. de conſecra. diſtinct.v. Et in l. penul.ff.de feriis, dicitur, quòd militaris diſciplina poteſt die feriata fieri. Et in actu militari debet miles præcedere dnctorem, ſed in actu doctoreo indifferẽti doctor debet præcedere militem,quia regens eſt nobilius recto.l.iubemus, in fine.C.de epiſco.& cler.ſed leges regunt miniſterium militare.l.leges.C.de legi.& vide Marti. in tractatu de dignitate in vi.vol.fo.69.

De reuocatione belli. *Cap.* XLIIII.

ET vtrum habens iuſtum bellum teneatnr deſiſtere à bello hnſte iniquo offerente ſatisfactionem? dico, quòd in boc diſtinguamus tria tempora belli ſecundum Cardi.ſancti Sixti ſcilicet principium, medium, & quaſi finem; nam in principio belli, hoc eſt poſtquàm bellum eſt indictum,& congregatum,ante tamen conflictum,ex quo vindictæ negocium ad buc eſt integrum,tenetur princeps admittere ſatisfactionem,& reuocare bellum.Et ratio eſt, quia bellare non eſt voluntatis,ſed neceſsitatis,vt in c.nnli.xxiii.quæſt.i.In propoſito autem ceſſat neceſſitas belli,ex eo quod offertur ſatisfactio re adhnc exiſtente integra, nam finis belli eſt conſeruatio ſui ipſius,& bonorum; & ſuſcipienda bella ſunt quidem ob eam cauſam,vt ſine iniuria in pace viuatur; cum finis belli ſit pax,& tranquilitas vniuerſi,vt in c.noli.xxiii.quæ.i. nam aliter prĩceps debet eſſe pacificus, quantum in ſe eſt,vt in c.verba.xi.q.iii.Sed eſto ſanus lector, & intellige de ſatisfactione plena, hnc eſt non ſolum iniuriæ, ſeu rerum, ſed ſumptuum, & damnorum. Nam poſtquam ſemipreliatum eſt,& mortes hominum hinc inde interceſſerunt,non tenetur habens iuſtum bellum reuocare bellnm. propterea quia hoſtis nunc offert ſatisfacere, & ratio eſt, quia babens iuſtum bellum gerit perſonam iudicis criminaliter procedentis. Et quòd gerat perſonam iudicis, patet ex eo, quòd prælium iuſtum eſt actus vindicatiuæ iuſtitiæ, quæ proprie

eſt virtus principis,ſeu iudicis,non eſt enim priuatæ perſonæ opus vindicare;tex.eſt in c.nō fru-
ſtra.& c.ſi homicidium, & c.miles, xxiii.q.v.& in c.dominus noſter, & c.iuſtum eſt bellum.xxiii.
q.ii.vbi dicitur;iuſte bellare eſt iuſte iudicare;ſcriptum eſt enim;mihi vindictam, & ego retribuā,
dicit Dominus.quòd vero criminaliter procedat,patet ex eo,quòd procedit ad cædes,ad ſeruitu
tem perſonarum, & damnum rerum.per hæc omnia iuſtum bellum infert;quamuis hodie à ſerui
tute inter Chriſtianos abſtineatur de conſuetudine,cui ſtandum eſt,vt dixi allegando Barto.in l.
hoſtes,de capti.& poſt.reuer.manifeſtatur quoque idem,quòd habens iuſtū bellum nō eſt pars,
ſed ipſa ratione, & neceſsitate ad bellum efficitur iudex hoſtium ſuorum,vt in d.c.iuſtum eſt bel-
lum,& c.Dñs noſter.xxiii.q.ii.ex eo,quòd eadem ratione poteſt princeps in perturbato res ſuæ
reip.intraneos,& extraneos vti gladio propria authoritate.ſ.ex ratione perfecta reip.nō.n.eſt pfe
cta reſpub.cui de eſt poteſtas vindicatiua,iuſtitia mediante,ſiue contra perturbatores reipublicæ
intrinſecos,ſiue extrinſecos.Et niſi ſic eſſet,cum par in parem non habeat imperium,bella omnia
iniuſta eſſent, niſi defenſiua.qui igitur habet iuſtum bellum, gerit perſonam iudicis procedentis
ſecundum vindicatiuam iuſtitiam aduerſus extraneos perturbatores reipublicæ;& ī medio belli
iam effectus eſt dominus cauſæ nō exiſtente amplius integro negocio vindictæ;& poteſt,niſi mi-
ſericordia vti velit, perſequi bellum, & vindicatiuam exercere iuſtitiam gladio bellico.ſibi autem
hoſtis imputet,quòd reduxit ſe ad eū ſtatum, in quo iuſtitia vindicatiua poteſt ab alienis cōtra ſe
exerceri;fuit enim in poteſtate ſua offerre prius ſatisfactionem.& quòd habens iuſtā cauſam bel-
landi efficiatur iudex hoſtium ſuorum,tex.eſt in d.c.iuſtum eſt bellū,& c.dominus noſter.xxiii.
q.ii.& ſic patet;quòd ex arbitrio principis iuſte bellantis pendet continuatio belli, cum bellum
eſt quaſi in fine,licet offerant ſatisfacere.& ſi princeps non haberet copiam ſuperioris,poteſt præ
parare bellum contra ſubditos ſuos inobedientes, & contra alios.l.ſi alius.§. belliſsime.ff.quod
vi, aut clam.facit tex.in l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.credi.ſed mouentes guerrā te-
nentur de omnibus malis,quæ exinde ſequuntur, niſi guerra fuerit licita. Quia qui cauſam mali
dat, & c.quando cauſa eſt coniuncta damno;ſecus ſi cauſa eſſet multum remota.l.ſi mulier.ff.de re
rum amo.& per Bald.in c.ſicut,de teſti.& ſi mouens iuſtum bellum conduxerit milites pretio,ut
hodie faciunt principes;ſi miles amiſerit equos,& arma,nō tenetur princeps emendare.ita Inno.ī
c.ſicut.iii.de iur.iura. & Anto.in c.olim, de reſti.ſpoll.vide etiam Bar.in l.i.C.de re mili.& Bald.
in l.ſi.C.de cond.inſer.& videbis longam,& optimam diſtinctionem Saliceti in l.quoniam.C. ad
l.Iuli.de vi.pu.in viii.colum.in libr.meo.ſed commodatarius, qui commodat equum,vel arma ad
bellū,ſi amittantur,non competit ei actio ad ea repetenda.& hoc erit eadem ratione,quia nō ex-
ceſsit fines contractus;nec conductor tenetur locatori, quia locator debet eſſe contentus mercē-
de ſua,dummodo conductor non commiſerit dolum, vel culpam:commodatarius etiam non te
netur, niſi de dolo, & lata culpa, vel leui, & leuiſsima.de quo vide Inno.in d.c.ſicut.& late per
Anto.de Butrio in d.c.olim,de reſti.ſpoli.& ſi alicui fit guerra iniuſta, amici eius etiā non vocati
poſſunt eū iuuare.Bald.in c.ad Apoſtolicæ, de re iudi.vide Bart.in l.prohibitum, de iur.fiſci.libr.
x.& in l.vt vim,de iuſti.& iure.ſed quando bellum eſt iniuſtum, inferens tenetur ad reſtitutionē
omnium damnorū illatorum.c.in noſtra, de re iudi. Innocen.in c.ſi.quod met.cau.Bal.in l.ii.C.
de ſen.quæ pro eo, quòd inte. ſed ſi aliquis acceſſerit ad bellum non vocatus, animo obligandi
principem, aget neg.geſt.l.ſed an vltro.ff.de neg.geſt.& quod vtiliter eſt geſtū nomine alicuius,
quis cogitur habere ratum. ita Bar.notanter in l.Pomponius.ff.de neg.geſt. Quid de accedenti-
bus propter gloriam conſequendam,quia non accedit animo gerendi negocia aliena,immò pro-
pria, licet in vim conſequentiæ alterius negocia gerat?nulla actio tali competit. ita Ioan. de Lig.
an tractatu ſuo de bello.argum.glo.in l.ſi finita.§.ſuam.ff. de dam.infect.idem, ſi geſsiſſet aliquid
ex neceſsitate. vt concludit Barto. in l.cōtem.§.fina.in fi.ff. de publi. & in l.damni.§.ii.ff.de dam.
infect.& eſt glo.in l.ſupra iter.§.Caſsius.ff.de aqua plu.arcen. de his, qui accedunt animo prædā-
di,non eſt dubium,quòd talibus non competit actio:cum ſuper facto turpi nulla inducatur obli
gatio,ff.de verb.oblig.l.veluti;& l.generaliter. & l.ſi plagi. Aduertendum tamen eſt, quòd ſi ali-
quis præparauit exercitum ſine iuſſu ſuperioris,incidit in crimen læſæ maieſtatis. Bar.in l.ii.ff.ad
l.Iul.mai.& duellum eſt de iure prohibitum.cap. porrò. & ibi glo.de pug.in duel.ſed ſi tempore
guerræ aliquis in ſe ſuſcepit cuſtodiam,& caſtrum,videtur in ſe ſuſcipere caſum fortuitum, etiam
ſi per vim auferatur;& hoc ex natura eius, quod in ſe ſuſcepit;quia cuſtodiam tempore guerræ ſuſ
cepit.Tene menti ſecundum Paul. in l.ea quidem .C.commod. Et Bart. in l.ſiquis.ff.locat. dicit;
Valet pactum, quòd quis teneatur de caſu fortuito.Et dominus, qui conceſsit caſtrum in feudū,
poteſt ponere cuſtodes in dicto caſtro tempore guerræ, domino caſtri inuito.tex.in l.ſicut lega-
tum.§.dominus.ff.de vſu, & habi.Auge. in aucten.nunc autem, de litigio.quod eſt notandum. &
non licet facere noua caſtra, neque incaſtellare vetera. de quo vide Inno.in cap. Piſanis, de reſti.
ſpo.& Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iu.& iu.Et eccleſia nō poteſt incaſtellari ad aliquem defendendū.
Archi.in c.ſanctorum patrum.x.q.i.ſed ad defenſionem bonorum,& eorum,qui in caſu licito ad
eam confugiunt incaſtellari poteſt. argum.de immuni. eccleſ. capit. cum eccleſia. Sed uocatus
ad

ad bellum iniuſtum non habet actionem mādati; quia ex re turpi nō contrahitur obligatio. inſti. manda. §. illud quoque. ff. mandati. l. ſi verò non remunerandi. §. reſcripti. l. ſi mandauero. §. qui eadem. & Anto. in d. c. olim, de reſtit. ſpoli. Vocati autem ad iuſtum bellum actionem madāti habent contra vocantem, niſi cauſa pietatis, vel humanitatis, ſiue parentelæ hoc fecerint. ff. de neg. geſt. l. Neuſenius; capit. nō inferenda. xxiii. q. iii. & cap. ſeq. & vide Inno. i c. ſicut. & late per Anto. in dicto cap. olim, de reſti. ſpoli. ſed milites conducti pretio non habent actionem mandati, vt ſuperius dixi, ſed ſi uocati ad iuſtum bellum acceſſerint, animo obligandi principem, dic, ut dixi.

Quia multoties inter principes exercituum tractatur de tregua, aliqua de ſecuritate treguæ dicemus. Eſt tregua ſecuritas perſonis, & rebus ad tempus præſtita, diſcordia nondum finita, vt in l. non dubito; & l. poſtliminium. §. induciæ. ff. de capti. & eſt tregua conuentionalis, & eſt tregua canonica. conuentionalis dicitur, de qua tractamus, quæ ex conuentione recipit formam, ſicut contractus quilibet. ff. depo. l. i. §. ſi conueniat. & ff. de reg. iu. l. contractus; & hoſti ſeruāda eſt; ut in c. noli. xxiii. q. i. Inno. xxii. q. iiii. quia graue eſt fidem fallere. ff. de conſti. pecu. l. i. & ſi duo Reges habuerunt inter ſe guerram, & dum faciunt pacem, apponunt pactum, quòd liceat alteri ſe vindicare, vel rumpere fœdera pacis, iſtud pactum, valet in caſu, quo eſſet permiſſum de iure. Bal. in aucten. ſacramenta puber. C. ſi aduer. vendi. in principio. & an tregua non ſit ſeruanda non ſeruanti fidem, nec conuentionem, nec iuramentum. Inn. in c. peruenit. ii. de iu iu. dicit; ſi duo aliquid ſibi ad inuicem iurauerunt, ſi vnus non ſeruauit iuramentum, nec alius tenetur ſeruare. & de hoc vide etiam Innoc. in c. venerabilem, de electio. vbi dicitur, quòd contra tale iuramentum poteſt quis propria authoritate contrauenire: quia in eo, quòd neceſſario defenditur, non eſt neceſſaria ſuperioris authoritas, vt ff. de leg. iii. l. fideicommiſſa. §. ſiquis illicite. Itaque ſi duo Reges habuerunt inter ſe guerram, & inter ſe fecerunt conuentionem treguæ iuramento interueniente, & vnus fregiſſet treguam, non tenetur alter ſeruare, quia frangenti fidem fides frangatur eidem. l. i. in fin. ff. de loco publi. & fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem a ſe præſtitam ſeruare recuſat; vt in reg. fruſtra, de reg. iur. in vi. Et eſt vnus caſus, in quo licitum eſt ſibi ipſi propria authoritate remittere iuramentum, vt per Inno. in d. c. venerabilem, de electio. præcipue ſi obſeruatio iuramenti tenderet in detrimentum Chriſtianorum, & pacis vniuerſalis; quia iuramentum non eſt obſeruandum, cum poſſit vergere in perditionem vitæ corporalis alicuius priuati, quanto magis in perditionem multorum, vt xxii. q. iiii. c. i. cum quatuor ſequent. Et pietas fuit, quod Dauid Nabal ſicut iurauerat, non occiderit; & licet a principio iuramentum eſſet licitum, & non vitioſum in natura ſui; ex cauſis tamen extrauenientibus fidem promiſſam ſeruari prohibetur. ita Ambr. in libr. de officiis, cuius verba ſunt canonizata in c. fin. xxii. q. iiii. & Panor. in c. ſi vero, de iureiur. Itaque eſt concluſio vera, quòd iuramentum non eſt obſeruandum, quando non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis corporalis, vel ſpiritualis. Sed Dux belli, qui hodie appellatur generalis, non poteſt facere pacem cum inimicis, nec treguam, vel indutias, vt per Iaſo. in l. conuentionum. ff. de pact. niſi tales indutiæ fierent ob neceſsitatem belli, puta vt cadauera ſepeliantur. & dicunt etiam doct. in c. i. de tregua, & pace; & in c. cum olim, de reſt. ſpol. Sed limitat Iaſ. in d. l. conuentionum, niſi talis capitaneus eſſet etiam locum tenens principis, cum omnia poſſit, ſicut ipſe princeps, ſecundum Bar. in l. i. §. a præfecto. ff. de leg. iii. in l. ii. poſt gl. ibi. C. de offic. eius, qui vicem alteri gerit. ponit Alex. ad aliud propoſitum in rub. ff. de off. eius. Sed de conſuetudine generali, quæ communiter viget in toto orbe, capitaneus generalis, etiam ſi ſit locumtenens principis non excedit fines inſtructionum ſuarum, & mandati inconſulto principe, & omnia, quæ facit, vel donat, ſunt ad bene placitum principis. Et dux belli debet prædam diuidere inter milites ſuos c. dicat aliquis. xxiii. q. v. c. ius militare. i. diſt. Sed non poteſt donare caſtella, vel poſſeſsiones prædatas in bello, quia ſunt ſuperioris bellum mouentis, ita Ant. de Butr. in c. olim, de reſt. ſpol. Alexan. poſt Bart. in l. fi. ff. de cap. Sed ciuitates captæ ab hoſtibus non efficiuntur ſeruæ hoſtium, ſed ſubditæ, quò ad iuriſdictionem. Bart. in l. diuus. ff. de iure fiſci, Bal. in rub. de treg. & pac. in fi. vbi dicit, quòd retinent bona, & habent teſtamenti factionem, & Bar. & Bal. allegant Iacob. de Beluiſo in auct. de hære. & falc. in ii. col. Sed Iacobus de Beluiſo dicit, quòd aut capta eſt perſonarū generalitas, aut id in particulari accidit: primo caſu, ſi deſinant eſſe rebelles, recipiunt antiquam libertatem; ſecundo caſu ſemper remanent ſerui. Et Dux exercitus poteſt condemnare aliquem in territorio alieno, in quo reſidet cum exercitu. ita Bald. in l. iii. ff. de offi. præſi. facit tex. in clem. i. de foro compe. ratio affirmatiua eſt, quia videtur eſſe cum vniuerſitate; cum vniuerſitas non minus inhæreat iuriſdictioni, quám fundo. quod eſt notandum. Et ratio eſt, quia tunc non dicitur eſſe extra ſuum territorium; dicitur autem territorium a poteſtate terrendi. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſig. & intellige, quando acceſsit extra territorium pro vindicanda iniuria cōmiſſa, & ſic indicendo iuſtum bellum. ideo (vt dixi) non dicitur extra territorium. Et ſi capitaneus generalis facit ſaluum conductum ad eundum, dicitur etiam concedere ad redeundum. Bart. in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. Et vide Bar. in l. i. ad l. iuliam maieſt. Et de materia ſalui conductus vide Ioan. de imo. in l. ſi, qui reus. ff. de pub. iudi. Ideo nullus eſt, quem oporteat plura, uel meliora ſcire,

quàm

quàm Imperatorem, vel ducem generalem exercitus, cuius doctrina debet omnibus prodeſſe ſubiectis: & debet exire, & intrare ante omnes. Et officium regentis exercitum non tantum in dſida, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit. l. officium. ff. de re mil. & ibi dicitur. Officium tribunorum eſt, vel eorum, qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, & ad exercitationem perducere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, fraudem menſoræ coercere, debicta caſtigare, principiis frequenter intereſſe. i. cum milites aſſumuntur. Et princeps exercituum debet milites valitudinarios inſpicere, & debet educere, vel introducere exercitum: Itaq; non debet eſſe vltimus ad labores, ſed primus, vt legitur Numeri. v. xxvii. Et ad ducem belli pertinet remouere ineptos ad bellandum; & remouendi ſunt pauidi, & formidoloſi, quia pauci pauidi faciunt alios timere; & fuga eorum diſsipet, & deordinat aciem. Item antiquitus remouebantur, qui ædificauerant domos nouas, & qui plantauerunt vineas, & non comederant de fructibus earum; & etiam erat remouendi illi prælio, qui deſponſauerant vxores, non dum tamen adhuc eas cognouerant per matrimonii conſumationem. ita Nicolaus de Lira in c. xx. Deuteron. Et Dux exercitus debet eligere viros ad pugnandum, & egreſſus pugnare contra inimicos, & non expectare, vt inimici veniant, exemplo Moyſi, vt legitur Exodi. c. xvii. vbi Ioſue pugnauit contra Amalech. Et tempore expeditionis nec militi commeatum dare. l. licentiam recedendi non cócedat. d. l. officium, & in l. i. de commeatu, bellicis maiorem gloriam de victoria ſequitur prudentia ducis, quàm militis fortitudo. et In omnibus artibus, & potentiis laudabiliores ſunt qui alios bene regunt, quàm qui ſecundum, alienam directionem bene ſe habent. lib. xii. ideo in rebus. Et miles ſcientiam dimicandi debet habere, inexercitatus quippe miles non bene pugnabit; & Caſsiodorus dicit; Etiam ferocium militum corda longa pace viſeſcunt; & terribilis eſt hominibus conflictus, ſi non ſit aſsiduus. Et ars bellandi ſi non præluditur, cũ fuerit neceſſaria, non habetur. diſcat ergo miles in ocio, quid agere debeat in bello; nam pro tironibus habendi ſunt, qui longo tempore militare deſueuerũt. dixitque lex ciuilis, quòd officium tribuni militum eſt ipſos ad exercitationem producere. ff. de re mili. l. officium. §. i. & de officio præfec. præt. apric. l. ii. §. ſit & frequens, & Tullius in iiii. Rhet. dicit; Milites debent eſſe exercitati, vt vtiles ſint. in auct. neq; miles neq; fæderatus, in prin. col. 8. & facit. l. qui cum vno. ff. de re milita. legitur etiam Iudith: Vocetis maiores natu, & Duces bellorum, ea enim virtus bellica dici poteſt, cui comes ſit prouidentia; nam ſine conſilio fortitudinem temeritatem videri. Et de materia ſingularis certaminis vide Paridem de Puteo in tractatu ſuo, in volumine ſexto tractatuum, folio 113. Et aduerte in materia treguæ, quòd ſi à principe, vel duce belli armigeris datur paſſus per ſuam ciuitatem, armigeri debent tranſire per viam rectam, non dantes per viam damnum; aliàs impune poſſunt inuadi, & offendi. ita Ange. in l. qui ſella. ff. de ſer. vrba. prædi. Et aduerte, quòd pax, vel tregua facta à principibus ligat etiam cohærentes; tex. eſt ſing. in c. i. de poſtula. præla. & Ioan. And. in c. ad Apoſtolicæ, de re iudi. in vi. quod eſt verum ſecundum docto. in l. quæ religioſis. ff. de rei vendi. ſiue expreſſe fiat mentio de adhærentibus, ſiue non; quia etiam de ipſis actum videtur. Sed tutius eſt iudicio meo in hodiernis temporibus, vt omnia exprimantur, & vtinam in expreſsis pacta, & iuramenta ſeruarentur. Et de hoc vide bis Alexand. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. actio. Et finita tregua, bellum ſi eſt iuſtum, exerceri poteſt, ſine alia diffidatione, vt in c. ſequenti dicetur. Et ſi Capitaneo gentis armorum fuit conceſſus tranſitus, intelligitur, vt ciuili modo tranſeat non deuaſtando fructus Ange. inſtit. de ſeruitutibus: Sed nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur. Et capitula pacis an debeãt ſeruari per ſucceſſorem, vide Bal. in l. digna vox. C. de legi. & dic, quòd pacta, quæ fierent hodie inter Regem Franciæ, & Hiſpaniarum, debent ſeruari per ſucceſſorem, vt per Bal. in d. l. digna vox C. de legibus.

De diffidatione   *Cap. XLV.*

ET quia diffidatio debet præcedere bellum, aliqua de diffidatione dicamus. Et diffidatio eſt quodammodo initium belli, quæ fieri debet antequam Chriſtianus Chriſtianum offendat. ita Ioan. Andr. & docto. in c. i. de homi. libr. vi. & Bal. in auten. item nulla. C. de epiſ. & cleri. & l. il. xi. colum. C. de ſerui. & in l. iiii. C. de obſeq. patro. præſt. Alexand. in addi. ad Barto. in l. fin. de capti. dicit; Vnum tamen nota, quòd ad hoc, quòd dicatur bellum licitum inter Chriſtianos, inter alia requiritur diffidatio. allegat Ioan. Andr. & Archidia. in d. c. i. de homi. in vi. Sed princeps in cauſa tanti ponderis ante diffidationem conſulatur, vt per Andr. de Iſern. in tit. hic finitur lex, in vſi. feudo. Et diffidatio facta intelligitur etiam cótra complices, & ſubditos eius, qui diffidatur ita Bal. in d. l. ii. & Alexan. in d. l. fin. Sed licet vaſſalli, vel ſubditi intelligantur diffidati à iure, non poteſt qui iuſtum bellum mouet, capere ſpolia à vaſſallis inimici, ſi vaſſalli, vel ſubditi non præſtant conſilium, vel fauorem domino; nec poſſunt capi, ne pœna excedat ſuos authores, vt dicetur late in capitulo ſexto, infra in iſto tractatu. Finita tregua, ſiue alia diffidatione bellum

exerceri

exerceri poteſt, vt per Deci. in c. nouit, de iud. col. v. & per Bal. in c. volentes, de offi. leg. & per Ange. in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact. & Bal. in tit. de pace conſta. §. vaſſalli, & dixi in c. præceden. Sed ſi materia eſt præparata ad guerram, tamen oon dum erat mota guerra, & principes fecerunt inter ſe treguam duorum annorum, elapſo tempore neceſſaria eſt diffidatio ad hoc, vt ille, qui aggreditur territorium alterius, non dicatur eſſe latrunculator. ita Bald. in. d. §. uaſſalli. tenet etiam hoc, allegando Bal. commentator quæſtionum delphinatus. que cxcix. Et diſpoſitio facta de pace non habet locum in tregua, vt dicit Pau. de Caſt. in l. conueotionum. ff. de pact. Ange. in. l. i. ff. de pact. facit tex. in c. ſignificauit, de iudic. Et diffidare eſt licentiare quemlibet ad offundendum. ita Bal. in. l. iiii. C. ad l. falc. & Ang. in conſil. xiiii. & Bald. dixit in. l. ſi manumiſſori. C de obſe. patro. præſt. & Alexan. poſt Bar. in. l. hoſtes. ff. de capti. & poſtlimin. reuerſ. dicit, quòd Chriſtianus non poteſt venire ad arma, vel bellum ſine monitione legitima, vel ſine diffidatione; & eo ipſo, quòd perſona eſt diffidata, bona eius diffidata cenſentur. ita Philip. Franc. in c. i. de homi. lib. vi. & poſtquam eſt facta diffidatio, & admonitio, eſt bellum in dictum; quia diffidatio, vel admonitio nihil aliud eſt, quàm iodicere bellum: vt per Bal. in. d. l. manumiſſori, & etiam dicit Bald. in l. penul. C. de execu. re. iud. quòd bellica diffidatio eſt hoſtilis declaratio: quandoq; tamen lex indicit bellum, & tunc non eſt neceſſaria monitio, vt C. de ſur. aucten. nauigia. Et piratæ æquiparantur hoſtibus fidei, & principis: & poſſunt impune à quolibet derogari: quia ſunt ipſo iure diffidati, vt per Bal. in. d. auct. nauigia. facit tex. in auct. caſſationes. C. de ſac. ſan. ecc. Et hipocritæ dicuntur hoſtes humani generis. & merito. vnde dignum eſt a cunctis publicum bellum contra eos indici. ita Alex. in additio. ad Bar. in d. l. hoſtes. ff. de capt. poſtli. reuer. & ſic ipſo iure ſunt diffidati. Et agentes bellum ſine diffidatione dicuntur proditorie agere. Bal. in d. auct. nulla. C. de epiſcop. & cler. allegat Ioan. and. in d. c. i. de homic. libro. vi. & aduerte, quòd aſſaſſini a toto populo diffidati ſunt, ut nota. in d. c. i. de homic. libro. vi. & facit tex. in aucten. item nulla communitas. C. de epiſ. & cleri. Et pagani pacifici abſque legitima cauſa non poſſunt debellari, oec depredari a quolibet ſi humiliter conuerſantur, & non inferunt moleſtiam religioni Chriſtianæ: ſed recipiendi ſunt, & tales oon ſunt ipſo iure diffidati, vt eleganter conſuluit Old. in cõ. cclxiiii. Sed iotellige, ſi pagani non ſunt Agareni, quia Agarenis, uel Saracenis, etiam ſi uelint uiuere in pace, debet eis bellum inferri; quia ueriſimile eſt, quòd quandocunque oportunitatem habebunt, oppugnabunt Chriſtianos, vt dixi ſupra in cap. i. bene facit hoc pro habitatoribus noui orbis, ſi ſunt pacifici, & humiliter conuerſantur, & admittunt prædicatores Euangelii; aliter puniendi non ſunt, vt ſcripſi in. d. capitulo primo. Sed dic, vt dixi io capitulo. xxxi. in iſto Speculo. Sed aduerte, & beoe nota, quòd nemo poteſt frangere fidem promiſſam, etiam ſi in ea ſeruanda mors immineret, vt legitur de Marco Regulo conſule Romaoo, qui captus a Carthaginenſibus fuit miſſus Romam; & quia promiſit redire, ne violaret ſuam promiſsionem, & fidem, redire voluit Carthaginem, & fuit interemptus a Carthaginenſibus ſtatim, vt rediit, qui cum ſciret, quòd in reuerſione ſua Carthaginenſes eum interimerent, voluit potius mori, quàm fidem violare. Et hoc iure vtuntur armigeri, quando ex duobus exercitibus duo volunt pugnare data ſecuritate a ducibus belli: & pugnant infra præſidia alterius ſine ſuſpitione iudicis, & loci, quia ſecuritas ducis præſidentis in territorio locum ſecurum facit.

De Duello. *Cap. XLVI.*

DVellum non poteſt licite, vel iuſte indici; itaq; duellum, hoc eſt ſingulare bellum indicere, peccatum mortale eſt; quia eligitur percusſio proximi, & mors proximi abſq; ſufficienti talis belli cauſa. Itaque ſuſcipere, ſeu acceptare duellum, vel pro manifeſtatione veritatis, peccatum mortale eſt; quia contra rationem rectã eligitur percusſio proximi, periculum vitæ, & diuini iuris fit vſurpatio cum tentatione dei, & diabolica adinuentio impletur. Et per eandẽ rationem peccant mortaliter bellantes, decem hic, & decem inde, ut qñq; ſpectaculi gratia tempore belli fit. Non. n. excuſantur ꝑpter tempus belli, quaſi ſit partialis conflictus cum hoſtib. quia noo habet locum finis belli in huiuſmodi partiali certamine. Non. n. ordinatur conflictus iſte ad bellandum, uel minuendũ hoſtium virtutem, ſed ad oſtentationem hominũ, vel ad euitationem ignominiæ ſuo iudicio (quaſi nilis, & degeneris animi reputetur, niſi acceptet duellum.) Sed licitum eſt reſoluere bellum iuſtum in duellum, quando pars habens iuſtũ bellum uidet ſe aliter ſuccumbere: utitur. n. uiribus ſuis, ut melius poteſt. Sex autem cauſæ finales uidentur potiſsime, ad quas ſingularis pugna ordinatur; & prima manifeſtatio ueritatis, quia aliqui confidunt, ꝙ uictoria ſua erit teſtis veritatis; & tale bellum, vel certamen proprie uocatur duellum, & damnatur ab eccleſia, ut in tit. de purg. uulgari; & in c. Monomachiam. ii. q. v. Monomachia, id eſt ſingulare certamen inter duos. Monos enim dicitur unum, & machia pugna interpretatur. iſtos enim lex Romana condemnat, vt C. de gladiatoribus. l. vna. libro. xi. Itaque duellum eſt de iure canonico etiam prohibitum. c. porro, & ibi glo. & docto. de pugnantibus in duello. Euchariſtia ergo non

eſt

eſt danda talibus, cum peccent mortaliter. dicunt quidam quòd defendeotes poſſunt ſumere, quia eſt defenſio. Sed tu vide doct.io.d.c.Monomachiam. vbi litera dicit; Monomachiam vero in lege non aſſumimus, quam præceptam fuiſſe oou reperimus; quam licet quoſdam iniiſſe legamus, ſicut Dauid ſanctum, & Goliam ſacro prodit hiſtoria; nuſquam tamẽ, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit auctoritas; cum hæc, & huiuſmodi ſectantes deum ſolummodo teotare videantur, & ibi dicit gl. Dauid noo peccauit, quia inſtinctu ſpiritus ſancti fecit, vt Sanſon, & alii, vt iu c.ſi non, xxiii.q.v. vbi litera Auguſtini dicit; qui deo auctore bella geſſerunr, præcepta non occidendi nequaquam transgreſsi ſunt. & videbis duct. in c.gaudemus, de diuor. & vide doctiſs. Caietanum in ſua ſumma, fol.128. & vide io commentariis in.ii.ij.ſancti Thom. in q.xcv. ad octauum, vbi etiam videbis de ſorte.

Quando bellum iuſtum eſt, omnes capiuntur, & ſpoliantur; & ſpolians dominus rei fit. Cap. XLVII.

EST notandum, quod quando bellum iuſtum eſt, omnes capiuntur, & ſpoliaotur, & ſpolians dominus rei fit, vt in c.ius oaturale.l.diſt. & c.dicat aliquis.xxiil.q.v. & ff.de acq.re.domi.l.naturalem, ad fi. vbl dicitur: quæ ab hoſtibus capiuntut, iure gentium ſtatim capientium fiunt. Nutat etiam Arc. in l.1.ff.de acqui.poſſ. & in l.transfugam, de acqui.re.do. vbi dicitur; Transfugam iure belli recipimus, & quæ res hoſtiles apud nos ſuut, non publicæ, ſed capientium fiunt. Et transfuga quis ſit, habes.ff. de capt.l.poſtliminium.§.traosfuga.itaque noſter eſt ſeruus, ſi prius erat liber; & etiam interficere licet.ff.de ſicc.l.iii.§.fi. Et deſertor eſt, qui tempore belli ſe abſentat a ſignis.l.i.C.de deſertor.lib.xii. & ibi vide doct. & in l.iii.§.emanſor.ff.de re mil. & in l. qui cum uno.§.fin.eo.ti. Scriptum eſt etiam de iure diuino, quòd quando bellum iuſtum eſt, ſpolia ioimicorum capientium fiunt; vt legitur Ioſue.c.vi. vbi Hierico cum habitatoribns deſtructa fuit, aurum vero, & argentum, & ferrum, & quæ inuenta fuerunt ibi, ex ſpeciali præcepto fuerũt reſeruata, & domino conſecrata; ita quòd de cætero nõ poſſent humanis vſibus applicari, ſed ad faciendum ex illis ea, quæ erant neceſſatia ad cultum dei. Henrico.n.fuit prima ciuitas capta a filiis Iſrael, & ſpeciali miraculo. Ideu Ioſue Dux exercitus, licet ſpolia eſſent capientiũ, conuenienter iuſsit, ut umnia eſſent reſeruata, & domino conſecrata; ſed ſpolia ciuitatis Hay occupantium fuerunt iuſſu domini, vt legitur Ioſue.viii. vbi dicit dominus Ioſue; Facieſque vrbi Hay, & Regi eius, ſicut Hierico, & Regi illius: prædam vero, & omnia auimantia diripietis vobis. Itaq; de iure diuino non ſolum ſpolia ſunt capientium, ſed homines capti in bello iuſto ſerui efficiuntur capientium. Itaque præda capta de animatis ab homine vſque ad pecus diuidebatur, & ſi aliqua pars pugnauit, & reliqua multitudo parata erat ad pugnãdum, præda diuidebatur inter eos, qui pugnauernnt, & iuter reliquam umnem multitudinem: & magiſtri belli diuidebant prædã mandato principis. Et de medietate pugnatorum ſeparabatur pars 5u.dño, & dabatur ſummo ſacerdoti; quia primitiæ domini ſunt; & ideo cadebant in vſum ſacerdotis, ſicut primitiæ fructuũ, et animalium. Et de medietate, quæ erat reliquæ multitudinis, 50. indiuiduum debebat tradi eis, qui ſeruiebant in tabernaculo dñi: & de inanimitatis quud vnuſquiſq; in præda rapuerat, ſuũ erat, vt colligitur Num.c.31. Et perſooæ humanæ ſunt illa, quæ ſunt pricipalia in præda. Et licet multoties in iſto tract. dixi, nouiter dico, ꝙ iuſtum bellum dicitur illud, quod fit auctoritate iuris, vel iudicis iuſta cauſa intercedente, licet cõtrarium quotidie fiat. Et ad quos ſpectat cognoſcere, an bellum ſit licitum, an ooo, dic, ꝙ ratione pacis hoc ſpectat ad eccleſiã, vt in c.nouit, de iud. & in i. & ii. de treg. & pa. & vi. Ant. de But. in c.olim, de reſt.ſpo. vbi dicit etiam, ꝙ bellum ſemper præſumitur iniuſtum in primn mouente; quia illi imputandum eſt totum ſequutum in illo conflicta C.ad l.iul.de vi.pub.l.qm multa facinora.ff.ſi qua.pau.fe.dic.l.i.§.cum arietes, & ideo dixit Ioo. io c.ſicut.il.iii. de iur.iu. quòd in mouente bellum præſumitur iniuſtum prima facie, quando non apparet licitum. Et Inn. in c.ſicut, il iii. de iur.iur. dicit; In iuſto bello, quod fit ex edicto principis, res occupatæ ſunt capientium, & liberi homines capti ſunt ſerui, vt.ff.de cap.l.hoſtes; & ff.de verb.ſig.l.hoſtes, & poteſt capiens gaudere, taoquam ꝓprio.gl. eſt in c.iuriſgẽ. & c.ius militare.i.di. & in tm̃ qui capitur fit ſeruus capientis, vt in d.c.dicat aliquis; quòd murtaliter peccat captus in bello iuſto, ſi recedat à dño ſuo, vt in c.ſi quis ſeruum.xvii.q.iiii. & eſt gl.ſing. in, d.c. iuriſgen. .i.diſt in. Sed ſi bellum nũ eſt iuſtum, licitum eſt capto fugere, dum poteſt, vt in l.nihil intereſt.ff. de capti. Sed ſi bellum non eſt iuſtum, non poteſt imponi talea, quia latrunculatores nõ poſſunt imponere taleam, ita Bal. in l.nam & ſeruus.ff.de neg.geſt. vbi eſt tex. vnicus ad hoc, quòd ſiquis remanſit ubſes pro aliquo, poteſt repetere quicquid ſoluit pro illo. Et de obſidibus dic, vt notatur in c.ex reſcripto, de iurã.iur. facit tex. in l.ñ.C.de patri.qui filiũ diſtra. & notatur in l.obſes.C. de actio. & ubligatio, ſed tex. in d.c.dicat aliquis, videtur ſibi contradicere, quia in priucipio dicit. quod res capta eſt victoris, poſtea videtur dicere, quòd ſit Regis, & in Geneſ.xiiii. capit. dixit Abraham; Non accipiam ex omnibus, quæ tua ſuut. Sed eſt dicendum, quòd Abraham uõ ſub

erat illi Regi,nec erat de regno ſuo,ideo præda erat in ſua poteſtate;alioquin ſi non fuiſſent ſua : non potuiſſet,nec dediſſet decimas Melchiſedech ; immo nec Abraham legitur ibi aliquid recepiſſe,ſed ſolam prædam factam illi Regi recuperaſſe ; quæ & antequam Rex ei occurreret,in manibus ſui erat ; unde potuit dare decimas,vt dedit ſacerdoti Melchiſedech , poſt occurſum vero eidem Regi reddidit omnia,& ideo dixit;nnn accipiam ex omnibus,quæ tua, ſubaudi, fuerunt, & ſunt:quia tibi omnia reſtituam . Et is, qui iuſte pugnat, non tenetur ad reſtitutionem prædæ; quia fit capientis,vt dixi.& vide notabilem tex.in c.ſi de reb.xxiii.q.vii.Et de reſtitutione prædæ vide Hoſt.in ſumma,in tit.de pœni.& remi.§.quid de rapina . Et ſi quis emit ſcienter, quòd præda de iuſto bello eſt omninn excuſatur,cum à vero domino emat : ſed ſi emit prædam ſciẽs eſſe prædam,vel credens probabiliter,quòd præda ſit de iniuſto bello,indiſtincte tenetur ad reſtitutionem.de hoc etiam vi.Hoſt.in ſumma,in d.ti.§.quid de prædam ementibus.Et talis contrectando rem alienam furtum committit,& fur ſemper in mora eſt.ff.de fur.l.qui inuenta.ff.de cõdi.fur.l.in re furtina.ff.commo.l.ſi.§.ſed inter dnm.l.certum.C.de rei vend . Et qnod dictum eſt de primo emptore,idem intelligas de ſecundo, tertio,& qnarto ; & ſi per manns plures ambulauerit,idem iuris erit.ff.de mino.l.ſed vbi.ff.de peti.hę.l.ſed & ſi.lege.§.ſiue autem.Si vero emena hoc neſciebat,probabiliter tamen credebat,puta quia omnes vicini ſui,vel maior pars credebãt, durãte hac bona fide non tenetur; ſed tenetur,ſi poſtea audierit ciuitatem, & curet aliàs cautius negociari.C.de fur.l.ii.poteſt taman ager econtra venditorem,vt ipſum ſeruet indemnem.c.vulteranæ.xii.q.ii.Sed aduerte,quòd quantuncunque quis habeat iuſtam cauſam belli, ſi ex animo bellum eſt iniuſtnm,non licite capit,nec retinet,maxime ſi geritur ex rancore,vel animo vlciſcendi iniurias,vt in c.militare.xxiii.q.i.vbi dicitur;propter prædam militare peccatum eſt. facit tex.in c.omnes,& c.bnnorum.xlvii.diſt.Et præda dicitur iniuſta ex loco, quia in loco ſacro fuit capta,vt in c.ſi.xlii.diſt.& in c.decet,de immu.eccl.lib.vi.Sed qui conſilio, vel auxilio induxerit tyrannum ad prædam faciendam,vel guerram mouendam iniuſte,tenentur ad reſtitutionem inſolidum.ita Hoſt.in d.§.quid de rapina.Et auxilium delicto tripliciter præſtatur, præſtando ferramenta,vel ſcalas.l.pignore.§.qui ferramenta.ff.de furt.vel mutuando pecuniam ad male faciendnm,vt per Bal.in.l.cuius.ff.ad l.iul.maieſt.& l.ſi ſcientiæ,de parric.& Alexander in l.furti.ff.de fur.Item præſtando domnm ad commode loquendum de delicto,vel ad ſe reponendum in ea, ꝓ delicto committendo.l.& ſi amicis.§.i.&ibi Bar.ff.de adul.& l.qui domũ.item præſtatur auxiliũ delicto in aſſociando delinquentem.l.i.C.de rapt.virg.Bal.in.l.i.C.de ſeruis fug.l.raptores,& ibi Bar.C.de epiſ.& cle.Item in aſſociando poſt delictum,vel in iuuando ad euadendum. Bart.in l.furtum non committit.ff.de fur.Bal.& Ang.in l.i.C.de his,qui latro.occid.& in l.nnn eo minus C.de accuſ.Et dicitur etiam præſtare auxilium delicto,qui ſtat armatus cum delinquente.ita Innoc.in c.continentia,de cle.percu.& Bal.in l.in rixa.ff.de ſicar.& ibi Hippol.fol.22.Item dicitur auxiliator,qui conſuluit.ita Bar.in l.in furti.ff.de fur.& ibi Alex.& Saly.in l.i.C.de ſeruis fug.Et hoc notabis contra eos,qui præſtant auxilium Saracenis contra Chriſtianos ; quia tales auxiliatores tenentur de damnis à Saracenis illatis,vt per gl.& Bar.in l.i.§.ſi is.ff.de vi.bo.rap. & tenentur,vt principales aggreſſores,vt in c.i.de oſſi.deleg.& per Card.in cle.i.de immun.eccl.& in l.ſi quis opem.ff.de fur.& contra tales ſemper bellum publicum eſt indictum,vt per Oldr.in conſil.lxxi.& de hoc dicemus latiſsime in fine iſtius tractatus.& vide conſi.88.ii.p.incip.viſa bulla,vbi dicit in iiii.colum.quòd tunc auxilians punitur eadem pœna, quando dedit cauſam delicto , & eſt tex.in d.c.ſi pignore.§.qui ferramenta.vbi dicitur ; Qui ferramenta , vel ſcalam ſciens commodauerit, furti tenetur,licet nullnm eius conſilium principaliter ad furtum faciendũm interuenerit.Verum ſi quis ſub aliquo militet,& tota præda eſt domini ; ſed dominus ipſe tenetur æqualiter diuidere inter milites ; & hæc diuiſio fit ſecundum qualitatem perſonarum,vt in c. ius militare.i.diſtin.Quod ergo dicitur,quòd de iure gentium noſtra fiunt,quæ capimus in bello,.vt.ff.de acqui.ter.dom.l.naturalem.§.ultimo,verum eſt,quòd capientis eſt,ſed tenetur domino dare, vt diuidat ſecundum merita hominum,vt dixi:vt in c.ius militare.i.diſtin.& in c.vulteranæ.xii.q.ii.& Bal.& Bar.in l.ſiquis pro redemptione.C.de dona. dicunt, quòd mobilia diſtribuuntur : ſed res mnbiles,quæ primo fuerunt noſtræ , recuperatæ per noſtros incontinenti ſtipendiarios, debent reſtitui antiquis dominis, vt l.ſicut liberis,& l.ab hoſtibus.C.de capti.quod debet reſtitui gratis,nnn pretio.& ratio eſt ſecũdum Bal.ibi,quia ipſi faciunt hoc ex debito, quia milites . Et fingitur prnpter ſubitam recuperationem,quòd præda nunquam fuerit capta. pro quo eſt caſus in l.qui poſsidet.ff.de vi,& vi arma.vbi poſſeſsio rẽcuperata incontinenti fingitur non perdita,quia quæ incontinenti fiunt,ineſſe videntur.l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pact.& l.lecta, cũ ſimi.ff.ſi cer.pet.Et quando dicatur incontinenti,relinquitur arbitrio iudicis, inſpecta qualitate vim inſerentis,& vim paſsi,& rerum ablatarum.ita Bart.in l.idem cum igitur.ff.de vi , & vi arma.vbi dicit,incontinenti fieri hoc,quod fit,cum primum fieri poteſt.& vide infra . Et quod dixi,quòd dux belli tenetur ipſam prædam diuidere inter milites,limita;niſi conſuetudo haberet, quòd quiſque ſibi retineret,quod cœpit;quia tunc non tenetur aſsignare, cum illud intelligatur

actum,

actum,quod eſt conſuetum.l.quòd ſi nolit.§.qui aſsidua.ff.de edil.edict.Et iſta conſuetudo ge-neraliter viget hodie in tota Chriſtianitate;quod bona mobilia hoſtium ſtatim capi entium fiūt, & immobilia publicantur iuxta formam tex.in l.ſi captiuus.§.expulſis ff.de capt.& eſt opt.text. ſecundum Aret.in l.i.ff.de acqui.poſſ.in l.in agris.ff.de acqui.re.dom ſi bona illa erant hoſtium primordialiter;aliàs redeunt ad antiquos dominos,vt ibi.de quo vide Pannr.in c.ſicut;i l.iii.de iur.iur.& Oldr,in conſi.xvii.tex.eſt in l.diuus.ff.de iur.fiſci.Bal.in l.ſiquis pro redemptione.C. de don.Bar.in l.ſi quid in bello.ff.de capti.& quia de iure(vt dixi)immobilia ſunt principis mo-uentis bellum,ideo duces belli non poſſunt donare poſſeſsiones captas in bello,vt per Anton.de Bur.in c.olim,de reſt.ſpo.et per Alex.in l.ſiquid in bello.ff.de cap.in addi.ad Bar.Et de conſuetu dine etiam tormenta belli publicantur, & de conſuetudine vidi etiam in obſeruantia, quòd ca-ptus Dux generalis exercitus ſeruus efficitur alterius Ducis,& ſoluendo taliam liberatur, quia li-cet de iure antiquo capti efficiantur ſerui,hodie inter Chriſtianos non ſeruantur iura captiuita-tis,aut poſtliminii,quo ad ſeruitutem,ex conſuetudine,cui ſtandum eſt,vt per Bar.in l.hoſtes.ff. de cap.Sed licet hoſti ſit concedenda venia,intellige,vbi non timetur pacis perturbatio,alias nō, vt per Arch.in c.noli.xxiii.q.i.vbi dicit,quòd ſi timeretur, & deſperaretur de eius correctione, non eſt eius miſerendum; & fertur,quòd per illam doctrinā Carolus fecit amputari caput Con radino.ita Io.de Lig.in tract.ſuo de bello,in fine tertii tract.Sed beſtiæ ab hoſtib.ablatæ,& a no-ſtris ſtipendiariis recuperatæ reſtitui debent his,quorum primo erant.l.ſicut liberis, & l.ab ho-ſtibus,i l ii.C.de poſtli.reuer.quod verum eſt in rebus habentibus poſtliminium;quod locum habere puto,vbicunque illud,quod capitur,erat paratum ad vſum belli,vt equus, naues onera-riæ,currus,& boues,& quadrigæ,cum quibus in campum victualia deferuntur, & alia ad vſum belli parata; de quibus in d.l.ab hoſtibus.Et aduerte,quia præda eſt capientis, poſtquam eſt de-ducta inter præſidia,hoc eſt intra confinia hoſtium.i.in loco tuto.de quo per Ang.in q. renoua-ta guerra; ante enim captus manet ciuis,vt.ff.de capt.& poſt.reuer.l.poſtliminii.& ibi Barto.& inſti.qui.mo.ius pat.poteſt ſolui.§.ſi ab hoſtibus.Ante ergo quā ſit intra præſidia, non puto præ dam tranſiſſe in dominium capientium.quod intelligo verum, niſi tantum temporis ſit tranſla-tum,quòd qui perdiderit prædam,veriſimiliter depoſuiſſe videatur animum recuperādi. Et hoc totum delinquendum eſt iudicis arbitrio,vt per Innoc.in.c.quærelam,de elect. Eſt autem com-petens iudex magiſter militum.C.de iur.om.iud.l.magiſteriæ.& intelligitur de conſuetudine, ſi per vnam diem fuerit præda in campo detenta per hoſtes capientium,& eſt conſuetudo ſatis ra-tionabilis; quia communiter per lapſum diei videtur reponi animus recuperandi, arg. opt.ff.de acqui.re.do.l.iii.inſti.de re.diui.§.fere; niſi contra occupantes ſit perſeueratum in actu recuperā di,quia tunc licet longum interuallum interceſſerit, non dicitur recuperatio facta ex interuallo, quo nunquam intrauit intra præſidia hoſtium,vt in l.quod ait.§.fi.ff.de adul.& l.naturalem.ff.de acqui.re.dom.& Ang.in ſua q.Sed captiui recuperati nunquam ſunt in præda recuperātium, ſed ſemper in ſtatum priſtinum reuertuntur iure poſtliminii.ff.de capti.l. nihil. vnde liberi ſtatū ſuū recuperant;ſerui autem reſtituuntur eorum dominis.l.ab hoſtibus.C.de capti. facit.l. ſi Barbato ram.& ibi Bal.C.de fideiuſſo.Sali.in l.ab hoſtibus,& non currit præſcriptio contra eum,vt p glo. in.c.prima actione.xvi.q.iii.& de rigore arma non reſtituuntur iis,qui amiſerunt, ut ff.de capt. l.ii.Sed ſi habens iuſtum bellum,vel ſe in illo reperiens ſpoliauit clericos religioſos,. vel conuer-ſos,aut peregrinos,quàmuis eſſent cum hoſtibus,reſtituere tenetur; & mortaliter peccat talis, ni ſi licentiam haberet a prælatis eccleſiaſticis,habentibus iuriſdictionem ſuper illos,rapinam etiam committit,ſi ſpoliat ruſticos,aut viatores,aut exiſtentes in agricultura,& animalia,quibus arant & ſemina portant ad agrum,ut in c.innouamus,de treg.& pa.ſed male obſeruatur. Et repræſa-liæ non exercentur contra clericos,ſed ſunt licitæ repreſaliæ de iure,quando rector,uel dominus alicuius ciuitatis denegat iuſtitiam facere ciuibus alterius ciuitatis.ita Alb.in ſtatutorum tracta. in p.de repreſaliis,& Bar.in tract.de repre.Et ſubditi domini iniuſte bellantis non præſtantes cō ſilium,auxilium,vel fauorem directe,vel indirecte non ſunt ſpoliādi,nec in aliquo puniendi, ſed tenentur reſtituere,ne pœna excedat authores.arg.de his,quæ fiunt a maio.par.c.quæſiuit.i.q.iii. c.i.ubi dicitur: Nullius crimen maculat neſcientem:& quis locus innocentiæ relinquitur,ſi alie-num crimen maculat neſcientem, & Innoc.in c.olim,de reſt.ſpol.dicit,quòd qui iuſtum bellum contra aliquem mouet,non ſolum ab hoſte,ſed etiam a vaſſallis,& ſubditis eum iniuſte iuuanti bus poteſt ſpolia capere, & perſonas, ſed ſi ſubditi, vel vaſſalli non præſtant conſilium,uel fauo-rem, non poſſunt capi, nec ſunt ſpoliandi, ne pœna excedat authores. Auxiliatores non poſ-ſunt capi,niſi in bello,& ſic non extra prouinciam,vel regnum, vbi bellum eſt indictum, niſi for te læderent de caſtris,uel edificiis ſuis,quæ forte eſſent circa confines regni, vel prouinciæ, ubi bellum eſt indictum.& hoc de mente Innocen.ſin.d.c.olim. Sed iuſte pugnans tantum poteſt in uaſſallos,& ſubditos hoſtis,& eorum bona,quantum uictoria requirit,per ſtabilita in.d.c. inno-uamus:& reſtituere tenetur,quæ ſuperſunt,& ſic a fortiori tenetur reſtituere damnificans inno-centes non ſubditos hoſtis,niſi hoc faceret præter ſuam intentionem, puta ſi non valens capere

ciuita-

ciuitatem,dat eam ad ſaccum,vel incendit,non aliter potens punire multos nocentes, niſi inuoluendo aliquos innocentes.Et qui in bello iuſto ſine ſuperioris authoritate,vel ordinatione incendit domum,agrum,aut victualia etiam hoſtium,incendiarius eſt,& ad ſatisfactionem tenetur, vt in c.quid culpatur.xxiii.q.i.facit tex.iuncta gloſ.in c.miles.xxiii.quæſt.v. ſed vt bladum mittatur ad exercitum,poſſunt capi boues,& animalia ſubditorum.l.ii.de naui.non excu.libr.xi.facit tex.in l.curſum ambularem,de curſu publi.de anga.& perang.lib.xii. ſed ſi ſegetes , vel vineæ comburantur,comburens ad decimas non tenetur.ita Ioan.Andr.in c.commiſſa, de decimis . & Cardin. ſancti Sixti in dicta ſua ſumma tractando de bello dicit,damna omnia, quæ ex iuſto bello illata non ſunt pugnantibus,ſed cuilibet membro reipublicæ,contra quam eſt iuſtum bellũ, abſq; peccato ſunt;nec ad reſtitutionem tenentur,qui intulerunt; etiam ſi Innocentes contingat per accidens damnificari,vt ſuperius dixi,quia ſententia iuſtitiæ bellicæ nõ tenetur diſcutere, an aliqua pars reipublicæ ſibi iniuſte hoſtis ſit,& innocens,quia præſumitur tota hoſtis; & propterea totam damnat,ac diripit.ideo miles iuſte accipit,quamuis aliquis innocens per accidens iniuſte patiatur,ſecus autem eſſet,ſi ex intentione miles ageret contra innocentem. Sed aduerto(vt dixi)quaſdam perſonas eſſe de iure canonico exemptas à damnis bellicis, vt in d.c. innouamus , de treg.& pa.vbi dicitur;Monaci presbyteri,conuerſi,peregrini,mercatores,ruſtici euntes,vel redeũtes,& animalia,quibus arant,& ſemina portant ad agrum,ſecuritate congrua lætentur.vt in c.paternarum.xxiiii.q.iii.explicantur etiam mercatores. Verum per mercatores intelligo nõ negociatores,qui reſident,ſed illos,qui hoſpitantur,aut tranſeunt. Quoniam mercatores incolas non video melioris eſſe conditionis.quam artifices. Itaque ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum ſit bellum , debent ſeruare bellatores regulam Ioannis Baptiſtæ illis datam ſcilicet,neminem concutiatis , neque calumniam faciatis. Et,eſtote contenti ſtipendiis veſtris,peccant ſiquidem mortaliter opprimẽdo ruſticos ad diſcretionem,immò ad deſtructionem hoſpitantes,& alia huiuſmodi latrocinia committendo,nec excuſantur,quia non datur eis ſtipendium,quoniam ex hoc ruſticorum,& ciuium res non obligãtur illis,nec diſſimulatio,aut authoritas capitanei,aut principis excuſat,niſi in pœnam ruſticis,aut ciuibus iuſte inflictam hoc faceret,quia(vt dixi)qui iuſtum bellum mouet contra aliquem,non ab hoſte,ſed etiam à vaſſallis,& ſubditis eius,eum iniuſte iuuantibus poteſt ſpolia capere. Sed probata conſuetudo obtinuit,vt ligna,& paleas militibus hoſpites gratis tribuãt. At non hodie milites obſeruant antiquam diſciplinam,quia non debent milites eſſe terribiles inferioribus ſecundum Bal.in rubri.C.qui accuſa.non poſſ.vbi dicit,quòd milites debẽt ſuos ciues defendere,& caſtris inſiſtere,non verſari circa lites,& neminem opprimere,ſed eſſe contenti ſtipẽdiis ſuis,vt dixi. Et milites prælijs,atque vulneribus debent patriam,parenteſque defendere, in l. aduocati. C.de aduo.diuer.iudi. Et vide de hoc Adrianum papam in quolibetis.q.ix.ca. xciii.litera.g. Sed omnes milites hodie concutiunt,& opprimunt,ſaltem hoſpites ſuos,deuorant,rapiunt, depredantur,graſſantur,& depopulantur ne dum laicos,ſed eccleſiaſticos,& non inimicos tantũ, ſed etiam amicos,ſi enim non eſt licitum concupiſcere ſuem,bouem,vel aſinum alienum, ſed debet quis ſtare contentus ſorte ſua,quanto minus rapere licebit. Non enim antiqui milites ſic faciebãt. Quid enim differt ab hoſtibus;qui hoſtium modo aufert,depredatur, & tam ſocios, quã aduerſarios, volendo zucharum, bruſcum,&c. Et aliqui,ſed non omnes,tot blaſphemias contra deum,& eius immaculatam matrem effundunt,quod ſufficerent ad deſtructionem exercitus ; & tamen niſi faciant,non videntur fortes. Et tales deberẽt educi extra caſtra, & obrui lapidibus, vt in Leuiti.c.xxiiii.nec vidimus pro aliquo ſcelere deum tot miracula oſtendiſſe,ſicut pro blaſphemia;ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur,Matthe.x. Non mirum ergo ſit,ſi moderni milites cogũtur etiam quodlibet minimũ municipium cũ magna ſanguinis effuſione ſuperare. Quia plerũque in bello valet bona cõſcientia;& non ſecũdum armorũ potentiam,ſed pro vt ſibi placet,dat Deus victoriam dignis. Et artellaria ſolet peiores eligere à bonis,quos plerunque miraculoſe inter medios omittit illæſos.ideo Grego.in c.ſi non ex fidei.xiii.qu.iiii. cõmendat Genãdiũ patricium,ex eo, ꝙ victorias ſuas faciebat non per corporalem prouidẽtiam; ſed magis orationibus præuenientibus;quod in aliis ducibus non contingit;& quod pugnabat non cauſa fundendi ſanguinis,ſed potius cauſa reipublicæ dilatandæ,ideſt eccleſiæ. Sunt etiam qui dicant , bellum eſſe exequutorem iuſtitiæ,quoniam occiſores,& fures,qui plerunque à iudicibus tolerantur,ſolent ibi communiter interire,vt Iudic.xx.vbi licet Deus iuberet ire in bellum,tamen non dedit victoriam,donec ĩ duobus diebus.xl.millia ſceleratorũ,qui erãt in exercitu,occidi permiſit. Et noſtri milites ſingulos annos diuerſas veſtes variant,modo longas modo breues,modo albas,modo nigras,& c. Nam quilibet ĩ habitu vult videri miles,miles capitaneus , & quilibet capitaneus vult videri Prĩnceps. Et nunc quia ad pompas militum ſtipendia non ſufficiũt,cõcutiunt,& extorquẽt à ruſticis,& miniſtri quidam ꝓhibent verbo,ſed non facto. O milites male diſciplinati in hodiernis temporibus,immemores,quòd defendentibus rem publicam ſit deſtinatus locus in cœlo, vt refert papa Pius ad ducem Mediolani,epiſto.xlix.ideo Claudianus in monarchia ſua acriter inuehitur contra capitaneos,qui hæc ſufferunt,vt captent beniuolẽtiam militibus. Et nihil pernitio

ſus in militia inobedientia, vt patet ex vulgato iudicio Ciceronis, cui cum explorator retuliſſet
exercitum Pompei numeroſiorem eſſe, ſed Cæſaris obedientiorem, Cicero ſtatim victoriã Cæ-
ſari adiudicauit. Et in tm̃ obedientia laudatur, quod miles etiam vulneratus non debet diſcedere à ſi-
gnis ſine licentia, per tex. & ibi Ang. in l.i.C. qui. non obſt. long. temp. preſ. Et ſi ab armis ſubtra-
xeris obedientiam, & iuſtitiam, arma erunt cauſa delictorum, & oĩum malorũ, vt in auct. vt om.
obe. iud. Et propterea maieſtatem principis non ſolum armis, ſed etiam legib. oportet eſſe arma-
tam, vt legitur in proœ. Inſtitutionum. Et miles magis debet obedire Duci in bellicis, quàm pa-
tri, etiam ſi ſimul eodem momento concurrant; quia eſt obediendum illi, qui imperat in ordine
ad nobiliorem finem; & bonum cõe eſt melius, & communiter amabilius. Et milites Neapolita-
ni deuote obedierunt Conſtantino tribuno deputato ad cuſtodiam Neapolitanæ ciuitatis; quia
ſumma militiæ laus inter alia bona hæc eſt, obedientia reip. vt in. c. ſumma. xxiii. q. i. Non imme-
rito ergo lex inobedientes milites capite punit, etiam ſi res bene ſuccedat. l. deſertorem. §. in bel-
lo. ff. de re mili. & ibi legitur etiam; ſ. is qui volens fugere ad hoſtes apprehenſus eſt, capite punia-
tur; Ita Manlius Torquatus filium ſuum occidi fecit; quia cum ipſe imperaſſet, ne aliquis bellũ
cũm hoſtibus iniret, ille cum ab vno hoſtium prouocatus eſſet, & ſperaret de eo victoriam repor-
tare, decertauit. Vnde quamuis de hoſte triumphauerit, fecit tamen eum pater interimi, quia ino-
bediens fuit, vt refert Aug. lib. v. de ciui. dei. Sed omnia iudicio meo debent cõſiderari a duce bel-
li, quia non omnis actus qui fit bono zelo ad publicam vtilitatem, & gratia virtutis, licet ſit aliàs
reprobatus, commendabilis eſt; commendantur ergo virtuoſe pugnantes, & ex probabili cauſa
vt per Ang. in l. i. §. beſtias. ff. de poſtul. Sed nota, quòd examinandi ſunt, qui ad militiam admit-
tendi ſunt, vt per Io. de pla. in l. ſi quis ſeruum. C. qui mil. poſſ. libr. xii. allegat Vege. in libr. i. de re
mil. c. i. ii. iii. iiii. v. vi. quia hoc eſt, in quo tota ſalus reip. conſiſtit, vt tyrones non ſolum corpori-
bus, verum etiam animis præſtantiſsimis eligantur. honeſtas. n. idoneum militem reddit. Opor-
tet etiam antequam quis efficiatur Imperator exercitus, quòd primo fuerit armiger, deinde mi-
les gregarius, poſtea Dux; & ſic ordinate accedendum eſt: non autem debet eligi ille, qui nõ per-
uenit ad illos gradus, ſicut eſt ad armiger, vel miles, eſt tex. lix. diſt. ordinatos, ibi. qui per ſingula
ſtipendia creuerit, ad meritum ſtipendii non poteſt ordine peruenire. Ad idem etiam eſt tex. pul-
cherrimus in c. indecorum, extra de æta. & qua. qui ſic dicit; Indecorum eſt, vt hi debeant eccle-
ſias regere, qui non nouerint gubernare ſeipſos; & etiam tex. in auct. de ſanctis. epiſc. in princ. ii.
col. ibi, qui. n. alias coll. ix. & ibi. gl. quæ dicit, quòd ridiculum eſt, eos velle docere, qui nondũ di-
dicerant. Et redeundo ad ſpolia, quæ capiuntur in bello, intellige quando bellum eſt indictum a
principe non recognoſcente ſuperiorem, & eſt iuſtum, vel dubitatur, an ſit iuſtum; quia ſi bellum
eſt iuſtum, captura eſt iuſta, & licita, vt per Inn. in c. olim, de reſt. ſpo. & de hoc latiſsime ſuperius
dixi. Et in tali iuſto bello ſi capti captiuantibus aliqua promittant, eis ſeruare tenentur; & ideo
tenentur redire; ſicut carcerati iuſte, ſi quid in carcere promittunt carcerantibus, aut aliis, valent
eorum promiſſa, & ſeruanda ſunt. l. qui in carcerem, cum ſua materia. ff. quòd me. cau. Et ſi ſic ali-
quis fuerit captus, & relaxatus, & poſtea captus ab alio, captiuus erit eius, qui primo eum cœpit in
guerra. tex. eſt in l. ſi quid bello. ff. de cap. ne vnus ſit præda duorum. Et ſic nota ſecundum gl. ibi,
quòd occupata in bello firmius, quàm ſua propria, ſeruantur occupatori; & ita magis eſt meũ,
quod per meam probitatem quæro, quàm id, quod per anteceſſores, vt in l. iiii. ff. de inter. & re-
leg. & nullus eodem tempore poteſt eſſe captiuus, ſiue ſeruus duorum in ſolidum. l. hæreditatem.
§. pater. ff. de caſt. pecu. nec eiuſdem rei eodem tempore duo poſſunt habere dñium in ſolidum. l. ſi
vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commo. Sed capti, relaxati tempore pacis initæ, captiui non e-
runt eorum, qui primo eos cœperunt in bello, ſi fuit conuentum tempore pacis initæ de ipſis re-
laxandis, vt eſt tex. in. d. l. ſi quid bello; etiam ſi ſimpliciter fuerint relaxati, quia liberati intelligũ-
tur perpetuo liberati, & liberatio in dubio perpetua eſt, non ad tempus, vt ff. de pact. l. hæredi. §.
fi. & vincula captiuitatis ſemel ſoluta non reuiuiſcunt. l. qui res. §. aream, cum ſi. ff. de ſol. Et ſi plu-
res captiuant vnum, captiuus eſt oĩum; & ſi plures eodem tempore eum vocant, tenetur parere
primo captiuanti, quia habet in eo potentius ius. ff. de re iud. l. contra pupillum. §. is, qui. ff. de in
ius voc. l. ii. & l. iii. & eſt caſus. ff. ad munic. l. libertus. §. præſcripto. vbi obligatus ad munera in plu-
ribus locis, ſi ſimul vocatur per ambos, tenetur obedire loco originis; quia eidem fuit aſtrictus
primo. & eſt caſus in l. in operis. ff. loca. & ſi vocatio fit diuerſis temporibus, omnibus parere te-
netur, de hoc videbis Ang. in d. ſua. q. Sed ſi eodem tempore vnus plurium eſt captiuus, & omnes
ſimul eum vocant; ſi vnus ex captiuantibus eſt nobilior aliis, ei obediendum eſt primo. C. de na-
tu. lib. l. ſi quis, in auct. de hære. & falc. §. ſi quis autem, & in auct. de defenſo. ciui. §. interim. ff. de fi-
de. l. fi. Si autem nullus eorũ eſt nobilior, vocatus poteſt gratificare cui vult. ff. de lega. ii. ſi quis ſer-
uum. & ibi doct. in. c. venerabilem, de elect. videbis gl. & doct. videbis Ang. in ſua. q coll. vii. Si au-
tem non vult gratificare, forte res dirimenda eſt inter captiuantes. C. comm. de leg. l. fi. ff. de iud.
l. ſed cum ambo. Si autem nolunt eſſe concordes, tunc inuicem ſe impediunt. ff. de vſufruct. lega. l.
quoties duobus. eſt gl. notabilis in l. ciues, de incolis, quæ eſt melior alia, quæ ſit in toto corpore
iuris.

iuris,& aduerte,quod ſi capti fecerunt ſe captiuos capſentium dando fidem, tunc etiam ſi recuperantur ex interuallo, vel incontinenti, non reuertuntur in ſtatum priſtinum.caſus eſt in l.poſtliminium, & in l.in bello.§.manumittendo .ff.de capti.& hoc beue ſeruaut moderni milites, qui cum capiunt in actu armorum, ſemper faciunt;quòd captus ſe reddat captiuum dando fidem;& nihil contingere poteſt,quod fidem datam, per quam captiuanti ius,& obligatio eſt quæſita,tollere poſsit, citra voluntatem ipſius.& non ſolum captura fecit captum captiuũ, ſed fides data per captum, qui ne occideretur ſe reddidit.& fidei incouſtantia eſt de iure gentium, & ciuili reprobata.ff.de pact.l.i.vbi legitur; Q uid enim tam congruum eſt fidei humanæ,quam ea,quæ placuerunt inter eos,ſeruare.facit tex.in l.i.de conſti.pecul.& adde pulchrum tex.io epiſto.inter claras .C.de ſumma trini.& fid.catb.ubi dicitur,nihil eſſe;quod lumiue clarius præfulgeat,quàm recta fides,& obſeruantia in principe.vnde Ariſto.ad Alexandrum ait;O Alexander, obſerua fidem datam,& fœdera confirmata,aliàs malus finis ſequetur, ſicut ipſe ponit in libro,qui vocatur ſecreta ſecretorum.& vide Cyn.in l.digna vox.C.de legibus.& vide Bald.in d.l.i.ff.de pact. omnia iſta referentem.& eſt optimus tex.in d.l.poſtliminio carent.vbi legitur,poſtliminio carēt,qui armis uicti hoſtibus ſe dederunt.itaque iſta redditio præ timore hoſtium à iure damnatur,vt in d,l.poſt liminio carent;quia ignominioſum erat militibus de iure antiqno , ſed hodie talis ignominia nō curatur.itaque non eſt ſubueniendum eis , qui ex culpa periclitati ſunt, & maxime ſi ſe captiuos reddiderunt trepide ſegerendo,& contra armorum conſuetudinem, vt d.l.poſtliminio carent.ff. de captiuis, & poſtli.re.cauere igitur per multum debent milites militantes in armis , ne metu ſe hoſtibus reddant.& eſt verum pro militãtibus pro Imperio Romano,vel pro eccleſia ſancta dei. facit tex.in l.ii.ff.de capti.& tex.in l.iii.§.miles.ff.de remilitari,vbi legitur;Miles,qui in bello arma amiſit, capite puniatur;intellige,illicite. & iure poſtliminii nō potitur, qui volũtarie capitur, & vbique occidi poteſt;ſed ſi iam victus ſponte ſe is dedit,ſeu reddit,tunc ſolũ poſtliminio caret, vt in d.l.poſtliminio.ff.de capti.erubuit enim populus Romanus,quòd aliquis militum ſuorum diceret,ego me reddo,vel,me tibi trado.Quod notandum eſt ſecundum Salicet.in l. ſi qnos. C. de captiuis.vide Archid.in c.fin.xxiii.quæſt.i. An liceat ſugere militi, quando defenſio ſua non prodeſt,vi.tex.in c.ipſa pietas.xxiii.q.iiii.& vide Albe.in l.deſertorem.§.fin.ff.de re militari.Et ſi des hoſti ſeruanda eſt,ſed in bello illicito captiuus non tenetur reuerti,etiam ſi iuraſſet. glo. in l. nam & ſeruitus.ff.de neg.geſt.immo tale iuramentum de redeundo eſt reprobatum.ff.de captiuis.l.poſtliminium.§.captiuus autem. Non enim fuit licita captiuatio in iniuſto bello , & in tali caſu in obſeruantia fidei eſt dolus bonus,& approbatus à iure,vt in l.i.§.Non fuit.ff.de dolo.Et quod dixi de bello illicito,intellige vel ex defectu iuſtitiæ , vel ex defectu authoritatis indicentis bellum.Et quicunque bellum mouet iniuſtum,vel ita iuuat,quod ſine eo non fieret, vltra mortale peccatum tenetur hoſtibus de omnibus damnis.Et iniuſtum bellum dicitur quinque modis, vt per glo.in c.i.xxiii.q.ii.vel ratione perſonæ,quia eccleſiaſtica Ratione rei,quia non eſt de repetendis,vel pro defenſione patriæ,vel propter cauſam,vt ſi propter voluntatem , & non propter neceſsitatem pugnatur,ex animo eſt etiam iniuſtum bellum, vt ſi animo vlciſcendi fiat. Item eſt iniuſtum bellum,ſi non indictum authoritate principis.Et poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo,& in ſtatum priſtinum reſtituendæ , inter nos, ac liberos omnes populos regesque moribus,legibus conſtitutum.l.poſtliminium.ff.de capt.diceret aliquis, non ne hæc metu geruntur? ergo nulla in effectu,vt in toto tit.ff.quod met.cauſa.Reſpondeo ſecundum Angelum in.d.ſua.q.quòd in actu bellico licitum eſt metum inferre.& cædes,& vulnera.Et ſi præda facta aufugit,poſtquàm iam intrauerat præſidia hoſtium,capi ctum ſit,nec reuertitur ad prima dominia.l.transfugam.ffde acq.rer.dom.Et eſt aduertendum , quòd ſi habebam captiuum in bello,ſi aliquis me cumpulit ad relaxationem,tenetur mihi actione in factum. text.eſt l.in laqueum.ff.de acqui.re.domi.Item damna ſocus occurrentia,culpa aliorum ſociorum,damno eorum cedunt,vt.ff.pro ſocio.l.cum duobus.§.damna,& l.rei criminis nomine.eo.ti. Et ſi habebã inimicum oppreſſum,& non apprehenſum,quia non ſe reddiderat,non dicitur ſeruus meus,donec ſit manu apprehenſus.tex.eſt in d.l.in laqueum.ff.de acqui.re.domi.Et eſt aduertendum , quod captiuus eſt illius,cui ſe reddidit,vt per Ang.in.d.sua.q.vbi etiam dicit, quòd captiui a captura dicuntur,& quòd non dicitur captus,qui non durat captus ; vel niſi dederit fidem, quia (vt ſuperius dixi)non ſolum captura facit captum,ſed fides data per captiuum , qui ne occideretur, ſe reddidit.Et milites,qui non pugnauerunt, quia obedierunt principi militum ſtando ad cuſtodiam,& per eos non ſtetit,pro pugnantibus habendi ſunt ; ideo debent habere partem prædæ ; & ita pronuntiauit Dauid cum expugnaſſet Amalechitas , vt infra dicetur ; & ex quo ſteterunt ad cuſtodiam,dicuntur participes aggreſſuræ : & ſi aggreſſura eſſet illicita,punirentur, vt aggredientes.ff.de adult.l.& ſi amicis,& l.qui domum.Et cuſtodientes fauendo dant fauorem aggreſſuræ.ff.ad l.aqui.l.qui occidit.multifariam enim præſtatur fauor,ideſt non tantùm corpore, ſed clamore,vt.ff.ad Sillani.§.eodem autem tecto.Et de auxilio dixi ſupra in iſto.c. Et ſi milites remanerent tempore pugnæ feſsi,vel forſitan infirmi,vel aliter caſu impediti, vel equi eorum mor-

tui in via, aut inutiles facti, dico, quòd tales milites numerãtur in numero pugnatorum, & ſic vo cantur ad partem prædæ, & ita pronuntiauit Dauid cum expugnauit Amalecbitas, & eis abſtu lit cuncta ſpolia. Reg. i. c. xxx. quia licet aliqui laſsi ſubſtiterint, diuiſit tamen prædam æqualiter remanentibus, pro cuius ſententia facit, quia nõ minus dicuntur ſeruiſſe in bello, qui ægri, aut de bilitati curantur, quàm illi, qui ſeruiunt. l. cũ hęres. §. ſtichus. ff. de ſtatu. lib. ff. loca. l. ſi vno. §. item cum quidam, per Ange. in q. incipi. renouata guerra. Sed capti ab hoſtibus non debent habere ſa larium; vt in l. i; de re mili. lib. xii. vbi caſus nota. Et ſi miles ſit infirmus, ita quòd non poſsit ſerui re, debet nihilominus habere ſalarium, quia non minus dicuntur ſeruire in bello, quàm illi, qui ſeruiunt (vt dixi.) & ita de conſuetudine obſeruatur hodie, quia differentia eſt inter famulum, & militem, vt per tex. in l. vna. C. Negociatores ne militent. lib. xii. & per omnes leges loquentes de re militari. Sed ſi milites caſu fortuito accedere non potuerunt ad pugnam, nihil conſequantur, ſi cut locatores operarum, quanquam conſequantur, cum caſu impediuntur. ita Angel. in dicta ſua di ſputatione; renouata guerra. Sed pollens conſilio non dicitur inhabilis ad pugnandum, licet cor pore pugnare non poſsit, vt per Abba. in capit. ex multa, de voto. quia conſilio, autoritate, & ſẽ tentia res magnæ geruntur. Sed ſi ſtipendiarius receſsit per aliquod tempus cum licentia capita nei, debet habere interim ſalariũ. glo. in l. deſertorem. §. ſi. ad diem. ff. de re mili. vide etiam quod dixit Bal. in l. fina. C. de condi. inſer. Sed aduerte, quòd de eccleſia rapere non poſſunt iuſte bellan tes, niſi victualia hoſtium, & huiuſmodi; puta & eorum arma, & alia ſua, quibus iuuabantur con tra hoſtes. Et ſi hoſtes incaſtellauerunt eccleſiam, gaudere non debent immunitate eccleſiæ, quam ipſi primo violauerunt inde pugnando, quia fruſtra inuocat auxilium legis, qui in lege errauit. c. quia fruſtra. de vſur. Et in bello iuſto eccleſia poteſt euerti, quando hoc non ſit à propoſito. ſed dum iuſte bellantes dant operam rei licitæ, incendẽdo machinas hoſtium, & huiuſmodi, ſic poſ ſunt incendere villam; aut caſtrum, quando aliter commode capere non poſſunt. Facto proclama te per ducem belli; quicunque accenderit primus, lucretur mille, ſi multi accenderunt, primus tã tum habebit mille. Bar. in l. hoc articulo. de hæredi. inſtituen. Imo. & moderni in l. qui filia. §. i. ff. de lega. i. Iaſo. in l. conuentionem. ff. de pactis. Itaque ſi præmium conſiſteret in re, quæ pluribus poteſt dari in ſolidum, vt quantitas, cuilibet debent dari centum, ſed debes conſiderare ſecundũ Bart. in d. l. hoc articulo, per quæ verba loquitur proclama, vt ſi dicat, quiſquis, vel ſi quis, vel qui cunque primo ingreſſus fuerit. Et aduerte, quòd Iacobus in canonica dicit; vnde bella, & ſi lites in vobis? Nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? itaque diuina proui dentia ſolet corruptos hominum mores bellis emendare, atque conterere, vt per diuum Auguſti. in libro. i. de ciuitate dei. c. i.

Et notabis, quòd caſtellanus, vel cuſtos ciuitatis, ſi inuitatur ab hoſtibus, vt pecuniam accipiat & ponat caſtrum, vel ciuitatem in manibus hoſtium, poteſt duplicem facere tractatum, & decipe re hoſtes, facta prius relatione de hoc domino caſtri, vel ciuitatis. Ipſe autem caſtelianus licite nõ poſſet ex ſe alium inuitare, & duplicem facere tractatum, ar. l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. et ibi Ange. ponit etiam ipſe Ange. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi.

Legato caſtro cedunt arma, quæ in caſtro erant ad defenſionem caſtri ſecundum Oldra. conſi. cxxxii. facit quod not. in l. i. & ii. ff. de verbo. ſignificatio.

Si princeps committat cuſtodiam caſtri caſtellano, tenetur de violentia caſtellanus, ſi culpa ca ſtellani præceſsit violentia, puta quia non habebat arma ad defendadum, vel victualia, proinde ex culpa caſtellani fuit perditum caſtellanum. l. merces. §. culpæ. ff. loca. Si vero culpa non præceſ ſit, non tenetur. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. faciunt no. per Bar. in repe. l. quod nerua. ff. depo.

Princeps habens guerram, ſi accipit caſtrum cuiuſdam baronis, vel ſui vaſſalli, exiſtens in con finibus hoſtium, pro ſecuritate ſtatus, quod poteſt facere. l. i. C. de naui. non excuſan. l. Lucius. ff. de euic. l. fin. ff. de pig. act. bello finito debet illud caſtrum reſtituere vaſſallo, vel barono; nec expẽ ſas factas in caſtro tenetur vaſſallus reſtituere; quia vbi quis facit principaliter ad ſui vtilitatem, licet expenſæ cedant ad alterius vtilitatem, non poteſt eas expenſas repetere. l. ſi habendæ, in prin. ff. de vſof. l. ſi. ff. de impenſis. l. ii. §. item labeo. ff. ne quid in loco publico. quia inſpicitur, quod prĩ cipaliter fit. l. i. ff. de auto. tut. cum ſi. principes facit expen. ad vtilitatem ſuam pro defendendo ſtatum.

Caſtrum, vel alium locum cuique licet facere in ſuo, niſi fecerit ad alterius emulationem. Nam fortia loca non debent fieri ſine licentia principis. not. in l. per prouintiam. C. de ædifi. priuatis. & in l. i ff. quod cuiuſque vniuer. & Inn. in c. piſanis, de reſti. ſpo. vel niſi fiat in liminibus imperii. glo. in l. ii. C. de fundo limi. li. xi. quia in limine imperii nullus debet eſſe caſtelli detẽtor, vt in l. i. eo. ti. & libro. & ibi notat Bart. ꝙ licet priuatis pſonis loca ꝓpria muris circundare, & cu ſtodire, quia collatio ædificiorũ eſt de iure gẽtiũ. & ſic limita. l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia. & iure. & ibi Bart. niſi fiat ad emulationem regni, vel ſcãdalũ inde ſequi poſsit, vt per Ioã. de Plat. in d. l. i. ſed caſtella iuxta limen regni poſita non licet alicui priuato tenere, niſi ex permiſsione Regis, vel per

tempora

tempora vetuſtata poſſederint, quia tunc tale vetuſtas pro lege habetur, vt in d.l.i. & in l.ii.ff.de aqua plu.arc.cum ſi. & vide doct.in c.piſanis,de reſt.ſpol.vbi dicunt doct. ad emulationem alterius non debent noua caſtra facere,nec vetera inhabitata rehabitare. Sed quid ſi propter conſeruationem honoris, & proprii patrimonii? vide Abb.ibi.

Qui habent rochas,vel caſtra in cuſtodia,non debent credare literis generalibus domini, & ſi crederent,non excuſarentur,immò punirentur,quia debent recipere ſigna eis deputata. Bald. in c.ſignificauit,de appellat.

Quando eſt ſuſpitio guerrarum,habentes cuſtodiam caſtrorum,vel ſortilitiorum debent tẽpore nocturno cuſtodias duplicare l.i.& ibi Bart.& Sali.C.de cuſto.& ex reorum.

Caſtellanus,qui ſcienter permiſit venire hoſtes ad prædandum,debet viuus comburi.glo.in l.ſiqnis à barbaris.C.de re milita.lib.xii.

Item princeps poteſt ponere cuſtodes ſuper cãpanile eccleſiæ,ſi ipſum cãpanile eccleſiæ habeat fortilitium pro defenſione ſtatus principis,non aliter.Cyn.in l.nullius.C.de ſum.tri.& fi.ca.

Item qui promittit non ponere fortilitium in manibus inimicorum, tenetur etiam curare, ne per inimicos occupetur,quantum poteſt.Ange.in l.non impoſsibile.ff.de pac.

Item ſi Caſtellanus credat ſigno dato,puta corniolæ ſecretæ principis,non dicitur in culpa.l.i.& ibi not.in princi.ff.de eo,per quem factum erit.& ibi vide Ange.

Item ſi caſtellanus perdat caſtrum dolo,vel culpa lata,vel leui,tenetur domino,non ſi leuiſsima niſi ſpecialiter mercedem pro cuſtodia accepit,quo caſu etiam de leuiſsima tenetur.glo.in l.qui mercedem.ff.de loca.de caſu non tenetur.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commo. niſi caſtellanus obtulerit finito tempore,quia tũc niſi de dolo,& lata culpa,nõ tenetur ſecũdum Ray. Bart.& alios in l.ſi mora.ff.ſolu.mat.vide quæ ibi ſcripſit Martinus Laudenſis.vide Alberi.in l.iii.ff. de offic.præ.vigi.& ibi notatur,quòd cui cõmiſſa eſt cuſtodia alicuius rei,tenetur,ſi male cuſtodiat. Ideo cuſtodes,qui eliguntur in ciuitatibus ad cuſtodiendum de nocte,tenentur emendare furta, & damna,quæ committuntur. Idem dic de cuſtodibus deputatis ad cuſtodiam alicuius caſtri,ſi eorum negligentia inimici intrauerunt caſtrum, quòd teneantur. Sed quæro, dicit Alberi. cui incumbit onus probandi,vtrum cuſtodibus, quòd caſu fortuitu intrauerint inimici, an agenti contra eos,quòd dolo,vel culpa eorum? cuſtodibus incumbit probatio,qui allegant caſum fortuitum,ſecundum Alberi.in d.l.iii.Et in exercitu ſunt neceſſarii homines, & mulieres, aliqui ad pugnandum,& aliqui ad alia,ideo ſi indulgentia concedit,omnibus prodeſt. Alb.in l.poſtlimi.§. poſtliminiũ.ff.de capt.& poſtl.re.& c.ſed videbis tex.in c.xx.deuteronomium, vbi litera dicit qñ obſederis ciuitatem,non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt,nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem. Si qua autem ligna non ſunt pomifera:ſed agreſtia ſuccide & extrue machinas.& c.itaque ligna pomiferæ non ſunt deuaſtanda niſi vrgente neceſsitate ineuitabili, vel quando aliter victoria obtineri non poteſt in bello iuſto. & adde ad ea que diximus in iſto capitulo.

De militia,& re militari. Cap. XLVIII.

IN ſuperioribus capitulis multa de bello,& de ducibus belli diximus.Nunc breuiter aliqua in iſto.§.dicemus de militia,& ad quæ fuit inſtituta. Militia eſt quædam ſpecies prudentiæ, per quam ſuperantur hoſtes,& prohibentes bonum ciuile,& commune;ex hoc autem apparet, ad quid ſit militia inſtituta.Sic quælibet ciuitas,& regnũ indignet duplici virtute,& duplici prudentia,videlicet legum poſitiua,& militari.Itaque militaris quædam ſpecies prudentiæ eſt,per quam ſuperantur hoſtes.Nam ſicut leges principaliter reſpiciunt commune bonum,ſic & militia principaliter inſtituta eſt ad defenſionem communis boni,vt ciuitatis,aut regni.Ideo ad milites principaliter ſpectat bene,& fortiter ſe habere in opere bellico,& per actiones bellicas opprimere impedimenta hoſtium,& ſecundum iuſsionem regiam impedire omnes ſeditiones ciuium,per quas turbari poteſt tranquillitas ciuium,& commune bonum.Hanc autem prudentiam militare maxime debet habere Rex;nam ſcire quomodo committenda ſint bella,& qualiter caute remoueri poſsint impedientia commune bonum,maxime ſpectat ad Regem,& ad ducem exercitus. Itaq; militia videtur eſſe quædam prudentia operis bellici ordinata ad commune bonum,videtur enim ſe habere miles in opere bellico,ſicut magiſtri,& docto.in ſcientiis. Quare ſicut nullus efficiendus eſt magiſter in aliis ſcientiis, niſi conſtet ipſum eſſe doctum in arte illa,ſic nullus aſſumendus eſt ad dignitatem militarem,niſi ſit multum expertus in arte bellica, & multum induſtrius in opere bellico.Nam debent duces pedeſtrium,vel equeſtrium eſſe magiſtri bellorum, & ordinatores aliorum in bello.Quæ,& quot habere debeant homines bellicoſi,vt bene pugnent,quantum ad præſens ſpectat,enumerare poſſumus octo.Rex eliget homines, qui poſſint ſuſtinere magnitudinem ponderis armorum. Nam inermes à quacunque parte feriantur, ſuccumbunt. Secundo, homines bellicoſi debent ſuſtinere aſsiduos labores,& magnos.

Tertio, miles debet tolerare parcitatem victus. Quarto, non debet curare miles de incommoditate iacendi, & ſtandi. Quinto, non debet miles quaſi appretiare corporalem vitam. Sexto non borrere ſanguinis effuſionem. Septimo debet miles babere aptitudinem, & induſtriam, quando eſt in conflictu, ad protegendum ſe, & feriendum alios. Octauo, verecundari, & erubeſcere, eligere turpem fugam. Nam vt dicitur tertio Ethi. apud illos ſunt viri fortiſsimi, apud quos honorantur fortes. Inter cætera autem, quæ reddunt bominem bellicoſum, eſt diligere honorari ex pugna, & erubeſcere turpem fugam. timor namque viri fortis turbat totam aciem: ideo Lucanus excuſat ſenatum quòd reliquerit Romam formidine Cæſaris, ob timorem ſcilicet Pompeii; vnde primo, pharſaliæ, ait. danda tamen venia eſt tantorum dànda pauorum, Pompeio fugiente timent. vbi autem nulla eſt ſpes victoriæ, vt quia vnus exercitus in multitudine incomparabili alium exuperet, illic ſtare eſt ducis de mentis, & lues, & ignominia reipublicæ; hoſtis enim ſic fit vincendo animoſior. Sed in opere bellico multum valet exercitatio armorum. Nam recitat Vegetius in libro de re militari, exercitationem armorum, & induſtriam bellandi fuiſſe ea, quæ terrarum orbem Romano populo ſubiecerunt. Nam quid potuiſſet potentia Romanorum aduerſus fortitudinem Hiſpanorum? quid potuiſſet contra prudentiam Græcorum? quid potuiſſet contra multitudinem orientis, niſi plus illis fuiſſent exercitati in armis, & magis habuiſſent bellandi induſtriam? Vnde multoties contingit, quòd prudentes in rebus aliis propter inexercitium armorum non ſunt induſtrii in bellis. Exercitium enim in quolibet negotio præbet audaciam, vt non metuat illud facere. Inde eſt quòd tantum valet armorum exercitatio, quòd in bellorum certamine paucitas exercitata plus valet (ſi ſit prompta) ad victoriam. Et multitudo rudis, & indocta ſemper eſt parata ad fugam. Itaque illi bellatores eligendi ſunt ad pugnam, in quibus plura reperiuntur de iis, quæ requiruntur ad pugnam. Qui ſunt meliores bellatores an vrbani, & nobiles, vel agricolæ, & rurales. vide Vegetium in libro de re militari. Sed in equeſtri pugna magis eligendi ſunt ipſi nobiles. Et in pugna equeſtri, & pedeſtri nimium valet bellandi exercitàtio, & ſagacitas ſociata erubeſcentiæ fugiendi. Sciendum tamen, quòd vt nobiles ex omni parte efficiantur ſtrenui bellatores, aſſueſcendi ſunt ad portandum armorum pondera, & ad ſuſtinendum labores, & motum bracchiorum, & aliorum membrorum corporis, vt requirit operatio bellica. Item bellantes aſſueſcendi ſunt ad gradum, & paſſum bellicum, vt gradatim pergant, ita vt quilibet ſe in ſuo ordine teneat. Item exercitandi ſunt bomines bellicoſi ad inuadendum hoſtes, & ad percutiendum armis, & ad emittendum tela, ſiue iacula, & ad percutiendum lancea, & ad iaciendum ſagittas, & ad proiiciendum lapides fundis, & tormentis bellicis. Itrm debent milites exercitari ad aſcendendos equos, & debent exercitari in aliis multis ſecũdum conſuetudinem regionis.

Et quia negotia bellica inter cætera periculoſa eſſe videntur, ideo in eis eſt magna diligẽtia adhibenda. Nam recitat Vegetius, dixiſſe Catonem, quòd in aliis rebus ſi quid erratum eſt, poteſt poſtmodum corrigi; delicta, vel negligentiæ bellorum emendationem non recipiunt, ſed ſtatim pœna errorem conſequitur; quia imperite, & imprudenter pugnantes, vel confeſtim pereunt, vel in fugam verſi adeo efficiuntur timidi, quòd contra ſuos victores vix, aut nunquam audent bella committere. Ideo vltra ea, quæ diximus, vtile eſt in exercitu facere foſſas, & conſtruere caſtra, vt bodie famoſi, & experti duces faciunt. Et aduertant Reges, & magnanimi duces exercituum, quia multa ſunt conſideranda in bello, ſi debeat publica pugna committi; melius enim eſt pugnam non committere, quàm abſque debita prouiſione fortunæ, & caſui ſe exponere. In vniuerſo igitur Rex, aut dux exercitus in omnibus debet eſſe vigilans, ſobrius, prudens, & induſtris, quia multa, vt dixi, ſunt conſideranda prius, quàm eligat publicam pugnam committere. Ideo, vt dixi, Rex in rebus bellicis debet babere maximam peritiam, & deber ſcire qualiter ordinandæ ſint acies, & ideo debet habere armorum, & belli maximam experientiam, & debet ſcire quando debeat contra hoſtes, vel aduerſarios dimicare; & quot modis, & qualiter debeat boſtes inuadere. Deber etiam ſcire, quibus cautelis debet uti, ne ſuus exercitus ledatur in uia, & qualiter facilius poſsit boſtes debellare. Debet autem ſcire dux exercitus, quo tempore melius eſt obſidere ciuitates, & caſtra: & quot ſint genera macbinarum, per quæ impugnari poſſint ciuitates obſeſſæ, & deuinci; & qualiter ædificanda ſint caſtra, aut ciuitates, ne per pugnam ab obſidentibus facilius deuincantur. Debet etiam dux exercitus ſcire, qualiter conſtruenda ſit nauis, & qualiter conſtruendæ ſint triremes, & biremes; & qualiter committendum ſit nauale bellum. Ideo aduertat ſacra Regia maieſtas, quia in hoc calamitoſo tempore omnis in ferro eſt ſalus. Sed vt latiſsime dixi in toto præſenti tractatu de bello iuſto, & iniuſto, bellum debet eſſe iuſtum, & apud veros Dei cultores illa bella pacata ſunt, quæ non cupiditate, aut credulitate; ſed pacis ſtudio geruntur.

De iuſtitia, & de excellentia iuſtitiæ. *Cap. XLIX.*

MVlta diximus de Rege;& regia dignitate, ſed quia Rex iuſtus debet diligere Iuſtitiam,cũ ſit ſeruator iuſtitiæ, ideo aliqua de excellentia iuſtitiæ dicemus, Deo optimo maximo lu ſtrante viam. Iuſtitia igitur eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens. Ita Iuſtinianus in principio Inſtitutionũ, & iuriſconſultus in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iu. ſed vt inquit Ariſto.v.ethicorum, iuſtitia largo modo ſumpta comprehendit omnes virtutes;& iſto modo accipitur ab ipſo Ariſt.in lib.i. poli.c.i. vbi ait;ſicut homo perfectus eſt omnium animaliũ optimus;ita ſeparatus à lege, & iuſtitia eſt peſsimus omnium. hoc etiam modo accepit Saluator, dum dixit Matt.v.niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam ſcribarum, & phariſeorum, non intrabitis in regnum cœlorum. & iuſtitia proprie dicta eſt nobilior omnium virtutum moralium; ideo inquit Ariſto.v.ethico. Præclariſsima omnium virtutum videtur eſſe iuſtitia, & neque heſperus,nec Lucifer ita admirabilis.& addit;iuſtitia virtus eſt maxime perfecta,quoniam perfectæ virtutis vſus eſt, & in ipſa ſimul omnis virtus.& Cicero in i.de officiis ait;iuſtitie ſplendor eſt maximus, ex quo boni viri nominantur.& in iii. eiuſdem operis dicit;iuſtitia eſt vna omnium domina,reginaque virtutum.& in aucten,vt omnes obediant iudici prodicitur;vnam, quidẽ eſſe omnium perfectiſsimam virtutem arbitrandum eſt hominibus,quæ iura omnibus diſtribuit:hęc eſt autem cognominata iuſtitia.& Tulli.in ii.Rhetor.dicit ;iuſtitia eſt habitus animi ſuã vnicuique tribuens dignitatem.cum ergo cæteræ virtutes morales, vt plurimum ſint ſolum habenti vtiles. iuſtitia & ſibi,& aliis, Immo omnibus in mũdo exiſtentibus eſt vtilis;quia vt dicitur, in l.iuſtitia.ff. de iuſti.& iure;iuris præcepta ſunt hæc,honeſte viuere, alterum non lędere, ius ſuum vnicuique tribuere.ecce vtilitas ad omnes. Sequitur, quòd alias virtutes excedit, & nulla eam. itaque obtinet principalem gradũ bonitatis iuxta notata in l.vbi autem.ff.de verbo. oblig. & idem habetur in l.vnica.C.de cadu.tollen. Itaque manifeſte apparet, iuſtitiã eſſe aliis virtutibus moralibus præponendam;per quam multorum ſalus, & incolumitas procuratur, vt eſt text.in l.prouinciarum præſides.C.de feri. vnde Ambroſius in lib.de officiis de illa inquit iuſtitia vnicuique quod ſuum eſt,tribuit, vtilitatem propriam negligit, vt communem vtilitatem cuſtodiat.ex quibus infertur, quod reſpublica abſque iuſtitia conſeruari non poteſt, vnde Auguſti.in lib. vi. de ciuitate dei.c. xix. ſapientium ſententias recitãs concludit;hoc veriſsimum eſſe, videlicet ſine iuſtitia rẽpublicam regi non poſſe.& Macrobius in libr.de ſomnio Scipionis ait; ſine iuſtitia non ſolũ reſpublica, ſed nec exiguus hominum cetus,nec quidem parua domus conſtabit.& Saluſti.in Catil.dicit;Labore,ac iuſtitia reſpublica excreſcit. & Ciprianus in lib.de xii.abuſionibus ait;iuſtitia eſt pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, & gaudium hominum, & merito;nam reſpublica tempore pacis,& belli optime gubernatur, vt habetur in proh. Inſtitutionum; Per iuſtitiam nanque mali terrentur, & boni conſeruantur, vt in c.non fruſtra.xxiii. q.v.& in l.capitalium §.famoſos.& in l.aur ſacta.§.fin.ff.de pœnis. nam per iuſtitiam cum punitur vnus malus, aliis incutitur metus; & iſto modo pax, & tranquilitas conſeruatur, vt in l.i.C. ad l. Iuli.repe.& in l. diuus.ff. de cuſto. & exhi. re. Item ſummum in rebus bonum eſt Iuſtitiam colere. tex.in c. cum deuotiſsimus. xii.q.ii.& Auguſti. in libr.iiii. de ciui.dei.c.iiii. ait; Remota iuſtitia quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? vnde Alexandro magno quidam apprehenſus pirata reſpondit, cum idem Rex hominem interrogaſſet, quare ſic mare haberet infeſtum; ille libera contumelia inquit; quare & tu orbem terrarum? quia enim ego exiguo nauigo prædor, latro vocor, & quia tu magna claſſe, diceris Imperator. Ambro.quoque in hexameron, oſtendens excellere alias virtutes inquit; vbi eſt prudentia, ibi interdum eſt malitia; ubi fortitudo, ibi iracundia; vbi eſt temperantia, ibi impatientia plerunque, & alia vitia: vbi autem iuſtitia, ibi cæterarum virtutum concordia. vnde Cicero in iii. de offi. ait; Qui veram gloriam adipiſci vult, iuſtitiæ fungatur officiis. Et Plato in libro de legi.dicit;Nullum ſupplitium lege factum ad malum tendit, ſed duorum alterum ſemper fere ſolet efficere; nam aut melior, aut minus prauus, qui pœnas edidit, factus eſt, & Seneca. io libr. de iiii. virtutibus; quid eſt iuſtitia, niſi diuina lex, & vinculum ſocietatis humanæ? Vlpia. quoque in l.i.ff.de iuſti.& iur. ait. Eſt autem ius à iuſtitia appellatum; & eſt ars boni, & æqui, cuius merito quis nos ſacerdotes appellat. Iuſtitiam nanque colimus, boni,& æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum metu pœnarum, verum præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes; veram, niſi fallor, philoſophiam, non ſimulatam, affectantes. Imperator etiam in aucten. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant.§.eos autem collatio.ii.& in l.prima.C.de cuſto.reorum. exhortatur omnes ad iuſtitiam, maxime miniſtros iuſtitiæ, vt innocentes adiuuent, maloſque caſtigent. & in aucten.de non eligen.ſecundo nub.mulieres.§.ſi autem.dicit, vt notant doctor. quòd æqualitas ſemper eſt ſeruanda,&c. Sed qui iuſtitiam vult miniſtrare,& aliquem punire, debet obſeruare leges, quas ab aliis vult obſeruari: ſcriptum namque eſt in cap.cum illorum, de ſententia excommun. Aliis legem imponere non debent, quam ipſi negligunt obſeruare. Et ea cauſa Auguſt.in libro quinto de ciuitate dei, capit.xvi. laudat Romanos, qui viuebant ſub legibus, quas aliis gentibus obſeruandas tradebant. Ideo inquit Imperator in l.ex imperfecto.C. de

de teſta. Nihil tam proprium Imperii eſt, quàm legibus viuere. facit tex. in l. digna vox. C. de legi
bus. Et ſic eſt concludendum, quòd tranſgreſſor legis recte alium iudicare non poteſt. & in c. ſa-
cerdos. iii. q. vii. dicitur; Criminoſus criminis alterius iudex eſſe non poteſt; nam ſe ipſum dã-
nat, dum in alterius crimen ſententiam profert. & in c. iudicet. eadem cauſa, & quæſtione dicitur;
Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in ſe ipſo condemnet. facit tex. in c. iniqoe.
xxxii. q. vi. O quot inueniuntur iudices hodiernis temporibus, qui magis merentur laqueo ſu-
ſpendi, vel decapitari, quàm illi, quos ad ſupplicium iudicant, & condemnant. Debet ergo ille,
qui iuſtitiam vult miniſtrare, vitam ſuam emendare. facit ad hoc tex. in c. nemo. lxxxi. diſtinctio.
debet & adminiſtrator iuſtitiæ facere iuſtitiam omnibus, non alicui in particulari; quia pericli-
tatur reſpublica, & non bene regitur, quando iuſtitia fit vni, & non alteri. Hic enim non eſt a-
ctus veræ iuſtitiæ per iura ſuperius allegata; quia in iudiciis ſeruanda eſt æqualitas. l. non igno-
ret. C. de fructi. & liti. expen. & in c. i. & ii. de mutuis petitio. Et philoſo. in. v. ethicor. dicit; Iuſti-
tia eſt virtus, per quam ſinguli habent, quæ ſua ſunt, non acceptãs perſonas hominum, ſed æqua-
liter omnes diiudicans, pauperem, ſicut diuitem, & ciuem intraneum, ſicut extraneum; ſicut e-
nim ſol æqualiter ſtat in medio planetarum, & lumen ſuum æqualiter diffundit inter eos, ſic etiã
iudex, & adminiſtrator iuſtitiæ debet eſſe media perſona inter reum, & actorem; amicum, & ini-
micum; paruum, & magnum; pauperem, & diuitem; inter quos debet diuidere lumen verita-
tis iuſtitiæ; & non debent adminiſtratores, & executores iuſtitiæ facere, ſicut iaſpis, lapis quidã
qui non bene exercet virtutem ſuam, niſi inuoluatur auro, vel argento. Iſtis nanque temporibus.
vt plurimum, licet cauſa pauperis ſit clara, non tamen expeditur, niſi manus iudicum auro, vel ar-
gento inungantur. & Gregor. inquit in capitulo qui recte, ii. q. iii. Qui recte iudicat, & præmi-
um remunerationis ſperat, fraudem in deo perpetrat; quia iuſtitiam, quam gratis impartiri de-
buit, acceptione pecuniæ vendidit; & deberent ſeruare illud Deuteronom. capit. ii. Ita paruum
audietis, ſicut magnum, quia dei iudicium eſt. Sed in multis hæc conditio non reperitur, nã ſunt
ſicut aues viuentes de rapina, & nocentibus ſæpe parcunt, & innocentes occidunt; accipiter. n.
parcit aui prædatori, ſed non parcit columbæ, vel turturi innocenti. Et lupus ſæpe parcit vulpi
fraudolentiſsimo animali, nunquam tamen parcit oui; & in communi prouerbio dicitur; Lu-
pus non capit lupum. Et ſic iſtis temporibus, vt plurimum, iuſtitiam obtinere non poſſunt, niſi
diuites, & potentes, pauperibus reiectis, quibus curia clauſa eſt. Sed eſt menti tenendum, quòd A-
zo dicit in ſua ſumma, in rubrica de ſumma trinitate. Iuſtitia a ſumma trinitate originem ducit,
à qua omnis iuſtitia, & veritas in lucem ſplendeſcit. Et Apoſtolus ad Roman. in cap. primo ait;
Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem iniuſtitiam. & Deuterono. cap. xxv. dicitur; Deus
aduerſatur omnem iniuſtitiam. & Pſalm. xcvi. Iuſtus, vt palma, florebit. Salomon quoque pro-
uerbio. x. & ſapientiæ. capit. i. ait; Iuſtitia perpetua eſt, & immortalis. & in capi. iii. eiuſdem libri
ait; Iuſtorum animæ in manu dei ſunt; & non tanget illos tormentum mortis. & Dauid in Pſal.
x. ait, Deus enim iuſtus eſt, & iuſtitiam diligit. Modo contra iniquos executores iuſtitiæ volo
adducere aliqua exempla gentilitatis, & paganorum. Refert enim Helinandus in geſtis Romano-
rum, quòd cum Traianus Imperator equum aſcendiſſet ad bellum profecturus, vidua quædam
apprehenſo pede eius iuſtitiam ſibi adminiſtrari petiit de filio ſuo innocente occiſo. Cui Impera-
tor dixit: Cum rediero tibi ſatisfaciam. At illa: Quid ſi non redieris? & ille, ſucceſſor meus
tibi ſatiſfaciet. Ia vero ait. Quid tibi proderit, ſi alius mihi iuſtitiam miniſtrauerit. Ad quæ ver-
ba motus Imperator deſcendit de quo, & inueniens filium ſuum occidiſſe filium viduæ, dedit eũ
viduæ loco filii ſui amiſsi, eamque multis donis contentam reddidit. Habemus etiam exemplũ
de Romanis, qui propter zelum, & affectionem, quam habebant iuſtitię ædificauerunt pulcherri-
mum templum in honorem illius virtutis, & tanquam ſanctiſsimum, & conſecratum illud vene-
rabantur, vt habetur in l. i. §. eumque. C. de veteri iure enucle. Refert etiam Valerius Maximus li-
bro ſexto quendam iudicem corruptum pecunia iniuſte iudicaſſe, quem Rex Cambiſes decoria-
ri fecit, & occidi; & ſuper ſedem, in qua iudicabat, fecit corium illius poni; deinde filium ipſius
iudicis loco patris ſubſtituit, & ſuper illam ſedem iudicare iuſsit, vt ſic exemplum miniſtrandi iu-
ſtitiam caperet. Refert etiam Tit. Li. in lib. ii. ab vrbe condita, quòd expulſo Tarquinio Rege a
Romanis, quidam iuuenes, inter quos erant filii Bruti, tractabant de reductione Regis, ſed cum
fuiſſent a quodam ſeruo detecti, Brutus Conſul proprios filios ad palum ligatos occidi fecit in
conſpectu ſuo, nullum doloris ſignum oſtendens. Auguſ. etiam recitat in libro quinto de ciuita-
te dei de Manlio Torquato, qui filium ſuum occidi fecit, quia cõ ipſe imperaſſet, ne aliquis bellũ
cum hoſtibus iniret, ille cum ab vno hoſtium prouocatus eſſet, & ſperaret de eo victoriam re-
portare, decertauit. vnde quamuis de hoſtibus triumphauerit, fecit tamen eum pater interimi,
quia inobediens fuit. Item adminiſtrator iuſtitiæ magna maturitate inquirat de veritate iuſtitiæ,
antequam aliquem puniat, & non leuitate, aut furore ductus ſententiam præcipitet, vt habetur
in c. ſummopere. xi. q. iii. & in c. omnipotens deus. ii. quæſ. i. Et ideo non debet eſſe nimis facilis
ad credendum, quia qui cito credit, leuis eſt corde, vt dicitur eccleſiaſte. c. xix. Notabimus etiam,
quòd

quòd mali homines ſemper perſequuntur iuſtitiam,vt patet ex verbis ꝓpoſitis.vnde iu c.forus, de verb.ſig.dicitur; Iuſtitia cum ſcelerato non poteſt babere commertium. vltimo uotabimus, quòd iuſtitiæ ſunt multa contraria,ſed præcipue quatuor, videlicet amor,odium, timor, cupiditas; de quibus iuquit Greg.xi.q.iii,c.iiii.quatuor modis humanum iudicium peruertitur, timore,dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus: cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus; odio,dum contra quemlibet aduerſarium molimur; amore,dum amico,vel propiuquo præſtare contendimus. De umore inquit Auguſt.iu c. quicunque. ea.q. & cau.quicunq; metu cuiuſlibet pſãtis veritatẽ occultat,irã dei ſuper ſe ꝓuocat,quia magis hoiem quàm deũ,timet, & ideo dicitur eccl.c.v.Noli quærere fieri iudex,niſi valeas virtute irrũpere iniqoitates,ne forte extimeſcas faciẽ potentis.Debet igitur quis potius mortẽ ſubire,quàm timore alicuius ſupplicii inique aliquẽ dãnare,vt in c.nemo.ii.q.iii.iõ inquit Caſsi.li.x.Epiſt.epiſ. xix.illa ſunt uera iudicia,vbi neminẽ cõprimit vlla timidas.De cupiditate vero qũo contrarietur iuſtitiæ,& recto iodicio,referã quid Iſid.in.ii.ſoliloquiorum.c.i.dicat;ait.n.Pereunt leges auaritia iudicante.Nã præmia,& dona legib.vires tolluot, pecuniaq; venale iudicium facit.& Augu.ait;Vſque adeo cupiditatis inoleuit malũ,vt iam ex conſuetudioe vendantur leges,corrũpantur iura;et ſententia ipſa venalis ſit.Odium añt,& Inimicitia,ꝙ recto impediat iudicio, omnia iura docent; ideo permittitur,vt iudices poſsint recuſari.& inquit Caſs.li.xii.Epiſt.epiſt.i.Periculoſum eſt pati iudicem iratum,& illum de fortunis tuis decernere,quẽ te conſtat grauiter irritaſſe.De amore autem inquit Tull.in lib.iii.de Offi.Nec contra remp.nec contra iuſiurandum, aut fidem amici ſui cauſa vir bonus faciat,nam ſi omnia facienda ſuot,quæ amici voluut,noo amicitia eſt,ſed cõinrationes putandæ ſunt,& in c.quicunque.ii.q.iii.Quicunque cooſanguinitate,aut amicitia, vel hoſtili odio, in iudicando ducitur,peruertit iudicium Chriſti,qui eſt iuſtitia,& fructũ illius uertit in damnationum amaritudioem.Ideo Valerius Max.laudat Soleotum,qui in vrbe Lucretium cum ſaluberrimas leges dediſſet populo,ſecundum quas adulter vtroque oculo erat priuandus, deprehenſo filio eius in adulterio,volabat, vt oculi eruerentur,ſed rogãte populo,vt penam adoleſcentis remitteret,aliquandiu repugnauit:ad vltimum populi precibus deuictus ſuo prius,dein de filii oculo eruto,vſum vidẽdi vtrique reliquit.Et ſic nec propter filii affectionem;aut ſui ipſius ſeoſualitatem à iuſtitiæ rectitudine declinare voluit,ſine qua omnia regna ad nihilum veniunt. Et gens ſine iuſtitia eſt ſine regimine nauis io vndis. Sed philoſophus.v. Ethicorum diſtiuguit duplicem iuſtitiam,legalem,& æqualem,legalis enim iuſtitia eſt quid generale,& quodammodo omnis virtus,Nam ex hoc eſt quis legalis,quia adimpleat pręcepta legis.Sed(vt dicitur primo Magnorum moralium)lex præcipit actus omnium virtutum.Præcipit enim lex operari fortia, & tẽperata,& vniuerſaliter omnia,quæ dicuntur ſecundum virtutes.vnde ibidem dicitur,quòd iuſtitia legalis perfecta virtus ſit,etiam.v. Ethicorum ſcribitur, quòd lex præcipit non derelinquere aciem, neque fugere,neque abiicere arma,quod ſpectat ad fortitudinem,& præcipit non mæchari,quod pertinet ad temperantiam,& non percutere,neque contendere,quæ ſunt opera manſuetudiois.Lex igitur vniuerſaliter iubet omnem virtutem implere,& malitiam fugere. Quare iuſtitia legalis,ideſt impletio legalis,eſt quodammodo omnis virtus.Iuſtitia autem æqualis eſt quædã virtus ſpecialis, per quam redditur cuilibet quod eſt æqoum,ideſt quod ſibi debetur.Differentia autem harum iuſtitiarum ſic poteſt accipi.Nam(vt ſcribitur.v.ethicorum)iuſtitia eſt in ordine ad alterum,pro vt igitur ciues habent ordinem ad ſe inuicem,& ad rempublicam, ſic & ad legiſlatores,ſeu ad ipſum Regem habet eſſe in eis iuſtitia legalis,& æqualis. Nam in ipſis ciuibus ex eo, ꝙ huiuſmodi ordinem habent,vel quęritur bonum commune,vel bonum ſpeciale,& proprium.Si quæritur commune bonum,ſic eſt in eis iuſtitia legalis.Si autem quæritur in ipſis aliquod bonũ priuatum,erit in eis iuſtitia æqualis.Bonum enim commune reſultat ex omni bono ciuium, res enim publica,& tota ciuitas melior eſt qualitercunque ciues boni ſint.Siue enim ciues ſunt boni in ſe,ſiue in ordine ad alios,ſemper ciuitas melior eſt,quæ ex melioribus ciuibus conſtat, & quãto pluribus modis ſunt boni ciues,tanto magis eſt bona ciuitas.Leges igitur intendunt commune bonum,præcipiunt omoem modum bonitatis.Eſſe igitur iuſtum ſecundum legem, & implere legalem iuſtitiam eſt ſequi omne bonum,& fugere omne vitium,& habere quodammodo omnem virtutem,propter quod legalis iuſtitia dicta eſt quodammodo omnis virtus;quia exercet opera omnium virtutum.Inde eſt ergo,quòd hæc iuſtitia dicitur vnicuique ſuum tribuere, quia ius in quadam æqualitate conſiſtit,hæc autem vnicuique tribuit quod iuſtum,vel æquũ eſt. Sic etiam dicitur vnicuique tribuere,quod ſuum eſt,quia æquum eſt, quemlibet poſsidere ſua.Si igitur hæc iuſtitia ſpecialis æqualis dicitur,& æqualitati intendit,cum bona exteriora dupliciter ciues inæqualiter participare poſsint,dupliciter erit huiuſmodi particularis iuſtitia.Itaque oſtenſum eſt quomodo differat iuſtitia a virtutibus aliis,quia virtutes aliæ magis perficiunt hominem ĩ ſe,iuſtitia vero ſiue ſit legalis,ſiue diſtributiua,ſiue cõmutatiua,pficit hominẽ ĩ ordine ad aliũ. Dicebatur in præcedentibus,duas eſſe iniuſtitias,vnam generalem,& aliam ſpecialẽ,ſed ad hoc,vt ſingna ſubſiſtant,& pacifice maneant,vtraque iuſtitia eſt neceſſaria; quia abſque iuſtitia generali regna durare non poſſunt. Nam vt ſuperius diximus,legalis iuſtitia eſt quodammodo omnis vir

tus

tus: habere.n.huiuſmodi eſt implere legem.Si ergo lex iubet omne bonum, & prohibet omne malum,implere legẽ eſt eſſe perfectè virtuoſum. Ideo primo magnorum moraliom capitulo de iuſtitia dicitur,ꝙ legalis iuſtitia eſt perfecta virtus, ergo per locum ab oppoſito; legalis iniuſtitia eſt integra, & perfecta malitia.In oullo ergo obſeruare leges,&cines non participare in aliquo legalem iuſtitiam,eſt eos eſſe integre,&perfecte malos.Sed,vt dicitur.iiii.ethicorum,capitulo de manſuetudine,malum ſeipſum deſtruit; & ſi integrum ſit,importabile ſit. Importabile igitur eſſet illod regnum,& durare non poſſet illa ciuitas,cuins ciues integre eſſent mali,& in oullo vellẽt implere legem,nec vellent in aliquo participare legalem ioſtitiam. Ex parte igitor ipſius legalis iuſtitiæ,quæ eſt perfecta virtus,cuins oppoſitom eſt perfecta malitia,probari poteſt,qudd abſq; legali iuſtitia non valent regna ſubſiſtere.Quocunque tamen modo ſumatur iuſtitia,ſine ea ciuitas,vel regnum durare non poteſt, Bene ergo dictum eſt, qood dicitur.i.magnorum moralinm,c.de iuſtitia; quod iuſtum eſt qnoddam proportionabile, & cootinet vrbanitates. Nam ſicut anima continet corpus,quia recedente ea corpos diſſoluitur, & marceſcit; ſic iuſtitia continet vrbanitates.i.ciuitates,& regna; quia ſine ea diſſoluitur ciuitas,& oon poſſunt regna ſubſiſtere. Valde igitur iniuriatur regno,& regi,qui iuſtitiam noo obſeruat.Si igitur iuſtitia eſt tantum bonum regis,& regni,ſummopere rex ſtudere debet, vt io ſuo regoo ſeruetur iuſtitia, non ſolum iis,qui in regno nati ſunt,ſed etiam peregrinis,& aduenis; cuicunque.n.negetur iuſtitia,manifeſte regi,& regno infertur iuinria. Itaque maxime decet reges,& principes eſſe iuſtos; & in ſuo regno iuſtioam obſeruare,vt multoties diximus.

Philoſophus circa fioem.ii.ethicorum,inuictiſsime,catholice Rex,præter iuſtitiam,& prudentiam ennmerat decem alias virtutes morales,videlicet fortitudinem,temperantiam,honoris amatiuam,magnaoimitatem,largitatem,magnificentiam,manſuetndinem,veritatem,affabilitatem,et eutrapeliam,quam bene ſocietatem,vel bonam conuerſationem appellare poſſumus. Itaque doodecim ſunt virtutes,quarum vna eſt in intellectu,vt prudentia; voa in voluutate,vt iuſtitia, quatuor in iraſcibili,vt fortitudo,manſuetudo,magnificeotia, & magnanimitas; & ſex io coocupiſcibili,vt temperantia,liberalitas,honoris amatiua,veritas,affabilitas,eutrapelia. Sed non omnes illæ duodecim ſunt æqne principales,quia quædam ſunt cardinales, & principales; qnædam vero annexæ. Cardinales autem ſunt quatoor videlicet prudentia,iuſtitia,fortitudo, temparantia. Annexæ autem ſunt aliæ octo,de quibus ſupra fecimus mentiouem.

De ſermone epiſcopali,in quo tractatur de iuſtificatione hominis, de prædeſtinatione,de eleemoſyna,de ieiunio,de oratione,de articulis fidei,de iudicio uniuerſali,& de purgatorio. Cap. L.

ET quia hominum malignitas in his temporibus moltum creuit, vnde maxima diſceſsio in eccleſia dei orta eſt,ideo ſanctiſsimi epiſcopi in ſuis eccleſiis hunc ſermooem prædicent iudicio meo,iuxta illud Matt.vlti.Euntes ergo docete omnes geotes,docentes eas ſeruare omnia,quæcunque mandaui vobis,& Matt.v.vos eſtis lux mundi,&c.& ſicut lux eſt manifeſtatio omnium occultorum,ſic prælati per intelligentiam ſacræ ſcripturæ debent ex officio ootificare aliis omnia opera virtutum.

Prima pars ſermonis Epiſcopalis.

DEus creauit homioem ad imaginem ſuam,Gen.i.cumq; gratia ornauit.Itaq; creauit hominem rectum,& reliquit in manu conſilii ſui,vt non minorem haberet vim ad eligendum booum,quàm malum.Quod ſi hac libertate vſus fuiſſet recte,& mandatis obediſſet,bona quæ acceperat,atq; iuſtitiam,ſibi,& poſteritati ſuæ conſeruaſſet;omne deniq; peccatũ, atq; vitiũ vitaſſet.Verum poſtquam primus parens contra ea,quæ mandauerat deus,fecit, incidit io pœnã a deo propoſitam,& iuſtitiæ donum pulcherrimum amiſit.Itaque caro corrupta ſtetit, & deinde proceſsit animi,& corporis infirmitas.Deus igitur qui diues eſt in miſericordia, nolens perire; qoos coodiderat, filium ſuum miſit in mundum,vt per ſanguinem eius natura humana haberet redemptionem,Apoſt. ad Epheſ.i.poſuit eoim deus ſuper eum iniquitates noſtras, vt in corpore ſuo peccata ferret in cruce.Iſa.liii.& Petrus in epiſtola.i.capit.ii.peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum,vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus,cuius liuore ſanati eſtis; eratis enim ſicut oues errantes,ſed conuerſi eſtis nonc ad paſtorem veſtrum, & epiſcopum animarum veſtrarum. Ideo dixit Apoſtolus.i.ad Corin.vi.Abluti eſtis,ſanctificati eſtis,iuſtificati eſtis.Abluti eſtis virtute ſaoguinis Ieſu Chriſti in baptiſmo,ſecundum illud Apocalip.i. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.Sanctificati eſtis virtute ſanguinis Chriſti,per gratiam conſecrati.Iuſtificati eſtis ad ſtatum iuſtitiæ.ita ſanctus Tho.in d.c.vi.Sed aliqui inſenſati credebãt,fidẽ,& baptiſmum

ptiſmum ſufficere ad ſalutem ſine operibus bonis, etiam cum operibus malis. Quod factum eſt; quia fides ſine operibus mortua eſt; vt in epi. Iacob. c. ii. ideo Apoſt. ad Roman. vi. dixit poſt multa: quid ergo peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? abſit. liberati autem à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ. q. d. nõ valet obiectio, quia tempore nouæ legis manent præcepta moralia, eo quod ſunt de dictamine rationis rectæ: propter quod non ſumus abſoluti ab eorũ obligatione, liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ, ideſt obligati ad iuſtitiæ operationẽ. & aduerte, quia antiquis temporibus fuerũt inſani dicentes, quod cognitio fidei ſine operibus ſufficiebat ad ſalutem. contra quem errorẽ ſcripſit beatus Iacobus (vt dixi ſupra) in epiſtola ſua cap. ii. & ideo contra ſequentes dicit beatus Ioan. in dicta epiſtola i. cap. iii. Filioli, nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. i. non ille, qui credit ſine operibus, ſed qui facit iuſtitiam. i. opera iuſtitiæ. ſed primum, quod eſt neceſſariũ chriſtiano, eſt fides, ſine qua nullus dicitur chriſtianus: & inde eſt quod quando homo baptizatur, primo confitetur fidem, & dicitur Math. vlt. qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. & dicitur ad Hebr. xi. ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Itaque per fidem inchoatur in nobis vita æterna; quia fides docet nos omnia neceſſaria ad bene viuẽdum, & accedentem ad Deum oportet credere, ad Hebr. xi. ideo fuit neceſſarium, vnitatem fidei in vnum colligi, vt facilius poſsit omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei à veritate deficeret. Sed de fide dicemus in ſecunda parte ſermonis.

Et Chriſtus in oratione dominica docet nos orare pro peccatis dicendo, & dimitte nobis debita noſtra. itaque homo non iuſtificatur ex fide nuda, ſed ex fide charitate formata, vt dixi. quia qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & veritas in eo non eſt. Ioan. in epiſt. i. c. ii. & ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Math. xix. & omnem palmitem in me nõ ferentem fructum, tollet eum; & afferentem fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Ioan. xv. & ibi etiã legitur, ſi præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego patris mei pręcepta ſeruaui. uos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis, animas veſtras caſtigantes in obedientia charitatis, ideſt ex charitate mãdata dei ſeruãdo, in quibus prohibetur adulteriũ, & c. Legitur etiam Matth. vltimo; Euntes docere omnes gentes, docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. & omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Eſtote autem factores verbi, non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Iacob. i. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matth. iii. & iiii. Pœnitemini, & credite Euangelio. Marc. i. mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. Apocalip. ii. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, ut ſaluemini: qui iuſtus eſt iuſtificetur adhoc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. Apocal. cap. finali. Creſcite vero in gratia, & in cognitione Saluatoris domini noſtri Ieſu Criſti. i. merẽdo eius augmentum per bona opera. Petrus in ii. epiſt. cap. ult. ſi diligitis me, mandata mea ſeruate: qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille est, qui diligit me. Ioan. xiiii. & ſcriptum eſt nemo uenit ad patrem, niſi per me. i. in me credendo, & opera imitãdo. Et legitur in ſancto Ionne. cap. viii. amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non uidebit in æternum. petite, & dabitur uobis; quærite, & inuenientis; pulſate, & aperietur nobis; intrate per anguſtam portam. i. per conatum liberi arbitrii. Matth. v. legitur etiam in epiſt. i. Petri. c. iiii. Omnium aũt finis appropinquabit: eſtote itaq; prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia autem mutuam in vobis metipſis continuam charitatem habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorũ. Qui non accipit crucem ſuã, & ſequitur me, non eſt me dignus. i. voluntarie mortem tolerando. Matt. x. & neſcitis, ꝙ hi, qui in ſtadio currũt omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? ſic currite, vt comprehendatis brauium, ſeu præmium æternæ felicitatis. ad Cori. ix. Videte, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominib. vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem, qui in cœlis eſt. Matt. vi.

Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tãtum, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Matt. x. Et te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Mat. vi. & a diebus Ioannis Bap. vſq; nunc regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Matt. xi. & Chriſtus dixit; Vere dico vobis, quia hæc vidua paupercula plus omnibus miſit. Lucæ. xxi. Et Apoſtolus, qui certus erat, quod deo erat acceptus, petit, & orat pro ſe, vt in c. xiii. ad Hebr. & etiam ipſe pro aliis. Nemo igitur adeo magnus, aut ſanctus ſit in oculis ſuis, vt non indigeat orationibus ſanctorum. Interrogatus etiam Chriſtus a phariſæis, quã venit regnum dei, dixit eis: Regnum dei intra vos eſt. Luc. xvii. hoc eſt in veſtra poteſtate eſt conſtitutum, vt illud promereri poſsitis; quia ſi feceritis, quod in vobis eſt, deus gratiam tribuet promerendi. Et ſcriptum eſt, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Ioan. xii. & finis præcepti eſt charitas. i. ad Timo. c. i. & gloria autem, & honor, & pax omni operãti bonum, ad Rom. ii. Si cor noſtrum non reprehẽderit nos, fiduciam habemus ad deum, vt quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quia mandata dei cuſtodimus, dicit B. Io. in i. epiſto. c. iii. Surge qui dormis, reſurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus, ad Eph. c. v. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate. Ioã. in i. epiſt. c. iii. & Apoſtolus dixit ad Roman. xiii. Plenitudo

nitudo legis eſt dilectio.Et ad Corin.epiſt.i.c.xi.dixit; Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chri-
ſti.Eſtote autem factores verbi,non auditores tantum. Iacob.i. Qui conuerti fecerit peccatorē
ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animam eius a morte,& operit multitudinem peccatorum. Iacob.in
c.ſi.Si confiteamur peccata noſtra,fidelis eſt,& iuſtus,vt remittat nobis peccata noſtra.Ioan.in i.
epiſt.c.ii.Miſericordiam volo,non ſacrificium.Mat.ix.Nemo poteſt venire ad me,niſi pater,qui
miſit me,traxerit eum.Io.vi.ideſt per fidem charitate formatam.Mutuum date nihil inde ſperā-
tes; & erit merces veſtra multa; & eritis filii altiſsimi.Tu autem cum oraueris,intra cubiculum
tuum,ex clauſo hoſtio ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus,qui videt te in abſcondito
reddet tibi.Matt.vi.Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos; iugū
enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue.Matth.xi. Qui ſuſcipit vnum paruulum talem in no-
mine meo,me ſuſcipit. Matt.x.& Lucæ.ix.quia qui ſuſcipit proximum propter Chriſtum,dici-
tur Chriſtum recipere.Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis; dico enim vobis, quia ange-
li eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei,qui in cœlis eſt.Non.n.veni vocare iuſtos,id-
eſt ad pœnitentiam,ſed peccatores.Licet aliquos iuſtos vocauerit ad augmentū gratiæ,vt Petrū,
Andream,& conſimiles.Matt.ix.& etiam Abraham propter obedientiam meruit augmentum,
licet ipſe eſſet vir iuſtus,vt cōſtat ex ſacra ſcriptura.Gen.xx. Vnuſquiſq; autem propriam accipiet
mercedem ſecundum ſuum laborem.ad Cor.i.c.iii.Tu reddis dn̄e vnicuiq; ſecūdum opera ſua.
pſal.vi.& Matt.xvi.legitur;Filius.n.hominis venturus eſt in gloriam patris ſui cū angelis ſuis, &
tunc reddet vnicuiq; ſcd̄m opera eorum.Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te
adducit? ideſt per Ieſum Chriſtum mediatorem noſtrum.Stipendia.n.peccati,mors; gratia autē
dei vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro.i.per Ieſum Chriſtum mediatorem noſtrum.ad
Rom.vii.Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos.Matt.xi.Et legi-
tur in Hier.c.xxxii.Oculi domini aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddat vnicui
que ſecundum vias ſuas.Dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes,maxime autem ad
domeſticos fidei.ad Galat.vi.Oportet ſemper orare,& non deficere.Lucæ.xviii. Qui manducat
meam carnem,& bibit meum ſanguinem,habet vitam æternā: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſi
mo die.Io.vi. Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos.Io.xii.Omnis.n.
lex in vno ſermone impletur;diliges proximum tuum,ſicut teipſum.ad Gal.viii. Si quis diligit
me,ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem a-
pud eum faciemus.Io.xiii.In Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid operatur,neq; præputium,
ſed fides,quæ per charitatem operatur.i.implendo diuina præcepta.ad Galat.v. Omnis.n.lex in
vno ſermone impletur;diliges proximum tuum,ſicut teipſum.ad Galat.v. Spiritu ambulate, &
deſideria carnis non perficietis.ad Gal.v.Conuincuntur hæretici dicentes, quod credentes non
damnabuntur,etiam ſi moriantur in peccato mortali.Sed improbatur hoc per Apoſt.ad Gal.v.
Manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt immunditia,fornicatio,impudicitia,luxuriæ, inimicitiæ;
&c.quoniam qui talia agunt,regnum dei non poſſidebunt.Et illud,quod dixit Apoſt.i.ad Thi
mo.c.i.Lex iuſto non eſt poſita.intellige quantum ad vim coactiuam; quia iuſtus non cohibetur
timore pœnæ a malis.Tollite iugum meum ſuper vos,& diſcite a me,quia mitis ſum, & humilis
corde;& inuenietis requiem animabus veſtris.Matt.xi.Legitur etiam in c.iiii.epiſt. diui Iacobi;
Appropinquate deo,& appropinquabit vobis,dona gratiæ ſuæ conferendo,& etiam augmentan
do,quia ſine gratia ſenſus,& cogitatio hominis prona ſunt in malum ab adoleſcentia ſua.Gene.
viii.Fructus autem ſpiritus eſt charitas,pax,pacientia,benignitas,fides,modeſtia,continentia,&c.
ad Gal.v.Vendite,quæ poſsidetis,& date eleemoſinā.Luc.xii.Stipendia.n.peccati mors,gratia aūt
vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro.ad Rom.vi.Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chri-
ſti.Laudo autem vos fratres,quod per omnia mei memores eſtis;& ſicut tradidi vobis,præcepta
mea tenetis.i.ad Corin.xi.Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo per opera charitatis.ii.
ad Corin.v.Adiuuantes autem exhortamur,ne in vacuum gratiam recipiatis; ait.n. tempore ac
cepto exaudiui te,& in die ſalutis adiuui te.Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis,
nemini dantes vllam offenſionem,vt non vituperetur miniſterium noſtrum; quia mala ſubdito
rum redeunt in vituperium prælatorum.Qui parce ſeminat.i.parum dat,parce,& metet.i.parū
in præmio recipiet.Et qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet. Hilarem.n.
datorem diligit deus.ii.ad Cor.vi.Placeo mihi in infirmitatibus,in contumeliis,in neceſsitatib.
in perſecutionibus,in anguſtiis pro Chriſto.Cum.n.infirmor,tunc fortior ſum per auxilium di-
uinum mihi collatum;ad Cor.xii.Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chri-
ſti.ad Gal.vi.Et apoſtolus dicit ad Coloſſenſes.i.Vt ambuletis digne deo per omnia placentes,in
omni opere bono fructificantes,& creſcentes in ſcientia dei.& ad Thim.c.ii.dicit; Obſecro igi-
tur primum omnium fieri obſecrationes,orationes,poſtulationes, gratiarum actiones pro om-
nibus hominibus,pro regibus,& omnibus,qui in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietā, & tran-
quillam vitam agamus in omni pietate,& charitate.Hoc.n.bonū eſt,& acceptum corā ſaluatore
noſtro deo,qui oēs hoīes vult ſaluos fieri,& ad agnitionē veritatis venire.Et in.c.iii. dicit plat is.

Et

Et ſic miniſtrent nullum crimen habentes; qui enim bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi
acquirent. Et in cap.iiii.ad Timo.legitur; Exerce autem te ipſum ad pietatem; nam exercitatio
corporalis ad modicum vtilis eſt,pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ,
quæ nunc eſt,& futuræ. Et in c.vi.ad Hebr.dicit Apoſtolus. Non enim iniuſtus deus, vt obliui-
ſcatur operis veſtri,& dilectionis,quam oſtendiſtis in nnomine ipſius. Et ſanctus Lucas in Acti.
Apoſt.xiii.dicit.Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Et in ca.x legitur;
Orationes tuæ,& eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu dei.& in ca.xxvi.legitur
etiam; In omnem regionem Iudeæ,& gentibus annunciabant Apoſtoli,vt pœnitentiam agerẽt,
& conuerterentur ad deum,digna pœnitentiæ opera facientes, vt ſecundum qualitatem delicto-
rum ſit quantitas bonorum operum. Dixi ſuperius, exerce te ipſum ad pietatem.i. ad cultum
omnipotentis dei,& opera miſericordiæ. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ cõ
prehendant. Ioan.xii. Amen dico vobis,niſi conuerſi fueritis,& efficiamini ſicut paruuli iſti,non
intrabitis in regnum cœlorum.xviii.Matth. Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim regnũ
cœlorum. Matth.xix. Dixi ſuperius in allegando Timotheum in c.ii. Obſecro igitur primum o-
mniũm fieri obſecrationes,orationes, &c. debetis ſcire quod poſtquam Apoſtolus docuit Ti-
motheum,quomodo reducat populum ad formam veræ fidei;docet eum,vt doceat populum de
pertinentibus ad cultum fidei.i.orationibus,& obſequiis;ut conſtat ex textu, in quo aperte oſtẽ-
dit Apoſtolus,quòd inter omnia neceſſaria ad ſalutem Chriſtianam præcipua eſt oratio. Tria bo
na facit oratio, eſt efficax,& vtile remedium contra mala: liberat enim a peccatis commiſsis; li-
berat etiam a timore peccatorum ſuperuenientium,a tribulationibus,& triſtitiis: liberat etiam a
perſecutionibus,& inimicis. Item ad ſecretorum diuinorum reuelationem.cap. ſi ergo. viii.q.1.
Item ad cœleſtium deguſtationem; vnde ſine oratione non guſtantur diuina. Et oratio eſt effi-
cax,& utilis ad omnia deſideria obtinenda, ideo legitur Lucæ.xviii. Oportet enim ſemper ora-
re,& nunquam deficere. Et oratio nos facit familiares deo. Dauid, dirigatur oratio mea, ſicut in
cenſum in conſpectu tuo. Sed oratio dominica inter alias principalior inuenitur. Habet enim
quinque excellentias,quæ in oratione requiruntur. nam debet eſſe oratio ſecura,recta, ordina-
ta,deuota,humilis. Et de oratione diximus ſupra in cap.de horis canonicis,& in iſta prima parte
ſermonis dicemus. Mùltæ aliæ authoritates eiuſdem ſententiæ poſſent adduci,ſed ex dictis con-
uincuntur hæretici dicentes,quòd credentes non damnabuntur, etiam ſi moriantur in peccato
mortali. Et etiam improbatur per Apoſtolum ad Galath.v.dicentem(vt iam dixi) Manifeſta sũt
opera carnis,quæ ſunt fornicatio,immunditia,impudicitia,luxùria,idolorum ſeruitus,inimicitię
contentiones,æmulationes,iræ,rixę,diſſenſiones,ſectæ,inuidia, homicidia, ebrietates, & his ſi-
milia; quoniam qui talia agunt,regnum dei non conſequentur. Et illud,quod dicitur ad Ro-
ma.iii. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis; dicamus ſic,arbitra-
mur enim nos Apoſtoli ab ſpiritu ſancto inſtructi,hominem iuſtificari per fidem charitate for-
matam,ſine operibus legis cerimonialibus,ac iudicialibus. Triplicia nanque erant præcepta ve-
teris teſtamenti: moralia,ſeu naturalia,iudicialia,& cærimonialia. Cærimonialia,quoniam figu-
ratiua erant,& pro ſtatu illo ſolum accommodata,ceſſauerunt,veritate adueniente.i. Chriſto paſ
ſo,ac prædicato. Iudicialia ſine periculo in nouo teſtamento omittuntur,& obſeruantur,ſi a ſupe
riori inſtituuntur,& regimini Chriſtianorum congruant. Præcepta autem moralia,quę ordinan
tur ad bonos mores,eo quòd ſunt de dictamine rationis,recte manent,& nõ ſumus abſoluti ab
eorum obligatione;& non ſolum manent in nouo teſtamento, ſed etiam per Chriſtum perfici-
untur. Matth.v.& ad ſalutem requiruntur,iuxta illud Matt.xix. Si vis ad vitam ingredi,ſerua mã
data. Eadem fides eſt fidelium noui, & ueteris teſtamenti; quamuis tempora ſint mutata, & fides
ſit nobis magis explicata,& quod illi credebant futurum,nos credimus factum. Cum ergo lex
vetus fuerit via,ac diſpoſitio ordinata ad euangelicam legem,non dicitur deſtrui lex vetus,ſed im
pleri,ac perfici euangelica lege ſuperueniente: ceſſat tamen quantum ad modum prioris obſer-
uantiæ. Et quod minus in moralibus præceptis continebatur,in euangelio additur; & quod tũc
promittebatur futurum,fides aueniſſe teſtatur. Tollitur autẽ litera occidens,& moralia præce
pta literaliter manent; propter quod ait Saluator, matth.v. Non ueni ſoluere legem, ſed adimple
re. Itaque homo non iuſtificatur ex ſide nuda(vt dixi)ſed ex fide,& charitate formata. Dixit Apo
ſtolus(vt dixi)arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis;ſed tu intelli-
ge,quòd Apoſtolus loquitur de prima iuſtificatione hominis. Sed Iacobus,cum dicit,videtis,qđ
ex operibus iuſtificatur homo;loquitur de ſecunda iuſtificatione, ſeu incremento gratiæ, & iu-
ſtitiæ.vt videbitis infra in iſta prima parte ſermonis tractando de iuſtificatione:vbi dixi, quòd du
plex eſt iuſtificatio hominis,prima,& ſecunda. Ad maiorem euidentiam dico,quòd deus creauit
hominem ut ipſum cognoſceret,& cognoſcendo amaret,& amando frueretur, & ſic beatificare-
tur in tali fruitione. Sed uoluit deus,ut homo non attingeret talem beatitudinem, & præmium,
niſi operãdo mereretur. Ideo in paradiſo terreſtri dedit ei lege in principio valde leuem.i.ut ope
raretur, & cuſtodiret lignum uitæ, & coleret, & de omni ligno ederet ad uitam ſuſtentandam,

ſed de ligno vitæ ederet ad vitam perpetuandam, & de omni ligno ederet, præter quàm de ligno ſcientiæ boni, & mali. Et hoc ſub comminatione duplicis mortis. Geneſ. ii. Et ſic patet, quòd in illa duplex præceptum erat. i. vnum affirmatiuum, aliud negatiuum. Vnde erat propoſitum præmium, ſi obſeruaret, & obtemperaret, & pœna, ſi trãſgrederetur. Sed quia præuaricati ſunt primi parentes præceptum, & legem domini, ideo perdiderũt præmium, & beatitudinem promiſſam, & inciderunt in pœnam mortis, & miſeriæ, & ſic à paradiſo terreſtri fuerunt expulſi. Sed deus miſericors miſertus eſt hominis, & vt recuperaret felicitatem, quam peccando amiſerat; voluit deus, vt non aliter quam per legem fidei ambulando, & ipſam legem dei obſeruando ad cœleſtem felicitatem perueniret. Et loco originalis iuſtitiæ dedit ei legem, quam nũc habemus, per quam ambulat homo miſticus in hoc mundo. Et ſic per hanc legem ambulauit Adam cum tota ſua poſteritate fidelium vſque ad Chriſtum, & ambulat in præſenti vſque ad iuditium. Ex quo patet, quod tota lex dominica tam in veteri teſtamẽto, quàm in nouo data eſt nobis à deo ad ipſum colendum, & obſeruandum, loco illius originalis iuſtitiæ, quam homo debebat ſeruare in paradiſo. Et iſta dicitur lex domini, quæ ſecundum diuerſas ætates accepit maiorem perfectionem, vſque ad Chriſtum, in quo accepit gratiam, & redemptionem: nunc iam non expectat, niſi vltimum terminum, & beatitudinem, vt per Auguſt. in libro confeſſionum. Et aduerte, quòd eiiciens deus hominem de paradiſo dedit illi legem naturæ, non quòd per ſolam legem naturalem tenderet in Chriſtum, quia fidem habuit etiam, per quam tenderet in Chriſtum redemptorem ſuum de virgine naſciturum, vt Adam propter inſtantem miſeriam nõ deſperaret, ſed propter Chriſtum ſibi de ſua carne promiſſum gauderet. Et ſic ab Adam, & ſua poſteritate fidelium ſemper domini præſtolabatur aduentus. Sed iſta lex continue accepit aliquam perfectionem, & augmentum, vt patet per diſcurſum veteris teſtamenti. Nam a Noe cæperunt quædam ſacrificia, & præcepta; & in Abraham circuncisio; & in Moyſe præcepta moralia, & cærimonialia, & iudicialia. Ex quo patet, quòd lex vetus nihil aliud fuit, niſi via in Chriſtum, vt diximus ſupra, & magis ſaluati ſũt per fidem Chriſti, quàm per opera legis: quia non exercebant opera legis, niſi proteſtando Chriſti fidem futuri. Et ſicut deus remiſit Adam, & omnes fideles veteris teſtamenti ad Chriſtum, ut ab eo redimerentur in primo aduentu ſuo, ita Chriſtus remiſit ſuos ad ſecundum aduentum ſuum, vt ab eodem glorificarentur. Itaque quod Adam perdidit, Chriſtus recuperauit, Hoc probat Apoſtolus per totum diſcurſum ad Roman. tertio, & quarto capitulo, vbi dicit; Omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei. Et vide beatum Auguſtinum in libello, cur deus homo.

Et quia multum congruit, dicamus quid ſit originale peccatum; & quia priuatio cognoſcetur per habitum, ideo primo videndum, quid ſit originalis iuſtitia, cuius priuatio eſt originalis culpa. Eſt autem originalis iuſtitia quædam humanæ naturæ rectitudo, per quam corpus erat animæ ſubditum, & vires inferiores rationi, quandiu anima ſubdita eſſet ſuo creatori. Hæc autẽ rectitudo non erat ex principiis naturæ humanæ, cum corpus humanum ſit naturaliter corruptibile, ſed à deo data in prima hominis conditione, ſecundum quod dicitur eccle vii. Hoc ſcio, quòd à principio fecit deus hominem rectum. & quia iuſtitia eſt quædam rectitudo, ꝓpter hoc talis rectitudo naturæ humanæ bene iuſtitia vocatur: & originalis, quia data eſt humanæ naturæ in ſua prima origine; & quia per originem in poſteros fuit transfuſa, ſi ab Adam fuiſſet ſeruata; ipſo vero peccante iuſte fuit ab eo ſubtracta. Et quia carentia perfectionis, quæ debet ineſſe, culpabilis eſt in homine, cuiuſmodi fuit dicta rectitudo, ſeu originalis iuſtitia; ideo eius carentia cum debito eam habendi dicitur peccatum originale, ita quod debitum habendi eſt ibi formale. Et peccatum Adæ poſteris imputatur, quia Adam non ſolum conſideratur, vt ſingularis perſona, ſed etiam vt totius humanæ naturæ principium, a quo alii deſcendunt tanquam à mouente ꝑ vim generatiuam, & efficiuntur eius membra.

Peccatum originale tollitur per baptiſmum, quo ad reatum; in quantũ anima recuperat gratiam, quantum ad mentem; remanet tamen peccatum originale actu, non quod remaneat culpa, ſed quantum ad rebellionem, quæ pœna eſt, non peccatum, inferiorem partium animæ.

Et aduerte, quòd ſanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato. primo Ioann. capitulo primo, quia ſacramenta nouæ legis efficaciam habent a paſſione Chriſti; & per ſeptem ſacramenta conſequimur peccatorum remiſſionem. ideo in ſymbolo dicitur remiſſionem peccatorum.

Tria ſunt neceſſaria homini ad ſalutem, ſcientia credendorum, ſcientia deſiderandorum, & ſcientia operandorum. Et multa hic diximus de ſcientia operandorum: ſed duæ ſunt radices principales omnium mandatorum, ideſt dilectio Dei, & proximi. Scientia credendorum docetur in ſymbolo, ubi traditur ſcientia de articulis fidei. Scientia deſiderandorum traditur in oratione dominica. Scientia operandorum traditur in lege, & in euangelio, vt ex ſupra dictis apparet, & ad maiorem euidentiam quadruplex inuenitur lex. Prima dicitur lex naturæ, quæ nihil aliud eſt, niſi lumen intellectus inſitum nobis à deo, per quod cognoſcimus, quid agendum

&

& quid vitandum. Hoc lumen, & hanc legem dedit Deus homini in creatione. Geneſ. .iiii. Sed mulu credunt excuſati per ignorantiam, ſi hanc legem non obſeruant; ſed contra eos dicit Pſal. v. multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? quaſi ignorent, quid ſit operandum. ſed ipſe ibidẽ reſpondet, ſigatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine: lumẽ. i. intellectus, per quod nota ſunt nobis agenda. nullus enim ignorat, quòd illud quod nollet ſibi fieri, nõ faciat alteri, & cætera talia Sed licet Deus in creatione dederit homini hanc legem naturæ, ipſe tamen homo legis diuinæ immemor, & concupiſcentia attractus deerrauit à Deo, nam quouſque in primo homine anima fuit ſubdita Deo ſeruando diuina præcepta, etiam caro fuit ſubdita ĩ omnibus animæ, vel rationi: ſed poſtquam diabolus per ſuggeſtionem retraxit hominem ab obſeruantia diuinorum præceptorũ, ita etiã caro fuit inobediens rationi. & inde accidit, quod licet velit homo bonũ ſecundũ rationem, tamen ex concupiſcentia ad cõtrariũ inclinatur. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus ad Rom. vii. video legem aliam ĩ membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me ĩ lege peccati. quia ergo lex naturæ per legem concupiſcentiæ deſtructa erat, oportebat quod homo reduceretur ad opera virtutis & retraheretur à vitiis: ad quæ neceſſaria erat lex ſcripturæ.

Sciendum, quòd homo retrahitur à malo, & inducitur ad bonũ, ex duobus: primo timore, primum enim, propter quod aliquis maxime incipit peccatũ vitare, eſt conſideratio pœnæ inferni, & extremi iudicii, & ideo dicitur eccleſ. i. initium ſapientiæ timor domini. & ibidem timor domini expellit peccatum. Licet enim ille, qui ex timore non peccat, non ſit iuſtus, inde tamen incipit iuſtificatio. hoc ergo modo retrahitur homo à malo, & ducitur ad bonum per legem Moyſi. ſed quia modus iſte eſt in ſufficiens, & lex, quæ data erat per Moyſem hoc modo. ſ. per timorẽ, retrahebat à malis, inſufficiens fuit, non quod talis timor ſit malus: ideo eſt alius modus retrahendi à malo, & inducendi ad bonum, modus ſcilicet amoris. & hoc modo fuit data lex Chriſti. i. lex euãgelica, quæ eſt lex amoris; & obſeruatores primæ legis illa lex ad bona temporalia introducebat. Iſa. i. ſi volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. ſed obſeruatores ſecundæ legis in bona cœleſtia introducuntur. Matth. xix. ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. & Matthe. iii. pœnitẽtiam agite, &c. Alias duas differentias ponunt doctores inter iſtas duas leges. Sanctus Tho. ĩ opuſculo iiii. de duobus præceptis charitatis, & decem legis præceptis.

Sicut ergo iam prædictum eſt, quadruplex lex inuenitur, prima naturæ, ſecũda concupiſcẽtiæ, tertia ſcripturæ, quarta charitatis, & gratiæ, quæ eſt lex Chriſti. ſed manifeſtum eſt, ꝙ non omnes poſſunt ſcientiæ inſudare; & propterea à Chriſto data eſt lex breuis, vt ab omnibus poſſet ſciri, & nullus propter ignorantiam poſsit ab eius obſeruantia excuſari; & hæc eſt lex diuini amoris. Apoſt. ad Roman. ix. verbum abbreuiatum faciet dominus ſuper terram. & Ioan. in i. epiſt. c. ii. dicit; filioli mei, ſcribo vobis, vt non peccetis; ſed ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ, Ieſum Chriſtũ iuſtum; & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiã pro totius mundi. & in hoc ſcimus, quoniã cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus; quia amor Dei nunquã eſt ocioſus: operatur enim magna, ſi eſt. ſi autem renuit operari, amor nõ eſt. Ideo ſubdit euangeliſta; qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius nõ cuſtodit, mẽdax eſt, & in eo veritas non eſt. qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. & Chriſtus dixit, mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. Lucæ decimo tertio.

Interrogatus Chriſtus à legis peritis, quod eſſet maximum, & primũ mandatũ, dixit Matth. xxii. diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute. i. fortitudine tua. & in hoc omnia mandata implentur. dixit etiam Chriſtus; diliges proximũ tuũ, ſicut te ipſum. ubi conſiderandum eſt, ꝙ qui hoc ſeruat, totã legem implet. ad Rom. xiii. plenitudo legis eſt dilectio, vt ſuperius dixi.

Sicut iam dictum eſt, tota lex Chriſti dependet à charitate; charitas autẽ pẽdet ex duobus præceptis, quorũ vnũ eſt de dilectione dei, reliquũ de dilectione ꝓximi. nunc aũt ſciendũ, ꝙ deus dando legẽ Moyſi dedit. x. præcepta in duab. tabulis lapideis ſcripta, quorũ tria in prima tabula ſcripta pertinent ad amorem dei, ſeptem vero ſcripta in ſecũda tabula pertinent ad amorẽ proximi. Et ideo tota lex Chriſti fundatur in duob. præceptis, vt dictum eſt. hæc ergo ſunt decem præcepta, de quibus dicit dominus Matth. xix. ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: duæ enim sunt radices principales omnium mandatorum, dilectio dei, & proximi; diligenti autem deum tria neceſſe eſt facere, ſcilicet quòd non habeat aliũ deum; & quantum ad hoc dicit, non coles deos alienos. Secundo, quòd honoret eum; & quantum ad hoc dicit, non aſſumes nomen dei tui in vanum. tertio quod libenter quieſcat in eo, & quantum ad hoc dicit, memento, vt diẽ ſabbati ſanctifices. diligentem autem proximũ oportet primo ei facere honorem debitum. Secundo, quòd abſtineat à faciendo ei malum. vnde dicit, non occides, non adulterabis, non ſurtum facies, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces rem proximi, & non deſiderabis vxorem proximi tui.

Sed in corde tuo commendabis illud ſancti Ioannis in cap. ii. Apoc. quos amo, arguo, & caſtigo, pœnitentiam age, ecce ſto ad hoſtium, & pulſo; ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mi-

hi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Itaque licet gratia ſit a ſolo Deo data, tamen in poteſtate hominis eſt, vt ſibi detur; quia influxus diuinus communiter fit omnibus hominibus, quandiu ſunt in vita præſenti, qui ſpecialis nuncupatur à theologis. Et multi conſequuntur hunc influxum per conatum liberi arbitrii ſe diſponentes ad ſupernaturale bonũ, quod eſt gratia, qua iuſtificantur a Deo. Et ſic gratis a Deo per gratiam ſibi acceptam iuſtificantur, & per eam eius augmentationem de condigno merentur; alii vero non cõſequuntur, propter quod demerentur ſibi ipſis, & vlterius in peccata labuntur per defectibilitatem liberi arbitrii. Quia licet gratia ſit a ſolo Deo (vt dixi) tamen in poteſtate hominis eſt, vt ſibi detur; quia poteſt ſe ad eã diſponere modo prædicto, ideſt mediante tali auxilio ſpeciali. ita Nicolaus de Lira intelligendo cap.ii. ad Roman. Itaque liberum arbitrium extra gratiam poteſt auxilio Dei ſpeciali, quod nulli peccatori deeſt, ſe ſua vertibilitate ad gratiam præparare tali ordine. Stimulatur primum auxilio diuinæ gratiæ, quæ nemini deeſt. (vt dixi) ecce ſto ad hoſtium, & pulſo. Apoc.ii. Et ſtimulatur auxilio diuinæ gratiæ, vt peccata deteſtetur; ſubinde pœnitet illum, eadem peccata commiſiſſe. Et ſacramentorum virtute Deus gratiam infundit peccatori pœnitenti; & pœnitentia, quæ prius informis erat, euadit formata. itaque per ſacramẽta eccleſiæ Deo recõciliamur. Et quia Chriſtus eſt caput eccleſiæ, vt in c.i. ad Eph. bonum ergo communicatur omnibus Chriſtianis, ſicut virtus capitis omnibus membris. Et hæc communicatio fit per ſacramenta eccleſiæ, in quibus operatur virtus paſſionis Chriſti, quæ operatur ad conferendam gratiam in remiſſionem peccatorũ. Itaque ſacramenta nouæ legis continent, & conferunt gratiam, & in eius virtus Chriſti ſub tegmento rerum viſibilium, ſecretius operatur ſalutem, & ſunt præſtantiſſima remedia contra peccata, & efficacia ſigna gratiæ Dei. Et licet gratia ſit a ſolo Deo data, tamen in poteſtate hominis eſt, vt ſibi detur; quia poteſt ſe ad eam præparare modo ſupra dicto, vt per Nicolaum de Lira ad Rom. ii. & per omnes doctores Theologos, & per ſacra concilia, & in ſeſſione. vi. concilii Tridentini. Ideo dicitur Apoc.ii. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ. Et illud meretur aliquis de condigno, quod ei ſecundum rationem iuſtitiæ eſt reddendum. Ratio eſt, quia valor operis meritorii non ſolum attenditur ſecundum quod procedit ex libero arbitrio, quia ſic non eſt meritorium vitæ beatæ, ſed etiam attenditur ſecundum quod procedit ab ſpiritu ſancto habitante in homine iuſtificato per gratiam, & mouente ipſum ad opus meritorium. Sed hoc opus meritorium, in quãtum eſt ab ſpiritu ſancto, qui eſt infiniti valoris, meretur de condigno bonum infinitum. Hic eſt modus noſtræ iuſtificationis; ideo aduertite, quia gratia Dei intercedente, & ſacramentorum virtute per conatum liberi arbitrii reconciliamur Deo. Et iniqui proprio ſuo libero arbitrio condemnantur. Et cætera de iuſtificatione vide infra, vbi de prima, & ſecunda iuſtificatione optima inuenies.

Et aduerte quia error pelagii poſuit hominem ex ſola libertate arbitrii poſſe mereri; ſed homo non poteſt ad hoc attingere virtute propria, ſed ſolum ex diuina gratia. & hoc habetur ad Rom. vi. Gratia Dei vita æterna. & vide Nicolaum de Lira in Matt. xix. c. Nihil enim poteſt aſcendere ad id, quod eſt ſupra naturam ſuam, niſi ab alio trahatur, ſicut lapis non poteſt ſurſum aſcendere, niſi per motum alterius. de quo etiam vide Nicolaum de Lira in c.vi. Ioan. ſuper illud; Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. Quia fides formata charitate tradit hominem ad diuinam naturam, ſecundum illud. ii. Petri. i. Magna & prætioſa promiſſa donauit nobis, vt per hoc efficiamini conſortes diuinæ naturæ. Et ideo tale donum non poteſt homo conſequi, niſi à Deo trahatur (vt ſuperius diximus.) & dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Ioan. i. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Ioan. vii. & Moyſ. Exo. 34. nulluſque apud te innocens eſt per ſe. Et aduerte, quia (vt dixi) Deus ab initio conſtituit hominem rectum, & reliquit eum in manu conſilii ſui. Adiecit mandata, & præcepta ſua. Ezech. Non ſubtraxit ei conſeruationem ſuam, & gubernationem, quia ſtatim incidiſſet in nihilum; ſed fecit eum arbitrio liberũ, quæ libertas eſt poteſtas conſeruandi iuſtitiã. Nam poſſe peccare non eſt libertas neque pars libertatis, ſed eſt defectus ſequens liberum arbitriũ, eo quod eſt de nihilo. ita Nicolaus de Lira in d.c.xv. eccleſ. Adiecit mandata. i. ſuper liberum arbitrium, quo poteſt iuſtitia conſeruari. Addidit legem naturalem impreſſam homini, quæ dirigit ad conſeruationem iuſtitiæ, & ſic adiuuat. Sed homo ſemper mouetur a Deo ad volendum, & currendum per modum liberæ voluntatis. Itaque non vt principaliter mouentis, ſed Dei, vt iam dixi. ita Nicolaus de Lira in cap.ix. ad Roman. Sed non tradas obliuioni illud beati Auguſtini de eccleſiæ dogmatibus dicentis; ſi qui ſunt, qui dicant, prædeſtinationem, & ſcientiam Dei neceſſitatem imponere, anathema ſit. Et vt facile intelligas, tractabo ſine argumentis ea, quæ pertinent ad materiam prædeſtinationis; & quid de ea ſacri theologi ſentiant. In primo quæritur, quid eſt prædeſtinatio? Reſpondeo, eſt ordinatio a Deo creaturæ rationalis in finem ſupernaturalem, ideſt beatitudinem. Secundo quæritur, in quo differt prouidentia a prædeſtinatione? Reſpondeo dupliciter differunt: vno modo ſecundum magis, & minus commune; quia prouidentia eſt omnium rerum, & reſpectu cuiuſcunque finis, hoc eſt tam natura-

lis,

lis,quàm ſupernaturalis:prædeſtinatio vero eſt ſolius creaturæ rationalis, & reſpectu ſolius finis ſupernaturalis.Secundo modo differunt, quia prouideotia non includit conſequutionem finis; prædeſtinatio autem includit conſequutionem finis.Quare dicitur, & bene,a theologis, ꝙ prædeſtinatio habet adiunctam voluntatem cooſequentem,quæ ſemper impletur,prouidentia autẽ habet adiunctam voluntatem antecedentem,quæ non ſemper impletur.Ex quo ſequuntur duo corollaria,ſeu concluſiones:prima eſt, quòd ſolius Dei eſt prædeſtinare , quia ſolus Deus poteſt perducere ad finem ſupernaturalem.Secunda eſt,quòd ſolius creaturæ rationalis eſt prædeſtinari,quia ſola talis eſt capax beatitudinis,quę eſt finis prædeſtinationis.Tertio quęritur,vtrum prędeſtinatio habeat infallibilem certitudinem? Reſpondeo,prædeſtinatio habet infallibilem certitudinem;quia prædeſtinatus,in quantum prædeſtioatus,infallibiliter ſaluabitur, cum prædeſtinatio includat conſequutionem finis,vt dixi. Quarto quæritur , vtrum ad Deum pertioeat reprobare quempiam? Reſponſio ; reprobatio proprie dicta eſt diuina ſententia de ineptitudine alicuius ad vitam æteroam,& propoſitum refutandi eum ab ea.Itaq; reprobatio includit actum intellectus,& voluntatis diuinæ. In hac autem reprobatione ſunt duo effectus,excluſio a gloria, & inflictio pœnæ propter culpam reprobi. Excluſionẽ a gloria præcedit ſubtractio gratiæ,quæ dicitur in ſcriptura obcæcatio, & induratio. Huius autem Deus non eſt cauſa effectiua ; alterius, .i.inflictionis pœnæ Deus probrie eſt cauſa effectiua.Ex quo ſequitur,quod ad eũ ꝑtinet aliquos reprobare;quia ſicut decet iuſtos præmiari ꝓpter meritũ, & eos acceptari ad gloriã; ſic decet malos puniri ꝓpter culpã,& a gloria excludi.quinto quæritur,vtrũ electio præcedat prædeſtinationẽ?reſpõdeo,electio ſcd̃m rationẽ pręcedit ꝑdeſtinationẽ;nã ex eo,ꝙ creatura rationalis eligitur ad cõſequendã beatitudinẽ,oportet quod ei cõferantur auxilia perducẽtia ad talẽ beatitudinẽ;ergo electio ꝑcedit prædeſtinationẽ.Sexto quæritur , vtrũ prædeſtinatio habeat aliquã cauſã præter voluntatẽ diuinã?Reſpondeo, hæc quæſtio debet intelligi de totali effectu prædeſtinationis in prædeſtinato;nam aliter inepta eſſet quæſtio,cum prædeſtinatio integra, & totalis ſit a voluntate diuina,cuius nulla poteſt eſſe cauſa.Quare nec merita præcedentia,vt dixit Origenes,nec merita ſequentia,& præuiſa, vt alii dixerunt , ſunt cauſa totalis prædeſtinationis ; præſertim cum dicat Apoſtolus ad Rom.ix.Cum enim nondũ fuiſſent nati,maior ſeruiet minori;ſicut ſcriptum eſt; Iacob dilexi,Eſau aũt odio habui.Quæritur ergo ex parte Dei,quare quoſdã prædeſtinat alios vero reprobat ? ad quod reſpondendum eſt,quòd in generali poteſt reddi talis ratio;propter perfectionem vniuerſi,& propter manifeſtationem diuinæ bonitatis quoſdam prædeſtinauit,alios vero non. Nam ad rationẽ vniuerſi pertinet , quòd contineat omnes gradus perfectionis in moribus,ſicut in natura; ſed ſi omnes ſaluaſſet non eſſet iuſtitia puniens;ergo &c.Item Deus vult monſtrare bonitatem ſuam,hoc autem optime fit oſtendendo ſuam iuſtitiam,& miſericordiam; quorum altera relucet in damnatis,altera monſtratur in prædeſtinatis;oportuit ergo quoſdam prædeſtinare,quoſdam vero non.In particulari autem an poſsit reddi ratio,quare hunc prædeſtinat,illum vero reprobat,relinquamus prudentioribus theologis diſcutiendum.Altiſſimum eſt enim hoc negocium. vnde Apoſtolus ad Roman. ix. Quam incomprehenſibilia iudicia eius. Scientia enim & prædeſtinatio Dei non imponit neceſsitatem,vt dixi. Septimo quæritur , vtrum prædeſtinatio poſsit iuuari precibus ſanctorum ? Reſpondeo , quòd prædeſtinatio non iuuatur bonis operibus ſanctorum,ita vt non prædeſtinatus prædeſtinetur;quia vel hoc eſſet pro eodem tempore,vel pro diuerſis temporibus:non poteſt dici primum,quia includit contradictionem;neque ſecundum,quia dicit mutabilitatem in prædeſtinante:prædeſtinatio tamen iuuatur ad hoc, vt effectus prædeſtinationis impleatur,quia etiam prædeſtinatum eſt.vt mediantibus operibus,& precibus ſanctorum talis effectus eueniat.Ideo dixit ſanctus Petrus in i.epiſt.cap.ii.Quapropter fratres ſatagite,vt per bona opera certam veſtram vocationem , & electionem faciatis ; hæc enim facientes non peccabitis aliquando.Quapropter,ò fratres,magis ſatagite,ideſt diligentius inſiſtite, & ſtudete, vt per bona opera certam noſtram vocatiooem,& electionem faciatis.i.vos ipſos in primis,& quodammodo alios certificetis,non eſſe à Deo ad ſtatum gratiæ , ac ſalutis vocatos, deductos,atque ab ipſo electos,ſeu æternaliter prædeſtinatos.Hoc enim ſuo modo agnoſcitur,ſi quis creatori ſuo ſeruiat diligenter , peccata abhorreat, Deo ſemper intendat, deſideret , & conetur , ac perſeueret ſemper in bonis . Poſſet hic quæri , an quis in vita hac certitudinaliter ſcire valeat , ſe eſſe in charitate , & gratia , ſeu eſſe electum. Et poſſent pro vtraque parte multæ ex ſcripturis authoritates , & ex verbis ſanctorum allegari ; ſed prolixitatem vitando (quia hæc quæſtio alibi copioſe inuenitur diſcuſſa) hoc ſtat vis reſponſionis ſecundum doctores præcipuos : quod tanta eſt conformitas amoris naturalis acquiſiti , & amoris infuſi , cæterarumque virtutum infuſarum , & acquiſitarum , interſe , & in actibus ſuis , quod nemo abſque diuina reuelatione certitudinaliter ſcire poteſt ex quibuſcunque actibus ſuis ſe eſſe in charitate , & gratia;quamuis coniecturaliter poſſet hoc ſcire, et probabiliter valde . Alioquin periculoſe agerent ſacerdotes deuoti aſſidue celebrando. Et quanto quis in virtutibus amplius proficit, tanto probabilius poteſt cognoſcere ſe eſſe in charitate . Sed & ſpiritus ſanctus teſtimonium per-

hibet ſpiritui noſtro, quod filii Dei ſumus. Qnod tamen teſtimonium diuerſimode poteſt intel-
ligi, & multipliciter perhiberi. Nec verum eſt, qnod quidā ſcribit hoc loco dicens; eo ipſo, quòd
aliquis eſt in gratia, oporter, quòd ſit vocatus, & electus, ſi de electo ſit proprie ſermo. Secundnm
quod ait Saluator; multi vocati, pauci electi. Multi etenim reprobi, & præſciti ſunt ad tempus in
gratia. Vnde qund princeps Apoſtolornm hic ait; per bona opera certam faciatis uocationem ve
ſtram, & electionem, valde pēſandum eſt; quia videtur innuere quod per bona opera poſſet quis
certificare ſe, quòd ſit electus. Quo circa ſciendum, quòd, eo modo, quo per quotidiana opera
bona certi efficimur, quòd ſumus de facto, vel in præſentia in gratia; ita perſeuerando in eis certi
ficamur de noſtra electione. Sed vtraque certificatio intelligenda eſt non decertitudine abſolnta,
qualis habetur in mathematicis, ſed de certitudine veriſimili, coniecturali, & probabili, quæ habe
tur in mortalibus. vnde Ariſt. Boetiusque affirmant, quòd ſenſati, atque diſciplinati viri eſt, in
omni materia certitudinem quærere, prout materia ſuſtinet, & natura rei admittit. Iceirco & ſa-
pientisſimus Archiapoſtolus loquitur modo de certitudine huiuſmodi. quæ in genere iſto, ſeu
propoſito, ac materia haberi poteſt. hæc enim facientes, ideſt per opera virtuoſa certam veſtram
vocationem, electionemque facientes, non peccabitis. Et hoc tripliciter poteſt intelligi. Primo,
qnia ſic conuerſando ad æternam beatitudinem pertingetis, in qua nunquam peccabitis. Secun
do, quia manendo in gratia non peccabitis, cum peccatum contingat gratiam amittendo, vel ab
eius perfectione deficiendo. ſicque in Ioan. fertur, qui manet in eo, nnn peccat. Tertio, qnia hæc
faciendn homn meditatur nouisſima ſua, quorum meditatio frequens expellit peccatum, ſecun
dum eccleſ. In omnibus operibus tuis memorare nouisſima tua, & in æternum non peccabis. Ita
que non peccabitis, loquendo de peccatis mortalibns. Nam venialia prorſus vitare non poteſt
homn in vita hac fragili; quorum & ſi ſingula, non tamen omnia quæunt vitari; eo quòd cum ho
mo eſt intentns vitare vnū, ſubito ex fragilitate, & inſtabilitate propriæ mentis incidit in aliud.
propter quod iii. Reg. habetur; Non eſt homo ſuper terram, qui faciat bonū, & non peccet. Quo
niam ipſis bonis operibus venialia ſe commiſcent. ideo dixit Apoſto. i. ad Corin. x. Tentatio vos
non apprehendat, niſi humana, ideſt illa tentatio, quæ non poteſt deuitari ab homine totaliter in
vita præſenti, de peccato veniali. Et in dicto cap. x. dixit etiam Apoſtolus; Qni ſe exiſtimat ſtare,
ideſt qund ſit in gratia, videat, ne cadat. Item neſcit homo, vtrum amore, vel odio dignus ſit. Ad
materiam prædeſtinationis poſt tantam digresſionem finem ponamns; qnia duas intelligimus in
Deo prædeſtinationes, ſeu ordinationes. Nam vna voluntas eſt in Deo abſoluta, quæ quidem vo
luntas efficacisſima eſt, & magni roboris, quia omnipotens eſt: hac enim voluntate Deus cœlū,
& terram creauit, & omnia, quæ in eis ſunt; de qua verificatur illud; In voluntate tua dnmine cnn
cta ſunt poſita; & non eſt, qui tuæ posſit reſiſtere uoluntati. Nec non propheta canit; Deus autē
noſter in cœlo omnia, quæcunque uoluit, fecit. & Apoſtolus ad Roman. ix. Voluntati eius quis re
ſiſtet? De hac enim prædeſtinatione credendum eſt, Deum prædeſtinaſſe glorioſam virginem ma-
trem ſuam, & eam ab omni labe peccati præſeruaſſe. Nec non prædeſtinaſſe Hieremiam, & Ioan.
baptiſtam, & alios ſanctos, de quibus ſcriptura teſtatur, ſanctificatos eſſe ex vtero matrum ſuarū:
& hoc ex mera gratia, & mera liberalitate, & voluntate abſoluta. Hæc eſt illa prædeſtinatio, de
qua nullus poteſt arguere Deum, quare hunc trahat, & non illum; quia non poteſt dari alia ratio,
niſi quia ita fuit voluntas Dei dare quæ ſua ſunt, quibus illi placuit. Ideo dicit Auguſtinns, quare
hunc trahat, & illū non, noli iudicare, ſi non vis errare. Et Paul. exclamat, O altitudo diuitiarū, ſa
pientiæ, & sciētiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & c. Et contra tales loquitur
etiam Apoſtolus; Tu qui es, vt reſpondeas Deo? an licet figmento dicere figulo, cur ita facis? &
Hieremias ait; Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos domus Iſrael in manu mea. Sed non iſto
modo, aut iſta voluntate abſoluta Deus reprobat peccatores. Nam ſi ſic eſſet, dicerent præſciti,
domine quare nos condemnas, eo quod non fuit in poteſtate noſtra nos ſaluare? Quare ergo do-
mine videris acceptnr perſonarum illos ſaluando, nos autem tua ſola voluntate condemnando.
quod abſit; quia Petrus dicit in Act. Apoſtolorum. In veritate comperi, quod Deus non eſt acce
ptor perſonarum. Et Apoſtolus; Nō enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Et Auguſtinus;
Non prius Deus eſt vltor, quàm aliquis ſit peccator. & rurſum; Damnatis iuſta pœna redditur.
Propter quod certum eſt, impios propriis peccatis condemnari, nulla cogente voluntate Dei, be
ne tamen permittente, ſed ſuo liberó arbitrio dictante. Nam omne bonum a Deo eſt, omne ma-
lum a nobis, vt ipſe clamat Oſe. xiii. Perditio tua ex te Iſrael, tantum modo auxilium tuum in me:
perditio tua Iſrael, ideſt ex demerito facti tui tantummodo in me auxilium tuum, ideſt pœna tua
non poteſt, niſi per me, ſaluari. Et quandocunque in ſacra ſcriptura inuenitur Deum tradere ho-
mines in reprobum ſenſum, aut indnrare cor eorum, non eſt de poteſtate abſoluta, vt dixi, quia in
punitione malorum nulla eſt iniuſtitia apud Deum. Ideo; Apoſtolus ad Rom. ix. inducit ſcriptu-
ram dicens; dicit enim ſcriptura Pharaoni, & c. Itaque Deus multoties propter duritiam, & pecca
ta hominum deſerit eos in manu, ſeu conſilio ſui liberi arbitrii. quod probat Dauid dicens in
perſona Dei; Dimiſi eos ſecundum deſideria cordium eorum, & ibunt in adinuentionibus ſuis.

Et

Et Deus dixit Moyſi; Ego indurabo cor Pharaonis. Et poſtea dicit; Et ingrauauit Pharao cor
ſuum.Ex quo ſequitur,Pharaonem ſuo libero arbitrio ingrauaſſe cor ſuum,ex quo Deus reliquit
eum in poteſtate ſua.Nam,vt ait Auguſtinus,criminoſus erat.Sed gratia Dei ordinata nunquam
deficit volentibus,& acceptantibus eam,vt Apocal.iii.Ecce ſto ad hoſtium,& pulſo;ſi quis audie
rit vocem meam,& aperuerit mihi ianuam,introibo ad eum , & cęnabo cum eo,& ipſe mecum.
Itaque gratia Dei nunquam deficit,niſi aliquando eis,qui ſuo libero arbitrio ſemper in finē vſq;
repugnant acceptare gratiam.Quod probat textus Auguſtini in c.Nabuchodonoſor.xxiii. q.iiii.
ubi litera dicit; Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam: non ne poſt immuneras. i.
multas impietates flagellatus pœnituit,& regnum,quod perdiderat, rurſus accepit? Pharao au-
tem ipſis in flagellis durior eſt effectus,& periit.Hic mihi rationem reddat,qui diuinū conſilium
nimium alte,ſapientique corde diiudicat,cur medicamentum vnius medici manu confectum alii
ad interitum,alii valuerit ad ſalutem? niſi quia Chriſtus bonus odor aliis eſt odor vitæ in vitam;
aliis eſt odor mortis in mortem.Quantum ad naturam ambo homines erant,quantum ad digni
tatem ambo Reges, quantum ad cauſam ambo captiuum Dei populum poſſidebant, quantū ad
pœnam ambo flagellis clementer admoniti : quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos , niſi quòd
vnus manum Dei ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei
miſericordiſſimam veritatem pugnauit arbitrio? Itaque occulto Dei iudicio mali ſiue, præſciti
flagellis indurantur,& boni,ſiue prædeſtinati emendantur.Et Auguſtin.in d. c. Nabuchodono-
ſor, aſſignat cauſam, quare iſte ſaluatus eſt , & ille damnatus. Sed quare iſti. i. Nabuchodonoſor
datum eſt,vt pœniteret,& non illi,ſcilicet Pharaoni,non reddit;quia nemo eſt,qui huius rationē
reddere poſſit,quare hunc ad vitam trahat,& illum non.Vnde Apoſtolus hoc admirans ad Rom.
xi.(vt dixi)ait;O altitudo diuitiarum ſapientiæ , & ſcientiæ Dei; quàm incomprehenſibilia ſunt
iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius:quis cognouit ſenſum domini? aut conſiliarius eius fuit?
Sed(vt ſuperius diximus)gratia Dei nunquam deficit,niſi eis qui ſemper vſque in finem repugnāt
acceptare ſuo libero arbitrio gratiam,ut fecit Nabuchodonoſor.Quia Chriſtus dixit;ecce ſto ad
hoſtium,& pulſo,vt dixi,Apoc.iii. Itaque ratio diuerſitatis inter iſtos duos Reges fuit ex parte li
beri arbitrii.Et dico, quòd præſcientia Dei neque imponit neceſſitatem præſcitis , vt faciant ma-
lum;neque prædeſtinatis ad bonum operandum:quia ſi prædeſtinatio, & præſcientia neceſſitatē
imponeret,præceptum domini de non peccando eſſet impoſſibile : quod eſt hæreticum , quaſi
idem,ſi neceſſitatem imponeret,ſequeretur,quòd lex a Deo data eſſet impoſſibilis.Itaque præde
ſtinatio neminem cogit ad malum,ſiue ad bonum.Et liberum arbitrium eſt facultas rationis,&
voluntatis;vnde poſſunt mandatis Dei obedire.Et quia ſunt aliqui.qui dicunt,aut putant,aut fal
ſo imaginantur,quòd prædeſtinatus neceſſario ſaluetur , & reprobatus neceſſario damnetur,tali
ter quòd neque prædeſtinato ſua opera imputantur ad meritum , nec reprobo ſua demerita im-
putantur ad culpam;dico ſecundum fidem noſtram,quæ veriſſima eſt,quòd hæc particula,neceſ-
ſario,apud theologos capitur duobus modis:primo modo, vt dicat neceſſitatem conſequentiæ:
verbigratia,Deus ſcit Petrum ſaluandum,ergo neceſſario ſaluabitur;quod ſignificat, quòd conſe
quens bene,& certe ſequitur ex antecedenti;quia connexio vtriuſque eſt infallibilis , & neceſſa-
ria,vt conſtat bene intelligenti. Secundo modo neceſſario,dicit neceſſitatem conſequentis,verbi
gratia,dominus ab æterno ſcit Petrum ſaluandum,ergo neceſſario ſaluabitur:de neceſſitate con-
ſequentis hoc non eſt verum,quia in hoc caſu hæc propoſitio,Petrus ſaluabitur, eſt contingens;
nam potuit aliter ſe habere.Hæc diſtinctio probat,quòd præſcientia Dei rerum,& ſi dicat certitu
dinem earundem , non tamen imponit neceſſitatem eiſdem , ita ut non poſſint aliter euenire.
Ideo ut ſupra dixi,dixit Auguſtinus;Si qui ſunt,qui dicant , prædeſtinationem,& ſcientiam Dei
neceſſitatem imponere , anathema ſit. Itaque licet dixerimus ſupra de prædeſtinatione abſoluta
aduerte,quia eſt alius modus prædeſtinationis ſecundum prouidentiam Dei ordinatam in finem.
Et iſta prædeſtinatio,qua Deus prædeſtinat homines, generalis eſt, & non eſt totalis ab ipſo Deo;
nam ordinatur ab ipſa Dei voluntate ordinata. Iſta enim uoluntate ordinata vult Deus homines
prædeſtinari,& ſaluari facientes quod in ſe eſt,diſponendo ſuum liberum arbitrium,cum gratia
Dei præeunte ad hoc , vt gratia Dei ſubſequens faciat in eis fructus bonorum operum. Et hoc
non illi,ſed gratia Dei cum illis,vt dicit Apoſt . Vtrum prædeſtinatus poſſit damnari? Reſpon-
deo,quòd aut quæritur in ſenſu diuiſo,aut in ſenſu compoſito,ſecundum Theologos.Nam in ſen
ſu compoſito,prædeſtinatus non poteſt damnari;quia ſenſus eſt,prædeſtinatus,in quantum præ
deſtinatus,poteſt damnari.hic ſenſus eſt impoſſibilis,quia prædeſtinatus,in quantum prædeſtina
tus,ſaluabitur infallibiliter,quia oppoſitum inducit pugnantiam,ſeu contradictionem , & patet
intelligenti terminos.In sensu vero diuiso,prædeſtinatus poteſt non ſaluari,quia in sensu diui-
ſo talis propoſitio ſignificat,quod homo prædeſtinatus potuit nō prædeſtinari a Deo,& ſic non
ſaluari, quod eſt veriſſimum. Eodem modo poteſt reſponderi, quando quæritur, utrum repro-
bus,aut præſcitus poteſt ſaluari:quia in ſenſu compoſito eſt falſa,& impoſſibilis propoſitio.Nam
ſenſus eſt,quòd reprobus,in quantum reprobus,exclusus eſt finaliter a gratia,& per conſequēs
a glo-

a gloria. In ſenſu autem diniſo vera eſt, & poſſibilis propoſitio, quia ſignificat, quòd reprobus, ſeu præſcitus potuit non eſſe talis, & ſic demum ſaluari. quod eſt in fide noſtra certiſſimum, vt conſtat ex ſupradictis.

Et licet multa de iuſtificatione hominis dixerimus, accedat nunc expoſitio decreti ſacri concilii Tridentini, vt ſcripſit doctiſſimns frater Andreas a vega in libro xi. vbi in præſatione legitur; Non minima pars inſtitiæ noſtræ, ſed magna, & omnino maxima in obſeruatione mandatorum Dei conſiſtit. Omnia in ſe promiſſa Dei continent, omnium bonorum ſunt cauſæ; cuncta noſtra commoda tuentur, ordinant, & perficinnt; & abſque illis nemo hactenus iuſtificari potuit, neqne vnquam poterit. Euangelica præcepta, fratres chariſſimi, vt ait eleganter, & pientiſſime Cyprianus, nihil ſunt aliud, quam magiſteria dinina, fundamenta ædificandæ ſpei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præſidia obtinendæ ſalutis; quæ dum dociles credentium mentes in terris inſtruunt, ad cœleſtia regna perducunt. Et nemo quantumuis iuſtificatus liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet. Nemo temeraria illa, & a patribus ſub anathemate prohibita voce vti debet; Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia, non iubet, ſed iubendo monet, & facere quod poſſis, & petere, quod non poſsis, & adiuuat, ut poſſis, cuius mandata grauia non ſunt, cujus iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filii Dei, Chriſtum diligunt, qui autem diligunt eum, vt ipſemet teſtatur, ſeruat ſermones eius. quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt. Licet enim in hac mortali vita quantumuis ſancti, & iuſti, in leuia ſaltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox & humilis, & verax, Dimitte nos debita noſtra. Qno ſit, vt iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulandum in via inſtitiæ ſentire debeant, qno liberati iam a peccato, ſerui autem facti Deo, ſobrie, iuſte, & pie vinentes proficere poſſint per Chriſtnm Ieſnm, per quem acceſſum habuerunt in gratiam iſtam: Deus nanque ſemel ſua gratia iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Itaque nemo in ſola fide blandiri debet putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatemque conſequnturum, etiam ſi Chriſto non compatiatur, vt & glorificetur. Nam & Chriſtus ipſe, vt inquit Paulus, cum eſſet filius Dei, didicit ex his, qnæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus eſt factus, omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Et propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos dicens; Neſcitis quod ii, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium; ſic currite, vt comprehendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum; ſic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps Apoſtolorum Petrus; ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis, hæc enim faciendo non peccabitis aliquando. Vnde conſtat eos orthodoxæ doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare; aut (quod intolerabilius eſt) æternas pœnas mereri. Atque etiam eos, qui ſtatunnt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendnm in ſtadio cohortando, cum hoc vt in primis glorificetur Deus; mercedem quoque intuentur æternam, cum ſcriptum ſit, ioclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributioné. Et de Moyſe dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat ad remunerationem. Et in cap. vi. eiuſdem libri xi. legitur; Et qnidem ſubiectos mandatis docere in primis poſſumus ex verbis Chriſti ad adoleſcentem, qui eum rogauit, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? legimus apud Matthenm, reſpondiſſe ei ſaluatorem; Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: hic autem adoleſcens fidem habebat, & iuſtus iam tunc erat; omnia etenim mandata cuſtodierar, vt ipſe mox de ſe ſubiecit. Et quanquam Auguſtinus epiſt. lxxxix. & Chriſoſtomus arrogantius hoc putant, quam verius eum dixiſſe; tamen, ſicut Baſilius, & alias idem Chriſoſtomus, & alii doctores graues tradunt, dubitandum non eſt, quin vere ille & ſincere hoc de ſe dixerit, alioquin nunquam ſubinnxiſſet Marcus; Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei; Vnum tibi deeſt. Non ſic humane, & benigne, vt hæc verba innuunt, conieciſſet Chriſtus in eum ſuos placidiſſimos oculos, non eum dilexiſſet, neque perfectionis ſemitam ei tradidiſſet, & ad eam vocaſſet, niſi vere illum, & ex animo, & abſque vlla iactantia, ea de ſe affirmaſſe, intellexiſſet. Auertit dominus oculos ſuos a peccatoribus, exoſos eos habet, & ad maiora non vocat, quos & minora videt non præſtare. Et ſi iuſtificatus non fuiſſet, non vnum adhuc ei deeſſe magiſter veraciſſimus dixiſſet: quoniam his verbis reſponſum illius confirmabat, & velut eum, qui iam minora impleuerat, ad ſuperiora, & difficiliora vocabat. Et Hieronymus non adhuc abſuit ſententia; quidquid enim alias dixerit, certe in ſecundo contra Pelagianos de hoc adoleſcente ſic ſcribit; In lege doctiſſimus omnia mandata ſe feciſſe dicit; quamobrem & amatur a domino, & tamen plenam iuſtitiam non habuit, quia voluit ſubſtantiam ſuam pauperibus erogare. Hæc ille. quibus verbis iuſtitiam ei tribuit, ſed plenam abrogat. Poſſumus & hanc obligationem iuſtorum ad mandata firmare, quia diſcipulis inter ſe diſputantibus de primatu in regno cœlorum, tametſi fidem habebant; & iuſtificati iam erant, humilitatem tamen eis eſſe neceſſariã

ad

ad ſalutem Chriſtus docuit dicens; Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. & alibi; Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Et Chriſtus clare aſſeruit phariſæis, primum, & maximum eſſe mandatum de dilectione Dei ex toto corde. Et eſt videre apud Marcum, adiuncto præcepto diligendi proximum, mox ſubdit, nullum eſt mandatum his duobus maius. Abſurdum eſt profecto, & omnino intolerabile, eo prætermiſſo vnum mandatum de fide eſſe neceſſarium, & ſufficere ad ſalutem. Nam vtique illud maximum mandatum eſt cenſendum, quod vnum ſufficit ſine aliis ad ſalutem, omnium reliqua ſine ipſo non ſufficiant. Iuſtificati etiam erant Corinthi, & credebant, & tamen conſtanter eis prædicabat Paulus; Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Et ſæpe alibi, nec iuſtis, neque aliis exceptis, omnes mandatorũ tranſgreſſores manifeſte excludit a regno Dei. Et tam ipſe quam cæteri Apoſtoli, palam docuerunt adeo non eſſe liberos a lege credentes in Chriſtum, vt grauioribus eſſent mulctandi ſuppliciis; ſiquidem deprehenderentur mandatorũ diuinorum præuaricatores. Quicunque igitur omnia alia præcepta abrogant, vel certe ad non iuſtificatos, aut ad nõ perfectos arctant, aut doceant vbi Deus eam obrogationem, vel limitationem fecerit, aut iuxta Dei antiquum mandatum lapidibus obruantur, vt pſeudoprophetæ fingentes ſomnia, & volentes nos abſtrahere a via, quam præcepit nobis dominus, & diſcipulis ſuis dixit, non veni ſoluere legem, ſed adimplere, & Iudeis dixit alias, procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicii. Et iuſtificatio eſt, cum homo ex impio, aut peccatore fit pius, iuſtus, & filius Dei, & tandem reſurgit in gratiam. Sed ad iuſtificationem hominis duo requiruntur, vnum ex parte Dei, & alterum ex parte hominis. Ex parte Dei requiritur infuſio gratiæ, ex parte vero hominis requiritur motus liberi arbitrii, quo deteſtetur peccatũ propter Deum. Itaque cum homo deteſtatur peccata ſua, quia ſunt commiſſa contra Dei reuerentiã, ſtatim Deus illi infundit gratiam, eumq; iuſtificat. hoc autem intelligitur de adulto, qui hoc modo iuſtificatur ſine ſacramento, actu, ſeu re ſuſcepto, non tamen ſine ſacramento in voto. Sed non ſic eſt de paruulis nondum vſum liberi arbitrii habentibus, qui ſanctificantur per ſolam Dei gratiam cum ſacramento baptiſmi, ſine quo minime ſaluari valent, niſi ex priuilegio. Nam Deus, qui virtutem ſanctificandi contulit ſacramentis, poteſt ad libitum ſine ipſis ſacramentis ſuam gratiam impartiri, vt conſtat de beata virgine, & Ioanne baptiſta, & cæteris in vtero ſanctificatis. Et nota ſecundum Theologos, quòd ea, quæ concurrunt ad iuſtificationem impii fiunt ſimul tempore, nam in eodem inſtanti, quo homo deteſtatur peccatum, tanquam Dei offenſiuum, ideſt quia eſt factum contra Dei reuerentiam, & amorem, in eodem inquam inſtanti Deus illi infundit gratiam, nullam temporis moram expectando: quia ille talis motus liberi arbitrii eſt vltima diſpoſitio ad gratiam, & ideo ſunt ſimul & in eodem inſtanti; & hoc eſt quod clamat ſcriptura, q̃ Deus neminem deſerit, ſed omnes confugientes ad ſe ſtatim recipit, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & quòd omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; atque in omni gente qui timet eum, & facit iuſtitiam, acceptus eſt illi. Neque ſolum non eſt acceptor perſonarum, quia nemini quicquam debet, & liberrime poteſt ſuam impartiri gratiam pro beneplacito ſuo, quin alicui faciat iniuriam, aut iuſte ei dici poſſit, cur ita facis? ſed etiam, quia ex æquo omnes recipit, qui ad ſe confugiunt, neque quenquam repellit a ſua gratia, ſi faciat quod in ſe eſt, ad eam aſſequendam. Neq; audias hoc in loco virum aliàs doctiſſimum opinantem poſſe impium deteſtari peccata ſupra omne odibile, propter Deum ſuper omnia dilectum, vt obiectum eſt beatitudinis, cum propoſito de cætero vitandi peccata ſupra omne vitabile, & non ſtatim iuſtificari; quia ſanctus Thomas tenet ea, quæ ſuperius dicta ſunt, & tota ſchola Theologorum, & ſacroſancta Tridentina ſynodus, vt ex infra dicendis apparabit.

Quæ hactenus dicta ſunt de adulto iuſtificato intelligi oportet de impio perfecte diſpoſito, qui ſine ſacramento in re ſuſcepto, non tamen ſine eo in voto iuſtificatur; Secus tamen eſt de imperfecte diſpoſito. Et tunc erit imperfecte diſpoſitus, quando diſplicent ſibi peccata propter fugienda ſupplicia æterna: itaque non diſplicent ſibi peccata, quia ſunt contra Deum commiſſa. Et hoc poteſt contingere dupliciter, vno modo, quod impio ſi diſpliceant ſua peccata propter fugiendas pœnas illas æternas, vbi eiicient omnes illos inutiles ſeruos; & ibi erit amaritudo vera, & ſtridor dentium; quia dominus permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Itaque primo modo contingit, ſi impio, vt diximus, displiceant peccata propter fugiendas prædictas pœnas æternas; quòd putet, & ſibi videatur probabiliter, quòd non propter Deum, ſed ob vitandas tales pœnas deteſtatur talia peccata. Alio modo contingere poteſt, quòd doleat, ſeu deteſtetur peccata propter illa ſupplicia æterna fugienda, exiſtimans quòd non ob illa ſupplicia fugienda, ſed ob Dei amorem talia peccata deteſtatur; tamen in rei veritate fallitur, quia non propter Deum, ſed propter pœnas inferni fugiendas ſibi diſplicent, & deteſtatur peccata. Et tu lector præ oculis habeas hanc diſtinctionem, quia ſi primo modo impius ſit diſpoſitus, & ſit infidelis, quia nondum ſuſcepit ſacramentum baptiſmi, poterit cum tali diſpoſitione ad baptiſmum accedere, & obtinebit remiſſionem tota-

lem

lem peccatorũ ex vi baptiſmi,tamen ſi eſt impius fidelis,qui poſt ſuſceptum baptiſmum lapſus eſt in peccatum mortale,ſi illo primo modo accedat diſpoſitus ad pœnitentiæ ſacramentum,nõ iuſtificabitur per ſuſceptionem talis ſacramenti,non ex defectu ſacramenti,ſed ex defectu impii ſine diſpoſitione ſufficienti ad tale ſacramentum accedentis. Sed ſtatim quæres,quid eſt in cauſa, quod impius accedens ad baptiſ.cũ illa diſpõne prima iuſtificabitur,& ſi poſt baptiſ.ſuſceptum labatur in peccatum,& cum eadem diſpõne accedat ad ſacramẽtum pœnit.non iuſtificabitur? Rñdeo, q licet hæc duo ſacramenta baptiſmi,& pœnitentiæ in hoc cõueniant, quod ambo ordinata ſunt à Chriſto Ieſu in remiſsionem peccatorũ,vbi nõ ſit obex & cõplacentia peccatorũ,& tollatur talis obex, & complacẽtia deteſtando peccata pp pœnas inferni,tamen baptiſmus eſt ſicut generatio quædam,vbi actus recipientis baptiſmum non concurrunt,vt pars ſacramenti. Sacramentum vero pœnitentiæ eſt medicina quædam,vbi concurrunt actus pœnitentis,ſcilicet deteſtatio ipſa,& confeſsio;vt materia,& pars ſacramenti,vt videre eſt in ſancto Thom.iii.p.q.lxxxv.art.i. Et ideo non eſt vtriuſque idem vſus. Nam ad baptiſmum nulla eſt accuſatio,vel cõfeſsio neceſſaria,quod depoſcitur ad ſacramentum pœnitentiæ,tanquam partes ipſius ſacramenti. Et ita qui probabiliter exiſtimaret ſe non deteſtari peccata propter deum,profectò non eſſet vera eius accuſatio in cõfeſsione,ſiquidem accuſatio non eſt,niſi de offenſa dei,& quatenus eſt eius offenſa,quare impius qui ita diſpoſitus ad ſacramentum pœnitentiæ accederet,quod odiret peccata ꝓpter pœnas ſcienter,vt dictum eſt,& mihi conſtaret ita,grauiſsime formidarem ſic eum abſoluere,immo nõ abſoluerem. Hęc eſt vna cauſa,quare beatus Auguſtinus dubitauit de ſalute ſero pœnitẽtium. Nam nõ dolent ſuorum criminum ea ratione,quòd fuit deus offenſus,ſed quia incurrunt in gehẽnam. Et hæc conſtare poſſunt ex concilio Tridentino ſeſsione.viii.c.vi.ad baptiſmum ſuſcipiẽdum ſatis eſſe moueri per odium aliquod aduerſus peccatum,tamen capitulum quartum .in dicta ſeſsione, ait,pœnitentiam poſt lapſum,multo aliam eſſe à baptiſmali. Ex quo conſtat maiorem diſpoſitionem exigi ad ſacramentum pœnitentiæ,quàm ad baptiſmum. Tamen ſi ſecũdo modo diſpoſitus accedat,nempe quòd ſibi diſpliceant peccata propter pœnas vitandas,exiſtimans ſe talia peccata deteſtari ob dei amorem,tunc virtute ſacramenti pœnitentiæ actu ſuſcepti iuſtificabitur. Et hoc eſt quod doctores dicunt,quod nonnunquam per ſacramentum pœnitẽtiæ ex attrito fit impius contritus,ideſt quando ſic deteſtatur peccata propter vitanda ſupplicia æterna, quod exiſtimat ſe propter amorem dei illa odire,tunc enim licet hæc attritio,ſeu deteſtatio per ſe, ideſt ſine ſacramento pœnitentiæ actu ſuſcepto non ſufficiat ad gratiam obtinendam,tamen ſic ſuſcipiens ſacramentum illud cum tali diſpoſitione,quia bona fide accedit, iuſtificabitur. Et nota,quòd tanta poteſt eſſe negligentia in illo,qui ſe exiſtimat contritum,ideſt in illo,qui deteſtatur crimina propter ſupplicia æterna,putans ſibi diſplicere propter deum, vt ſit nouum peccatum accedere ad ſacramentum pœnitentiæ,eo quod habet ignorantiam craſſam,quæ enim non excuſat. Et tunc neque per ſacramentum pœnitentiæ recipit gratiam,perinde enim eſſet, ac ſi accederet ſciens ſe non eſſe contritum,ideſt ſciens,ſe non deteſtari peccata propter deum. Sed quãdo negligentia,ſeu ignorantia excuſat a nouo peccato, porro quia eſt probabile feciſſe quod debuit, tunc licet dolor per ſe non ſufficeret remittere præterita peccata,cum non ſit vltra diſpoſitio ad gratiam,ſeu contritio; tamen quia illa ignorantia eſt inuincibilis,& bona fide accedit, primam recipiet gratiam per ſacramentum. His igitur breuiter expoſitis dico,duplicem eſſe hominis iuſtificationem, primam videlicet,& ſecundam. Prima igitur iuſtificatio eſt, qua homo ex impio, & peccatore, & filio iræ fit pius,iuſtus,filius dei.& reſurgit in gratiam,quam Chriſtus nobis largitur. Ipſe enim ſolus, cũ eſſemus filii iræ,& inimici dei,non potentes pro nobis ſatisfacere,ſua morte,de rigore iuſtitiæ, ꝓ peccatis noſtris ſatisfecit,quibus morte digni eramus; & propria virtute reſurgens iuſtificauit nos relinquens in cruce omnes paſsiones ab Adamo aſſumptas; quia Chriſtus reſurgens a mortuis iam non moritur,neque illi mors ultra dominabitur. Hæc igitur prima hominis iuſtificatio eſt miſericorditer a deo; in qua efficimur noua creatura, & ueterem hominem exuimus. Nam ad hanc primam iuſtificationem hæc omnia concurrunt,infuſio gratiæ, motus liberi arbitrii in deum per fidem,& motus liberi arbitrii in peccatum,& remiſsio culpæ. Hæc autem, vt diximus, in eodem inſtanti ſunt; eſt tamen inter ea ordo naturæ, ut eſt author diuus Thomas prima ſecundæ quæſtione.cxii.articu.ſexto,& articulo octauo. Si enim conſideremus ea ex parte impii, & ſubiecti, prius eſt motus liberi arbitrii in deum, & in peccatum, & remiſsio culpæ, quàm gratia. Si autem conſiderentur ex parte dei,prius eſt infuſio gratiæ, &c. Ad rem igitur redeundo omnes concedunt infuſionem gratiæ,& remiſsionem peccatorum fieri a ſolo deo, vt patet ex ſacra ſcriptura. Motus autem liberi arbitrii, quamuis ſit a nobis,tamen tribuitur deo, quia non fit niſi deo principaliter mouente. De hac ergo iuſtificatione prima loquitur Paulus Apoſtolus,cum dicit,hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis. Et ne putes ad iuſtificationem impii ſemper requiri illos duos motus diſtinctos, & explicitos: eo quòd ſanctus Thomas eos ponat diſtinctos; nam vnico motu,regulariter loquendo,mouetur quis in deum, & in peccatũ, deteſtando peccata propter deum.

Secun-

Secunda autem iuſtificatio hominis eſt, qua in iuſtitia proficimus, & iuſtiores efficimur, vt in Apocal. xxii. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. Et iſta ſecunda iuſtificatio emanat à prima iuſtificatione; & propter hanc noſtra opera dicuntur meritoria vitæ æternæ, non ex dignitate talium operum, ſed quia ſunt admixta, & coniuncta fidei, & gratiæ, per quæ ex bonitate dei nobiſcum paciſcentis dicimur mereri. Et de hac ſecunda iuſtificatione loquitur ſcriptura cum dicit, reddet iuſtis mercedem. Et Apoſtolus ad Corinth. iii. Vnuſquiſque propriã mercedem accipiet. & eccleſiaſt. decimoſexto. Miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum. Et in Pſalmo ſexageſimoprimo dicitur, tu reddis domine vnicuique ſecundum opera ſua. Et Matthe. decimo ſexto, legitur; Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eorum, & Matthe. tertio dicitur; Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et ibi dicitur etiam, permundabit aream ſuam, congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et de iſtis loquitur Iudas Apoſtolus in epiſtola ſua dicens. Ecce venit dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus impietatibus eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ contra Dominum loquuti ſunt peccatores impii, Vos autem chariſsimi ſuperædificantes vos metipſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei, in ſpiritu ſancto orantes vos metipſos in dilectione dei ſeruate, expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et Ioan. i. epiſt. cap. iii. dicit. Filioli; nemo vos ſeducat. Qui iuſtitiam facit, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt, qui facit iuſtitiã. i. opera iuſtitię. Itaq; ſapientiſs. lector ex ſermone meo conſtat clare (indicio meo) recte intuenti, nullam eſſe diſſonantiã inter Apoſt. Paul. & Iac. quia vno, & eodem ſpiritu ſancto inſpiranti loquuti ſunt. Ideo dixit Pe. in ii. cano. c. i. ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti dei homines. Et quia Paulus, qñ dicit, arbitramur, hoĩem iuſtificari per fidẽ ſine operib. legis, loquitur de prima iuſtificatione. Sed Iacob. cum dicit, videtis, quòd ex operibus iuſtificatur homo, loquitur de ſecunda iuſtificatione, ſeu incremento gratiæ, & iuſtitiæ. Et aduerte, quia qui cum mortui eſſemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filii eius, liberati à peccato originali, ſed non fuimus liberati ab obſeruantia decem præceptorũ moralium ſeu naturalium; vt docet nos Apoſtolus ad Ro. vi. dicens, quid ergo peccabimus qm̃ non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? abſit. liberati autem à peccato. i. per eius dimiſsionẽ ſerui facti eſtis iuſtitiæ, ideſt obligati ad iuſtitiæ operationem. Et beatus Petrus canonica. ii. cap. finali; Creſcite vero in gratia, & in cognitione ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, ideſt merendo eius augmentum per bona opera; & in cognitione Saluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, ideſt vt magis explicite cognoſcatis articulos, & beneficia Ieſu Chriſti. & ſanctus ſanctificetur adhuc, & iuſtus iuſtificetur adhuc. & credidit Abraam Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam; & amicus Dei appellatus eſt, &c. Et Abraham iuſtiſsimus erat, & de ipſo dixit dominus Abimelech, Geneſ. xx. Redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt, & viues. & Dauid dixit. i. Reg. c. xxvii. Dominus autem retribuet vnicuique ſecundũ iuſtitiam ſuam, & fidem; & nemo tam perfectus quin poſsit creſcere ad Eph. iiii. & vide in cap. charitas, de pœnit. diſt. ii. & charitas nunquam excidit. i. in hac vita; in futuro enim fides conuertetur in ſcientiam, ſpes in rem. charitas autem augebitur. Vnde Propheta, Viuit Dominus, cuius ignis eſt in ſyon, ideſt in eccleſia militãte. & Apoſt. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo; quia licet reconciliauerit nos Deus per mortem Chriſti, ad hoc vt ſimus participes huius reconciliationis, requiritur in nobis debita diſpoſitio per baptiſmum, & pœnitentiam. Et notabis ad corroborationem ſermonis noſtri, quòd in ſacroſancta Oecumenica ſynodo Tridentina, in ſexta ſeſsione ſic dicitur;

Declarat ſancta ſynodus ad iuſtificationis doctrinam, vt vnuſquiſque agnoſcat, & fateatur, quòd cum omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſet, facti immundi, & vt Apoſtol. inquit, natura filii iræ, vſque a Deo ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli, & mortis, vt non modo gentes per vim naturæ, ſed neque Iudei quidem per ipſam etiam literam legis Moyſi inde liberari, aut ſurgere poſſent; tametſi in eis liberum arbitrium minimo extinctũ eſſet, viribus licet attenuatum, & inclinatum. Quo factum eſt, vt cœleſtis pater, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis Chriſtum Ieſum filium ſuum, & ante legem, & legis tempore, multis ſanctis patribus declaratum, & promiſſum, cum venit illa beata plenitudo temporis, ad homines miſerit, vt & Iudeos, qui ſub lege erant, redimeret: & gentes, quæ non ſectabuntur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum Dei reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, nõ ſolum autem pro veſtris, ſed etiam pro totius mundi. Verum & ſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed ii duntaxat, quibus meritum paſſionis eius communicatur. Et in cap. iiii. dictæ ſeſsionis inſinuatur deſcriptio iuſtificationis impii, & motus eius in ſtatu gratiæ. Quæ quidem tranſlatio poſt euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt; Niſi quis renatus fuerit

ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Et in cap. v. ſacrum concilium declarat ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia, ſumendum eſſe, hoc eſt ab eis vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur, vt qui per peccata à deo auerſi erant; per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperando diſponantur ita vt tangente deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem, neque homo nihil omnino agat inſpirationem illam recipiẽs, quippe qui illam & adiicere poteſt, neque tamen ſine gratia dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſsit. Vnde in ſacris literis cum dicitur, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis noſtræ admonemur, cum reſpõdemus, cõuerte nos domine ad te, & conuertemur, dei nos gratia præueniri confitemur. Et in capitulo vi. dictæ ſextæ ſeſsionis ponitur modus præparationis ad iuſtificationem ante baptiſmũ in adultis. Et vide etiam in cap. ix. vbi tractat contra inanem hæreticorum fiduciam, cuius verba ſunt. Quamuis autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa vnquam fuiſſe peccata, niſi gratis propter Chriſtum diuina miſericordia, nemini tamen fiduciam, & certitudinem remiſsionis ſuorum peccatorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt, cum apud hæreticos, & ſchiſmaticos poſsit eſſe, immo noſtra tempeſtate ſit, & magna contra eccleſiam catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia, ſed neque illud aſſerendum eſt, oportere; eos, qui vere iuſtificati ſunt, abſque vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere, ſe eſſe iuſtificatos, neminemque a peccatis abſolui, atque iuſtificari, niſi eum, qui certo, & firmiſsime credat, ſe abſolutum, & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici, quaſi qui hoc non credit, de dei ꝓmiſsis, & de mortis, & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet, cum velut nemo pius de dei miſericordia, de Chriſti merito, deque ſacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet. Sic quilibet dum ſeipſum ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt, cum nullus ſcire valeat certitudinem fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe eſſe gratiam dei conſequutum. Sed eſt aduertendum, quòd in cap. vii. dictæ ſextæ ſeſsionis dicit ſacroſancta ſynodus hæc verba. Quanquam enim nemo poſsit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſsionis domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur, id tamen in hac impii iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſsionis merito per ſpiritum ſanctum charitas dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret. Vnde in ipſa iuſtificatione cum remiſsione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem. Nam fides, niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfecte cum Chriſto, neque corporis eius membrum viuum efficit. Qua ratione veriſsime dicitur, fidem ſine operibus mortuam, & ocioſam eſſe, & in Chriſto Ieſu neque circunciſionem aliquid valere, neque præputiũ, ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptiſmi ſacramentum ex Apoſtolorum traditione cathecumini ab eccleſia petunt, cum petunt fidem vitam æternam præſtantem, quam ſine ſpe, & charitate fides præſtare non poteſt. Vnde & ſtatim verbum Chriſti audiunt, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Itaque veram, & chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam ceu primam ſtolam pro illa, quam Adam ſua inobedientia ſibi, & nobis perdidit, per Chriſtũ Ieſum illis donatam, candidam, & immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeant vitam æternam.

Sic ergo iuſtificati, & amici dei, ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem renouantur (vt Apoſtolus inquit) de die in diem, hoc eſt mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationẽ, per obſeruationem mandatorum dei, & eccleſiæ in ipſa iuſtitia, per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus creſcunt, atque magis iuſtificantur ſicut ſcriptum eſt, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. & iterum; Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. & rurſus; Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum, & ſanctus ſantificetur adhuc. & Petrus dixit in canonica. c. ſi. creſcite in gratia, & in cognitione ſaluatoris domini noſtri Ieſu chriſti, ideſt merendo eius augmentum per bona opera. Hoc vero iuſtitiæ incrementum petit ſancta eccleſia, cum orat; Da nobis domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum. Nemo autem quantumuis iuſtificatus liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet; deus nanque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Itaque nemo ſibi in ſola fide blandiri debet putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum. hæreditatemque conſequuturum. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos dicens; Neſcitis, quod ii, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium; ſic currite, vt comprehendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps Apoſtolorum Petrus; Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis; hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Vnde conſtat, eos orthodoxæ religionis doctrina aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni opere bono ſaltem venialiter

peccare, aut (quod intolerabiliu s eſt) pœnas æternas mereri; cum ſcriptum ſit; inclinaui cor meũ
ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem. & de Moyſe dicat Apoſtolus quod aſpi
ciebat in remunerationem. Nemo quoque, quãdiu in hac mortalitate viuit, de arcano diuinæ præ
deſtinationis miſterio neque adeo præſumere debet, vt certo ſtatuat, ſe omnino eſſe in numero
prædeſtinatorum; quaſi verum eſſet, quòd iuſtificatus aut amplius peccare non poſsit, aut ſi pec-
cauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat. nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri non po
teſt, quos Deus ſibi elegerit. Verumtamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant, ne cadant, & cum ti-
more, ac tremore ſalutem ſuã operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemoſynis, in orationibus,
& oblationibus, in ieiuniis, in caſtitate; formidare enim debent ſcientes, quòd in ſpem gloriæ, &
nondum in gloriam renati ſunt de pugna, quæ ſupereſt eum carne, cum mundo, cum diabolo, in
qua victores eſſe non poſſunt, niſi cũ dei gratia, Apoſtolo ob temperẽt dicenti; debitores ſumus
non carni, vt ſecundum carnem viuamus; ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autẽ
ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. qui vero ab accepta iuſtificationis gratia per peccatũ
exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt; cum excitante Deo per pœnitentiæ ſacramentum, merito
Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. hic enim iuſtificationis modus eſt lapſi repa
ratio; quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam ſancti patres apte nũcuparũt.
& enim, piis, qui poſt baptiſmũ in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentum inſtituit pœni
tantiæ, cum dixit, accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quo
rũ retinueritis, retẽta ſunt. vnde dicẽdum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum mul
to aliam eſſe a baptiſmali; atque cõtinere non modo ceſſationem à peccatis, & eorũ deteſtationẽ,
aut cor contritum, & humiliatum; verum etiam eorundem ſacramentalem confeſsionem, ſaltem
in voto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem; itemque ſatisfactionem per ieiu
nia, & eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia, nõ quidem pro pœna æterna;
quæ vel ſacramento, vel ſacramenti voto vna cum culpa remittitur; ſed pro pœna temporali, quæ
(vt ſacræ literæ docent) nõ tota ſemper, vt in baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quã ac
ceperunt ingrati, ſpiritum ſanctũ contriſtauerunt, & templum Dei violare nõ ſunt veriti, de qua
pœnitentia ſcriptum eſt; memor eſto, vnde excideris; age pœnitentiam, & prima opera fac. & ite-
rũ, quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. & rurſus, pœnitẽ
tiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ. Et pro mortali peccato amittitur gratia iuſtifica-
tionis, ſed non amittitur fides iuſtificatis hominibus (vt diximus) ſiue acceptã gratiam perpetuo
conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint. Proponenda ſũt Apoſtoli verba; abundate in omni
opere bono ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in domino. non enim iniuſtus eſt Deus, vt
obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis ĩ nomine ipſius. Et nolite amittere cõ-
fidentiam veſtrã, quæ magnam habet remunerationem: atque ideo bene operantibus vſque in fi-
nẽ, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tãquam gratia filiis Dei per Chriſtũ Ie-
ſum miſericorditer promiſſam, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorũ operi
bus, & mentis fideliter reddenda. Hæc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, &
curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus à iuſto iudice ſibi reddẽdam. Nõ ſolum autem ſibi,
ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. cum enim ille ipſe Chriſtus Ieſus, tanquam caput in
membra, & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutẽ influat; quæ virtus bo-
na eorum opera ſemper antecedit, comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, &
meritoria eſſe poſſent; nihil ipſis iuſtificatis amplius deeſſe credẽdum eſt, quominus plene, illis qui-
dem operibus, quæ in Deo ſũt facta diuinæ legi, pro huius vitæ ſtatu ſatisfeciſſe; & vitam æternã
ſuo etiã tempore (ſi tamen in gratia deceſſerint) conſequendã, vere promeruiſſe cenſeãtur. cũ Chri-
ſtus ſaluator noſter dicat; ſi quis biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet ĩ
eo fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Itaque neq; propria noſtra iuſtitia, tãquã ex nobis
propria ſtatuitur, neque ignoratur, aut repudiatur iuſtitia Dei; quæ etiam iuſtitia noſtra dicitur,
quia per eam nobis inhærẽtem iuſtificamur. illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infũditur per
Chriſti meritum. Neque vero illud omittendũ eſt, quòd licet bonis operibus, in ſacris literis, uſ
que adeo tribuatur, vt etiã qui vni ex ſuis minimis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chri-
ſtus, eum non eſſe ſua mercede cariturum. & Apoſtolus teſtetur; id, quod in præſenti eſt momenta
neum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum ĩ ſublimitate æternum gloriæ põdus operatur ĩ
nobis; abſit tamen, vt chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat, vel glorietur, & nõ in domino; cu-
jus eſt tãta erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſũt ipſius dona. & quia ĩ
multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiã, & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudi
cium ante oculos habere debet; neque ſeipſũ aliquis, etiã ſi nihil ſibi concius fuerit, iudicare: quo
niã omnis hominũ vita non humano iudicio examinãda, & iudicanda eſt, ſed Dei, qui illuminabit
abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuique à Deo; qui (vt ſcri-
ptũ eſt) reddet vnicuique ſecũdũ opera ſua. poſt hanc catholicam de iuſtificatione doctrinã, quã
niſi quiſque fideliter, firmiterque receperit, iuſtificari nõ poterit (ita fuit deciſũ in sãcta vniuerſali

Q

ſynodo Tridentina in ſeſsione ſexta)ad alia tranſeamus.

De eleemoſyna.

ELeemoſina dicitur ab eleo, quod eſt verbum græcum, cuius imperatiuus eſt eleeiſon, ideſt miſerere, a quo eleos, id eſt miſericordia. Ideo dixit ſaluator Matth.v. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et legitur in eccleſi.c.iii. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſina reſiſtit peccatis. Et orationes tuæ, & eleemoſynę tuæ aſcenderunt in conſpectū dei. legitur hoc in c.x. Actuum Apoſtolorum. & vendite, quæ poſsidetis, & date eleemoſynam. Et legitur Lucæ.xi. Quod ſupereſt, date eleemoſynam. & ecce omnia munda ſunt vobis. Itaque eleemoſyna magnam habet virtutem ad remiſsionem peccatorum. Dan. iiii. peccata tua eleemoſynis redime. facit tex. in c. animæ defunctorum. xiii.q.ii. vbi dicit tex. Animę defunctorū ſoluuntur charorum eleemoſynis, &c. legitur etiam Matth.xviii. Qui ſuſcipit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit. Crimina eleemoſynis redimuntur. c. medicina. de pœnit. diſt. i. vbi Ambroſius dicit: Medicina miſericordię tollit peccata magna: Habemus plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimimus, pecuniam habes, redime peccatum tuum, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua, vilis eſt pecunia, ſed precioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna (inquit) a peccato liberat, crimina ergo eleemoſynis redimuntur, vt dixi. Et Ciprianus in c. miror. de pœnit. diſt. i. dicit; Eleemoſyna a morte liberat, non vtique ab illa morte liberat, quem ſemel ſanguis Chriſti extinxit, & aqua nos ſalutaris baptiſmi, & redemptoris noſtri gratia liberauit, ſe ab ea morte, quæ per delicta poſt modum ſerpit, ideſt à morte actualium peccatorum. facit etiam tex. in c. non ſufficit. de pœniten. diſt. i. vbi diuus Auguſtin. ait; Non ſufficit mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat domino per pœnitentiæ dolorem per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis, & ieiuniis. & ibi dicit Archidia. Eleemoſyna eſt ſatisfactoria ad ſalutem. ſed dicit, non eſt ſatisfactoria ꝓ peccatis, ſi donas eleemoſynam, quam teneris aliàs dare, vt ſunt illi, qui donant, vt diſpenſatores. Sed talis eleemoſyna multum valet. ibi videbitis. Sed notabis, quod dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto, & etiam dare eleemoſynam conſtituto in extrema neceſsitate. ſanctus Tho. in ſecunda ſecundæ. q.xxxii. & vide in c. paſce. lxxxvi. diſtin. & legitur in libro Thobiæ. c.iiii. eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. & panem tuum cum eſurientibus, & egenis comede. & de veſtimentis tuis nudos tege. Et de eleemoſyna vide docto. in c. non ſatis. lxxxvi. diſtin. & vide in c. omnis. vii.q.i. Et Iob dixit, oculus fui ceco, pedes claudo, pater eram pauperum. Ita ſunt epiſcopi, quia ſunt diſpenſatores, & ſunt patres pauperum. Et de iuſtis laboribus facite eleemoſynam. docto. in c. innouamus, de cenſib. An eleemoſyna ſit danda de neceſſariis. videtur, quod ſic, quia dominus dicit Matth.xix. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Sed ille, qui dat omnia, quæ habet, pauperibus, nō ſolum dat ſuperflua, ſed etiam neceſſaria, ergo de neceſſariis poteſt homo eleemoſynam dare. dicit ſāctus Thom. in dict. q.xxxii. ad ſextum. Neceſſarium dupliciter dicitur, vno modo ſine quo aliquid eſſe non poteſt. & de tali neceſſario omnino eleemoſyna dari non poteſt, vt ſi aliquis ſolum haberet, vnde poſſet ipſe ſuſtentari, & filii ſui, vel alii ad eum pertinentes. de hoc enim neceſſario eleemoſynam dare eſt ſibi, & ſuis vitam ſubtrahere. Alio modo dicitur aliquid neceſſarium, ſine quo non poteſt conuenienter vita tranſigi ſecundum conditionem, & ſtatum propriæ perſonæ, & aliarum perſonarum, quarum cura ei incumbit, vt infra dicemus. Et huiuſmodi eleemoſynam dare eſt bonum, & non cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio; inordinatum eſſet autem ſecūdum ſanctū Tho. ſi aliquis tantum ſibi de bonis propriis ſubtraheret, vt aliis largiretur, quòd de reliduo non poſſet vitam tranſigere conuenienter, ſecundum proprium ſtatum, & negotia occurrentia. ſed tria ſunt excipienda, primum, propter ingreſſum religionis omnia bona dedicat deo. Secundum, quādo bona, quæ ſibi ſubtrahit, de facili reſarciri poſſunt. Tertium, quando occurreret extrema neceſsitas alicuius priuatæ perſonæ, vel reipublicæ. In his enim caſibus laudabiliter prætermitteret aliquis id, quod ad decentiam ſui ſtatus pertinere videretur, vt maiori neceſsitati ſubueniret. ita ſanctus Tho. & nota, quòd dominus laudauit viduam, quæ ex eo, quod deerat illi, omnem victū, quem habuit, miſit. Lucæ.xxi. Et melius eſt pluribus indigētibus elargiri. Itaque eleemoſyna nō vni ſoli, ſed multis detur, vt pluribus proſit. Itaque grandis culpa eſt, vt fidelis egeat, præſertim illi, qui egere erubeſcunt. Omnibus debetur miſericordia iuſto amplius. c. non ſatis. lxxxvi. diſtinc. Item ſubuenire debes proximis. c. eſt probanda. & c. cōſideranda. ea. diſt. vbi dicitur; Conſideranda eſt in largiendo ætas, ac debilitas, & verecundia, & ſenibus, & infirmis plus largiaris. Omnia iſta dicit beatus Ambro. lxxxvi. diſt. & ibi eſt tex. in d.c. paſce fame morientem, &c. Et legitur in Iſaia. c.lviii. frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosq; in duc in domum tuam. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc errumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & ante ibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet te, clamabis, & dicet ecce adſum.

Dixi ſuperius multa in materia eleemoſinæ, nunc addendo dicemus aliqua pro complemento de mente ſancti Thom. & de mente doctiſsimi Caietani, & de mente ſacrorum doctorum. Habens ſuperfluum naturæ, & perſonæ, tenetur aliis ſubuenire ratione ſuperfluitatis, licet pauper non appareat in extrema neceſsitate. ita Baſilius, & Ambroſius. Auguſt. quoque in c. quid dicam. xiiii. q. iiii. idem ſcotis in his verbis; Non ne omnes, qui ſibi videntur gaudere conquiſitis, eiſq; vti neſciunt, alienum poſsidere conuincimus? hoc enim certe alienum non eſt, quod iure poſsidetur. hoc autem iure, quod iuſte, & hoc iuſte, quod bene. omne igitur, quod male poſsidetur, alienum eſt, male autem poſsidet, qui male vtitur. hæc ille. Vbi apparet ſuperfluum naturæ, & perſonæ alienum eſſe quo ad vſum, & conſequenter diſpenſandum, aliter iniuſte poſsidetur, quia habens non recte vtitur illo. Eandem ſententiam confirmat beatus Hieron. in c. hoſpitalem. xlii. diſtinct. dicens; Aliena rapere conuincitur, qui ſibi vltra neceſſaria retinere probatur hæc ille. Vbi magni damnantur omnes, reſeruantes ſibi diuitias. i. ſuperflua. & qui eis famulantur. Apparet etiam ex verbis domini Matth. vi. Non poteſtis deo ſeruire, & mammonæ, vbi beatus Hiero. exponens, quid ſit ſeruitus diuitiarum, ait; Audiat hoc auarus, audiat hoc homo Chriſtianus, nõ poſſe ſimul diuitiis, Chriſtoque ſeruiri; & tamen nõ dicit, qui habet diuitias, ſed qui ſeruit diuitiis; qui enim diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit, vt ſeruus, qui autem ſeruitutis excuſsit iugum, diſtribuit eas, vt dominus. hæc ille. vbi apparet, quòd eſt impoſsibile, ſuperflua cuſtodire non diſpenſando; & Chriſtum amare. Beda quoque ſuper illud Lucæ. xi. Quod ſupereſt, date eleemoſynam, ait; Neque enim ita facienda iubetur eleemoſyna, vt te ipſum conſumas inopia, ſed vt tui cura corporis expleta inopem, quantum vales, ſuſtentes, hæc ille. Vbi iuberi expoſuit ſuſtentationem inopum poſt neceſſaria nobis. Inter poſteriores vero doct. Petrus de Plaude in iiii. diſtin. xv. q. iii. expreſſe ponit hoc cadere ſub præcepto. Ricar. quoque in iiii. diſtinct. xv. q. ii. hoc idem confirmat. Durandus autem, & Roman. ibidem, quaſi mortale, panidi timent. Diximus ſupra, quòd dare eleemoſynam exiſtenti in extrema neceſsitate de neceſſario perſonæ ſis in præcepto allegando tex. Amb. in c. paſce. Grego. quoque in homeliis ſuis ait; Quia in lege ſcriptum eſt, diliges proximum ſuum ſicut te ipſum; minus proximum amare conuincitur, qui nõ cum eo in neceſsitate illius etiam ea, quæ ſunt ſibi neceſſaria, partitur. Idcirco de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum. hæc ille. vbi euidenter apparet, quòd neceſſaria non communicata neceſsitatibus abſque dubio extremis minorem debito dilectionem Chriſti conuincunt, & conſequenter charitatis extinctionem, quæ diminutionem non patitur. Baſilius etiam ſuper illud Lucæ. iii. Qui habet duas tunicas, det non habenti, ait; Hic autem docemur, quòd ex omni eo, quod affluit ſupra proprii victus neceſsitatem, tenemur erogare illi, qui non habet, propter deum, qui quæcunq; poſsidemus largitus eſt. hæc ille. Iuniores quoque. ſ. Petrus de Plaude, Ricardus, Durãdus, & Romanus in iiii. ſenſẽtiarum, diſt. xv. intrepide aſſerũt teneri quemlibet de neceſſario perſonæ ſubuenire extremæ neceſsitatis pauperis. Nõ abſque temeritate ergo à tot doctoribus ac rationibus ſubtrahet ſe quiſpiam volens magis hominibus placere, quàm veritatem ſequi. Audi dominũ Ieſum Chriſtum in euãgelio diuitibus dicentem; Facilius eſt camelum trãſire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorũ, intellige de diuite, qui captus eſt à diuitiis, & famulatur eis. nam diues eſt, qui ſibi reſeruat diuitias, œconomus vero, ſiue diſpenſator, qui ad opus aliorum has tenet. Et ſic patet ex omnibus dictis regula generalis circa eleemoſynarum largitionem neceſſariam, applicatio autem eius ad particularia ſcientificæ determinationi nõ ſubeſt, ſed prudẽtiæ cõmittitur, quæ circa particularia verſatur. Eſt autem magna opus circũſpectione, vt cõcludatur hunc habere ſuperflua. Oportet ſiquidem conſiderare ſtatũ, filios, filias, ſeruos, alunnos, hoſpites, cõuiuas, munificentiam, magnificẽtiam, & ſi qua ſunt huiuſmodi, & habere ſemper præ oculis, ꝙ neceſſarium pſonæ non conſiſtit in indiuiſibili, multis enim adiunctis non apparebit ſuperfluũ; & multis ſubtractis nõ cenſebitur quis indigens. Et hæc de eleemoſynæ præcepto dicta ſufficiant ſecundum doctiſsimũ Caietanum. Sed aduerte, & nota bene, quia quum pauper apparet in extrema neceſsitate cõſtitutus, peccatum mortale eſt non facere eleemoſynam, vt in d. c. paſce fame morientem. Item nota bene, quia ſi habes de ſuperfluo naturæ, & perſonæ, & eleemoſynam non facis, peccas mortaliter, quia præceptũ hoc ſcilicet quod ſupereſt, eleemoſynam dare, eſt affirmatiuũ, & obligat ꝓ loco, & tẽpore; propterea fidei ac prudentiæ illius, qui ſuperfluum habet, cõmiſſum intelligitur, quãdo & quibus actualiter diſpẽſet illud ſuperfluũ ſimul, vel ſucceſsiue, vt melius ſibi videbitur. Itaque eleemoſynam nõ facere eſt peccatum mortale in iſtis duobus caſib. tantũmodo. Sed in epiſcopis, & clericis deducto victu, & veſtitu ex epiſcopatu, vel beneficio, omne aliud ſuperfluum eſt, quia vſuarii ſunt, vt videbis ſupra in iſto ſpeculo. c. ſexto. ſi non poſſumus omnibus ſufficere tũc dãda eſt eleemoſyna potius bono quam malo, & cõſanguineo quam extraneo. & ſic loquitur illud, deſudet eleemoſyna in manu tua, & illud, ordinauit in me charitatem, & vide doc. in c. i. & ii. & iii. xxxxii. diſt. ſed aduerte quia vt dixi, dñus dicit. deſudet eleemoſyna in manu tua donec inuenias iuſtum cui des. & in canticis dicitur ordinauit ĩ me charitatem, primo deus, ſecũdo parẽtes, deinde filii, poſtea domeſtici, vltimo extranei diligãtur. gl. in c. quieſcamus. xxxxii. di. vt iam dixi.

Itaque notabis ſecundum ſauctum Thom. quòd eſt aliquod tempus darè, in quo mortaliter
peccat, ſi eleemoſynam dare omittat, ex parte quidem recipientis, cum apparet euidens, & vrgés
neceſsitas, nec apparet in promptu, qui ei ſubueniat. Ex parte varo dantis cum habet ſuperflua,
quæ ſecundum ſtatum præſentem nou ſunt ſibi neceſſaria, prout probabiliter exiſtimari poteſt.
Nec oportet, quod conſideret omnes caſus, qui poſſunt contingere in futurum. non intelligas
extremam neceſsitatem, quando emiſſurus eſt ſpiritum, ſed quando ob defectum neceſſariorum
apparet, quod ille moritur, niſi ei ſuccurratur, quando poſſunt ei prodeſſe ſubuẽtiones, antequã
deſperetur de vita illius. Et au poſsit fieri eleemoſyna de illicite acquiſitis, tripliciter ſecundum
ſanctum Thom. poteſt aliquid eſſe illicite acquiſitum, ſicut rapina, & de talibus tenetur ad reſti-
tutionem, & uou poteſt ideo fieri eleemoſyna. Alio vero modo eſt aliquid illicite acquiſitũ, quia
ille, qui acquiſiuit, retinere non poteſt. nec tamen debetur ei, à quo acquiſiuit, quia ſcilicet contra
juſtitiam accepit, & alter contra iuſtitiam dedit, ſicut in ſimonia. quia illud debet in eleemoſynas
erogari. Et eadem ratio eſt in omnibus, datio, & acceptio eſt contra legem. Tertio modo eſt ali-
quid illicite acquiſitum, non quidem, quia ipſa acquiſitio ſit illicita, ſed quia id, ex quo acquiri-
tur eſt illicitum, ſicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc proprie vocatur
turpe lucrum, & contra legem dei. Sed in eo, quod accipit, non iniuſte agit, nec contra legem. vn-
de quod ſic illicite acquiſitum eſt, retineri poteſt, & de eo eleemoſyna fieri. Non autem fit de eo ſa-
crificium, vel oblatio ad altare, tum propter ſcandalum, tum propter ſacrorum reuerentiam. Cir-
ca illa vero, quæ per aleas acquiruntur, videtur eſſe aliquid illicitum ex diuino iure ſcilicet quòd
aliquis lucretur ab bis, qui rem ſuam alienare non poſſunt, ſicut ſunt minores, & furioſi, & huiu-
ſmodi. Et quòd quis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & quòd fraudulenter ab eo
lucretur, in his caſibus tenetur ad reſtitutionem, & ſic de eo nou poteſt eleemoſynam facere. Ali-
quid autem videtur eſſe illicitum ex iure poſitiuo ciuili, quod prohibet vniuerſaliter tale lucrum
apud illos, qui ſunt talibus legibus ſubiecti, & tenentur vniuerſaliter ad reſtitutionem, qui lucrã-
tur, niſi forte couſuetudo contraria præualeat, aut niſi ille lucratus ſit ab eo, qui traxerit eum ad
ludum, iu quo caſu non tenetur reſtituere, & poteſt facere eleemoſynas de tali lucro. ita ſauctus
Thom. vbi ſupra, ad ſeptimum in. d. q. xxxii. & ibi dicit ad octauum. Et ille qui eſt in poteſtate al-
terius conſtitutus non poteſt eleemoſynam facere, quia eleemoſynæ non ſunt faciendæ de alieno
ſed mulier ſi habet alias res præter dotem, poteſt dare eleemoſynam; alià s autem non poteſt ſine
conſenſu viri expreſſo, vel præſumpto, niſi in articulo neceſsitatis extremæ, in quo licitum eſſet ei
furari, & etiam monacho, vt eleemoſynam daret. & filiusfamilias poteſt dare aliquam modicam
quantitatem, de qua poteſt præſumere, quòd patri placeat. Et pro complemento dic, ꝙ Matth.
x. & Marci. ix. legitur; Qui ſuſcipit vnum paruulum talem iu nomine meo, me ſuſcipit. & quicũ-
que potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum, amen dico vobis non per-
det mercedem ſuam. Et Chriſtus dixit, Ioan. xii. pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum, & in
eccleſiaſtico, c. vii. legitur; exorare & facere eleemoſynam ne deſpicias, ne dicas in multitudine
munerum meorum reſpiciet deus, & offerente me deo altiſsimo munera mea ſuſcipiet. & ibi etiã
dicitur pauperi porrige manum tuam vt perficiatur propitiatio & beneditio tua. & in omnibus
operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. & in Deuteronomium dixit
dominus Moyſi, ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi qui tecum ver-
ſatur in terra. aduertite queſo, & in libro tobiæ legitur. c. iiii. Noli euertere faciem tuã ab vllo pau-
pere, & eleemoſyna ab omni peccato & a morte liberat, & panem tuum cum eſurientibus & egen-
tibus comede, & de veſtimentis tuis nudos tege. & ibi etiam in c. xii. legitur. bona eſt oratio cum
ieiunio, & eleemoſyna, magis quam theſauros auri recondere quoniam eleemoſyna a morte libe-
rat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.

De ieiunio.

ITem epiſcopi prædicabunt in ſuis eccleſiis, vt omnis populus ieiunet, quia per ieiunium ca-
ſtitas conſeruatur, & mens liberius eleuatur ad ſublimia contemplanda. vnde dicitur Danie-
lis. x. quòd poſt ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit à deo. & eſt vtile ieiu-
nium ad ſatisfaciendum pro peccatis vnde dicitur Ioelis. ii. Conuertimini ad me in toto corde
veſtro, & in ieiunio, & fletu, & planctu. Sed ieiunii neceſsitas tria includit neceſſario, quæ
ſunt de neceſsitate ieiunii, ſcilicet qualitas ciborum, hora cõpetens, & vna comeſtio. exigit quip-
pe omne eccleſiæ ieiuniũ abſtinẽtiam ab eſu carniũ. dies ieiunii noti ſunt de iure, & cõſuetudine. et
ieiunium vt dicit Auguſt. purgat animam, mẽtem ſubleuat, propriam carnem ſpiritui ſubiicit, cor
facit cõtritum, & humiliatũ, cõcupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinũ ardores extinguit, caſtita-
tis vero lumen aſcẽdit. Et ieiunium non ſolum eſt ab eſcis, ſed à cunctis illecebris abſtinẽtia. dictũ
eſt autem, quòd ieiunium vtile eſt ad deletionem culpæ, & ad eleuationem mentis in ſpiritualia

vnuſquiſque autem ex naturali ratione tenetur tantum in ieiuniis vti, quantum ſibi neceſſarium eſt ad prædicta ſecundum ſanctum Thom. in ſecunda ſecundæ q. cxlvii. vbi etiam dicit; Ieiunium in communi cadit ſub præcepto legis naturæ. Sed determinatio temporis, & modi ieiunandi ſecundum conuenientiam, & vtilitatem populi Chriſtiani cadit ſub præcepto iuris poſitiui, quod eſt a pontificibus eccleſiæ inſtitutum, & hoc eſt ieiunium eccleſiæ; vt in titu. de obſeruatione ieiuniorum. Aliud vero eſt ieiunium naturæ, & quia multitudo hominum vt plurimum indiget tali remedio, conueniens fuit, vt eccleſia aliqua ieiunia ſtatueret ab hominibus communiter obſeruanda, quaſi in ſpeciali determinans id, quod eſt neceſſarium in communi. & videbis tex. in c. ieiunium, de obſeruatione ieiuniorum, & ieiunium in effectu eſt afflictio carnis ex abſtinentia ciborum. Et ieiunans qua hora debet comedere, dic in ieiuniis quadrageſimalibus poſt completas veſperas in eccleſiis, quæ tempore quadrageſimali dicuntur de mane, vt in c. ſolent, de conſecra. diſtinc. i. in aliis vero ieiuniis non eſt hora præfixa ab eccleſia, & ideo communiter tenetur, vt in nonis ſumatur cibus, & ita eſt in communi obſeruantia. ita Panor. in Rubri. de obſeruantione ieiuniorum, & aliquid ſumere pro collatione de ſero magis ad ſuſtentationem naturæ, quam ad delitias, non eſt prohibitum, dummodo fiat moderate ſecundum conſuetudinem regionis. ita Pan. in d. Rubri. vbi etiam dicit; Dies dominicales ſubtrahuntur ab obſeruantia ieiuniorum. Et debemus abſtinere a cibis delicatis c. denique. iiii. diſtinct. & omnes qui non ſeruant ieiunia eccleſiæ, peccant mortaliter. Ieiunia vero quæ ſunt in præcepto, ſtatua ſunt in conciliis epiſcoporum, & conſuetudine vniuerſalis eccleſiæ roborata. Nec ſunt contra libertatem populi fidelis, ſed magis ſunt vtilia ad impediendum ſeruitutem peccati, quæ repugnāt libertati ſpirituali, de qua dicitur ad Galathas. cap. v. Vos enim fratres in libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem detis carni, ſed per charitatem ſeruite inuicem, præcepta enim eccleſiæ obligant, ſicut dei præcepta ſecundum illud Lucæ. x. Qui vos audit, me audit, & ieiunia, quæ præcepto eccleſiæ inſtituuntur ſunt ieiunia afflictionis, quæ non conueniunt in diebus letitiæ, propter quod non eſt ieiunium inſtitutum ab eccleſia ĩ toto paſchali tempore, nec etiam in diebus dominicis, vt dixi. Sed Hieronym. ſcribit ad Lucinum: Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus. Et duplex eſt ieiuniũ; Vnum quidem naturæ, quod requiritur ad euchariſtiæ ſumptionem, & hoc ſoluitur per quemlibet potum etiam aquæ, poſt quem etiam non licet euchariſtiam ſumere. ſed ieiunium eccleſiæ non ſoluitur niſi per ea, quæ eccleſia interdicere intendit inſtituendo ieiunium; quia non interdicit potum, ideo licet pluries ieiunantibus bibere. Et medicinarum aſſumptio non ſoluit ieiuniũ. Sed aduerte, quia, vt dixi, omnes tenentur ieiunare, niſi in eis fuerit, aliquod ſpeciale impedimentum, vt infra dicemus. Et licet pueri non teneantur, conueniens tamen eſt, vt etiam in puerili etate ſe ad ieiunandum exerceant plus, vel minus, ſecundum modum ſuę ætatis. Quandoque tamen magna tribulatione imminente in ſignum pœnitentiæ ardioris etiam pueris ieiunia indicuntur, ſicut etiam de iumentis legitur Ionæ iii. homines, & iumenta nõ guſtent quicquam, nec aquam bibant. Et de hoc vide doctiſs. Caietanum in ſua ſumma de peccatis in parte ieiunium, & dicit, excuſantur à ieiunio non ſolum laborantes in agricultura, ſed in quacunq; arte; qui aut vix ſic, aut nec ſic acquirere poſſunt omnia neceſſaria ſibi, familiæque ſuæ, ſi cum huiuſmodi exercitio non poſſunt ſimul ieiunare, quia ſicut lex ieiunii non impedit neceſſaria opera, ita non impedit opera debita. Similiter ſi vir non poteſt ieiunando debitum vxori reddere, non tenetur ieiunare. & ibi dicit, quid de peregrinantibus, & de aliis, dicit multa. Dicit etiam, quod excuſantur infirmi, debiles, & excuſat etiam impotentia naturalis, & excuſat impotentia habendi panem; Et videbis etiã canoniſtas in titulo de obſeruatione ieiuniorum, vbi multa in materia ieiunii dicunt, & ibi quærunt. Vtrum aliqui excuſentur ab obſeruatione præcepti: In pueris eſt, vt dixi, euidens cauſa nõ ieiunandi propter debilitatem naturæ, quandiu ſunt in ſtatu augmenti, quod eſt vſque ad finem tertii ſeptennii. Item ſenes non tenentur ieiunare, quia egent frequentiali mento, & modico, ſicut infirmi, & hoc accidit communiter anno ſexageſimo ætatis, de prægnantibus, & lactantibus dic, quòd non tenentur ieiunare. Circa peregrinos, & operarios diſtingue, vt per ſanctum Tho. ſecunda ſecundæ. q. cxlvii. arti. iiii. & ibi vide Caietanum. & ibi in d. q. videbis multa circa materiam ieiunii. & videbis etiam Hoſtienſem, & Goffre. in titu. de obſeruatione ieiuniorum. Et Hieronymus dixit in cap. ſint. de conſecra. diſt. v. Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſacietatem fugiens; & de ieiunio, & ebrietate vide Cardi. ſancti Sixti in c. ſexto dit. diſt. xxxv.

De oratione.

ITem ſanctiſsimi epiſcopi in eccleſiis ſuis de orationem populum inſtituant circa modum orandi, ideo de oratione hunc tractatum compoſui. Oratio dicitur quaſi oris ratio. & oratio eſt in præcepto, vt Lucæ. xviii. Oportet ſemper orare, & non deficere; itaque bona operatio non poteſt eſſe ſine oratione, & iſta eſt veritas quod oratio ſit in præcepto, & orare eſt proprium rationalis creaturæ. quia eſt actus rationis. Et orate pro inuicem, vt ſaluemini, multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Iacobus in canon. cap. fin. & Chriſoſt. ſuper Lucam c. xviii. dicit; Conſide-

ra quanta eſt tibi conceſſa felicitas,quanta gloria attributa orationibus, ſabulari cum deo, cum
Chriſto miſcere colloquia,optare quod velis,quod deſideras poſtulare.Et in Pſal.dicitur,diriga-
tur oratio mea,ſicut incenſum in cōſpectu tuo.Et omnia illa,ꝑ quæ deo reuerentia exhibetur, ꝑ
tinent ad religionem; Per orationem autem homo deo reuerentiam exhibet,in quantum ei ſe ſu
biicit,& profitetur orando ſe eo indigere. ſicut autore ſuorū bonorū. Vñ manifeſtum eſt qđ ora
tio eſt propriæ religionis actus; & non ſolum petere, quæ deſideramus, ſed etiam recte aliquid
deſiderare ſub præcepto cadit; ſed deſiderare quidem cadit ſub precepto charitatis,petere autem
ſub præcepto religionis quod quidem præceptum ponitur Matth.vi.vbi dicitur,petite,& acci-
pietis.Et oratio præeminet aliis actibus religionis; & oratio ſoli deo eſt porrigenda, ut eam im-
pleat; & ſancto, per ipſum impetranda.Ideo dicitur Iob.v. Voca,ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad
aliquem ſanctorum conuertere.Et orationes porrigimus ſanctis angelis,& hominibus, non ut ꝑ
eos noſtras orationes cognoſcat,ſed ut eorum precibus,& meritis orationis noſtræ ſentiamus ef
fectum. Cum ergo pſallendo deo loquamur,multa attentione, & cogitatione intendendum eſt
orationi.Bernar.Cum ad orandum in eccleſiam intraueris,fluctuantiam cogitationū tuarum re
linque exterius, ut ſoli deo uacare poſsis; fieri non poteſt ut cum deo loquatur, qui cū toto mū
do ēt taceus ſabulatur.Et de oratione dicitur Apoc.8.ꝙ aſcendit fumus incenſorum de orationi
bus ſanctorum,de manu angeli coram deo. Et hoc etiam patet ex modo ipſo, quo eccleſia uti-
tur in orando.Nam à ſancta trinitate petimus,ut noſtri miſereatur,ab aliis autē ſanctis petimus,
ut orent pro nobis.Et licet mortui neſciant,etiam ſancti,quid agant uiui; ſed ut Greg. dicit, ad
excellentiam eorum decet,ut cognoſcant petitiones ad eos factas; & deo manifeſtāte cognoſcūt.
Et in oratione aliquid determinate eſt petendum, Matt.vi.& Lucæ.ix.docuit dominus diſcipulos
determinate petere ea,quæ continentur in petitione orationis dominicæ.ſed Matth.vi. legitur.
Primo quærite regnum dei. Temporalia autem licet deſiderare,non quidem principaliter, vt in
eis finem conſtituamus,ſed ſicut quædam adminicula,quibus adiuuamur ad tendendum in bea-
titudinem; in quantum per ea vita corporalis ſuſtentatur; ſed non ſunt quærenda principaliter
ſed ſecundario.& dicitur Prouerb.xxx.tribue tantum victui meo neceſſaria. & debemus etiam
pro aliis orare,ut Iacobus.v.Orate pro inuicem,ut ſalue mini.ſed Chryſoſt. dicit ſuper Matthe.
Pro ſe orare neceſsitas cogit,pro altero autem charitas fraternitatis hortatur; & ſi non eis proſit
ego tamen non ſum fruſtratus mea mercede,ſecundum illud Pſal.oratio mea in ſinu meo cōuer
tetur.Et debemus pro inimicis orare.matth.v.Orate pro perſequentibus,& calumniantibus uos.
Et Apoſt.ad Roman.xii.dixit.Mihi vindictam, & ego retribuam,dicit dominus. Sed licitum eſt
impugnare inimicos,vt compeſcantur a peccatis:quod cedit in bonum illorum, & aliorum. Et
ſic etiam licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum,vt corrigantur.& ſic oratio, &
operatio non erunt contraria.Ad propoſitum adduco illud Iacobi in epiſt.c.fi.dicētem; Helyas
homo erat ſimilis nobis paſsibilis,& oratione orauit,vt non plueret ſuper terram,& non pluit an
nos tres,& menſes ſex; & rurſum orauit,& cœlum dedit pluuiam,& terra dedit fructum ſuum:
multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua.vt in d.c.fi.Et legitur Iob.cap.fi.Iob ſeruus meus o-
rabit pro vobis.legitur etiam Geneſ.xx.Redde viro vxorem eius,& orabit pro te, quia propheta
eſt.Et in epiſt.I.Petri.c.iii.dicitur; Oculi domini ſuper iuſtos,aures eius ad preces eorum.&pro
uerb.xv.dicitur,longe eſt dominus ab impiis,& orationes iuſtorum exaudiet.& in pſalmo.33.di
citur.clamauerunt iuſti,& dominus exaudiuit eos,& ex omnibus tribulationibus eorum libera-
uit eos.& ibi etiam legitur.Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſal
uabit. vultus autem domini ſuper facientes mala,vt perdat de terra memoriam eorum.& Aug.
in pſalmo.xlii.Quam celeriter accipiuntur orationes bene operántium, & hæc iuſtitia hominis
in hac vita ieiunium,eleemoſyna oratio.Vis orationem tuam volare ad deum? fac illi duas alas,
ieiunium,& eleemoſynam.& de oratione dixit Chriſtus matthe.xvii.Hoc autem genus.ſ. demo-
num,non eiicitur niſi per orationem,& ieiunium; & loquitur Chriſtus de vniuerſo genere de-
moniorum.Legitur etiā Act.x.Orationes tuæ,& eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in
conſpectu dei.& Mat.xix.dixit Chriſtus;Serue nequā omne debitum dimiſi tibi,quia rogaſti me
&c.Sed oratio dñica perfectiſs.eſt,quia ſi recte,& non cōgruenter oremus,nihil aliud dicere poſ
ſumus,quàm quod in iſta oratione dñica poſitum eſt.Oratio debet eſſe breuis,& cū feruore;ideo
ſancti patres orabant,& poſtea aliquid operis faciebant,& poſtea ad orationem redibant.Math.
vi.Orantes nolite multum loqui.& nihil aliud cogitet animus quàm id ſolū,quod præcatur.Ita
que adſit debita intentio ſaltem actualis in principio,ſecundum cōem opin.Sed ſi eſſet notabilis
negligentia,erit peccatum mortale in clerico,ut dixi.s.in iſto Spec.in ti.de horis can.Et sācti qui
ſunt in patria orant pro nobis;ſed illi qui ſunt in purgatorio,non ſunt in ſtatu orandi.ſed magis,
vt oretur pro eis.De valore orationis dictæ ab audientib.miſſam recta via eſſet,ut ſola mente cir-
ca tantum ſacrificium occuparentur præſentes, petendoq;, vt ſacrificium gratum ſit pro eccleſia,
pro ſe,pro defunctis,gratias agendo Deo de tanto beneficio paſsionis Chriſti, & præſentiæ ibi.
Et oratio debet eſſe vocalis, vt dicitur in pſalmo; voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad
dñm deprecatus ſum.Sed duplex eſt oratio,communis,& ſingularis. Communis quidem oratio

eſt

eſt, quæ per miniſtros eccleſiæ in perſona totius fidelis populi deo offertur. & ideo oportet, q̄ ta
lis oratio innoteſcat toti populo, pro quo profertur, quod non poſſet fieri; niſi eſſet vocalis. Ora
tio vero ſingularis eſt, quæ offertur à ſingulari perſona cuiuſcunque, ſiue pro ſe, ſiue pro aliis, orā
tis. Et licet non de neceſsitate, adiungitur tamen vox tali orationi ad excitandum interiorem de-
uotionem. Sed aliquando non eſt neceſſaria excitatio in aliquibus. vnde Pſal. dicebat; Tibi dixit
cor meū, exquiſiuit te facies mea. & de Anna legitur. Reg. 1. quòd loquebatur in corde ſuo. Adiū
gitur etiam vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus, ex vehementi affectione,
vt in Pſal. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Et dicentes priuatas miſſas ita ſubmiſ
ſe de induſtria, vt intelligi ab auditoribus nequeant, a ratione deuii videntur, niſi forte per acci-
dens coram aliis nō celebrent; Tunc enim ſufficiens videtur, ſi à ſeruitore proximo audiri poſsit.
Ita Caietanus ſecunda ſecundæ. q. lxxxiii. art. xii. Et aduerte, nam legitur Matth. vi. Tu autem cū
oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo hoſtio ora patrem tuum in abſcondito. Ideo ne ores,
vt ab hominibus videaris. & Apoſto. ad Timoth. i. cap. ii. dicit; Obſecro igitur primum omnium
fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro re
gibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in
omni pietate, & caſtitate; hoc enim bonum eſt, & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo, qui om
nes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Sed oratio dominica inter aliàs
principalior inuenitur, habet enim quinque excellentias, quæ in oratione requiruntur. Debet eſ
ſe oratio ſecura, recta, ordinata, deuota, humilis & continua. Secura, vt cum fiducia adeamus ad
tronū gratiæ eius, ad Hæbr. iiii. in fide etiam non deficientes, Iacobus poſtulet autem in fide nihil
hæſitans & ſecurior eſt, quia ab hac oratione nunquam ſine fructu receditur. recta, vt petat a deo
ea, quæ ſibi conueniunt. Iacob. iiii. petitis, & non accipitis eo, quòd male petitis ea, quæ ipſæ ora
re docuit, rectiſsime poſtulantur. Ordinata, vt cœleſtia terrenis præferamus, Matth. vi. Primum
quærite regnum dei. Deuota, quia pinguedo deuotionis facit ſacrificium orationis eſſe deo accep
tum. conſurgit deuotio ex charitate, quæ eſt amor dei, & proximi; quorum vtrunque in hac ora-
tione oſtenditur. Nam ad inſinuandum diuinum amorem vocamus eum patrem; ad inſinuandum
amorem proximi communiter pro omnibus oramus dicendo, Pater noſter. Humilis, & in iſta o-
ratione humilitas obſeruatur. Reſpexit ī orationem humilium. Tria bona facit oratio, eſt efficax,
& vtile remedium contra mala; liberat enim à peccatis commiſsis, liberat etiam à timore peccato
rum ſuperuenientiū, a tribulationibus & triſtitiis, liberat etiam à perſequutionibus, & inimicis.
Item ad ſecretorum diuinorum reuelationem, cap. ſi ergo. viii q. 1. Item ad cœleſtium deguſtatio
nem, vnde ſine ipſa non guſtantur diuina. Et eſt efficax, & vtilis ad omnia deſideria obtinenda;
Mar. ii. Omnia quæcunque oratis, credite, quia accipietis. & ſi non exaudimur, hoc eſt, quia nō in
ſtanter petimus, oportet enim ſemper orare, & nunquam deficere. Lucæ. xviii. vel quod non peti-
mus id, quod magis expedit ad ſalutem. Tertio eſt vtilis, quia facit nos familiares deo. Dauid di-
rigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. ad Thim. ii. Poſtquam Apoſtolus docuit Ti
motheum quomodo reducat populum ad formam veræ fidei, docet de pertinentibus ad cultum
fidei, ſcilicet orationibus, obſequiis, dicendo, obſecro igitur primum, &c. In quo aperte oſtendit
Apoſtolus, quod inter omnia neceſſaria ad ſalutem Chriſtianam præcipua eſt oratio, & non ceſ-
ſat orare, qui non ceſſat beneſacere. Sanctificetur nomen tuum, ideſt nomen tuum manifeſte-
tur, & declaretur in nobis. Et iſtud nomen petimus manifeſtari, & declarari, vt cognoſcatur, & te
neatur ſanctum. Adueniat regnum tuum. Cum ergo petimus, quòd veniat regnū, oramus, q̄
non regnet in nobis peccatum, ſed ipſe deus, vel adueniat regnum tuum. i. gloriæ. Fiat voluntas
tua. In hac petitione petimus, vt voluntas dei impleatur in nobis; quia tūc eſt rectum cor homi-
nis, cum concordat cum volūtate diuina. & hoc Chriſtum fecit deſcēdi de cœlo, nō vt faciam vo-
luntatem meam, ſed eius qui miſit me, Ioan. vi. Voluntas completa eſt in angelis, & in sāctis, qui
ſunt in patria, quia vidēt deū, & cognoſcūt, & fruuntur eo. Et ſic nos deſideramus, quòd volun-
tas dei, quæ eſt, vt hoīes habeant vitam æternā, impleatur in terra: Sed vult deus, vt obſeruemus
mandata. vel fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra. i. ſicut in angelis, & electis, qui ſunt in cęlo;
quia ſicut angeli faciunt voluntatē dei, ita & hoīes. Panem noſtrū quotidianum da nobis hodie,
i. vnius diei, uel vnius temporis. Prou. 30. Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi, ſed tm̄ victui
meo tribue neceſſaria: uel panem noſtrū. i. panem ſacramentalem. Et dimitte nobis debita noſtrā
i. peccata noſtra. Auferimus deo ius ſuū, cum præferimus voluntatem noſtrā uolūtati ſuæ; & hoc
eſt peccatum: eſt ergo conſilium ſpiritus ſancti, ut petamus à deo ueniā peccatorum, Luc. 6. dimit
tite. & dimittemini. Ezec. 27. Homo homini ſeruat irā, & a deo quærit medelam. Et dimitte no-
bis debita noſtra. i. peccata, quæ nos debitores pœnæ conſtituunt, & quibus obligamur ad pœnā
aut ſatisfactoriam, aut purgatoriam, aut æternā. Et ne nos inducas in tentationem. i. per conſen-
ſum. Deus non inducit ad malum, ſed dicitur inducere ad malum permittendo, in quantum pro
pter multa peccata ſubtrahit homini gratiam. Oſtendit non id à nobis orandum, ut non tente-
mur. ſed ne deſerti adiutorio dei in tentationem per conſenſum inducamur. Sed libera nos a ma-
lo. Petitio generalis eſt contra omnia mala præſentia, & futura. Amen. confirmatio omnium.

Et de oratione Chriſtus dixit Apoſtolis Petro,Ioanni,& Iacobo,Vigilate,& orate,vt non intretis in tentationem. Itaque ſub præcepto cadit oratio,Matth.xxvi.& Petrus in canon.c.iiii.dixit.Eſtote itaque prudentes,vigilate in orationibus,&c.Et in oratione mens debet in deum eleuari; quia oratio eſt eleuatio mentis in deum.& de oratione videbis ſanctum Thom.ſecunda ſecundæ quæſt.lxxxiii.& videbis ſupra in iſto Speculo multa vtilia,in titul.de horis canonicis. Inter omnia autem opera bona(vt teſtatur abbas Agathon) orare deum eſt difficillimum , & plus habet laboris,quia ſemper demones feſtinant interrumpere orationem,ſcientes , quod ex nulla re impediuntur,ſicut per orationem fuſam ad deum. Et inde eſt,quòd in principio omnium horarum canonicarum munientes nos ſigno crucis contra infeſtationes diaboli dicimus , Deus in adiutorium meum intende.Itaq; in quacunq; tribulatiõe,vel neceſsitate habemus dicere, Deus in adiutorium meum intende.Et Hierony.in cap.Non mediocriter,de conſecr.diſtin.v. ait ; Melior eſt quinque Pſalmorum decantatio cum ordis puritate,ac ſpiritali hylaritate , quam totius pſalterũ modulatio cum anxietate cordis,atque triſtitia.Et dominus dixit Matth.xviii.Serue nequam omne debitum tibi dimiſi quoniam rogaſti me; non ne ergo oportuit, & te miſereri conſerui tui,ſicut & ego tui miſertus ſum.Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra . Pro cœleſti munde præcepta dei faciamus non pro terrenis quæ lex promittebat,omnia autem terrena ad duo potiſsima reducuntur.ſ.ad humanam gloriã & ad terrenorum a fluentiam,quorum vtrunque in lege promiſſum eſſe videtur. dicitur in Deuteronomium.Si audieris vocem domini dei tui,& cuſtodias omnia mãdata eius , quæ ego præcipio tibi hodie,faciet te dominus excelſiorem cunctis gentibus que verſantur in terra, de affluentia vero temporalium,ibidem dicitur,Abundare te faciet dominus in omnibus bonis,& ideo dominus ab intentione fidelium excludit.ſ.gloriam,& terrenorum affluentiam,& dominaberis nationibus plurimis,& tui nemo dominabitur.

Antequam Chriſtus docuiſſet apoſtolos orare,dixit illis,attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,vt videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrũ qui in cœlis eſt.Sed conſidera quia non dixit nõ coram hominibus faciatis,ſed addidit,vt videamini ab eis qui ergo facit eleemoſinam,vel orat,non ideo vt ab hominibus videatur,& ſi coram hominibus fuerit non tamen,coram hominibus fuiſſe videtur;qui enim aliquid facit propter deum : neminem videt in corde ſuo niſi deum,itaque non humanam laudem pro noſtrorum operũ mercede quæramus,& ſi pro indulgentia peccatorum oras,etiam ſi publice oras in cubicule , & clauſo oſtio oras,quia non petis que videntur,ſed quæ non videntur,& itaque ieiunium,& eleemoſina,& oratio ſolo amore dei facienda ſunt.& vana gloria fugienda eſt a chriſtiano viro , non autem videri ab hominibus nefas,ſed ideo hoc agere vt ab hominibus videaris .

Dixi ſuperius quòd antequam Chriſtus docuiſſet apoſtolos orare,dixit eis,attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus,vt videamini ab eis,et etiam anteaquam docuiſſet apoſtolos orare dixit eis,orantes autem nolite multũ loqui ſicut ethnici faciunt,putant enim ꝙ in multiloquio ſuo exaudiantur.Nolite ergo aſsimilari eis.in iſto puncto dicunt theologi ſicut hypocritarum eſt in oratione placere hominibus, ita eſt ethnicor.ũi.gentilium in multiloquio ſe putare exaudiri.ideo ſubditur. Orantes autem nolite multum loqui,ſed non tñ vt quidam putãt;hoc eſt orare in multiloquio ſi diutius .i.multũ tp̃s oretur, aliud eſt ſermo multus,alud diuturnus affectus.Nam de ipſo dño ſcriptum eſt,quòd per notauerit in orando: & prolixius orauerit, vt nobis præberet exemplum,& ideo oportet ſemper orare,& multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua . & apoſto.dixit ſine intermiſsione orate,& eccleſia pro Petro ſine intermiſsione orauit,ſed Chriſtus damnat multiloquium orationis.i.inanem locutionem,veniens de infidelitate,ideo dixit,ſicut ethnici faciunt.Et reuera omne multiloquium a gentibus venit,diſuadet igitur Chriſtus Chriſtiano viro manum locutionem in orando,vt gentiles faciebant , puta cum chriſtianus non petit decentia adeo,ſed potentatus,& glorias,inimicos ſuperare;& pecuniarum abundãtiã in multiloquio orat.Iubet ergo hic Chriſtus,non inanes orationes facere, orationes.n. ait apoſt. inſtantes,non tñ.Iubet decem militum verſuum orationem componere, quòd Chriſtus inſinuat, dicendo apoſtolis.Sic ergo vos orabitis:pater noſter qui es in cœlis &c.vbi ſaluator apoſtolis,& credentibus formam orandi propoſuit,breuibus verbis, & ſic ad inſtructionem , & ſalutem noſtram deus inſtituit orationem dominicam,& docuit & iuſſit nos orare,& voce eſt orandum , vt Chriſtus docuit,ideo dicitur in pſalmo. Voce mea ad dominum clamaui, ſed non debemus vociferare,& orans nihil nouum facere debet quòd aſpiciant homines:vel clamantes, vel pectus acriter percutiendo,vel manus expandendo, vt ab hoĩbus videatur,& in pſal.ẽt dicitur,voce mea ad dñm deprecatus ſum, adiũgitur tñ vox tali orationi triplici ratione,primo quidem ad excitandũ interiorem deuotionem qua mens orantis eleuetur in deum,vnde Auguſt.dicit, quòd verbis , & aliis ſignis ad augendum deſiderium ſanctum ; nos ipſos acrius excitamus, & ideo in ſingulari oratione tantum eſt vocibus,& huius ſignis vtendum ; quantum proficit ad excitandum interius mentem,vt refert ſanctus Tho.in.ii.ii.q.83.ad duodecimum . Secundo adiungitur vocalis oratio

quaſi

quaſi ad redditionem debiti, ut. ſ. homo deo ſeruiat, ſecundum illud totum, quòd ex deo habet. i. non ſolum mente, ſed etiam corpore, quòd præcipue cõpetit orationi ſecundum quòd eſt ſatisfatoria, unde dicitur Oſeæ vlti. Omnem aufer iniquitatem: & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Tertio adiungitur uocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex uehementi affectione, ſecundum illud lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, & oratio põt eſſe etiam ne vocalis, vt in pſalmo, tibi dixit; Cor meum, exquiſiuit te facies mea. & de Ana. legitur, quòd loquebatur in corde ſuo. ſed nota ꝙ duplex eſt oratio, cõis, & ſingularis, cõmunis quidem oratio eſt quæ per miniſtros eccleſiæ in pſona totius fidelis populi deo offertur, & ideo oportet quòd talis oratio innoteſcat toti populo pro quo profertur, quòd non poſſet fieri niſi eſſet vocalis, & ideo rationabiliter inſtitutum eſt vt miniſtri eccleſiæ omnes orationes alta voce pronuncient, ut ad notitiam omnium poſſint peruenire. De oratione ſingulari multa diximus. ſ. & aduertant, quia vt dixi, oratio dominica voce domini publicatur, dicendo apoſtolis, Sit ergo vos orabitis, pater noſter qui es in cælis, & ſit oratio eſt in præcepto. Et notate quòd quando dicimus orationem dominicam pro tota eccleſia vniuerſali oramus.

Contra hæreticos.

ET aduertite fratres, quia in iſtis temporibus tempeſtuoſis, & periculoſis ſunt multi magiſtri mendaces, qui introducunt ſectas perditionis, de quibus prophetauit beatus Petrus in canonica. Et ſunt multi lupi rapaces, qui ſubtilitate, & perſuaſione ſua ducuntur, & in domibus ſuis clam, non palam, volunt aliter ſcripturas interpretari. Ideo aduertant fideles, quia in iſtis periculoſis temporibus (vt dixi) ſunt multi, qui ſubtilitate, & perſuaſione ſua ducuntur, & volunt interpretari aliter diuinas ſcripturas, quàm debeant, & aliter quàm ſpiritus ſanctus flagitat, & ita errant, & in ſchiſma incidunt: quod peccatum grauiſſimum eſt, contra quos eſt tex. in. c. nõ afferamus. xxiiii. q. i. vbi litera dicit; Non afferamus ſtateras doloſas, vbi appendamus quod volumus pro arbitrio noſtro, dicentes hoc graue eſt, hoc leue eſt: ſed afferamus diuinã ſtateram de ſcripturis ſactis, tanquam de theſauris dominicis. facit tex. in c. quod autem. xxiiii. q. iii. vbi litera dicit; Quid aũt iniquius eſt, quam impia ſapere, & ſapientioribus doctoribuſq; non credere? ſed ad ſemetipſos recurrunt; & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerũt, faciunt no. in. c. ne imitaris, de conſt. vbi litera dicit. Ne imitaris prudentiæ tuæ. Prudentiæ ſuæ innititur, qui ea ſibi agendã vel dicenda patrum decretis præponere videtur. & vino inebriãtur, qui ſcripturas ſacras male intelligunt, atq; peruertunt. c. vino inebriantur. xxxvii. di. accedat etiã text. ſingularis in c. relatum. ea. diſt. cuius verba ſunt; Relatum nobis eſt, quòd quidam in veſtris partibus commorantes aduerſantur ſacris doctrinis, & prout eis videtur, non ſecundum traditionem patrum, ſed iuxta ſuum ſenſum docere videntur. Ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex dei cũ legitur, non ſecundum propriam ingenii virtutem legatur, aut doceatur: ſunt enim multa in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſerit, ſed non oportet. Ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui eam a maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruat. Sed oportet vel ex paſtorali officio, vel ſuperioris authoritate prædicare iuxta Apoſtoli ſententiam, & per tex. & doct. in. c. excommunicamus. de hæret.

Secunda pars ſermonis epiſcopalis.

PRimum quod eſt neceſſarium chriſtiano, eſt fides, ſine qua nullus dicitur fidelis chriſtianus fides autem facit quatuor bona: primum eſt, quod per fidem anima coniungitur Deo. Nam per fidem anima chriſtiana facit quaſi quoddam matrimonium cum deo. Oſe. c. ii. Sponſabo te mihi in fide. & inde eſt quod quãdo homo baptizatur, primo cõfitetur fidem, cum dicitur ei, credis in deum? quia baptiſmus eſt primum ſacramentum fidei. & ideo dicit dominus Mar. vltimo; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Et baptiſmus, qui eſt ſine fide, non prodeſt. Ideo ſciendum eſt, quòd nullus eſt acceptus deo ſine fide. ad Hæb. xi. ſine fide impoſsibile eſt placere deo. Et per fidem inchoatur in nobis vita æterna. Nam vita æterna nihil aliud eſt, quàm cognoſcere deum. Vnde dicit dominus Ioan. xvii. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verũ deum. Hæc autem cognitio dei incipit hic per fidem ſed pficitur in glorioſa vita futura, in qua cognoſcemus eum, ſicuti eſt. Ideo dicitur ad Hæb. xi. Fides eſt ſubſtantia ſperãdarum rerum. Nullus ergo poteſt peruenire ad beatitudinem, quæ eſt vera cognitio dei, niſi primo cognoſcat per fidem Ioan. xx. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Fides autem docet omnia neceſſaria ad bene viuendum, ipſa enim docet quod eſt vnus deus, qui eſt remunerator bonorũ, & quod eſt alia vita. Et patet quod nullus philoſophorũ ante aduẽtum Chriſti cũ toto conatu ſuo potuit tãtum ſcire de deo, & de neceſſariis ad vitam æternã, quãtũ poſt aduentũ Chriſti vna vetula p fidem. Ideo dicitur Iſai. ii. Repleta eſt terra ſciẽtia domini.

Item fides eſt,quia vincimus tentationes,ad Hæb.ij.ſancti per fidem vicerunt regna. Et hoc patet,quia omnis tentatio,vel eſt a diabolo,vel à mundo,vel a carne.Diabolus enim tentat,vt nõ obedias deo,neque ſubiiciariis deo.Et hoc per fidem remouetur. Nam per fidem cognoſcimus, quod ipſe dominus eſt omnium,& ideo ſibi eſt obediendum.i.Petr.v.Sobrii eſtote,quia aduerſarius veſter diabolus circuit quærens,quem deuoret,cui reſiſtite fortes in fide. Mundus autem tẽtat;vel alliciendo proſperis, vel terrendo aduerſis,ſed hæc vincimus per fidem,quæ facit nos credere aliam vitam meliorem iſta.Et ideo proſpera mũdi huius deſpicimus,& nõ formidamus aduerſa.Ioan.i.Hæc eſt victoria,quæ vincit mundũ,fides noſtra.et etiã quia docet nos credere alia maiora mala.i.inferni.Caro vero tẽtat inducẽdo nos ad delectationes vitæ præſentis momentaneas,ſed fides oſtẽdit nobis,quòd per has ſi eis indebite adhæremus, æternas delectationes amittimus,ad Eph.vi.In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Fides eſt habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectũ aſſentire non apparentib.Apoſt.ad Heb.ii.Iuſtus aũt ex fide viuit,ad Ro.i.Inter oĩa,quæ debent fideles credere hoc eſt primũ,ꝙ ſit vnus ſolus deus. ſcdm eſt, quod iſte deus ſit creator,& factor cœli,& terræ,viſibilium,& inuiſibiliũ. Non ſolum eſt neceſſe chriſtianis deũ credere,ſed ẽt neceſſe eſt, vt credant,quod deus eſt pater, & quod Chriſtus ſit verus filius dei deo patri cõſubſtãtialis,& coæternus.Item non ſolũ eſt neceſſarium chriſtiano credere filiũ dei,vt oſtẽſum eſt,ſed ẽt oportet credere incarnationem eius.Et ideo B. Io.poſtquam dixerat multa ſubtilis,& ardua,conſequenter inſinuat nobis eius incarnationem cũ dicit, verbum caro factum eſt.Et ſicut neceſſariũ eſt chriſtiano,ꝙ credat incarnationem filii dei, ita neceſſarium eſt,quod credat paſſionẽ eius,& mortẽ.Et ſicut dictum eſt,mors Chriſti fuit in ſeparatione aĩæ à corpore,ſicut & aliorũ hominum,ſed diuinitas,ita inſolubiliter iuncta fuit hoĩ Chriſto,quod licet aĩa,& corpus ſepararẽtur adinuicem, ipſa tñ deitas perfectiſsime animæ,& corpori affuit ſemper:& iõ in ſepulchro cũ corpe fuit filius dei, & ad inferos cũ aĩa deſcẽdit. Duo ſunt neceſſaria hoĩ ad cognoſcendum.i.gloria dei,& pœna inferni. Nam per gloriã electi, & per pœnas territi cauent ſibi hoĩes,& retrahuntur a peccatis. Sed hæc ſunt valde difficilia homini ad cognoſcẽdũ,vnde de gloria dicitur ſap.ix.Quæ in cœlis ſunt,quis inueſtigauit? Et hoc quidẽ difficile eſt terrenis,quia vt dicitur Io.iii.Qui de terra eſt,de terra loquitur;ſed nõ eſt difficile ſpũalibus,quia qui de cœlo venit,ſuper oẽs eſt.Et ideo deus de cœlo deſcendit,& incarnatus eſt, vt doceret nos cœleſtia.Erat.n.difficile cognoſcere pœnas inferni.Sap.ii. Nõ eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis:& hoc dicitur in perſona impiorũ.& hoc non põt modo dici,quia ſicut deſcendit de cœlo,vt doceret cœleſtia.ita reſurrexit ab inferis,vt nos de inferis edoceret. Et ideo neceſſe eſt,vt credamus,quod nõ ſolũ homo factus eſt,& mortuus,ſed quod reſurrexit a mortuis:& ideo in ſymbolo dicitur,tertia die reſurrexit a mortuis.Poſt Chriſti reſurrectionẽ oportet credere eius aſcenſionem,per quã in cœlũ aſcendit:quia ergo Chriſtus aſcendit in cœlũ, & ſedet ad dexterã dei,ſicut dñs oĩum,manifeſtum eſt,quod ſpectat ad eum iudiciũ.Ideo in regula catholicæ fidei confitemur,quod venturus eſt iudicare viuos,& mortuos. Hoc ẽt dixerunt angeli, actuum.i.hic Ieſus,qui aſſumptus eſt à vobis in cœlũ,ſic veniet,quemadmodũ vidiſtis eum euntẽ in cœlũ. Itẽ debemus credere in ſpũm ſanctum verũ deum,conſubſtantialem patri,& filio. Sicut videmus, quod in vno hoĩe eſt vna aĩa,& vnum corpus, & tñ ſunt diuerſa membra ipſius,ita eccleſia catholica eſt vnũ corpus,& habet diuerſa membra:aĩa autem,quæ hoc corpus viuificat, & ſpũs ſctũs; & ideo poſt fidem de ſpũ ſancto iubemur credere ſctãm eccleſiam cath. Vnde additur in ſymbolo,ſanctã eccleſiam cath. Hæc aũt eccleſia habet tres partes,vna eſt in terra, alia eſt in cœlo tertia eſt in purgatorio.Sicut in corpore naturali operatio vnius mẽbri cedit in bonũ totius corporis,ita in corpore ſpũali.i.eccleſiæ;& quia omnes fideles ſunt vnũ corpus,bonum vnius alteri cõicatur.Apoſt.ad Ro.xii.ſinguli ſũt alterius membra. Vnde & inter alia credenda, quæ tradiderũt Apoſtoli,eſt quod cõio bonorũ ſit in eccleſia.Et hoc eſt qđ dicitur in ſymbolo Apoſt.ſanctorũ cõionem.Inter alia vero membra eccleſiæ principale membrũ eſt Chriſtus,quia eſt caput,ad Ephe.i.Ipſũ dedit caput ſuper oẽm eccleſiã,quæ eſt corpus ipſius: bonum ergo Chriſti cõicatur omnibus Chriſtianis, ſicut virtus capitis omnibus membris; & hæc communicatio fit per ſacramenta eccleſiæ,in quib.operatur virtus paſſionis Chriſti,quæ operatur ad cõferendã gratiã in remiſsionem peccatorũ. Spũs ſcũs non ſolum ſanctificat eccleſiã quantũ ad aĩam,ſed virtute eius reſurgent corpora noſtra,ad Ro.iiii.Qui ſuſcitauit Chriſtum Ieſum dñm noſtrũ a mortuis & i.ad Cor.xv.Qm̃ quidem per hoĩem mors,& per hoĩem reſurrectio mortuorũ.Et ideo ſcđm fidem noſtrã credimus reſurrectionem mortuorũ futuram.Et notabis,ꝙ ad multa eſt nobis vtilis fides,& ſpes reſurrectionis;ad tollendum triſtitias,quas ex mortuis concipimus.Item aufert timorem mortuis.Item reddit homines ſolicitos ad bene operandũ.Item retrahit a malo.

Et ſciendum eſt,quantum ad omnes quadruplex conditio attendi poteſt in reſurrectione,prima eſt identitas corporum reſurgentium,quia idem corpus,quod nunc eſt, & quantum ad carnem,& quantum ad oſſa,reſurget virtute diuina. Iob.xix. rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum.Et corpora bonorum,& malorum erunt incorruptibilia,quia boni erũt ſemper in gloria, & mali ſemper in pœna eorum. Et omnes boni, & mali reſurgent cum omnĩ

integritate

integritate, quæ ad perfectionem hominis pertinet. Non erit cæcus, uel claudus ibi. vt Apoſtol. i. ad Corinth. xv. mortui reſurgent incorrupti, ideſt impaſsibiles, quantum ad corruptiones præſentes. Et boni, & mali reſurgent in ætate perfecta, ideſt triginta duorum, vel trium annorum. ad Epheſ. iiii. donec occurramus omnes in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Et quantum ad bonos erit ſpiritualis gloria, quia ſancti habebunt corpora glorificata, in quibus erit quadruplex conditio. Prima eſt claritas, Matt. xiii. fulgebunt iuſti, ſicut ſol, in regno patris eorum. Secunda eſt impaſsibilitas. i. ad Corinth. xv. ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Apoc. xxi. abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neclu ctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ primo habuerunt. Tertia eſt agilitas. ſap. iii. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ, in arundineto diſcurrent. Quarta eſt ſubtilitas. i. ad Corinth. xv. ſeminatur corpus animale; ſurget corpus ſpirituale. Non quod omnino ſit ſpiritus, ſed quia erit totaliter ſpiritui ſubiectum. Circa quartum ſciendum, quia damnatorum conditio contraria erit conditioni beatorum, quia erit in eis pœna æterna, in qua eſt quadruplex mala conditio. Nã corpora eorum erunt obſcura. Iſa. xiii. Facies combuſtæ vultus eorum. Item paſsibilia, licet nunquam corrumpantur; quia ſemper in igni ardebunt, & nunquam conſumabuntur, Iſa. lxvi. Vermis eorum non morietur. Et ignis eorum non extinguetur.

Item erunt grauia; Anima enim erit ibi quaſi cathenata. Pſal. ad alligandos reges eorum in cõpedibus. Item erunt quodammodo carnalia, & anima, & corpus. Iohel. i. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Conuenienter in fine omnium deſideriorum noſtrorum. i. in vita æterna, finis credendis cum dicitur in ſymbolo. vitam æternam. Amen. Accedentem ad deum oportet credere. ad Heb. xi. & ideo fuit neceſſarium veritatem fidei in vnum colligi, vt facilius poſſet omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei a veritate deficeret. Et ſymbolum eſt authoritate eccleſiæ vniuerſalis æditum, & eccleſia vniuerſalis non poteſt errare in his, quæ ſunt fidei; quia ſpiritu ſancto gubernatur; hoc enim promiſit dominus diſcipulis, Ioan. xvi. dicens; Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et chriſtianus arctatur ad credendum neceſsitate finis, quia vt dixi, accedentem ad deum oportet credere, quia eſt, & quòd inquirentibus ſe remunerator eſt. credere autem non poteſt aliquis niſi ei veritas quam credat proponatur, & ideo fuit neceſſarium, vt dixi, fidei veritatem in vnum colligi, vt in ſymbolo apoſtolorũ, & confeſsio fidei traditur in ſymbolo ex perſona totius eccleſiæ quæ per fidem vnitur. fides antẽ eccleſiæ eſt fides formata, & poſt tempus gratiæ, maiores, & minores tenentur habere fidem explicitam de incarnatione Chriſti, præcipue quantum ad ea quæ communiter in eccleſia ſolennizantur, & publice proponuntur, ſicut ſunt articuli incarnationis, aliàs autem ſubtiles conſiderationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis, vel minus explicite credere, ſecundum conuenit ſtatui, & officio vniuſcuiuſque, quia via veniendi ad beatitudinem eſt miſterium Incarnationis, & paſſionis Chriſti. & corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. ad Rom. x. & ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem cadunt ſub præcepto diuinæ legis. Sed confiteri fidem non ſemper neque in quolibet loco, & tempore eſt neceſsitate ſalutis, ſed ſi aliquis interrogatus de fide taceret & ex hoc crederetur quòd non haberet fidem, uel alii per eius taciturnitatem auerterentur a fide confeſsio fidei eſt de neceſsitate ſalutis. ita S. Thom. in ii. ii. q. I. Triplex eſt confeſsio quæ in ſcripturis laudatur una eſt confeſsio eorum quæ ſunt fidei, & iſta eſt proprius actus fidei, ut pote relata ad fidei finem. Alia eſt confeſsio gratiarum actionis, ſiue laudis, & iſta eſt actus latriæ. Tertia eſt confeſsio peccatorum. & fidei ſymbolum, & dominica oratio pro tota lege paruulis eccleſiæ ad cœlorum regna ſufficit. Iſid. in lib. de ſummo bono. Nolle ſe cognoſci chriſtianum, quandoq; eſt licitum, quandoq; eſt illicitum, & tũc eſt illicitum, quando occultatio auferret debitum deo honorem, & auferret proximis utilitatem, & ideo quando honor dei, uel proximi hoc expoſcit homo debet externus fidem ſuam confiteri, ſed ſi turbatio in fidelium oriatur de confeſsione fidei manifeſta, abſque aliqua vtilitate fidei, uel fidelium, non eſt laudabile in tali caſu fidem publice confiteri. unde dicit dominus. matth. vii. Nolite ſanctum dare canibus: neque margaritas ueſtras ſpargere ante porcos; ne conuerſi dirumpant uos. benefacit tex. in. c. quando. xi. q. iii. ſed ſi vtilitas fidei aliqua ſperetur, aut neceſsitas vrget, contenta perturbatione fidelium, debet homo publice fidem confiteri. & Chriſtus dixit; Sinite illos. ſ. turbari, ceci ſunt, & duces cecorum. ſanctus Tho. in. q. iii. ad ſecundum. & adde ad ea quæ ſuperius dixi. itaque taciturnitas quandoque eſt bona, & ideo Hieremias dixit, ſolus ſedabam quia amaritudine repletus eram, vt in d. c. quando. xi. quæſtio. iii.

De ſymbolo patrum, & de ſymbolo, quod in eccleſia cantatur, vide ſanctum Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. i. artic. ix. & vide Abba. in cap. i. de ſumma trini. & fid. cathol. & ſymbolum Athanaſii authoritate eccleſiæ receptum eſt; ſed Athanaſius non compoſuit manifeſtationem fidei per modum ſymboli, ſed magis per modum cuiuſdam doctrinæ. & de articulis fidei uide Abba. in d. c. i. de ſum. trin. & fi. cath.

Symbolum autem græce,latine ſonat iudicium,vel ſignum,vel collatio,& regulam fidei plenã indicat,& perfectam,quia ſimul in vnum continet articulos, & compoſitum fuit ex diuerſis verbis Apoſtolorum. Traditur enim,quod poſtquam Apoſtoli ſpiritum ſanctum acceperunt, cum iam forent ad prædicandum euangelium profecturi,conferẽtes in vnum ſuper articulis fidei ſtatuerunt,vt ſicut omnes erant in vna fide conformes,& concordes,ſic omnes vnam fidem concorditer prædicarent,& ſymbolum compoſuerunt,itaque ſymbolum fidei eſt profeſsio.

Et in omnibus ſymbolis eadem fidei doceatur veritas, & fuit neceſſe ædere plura ſymbola, & in nullo alio differunt,niſi quod in vno minus explicantur,quæ in alio continentur implicite,ſecundum quod exigebat hæreticorum inſtantia. Credo in ſpiritum ſanctum & in ſanctam eccleſiam.ſit ſenſus,credo in ſpiritum ſanctum ſanctificantem eccleſiam; Sed melius eſt ſecundum cõmunem vſum.vt non ponatur ibi,in,ſed ſimpliciter dicatur;ſanctam eccleſiam catholicam.

Itaque notabis ſymbolum patrum eſſe declaratiuum ſymboli Apoſtolorũ, & publice in miſſa cãtatur.& ſymbolum Apoſtolorum in prima,& in completorio dicitur,quaſi contra tenebras errorum præteritorum,& futurorum. Eccleſia quando loquitur de fide, intelligit de fide formata charitate,& bonis operib. & nõ de fide nuda,quia operib. iuſtificatur homo, nõ ex fide tãtũ.

Diximus ſuperius quod bonum Chriſti communicatur omnibus Chriſtianis,ſicut virtus capitis omnibus membris,& hæc communicatio fit per ſacramenta eccleſiæ, in quibus operatur virtus paſsionis Chriſti;hæc autem ſacramẽta ſunt ſeptem. Baptiſmus, qui eſt primus & eſt quædam regeneratio ſpiritualis,Ioan.iii.Niſi quis renatus fuerit ex acqua,& ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei.Et peccatum originale tollitur p baptiſmum. Et baptiſmus inter alia ſacramenta magis eſt neceſſarius, & efficax, vt pote fundamentum omnium ſacramentorum.cap. præter.§.porro.xxxii.diſt.cap.veniens. de presbytero non bapti.miniſt. Quid ſit baptiſmus? eſt ablutio exterior cum certa forma verborum,ſine qua nemo ſaluari poteſt,& quæ proficit ad ſalutem, & colligitur.i.q.i.detrahitur.& de ſumma trinitate.cap.i.§.vlti. Quandoque autem vocatur baptiſmus ipſe character animæ impreſſus.de conſecra.diſtinctio.iiii.tunc valere. quæ enim eſt iſta tanta virtus aquæ,vt corpus tangat,& cor abluat?niſi hoc faciẽte verbo,non quia dicitur,ſed quia creditur.Nam & ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens,aliud virtus manens.i.q.i.detrahere. Vbi fuit inſtitutus?Circa hoc diuerſæ ſunt opiniones;nam quidam dicunt ipſum fuiſſe inſtitutũ per verba,quæ Ieſus Chriſtus dixit Nicodemo,niſi quis renatus,&c.de conſecrat.diſtinct. iii.filius.Secundi dicunt,quod quando miſit Iudam cum aliis.i.q.i.dedit. Tertii,quando dixit diſcipulis,Ite baptizate omnes gentes,&c.de conſecra.diſt.iiii.Alii quarto ipſum inſtitutum fuiſſe putant,cum dominus á Ioanne baptizatus eſt,vbi vim regenaratiuam contulit aquis.de conſecra.diſtinct.iii.per aquam,Dic quòd ibi fuit inſtitutum facto, & exemplo; verbo autem, & præcepto fuit inſtitutum,cum dixit Apoſtolis ſeu diſcipulis,Euntes in mundũ docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filii,& ſpiritus ſancti,de conſecrat.diſtinct.iiii.propric.de baptiſ. debitum. &c.non apponeres.

Quis poſsit vel debeat baptizare?& certe nedum ſacerdos,vel diaconus, ſed & hæreticus, & paganus,excommunicatus,de conſec.diſt.iiii.ſiue hæreticus, & quicũque, dum tamen in forma eccleſiæ rite conſeratur,vt patet ſupra de ſum.trinita.c.i.§.pe.& in his,quæ no.ſupra de tẽp.or.§. & a quo.ver.hæc igitur ſit fides tua.& xxii.diſt.§.verum.tranſit enim ſol vel per lapideos canales, & venit ad aureolam.xix.diſt.ſecundum,ſic nihil intereſt quis recipiat,quoad veritatem,licet interſit,quoad effectum,de conſecra.diſt.iiii.ſicut in ſacris.

Quæ ſit eius forma?ad eius formam,ſeu eſſentiam duo neceſſaria ſunt;verbum,& elementum. c.non vt apponeres,de baptiſmo.Vnde cum ſaliua non poteſt quis baptizari. Item neceſſarium eſt verbum.ſ.quod obſeruetur forma verborum,videlicet,quòd dicat baptizans mergendo baptizandum,ter. Petre ego baptizo te in nomine patris, & filii,& ſpiritus ſancti,vt in c.i.de baptiſmo.ſed ſufficit vnica immerſio,ſi conſuetudo terræ hoc approbet,cap.de trina.de conſe.diſt.iiii. optimus tex.ad hoc in c.eodem modo,de conſecratio.diſt.iiii.

Et baptizari poteſt a quocunque ſiue iudæo,pagano,hæretico(vt dixi.)ita Hoſtien.in ſumma, in titulo de baptiſmo.& ibi dicit;Ordo ſi mutatur in baptiſmo,an valeat.Et exorciſmus quid ſit. & mulier,ſi laborat in extremis,qualiter poteſt baptizari infans,ibi videbis.& baptizati inuiti an ſint baptizati,& baptizati ficte an ſint baptizati,ibi videbis quidam ſi poſſent euadere penas nollent baptizari,ſed quia non poſſunt volunt,ne bona externa amittant, de hoc vide Hoſt. vt dixi, & vide docto.in.d.c.maiores.talis nanque tanquam conditionaliter volens,licet abſolute non velit cogendus eſt ad obſeruantiam fidei chriſtianæ, in quo caſu debet intelligi decretum concilii toletani.ſecundum Ioannem maiorem,in.4.diſt.4.q.2.& de furioſis baptizatis,ſi ſemper fuerunt furioſi,tenet baptiſmus.ibi.Et ſi baptizans non intendit baptizare, dic,quòd nihil confertur.ibi etiam videbis.& de hoc etiam vide Goffredũ in ſumma ſua de baptiſmo. Quid ſi alius liquor ſit cum aqua mixtus?tenet,ſi aqua præualet,aliàs contra.Secus autem in ſacramento euchariſtiæ,in quo plus de vino requiritur,quam de aqua, vt c.pernitioſus. de celebratio. miſſarum. per quam

decre-

decretalem videtur contrarium poſſe dici;Cum generalis conſuetudo eccleſiæ teneat, vt in ſola & pura aqua ſioe alia mixtura fiat baptiſmus vide Hoſti.vbi ſupra.Et ſpecies baptiſmi ſunt tres, aquæ(vt diximus.) & flaminis,& ſanguinis.Flaminis,ideſt ſpiritus ſancti,vt ſi aliquis velit bapti zari;& boc deſideret cum ſummo ſeruore animi,& contritione,ſeu deteſtatione ſuorum peccatorum ex amore dei;ſi non iouenit,qui eum baptizet,& ſic moriatur,ad æternam patriam cõuolat.de bapt.debitum.de conſecra.diſtinct.iiii.baptiſmi inuicem.& c.cathecuminum.& cap. non dubito.Inde legitur,quod cum beatus Ambroſius Valentinianum duceret ad baptiſmum, mortuus eſt Valentinianus.Vnde Ambroſius doleo veotrem meum,quia quem regeneraturus eram, perdidi,ille tamen gratiam,quam popoſcerat,non amiſit.de preſbytero non bapt.c.Apoſtolicã. Dixit doleo ventrem,per ſimilitudinem,ſicut poſſet dolere mater ſi amiſiſſet partum.Nam ſicut carnaliter gignitur filius,carnali actu interueniente;ſic ſpirituali interueniẽte generatur ſpiritualis.Et character interior imprimitur animæ. Sicut baptizans quantum ad exteriorem, pater ſeu patrimus intelligitur;ſic quantum ad interiorem,ſpiritus ſanctus.de baptiſ.c.debitum.& ſic anima eſt filia dei.Inde propbeta,audi filia,& vide,& c.dicitur ſponſa.vnde Apoſtolus;deſpõdi vos vni viro,& c.ad hoc de cogi.ſpi.§.quot eius ſpecies.ver.ſic ergo.baptizãs,& præced.& de presby. non bapti.veniens.Et baptiſmus ſanguinis, quo ſancti innocentes baptizati intelliguntur; vt ſi credens in Chriſtum,antequam baptizetur,occidatur pro Chriſto.de conſecra.diſtin.iiii.baptiſmi vicem. Et baptiſmus reiteratur,ſi dubitatur de eius omiſsione,vt in cap.ii. de baptismo, & procedit ille tex.tam in dubio facti,quàm iuris,vt cum reperitur ĩfans expoſitus ſine ſigno baptiſmi.nam dubium conſiſtit in facto.De ſecundo poſſunt poni multa exempla,vt per Panorm.ibi. De quibus dubium eſt an baptizati fuerint,baptizantur bis verbis præmiſsis;Si baptizatus es,nõ te rebaptizo,ſed ſi nondum baptizatus es,ego te baptizo,&c.Et ſacramentum baptiſmi vtiliter confertur paruulis,licet oon credant.nec intelligant.& remittitur eis peccatum originale.tex. in c.Maiores.de baptiſmo.Itaque dicendum eſt,quòd etiam paruulis virtutes infunduntur in baptismo.& hæc opinio eſt hodie approbata,vt in clement.i.de ſumma trin.ad finem.Conclude ergo,quod per baptiſmum tollitur illa macula,ſeu ſordes animæ,& per conſequẽs tollitur ille reatus.Item illa pronitas ad peccandum debilitatur.maxime poſt ſacramentum confirmationis. Nã per chriſmationem,ſeu confirmationem Chriſtianus confirmatur in fide,& efficitur fortior ad reſiſtendum diabolo,& concupiſceneiis carnalibus.vt in cap.i.de conſecra. diſtin,v. & adde iſtis glo.not.in c.ii.de cooſe. diſtin.iiii.quam omnino vide.Et inſantes decedentes ſine baptiſmo priuantur viſione dei,aliam vero pœnam actualem non patiuntur.ita Panorm.in d.c.Maiores.§.ſed adhuc.Illa tamen pœna maxima eſt,vt in c.firmiſsime.de conſecra.diſtinct.iiii.licet reſpectu pœnæ actualis dicatur mitiſsima.Et dormientes,& furioſi non poſſunt baptizari, niſi ante dormitionem,& furorem volebant baptizari,vt per Panor.in d.c.Maiores.§ fin.vbi etiam dicit quod infideles non poſſunt cogi ad fidem ſuſcipiendam.Et nemo poteſt ſe ipſum baptizare,etiam inſtante neceſsitatis articulo.cap.debitum,de baptiſmo.vbi etiam dicit Panor.

Iudeus,antequam recipiatur ad baptiſmum,debet omnia reſtituere,quæ extorſit per vſurariã prauitatem,& illicite;illa vero,quæ licite quæſiuit,non ſicut multi ſimplices credunt, vt in c.ſicut Iudei.de Iud.Nemo ẽt põt baptizari in acqua roſata,quia non eſt elementũ,ſed in acqua transformata ſic,puta in lixiuio,vel aqua lutoſa,vel ſulſurea,vt in cap.non apponeres.per Pano ibi. Vltimo notabis,cum dubitatur an aliquis ſit baptizatus,ſtatur teſtimooio vnius, vt de conſec.diſtin, iiii.placuit.Et idem in conſecratione eccleſiæ,vt de con.diſt.i.Eccleſiæ.Secus in ordine,vt xcviii. diſtinct.Afroſ.& ſupra cle.peregr.c.t.rationem diuerſitatis collige ex.§.gratia.iii.qu.i.§. ecce cum honores.Ita effectus baptiſmi eſt remiſsio omnium peccatorum.Nam ſine pœnitẽtia omnia peccata tollit actualia,& originalia.de conſe.diſtinct.iiii.cap.ſine pœnitentia. & de pœnitentiis diſt. vii.§.hoc autem.& cap.ſequenti.Vbi probatur,quod talis moriens,neque purgatoriũ tangit.Sed ſi poſtea corruerit homo per pœnitentiam reſurget,& reparabitur;& nouus efficitur.c.i.de ſum. trinit.§.ſacramentorum,& §.fin.& cap.ferrum.l.di. Originalia tamen remanent actu,licet tollatur reatu,de conſecr.diſtinct.iiii.non ex quo.Licet autem baptiſmus tollat peccata,nõ tamen tollit notam,ſeu irregularitatem,ergo neque bigamiam.xxviii.q.iii.acutius.& c. vna tantum xxvi. diſtinct. itaque in baptiſmo culpa dimittitur:non lex coniugii aboletur,& vide etiam in.c.deinde.26.diſt.& bigamus dicitur qui ante baptiſmum habuit vnam,& poſt baptiſmum,alteram. vt in d.c.deinde.Et ſi aliquis adultus baptiſmum accipit ficte, licet character in eum imprimatur, non tamen gratia,neque remittuntur peccata;ſed tunc demum incipit.operari,confictio recedit, de cons.diſtinct.iiii.cum valere.Nam gratia in baptiſmo non quærit gemitum,vel planctum,nõ opus aliquod,ſed ſolam contritionem cordis & fidem,vt diximus ſupra,in materia de iuſtificatione,quod videbis,ne fallaris in hoc,quod hic dicimus,ad ſuſceptionem baptiſmi requiri contritionem;nam ſufficit attritio,vt ſatis explicauimus,ſic omnia gratis condonat,vt ibidem probatur,& c.ſine pœnitentia ſecundum Ambroſium.Ad idem de pænit.diſtinct.i.§.ſimiliter in fin. & hoc intellige quantum ad peccata mortalia; nam originalia per vim ſacramenti remittuntur

parbulis.Secus in adultis,in qui bus requiritur contritio,vt diximus,aliàs etiam originalia non
remitterentur:hoc intelligas,etiam ſi dormientes baptizentur,vel amentes,ſi poſtea vigilant,vel ſa
ni facti ſunt.Sed ſi nullum actuale peccatum commi ſerant,vt puta,quia a natiuitate continuo fu
rore labo rauerunt,non video,quare talibus non dicam peccata dimitti,& originalia,& actualia;
& hæc dicto comprobantur in d.c.Maiores.§.cæterum,& ſequenti.ſecũdum hoc intellige quod
præcedit,& quod legitur,de conſec.diſtinct.iiii.cap.paruulo recenter nato.& xxvi.q.vi. qui rece
dunt;& infra d.c.maiores.§.verum & ſeq.hic vero,& §.ſeq.Et omiſsio baptiſmi non nocet credẽ
ti probabiliter ſe eſſe baptizatum,vt in cap.ad Apoſtolicam.de presbytero nõ baptizato miniſtrã
te.& ibi dicit Panor.quod qui ordinatur ab eo,qui putabatur epiſcopus, cum non eſſet, nullum
ordinem recipit,valent tamen ſic geſta quoad meritum,propter fidem.Et dic,vt notatur *in c.* du
dum,de electio.& in l.barbarius.ff.de offi.præto.vide Panor.in d.c.ad apoſtolicam.Vltimo nota
bis quod baptiſmus habuit formam ſuam ab euangelio,cum Chriſtus dixit Apoſtolis;Baptizate
omnes gentes in nomine patris,& filii,& ſpiritus ſancti.vt in cap.pe.de baptiſmo.Alia vero,quæ
in baptiſmo dicuntur,fuerunt inſtituta ab eccleſia,& in euangelio Matth.c.xx.& cap.proprie,de
conſe.diſtin.iiii.Et conceſſum fuit Apoſtolis baptizare in nomine Chriſti propter nomen Chri-
ſti ampliandum.Act.ii.& in d.c.proprie,ad finem.& vide textum Nicolai in c.à quodam de conſ.
diſt.iiii.Et ibi vide Arch.poſt gloſſam ibi.& vide Cardinalem ſancti Sixti. & Petrus baptizabat
in nomine domini Ieſu Chriſti,Actu.x.

Secundum ſacramentum eſt cõfirmatio,vnde & Apoſtoli ad hoc quod eſſent fortes,receperũt
ſpiritum ſanctum poſt aſcenſionem Chriſti.xxiiii.Lucæ.Vos autem ſedete in ciuitate, quouſque
induamini virtute ex alto.hoc autem robur confertur in ſacramẽto confirmationis.Ideo illi,qui
habent curam puerorum,debent multum eſſe ſoliciti,quod confirmentur,quia in confirmatione
confertur magna gratia.Et ſi decedit maiorem habet gloriam confirmatus,quàm non confirma
tus,quia hic habuit plus de gratia.Itaque poſt baptiſmum ſacramentum confirmationis præſte-
tur,vt in cap.i.de conſe.diſt.v.vbi litera dicit;Omnes fideles per manuum impoſitionem epiſco-
porum ſpiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent,vt pleni Chriſtiani inueniantur, quia
cum ſpiritus ſanctus infunditur,cor fidele ad prudentiam,& cõſtantiam dilatatur.Sed nõ ab aliis
quàm ab epiſcopis,manus impoſitionis ſacramentum perfici poteſt,vt in c.manus de conſecr. di
ſtinct.v.quia neque tempore Apoſtolorum ab aliis quam ab ipſis apoſtolis,legitur,aut ſcitur per
actum eſſe.Nam ſi aliter actum fuerit,irritum habeatur,& vacuum.vt in d.c.manus.Quid conſe
rat ſpiritus ſanctus in baptiſmate,quid in confirmatione,vide optimum tex.in c.ii. de conſe. di-
ſtinct.v.vbi litera dicit.ſpiritus ſanctus,qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcẽdit lapſu, in fon
te plenitudinem tribuit ad innocentiam.In confirmatione augmentum præſtat ad gratiã.Et quia
in hoc mundo tota ætate victuris,inter inuiſibiles hoſtes,& pericula gradiendum eſt,in baptiſmo
regeneramur ad vitam,poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam. In baptiſmo abluimur, poſt
baptiſmum roboramur,& quamuis continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia,vi-
cturis tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia.Regeneratio p ſe ſaluat,mox in pace baptiſmi
vel ſeculi recipiendos,confirmatio armat.& inſtruit ad agones mundi,& prælia reſeruãda. Qui
autem poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculati peruenerint ad mortem,confirman
tur morte,quia iam non poſſunt peccare poſt mortem.Sed ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramen
ta,vt ab inuicem(niſi morte preueniente)nullatenus poſsint ſegregari,& vnum ſine altero rite p-
fici non poteſt,ideſt Chriſtianum facere plenum,& pfectum;vt in c.de his, de conſec. diſtin.v. &
in c.i.vt dixi.Quare etiam confirmationis ſacramentum,baptizato tradatur,vide etiam tex.in ca.
nouiſsime,de conſ.diſtin.v.cuius verba ſunt; Nouiſsime à ſummo ſacerdote per impoſitionem
manus paraclitus traditur baptizato,vt roboretur p ſpiritum ſanctum ad prædicãdum aliis, ideſt
donum,ꝙ in baptiſmate cõſecutus,p gratiam vitæ donatus æternæ.Signatur enim baptizatus cũ
chriſmate in ſummitate capitis p ſacerdotem,per pontificem vero in frõte;vt in priori vnctione
ſignificetur ſuper ipſum ſpiritus ſancti deſcenſio ad habitationem deo conſecrandam, in ſecunda
quoque,vt eiuſdem ſpiritus ſancti,ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis, & ſcien
tiæ,& virtutis venire in hominem declaretur.Bis enim deſcendit ſpiritus ſanctus ſuper Apoſto
los,primo, quando inſuflauit in eos dicens,accipite ſpiritũ ſanctũ.Ioan.xx. poſtea deſcendit de
cœlo ſuper eos igneis linguis;Actu.ii.& repleti ſunt omnes ſpiritu ſãcto,& cœperũt loqui variis
linguis,prout ſpiritus ſãctus dabat eloqui illis.Et ſtatutũ fuit,vt ieiuni ad cõfirmationem veniãt
& pfectæ ætatis,vt moneãtur cõfeſsionem facere,vt mũdi donũ ſpiritus ſãcti valeãt accipere, vt
in c. vt ieiuni.de cons.diſt.v.& ibi dicit glo. pfectam ætatem vocat,quãdo poſsit ꝓmoueri ad or
dines minores,vt extra,de ætate,& qualitate.Et epiſcopi nõ niſi ieiuni ꝑ impoſitionem manuũ
ſpiritum ſanctũ tradãt,exceptis infirmis,& morte periclitãtibus,vt in c.vt epiſcopi. de conſ. diſt.
v.Et hoc etiam in aliis ſacramentis obſeruãdum eſt,vt in c.honeſtum.xxxi.q.v.& c.liquido.de cõ
ſecr.diſtin.ii.& ſecũdo autem,vel tertio nullus cõfirmetur,vt in c.dictum eſt. de conſ. diſtin.v. &
in c.de homine.vbi litera dicit;De homine,qui à pontifice confirmatus fuerit denuo;illa talis itera

tio,vel

tio, vel cõfirmatio eſt prohibenda. Et notabis, quod omnia ſacramenta ſignaculo crucis perficiũtur, & in modum crucis fit ſolennis baptiſmus. Notabis etiam quod ſacramentum confirmationis de iure diuino eſt, vt ĩ principio probaui; Vos manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Lucæ. xxiiii. Itaque dominus noſter Ieſus Chriſtus Apoſtolos cõfirmauit, cum in die Pentecoſtes ſpiritum ſanctum eis contulit, & per eos, eorumque ſucceſſores ſcilicet epiſcopos, populos confirmãdos eſſe decreuit. Sed nullus non confirmatus poteſt eſſe in confirmatione patrinus. Et adulti debent prius confiteri, poſtea confirmari. Hoc ſacramento contrahitur com paternitas, & affinitas ſpiritualis, prout in baptiſmo, impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractum. Nullus præſentet, niſi vnum aut duos, non plures. Confirmandi debent eſſe ieiuni, vt dixi; intellige de honeſtate, ſimiliter confirmans. Et confirmato debet ligari frons, & ſic manere quouſque chriſma deſiccetur. Infantes p patrinos tenẽatur in brachiis dextris. Adulti ponant pedem ſuum ſuper pedem dextrum patrini ſui. Iſta eſt conſuetudo ſanctæ matris Romanæ eccleſiæ. & eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam ĩ ſcriptis, quaſdam vero apoſtolica traditione p ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus. quaſdam vero conſuetudine roboratas approbauit vſus. Et in his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt. xi. diſt. Forma huius ſacramẽti ſunt verba, quæ epiſcopus dicit, quando facit crucem in fronte confirmandi cum chriſmate. quæ verba ſunt iſta. conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, amen. & papa poteſt committere ſacerdoti, vt conferat ſacramentum confirmationis. & pueri ſunt confirmandi, quando ſunt apti ad confitendum fidem Chriſti.

De ſacramento ſanctiſſimo euchariſtiæ.

TErtium ſacramentum eſt euchariſtia, & regulariter non licet ſacramentum euchariſtiæ celebrare, niſi in locis ſacratis, quæ concluſio habetur in c. i. de conſec. diſt. i. & in c. ſequentibus. vt in cap. miſſarum, & c. nullus presbyter. Et vide ſanctum Tho. iii. parte. ſed propter deſtructionem eccleſiarum, vel quia in itinere ſunt conſtituti, tunc ſi eccleſia defuerit, licet in eccleſiis non conſecratis conſecrare domino, dummodo habeatur altare portatile conſecratũ, aliàs non licet, niſi epiſcopo concedente vt in c. concedimus, de conſ. diſtin. i. & de hoc videbis docto. in d. c. i. & ibi notatur quod conuenienter prohibitus fuit Dauid ab ædificando templum domino propter effuſionem ſanguinis, vt in textu. & in i. Paralip. xxii. ſic habetur; Dixit Dauid ad Salomonem; Fili mi voluntatis meæ fuit, vt ædificarem domum nomini dei mei; Sed factus eſt ſermo domini ad me dicens; Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo, tãto effuſo ſanguine coram me, filius, qui naſcetur tibi, vir quietiſsimus, ipſe ædificabit domum nomini meo. Et ſi aliquis diceret, quilibet homicida poteſt conſtruere tẽplum, quare igitur Dauid fuit prohibitus? Reſpondeo. Dauid non fuit prohibitus ædificare templum domini propter ſimplex homicidium, ſed propter multum ſanguinem effuſum p eum, vt conſtat ex iam dictis. Item aliud eſt ædificatione illius templi famoſi, quod erat tantum vnum in tota eccleſia tunc, & aliud eſt ædificatione templorum; ſeu eccleſiarum particularium nunc; reſpectu enim illius ædificandi propter aliquam ſignificationem, & ſingularitatem excellentiæ poterat quis propter homicidium prohiberi, qui non prohibetur ab ædificãdo aliquam domum particularem eccleſiæ. Itaque propter miſteriũ dominus noluit, vt Dauid ædificaret tẽplum; licet expenſas in magna parte expoſuerit. Poſſunt de hoc duæ miſticæ rationes aſsignari, vna eſt quia eccleſia, cuius figura fuit tẽplũ materiale, maxime in vnione charitatis, & pace fraternæ ſocietatis cõſiſtit, ſecũdum illud ad Eph. iiii. Solicite ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnde vna eſt colũba mea, vna eſt columba pſecta mea. Canti. vi. Et de primitiuis lapidibus eccleſiæ primitiuæ dicitur; Erat enim anima vna, & cor vnũ in domino, Actuũ. iiii. & in pſal. lxvii. dicitur; Qui habitare facit vnanimes in domo. Vnde in huius rei ſignũ deus voluit, ꝙ prima ſtructura tẽpli fieret in Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis, & ꝙ fieret p virum nõ effuſorem ſanguinis, nõ bellatorem, ſed pacificũ, & quietũ, cuiuſmodi fuit Rex Salomon. Et iſta ratio aſsignatur in textu, primo Paral. xxii. Vbi ĩquit Dauid; factus eſt ſermo domini ad me dicẽs, multũ ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, nõ poteris ædificare domũ nomini meo, ſed filius tuus qui naſcetur; erit vir quietiſsimus, ipſe ædificabit tẽplum nomini meo. Secũda ratio capitur ex glo. ordinaria in eodem loco, videlicet ad ſignificãdũ, ꝙ ſanguinolẽta opera nõ poſſunt ſpirituale ædificium domino præparare. Diceret aliquis, Moyſes fuit homicida, vt in c. nõ inferẽda. xxiiii. q. iii. & cõſecrauit eccleſiam, vt dicitur in d. c. i. de conſ. diſt. i. & ibi. glo. & in ii. Exod. dico ꝙ Moyſes nõ eſt dicẽdus homicida, quia, vt dicit Nicolaus de Lira ſuper illud Exod. ii. Moyſes erat iudex electus à deo, & habebat authoritatem iudicãdi ĩiniurias factas Hæbreis, & hoc faciebat p reuelationem diuinam. et authoritate legis occidit Aegyptiũ. Et ſi homicidiũ ẽ hominem occidere. poteſt tamen alius aliũ

aliquãdo occidere ſine peccato, nam miles hoſtem, & iudex nocẽtem. Item in quæſtionibus Leuitici; Si homo iuſte occiditur, lex eum occidit, nõ tu. c. ſi homicidium. xxiii. q. v. Et ſi aliquis diceret, Sacerdotibus veteris legis fuit licitum interficere. Non valet, quia nõ eſt ſimile de illis, & de ſacerdotibus nouæ legis: illi erant ſacerdotes veteris legis, ſecũdum quam pœnæ corporales infligebãtur; ideo eis occidere propria manu cõgruebat. Clericis autem cõmittitur miniſteriũ nouæ legis, in qua non determinatur occiſionis, vel corporalis pœnæ. ideo vt ſint idonei miniſtri nouæ legis, debẽt a talibus abſtinere. & dicit Auguſti. ad Pollẽtium libro. iii. trãſumptiue in c. quod autem. xxxii. q. i. quod Dauid fuit præfigurator noui teſtamẽti, ideo dicit gloſ. in d. c. ideo in figura iſtius temporis dictum eſt ei; Nõ ædificabis mihi tẽplũ, &c. Et ſi ꝓpter homicidiũ repulſus fuit à conſtructione templi, multo potius à miniſterio. Itaque homicida non admittitur ad ſacra. & vide in cap. i. de homicidio. & vide docto. in cap. ſicut dignum. & in clementina ſi furioſus. Ad vlteriora procedendo in materia noſtra dic, quòd in ſacramentorum oblationibus, quæ inter miſſarum ſolennia domino offeruntur, panis, & vinum aqua permixtum in ſacrificium offerũtur: quia vtrunq; ex latere Chriſti in paſſione ſua profluxiſſe legitur, vt in cap. i. & ii. de cõſecrat. diſtinct. ii. & iii. vbi legitur; nunc à domino admoniti, & inſtructi ſumus, vt calicem domini cum vino mixtum, ſecundum quod dominus obtulit, offeramus. In commiſtione enim vini, & aquæ ſignificatur plebis perfecta redemptio, vt in c. cum omne. de conſecr. diſtinct. ii. & in concilio Carthagineſi legitur; in ſacramento corporis, & ſanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipſe dominus tradidit; hoc eſt panis, & vinum aqua miſtum. Nec amplius in ſacrificiis offeratur; quã de vuis, & frumentis. c. in ſacramento. de conſecrat. diſtinct. ii. vtrum hoc ſacramentum debeat confici ex pane azimo? Reſponde iuxta ſanctum Thom. iii. parte, quod circa materiam huius ſacramenti euchariſtiæ duo poſſunt conſiderari. ſ. quid ſit neceſſarium, & quid conueniens. Neceſſarium ſiquidem eſt, vt ſit panis triticeus, vt dixi, ſine quo non perficitur ſacramentum, nõ eſt autem de neceſſitate ſacramenti, quod ſit azimus, vel fermentatus, quia in vtroque confici poteſt. Conueniens enim eſt, vt vnuſquiſque ſeruet ritum ſuæ eccleſiæ in celebratione ſacramenti. Super hoc autem ſunt diuerſæ eccleſiarum conſuetudines, dicit enim beatus Greg. in regiſtro: Eccleſia offert azimos panes, eo quod dominus ſine vlla commiſtione ſuſcepit carnem; & peccat ſacerdos in eccleſia latinorum celebrans in pane fermentato. c. per literas, de celeb. miſſ. Græci celebrant in pane fermentato, ſed conſuetudo latinorum rationabilior eſt propter multa. Primo propter inſtitutionem Chriſti, qui hoc ſacramentum inſtituit primo die azimorum, vt habetur. 26. Matt. & Mar. ix. & Luc. xxii. Secundo quia panis eſt proprie ſacramentum corporis Chriſti, quod ſine corruptione conceptum eſt. Tertio, quia hoc magis competit ſinceritati fidelium, quæ requiritur ad vſum huius sacramenti, Apoſt. i. ad Cor. c. v. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur in azimis ſinceritatis, & veritatis. Quarto, rationabilior eſt ritus conſecrationis in azimis, quia eſt ritus eccleſiæ Romanæ, quæ ex inſtitutione Apoſtolorum videtur, & certum eſt, ſuum ritum accepiſſe, quod eſt maximum argumentum contra Græcos. Vnde Innocentius. Id ſolum ſufficit latinis contra Græcos, quod Conſtantinopolitanam eccleſiam multarum hæreſum corruptio fermentauit. Romanam autem eccleſiam ſupra Apoſtolorum fidei petram ſtabili ſoliditate fundatam nulla prorſus hæretica prauitatis procella potuit conquaſſare; ſed illud ſemper ĩtegra fide ſeruauit, quod ab ipſis Apoſtolis accepit, qui eam præſentialiter ſacris inſtruxere doctrinis, & eccleſiaſtici ritus regulam docuerunt. Conſuetudo tamen Græcorum, vt dicit ſanctus Tho. in. iii. parte, habet aliquam rationem, & ſignificationem, quam tangit Grego. eo. ſ. quòd verbum patris vnitum eſt carni. Et ſicut in hoc ſacramento non debet aſſumi, niſi panis de tritico, ita non debet aſſumi niſi vinum de vite. Et ſicut dominus comparauit ſe grano frumẽti, Io. xii. Ita comparauit ſe viti, Io. xv. Ego ſum vitis vera, In aceto nõ poteſt confici hoc ſacramentum, ideo diligenti ſtudio vinum optimum quærendum eſt; vitium tamen vini non maculat ſacramentum. Quocirca ſiue miſtum, ſiue acidum non perfecte corruptum in ſacramentum offeratur, ſacramentum conficitur, & diuinitus conſecratur. Sed vinum corruptum non eſt eiuſdem ſpeciei: & duplex eſt corruptio, quædam, qua tollitur optimum ipſius corrupti, & non eſſe ſimpliciter, vt pote in vino acido non perfecte. Eſt etiam quædam corruptio, qua tollitur eſſe ſimpliciter, ſiue eſſe ſpeciei. Prima corruptio non tollit potentiam conſecrandi, ſecunda vero ſic. Vide de hoc Cardinalem S. Sixti in. c. in ſacramento, de conſec. diſt. ii. Et vide S: Tho. in iiii. idem de parte. quia ſi ſit in via ad corruptionem, poteſt confici; peccat tamen conficiens. Et ex ſola admiſtione aquæ, & non alterius liquoris fieri debet, ut in d. c. in ſacramento. Et ſic rñdebis ad multa.

Dicitur ſacramentum euchariſtiæ, quia euchariſtia eſt, & nominatur, quod ſonat bona gratia; quia cum in omnibus ſacramentis gratiam eius participemus; tamen in hoc ſacramento totum eſt gratiæ, quod videmus, quod tangimus, & quod deguſtamus: & non tantum gratia eſt, quicquid in hoc ſacramento eſt, ſed etiam non niſi gratia eſſe poteſt. Quis enim dignis meritis, aut pretio dignum, aut merito, hoc poſſit comparare, quod in ſolius ſui dulcedine parauit pauperib. Vnde in Pſalm. lxvii. paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Item ſacramentum vocatum eſt euchari-

ſtia.

ſtia,ſiue gratia vocatű eſt,quia ſicut à gratiſs.Deo,ſic & gratiſsimis amicis paratű eſt,optime gra
tiæ nomen accepit,quia gratiſsimis optima capimus,& paramus,vt in Cant.4.dicitur; comedite
amici,& bibite,& inebriamini charisſimi . Cum enim charorum ſit inuicem habitare per deſi-
derium,non diceret,comedite,& bibite amici,niſi per ſuum corpus,& ſuum ſanguinem, & diui-
nitatem eos penetrare quæreret, Hocetiam figuratum eſt Heſter.1. cap. vbi dicitur , quòd Rex
Aſſuerus tertio anno imponi fecit grande conuiuium cunctis principibus . Sic enim noſter Aſ-
ſuerus,qui beatus interpretatur,tertio anno,ideſt tempore gratiæ,quod anteceſſerat annus legis
naturalis,& Moſaicæ,in quo in agno paſchali fuit expreſſus,& figuratus ; hoc ergo anno impe-
rii ſui tertio fecit grande conuiuium,ſcilicet principibus , qui ſunt ? nõ niſi,quæ digna ſunt prin
cipi cogitantes,quia ipſis parauit hoc conuiuium,de quibus Lucæ. xxii. Vos eſtis qui permanſi
ſtis mecum in tentationibus meis. Vocatur euchariſtia,quia non niſi gratiam bonam operatur,
& omnis ſuus effectus optimæ gratiæ eſt effectus.de qua Apoſt.ad Heb.xiii. Optimum eſt gra-
tia ſtabilire cor : gratia enim;quæ in hoc ſacramento datur,cor hominis in bono ſtabilitur, & cõ
fortatur. Item ſacramentum euchariſtiæ eſt gratia ſuper gratiam,quaſi cumulum continens gra-
tiarum ; confert enim hoc ſacramentum cumulum gratiarum & ſanctitatis; ex corpore quidem
gratiam communionis omnium membrorum : ex ſanguine quidem gratiam expiationis,ex ani
ma vero gratiam redemptionis ; ex ſpiritu vero Chriſti gratiam dat viuificationis, & virtutis, ex
diuinitate confert gratiam refectionis ; ex toto ſigno ſacramenti confert gratiam æternæ beatitu
dinis.De gratia communionis dicit Apoſtolus.i.ad Corinth.Panis,quem frangimus,nonne cõ-
municatio corporis eſt ? quaſi diceret,ſic eſt,de gratia expiationis ab omnibus peccatorum peri-
culis,dicitur ad Heb.viii.Sanguis Chriſti mundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis
ad ſeruiendum deo viuente. Confertur etiam gratia redemptionis: quæ eſt in animæ prætio,qđ
pro nobis offertur in hoc ſacramento.; hoc enim,vt dicit Ambroſius,eſt admirabile prætium,cu
ius pondere tota eſt redempta captiuitas mundi,tartarea confracta ſunt clauſtra inferni , aperta
eſt nobis ianua regni,& nos ſumus omnes liberati ; quia prætium animæ Chriſti plus pondere
intulit in theſauros patris,quàm totum abſtulit humanum genus.de quo Ioann.xiii. Maiorem
hac dilectionem nemo habet ; vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis . Et idem Ioan.x.Bo
nus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.De gratia viuificationis ex ſpiritu Chriſti dicitur
Io.vi. Qui mãducat me,& ipſe viuet propter me.item ibidem ſpiritus eſt , qui viuificat . De gra
tia refectionis ex diuinitate intelligitur illud Iſa.xviii. Suſtollã te ſuper altitudinem terræ,& ciba
bo te hæreditate Iacob patris.Altitudo enim terræ eſt excellentia corporis Chriſti,in quo cibus
eſt,& refectio per hoc,quod diuinitati eſt vnitum;& hæc eſt hæreditas Iacob , & omnium ab ini
tio Patriarcharum,quia omnes in fide,& benedictione huius ſacramẽti ſunt vegetati, & refecti.
Hoc eſt quod omnes inuitans dominus dicit Matth.xi. Venite ad me omnes,qui laboratis, & o-
nerati eſtis, & ego reficiam vos . Sicut enim Chriſtus in ſpecie ſacramenti nunc ſacramentaliter
ſe influit nobis ad gratiam,ita ſecundum diuinitatem influit ſe nobis ad gloriam , gratiam enim,
& gloriam dabit dominus,ait propheta. gratiam autem in præſenti,gloriam in futuro . Et dici
tur euchariſtia,quia omnis gratiæ eſt cõtentiuum.dicitur etiam a patrib. ſacramentum ſacramẽ
torum.Corpus.n.Chriſti vas eſt auri,diuinitatis.ad Colo.c.ii.In ipſo ſunt omnes theſauri ſapiẽ
tiæ,& ſcientiæ dei abſconditi.De quo poteſt exponi illud.3.Reg.8.dixit dñs, vt habitarem in ne
bula:in hac.n.nebula.i.velamine ſpetierum ſenſibilium ſtatuit habitare ſplendor diuinitatis ad
noſtram ſalutem, Nominatur.n.hoc ſacramentum donum,ſiue munus,quoniam in eo ſingulari
ter magnificentia diuinæ liberalitatis oſtenditur. perfectum plane fuit opus donationis huius ſa
cramenti,quando nihil ſibi priuatim retinuit,quod non nobis donauit . quod admirans beatus
Auguſt.ait, Mira in hoc ſacramento patris apparet liberalitas,cui non ſufficit , ꝙ ſemel nobis fi-
lium in prætium dedit,ſed etiam nobis in quotidiano ſacramento exhibuerit:vt tãto bono nec
in vita,neq; in morte careamus. Profecto hoc eſt datum optimum , & donum perfectum deſcen
dens a patre luminum. O liberalitas omnipotentis dei omni laude digniſsima. omniq; gratiarű
actione proſequenda. Sane eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos : cum quicquid in cœlo eſt
gratiæ,& gloriæ,totum nobis ſub hoc diuiniſsimo ſacramento donaſti. Magna plane,& subli-
mia ſunt hæc munera. O fidelis anima, quid retribuendum cenſeas pro tanto , & tam magnificẽ
tiſsimo munere,ac dono largitori ? profecto non habes, vt retribuas,niſi tantum vt diligas; quo
niam quod per amorem datum eſt,neq; melius , neq; decentius,quàm per dilectionem rependi
poteſt. Dilige ergo tota virtute tua tam benigniſsimum,ac magnificentiſsimum dominum:cuius
ad te tam ineffabilem charitatem pretioſiſsimo hoc munere experiris . Ponitur etiam hoc sacra
mentum a sanctis patribus in genere cibi,& potus,ſicut & ipse ait.vi.Io. Caro mea vere eſt cib.
& sanguis meus vere eſt potus; vere quidem dicitur, cibus eſt:vere dicitur nutrire. Tum primo,
quia nutrit cœleſti virtute,quæ nobilior eſt omni virtute humana,vel humani cibi. Vnde Io.vi.
non Moyſes dedit vobis panem de cœlo,ſed pater meus dedit vobis panem de cœlo,verű: panis
enim verus eſt,qui de cœlo deſcendit;hic.n.panis vegetare habet,& nutrire ad vitam cœleſtem.

Item verus cibus dicitur, quia nutrit virtute cibi, quod conuenientius dicitur de cibo iſto, quàm de naturali cibo corporis. verus enim cibus dicitur ille, qui nihil habet ſibi ad miſtum, niſi cibũ. Multa.n.ſunt admiſta cibo corporali, quæ nõ ſunt de cibi veritate. Et ideo natura in nobis fecit inſtrumenta, quæ non cibum a vero cibo ſeparẽt; ita quod ſolum verus cibus ad nutrimentũ mẽbrorum deferatur. In iſto autem cibo nihil niſi verũ, & ſimplex eſt: nihil penitus de impuro, ac non vero cibo admiſtum habens; & ideo verus cibus, & potus vocatur. Dicitur autem verus cibus quia eſt cibus vitæ: habet enim in ſe ipſo principum vitæ. diſiitur Ioan. vi. Ego ſum panis vitæ, qui de cœlo deſcendi. Dicitur etiam verus cibus, quia confert immortalitatem, & immortalitatis radicem. Ioan. vi. qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitã æternã; & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Et inde habet quod viaticum dicitur, quoniam itinerantes per mortale huius exilii deſertum, vſque ad ſtabilimentũ immortalitatis gloriamq; perducit æternitatis. de quo beatus Ambroſius ait. Figura dominici corporis præceſsit, quando dominus in deſerto patribus mãna præbuit, quia ſicut ille panis populum per deſertum tranſeuntẽ ad terram promiſsionis duxit, ita hæc eſca cœleſtis fideles huius ſeculi per deſertum tranſeuntes in cœlum ſubuehit: vnde recte viaticum appellatur. Omnium etiam ore fidelium ſacramentũ vocatur: quia communicare nos facit omnibus mẽbris corporis Chriſti, & omnibus ſanctis. Sicut enim ĩ vno corpore Chriſti naturali, & vero omnium membrorum, vna fuit communicatio omnis boni, & gratiæ; ita in corpore myſtico per corpus Chriſti verum omnes in omnibus gratiis communicamus: de quo in Symbolo, ſanctorum communionem. & pſal.118. Participem me fac omniũ cuſtodientium mandata tua. & te timentium. Et Apoſtolus ad Col.I. gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum. Ideo Damaſcus in.4.ſententiarum ſuarũ ita ait, eucharistia, communio dicitur; & eſt vere, quia communicamus per ipſam Chriſto; & quia participamus carne eius, atq; diuinitate; & quia cõmunicamus, & vnimur adinuicem per ipſam: quia enim ex vno pane aſſumimus vnum corpus Chriſti, & vnum ſanguinem adinuicem membra generamur concorporati Chriſto exiſtentes. Et propheta Pſa.109. de domino dominorum ſummo omnium ſacerdote loquitur dicens. Iurauit dominus, & non pænitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Dicitur autem ſacrificium ſecundum ſanctum Tho.3.P. in quantum memoriale eſt paſsionis diuinæ, quæ acceptiſsimum ſacrificium omnipotẽti patri fuit. & gratiſsimum; de quo in Pſal. exponitur illud. tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ. Recte autem illud ſacrificium iuſtitiæ appellauit propheta; quoniam impleuit iuſtitiam, & in ipſo omnes oblationes, & holocauſta perfecta ſunt. & accepta Deo. & Malach.3. placebit domino ſacrificiũ Iuda; & Hieruſalem. Hoſtia vero dicitur, & oblatio ſecundum eundẽm ſanctum Tho. in quãtum continet ipſum Chriſtum, qui eſt hoſtia, & oblatio ſalutaris. de quo ad Ephe. inquit Apoſtolus; tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem, & hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis: ab omnibus .n. ponitur in genere ſacramenti, habet enim communem diuiſionem cum cæteris ſacramentis, quæ eſt iuxta Magiſtrum ſententiarum inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ſiue viſibile ſignũ; cuius imaginem gerat, & cauſa exiſtat. & in ſacrificiis, ſiue ante legem, ſiue ſub lege Deo oblatis, hoc ſacrificium ſiue oblatio, omni alio prætioſius, nobilius, atque acceptius eſt. Sed ſicut precioſius, cæteriſque potius eſt ſacrificium, ita ampliori deuotione colendum, & reuerentia tractandum eſt, vt per doctores in.c. nihil in ſacrificiis. de conſecr. diſt.i. vbi dicunt doctores, quòd euchariſtia, ſicut eſt ſacramentum omnibus ſacramentis præſtantius, atque dignius, ita & ſacrificium & omnibus ſacrificiis præſtantius, quæ Deo vnquam oblata ſunt. Quæritur vtrum liceat ſumere hoc ſacramẽtum ſanctiſsimum ſub vna ſpecie tantum. ſ. panis, vel vini. de hoc in cap. comperimus. de conſe. diſt.2. & ibi optima glo. Reſpondeo, quod non eſt licitum, vt hoc ſacramentum detur ſub vtraq; ſpecie populo Chriſtiano. ſ. ſub ſpecie panis, & vini, ſed ſub vna tantum, panis ſcilicet. Sacerdotibus tamen conſecrantibus non licet ſub altera tantum, ſed ſub vtraque neceſſe eſt. & ita eſt cõſuetudo eccleſiæ, quia non communicat populum fidelem ſub vtraque ſpecie, ſed ſub altera tantũ. ſ. panis, vt dixi. Et ſatis inuenitur authoritate vniuerſalis eccleſiæ hæc cõſuetudo habuiſſe robur, & originem, vbi hoc ſacramentum reſeruari præcipitur pro infirmis communicandis. vt in.c. peruenit, & cap. presbiter. de cõſecr. diſt.2. vbi litera dicit, præsbiter euchariſtiam ſemper habeat paratã, & quando quis infirmatus fuerit; ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur. & hoc quidẽ habetur in vi. ſynodo vniuerſali Conſtantinopolitana, vbi aperte conſpicitur illis tẽporibus, vſum vnius ſpeciei eſſe apud populũ laicalem. Item in.12. conci. Toletano, quod præter dominici calicis hauſtum miniſtrabatur euchariſtia. Et non obuiat conſuetudini noſtræ, quod non reperitur ex ſtatuto vniuerſali decreta; quoniã nõ omnia, quæ eccleſia vniuerſalis multa cũ veneratione modo obſeruat, prius publicata fuerunt, ſeu mandata ſcriptis; ſed multa eorũ ſunt ſola conſuetudine introducta, vt in cap. eccleſiaſticarum. xi. diſ. vbi litera dicit. Eccleſiaſticarum inſtitutionũ quaſdã in ſcriptis, quaſdam vero Apoſt. traditione accepimus per ſucceſſores in miniſterio confirmatas, quaſdam vero conſuetudine roboratas approbauit vſus. in c. in his. ea. di. legitur. Etiam in his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorũ

pro

pro legē tenenda ſunt:& ſicut prævaricatores diuinarum legum, ita & contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt.& videbis de iſta materia doctores in.d.c.comperimus.de conſecr.diſt.2.& ibi præcipue videbis doctiſsimum illum cardinalem ſancti Sixti,in omnibus ſequentem veſtigia beati Tomæ.Itaque prouide ordinatum eſt, vt populus non communicet ſub vtraque ſpetie,propter plures cauſas ſufficientiſsimas,vt per doc.in.d.c.comperimus,& prouide ordinatum eſt,vt obſeruetur conſuetudo ſanctæ matris Romanæ eccleſiæ:ſacerdotibus autē conſecrantibus non licet ſub altera tantum,ſed ſub vtraque ſpecie.vt in.d.c.comperimus.vt dixi.ſed videbis in iſta materia ea,que ſacro ſancta tridentina ſynodus ordinauit.

Et an liceat hoc ſacramentum ſingulis diebus frequentare? Vide tex.in cap.quotidie, de cōſecr. diſt.2.vbi litera Auguſtini dicit; quotidie euchariſtiæ communionem accipere,nec laudo, neque vitupero,omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor.Dic ſecūdum ſanctū Tho. in.3.parte quòd circa vſum huius ſacramenti duo veniunt conſideranda; vnum quidem ex parte ipſius ſacramenti, ex qua parte nulli dubium eſt, quin ſit vtile ipſum continue accipere. Et ideo Ambroſius ait in libro de ſacramentis:quoties effunditur ſanguis Chriſti in remiſsionem peccatorum,debeo ſemper accipere,quia ſemper pecco.Secundum,quod eſt conſiderandum circa vſū huius ſacramenti, eſt ex parte ſumentis, videlicet quòd cum ſumma ad hoc ſacramentum accedat reuerentia.Et ideo ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratū inueniret,laudabile eſt, quod quotidie ſumat, Vnde Ambroſius, accipe quotidie, quod tibi proſit;ſic viue, vt quotidie merearis accipere. itaque quotieſcunque ſe homo paratum inuenit,accedat ad ſanctiſsimum ſacramentum.Pertinet ergo ad reuerētiam huius ſacramenti,vt inquit ſanctus Tomas,quòd quotidie ſumatur,& quod aliquando abſtineatur Vnde ſi aliquis experimentaliter cognoſceret ex quotidiana aſſumptione feruorem amoris augeri,& reuerentiam non minui,talis deberet quotidie communicare. Quare ſacerdos,& vnuſquiſque alius videtur quantum ad hoc ſuo iudicio relinquēdus:faciat vnuſquiſque,quod ſecundum fidem ſuam pie credit eſſe faciendum. Nec enim litigauerunt inter ſe Zacheus,& ille Centurio,cum alter illorum gaudens ſuſcepit dominum, alter vero dixit,non ſum dignus,vt intres ſub tectum meum;ambo ſaluatorem glorificantes,ſed non eodem modo.Et ſacerdos quando eſt abſque peccato mortali,& celebrare poteſt.& non facit,priuat ſanctam trinitatē gloria;ſecundo,angelos in ſuprema Hieruſalem lætitia;tertio,homines in eccleſia militante adiutorio,& venia;quarto,animas ī purgatorio ſubſidio & gratia,ſeipſum priuat ordinatione mētis, informatione intellectus,verborum veritate,famæ claritate,deſideriorum puritate,& omni ſtabilitate.Hæc Beda venerabilis,vt refert,Cardinalis ſancti Sixti in d.c.quotidie,Amor autem & ſpes præferuntur timori;vnde cum Petrus dixit;Exi a me domine quoniam peccator homo ego ſū; reſpondit Ieſus,noli timere.Et qui accedit ad ſacramentum,non ſolum proprium comodū quærit,immo & quærit gloriam Dei;repræſentare enim intendit illam ſummam charitatem,qua propter nos dominus paſſus eſt in cruce præterea illam ſummam potentiam, qua Chriſtus Deus; & homo ſub tantilla ſpecie continetur. Et dicit Sanctus Tho.vt refert Cardinalis ſancti Sixti in d. c.quotidie;quòd cum in hoc maxime attandatur gloria Dei,& bonitas,quod ſe creaturis pro captu eorum communicet;magis videtur ad gloriam Dei pertinere, quòd aliquis ad communionē accedat, quàm quod abſtineat. ſed nota ꝙ conſecratio eſt actus dignus & ordinatus ad corpus Chriſti verum,ideo presbiter etiam ſi nulli homini teneatur, tenetur Deo,vt reddat ei ſacrificiū acceptum Sacerdotibus enim præceptum eſt,hoc facite in meam commemorationem, ideo non dimittas celebrationem,etiam ſi non habeas Populum commiſſum, quia peccas omnino abſtinēdo,ita ſanctus Tho.in.4 diſt.13.ad ſecundum. alioquin ſcandalum eſt aliorum & irriſio aſſumere ſacerdotium & nunquam celebrare, præcipue in præcipuis feſtis,vide Ioan.maiorem, in.4.diſt. 12.q.5.dicentem, non auderem ſacerdotem excuſare apeccato ſi non celebret in præcipuis feſtis; niſi habeat legitimum impedimentum,vt in feſto natalis domini,pentecoſte, paſcha, feſto corporis Chriſti,omnium ſanctorum aſumptionis diue virginis. ſed conſtitutio ligans clericū ad quotidie celebrandum non valet,notant docto. in c.ſignificatum.de preben.& vide Panor.in.c quidam.de celebratio.miſſarum.ſed non bibens vinum.an poſsit promoueri ad ſacerdotiū, docto.i. c.ex parte,de cœlabra. miſſarum.

Congruebat hoc ſacramentum figurari ratione difficultatis, quia cum inter cætera credibilia ſit difficilimum ad credendum; conueniebat, vt manuductione figurarum homines aſſuefierent ad hoc, figurali quadam manuductione. Et ratione etiam ſignificationis fuit congruum hoc præfigurari. Repræſentat enim hoc ſacramentum, & continet Chriſtum paſſum, quo datur vita fidelibus. Vel ſic, vt arguit ſanctus Thom. Hoc ſacramentum eſt ſpecialiter memoriale paſsionis Chriſti, ſed paſsionem Chriſti præcipue oportebat præfigurari, per quam nos redemit, vt fides antiquorum ad redemptorem referretur; ergo præcipue conueniebat hoc ſacramentum præfigurari. Ideo dico, quòd agnus paſchalis fuit præcipua figura ſimpliciter huius ſacramenti. Pro cuius declaratione notabis cum ſancto Tho.in.3.parte, quòd in hoc ſacramento tria conſiderare poſſumus ſcilicet illud, quod eſt ſacramentum tantum, vt panis & vinum; id,

quod eſt res,& ſacramentum,velut corpus Chriſti verum ; & id,quod eſt res, tantum, ſcilicet effectus huius ſacramenti. Quantum igitur ad id,quod eſt ſacramentum tantum potiſsima figura fuit huius ſacramenti oblatio Melchiſedech,quando panem,& vinum obtulit Abrahæ. Geneſ.decimo quarto.Et capitulo in calice,de conſecratio.diſtinctione ſecunda. Quantum autem ad Chriſtum paſſum,qui continetur in hoc ſacramento,figuræ ipſius fuerunt omnia ſacrificia veteris teſtamenti,& præcipue ſacrificium expiationis,quod erat ſolenniſsimum. Quantum autem ad effectum fuit præcipua figura manna,quod habebat in ſe omnis ſaporis ſuauitatem,vt dicitur Sapientiæ.xvi.Sicut & gratia huius ſacramenti,quantum ad omnia reficit mentem. Sacramentũ euchariſtiæ conuenienter fuit præfiguratum per manna,vide docto.in capitulo corporeum , de conſecratio.diſtinctione ſecunda. Sed agnus paſchalis quantum ad tria præfigurabat hoc ſacramentum ; quantum ad primum,quia manducabatur cum panibus azimis ſecundum illud Exo.duodecimo. Edent carnes,& azimos panes. Quantum vero ad ſecũdum,quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Iſrael decima quarta Luna,quod fuit figura paſsionis Chriſti , qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum vero ad effectum,quia per ſanguinem agni paſchalis protecti ſunt filii Iſrael a deuaſtante angelo,& educti de Aegyptiaca ſeruitute; & quantũ ad hoc ponitur figura huius ſacramenti præcipue agnus paſchalis,quia ſecundum omnia ipſum repræſentant.

Duobus enim modis inſtituit ſacramentum corporis,& ſanguinis, facto ſcilicet,& præcepto; facto,quando poſt typicum agnum corpus,& ſanguinem ſuum conſecrauit,& diſcipulis in cœna porrexit ; quæ inſtitutio habetur in capit.quia corpus,de conſecratio.diſtinctio.ii. Vbi litera dicit:Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis,& illaturus ſyderibus, neceſſarium erat vt die cœnæ ſacramentum nobis corporis,& ſanguinis conſecraret,&c. præcepto,quoniam mãdauit ab aliis ſic faciendum dicens ; hoc facite in meam commemorationem.Et videbis tex. beati Hieronymi in capit.nec Moyſes ;& capit.accipite,de conſecratio.diſtinct.ii.vbi legitur. Neq; Moyſes dedit vobis panem verum,ſed dominus Ieſus ipſe conuiua,& conuiuium fuit, ipſe comedens,& qui comeditur. Dixit Chriſtus diſcipulis ; Accipite,& comedite,hoc eſt corpus meum.Poſtquam typicum paſcha fuit completum,& agni carnes cum Apoſtolis comederat,aſſumpſit panem,qui confortator eſt hominis,& ad verum paſcha tranſtulit ſacramentum; vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech panem,& vinum offerens fecerat, ipſe quoque in veritate ſui corporis,& ſanguinis repræſentaret.Itaque Chriſtus idem eſt ſacerdos,& ſacrificium. Magna profecto miſericordia dei in huius menſæ ſacramentalis inſtitutione oſtenſa eſt, in qua carnem ſuam ad manducandum,& ſanguinem ſuum ad bibendum nobis proponit. Pro quo notandum,quòd multos gradus diuinæ largitatis,& magnificẽtiæ ſuæ erga nos diſtinguere poſſumus. Primus,omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. pſalm.viii.Item largitus eſt homini duces,Principes, & Barones curiæ ſuæ angelorum in miniſterium ſalutis ſuæ ad Heb.i. Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus,in miniſterium miſsi propter nos , &c. Item quia largitus eſt ſe ipſum homini multis modis. Primo enim ſe dedit in ſocium in incarnatione per aſſumptionem noſtræ humanitatis. Exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens,ad Philipp.ii.Et,paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.Iſa.nono, Secundo dedit ſe ipſum in magiſtrum & verbo, & prædicatione;Ioan. decimotertio.Vos vocatis me magiſter,& domine,& benefacitis ; ſum etenim. Tertio dedit ſe in ducem per exemplum in operatione,Ioann.decimotertio.Exemplum enim dedi vobis,vt quẽadmodum ego feci,&c. & Exod.xv.& in pſalmo ſeptuageſimonono. Dux fuiſti in miſericordia populo tuo,quem redemiſti. Quarto dedit ſe ipſum in pretium in paſsione.i.ad Corinth.decimoſexto.Empti enim eſtis pretio magno,&c. Vltimo dat ſe ipſum in cibum quotidie , Ioan.6. Panis,quem ego dabo,caro mea eſt pro mundi vita.In quo ſingulariter magnitudo diuinæ miſericordiæ relucet,pſalm.90. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors,& miſerator dominus,eſcam dedit timentibus ſe,& Ioann.vi.Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus . Et ſi per negligentiam aliquid de ſanguine Chriſti ſtillat in terram,vide text.in capitu.ſi per negligentiam,de conſecratione,diſtinctione ſecunda & vide cap.ſequen. Et quare in ſpecie panis & vini ſacramentum ſuum Chriſtus nobis miniſtrauit,vide tex.& docto.in capit.quia paſſus.de conſecrat.diſtinct.ii.Et dum hoſtia frangitur,paſsio Chriſti ad memoriam redit,cap.cum frangitur,de conſect.diſtin.ii.& in cœna domini etiam communionem debemus accipere , cap.in cœna domini,de conſe.diſt:ii.Et licet angelus ſit ſuperior homine natura,& gratia,& officio,Chriſtus tamen non dedit angelis poteſtatem conficiendi corpus Chriſti,vt per tex.& doct. in capit. quid ſit,de conſec.diſt.ii.& ibi examinant, an corpus Chriſti poſsit eſſe in pluribus locis localiter.Et aduerte,quia vnitas perfecta eſt inter nos,& Chriſtum, capit. in Chriſto,il ſecundo, & ibi docto.de conſecr.diſtin.ii.& ibi dicitur ; Caro mea vere eſt eſca,& ſanguis meus vere eſt potus, qui edit carnem meam,& bibit ſanguinem meum,in me manet,& ego in eo.Io.6.Et in hac participatione corporis,& ſanguinis Chriſti, Chriſto incorporamur,& vnimur;quia qui ſumit corpus Chriſti,Chriſtus eſt in eo.Itaq; participatione huius ſacramenti non tantum efficimur vnũ cum

Chriſto vnitate voluntatis; per conſormitatem inuolito nihil aliud volendo, niſi quod deus vult ſed vnum quodammodo vnitate naturali, inquantum per hoc ſacramentũ manet in nobis Chriſtus ſecundum vtramque ſuam naturam. Sed notabis ſecundum Cardinalem S. Sixti in dicto. c. in Chriſto, il. ii. de conſecr. diſt. ii. quòd vnitas, qua vnimur deo, duplex videtur diſtingui a doctoribus in. d. c. in Chriſto. Vna eſt voluntatis, & hæc eſt duplex; vna, qua per inhabitantem gratiam ſic vnimur deo in hac vita, vt ab eo non diſſentiamus; alia, qua vniuntur ei ſancti per gloriam in alia vita, vt nihil velint, vel velle poſsint, niſi quod ipſe deus vult. Alia eſt vnitas naturæ, vel naturarum, & iſta videtur diſtingui dupliciter: vna eſt per aſſumptionem carnis noſtræ in vtero virginis, in qua factus eſt nobis conformis in natura. Altera eſt per participationem corporis, & ſãguis Chriſti in ſacramento; in qua ſecundum vtranque naturam Chriſtus manet in nobis. Secũdum vtramque vnitatem voluntatis vnimur patri, & filio, & ſpiritui ſancto: per vtramque vnitatem naturæ vnimur proprie filio mediante quodammodo unimur patri, & ſpiritui ſancto. Sanè ſi Chriſtus non aſſumpſiſſet naturam noſtram, & cõiunxiſſet diuinæ naturæ ſuæ, cuius gratia mediator dicitur; non eſſet talis perfectio vnitatis inter nos, & deum. Ideo de neritate corporis, & ſanguinis Chriſti nulli ambigere licet, cap. in quibus, de consec. diſt. ii. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſi ipſe Chriſtus partus ex uirgine? vt in. d. ca. in quibus. Item Ambr. in libro de officiis; Ante benedictionem illa ſpecies nominatur poſt benedictionem Chriſti corpus ſignificatur. Item in illo ſacramento Chriſtus eſt. Item qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remiſsio omnium peccatorum. cap. ante benedictionem, de conſe. diſt. ii. Item ſub ſpecie panis, & vini inuiſibilem Chriſti carnem, & ſanguinem honoramus. cap. nos autem. de conſec. diſt. ii. Et dic quod panem, & vinum, quæ in altari ponunt, poſt conſecrationẽ non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe; & ſenſualiter non ſolum ſacramentum, ſed in ueritate manibus ſacerdotum tractari. frangi, fidelium dentibus atteri, ut in cap. ego Berengarius, de conſecratio. diſt. ii.

Tertium ſacramentum eſt euchariſtia, ut dixi, & ſicut in uita corporis, poſtquam homo natus eſt, & uires ſumpſit, neceſſarius eſt ei cibus, vt conſeruetur, & ſuſtentetur, ita in uita ſpirituali poſt habitum robur, neceſſarius eſt ei cibus ſpiritualis, qui eſt corpus Chriſti. Io. vi. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et Io. in canonica. cap. i. ait. Sanguis Chriſti Ieſu emundat nos ab omni peccato; quia ſacramenta nouæ legis efficaciam habent a paſsione Chriſti. Et ideo ſecundũ ordinationem eccleſiæ quilibet chriſtianus ſemel in anno debet recipere corpus Chriſti, digne tamen, & munde; quia, ut dicit Apoſtolus. i. ad Corinth. undecimo. Qui manducat, & bibit indigne. ſ. cum conſcientia peccati mortalis. de quo non confeſſus eſt, ſi ſit copia ſacerdotis: iudicium ſibi manducat, & bibit. Vide tex. in c. omnis, de pœniten. & remiſſ. & in cæna domini etiam communionem debemus accipere, ca. cæna domini. de conſecra. diſtin. ii. & in c. cum omne, de conſecra. diſtin. ii. legitur. Calix dominicus vino, & aqua permixtus debet offerri; quia uidemus in aqua populum intelligi, in uino uero oſtendi ſanguinem Chriſti.

In ultimo inſtanti prolationis nerborum, quando ſacerdos dicit, Hoc eſt enim corpus meum & ſic poſt conſecrationem: licet ſpecies panis, & uini remaneat, tamen non eſt ibi realiter, niſi corpus, & ſanguis Chriſti: & idem corpus, quod natum eſt de Vergine, quodque pependit in cruce, & poſitum eſt in ſepulchro, quod ſurrexit, & in cœlum aſcendit, & ſedet ad dexterã dei patris, & qood uenturum eſt iudicare uiuos, & mortuos, in altari nunc eſt, excluſa paſsibilitate. c. omnia, c. ego Berengarius, & cap. quid ſit ſanguis. de conſecr. diſt. ii. ibi docto. Itaque in iſto altiſsimo ſacramento accidentia ſunt ſine ſubiecto, puta quantitas, quæ fuit in pane, odor, & ſapor, contra eorum naturam, uirtute diuina: quia in hoc altiſsimo ſacramento oportet aliquid eſſe ſupra naturam, ut intellectus noſter aſſueſcat ad ea quæ ſunt fidei credẽda. Eſt ergo corpus Chriſti in hoſtia conſecrata, & in omnibus hoſtiis conſecratis, & eſt corpus Chriſti in qualibet particula hoſtiæ conſecratæ. Itaque ſubſtantia panis, & uini deſinit ibi eſſe; tranſſubſtantiatur enim in corpus, & ſanguinem Chriſti, & tamen ipſorum accidentia ibi remanent, ſcilicet ſapor, & color, & põdus, & ſub illis ſpeciebus, ideſt accidentibus eſt corpus Chriſti, ut dixit Hoſt. in ſumma ſua, in titu. de conſecr. eccle. §. & quando. Et in cap. ſinguli, de conſec. diſt. ii. dicitur: Corpus Chriſti in ſingulis portionibus ſinguli totum accipiunt, & totus Chriſtus eſt in qualibet parte ſpecierum panis, & uini. Late hoc examinat Cardinalis ſancti Sixti de mente omnium doctorum in ca. ſinguli, de conſecratio. diſt. ii. & uide etiam tex. & doct. in cap. ubi eſt pars. de conſec. diſtin. ii. adſit, & omnis quæſtio ſoluta manebit. Itaque probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indigne iudicium ſibi manducat, ideſt, ad ſuam condemnationem ſumit. i. ad Corinth. xi. ut ſuperius dixi. Et in ſacrificio, ut iam dixi, aqua uino miſcetur, capit. in calice, de conſecra. diſtin. ii. quia Moyſes ſacerdos mandato Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus dei, & petra erat Chriſtus, redundat aqua in calice, ſalit aqua in calice, ſalit ſanguis in vitam æternam. Item de latere Chriſti fluxit ſanguis, & aqua: aqua ut emundaret, ſanguis ut redimeret,

redimeret. Quare de latere? quia vnde culpa, inde gratia; culpa per fæminam, gratia per Chriſtum. Sed dices, quando ergo Melchiſedech panem, & vinum obtulit Abrahæ, quid ſibi vult admiſtio aquæ? dico, vt dixi; corpore Chriſti mortuo fluxerunt ſanguis & aqua. Io.x. & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terram, ſpiritus .i. anima Chriſti, aqua, & ſanguis; & hi tres vnum ſunt: Ioan. in .i. canoni. c.v. Sed expreſſum non habemus, quòd Melchiſedech obtulerit aquam Abrahæ, preſumimus tamen, quòd vinum limphatum obtulit, ideo forte, quia fatigatis non purum vinum, ſed cum aqua miſtum ſolemus offerre. Et prohibitum erat ſacerdotibus in templo, ne vinũ purum biberent. bona glo. in d.c. in calice.

Crebra igitur huius ſacramenti perceptio non tantum venialia tollit peccata, & pœnam mortalium, quorum iam pœnitentiam egeris: verũ etiam excellenter auget gratiam dei, ita vt videatur anima incorporata Chriſto. Imo doctor angelicus in .iii. par. expreſſe dicit, hoc ſanctiſſimum ſacramentum viuificare mortuos: quod fit conferendo primam gratiam ex mente diui Augu. de hoc videbis S. Tho. iii. p. q. lxxix. art. iii. & q. 80. art. iiii. & in iiii. ſententiarum diſt. ix. q. i. arti. iii. Et idem tenet Durandus in iiii. diſt. ix. q. iiii. Idem etiam Adrianus in iiii. prima. q. de euchariſtia. denique eſt cõis opinio Theologorum præter Ioannem maiorem. Imo etiam S. Tho. ſuper Ioã. c. ii. ſuper verba illa, quæ dixit dominus diſcipulis ſuis de Lazaro, ſoluite eum, &c. tenet de omnibus ſacramentis hoc idem, quod de euchariſtia. itaque circa peccata hoc ſacramentum operatur primo vt remittantur peccata præterita, directe quidem, & primo quoad culpam; ex conſequenti etiam quo ad pœnam per deuotionem videlicet, & contritionem quam auget hoc ſacramentũ quia ſemper aliquid delet pœnæ. & de fructu ſiue effectibus ſacramenti euchariſtiæ, vide beatum Tho. in d. q. in iii. p. per hoc enim ſacramentum promouemur, & proficimus in omni virtutis, & gratiæ diuinæ operæ, & eripimur a malo omni, & peccato, & quicquid Chriſtus in mundum veniens operatus eſt, hoc idem operatur veniens in hoc ſacramento in animam, ſecundum illud Ioan. Qui manducat meam carnem habet vitam æternam, & panis quem ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita, ideo nõ immerito cibus hic deſignatus eſt in ligno illo vitæ, quo reparabatur, & renouatur homo, & renouabatur homo, & a morte præſeruabatur, itaq; ſi alia ſacramenta ſecũdũ b. Tho. ſunt inſtituta ad primam gratiam conferendam, quæ natura ſua præcedere debet hoc ſacramentum, tamen & illa virtute huius ſacramenti, & quia ad illud ordinantur, hoc efficiunt. vnde in eorum ſuſceptione eſt iam votum huius ſacramenti, itaque cætera ſacramenta virtute ſacrę euchariſtiæ gratiam conferunt. Et quia Chriſtus in carne aſſumpta non erat manſurus nobiſcũ perſonaliter, ſed aſcenſurus in cœlum, ideo in die cœnæ inſtituit ſacramẽtum euchariſtiæ, vt ille qui ſemel eſt oblatus pro noſtra redemptione, in memoriam paſsionis ſuæ quotidie in ſacramẽto offeratur; quod a ſenſu corporeo non percipitur, ſed fide, & intellectu comprehenditur; ſicut ille qui per baptiſmum mutatur de malo in bonum. c. quia corpus, de conſecr. diſtinct. i. & ita, vt dixi, iteratur quotidie hec oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit; quia quotidie peccamus: & ideo quia quotidie labimur, Chriſtus quotidie myſtice pro nobis immolatur intra ſanctam eccleſiã catholicam, vt in c. verum, de conſec. diſtin. ii. vbi legitur; Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus; alioquin quomodo magnum erit: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt ꝓ mundi vita, niſi vera ſit caro? Sed quia fas non eſt Chriſtum vorari dentibus, voluit dominus panem, & vinum hoc in myſterio, vere carnem ſuam, & ſanguinem ſuum conſecratione ſpiritus ſancti potentialiter creari. Et ad tranſubſtantiationem tota trinitas operatur: Cardinalis in ca. corpus, de conſecra. diſtin. ii. Et voluit deus quotidie pro mundi vita myſtice immolari, vt ſicut de virgine per ſpiritum ſanctum vera caro ſine coitu creatur, ita per eundem ex ſubſtantia panis & vini myſtice idem corpus Chriſti conſecratur. Corpus Chriſti & veritas, & figura eſt, veritas, dum corpus Chriſti, & ſanguis virtute ſpiritus ſancti, in virtute ipſius ex panis, & vini ſubſtantia efficitur. Figura vero eſt id, quod exterius ſentitur. Et ſubſtantiam panis conuerti in ſubſtantiam corporis Chriſti, non eſt aliud, vt dixi, niſi quia in vltimo inſtanti prolationis verborum, quando ſacerdos dicit, hoc eſt enim corpus meum, in hoc vltimo inſtanti, virtute diuina deſinit eſſe ſubſtantia panis, & ſuccedit ibi corpus Chriſti, ſicut erat in cruce ſecluſa paſsibilitate, & non poteſt aliter fieri, quia ſic deus æternus ordinauit, ut dixi.

Et miſſa oĩ die debet celebrari in eccleſia ſecundum Inno. & Card. in c. iteratur, de conſe. di. ii. quinque de cauſis, primo, quia ſemper oportet eſſe paratam medicinam contra quotidiana peccata. Secundo, vt lignum vitę ſemper ſit in medio paradiſi. Tertio, vt nobis Chriſtus ſemper vniatur ſacramentaliter, & nos ei ſpiritualiter. Quarto, ut ſit apud nos iugis memoria paſsionis eius. Quinto, vt vero agno, loco typici quotidie vtamur. De vtilitate memoriæ paſsionis Chriſti diximus, ut videbis doct. in c. ſemel Chriſtus, de conſ. diſt. ii. Sed repetimus etiam nunc aliqua pro vtilitate materiæ iuxta illud, quod notauit Arch. in d.c. iteratur. quòd memoria paſsionis Chriſti ꝓdeſt nobis ad multa: obſcurat. n. gaudia mũdi, in cuius ſignum, vt dicitur Luc. xxiii. ſol obſcuratus eſt. quod moraliter ſignificat, quod cogitatio paſsionis Chriſti obſcurat in nobis gloriam, et proſperitatem huius mundi. Secundo tremorem incutit; in cuius ſignum paſsionis tempore fa-

ctus

ctus eſt terremotus magnus,habetur Matth.xxvii.per quod ſignificatur,quod corda noſtra in memoriam paſsionis Chriſti debent timere. & tremere,conſiderata tanta humilitate Chriſti patientis; timentes,nec vacui reddamur fructu paſsionis ſuæ. Tertio duritiam cordis emollit,in cuius ſignum tempore paſsionis petræ ſciſſæ ſunt,Matth.xxvii.Quarto a peccato ſuſcitat,in cuius ſignum tempore paſsionis Chriſti monumēta aperta ſunt,& multa corpora ſanctorum,qui dormierant,ſurrexerunt,Matth.xxvii.Quinto a morſibus dæmonum ſanat: quod figuratum fuit, Num.xxi.vbi dominus dixit Moyſi,fac ſerpentem,& erige eum in palo; quicunque aſpexerit eū viuet.Sexto labores pœnitentiæ dulcorat,quod ſignificatum fuit Exod.xv.vbi dicitur, quòd oſtendit dominus Moyſi lignum,quod cum miſiſſet in aquas Marach,dulcoratæ ſunt. Septimo liberat a morte æterna,quod ſignificatum fuit,Ioſue.vi.vbi dicitur,quòd Raab meretrix per filiū coccineum pendens in feneſtra liberata eſt.Filum coccineum,quod rubeum eſt,ſignificat paſsionem: feneſtra cor noſtrum deſignat. Itaq; (vt dixi) Chriſtus in paſsione ſua dicitur immolatus. Et paſsio ſua conuenienter dicta eſt ſacrificium,vnde Apoſt.ad Eph.v.Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem,& hoſtiam deo in odorē ſuauitatis.Pro cuius intelligentia notandum eſt,qđ ſacrificium dicitur aliquid factum ad honorem proprie deo debitum ad eum placandum. Et inde,vt Auguſt.x.de ciuitate dei dicit; verum ſacrificium eſt omne opus,quod agitur, vt ſancta ſocietate deo inhæreamus,relatū ad illum finem boni,quo veraciter beati eſſe poſſumus. Chriſtus autem ſeipſum obtulit in paſsione pro nobis voluntarie,& hoc ipſum opus fuit deo maxime acceptum,vtpote ex charitate proueniens.Vnde manifeſtum fuit,quòd paſsio Chriſti fuit verum ſacrificium,& vt dicit S.Thom.iii.par.dupliciter celebratio huius ſacramenti euchariſtiæ dicitur Chriſti immolatio.Primo quidem, quia celebratio huius ſacramenti imago eſt quædam repræſentatiua paſsionis Chriſti,quæ eſt vera immolatio.Vnde Ambr.ſuper epiſt.ad Heb.x.ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens,quid ergo nos? non ne per ſingulos dies offerimus ad recordationem mortis eius.Alio modo quantum ad effectum paſsionis; quia.ſ.per hoc ſacramentum efficimur participes fructus dominicæ paſsionis.Et Iacob.frater domini,& Baſilius Cæſarienſis addiderunt nobis miſſæ celebrationem.c.Iacobus,de conſec.diſt.i. itaque dederunt ordinem.Verba enim quibus Chriſti corpus conficitur,ab ipſo domino ſunt tradita,vt diximus vide.c.eccleſiaſticarum.xi.diſt.vide de miſſa in c.de horis canonicis.vbi multa videbis.

Miſterium noſtræ ſalutis totum cōprehenditur in ſacramento euchariſtiæ,ideo tale ſacramentum præ cæteris agitur cum maiori ſolennitate.De ratione ſingularū partium miſſæ,vide S.Th. iii.par.q.lxxxiii.ar.iiii.& vide Card.in c.i.de celeb.miſſ.Et Græci dicunt,ꝗ hoc ſacramentum eſt tantæ neceſsitatis,quòd pueris debet dari,ſicut baptiſmus:quod eſt falſum,quia in ſumente hoc ſacramentum requiritur actualis deuotio,& reuerentia,quæ non ſunt in pueris. Et ideo verbum, quod importat præceptum,tantummodo intelligitur de adultis, quibus neceſſariū eſt ad ſalutē hoc ſacramentum euchariſtiæ accipere,ſaltem in voto,ſi non poſsit haberi in re.Et pro infirmātibus presbyter ſemper euchariſtiā habeat paratam.c.præsbyter.de conſec.diſt.ii.Et euchariſtia; & chriſma debent fideliter cuſtodiri.Petrus de anch.in c.i.de cuſtodia euchariſtiæ. Et calix ex auro,ex argento,ex ſtanno fiat.c.ut calix,de conſ.diſt.i.Altaris etiam ſacrificiū non in ſerico, ſed lineo panno conſecretur, ſicut corpus dñi noſtri Ieſu Chriſti in ſyndone linea munda ſepultum fuit,vt in c.conſulto,de conſe.di.i.vbi legitur.Conſulto oīnm ſtatuimus,vt ſacrificium altaris nō in ſerico panno,aut intincto quiſq; celebrare audeat miſſam,neq; præſumat; ſed in puro lineo, vel linteo,ab epiſcopo conſecrato,terreno.ſ.pcreato,ac contexto. Sicut corpus dñi noſtri Ieſu Chriſti in ſyndone linea munda ſepultū fuit,ideo corporalia debent eſſe linea certa rōne. De ære,aut ex auricalco non fiat calix.Nullus aūt in ligneo,aut vitreo calicē præſumat miſſam cātare c.vt calix,de coſe.di.i.& in c.vaſa.Et qua hora ſunt miſſarum ſolennia celebranda,vide tex. in ca. nocte ſancta,de conſ.di.i.& in c.conſuluiſti, de cele.miſſ.& in c.ex parte,eo.ti.ibi quoq; videbis, quot miſſas in die ſacerdoti celebrare licet.ſed nemo de manu hæretici et inſtante neceſsitate euchariſtiā ſumere debet.c.ſiquis.xxiiii.q.i.c.vt quid.de conſ.di.ii.ſecus.in baptiſmo.

Corpus Chriſti,& ſanguis tandiu durat,quandiu durant accidentia panis, & vini. Ideo debet differri cibus per tantum tempus, quo veriſimiliter illa accidentia,& per cōſequens Chriſti corpus,non ſit amplius in corpore recipientis.Iſta eſt cōis opinio ſecundum Pan.in.c.ex parte,de celebr.miſſ.& vide S.Tho.iii.p.q.80.art.8.ad ſextum.& vide tex.& doc.in c.trib.de conſ.di.ii.ſed dicit D.Tho.quod per contrariam conſuetudinem dictum caput eſt abrogatum.Et Pau.Apoſt. in c.x.ad Heb.dicit;Vna oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos. & aliqui inſenſati tollunt ſacrificium miſſæ.Sed non ideo tollendum eſt ſacrificium miſſæ,quia eſt eadem hoſtia,& ideo ſemper deus illa placatur;aliter tamen nunc exhibetur,hoc eſt non cruento, ſed incruento modo; quia corpus reſurgens a mortuis iam non moritur,& mors vltra illi non dominatur.Itaque hic,ideſt in iſta oblatione,& eſt ſacramentum,quia ſignum rei ſacræ,& eiuſdem contentiuū, & collatiuum: & eſt ſacrificium,quia eſt idem cum alio antiquo aliter exhibito.Et in illa authoritate ſuperius dicta ponit Apoſtolus differentiam inter Chriſtum,& ſacerdotem legalem:

Nam

Nam ſacerdos legis non per vnam hoſtiam,ſed per plures ; neq; ſemel , ſed ſæpe poterat auferre peccata ; Chriſtus vero dominus,& proprius,&verus Pontifex vna hoſtia,hoc eſt ſemel.perfecit vſque in finem ſanctificatos,eos deo coniungendo,& copulando. Vna nanq; oblatio ſacta in cruce ſufficiens eſt,propter quod omnia ſacrificia legis ceſſare debent. Vna.n.oblatione.i.merito ſuę vnicæ paſsionis,ſeu immolationis in cruce conſumauit.i.plene redemit,& quantum in ſe eſt,ad perfectionem adduxit in ſempiternum ſanctificatos.i.electos,ſeu omnes qui in hoc ſeculo p gratiam ſanctificantur.Vna oblatione conſumauit.i.perfecit,quod fecit ſanctificando, reconciliando,& coniungendo nos deo ; quia hoſtia Chriſti,qui deus eſt, & homo , habet virtutem æternã ſanctificandi.Et vt ſanctificaret Ieſus per proprium ſanguinem populum,extra portã paſſus eſt, vt ad Heb.xiiii.Itaque per virtutem paſsionis ſuæ Chriſtus intra cœleſtia ſancta nos introducit ad patrem.Et ideo non ſumus ſub lege,ſed ſub gratia,vt per Apoſt.ad Rom.vi.Sed tpe nouę legis manent præcepta moralia,eo quod ſunt de dictamine rationis rectæ , propter quod non ſumus abſoluti ab eorum obligatione.Ideo ait Apo.liberati autem a peccato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ.i.obligati ad iuſtitiæ operationem.Et illud quod dicit ad Rom.iii.arbitramur.n.iuſtificari hominẽ per fidem ſine operib.legis, ſic intellige , vt diximus in prima parte ſermonis.ſ.in prima hominis iuſtificatione ; quia de illa loquitur Apoſt.Et Iacob.in Cano.c.iii.loquitur de ſecunda iuſtificatione ; quia per bona opera meremur augmentum gratiæ.vt dicit Petrus in canonica, & Ioann. in Apocal.vt dixi in.i.par.ſerm.Præcepta autem moralia,quæ ordinantur ad bonos mores,nõ ſolum manent in nouo teſtamento,ſed etiam per euangelica Chriſti conſilia perficiuntur,& ad ſalutem requiruntur,iuxta illud Matt.xix.Si uis ad uitam ingredi,ſerua mandata. Eadem.n.fides eſt fidelium noui,ac veteris teſtamenti,quamuis tempora ſint mutata,& fides nobis ſit magis explicita;quod.n.illi futurum credebant,nos factum credimus.Ipſe quoq; habitus fidei,qui eſt virtus Theologica,eſt vnus in ſpecie in omnib.fidelibus,qui vnquam fuerunt,ſunt,& erũt ; & propter formalem obiecti vnitatem,quod eſt veritas prima , propter quod credimus omnia quæ cadunt ſub fide.Patet ergo,quia id,quod ait Apoſt.in.d.c.ad Rom.iii.ex fide,& per fidem,ſit idẽ re,quãuis in ipſo modo loquendi videatur diſtinctio. Apoſtolus nanq; frequenter mutat præpoſitiones;& modum loquutionis in eodem ſenſu.Quia vero ex prædictis,ac ſimilibus verbis imponebant Iudæi Paulo,quod eſſet legis deſtructor,propterea Apoſtolus ſe excuſans adiecit ; legem ergo(Moſaicam)deſtruimus per fidem ? & euangeliũ,vt nobis imponitur ? abſit. Sed legem ſtatuimus.i.approbamus,ac roboramus pro ſtatu,ac tempore.Cum ergo lex vetus fuerit via, ac diſpoſitio ordinaria ad euangelicam legem,nõ dicitur deſtrui,ſed adimpleri , ac perfici euangelica lege ſuperueniente ; ceſſat tamen quantum ad modum prioris obſeruantiæ.Vnde Ambr.dicit ; Nõ deſtruitur lex,cum impleta ſecundum ſpiritum ceſſat ſecundum literam;quia hic.ſ.in nouo teſtamẽto,gratia fidei eſt,qua impletur lex, quæ ſine fide eſſet infirma ; firmatur.n. lex quoniam cærimonialia ſpiritualiter implentur;& quod minus in moralibus continebat , in euangelio additur ; & tunc promittebatur futurum,fides aduenisse teſtatur. Tollitur autem litera occidens, & moralia literaliter manent ; propter quod ait ſaluator ; Non ueni ſoluere legem,ſed adimplere. Et ſacramenta ſunt ſeptem,ſed ſacramentæ neceſsitatis ſunt quinque ; baptiſmus,confirmatio,pœnitentiæ,vltima vnctio,corpus Chriſti.doct.in.c.remiſsionem.i.q.i.& in c.ueniens,de tranſact. forma vero huius ſacramenti,vt dixi,ſiue verbum,cuius virtute perficitur , illud proculdubio eſt , quo Chriſtus dominus ipſum primo perfecit id,quod ex ipſis uerbis euãgelii, & Pauli præcipue colligitur,cum iubet Chriſtus diſcipulos facere quod ipſe fecit,hoc facite &c . Nec tamen diſcipulos tantum,ſed eorum ſucceſſores quoque perpetuo in eccleſia hoc facere iuſsit . & Anacletus papa ſanctiſsimus,& martyr,quintus,a B.Petro,præcepit omnibus chriſtianis , vt peracta conſecratione communicarent,recuſantes autem ab eccleſiis eiicerentur . & quæ ad miſſæ ſacrificium pertinent,& de ritibus,& cærimonis quæ in miſſæ celebratione adhibentur,& de fructibus ſacratiſſime euchariſtiæ ſacrificii,& de neceſsitate ſacrificii miſſæ , vide ſacroſanctam Tridentinam Synodum,deſcernentem ſanctiſsimam doctrinã,& canones,omnibus fidelib.chriſtianis.vbi multa optima,& neceſſaria inuenies.

De pœnitentia .

QVartum ſacramentum eſt pœnitentia ; contingit.n.in uita corporali, ꝙ quandoque infirmatur,& niſi habeat medicinam moritur,& ita in vita ſpirituali quis infirmatur per peccatum ; unde neceſſaria eſt medicina ad recuperandam ſanitatem : & hæc eſt gratia , quæ confertur in pœnitentiæ ſacramento.In pœnitentia tria debent eſſe, contritio , quæ eſt dolor de peccato cum propoſito abſtinendi: confeſsio peccatorum cum integritate;& ſatisfactio, quæ eſt per bona opera.Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre . In corde eius cõtritio,in ore eius confeſsio,in opere tota humilitas,& ſatisfactio . hęc eſt fructifera pœnitentia ; ſola cordis contritione , & ſecreta ſatisfactione abſque oris confeſsione non poteſt Chriſtianus

Deo

ideo ſatisfacere, vt in.c.i.cum ſequentibus capitibus, de pœnit.diſt.i.& in c.omnis vtriuſq; ſexus de pœnitentiis, & remiſs. Vbi quilibet doli capax tenetur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, & euchariſtiæ ſacramentum ad minus in paſcha recipere.

Pœnitentia vera eſt dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quiſque commiſit, vel quibus conſenſit. Et, pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, de pœnitentia diſtinctione prima, capit.ecce, & capit.pœnitentiam, de pœniten.diſtin.iii.dicit Ambroſius pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. & ibi dicit glo.pœnitentia, id eſt gratia, quæ vere pœnitenti infuſa eſt, facit eam præterita plangere, & eam munit, vt caueat, ne committet, quæ fleuit. Et quod hic traditur potius eſt effectus pœnitentiæ, quàm definitio.

Quam ſacerdos iudicat, deus iudicat, cuius perſonam in eccleſia gerit, cap.celeratior, de pœni.diſtinctio.iii.

Eſt autem triplex pœnitentia ſcilicet ſolennis, publica, & ſecreta. ſolennis pœnitentia eſt, quæ per epiſcopum ſolenniter in quarta feria cinerum inducitur propter peccata enormia, & publica.l.diſt.c.in capite. Et in pontificali agitur. Alia eſt pœnitentia publica, quæ a ſacerdote imponitur.c.ſi quis.iii.q.i. Tertia eſt pœnitentia priuata, quæ quotidie imponitur, cum quis peccata ſua ſacerdoti ſacramentaliter confitetur.xxvi.q.vi.c.presbyteri.ii.q.i.c.ſi peccauerit. forma huius ſacramenti, ſunt verba abſolutionis, dum ſacerdos dicit; ego te abſoluo. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos. Effectus huius ſacramenti eſt abſolutio a peccatis, liberatio a pœnis inferni, & reſtitutio diuinæ gratiæ.

Triplex eſt confeſsio vera, mentalis, quæ eſt recognitio peccati coram deo in corde, & hæc fuit tempore legis naturæ, ſcilicet ſtatim poſt peccatum Adæ. Secunda eſt cærimonialis confeſsio; ſcilicet quod peccans tali peccato offerat tale ſacrificium, & peccans in alio peccato offerat aliud; & hæc fuit in lege Moſaica. Tertia eſt confeſsio ſacramentalis, quæ fit ſacerdoti; quæ eſt de neceſsitate ſalutis, triplici ratione. Primo ex Chriſti inſtitutione, qui eam inſtituit implicite, & explicite; implicite in figura, dum dixit leproſo, Mat.v.Vade, & oſtende te ſacerdoti. explicite, dum dixit, Io.xx. Accipite ſpiritum ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. ibi enim ſacerdotibus poteſtas iudicandi, & remittendi conceditur; quæ requirit manifeſtationẽ de ipſis peccatis, quæ eſt confeſsio. quibus.n.datur poteſtas iudicandi de aliqua cauſa, datur eis poteſtas cognoſcendi de illa. Nullus autem poteſt iudicare, & eſſe bonus iudex de iis, quæ ignorat. Sacerdos verò non poteſt cognoſcere ſufficienter facta conſcientiæ peccatoris, niſi ea ipſa peccator ei per confeſsionem aperiat. Et ſic Chriſtus confeſsionem oris inſtituit. Secundo ex doctorum, & ſcripturarũ, teſtificatione confeſsio ſacramentalis, eſt neceſſaria. Ambro. in lib.de paradiſo, & habetur de pœn. diſt.i.c.non poteſt. Non põt quiſquam iuſtificari a peccato, niſi peccatum fuerit ante confeſſum. Et ibidem Ioan.Chryſ. Non poteſt quiſquam gratiam vitæ cœleſtis accipere, niſi purgatus fuerit ab omni ſorde per pœnitentiæ confeſsionem. Et Aug.in lib.de pœn. Agite pœnitentiam, qualis in eccleſia agitur, vt oret pro vobis eccleſia. Nemo ſibi blandiatur, & dicat, occulte ego apud deum ago; nouit deus, qui nihil ignorat, quæ in corde ago. Ergo ſine cauſa dictum, & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlo? ergo ſine cauſa datæ ſunt eccleſiæ Dei claues? q.d.non. Et de pœn.diſt.i.c.multiplex, Leo papa. Non remanet in iudicio condẽnandum, quod fuerit confeſsione purgatum. Tertio ex eccleſiæ præceptione confeſsio ſacramentalis eſt neceſſaria; quia eccleſia præcipit, quod ſemel in anno quilibet poſtquam ad annos diſcretionis ꝑuenerit, debeat ſacerdoti omnia peccata ſua confiteri, de pœn.& remiſ.c.omnis vtriuſq; ſexus; & dicit omnia peccata.ſ.cogitationis, locutionis, operationis, & omiſsionis, ſecreta, & manifeſta cũ eorum circunſtantiis aggrauantibus, vel in aliam peccati ſpeciem trahentibus: quæ ſunt iſtæ ſcilicet; prima perſonæ, cum qua peccauit, nomine eius tacito.ſ.ſi cum nupta, vel moniali. Secunda loci, ſi in loco ſacro peccauit. Tertia temporis, ſi in die feſto. Quarta numeri.ſ.quoties idem peccatum cõmiſit, quantum recordari poteſt. Quinta modi, vt ſi quis cũ muliere peccaret contra naturam. Sexta qualitatis, ſi ſit publicum, vel occultum, & hoc propter ſcandalum. Septima, ſi ipſe peccauit, & alium induxit ad peccandum. Octaua conſequentiæ, quando in vno peccato multa conſequuntur, puta in ludo mendacia, periuria, blaſphemiæ.

Omnes aũt adulti, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint, tenentur cõfiteri ſemel in anno.i.in quadrageſima; & qui hoc non fecerit viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriẽs eccleſiaſtica careat ſepultura. vt in Concilio generali, extra de pœn.& rem.c. omnis vtriuſq; ſexus.

Non tenetur tamen homo poſt peccatum commiſſum ſtatim confiteri, ſed dolere de commiſſo, & proponere de cætero non peccare, cum intentione in futura proxima quadrageſima confiteri; & hoc ſufficit pro tunc ad acquirendum ſtatum gratiæ. Sunt autem aliqui caſus, in quibus homo tenetur ſtatim confiteri. primus eſt infirmitas grauis. Secundus, quando imminet periculum mortis, ſicut mare tranſire, longam peregrinationem, ſeu periculoſam viam agere.

Tertius eſt quando habet aliquid agere, quod exiſtens in peccato mortali non poteſt facere ſine peccato mortali, ſicut dicere miſſam, vel ſumere euchariſtiam extra miſſam. Sed ſi ſacerdos aliqđ ſacramentum miniſtraret, vt eſt baptiſmus, vel pœnitentia, cæteraque ſacramenta, præter miſsā celebrandam, non tenetur confiteri, ſed ſat eſt conteri: ad miſſam autem celebrādam, aut eucbariſtiam ſumendam neceſſe eſt confeſsionem præcedere (vt diximus) ſiue ſit ſacerdos, ſiue laicus.

Quartus, quando habet copiam confeſſoris, qui poteſt eum abſoluere a peccatis, a quibus ſuus confeſſor non poteſt: & veriſimile eſt, quòd in quadrageſima talem copiam non habebit. Quintus eſt, quando habet conſcientiam, quòd ſtatim debeat confiteri: quia tenetur aut talem conſcientiam deponere, aut confiteri. Et licet hoc poſsit differri, vt prædictum eſt, melius tamen, & tutius eſt quàm primum confiteri poſt peccatum commiſſum propter multa mala, & pericula, quæ euenire poſſunt, & multa bona, quæ inde ſequuntur, ita in libro ſacerdotali. Et reus eſt animarum præsbiter, qui pœnitentiam morientibus abnegat. c. ſi presbyter. xxvi. q. vi. vbi litera dicit; Si presbyter pœnitentiam moriētib. abnegauerit, reus erit; quia dominns dicit; quacunq; die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. Vera enim confeſsio in vltimo tempore eſſe poteſt; quia dominus nō ſolnm temporis, ſed etiam cordis inſpector eſt; ſicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo, in hora vltimæ confeſsionis. & vide Ezech. c. xix. & c. xxxiii. & vide tex. in c. ſiquis. el. i. de pœnit. diſt. vii. itaque nos dicimus, & firmiter credimus, & affirmamus, haberi ex euangelio confeſsionem peccatorum mortalium omnium. Quod enim peccata omnia confitenda ſit in ſacramentali confeſsione, ex ipſa forma miniſtrandi ſacramentum pœnitentiæ tradita a Chriſto, quando inſtituit boc ſacramentum; manifeſtatur. Ait enim Chriſtus Apoſtolis, Io. xx. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. In quibus verbis datur a Cbriſto miniſtro ſacramēti facultas duarum actionum, videlicet remittendi, vel retinendi peccata quorumcunque. Et ex hoc ipſo, quòd miniſtro committitur facultas diſcernendi, an remittenda, an retinenda ſint peccata cuiuſque pœnitentis, manifeſte ſequitur, ꝙ oportet miniſtrum, niſi cecus miniſtrare velit, noſſe ſi in pœnitente eſt aliquod peccatum retinēdum; quod eſt noſſe ſi in pœniteute eſt aliqnid impediens remiſsionem. Nam omne peccatum retinendum impedit remiſsionem cuiuſcunque peccati bominis confitentis, quia non poteſt ſimul vnum peccatum remitti, & aliud retineri. Nam mortalia peccata quæcunque vnius hominis connexa eſſe tàm quo ad remiſsionem; quàm quo eſt retentionem, & relatiue ad Deum, & relatiue ad Chriſti miniſtrum, perſpicuum eſt. Et relatiue quidem ad Deum patet ex eo, quòd ille, cui remittitur a Deo peccatum, amicus Dei conſtituitur, iuxta illnd, Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum. Ille autem, cuius retinet Deus peccatum; & manet in peccato vnico, inimicus Dei eſt, vtpote omninm reus, iuxta illnd; qui in vno offendit, reus omnium factus eſt. Ex hoc autem, quòd tam remiſsio, quàm retentio diuina eſt peccatorum mortalinm omnium, quæ quis habet, manifeſte ſequitur, quòd etiam tam remiſsio, quàm retentio, quæ fit a Chriſti miniſtro, debet eſſe non aliqnorum peccatorum mortaliū confitentis, ſed omnium, quia tam remiſsio, quàm retentio miniſtri debet eſſe talis, vt remiſsioni aſsiſtat diuina remiſsio, & retentioni aſsiſtat diuina retentio: alioqnin non verificarentur Cbriſti verba; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Non vendicaret autem miniſtri aſsiſtentiam remiſsionis diuinæ, ſi diſcordaret a remiſsione diuena: diſcordaret autem, ſi deo remittente omnia, vel retinente omnia, miniſter quoq; non remitteret omnia, vel non retineret omnia. Ad hoc antem, vt miniſter, vel retineat omnia, vel remittat omnia, oportet miniſtro innoteſcere omnia, niſi cæcus, aut temerarius remiſſor, vel retentor ſit. Et qnoniā miniſtro Chriſti peccata pœnitentis per ipſius confeſsionem propriam innoteſcunt, conſequens eſt, vt oporteat confitentem confiteri omnia ſua mortalia peccata. Vnde examina, & libra prudēs lector, quę diximus, & pendens ex ipſa inſtitutionis forma in euangelio ſcripta, vt dixi, baberi confeſsionem omninm peccatorum.

Supereſt diluere obiecta ab hæreticis diſtinguendo de cōfeſsione vel abſolute, vel vt eſt actus humanus. eſt autem confiteri omnia abſolute, nullum peccatum inconfeſſum relinquere; confiteri vero omnia, vt confeſsio eſt actus humanus, eſt confiteri omnia, quorum confeſsio ſubeſt humanæ facultati. Vnde ex hoc, quòd delicta nullus ad plenum intellexit, eſto quod impoſsibile ſit hominem confiteri abſolute omnia peccata ſua (qm̄ ignota relinquit inconfeſſa) non tū̄ hinc ſequitur, quin confeſsione humana poſsit quis confiteri omnia peccata ſua; qm̄ ſub integritate confeſsionis humanæ non cōprehenduntur omnia peccata abſolute, ſed dūtaxat nota, & quorum qnis memoriam habet, nā oblita, & incognita confiteri non ſubeſt facultati humanæ. Et quia pſpicnum eſt, ſub lege tàm diuina, quàm hnmana actionem nullā exigi ab homine, quæ non ſit in hominis poteſtate, ideo quum ex Euangelio habetur, confeſsionem omnium peccatorum requiri ad ſacramentum pœnitentiæ, non eſt ſermo de confeſsione omnium peccatorū abſolute, ſed de

confeſsione

confeſsione omnium peccatorum,vt ſubeſt facultati humanæ ; quod eſt dicere,vt pœnitentes cōfiteantur omnia peccata ſua non ignota,nec oblita.Hæc de cōfeſsione omnium peccatorum ſcripſimus de mente omnium doctorum,& decretorum ; de pœnitentis , diſt.i. & de mente Sacrorū theologorum,de mente etiam doctiſsimi Cardinalis S.Sixti in illa ſua ſumma de peccatis.& vt dixi,vide Ezech.xix.& xxxiii.Et vide tex.in c.ſi quis,il.i.de pœni.diſt.vii.itaque confeſsio eſt de iure diuino,licet moderni hæretici aliter ſentiant.& videbis doctiſsimum Alphonſum de Caſtro in libro ſuo.in parte confeſsio,& videbis in c.ad abolendam.de hæreticis.& vide in ſcriptis fundatiſsimorum virorum,ordinis ſancti Dominici,& vide.j.in iſto Spec.in cap.de pœnitentia , & vide papam Adrianum in.4.in fol.63.

Item epiſcopi,& rectores prædicent omnibus generaliter,videlicet vt credant patrem,& filiū,& ſpiritum ſanctum,vnum deum eſſe omnipotentem,qui omnia fecit,& vnā eſſe deitatem,& ſubſtantiam,& maieſtatem in tribus perſonis patris,& filii,& ſpiritus ſancti. Item prædicabūt quomodo filius dei incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine pro ſalute humani generis, paſſus,ſepultus,tertia die reſurrexit,& cœlum aſcendit,& in fine mundi veniet iudicare omnes homines ſecundum propria opera,quando impii cum diabolo in ignem æternum mittentur , iuſti cum Chriſto in vita eterna erunt.Matth.xxv.Item prædicabunt,quòd homines in propria carne reſurgent.Iubendum eſt etiam,quòd oratio dominica,in qua omnia neceſſaria humanæ vitæ comprehenduntur ; & ſymbolum Apoſtolorum,in quo fides catholica ex integro comprehenditur,ab omnibus diſcatur,tam latine,quàm barbarice , vt quod ore profertur, corde credatur, & intelligatur.Et epiſcopi clamabunt ſemper ; pœnitentiam agite. Et ſemper epiſcopi debēt annuntiare populo quinque.ſ.quid credendum,quid agendum,quid vitandum, quid timendum; quid ſperandum.Et ita Apoſtolus dixit ad Corinth.i.c.xiiii.In eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui,vt & alios inſtruam,quam decem millia verborū in lingua.Dixit Apoſtolus ſe velle loqui quinque verba,quia prædicatores debent annuntiare quinque,vt dixi,ſcilicet quid credendum.ſ.articulos fidei ; quid agendum.i.operandum decem præcepta ; quid vitandum.ſ.peccata ; quid timendum.ſ.pœnas inferni ; quid ſperandum.ſ mercedem æternam. Iſta verba debēt prædicari ſemper cum breuitate ſermonis : ideo dixit Apoſtolus quinque verba.i. pauca verba.

De extrema unctione.

QVintum ſacramentum eſt extrema vnctio ; & nullus poteſt intrare vitam æternam , niſi ſit bene purgatus.Ideo neceſſarium fuit aliud ſacramentum,quo homo purgaretur a peccatis,& liberaretur ab infirmitate,& præpararetur ad introitū regni cœleſtis . Et hoc eſt ſacramentum extremæ vnctionis.Iacob.v.dicitur,infirmatur qui in vobis, inducat præsbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum vngētes cum oleo in nomine domini.Et oratio fidei ſaluabit infirmū & alleuiabit eum dominus ; & ſi in peccatis ſit remittentur ei.Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra,& orate pro inuicem vt ſaluemini ; multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua.

Extremæ vnctionis ſacramentum debet dari laborantibus in extremis : & iſtud ſacramentum inducit mūdationem a peccatis.Circa quod plura aduertenda ſunt,videlicet materia,forma,miniſter,& effectus,quibus dari debeat,quibus corporis partibus,& an poſsit reiterari .

Materia huius ſacramenti eſt oleum oliuarum,non aliud oleum, ab Epiſcopo prius ſanctificatum,& benedictum.Quod ſacramentum Chriſtus inſtituit,quando Apoſtolos ad prædicandū miſſos docuit oleo vngere infirmos,mar.vi.Et beatus Iacobus in canonica ſua capitulo quinto dicit ; infirmatur quis in vobis , inducat præsbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum , vngentes eum oleo ſancto . Et tale oleum vocatur oleum infirmorum , non cathecuminorum . Vnde diligenter aduertat ſacerdos,ne vnum pro alio miniſtret , de ſacra vnctione,capitulo vnico . Et ſi ex errore hoc fecerit , debet caute ſuppleri per ſacerdotem ; de ſacramentis iterandis, vel non, capit. primo in fine.

Forma huius ſacramenti ſunt verba quæ profert ſacerdos,quando inungit infirmum.ſ.per iſtā vnctionem,& ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi deus quidquid deliquiſti per viſū, per auditum,&c.Ita quod forma eſt hæc;per iſtam vnctionem , & ſuam piiſsimam miſericordiā indulgeat tibi dominus quidquid deliquiſti per viſum,& ſimiliter in aliis membris .

Miniſter huius ſacramenti eſt ſolus ſacerdos,& non alius . quod patet in prædicta authoritate ſancti Iacobi.c.v.vbi ait ; Inducat præsbyteros eccleſiæ , & xxv.diſtinctione.§. ſed quæritur , & capit.ſequenti.Neque eſt de neceſsitate quod ſint plures ſacerdotes præſentes , ſed vnus ſolus cum clerico poteſt ſacramentum conſerre. De verborum ſignificatione,capitulo quæſiuit. Si tamen ſint plures ſacerdotes, melius eſt. Et ille qui inungit,debet dicere verba , & cæteri reſpondere ; & aſsiſtere,& pro infirmo orare . Effectus huius ſacramenti eſt multiplex . Primus eſt conſolidatio ſpiritualis debilitatis per peccatum inductæ ; dicit enim ſanctus Thom. quòd talis vnctio dicitur, quædam ſpiritualis ſanatio ; quia datur contra quandam inhabilitatem,

vel ineptitudinem, quæ in nobis remanſerunt ex peccato actuali,vel origiuali , vel venialium peccatorum remiſsio. Secundus effectus eſt ſanitas corporalis,ſi diuina ſapientia id nouerit infirmo vtiliter expedire. Tertius eſt,quia per iſtud ſacramentum remittuntur peccata venialia, & mortalia,quæ ignorantur,vt in eadem authoritate beati Iacobi cap.v.Et ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Quartus eſt diminutio pœnæ peccato mortali debitæ. Quintus eſt gratiæ augmentum, quæ iu hoc ſacramento confertur,& augetur,niſi obex pouatur : & ex cōſequenti gloriæ.Sextus eſt interior lætitia;& robur coutra dæmonis inſidias,quæ potiſsimæ tunc inſunt.Seprimus,arctatio diabolicæ poteſtatis,quæ non eſt ita potens ſumpto ſacramento.Octauus eſt proteſtatio decedentis,quòd permanſerit in fide militantis eccleſiæ ; ex qua vadit ad eccleſiam triumphantem tanquam miles,qui fideliter pugnauit.

Hoc ſacramentum debet dari ſolum infirmis adultis,& pœnitentibus, qui ſunt infirmi in periculo mortis ; & illis, qui inſtanter petunt illud,& petierunt : licet tunc nihil intelligant ꝓpter mortis anxietatem,vel phreneſim, vel aliud accidens.

Dandum eſt autem hoc ſacramentum In illis corporis partibus,& locis ; per quæ morbus in animam intrauit.Et quia ſenſus quinque ſunt illi,per quos potiſsimum homo peccat , ideo iu illis locis dandum eſt hoc ſacramentum infirmo,de cuius morte timetur ; qui vngendus eſt in oculis propter viſum,in auribus propter auditum,in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum,vel locutionem,in manibus propter tactum,Iu pedibus propter greſſum, in renibus ꝓpter delectationem ibidem vigentem.hæc ibi.Et ſi quis non haberet oculum,vel naſum,vel alia membra.inungantur loca magis propiuqua dictis ſenſibus,vel locis,quæ inungi deberent. Inunguntur etiam renes,quia in eis incentiuum libidinis conſiſtit. Ideo Saluator noſter Lucæ. xii. dicit. Sint lumbi veſtri præcincti,&c.Non debent autem ſpatulæ inungi,quia vnctæ fuerunt in baptiſmo.Nec manus presbyteri vngendæ ſunt interius,ſed exterius quia prius ab epiſcopo interius iuunctæ fuerunt,in ordinatione ſua. Et ſi talis infirmus laborat in extremis,cito inungatur , ne ſine vnctione decedat.diſt.v.c.baptizari.

Poteſt autem iterari hoc ſacramentum toties,quoties infirmus morti appropinquari videtur; ſed in eadem infirmitate,ſi fuerit longa,& timetur de periculo mortis,poterit reiterari ſemper. Si vero ſit infirmitas breuis,non reiteratur,niſi recidiuauerit : Neque eſt expectandum ad inungendum infirmum vſque ad vltimum, quia tunc nullum ſenſum,vel deuotionem habere poteſt. Et debet dari etiam illud recuſantibus,dummodo ſint pœnitentes,eos ligando per manus , & pedes,& brachia,& ſic inungi debent. Qui negligunt recipere hoc ſacramentum, vel contemnunt grauiter peccant,& tempore interdicti eccleſiaſtici hoc ſacramentum non debet conferri. Sacerdotes curati,qui renuunt,aut negligunt hoc ſacramentum conferre,non euadūt peccatum mortale. Sacerdos quolibet anuo debet ſacrum oleum mutare,& vetus iu eccleſiæ lampadibus ad cōburendum ponere.Et ſi contrarium faceret,grauiter peccaret,de conſe.diſt.iiii.ſiquis de alio. Et ſi ſacrum chriſma,vel oleum cathecuminorum,vel infirmorum ex vſu defecerint, debet ſuper illa imponi oleum non benedictum,& totum efficitur benedictum,de conſe.ecc. vel alt.c.quod iu dubiis.Sacerdos non debet petere in collatione huius ſacramenti pecuniam,quia ſimoniacus eſſet ; ſponte tamen oblatam poteſt recipere.i.q.iii.c.vlt.Et ſi infirmus petierit hoc ſacramentum, & antequam ſacerdos veniat,loquelam miſerit,vel notitiam : nihilominus ſacerdos eum inūgat, xxvi.quæſtione quinta,capitulo bis qui.& de ſententia excommunication.c.a nobis.il.ii.quia in tali caſu etiā deberet baptizari , & a peccatis abſolui ; de bap.& eius effectu.c.maiores.Et vide in titulo de ſacra vnctione per totum . Et ibi dicitur de vnctione regum & de vnctione chriſmatis poſt baptiſsimum,quæ dicitur confirmatio. & ibi dicit tex.Scire te volumus duas eſſe ſpecies vnctionis exteriorem , quæ materialis eſt , & viſibilis ; & interiorem, quæ ſpiritualis eſt,& inuiſibilis.Exteriori viſibiliter inungitur corpus,interiori inuiſibiliter inungitur cor. De prima Iacob. Apoſt.ait ; infirmatur quis in vobis,inducat præsbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum vngentes eum oleo ſancto in nomine domini,& oratio fidei ſaluabit infirmum.De ſecunda Io. Apoſt.ait : Vos vnctionem,quam accepiſtis ab eo,maneat in vobis:& non neceſſe habetis,vt aliquis doceat vos,ſed ſicut vnctio vos docet de omnibus,ita faciatis. Vnctio viſibilis,& exterior ſignum eſt interioris,& inuiſibilis vnctionis. Vnctio vero inuiſibilis,& interior non ſolum eſt ſignum, ſed ēt ſacramentum:quia ſi digne ſumitur,vel agit,vel auget abſque dubio,quod deſignat. Sic ergo patet,ꝙ per quinque ſacramenta,quæ prædicta ſunt,habetur perfectio vitæ. Sed quia neceſſariū eſt ꝙ prædicta ſacramenta conferantur per determinatos miniſtros , neceſſarium fuit ſacramentum ordinis,cuius miniſterio hæc ſacramenta diſpenſarentur.ad Heb.v.Sic nos exiſtimet homo , vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores miniſteriorum dei.Et hoc eſt ſextum ſacramentum ordinis.

Septimū ſacr.eſt matrimonium,in quo ſi munde viuunt hoīes,ſaluantur;& poſſunt ſine peccato mortali viuere.Et interdū declinant coniugati ad venialia,qñ eorum concupiſcentia nō fertur extra bona matrimonii:& ſi feratur extra,tunc declinãt ad mortale.& de hoc vide Hoſti. in ſum. in ti.de ſponſ.§.quid ſit effectus.& vide ea,quæ ſcripſi in lect.mea,de reg.iur.ſ.in l. nupe.

Per

Per hæc autem ſeptem ſacramenta conſequimur peccatorum remiſsionem; & inde in ſymbolo dicitur, remiſsionem, peccatorum vt dixi. Per hoc etiam datum eſt Apoſtolis dimittere peccata. Et ideo firmiter credendum eſt, quòd miniſtri eccleſiæ, ad quos deriuata eſt huiuſmodi poteſtas ab Apoſtolis, & ad Apoſtolos a Chriſto, in eccleſia habeant poteſtatem ligandi, ac ſoluendi. Et quod in eccleſia ſit plena poteſtas dimittendi peccata, dixi late ſupra in c.i.

Sciendum etiam eſt, quòd non ſolum virtus paſsionis Chriſti communicatur nobis, ſed etiam meritum vitæ Chriſti, & quidquid boni fecerunt omnes ſancti, communicatur in charitate exiſtentibus; quia omnes vnum ſunt. Pſal. Particeps ego ſum omnium timentium te. Et inde eſt, quòd qui in charitate viuit, particips eſt omnis boni, quod ſit in toto mundo; ſed tamen ſpecialius illi, pro quibus ſpecialius ſit aliquod bonum. Nam vnus poteſt ſatisfacere pro alio, ſicut patet in beneficiis, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc communionem conſequimur duo, vnum ſcilicet quòd meritum Chriſti communicatur omnibus; aliud, quod bonum vnius communicatur alteri. Vnde excommunicati per hoc quòd ſunt extra eccleſiã, perdunt partem omnium bonorum, quæ fiunt.

Tertia pars ſermonis epiſcopalis de iudicio finali, ideſt uniuerſali, & de Purgatorio.

PRophetauit autem iudicium ſepeimus ab Adam, Enoch dicens; Ecce venit dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt: & de omnibus duris, quæ contra deum loquuti ſunt peccatores impii. Et ideo ſecundum fidem noſtram credimus (vt in ſymbolo) reſurrectionem mortuorum. & etiam dicitur in ſymbolo patrum. Et de reſurrectione mortuorum vide ſupra in iſto cap. in. ii. parte ſermonis epiſcopalis. Et de iudicio finali dixit ſanctiſsimus Iob in c.xix. Scio enim, quòd redẽptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo: quare ergo nunc dicitis perſequamur eum? & radicem verbi inueniamus contra eum? fugite ergo a facie gladii, quoniã vltor iniquitatum gladius eſt; & ſcitote eſſe iudicium. Et in Pſal. xcvii. dicitur; Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Et Apoſtolus ad Theſſalonicenſes. i. c.iiii. & v. prophetauit iudicium dicendo; Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt; & reſurrexit, ita & deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos, qui viuimus; qui reſidui ſumus, in aduentu domini non præueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipſe dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba dei deſcendet de cœlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi; deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Chriſto in aera; & ſic ſemper cum domino erimus. Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. De temporibus autem, & momentis fratres non indigetis, vt ſcribamus vobis, ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet; cum enim dixerint, pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Et in prima epiſtola ad Corinth. c.xv. dicitur: Canet enim turba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur, ſcilicet de ſtatu miſeriæ ad ſtatum gloriæ, & mortui reſurgent incorrupti, ideſt amplius non morituri, & ſine diminutione membrorum. Et ibi dicit Apoſtolus; Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba omnes quidem reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur, ideſt de ſtatu animalitatis ad ſtatum ſpiritualitatis; in nouiſsima tuba, ideſt in voce Chriſti dicentis; ſurgite mortui venite ad iudicium. Et ibi dicit Apoſtolus, Caro, & ſanguis regnum dei poſſidere non poſſunt, ideſt homines dediti vitiis. Et Petrus in epiſtola ſecunda. c. fi. dicit; Non tardat dominus promiſsionem ſuam ſicut quidam exiſtimant; ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini, vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cum igitur hæc omnia diſſoluẽda ſunt; quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum diei domini; per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos vero cœlos, & nouam terram, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter quod chariſsimi hoc expectantes ſatagite immaculati, & inuiolati; & inueniri in pace, & domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem, ſalutem arbitramini. Sicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis; ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de iis, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Et matth. capit. iii. dicit, Permundabit aream ſuam; & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Et in c.xiii.dicit; Exibunt angeli,& ſeparabunt malos de medio inſtorum,& mittens eos in ca-
minum ignis; & ibi erit fletus,& ſtridor dentium,& cap.xvi.dicit; filius enim hominis venturus
eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& tunc reddet vnicuique ſecũdum opera eius. Et Petrus
in canonica dixit; Nouit dominus pios de tentationa eripere,iniquos vero in diem iudicii reſer
nare cruciandos,& in.i.epiſt.c.4.dicit; Omnium antem finis appropinquabit, &c. Et S.Lucas
in c.xiii.ait. Vos eſtote parati,quia qua hora non putatis,filius hominis veniet.Et in c.v.Io.dici-
tur: Et poteſtatem dedit ei iudicium facere,quia filius hominis eſt. Et tota trinitas authoritate
iudicabit,ſed Chriſtus inquantum homo,iudicabit executiue: & videbitur ab omnibus: ratio
eſt, quia iudex debet eſſe manifeſtus omnibus iudicandis: deus autem pater, vel filius ſecundum
diuinam naturam non videbitur in iudicio ab omnibus,quia tunc omnes eſſent beati; quoniã
in tali viſione conſiſtit beatitudo. Ideo executio iudicii data eſt Chriſto homini, qui poterit ab
omnibus videri. Et præcedent,qui bona fecerunt. Hoc dicitur ad denotandum,quòd fides ſine
operibus non ſufficit ad ſalutem.Ita Nicolaus de Lira in cap.v.Ioan.vbi dicit textus: & poteſta
tem dedit ei iudicium facere,quia filius hominis eſt.Et Paulus.i.ad Corinth.vi.dicit: Neſcitis,
quoniam angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia.ſ.per approbationem.Et legitur Apoc.
xxi.Abſterget deus omnem lachrimam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, & nox vltra nõ
erit.Et Iacob.in cano.dicit; Agite nunc diuites,plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ adue-
nient vobis: & loquitur de iudicio finali. Notabis,quòd anima nõ poteſt eſſe perfecte beata,nec
quieta,niſi vniatur cum corpore; ad quam vnionem habet naturalem inclinationem, vt not.per
Nicolaum de Lira.xxii.Matth.Et in reſurrectione multi erunt nouiſsimi primi,& primi nouiſsi
mi;& neque nubent,nec nubentur,ſed erunt ſicut angeli dei in cœlo,vt Matt.xxii. Vbi etiam di
cit: De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis,quod dictum eſt a deo dicente vobis: Ego
ſum deus Abraam,& deus Iſaac,& deus Iacob? Non eſt dominus mortuorum, ſed viuentium,
& cap.xxv.dicitur: Vigilate itaque quia neſcitis diem,neque horam.Et in ſymbolo Apoſtolorũ
vt dixi, Inde venturus eſt iudicare viuos,& mortuos.Et in ſymbolo patrum; Expecto reſurre-
ctionem mortuorum,& vitam venturi ſeculi. Et de iudicio finali vide matth.xxv.dicentem; Cum
autem venerit filius hominis in maieſtate ſua,& omnes angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſe-
dem maieſtatis ſuæ,& congregabuntur ante eum omnes gentes,& ſeparabit eos adinuicem ſicut
paſtor ſegregat oues ab hedis.Et ſtatuet oues quidem a dextris,hedos autem a ſiniſtris; oues qui
dem a dextris,ideſt in potioribus bonis,quia transferentur ad gloriam, hedos autem a ſiniſtris,
quia mali dimittẽtur ad pœnam,& quia dextera eſt locus honorabilior,ideo conuenit electis.
Tunc dicet Rex his, qui a dextris erunt,Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis re
gnum a conſtitutione mundi, eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi
bibere;hoſpes eram,& collegiſtis me;nudus,& operuiſtis me;infirmus,& viſitaſtis me: in carce-
re eram,& veniſtis ad me.Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes: Domine quando te vidimus eſu
rientem,& pauimus? ſitientem,& dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem,&
collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum,aut in carcere
& venimus ad te? Et respondes Rex dicit illis: Amen dico vobis,quandiu feciſtis vni de his fra-
tribus meis minimis,mihi feciſtis.Tunc dicet & his qui a ſiniſtris erunt; Diſcedite a me maledi-
cti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo,& angelis eius;eſuriui enim, & non dediſtis mihi
manducare;ſitiui,& non dediſtis mihi potum,hoſpes eram,& non collegiſtis me;nudus, & non
cooperuiſtis me;infirmus,& in carcere,& non viſitaſtis me.Tunc reſpondebunt ei dicentes. Do
mine quando te vidimus eſurientem,aut ſitientem,aut hoſpitem,aut nudum,aut infirmum, aut
in carcere,& non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis dicens; Amen dico vobis, quãdiu
non feciſtis vni de minoribus his,nec mihi feciſtis.Et ibunt ii in ſupplicium æternum, iuſti autẽ
in vitam æternam.Quantum vtile ſit reducere in mentem terribilitatem vniuerſalis iudicii, oſtẽ
dit ſapiens Eccl.vii. dicens;in omnibus operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum
non peccabis.Et Greg.in quadam hom.xxxix.inquit; Præſentis temporis,ſi qua eſt,ita eſt agen
da lætitia,vt nunquam amaritudo diuinæ iuſtitiæ,& iudicii diuini recedat a memoria. Ait etiam
Ambr.in quodam ſermone; Valdè ſe ſolicitat in bono opere,qui ſemper cogitat de extremo fi-
ne:& uera eſt illa Auguſtini ſententia dicentis;quia apud deum nullum bonum irremuneratum,
& nullum malum impunitum.Neceſſe ergo eſt,quòd veniat vniuerſale iudicium,in quo quiſque
recipiet ſecundum opera ſua,bonum,vel malum.Dixi ſuperius; diſcedite à me maledicti in ignẽ
æternum,qui paratus eſt diabolo,& angelis eius.Dico quòd peccatum angeli non potuit repara
ri,quia ſecundum ordinationem diuinam tempus merendi præfixum eſt tam angelis, quàm ho-
minibus; hominibus quidem mors,angelis vero caſus.Itaque caſus in angelo eſt mors in homi
ne, & ſicut homo poſt mortem non poteſt mereri culpæ remiſsionem,ita & angelus poſt caſum
non poteſt mereri; eſt enim ſemper in termino, & nunquam in uia merendi, aut demerendi, &
hæc eſt veritas.

De ſignis iudicium uniuerſale præcedentibus.

SCiendum eſt ſecundum Ricardum in liiii.diſt,art. xlviii.q.iii.& S.Bonauenturam ea.diſt.In quæſtionibus circa literam,quod Hierony.in quadam epiſt.ſcribit,ſe legiſſe in annalib.Iudæorum quædam ſigna,quæ dicuntur debere præcedere vniuerſale iudicium, ſed vtrum debeant eſſe continua,non expreſsit,quæ ſunt hæc.Prima die omnia maria exaltabuntur.xv. cubitis ſupra omnes montes a loco ſuo miraculoſe,iuxta illud pſal.ciii.Terminum poſuiſti,quem nõ tranſgredientur,neque conuertentur operire terram.Erit ergo,ſicut fuit tempore,quo filii Iſrael tranſierunt mare rubrum ; nam aqua erat illis pro muro.Exod.xiiii.De hac autem eleuatione prophetatum videtur pſal.xcii.vbi ait Dauid loquens de futuris, tanquam de præteritis.Eleuauerunt flumina domine,eleuauerunt flumina vocem ſuam ; Eleuauerunt flumina fluctus ſuos,à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris &c.Et Iſa.50.ait Deus.Ego dominus, qui conturbo mare,& intumeſcent fluctus eius.Videntes autem hæc homines valde contremiſcent. Vnde idem propheta inquit pſal.xlvii.Ipſi videntes ſic,admirati ſunt,conturbati ſunt, commoti ſunt,tremor apprehendit eos.Et congrue ponitur eleuatio.xv.cubitorum:quia praui per transgreſsionem decalogi contra deum eriguntur,iuxta illud Iob. xv. Tetendit manum ſuam contra dominum,& contra omnipotentem cucurrit erecto collo,&c. Et ſimiliter eriguntur contra eccleſiam,quæ in quinque Patriarchatibus conſiſtit,Romano.ſ.Conſtantinopolitano, Alexandrino,Antiocheno,& Hieroſolymitano ; de quibus exponi poteſt illud Hiere.xix. In illa die erunt quinque ciuitates iurantes per dominum exercituum.Secunda die omnia æquora proſternẽtur in profundum,ita vt vix videri poſsint : quod fiet cum terribili ſtrepitu,dicente propheta Abac.iii.Dedit abiſſus vocem ſuam.Dauid pſal.lxxvi. Viderunt te aquæ deus,& timuerunt, & turbatæ ſunt abiſsi.& Iſaiæ dicitur : Areſcet aqua de mari,& fluuius deſolabitur,ac ſiccabitur. Et deficient flumina,attenuabuntur,ac ſiccabuntur riui aggerum,quod erit ſignum depreſsionis damnandorum in profundum inferni ; qui in hoc mundo fuerunt per ſuperbiam eleuati , de quibus dicit Claudianus lib.i.in Ruffinum. Tolluntur in altum , vt lapſa grauiore ruant. Et Martialis poeta inquit ; Altior aſcenſus,grauior plerunq; ruina.Et Maximianus canit : Et grauius ſũmo culmine celſa ruunt.Tertia die aquæ ipſius maris redigentur in priſtinum ſtatum,& fiet adæquatio,& tranquillitas in aquis.Sicut autem exaltatio maris,& depreſsio,ac conturbatio eius ſignificat,& conturbationem,& conculcationem malorum,iuxta illud Iſa.lvii. Cor impii quaſi mare feruens,quod quieſcere non poteſt;& redundant fluctus eius in conculcationem,& luctum . ita ipſius maris tranquillitas denotabit,quòd boni,qui in hoc mundo,qui mari aſsimilatur, fuerũt diuerſis conquaſſationibus agitati , perfectam quietem recipient,& conſolationem,iuxta illud, quod dicitur Thobiæ.iii.Poſt tempeſtatem tranquillum facis, poſt lachrimationem , & fletum exultationem infundis.Quarta die omnes beluæ, & animalia, quæ mouentur in aquis congregabuntur,& eleuabuntur ſuper pelagus inuicem mugientes.iuxta illud Sapiẽ.xvii.Mugientium valida vox beſtiarum deficientes illos faciebat præ timore.Hoc autem ſignum erit ad deteſtationem nolentium confiteri peccata ſua ; ſicut præcipitur Iacob.v.confitemini alterutrum peccata veſtra. Nam ipſæ belluæ marinæ facient,quod rationales creaturæ facere contempſere. Illæ enim pro modulo ſuo clamabunt ad dominum ; homines vero,quibus data eſt ratio,vox, & voluntas ſua peccata tacebunt.Quinta die omnia volatilia cœli congregabuntur in campis,& non guſtabunt quidquam,nec bibent ; ſed emittent voces quaſdam quaſi flebiles,& quaſi dicant illud Apoc.viii.Væh,væh,væh habitantibus in terra,ideſt tractantibus ea,quæ corporis ſunt: quod de terra originem traxit. Væh habitantibus in terra,i.in peccato mortali.Væh auaris,væh raptorib. væh vſurariis,væh ſuperbis,væh tirannis,& oppreſſoribus proximorum,væh luxurioſis, væh adulteris,væh ſodomitis, væh guloſis,væh partialibus,væh diſſolutis iuuenibus, væh vanis mulieribus,væh malis religioſis,clericis, & ſacerdotibus,væh malis prælatis, væh inobedientibus ſubditis,væh malis artificibus,& mercatoribus,væh omnibus male viuentibus,væh hæreticis,&omnib. infidelibus,væh vobis impiis,qui dereliquiſtis legẽ domini altiſsimi,Ecc.xli. Væh genti peccatrici,populo graui iniquitate,ſemini nequam filiis ſceleratis.Iſa.i.væh qui contradicit factori ſuo,Iſa.xlv.Sexta die flamma maxima conſurget ab occaſu ſolis currens contra faciẽ firmamẽti vſque ad orientem,ad deſignandum quòd peccatores,qui fuerunt frigidi in amore dei , debẽt flamma Infernali in proximo incendi;iuxta illud pſal.cv.Flamma combuſsit peccatores.Septima die omnia ſydera tam fixa,quàm erratica ſpargent ex ſe igneas comas,ſicut cometæ,ad denotandum quòd omnes ſtatus mundi debent mutari,iuxta illud Lucani in.i. Mutantem regna cometæ,&c.Octaua autem die ita magnus erit terremotus,quòd omnia ædificia alta proſternẽtur . de quo Apoc.xvi.dicitur,terremotus factus eſt magnus,qualis nunquam fuit , ex quo homines fuerunt ſuper terram.Et hoc ſignum fiet ad deteſtationem cupiditatis humanis,quaſi terra non poſſit amplius auaros ſuper ſe tollerare.vnde Iſa.xv.& xxiiii.dicitur ; Confractione confringetur terra,contritione conteretur terra,commotione commouebitur terra,agitatione agitabitur ter-

ra,

ra,ſicut ebrius,& grauabit eam iniquitas. Nona die omues lapides ſcindentur, & innicem colli-dentur.Et hoc in deteſtationem eorum,qui noluerunt conteri de peccatis,quibus dicitur, Eccl. x. Cor durum male habebit in nouiſsimo,quia noluit ſeruare illud,Ioh.ii.Scindite corda veſtra. Vnde verificabitur illud Eccleſ.xvi,Contereturr cum delinquente delictum. Decima die omnes plantæ,& herbæ fluent ſanguineum rorem.de quo Ioh.ii.dicit dominus; Dabo prodigia in cœlo ſurſum,& in terra deorſum ſanguinem,& ignem,& vaporem fumi. Et de hoc prophetauit Sybilla Tiburtina dicens iudicii ſignnm;tellus ſudnre madeſcet.Iſa.xxxiiii.dicitur.Inebriabitur terra ſanguine; & hoc ad deteſtationem eorum,qui noluerunt effundere lachrymas ex dolore peccatornm ſuorum,& memoria paſsionis Chriſti.Vndecima die omnes montes,& colles, & ædificia in puluerem redigentur,& adæquabitur terra,de quo pſal.xcvi.dicitur; Montes ſicut cera fluxerunt a facie domini,quia venit iudicare terram. Et Iſa.iiii.dicit; Omnis vallis implebitur, & omnis mons,& collis humiliabitnr,& reuelabitur gloria domini,&c. Et hoc ad ſignificandum, quòd illi,qui habuerunt altitudinem,& ſuperioritatem,ac dominationem ſuper alios, in die iudicii eam habere ceſſabunt; tunc enim,vt ait gl.in c.fi.lxxxix.diſt.amplius non erit dominatio,ſiue gradus maioritatis vnins ad alterum.De hoc etiam ſigno prædictum fuit Barucb.v. vbi dicitur; Conſtituit deus humiliare omnem montem excelſum.& conualles replere inæqualitate terræ.Duodecima die omnia animalia congregabuntur in campis rugientia,& nihil guſtantia,iuxta illud Hiere.ii.Super eum rugierunt leones,& dederunt vocem ſnam; & hoc ad denotandum perpetuum lamentum damnatorum; in quorum perſona dicitur Iſa.xlix. Rugiemus quaſi vrſi omnes. Tertiadecima die omnia ſepulchra ab ortu ſolis vſque ad occaſum patebunt cadaueribus ad reſurgendum:& oſſa mortnorum ſimul congregata ſuper ſepnlcbra ſtabnnt,iuxta illud Ezec. xxxvii.Ecce ego aperiam tumulos veſtros dicit dominus.Et ibidem,acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnũquodque ad iuncturam ſuam;quod erit in deteſtationem eorum, qui credunt nullam aliam eſſe vitam,& negant reſurrectionem fnturam: ſecundum quorum opinionem dicitur pſal.xlviii. Et ſepulchra eorum domus illorum in æternum.Quarta decima die homines tunc viuentes de habitaculis ſuis recedent,diſcnrrentque attoniti,velnt amentes,& nihil adinuicem loquentes ex timnre,& ſtupore,iuxta illud Iſa.xxxiii.Conterriti ſunt ſyon peccatores,poſſedit hyppocritas;qđ fiet in deteſtationem eorum,qui non timent,neqne credunt venturum dei iudicium, ſed deridẽt prædicantes de iis; de quibus dicit pſal.xii.Non eſt timor dei ante oculos eorum. De vagatione autem illorum dicitur, Soph.i.Ambulabnnt vt cæci,quia domino peccauerunt.Quinta decima die omnes homines morientur,& reſurgent cum mortuis longe ante defnnctis,inxta illud Iſa. 13 Oſs,qui inuentus fuerit,occidetnr,& Dan.xii. Qui dormiunt in terræ puluere,euigilabunt. Et poſito,quòd iſta ſigna debeant accidere,credo quod homines erunt ita cæci diuino iudicio, qđ non intelligent ea,ſed tantum trepidabnnt,& pleni formidine deficient a ſenſu.Verum quia Hieronymus non affirmat prædicta ſigna debere accidere,ideo ex euangelico textu tria infallibiliter colliguntur; primum ſigoum dicitur redemptoris apparitio. Secundum corporum cœleſtium immutatio. Tertium euangelicarum virtutnm commotio. De primo canit eccleſia in feſto ſanctæ crucis dicens; Hoc ſignnm crucis erit in cœlo,cum dominus ad iudicandum venerit.Et dominus noſter Ieſus Chriſtus, Matth.xxiiii.dicit. Tunc apparebit ſignnm filii hominis in cœlo. Vnde magiſter in iiii.diſt.xlviii.inquit; Angeli deferent ante eum ſignum crucis.& dicit Richa. in ea.diſt.in quæſtionibus circa literam,quòd ipſammet crucem, in qua crucifixns eſt, portabit ad iudicium,reſtanratam miraculoſe,maximum habentem ſplendorem.De quo Chryſoſt.ſuper Matth.dicit.Crux apparebit ſole lucidior exiſtens.Licet autem aliqui dixerunt,quòd non erit ſignum crucis,in qua mortuns eſt Chriſtus,ſed quoddam ſignnm illius crucis repreſentatum; tamen communiter tenetur,quod illamet crux,in qua crucifixus eſt Chriſtus, portabitur ad iudicinm.Qui enim corpora humana redacta in pulueres,eadem in numero reſtaurabit, illam eandem crucem numero reſtanrare poterit.Et multo rationabilius eſt,quòd ipſamet ad iudiciũ portetur,quàm aliquod ſignum pro ea.Et hoc triplici ratione.Primo in oſtẽſionem glorioſæ victoriæ Chriſti,vt videant omnes,quàm mirabiliter ab eo fnerint redempti.Secundo in oſtenſionem eius miſericordie, vt videant mali,quàm miſercorditer ab eo fuerint ſaluati.Tertio in oſtenſionẽ ſuæ iuſtitiæ,vt videant mali,qnàm iuſte ſunt damnati.Secundum ſignum habetur Matth.xxiiii. vbi dicitur; Sol obſcurabitur,& Luna non dabit lumen ſuum,& ſtellæ cadent de cœlo. Et Lucæ xxi.Erunt ſigna in Sole,& Luna,& ſtellis.Et hoc prædixit Iſa.xiii.dicens. Stellæ cœli non expandent lumen ſuum; obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo,& luna non reſplendebit in lumine ſuo. Circa obſcurationem ſolis notandnm eſt ſecundum Alex.de Ales in iii.par.ſummæ,& Riccha.qui ſequuntur Magiſtrum in iiii.diſt.xlviii.quòd ſolem,& lunam obſcurari poteſt intelligi,vel in ipſo aduentu iudicii,& ſic dicuntur obſcurari non ſui luminis priuatinne,ſed ſnperueniente maioris lnminis claritate,vt ait Hieronymus; quia maius lumen obfuſcat minus. Vnde Chryſoſt.ſuper Mat.inquit; Sicut in hoc ſeculo luna,& ſydera mox obſcnrantur orto ſole,ſic in glorioſa Chriſti apparitione ſol obtenebreſcet,& luna non dabit proprium lumen hæc ille. Tertium ſignum

erit

erit angelicarum virtutum commotio;de qua matth.xxiiii.dicitur;Virtutes cœlorum mouebuntur.& Lucæ.xxi.idem dicitur. Et hoc etiam ſecundum præfatos doctores dupliciter intelligi valet,aut pro ordine virtutum,qui ſecundum Dionyſium in libro de angelica hierarchia eſt medius in media hierarchia; aut pro omnibus cœleſtibus ſpiritibus.Si primo modo,ideo virtutes cœlorum mouebuntur,quia angeli illius ordinis,quorum officium eſt circa mundi regimen,faciendo aliqua facta inſolita ad reuocandum mentes hominum in deum , per modicum tempus ante Chriſti aduentum facient facta maioris admirationis,quàm vnquam ante fecerunt. & in ipſo aduentu mouere ceſſabunt corpora cœleſtia.Item notabitis cap.ii.in epiſtola.ii.ad Theſſ.vbi Apoſtolus reddit Theſſalonicenſes cautos.Circa quod ſciendum,quòd aliqui Theſſalonicenſes credebant diem iudicii eſſe propinquatum propter tribulationes , quas ſuſtinebant ; quia Chriſtus in euangelio dixerat,eccleſiam maxime tribulari appropinquante die iudicii , vt patet Matt.xxiiii. propter quod timebant maiores tribulationes incurrere: tum quia Apoſtolus dixerat in.i. epiſt. ad Theſſ.c.iiii.(vt iam diximus)multa de iudicio vniuerſali.Propter quod in d.c.ii. aſſecurat eos de die iudicii longa diſtantia,reddens eos cautos dicens ; Rogamus autem vos fratres per aduẽtum domini noſtri Ieſu Chriſti,& noſtræ congregationis in ipſum, vt non cito moueamini a veſtro ſenſu.neque terreamini,neque per ſpiritum,neque per ſermonem,neque per epiſtolam;tanquam per nos miſſam,quaſi inſtet dies domini.Neque vos ſeducat vllo modo ; quoniam niſi venerit diſceſsio primum,& reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis,qui aduerſatur , & extollitur ſupra omne,quod dicitur deus, aut quod colitur , ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit deus.Non retinetis quod cum adhuc eſſem apud vos,hoc dicebam vobis? Itaque iſta duo ſigna ſecundum Apoſtolum præcedent iudicio.De diſſenſione in eccleſia meo iudicio iã laboramus in ea propter prauam inuentionem hæreticorum.& vide Nicol. de Lira in d.c.ii. De loco iudicii vbi congregandi ſunt omnes homines,habemus ſcripturarum Iohel. iii. Vbi inquit deus ; Adducam omnes gentes in valle Ioſaphat,& diſceptabo cum eis.Pro quorum declaratione videbis Richar.in.iiii.diſt.xlviii.arg.i.q.vii.quòd Chriſtus non deſcendet in vallem, ſed ſuper montem olueti,vbi in cœlum aſcendit ; & reſidebit in aere in throno fulgentiſsimo,in loco alto vt ab omnibus poſsit videri.Homines congregabuntur in valle Ioſaphat , cui præeminet mons olueti , electis tamen ad dexteram iudicis exiſtentibus,non in terra,ſed in aere, iuxta illud.i.ad Theſſ.iiii.Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aere.Sed perfecti eminentius,& magis prope iudicem erunt , reprobi vero in terra ſtabunt a ſiniſtris iudicis , vt habetur expreſſe Matth.xxv.& iis concordat Magiſter in iiii.diſt.xlviii.ca.pen. Itaque reprobi iacebunt ſicut vermes fœtidi,& valde lapſi.& dicunt doct.quòd magis congruum eſt , quod Chriſtus iudicando ſtet in aere ſuper montem olueti,quàm ſuper locum,in quo paſſus eſt in forma infirma,ſed iudicabit in forma glorioſa,ſicut & aſcendit.Faciet igitur deus venire accuſatores contra malos,qui erunt quatuor principales ; primus erit conſcientia propria cuiuſque,iuxta illud xxi.Dan. Millia millium miniſtrabant ei,& decies centena milia aſsiſtebant ei : ſeditque iudicium , & libri aperti ſunt,ideſt conſcientiæ.& Hiere.ii.dicitur ; Arguet te malitia tua.& Sapi.iiii. Traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.& ad Rom.ii.inquit Paulus ; Teſtimonium illis reddente conſciẽtia eorum : tunc enim in conſcientia cuiuſque patebunt omnia ſcelera. Et qui de peccatis pœnitentiam non fecerunt,in conſpectu totius mundi confundentur ; quia(vt ait Bernardus)peccatũ proprium cuique dicet in iudicio,tu me feciſti opus tuum ſum,ego ſemper tecum ero . Secũdus accuſator erit ſcriptura ſacra,propheta,& prædicatores,Ioa.v.Eſt qui vos accuſat,Moyſes, & lex moyſi.Tertius erit cœlum cum omnibus creaturis,Iob.xx. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum.Quartus erit dæmon,de quo Apoc.xii.dicitur. Diabolus accuſator eſt fratrum,qui accuſabit eos ante domini noſtri conſpectum.Examinabuntur teſtes,quorum primus erit angelus cuiuſque.Vnde Chryſoſt.ſuper matthe. inquit ; Angeli erunt cum ipſo teſtificantes quantum adminiſtrauerunt a deo miſsi.Secundus teſtis erit filius indiſciplinatus cõtra patrem ; ideo Eccl.xli.dicitur ; De patre impio conquæruntur filii , quoniam propter illum ſunt in opprobrium. Tertius teſtis erit clamor pupillorum,orphanorum,& viduarum, de quib. Sap.v.dicitur : tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos,qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.Item teſtes erunt Chriſtus,& paſsio eius,iuxta illud Hierony. Crux Chriſti contra te perorabit.plangent ergo omnes tribus terræ ; neque enim virtus reſiſtendi erit neque fugiendi facultas a facie eius;nec pœnitentiæ locus,nec ſatisfactionis tempus . Et anguſtia erit omnium rerum,nihilque eis remanebit præter luctum. Quæ omnia conſiderans Bernardus in quodam ſermone inquit ; Attende quàm cito veniet dies vltima:ſubito veniet, & forſitan hodie erit,iam adeſt.Et poſt iudicium aer erit clarior ſepties,quàm nunc ſit,neque habebit impreſſiones,quas patitur modo ; quia non erunt nubes,neque venti,nec pluuia,nec ros,neque grãdo, neque tonitrua,neque fulgura.Et tunc verificabitur illud pſal.xvii.præ fulgore in cõſpectu eius nubes tranſierunt,grando,& carbones ignis.Et vide Baſilium ſuper pſal.xxviii.Ignis vero,& aqua fient puriora,& manebunt ſecundum doctores non ſolum ſecundum ſubſtantiam, ſed etiã ſecun-

ſecundum qualitates ſuas, quantum ad habitus, quos nunc habent, & non quantum ad vſum. Et in pſal.cix.dicitur; Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum. Et aduerte quòd triplicem ruinam reparabit, & reficiet Chriſtus, & reſtaurabit in die iudicii. Nam primo reparabit, & implebit ruinam corporum, & cadauerum mortuorum; quia mittet angelos ſuos, & vocabit omnes mortuos a quatuor ventis terræ, & congregabit omnes in vallem Ioſaphat; & ſic erit impleta, & reparata ruina corporum mortuorum. Et Chriſtus implebit & reparabit ruinam falſam iudiciorum. Et Chriſtus implebit, & reparabit ruinam angelorum; quia tunc erit completus numerus electorum, & implebuntur ſedes vacuæ. de quibus angeli mali ruerunt. Ex ſupradictis conſtat, quod requiritur ad vltimum hominis beatitudinem, quòd anima rurſum corpori vniatur, ita ſanctus Tho. in ſuo compendio theologiæ, capi.cli. & idem corpus reſumet, vt in.c.clii. eiuſdem operis, & omnia membra reſurgent, & ſine aliquo defectu, quia deus omnia ſupplebit in corpore deformato. Et in dicto cõpendio videbis aliqua de reſurrectione mortuorum, & vide omnino ea, quæ dixi in ſecunda parte præſentis ſermonis. Et pro nũc iſta ſufficiant. Nunc aliqua pro complemento ſermonis de purgatorio dicamus. Itaq; ex lectura ſermonis noſtri conſtat, quòd humana ſalus conſiſtit in veritatis cognitione, ne per diuerſos errores intellectus obſcuretur humanus; indebiti finis intentione, ne indebitos fines ſectando a vera fœlicitate deficiat; in iuſtitiæ obſeruatione, ne per vitia diuerſa ſordeſcat, Cognitionem autem veritatis, humanæ ſaluti neceſſariam breuibus, & paucis fidei articulis comprehendit. Hinc eſt quod Apoſtolus ad Rom.ix.dicit. Verbum abbreuiatum faciet deus ſuper terram; & hoc quidem eſt verbum fidei, quod prædicamus. Intentionem humanam breui oratione rectificauit, in quo dum nos orare docuit, quò noſtra intentio, & ſpes tendere debet, oſtendit; humanam iuſtitiam, quæ in legis obſeruatione conſiſtit, vno præcepto charitatis conſummauit. Plenitudo enim legis eſt dilectio. Vnde Apoſtolus.i.ad Corinth.xiii.in fide, ſpe, & charitate, quaſi in quibuſdam ſalutis noſtræ compendioſis capitulis, totam præſentis vitæ perfectionem conſiſtere; docuit dicens; Nunc autem manent fides, ſpes, & charitas. Vnde hæc tria ſunt, vt beatus Auguſt.dicit, quibus colitur deus. Ideo fratres chariſsimi optimam doctrinam de Chriſtiana religione tradidi, quam ſemper præ oculis poſsitis habere. Et circa hæc tria in præſenti ſermone tota noſtra verſatur intentio. Nam diximus de fide, de ſpe, de charitate; nunc (vt promiſimus) de purgatorio dicamus.

De purgatorio.

LIcet aliquæ animæ ſtatim cum à corporibus abſoluuntur, beatitudinem æternam conſequantur; aliqua tamen ab hac conſecutione retardantur ad tempus. Contingit enim quandoque aliquis pro peccatis commiſsis, de quibus tamen finaliter pœnitent, pœnitentiam debitam non impleuiſſe in hac vita. Et quia ordo diuinæ iuſtitiæ habet, vt pro culpis pœnæ reddantur, oportet dicere, quòd poſt hanc vitam animæ pœnam exoluant, quam in hoc mũdo non exoluerunt. Non autem ita, quòd ad vltimam miſeriam damnatorum deueniant; cum per pœnitentiam ad ſtatum charitatis ſint reductæ; per quam deo ſicut vltimo fini adhæſerunt, p quod vitam æternam meruerunt. Vnde ſequitur poſt hanc vitam eſſe quaſdam purgatorias pœnas, quibus pœnitentiæ non impletæ implentur. ita beatus Tho. in ſuo cõpendio Theologiæ. c.clxxxi. Similiter etiam contingit, aliquos in hac vita decedere ſine peccato mortali, ſed tamen cum peccato veniali, per quod ab vltimo fine non auertuntur, ſed circa ea, quæ ſunt ad finem, indebite inhærendo peccauerint. Quæ quidem peccata in quibuſdam viris perfectis ex feruore charitatis purgantur, in aliis autem oportet per aliquam pœnam huiuſmodi peccata purgari; quia ad vitã æternam aſſequendam non perducitur, niſi qui ab omni peccato, & defectu fuerit immunis. Oportet igitur ponere purgatorias pœnas poſt hanc vitam. ita S. Tho. vbi ſupra, c.clxxxii. Ad maiorẽ declarationem ſciendum eſt ſecundum Ricc.in.iiii.diſt.art.ii.q.i.& B.Th.ead.diſt.arti.ii.q.iiii. ꝙ animæ decedentium ex hac vita, aut vadunt in paradiſum, vel in limbum, aut in infernum, aut in purgatorium. In paradiſum vadunt ſtatim poſt mortem tres ſpecies hominum, quæ ſunt ſignificatæ per illos tres homines, quibus apertum eſt cœlum. Primo apertum eſt Chriſto baptizato, Luc.iii. per quod ſignificatur ꝙ cœlum aperitur baptizatis. Quicunque etenim recte baptizati ſunt ſiue paruuli, ſiue adulti, ſi decederent ſtatim poſt baptiſmum, ad cœlos recto tramite euolarent. Baptiſmus enim virtute paſsionis mundat ab omni peccato tam originali, quàm actuali, ſecundum Aug. in lib. de baptiſmo paruulorum; vt etiam habetur in c.per baptiſmum, de conſec. di.iiii.& per Magiſtrum in iiii.diſt.iiii. Secundo apertum eſt cœlum Stephano lapidato, & martirizato. Vnde dixit Act.vii. Ecce video cœlos apertos. per quod ſignificatur, ꝙ cœlum aperitur omnibus martiribus, ita quod ſtatim poſt mortem euolant ad cœlos; & omnia peccata, quæ habẽt falce martirii reſecantur, quoad omnem pœnam. c.baptiſmi vicem, & cap. Cathecuminũ, de conſe. diſt.iiii.& c.firmiſsime.xv.q.i. Tertio apertum eſt cœlum Ioan.euang. viro perfectiſsimo; vnde ipſe dixit Apoc.iiii. Vidi oſtium apertum in cœlo, per quod ſignificatur, ꝙ viris perfectis, qui

totaliter

totaliter pœnitentiam de peccatis compleuerunt, vel nulla peccata mortalia commiſerunt, & ſi qua venialia fecerunt, feruore charitatis protinus abſorpta ſunt, cœlum ipſum cõtinuo aperitur, & in illud perpetuo regnaturi ingrediuntur; vt habetur Apoc.xiiii. vbi dicit Aquila volans; Audiui vocem de cœlo dicentem mihi, ſcribe; Beati mortui, qui in domino moriuntur, amodo.n. iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. opera enim illorum ſequuntur illos.

Concludo igitur ſecundum Rich. & Tho. vbi ſupra, & Auguſt. in libro enchi. quòd ſuffragia non debent fieri pro exiſtentibus in paradiſo; cum ipſi ex noſtris orationibus non poſsint percipere aliquam vtilitatem, cum ſint immunes ab omni indigentia, & habẽt quicquid habere cupiunt ſecundum omnes Theologos in iiii. diſt. xlix. Ideo dicit Aug. vbi ſupra; Iniuriam facit martiri, vel beato, qui orat pro ipſo. Tamen ſiquis orauerit pro aliquo, qui ſit in paradiſo, de cuius ſtatu non eſt certus, non ammittit mercedem ſuam; quia oratio eius (vt ait pſalmiſta) in ſinu ſuo conuertetur.

Secundo dico, quòd ad limbum vadunt omnes illi, qui moriuntur ſolum cum peccato originali ſecundum prædictos Theologos, videlicet Ricch. & Tho. vbi ſupra. Et ſciendum eſt ſecundum Rich. in. iiii. diſt. xlv. ar. i. q. ii. ꝙ ſub terra ſunt quatuor loca, vnus ſupra alterum; quæ omnia poſſunt appellari infernus, quaſi inferius, generaliter accipiendo, ſed particularia habent nomina. Nam vltimus dicitur infernus proprie. Secundus ꝓpe ipſum dicitur Limbus. Tertius purgatorium. Quartus ſinus Abrahæ. Lucæ. xvi. in quo nunc non eſt aliquis, ſed ibi ſteterunt ſancti patres ante Chriſti aduentum: & aliquando etiam appellatur limbus. Qui ergo vadunt ad limbum, ſunt morientes ſine baptiſmo ſine aliquo actuali peccato. Et pro his non debemus ſuffragia facere, quia nihil eis proſunt, ſicut probat Franc. de May. In tract. ſuo de ſuffr. Et poteſt ſic ꝓbari; Fundamentum omnium ſacramentorum eſt baptiſmus, de conſec. diſt. iiii. c. cum itaque: & ſine illo alia ſacramenta conferri non poſſunt. i. q. i. c. ſiquis per ignorantiam. Cum ergo in limbo non ſint, niſi illi, qui non ſunt baptizati, pro peccato originali puniuntur pœna damni. ſ. carẽtia viſionis diuinæ; ergo non poterunt adiuuari per ſuffragia, cum non ſint vniti per baptiſmum corpori myſtico eccleſiæ. Ex quo apparet, quàm graue ſit peccatum illorum, qui occidũt pueros ante baptiſmum, quia nunquam poſſunt reſtituere illis, quod auferunt, ſcilicet vitam æternam, & gloriam cœleſtem.

Tertio ad infernum deſcendunt omnes illi, qui moriuntur cum peccato mortali; ideo cuilibet ſic morienti dicitur, Iſa. xiiii. ad infernũ detraheris in profundum, &c. & de his ſciendum ſecũdũ Aug. in Enchi. & Magiſtrum in iiii. diſt. xlv. & S. Bona. Scotum, Ric. & S. Th. ea. diſt. & habetur extra de celeb. miſſ. cum marthæ, & xiii. q. ii. c. in præſenti, & c. pro obeuntibus; quòd pro damnatis non debent fieri ſuffragia, quia nihil eis prodeſſe poſſunt; nam ſicut membra præſciſſa à corpore non poſſunt recipere alimentum de cibo aſſumpto ab ipſo corpore; ita damnati, cum ſint præciſi a corpore myſtico eccleſiæ, quia nõ habent charitatem, per quam membra corporis myſtici vniantur, non poterunt ſentire aliquod iuuamen per ſuffragia eccleſiæ. Vnde concludit ſanctus Bona. in iiii. diſt. xlvi. ar. i. q. i. quòd in inferno nulla eſt redemptio, neque quò ad totalem liberationem, nec quò ad pœnæ diminutionem, vel mitigationem, neque quò ad temporis ſuſpẽſionem, neque quò ad ſortificationem ad leuius tolerandum. Et hoc eſt, quod dicitur Prouer. xi. mortuo homine impio non erit vltra ſpes. Et dicit S. Bona. vbi ſupra, quòd eccleſia non intendit vllo modo pro damnatis orare, quia neque ipſi, nec alii poſſunt pro eis deo ſatisfacere; quamuis enim damnati ipſi ſemper ieiunabunt, tamen hoc illis non erit ad meritum, ſeu ad ſuppliciũ, Hierem. xiiii. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum. Non etiam poterunt deo ſatisfacere ꝑ orationes, Prouerb. i. Tunc inuocabunt, & ego non exaudiam, dicit dominus. Vnde de domino dato ait pſal. Et oratio eius fiat in peccatum. Neque etiam per opera miſericordiæ: non.n. poterunt aliquem induere, quia ipſi erunt totaliter denudati, Ezech. xvi. Eris nuda, & confuſione plena. Non cibum, vel potum alicui porrigere, quia erunt perpetua fame, & ſiti afflicti, Iſa. lxv. Ecce ſerui mei comedent, vos eſurietis, &c. Nec hoſpitio aliquem recipere, quia erunt a ciuitate Dei exules, Apo. xxii. foris canes, & venefici, & impudici, &c. Nec infirmos viſitare; quia iacebũt perpetuis doloribus cruciati. Iſa. 50. In doloribus dormietis, &c. Nec ad incarceratos ire, quia erunt perpetuis vinculis compediti, Sap. xvii. Vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, &c. Nec aliquos ſepelire, quia ipſi erunt in inferno in æternum ſepulti, Lucæ, xvi. mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Nec etiam ſancti poterunt eis veniam impetrare, dicente domino, Hierem. vii. Tu noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eo laudem, quia non exaudiam te. Sed cõtra prædicta inducunt aliqui exemplum Gregorii, de quo legitur in vita eius, quòd cũ ſemel trãſiens per forum Traiani recordaretur de eius manſuetudine. Nam cum quadam die ipſe Traianus feſtinaret ad bellum, vidua quædam occurrit ei dicens; obſecro, vt ſanguinem filii mei innocentis interempti vindicare digneris. Cumque Traianus dixiſſet, quòd ſi ſanus reuerteretur, vindictam faceret, tunc vidua dixit; Quis mihi hoc præſtabit, ſi tu in prælio mortuus fuerit? Reſpondit Traianus ille, qui poſt me imperabit. Cum vidua, Et quid tibi proderit, ſi alter mihi iuſtitiam

ſecerit? Reſpondit Traianus,vtique nihil.Et vidua ait; Nonne melius eſt, vt tu mihi iuſtitiam facias,quàm alteri tranſmittas? Tunc Traianus de equo deſcendit, & viduæ iuſtitiam miniſtrauit,inuenitque, quod filius ſuus,dum per vrbem equitando nimis laſciue diſcurreret, filium viduæ interemit.Quare Traianus filium ſuum,qui hoc fecerat,viduæ loco filii ſui defuncti tradidit,& magnifice eum dotauit.Quam manſuetudinem conſiderans B.Greg.in eccleſia S.Petri ꝓ anima Traiani amariſsime fleuit.Et ibi diuinitus ſibi reſponſum fuit; Ecce petitionem tuam cōpleui,& Traiano pœnam æternam remiſi: de cætero autem caue,ne pro damnato aliquo preces fundas.hæc omnia habentur in legenda beati Gregorii.Damaſcenus autem in quodam ſermone dicit; Greg.audiuit vocem ſibi diuinitus dicentem: Vocem tuam audiui, & Traiano veniā do. Ex quibus videtur concludi,quòd oratio Gregorii profuit Traiano damnato.Sed ſuper hoc diuerſi varia ſenſerunt; aliqui enim dixerunt,quòd Traianus fuit reuocatus ad vitam, & fecit pœnitentiam,& ſic veniam meruit,& gloriam obtinuit.Sed hæc reſponſio non tollit argomentum. Alii dixerunt quod anima Traiani non fuit ſimpliciter à reatu pœnæ æternæ abſoluta, ſed eius pœna vſque ad tempus.i.vſque ad diem iudicii fuit ſuſpenſa. Et etiam hæc reſponſio non tollit argumentum: quia dictum eſt in ſuperioribus,quòd nullum adiutorium poſſunt dare ſuffragia damnatis.Ioannes vero diaconus,qui vitam beati Gregorii deſcripſit, inquit, quòd non legitur Gregorium oraſſe,ſed fleuiſſe pro anima Traiani Imperatoris; & frequenter deus miſertus concedit,quod homo,quamuis deſiderans,petere non præſumit.Et ideo inquit,quòd anima Traiani non fuit ab inferno liberata,in paradiſo poſita,ſed tantum ab inferni cruciatibus facta exempta; poteſt enim anima in inferno exiſtere,& inferni cruciatus per dei miſericordiam non ſentire.Hæc tamen opinio non tollit argumentum.Vnde aliorum eſt opinio verior, & communior, quòd Traianus non fuerat a deo damnatus per diffinitiuam ſententiam; diuina enim ſapientia præuidens beatum Gregorium debere orare pro Traiano,ex ſingulari diſpenſatione diſtulit ſententiam diffinitiuam; & ideo oratione beati Gregorii condonauit Traiano pœnā,ad quam merebatur damnari,& gloriam æternam illi conceſsit.Et ideo non eſt dicendum ex hoc vno, & ſingulariſsimo exemplo,quòd damnatis per diffinitiuam ſententiam ſuffragia eccleſiæ proſint;cum nec in minimo poſsint eis fauere: ius enim ſingulare non trahit ad conſequentiam.l.quod vero contra.ff.de legibus.

Dicit ergo Auguſt.in lib.enchi.de ſuffragiis,quæ fiunt pro malis: Talia enim omnia etſi pro valde malis nulla ſint adiumenta,qualeſcunque tamen ſunt conſolationes viuorum.hæc ille.Pro concluſione ergo qōd ad hoc dico,quòd quia neſcimus ſæpe numero,vtrum quis ſit ſaluatus,vel damnatus; & multi ſunt,qui ita videntur boni,& in morte credantur tranſire ad cœlum, & tamen vadunt ad purgatorium propter aliqua peccata ſecreta,quæ non purgauerunt.Alii vero qui ſemper fuerunt mali,aliquando in morte accipiunt talem contritionem, quòd ab inferno liberātur,& ad purgatorium mittuntur,& de eorum contritione nobis non conſtat; poſſumus rogare deum cum conditione.ſ. ſi ſunt in tali ſtatu, quod noſtra oratio illis prodeſſe valeat; & tales orationes non erunt fruſtratoriæ,quia ſi non proderunt illis,proderunt nobis,iuxta illud Saluatoris dictum Matth.& Lucæ.x.Si ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra; ſin autem,ad vos reuertetur.

Quarto dico ſecundum prædictos doct.quòd aliquæ animæ vadunt ad purgatoriū, & ſunt illæ, quæ moriuntur cū peccatis venialib.ſolum; vel ſi qua mortalia cōmiſerunt,tempore mortis cōtritionem habuerunt,ſed pœnitentiā debitam non impleuerunt.Tales.n.non debent ire ad infernum,quia non ſunt mortui in peccato mortali;neq; ad limbū,quia ſunt baptizati; neq; paradiſum poſſunt intrare,quia ſcriptum eſt in c.non pōt,de pœn.di.i. Non poteſt quiſquam gratiā vitæ cœleſtis accipere,niſi purgatus fuerit ab omni labe peccati.ſcriptum eſt.o.Apoc.pen.Nihil coinquinatum intrabit in illa.Vnde dicit Ric.in.iiii.di.xxi.ar.i.q.i.quòd nullus pōt de lege cōi intrare vitam æternā,donec eſt obligatus alicui pœnæ.Quia ergo iuſtitia requirit, vt peccata purgentur,& puniantur.l.ſi longius,cū ſi.ff.de iud.ideo neceſſe eſt dicere,quòd tales animæ, quæ in hoc mūdo non fuerunt purgatæ,& non ſupportauerunt pœnas,quas meruerunt,ꝓ peccatis,poſt modū vadunt ad aliquem locū,in quo purgantur. Et ille locus dicitur purgatorium a purgādo, vt inquit Fran.de May.in ſuo trac.de purg. Vnde de igne purgatorii poteſt exponi illud, qđ dicitur Num.xxxi.Omne,quod pōt tranſire per flāmas,igne purgabitur;& illud Prou.xxv.Aufer rubiginem de argento,& erit vas puriſsimū.Sed notandum ſcđm Ric.in.iiii.di.xxi.ar.i.q.iii.&di.45 ar.i.q.ii.& S.Bona.in.iiii.diſt.xx.ar.i.q.vii.quòd eſt vnum purgatoriū cōe, & generale ſub terra ſuper infernum;ad quod cōiter vadunt animæ purgandæ:ſunt & alia purgatoria particularia, ad quæ aliqñ animæ a deo mittuntur ad faciendā pœnitentiam etiam in hoc mundo.Et hoc facit ſecundum prædictos doct.quinque de cauſis;primo pp eorum leuiorem punitionem, quia aliqñ non meruerunt horribilia tormenta purgatorii cōis,& ideo mittuntur in hunc mundū, vt eorū peccata leuia ſic purgentur.Vnde Greg.in.iiii.dialo.refert aliquibus reuelatū fuiſſe, animas quorundam defunctorū eſſe in vmbra ad faciendam pœnitentiā,& cuidam ſancto patri reuelatū fuit

animam

animam cuiuſdam defuncti eſſe in glacie ad faciendam pœnitentiam. Itaque animæ in purgatorio exiſtentis poſſunt ſuffragiia viuorum adiuuari,intelligendo purgatorium ſiue ſecundum legem communem, ſiue ſecundum diuinam diſpenſationem. Modus autem liberandi animas eſt quadruplex,vel quadrupliciter reducibilis. Nam ſcriptum eſt xii.q.ii.c.animæ defunctorum, & ſunt verba Greg.Animæ defuncturum quatuor modis ſoluuntur,aut oblationibus ſacerdotum, aut orationibus ſanctorum,aut charorum eleemoſynis,aut ieiunio cognatorum.Et idem habetur in c.non æſtimemus,ea.q.& cap.Ideo Aug.in ſermone de cathedra ſancti Petri ait; Oſtēdam hominibus,qua ratione defunctorum ſuorum animas iuuare vtilius poſſint: orent quotidie pro charis ſuis,interpellent Deum voce flebili,deprecentur pro eorum errore veniam,& lapſuum remiſsionem;paſcant eſurientes,veſtiant nudos,& ſi quid horum defunctorum negligentia,minus actum eſt,fide viuentium ſuppleatur; adhibeat quoque vnuſquiſque pro charis ſuis ſanctorum preces,ſacrificia offerat, & ſacerdotali eos proſequutione domino cōmendet:hæc enim ſunt,quæ charos noſtros iuuare poſſunt;hæc ſunt refrigeria quieſcentium;hæc remedia defunctorum.hæc ille. De qua re ille inclitus dux Iudas Machabeus laudatur in Mach.ii.c.xii.vbi dicitur; Vir fortiſsimus Iudas collatione facta duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri eas ibi pro peccatis mortuorum,iuſte,& religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos, qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur,& vanum orare pro mortuis; ſed quia conſiderabat,quòd hi,qui cum pietate dormitionem acceperant,optimam haberent repoſitam gratiam; ſancta ergo,& ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare,vt à peccatis ſoluantur. hæc ibi.Et ideo ſe debet vnuſquiſque ſolicitare,vt orationibus,& eleemoſynis, ac aliis bonis operibus animas defunctorum abſolui faciat à vinculis pœnarum,iuxta illud,Hebræ.xiii. Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti,& laborantium,tanquam & ipſi in corpore morantes.Et ſi opera bona omnia defunctis eis proſunt, potiſsimum tamen ex iis eſt ſacrificium miſſa, in quo meritum paſsionis Chriſti efficatius operatur. Ideo Auguſt. & Grego. dum opera, quæ proſunt defunctis,commemorant,primum omnium ſacrificium altaris enumerant. Similiter in ſacramento ordinis poteſtas confertur presbytero offerendi pro viuis,& pro mortuis. Quod autē verum ſit, mortuos à pœnis per ſuffragia liberari,patet per exemplum, quod ponit Grego.iiii. dialogorum dicens, quòd cum quidam monachus ſuus nomine Iuſtus ad extremum veniens tres ſe habere occultos aureos indicaſſet,& de hoc ingemiſcens mortuus fuiſſet; præcepit Greg. fratribus, vt corpus eius cum tribus aureis in ſterquilinio ſepelirent. Tamen cuidam ex fratribus Greg.præcepit,vt vſq; ad dierum. xxx. ſpatium omni die pro eo corporis Chriſti hoſtiā immolaret. Qui cum iuſſa compleſſet; qui defunctus fuerat, in die trigeſimo cuidam fratri ſibi germano apparuit. quem germanus requiſiuit dicens; Quomodo es? cui ille reſpondit; hucvſque male fui, ſed iam modo bene ſum, quia hodie communionem accepi. Quia vero virtute triginta miſſarum ex impoſitione beati Gregorii dictarum anima illa fuit liberata à pœnis purgatorii, ideo laudabilis conſuetudo inter Chriſtianos exorta eſt, vt pro ſuis defunctis faciant celebrare xxx. miſſas, quæ dicuntur miſſæ ſancti Gregorii propter prædictam cauſam, quo nihil gratius fieri poteſt ipſis mortuis.

Et ideo Eccleſia ordinauit, vt in omnibus horis canonicis quotidie fiat oratio pro defunctis, & dicatur fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. Item inſtituit diem commemorationis omnium defunctorum: cuius cauſam aſsignat author rationalis diuinorum officiorum lib.vii.dicens,quòd ſicut feſtum omnium ſanctorum ordinatum eſt multis de cauſis,maxime propter omiſſorum feſtorum ſuppletionem, quia ipſorum ob multitudinem de omnibus ſpecialiter feſtiuare non valemus,item propter negligentiarum in feſtis,quæ celebramus, commiſſarum expiationem.Vnde in ſermone omnium ſanctorum dicitur,decretum eſt,vt die iſta omnium ſanctorum memoria habeatur, vt quidquid humana fragilitas per ignorantiam,aut negligentiam,vel per occupationem rei familiaris inſolennitatibus ſanctorum minus plene peregiſſet,in hac ſancta obſeruatione perſoluat. Ita pariformiter commemoratio omnium fidelium defunctorum inſtituta eſt fieri ab eccleſia tali die, vt generalibus beneficiis adiuuentur, qui ſpecialia habere non poſſunt. Sicut enim Pet. Damianus ait; Sanctus Hodibe comperiens, quòd apud Vulcanum Siciliæ crebræ voces,& vlulatus dæmonū audiebantur lamentantium,eo quòd animæ defunctorum per eleemoſynas,& orationes de locis pœnalibus accipiebantur, ordinauit in ſuis monaſteriis,vt poſt feſtum omnium ſanctorum fieret commemoratio defunctorū: quod fuit poſtmodum à tota Eccleſia approbatum.Et ideo talem diem expectant mortuorum animæ, cum maximo deſiderio expectantes à pœnis eripi per fidelium ſuffragia in totum,vel in partem. Et in omnibus miſſarum ſolennibus pro defunctis oratio fit.c.viſum,de conſe. diſtin. i. & Apoſtolus ad Hebræos c. v. dicit; omnis nanque Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur,vt offerat dona,& ſacrificia pro peccatis.

Si autem quæratur, cujus miniſterio pœnæ purgatorii infligantur? Reſpondet Rich. in iiii. diſt.ii.art.ii.qō.iii.Et ſanctus Bona.eadem diſtin. argumento primo quæſt.v. quòd non videtur

conueniens,neque veriſimile,quòd Dæmones exerceant hoc miniſterium. Nam non decet,eum qui iuſte de aliquo triumphauit,poſtea puniri per ipſum, & illi ſubiici poſt triumphum;ſed animæ,quæ ſunt in purgatorio,iuſtitiæ adhærendo diabolum deulcerunt,& de eo triumphauerunt in hac vita;ergo non eſt rationabile,quòd eius miniſterio puniantur: iniuſtumq́; eſt, quòd diabolus habeat ſuper ipſas poſt hanc vitam. Præterea, iſtam pœnam purgatorii ſciunt Dæmones indubitanter eſſe vtilem illis, qui ibi cruciantur: quia ad hoc puniuntur,vt purgentur, & ad Deum introducantur; ſed Dæmones vtilitatem hominum non quærunt,ſed damnum,abhórrentq́; animarũ liberationẽ,& purgationẽ;ergo talem punitionẽ non adminiſtrant,ſed fugiunt. Item alius eſt,qui punit filium;alius,qui punit latronẽ;nam filiũ punit dominus domus,& doctor,ſed latronem punit commiſſarius,& tortor: ſed dæmones ſunt tortores, & iuſti ſunt ſicut filii,ideo nõ eſt conueniens,eos à dæmonibus puniri. Præterea,vt Aug. inquit,ſi Diabolus cognouiſſet patientiã Iob,& quod eius tentatione debebat proficere,nequaquam ipſum vexaſſet;ergo cum ſciat certis ſignis,quòd illæ animæ non ſunt ſuæ, & quòd ex pœna ſunt meliorandæ , non videtur quod eas vllatenus vexet. Si autem quæratur,vtrum hoc fiat miniſterio bonorum angelorum , reſpondet ſanctus Bona. vbi ſupra,quòd non,quia non eſt veriſimile,quòd ipſi tam grauiter affligant conciues ſuos. Cruciantur ergo illæ animæ, quæ ſunt in purgatorio , nullo alio miniſterio eas torquente,ſed ſolum illa pœna,vt inſtrumento diuinæ iuſtitiæ , ipſas cruciante. Et ideo exiſtens in purgatorio inquit illud Iob.19. Manus domini tetigit me. Ipſæ tamen animæ iuſtæ cum exeunt de corporis ergaſtulo,per miniſterium angelorum deferuntur ad purgatorium,ſi habent aliquid purgandum;& finita purgatione educuntur ab eiſdem,& ad cœlum deferuntur. Itaque ipſi angeli boni ſunt prædictarum animarum ſolummodo adiutores,& non tortores. Iſte autem ignis purgatorii quantum ſit terribilis,habetur de pœn. diſt.vii.cap. nullus.§. hic autem. vbi dicitur; Hic etiam ignis etſi æternus non ſit , miro tamen modo grauis ; excedit enim omnem pœnam quam vnquam aliquis in hac vita paſſus ſit. Nunquam in carne inuenta eſt tanta pœna,& ſi mirabilia paſſi ſunt martyres tormenta. hæc ille. Et ſunt verba Auguſt. in libro de pœnitentia. Et eadem ſententia quaſi per omnia habetur 25.diſt.c.qui aliud.& idem dicit Magiſter.4.diſt.21. & ibi ſanctus Bona.art.3.q.2.& beat. Tho.in eadem diſt.in.art.1.q.3.& Franciſcus de May.in tractatu de purgatorio.Richar.& Magiſter in 4.diſt.20.argu.2.q.1.dicit,quòd pœna cauſatur dupliciter,ſcilicet ex abſentia boni amati,& præſentia mali odíti: & vtroque iſtorum modorum pœna purgatorii eſt maior qualibet pœna temporali,declarando,vt ibi.& ea.diſt.q.ii.ait,quòd parum de pœna,quam homo voluntarie aſſumit in hoc mũdo,liberat eum magna portione illius pœnæ,quæ eſt in purgatorio. Algazel quoq;.5.phyſi.c.4.de pœna purgatorii dicit,quòd eſt cruciatus ineffabilis. Vnde ſcribit Iac.epiſcopus Tuſculanus , quod quidam mortuus precibus cuiuſdam ſancti fuit ereptus de purgatorio ad agendam pœnitentiam in terris : qui poſtmodum ita ſe affligebat, quòd in ſepulchris habitabat,& in igne,ac niue, & glacie ſe inuoluebat. Vnde interrogatus , cur hoc faceret,reſpondit,ſi lacus ante eccleſiam totus igneus eſſet, eligerem in eo eſſe vſque ad diem iudicii,vt poſſem euadere pœnam purgatorii. Item legitur de beato Gregorio , quòd poſtquam orauit pro Traiano, apparuit ei angelus, & ait : Quod pro damnato rogaſti,duorum tibi datur optio; aut in purgatorio duobus diebus cruciaberis, aut toto tempore vitæ tuæ fatigaberis doloribus,& infirmitatibus;quod ipſe potius elegit, quàm duobus diebus in purgatorio cruciari. Legitur quoque de quodam ſancto viro,quòd cum eſſet infirmus ad mortem, propter quædam peccata,quæ adhuc non purgauerat,dedit Deus illi hanc electionem, quod aut ſtaret per horam in purgatorio,aut ſeptem annis in hoc mundo cum magnis,& continuis infirmitatibus. Quo eligente purgatorium,cum ibi fuiſſet per ſpatium minimum, cœpit clamare ad angelum , qui eum detulerat; Tu non ſeruaſti promiſſum;nam dimiſiſti me hic per annum; quo dicente , quòd non ſteterat,niſi per dimidium aue maria;ille potius elegit reuerti ad corpus, & ſtare ſeptem annis in hoc mundo cum omnibus pœnis præſentibus,quàm illic parum temporis,quod reſiduum erat. O deuoti Chriſtiani,ſi vos vultis, poteſtis faciliter liberare mortuos veſtros à tantis tormentis, ſcilicet orationibus;eleemoſynis,ac ieiuniis,aliisq́; ſuffragiis. Legitur nanque in chronicis ordinis beati Franciſci,quod quidam frater mortuus apparuit beato Conrado de offida eiuſdem ordinis, & interrogatus ab eo , quomodo ſtaret , reſpondit , quòd erat in purgatorio ; ſed rogabat eum,vt pro eo faceret aliquam orationem. Tunc beatus Conradus dixit vnum Pater noſter pro anima eius . quo dicto ille mortuus dixit ; O pater chariſsime , quantam mihi conſolationem dedit oratio veſtra ; certe videtur mihi , quod magnas mihi pœnas abſtulerit , ita quod ſum valde alleuiatus . Tunc beatus Conradus dixerat iterum centum Pater noſter pro eo. quibus finitis , dixit ille mortuus ; Gratias vobis immenſas ago , pater venerande , quia per orationes veſtras ſum liberatus ab omnibus pœnis purgatorii , & vado ad gloriam cœleſtem . Et his dictis ad cœlum aſcendit . Legitur quoque in eiſdem chronicis , quòd dum beatus frater Ioannes de Abierna eiuſdem ordinis in die mortuorum miſſam diceret pro eis, vidit quaſi infinitas animas de purgatorio exeuntes , & Paradiſum aſcendentes , tanquam ſcintillas de ardenti for-

ti for-

ti furnace exeuntes, & in aera tranſuolantes. O ſi poſſemus aures ad os purgatorii ponere, audirèmus profectò mortuos noſtros clamantes in igni horribili, & dicentes; O quam terribilis eſt iſta flamma, ò quàm ardentiſſimus ignis; quis nobis aliquid refrigerii præſtabit? Vnde inquit Greg. iiii. dialogorum; Non eſt differentia inter ignem inferni, niſi quòd illi, qui ſunt in purgatorio, habent ſpem aliquando exeundi inde, quam non habent damnati. Clamantque patres, & matres in purgatorio dicentes; O filii ingrati, quibus bona noſtra dimiſimus, ſuccurrite nobis. Clamant mariti vxores vocantes, & dicentes; O vxores, in quibus confidentiam habentes, diuitias noſtras vobis dimiſimus, & dotes accreuimus, ac dominas noſtrorũ bonorum vos reliquimus, ſubuenite miſeris, & nos adiuuate, vt exuamur ab his atrociſſimis pœnis. Vbi eſt amor, quem nobis oſtendebatis? bene apparet, quòd vera eſt illa ſententia, quæ dicit; qui longe eſt ab oculis, cor de longe abeſt. Heu nobis, quia quilibet noſtrum dicere poteſt cum pſalmiſta; Obliuioni datus ſum, tanquam mortuus à corde. Et de nobis prophetauit idem pſalmiſta; deperiit memoria eorum cum ſonitu, ſcilicet campanarum, & fletu in morte, & ſepelitione noſtra. O igitur propinqui, & affines noſtri, ſi nos diligitis, oſtendite modo in tantis calamitatibus noſtris.

De quo quidem igne purgatorii Paulus 1. ad Corint. 3. ſcribit; Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Et paulo infra; Ipſe autem ſaluatus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Et aduertite, quòd aliqui hæretici negabant purgatorium; & in concilio Ferrarienſi ſeſſione prima præſente Ioanne Imperatore Conſtantinopolitano, & præſente Patriarcha Conſtantinopolitano, inter doctores Latinos, & Græcos fuit quæſtio de purgatorio diſputata. Et licet eſſet aliqua diſcrepantia inter Latinos, & Græcos, tamen Græci conuenerunt cum Latinis, vt conſtat in dicta ſeſſione prima dicti cõcilii celebrati Ferrariæ, die mercurii, viii. menſis Octob. anno M.CCCCXXXVIII. Et Latini allegabant pro ſe ſupradictam ſanctam, & piam ſententiam Apoſtoli dicentis; Vniuſcuiuſque opus, quale ſit ignis probabit; ipſe autem ſaluabitur, ſic tamen quaſi per ignem. Et concordes intelligebant, & exponebant dictum Apoſtoli pro igne purgatorii. Non autem pro igne perpetuo capi debere dicebant, iuxta illud prophetæ; Salua me domine, quoniam defecit ſanctus. Et alibi; Salua ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te; Et, domine Deus virtutum conuerte nos; & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Petrus autem timens ne ſubmergeretur dixit; Domine ſalua me; Chriſtus extendens manum accepit, & ſaluabit ipſum. Et, ſalua Deus populum tuum. Verbum ergo ſaluare dicebant latini ſemper ad bonam partem accipitur. Et ſic fuit concluſum ſecundum opinionem Latinorũ, authoritate Apoſtoli. Et de purgatorio vide in c. vii. Lucæ, vbi Saluator dixit; Remittuntur ei. ſ. Magdalenæ, peccata multa; quoniam dilexit multum; cui autem parum dimittitur, parum diligit. Ex hoc loco ſumitur, quòd vbi eſt parua dilectio, eſt parua remiſſio, ſed non quantum ad culpam, quia totaliter remittitur culpa; ergo debet intelligi quantum ad pœnam. Ergo ſi impius erat debitor multæ pœnæ, & parum diligat, remittetur ei parum pœnæ; & ita remanebit ei aliqua pœna purganda. Itaque ſi tunc decedat ab hac vita, cum non dilexerit multum, ſequitur, quòd purganda erit talis pena in alio ſeculo. Itaq; ſupradictis authoritatibus conuincuntur hæretici negantes purgatorium. Item pro complemento ſermonis dicemus, quòd quæſtiones diſputentur in ſcholis, & non in eccleſiis coram omni populo; & predicare officium eſt præsbyterorum tantum. cap. adiicimus. xvi. quæſt. i. Et mulieres in eccleſia taceant, id eſt ceſſent à doctrina. Et nota, quòd duplex eſt malum. ſ. culpæ, & pœnæ: culpa enim remittitur ex ſola contritione peccatorum, ſine qua non ſufficiunt opera charitatis. c. dixi, & c. ſi peccatum, de penit. diſtinct. i. Sed pœna peccati ex ſola contritione non dimittitur niſi ex penitentia exteriori, niſi maxima eſſet contritio, nam maxima contritio maxima pœna eſt, vt contritio Magdalenæ, & beati Petri, & boni latronis, & aliorum, vt notatur in glo. & per docto. in c. baptiſmi vicem, de conſecra. diſtinct. iiii. Et anima exiſtens in purgatorio certa eſt de ſua ſalute æterna ſecundum communem doctrinam eccleſiæ, & videt charitatem, ſeu gratiæ habitum in ſe ipſa exiſtentem; & ſic eſt certa de ſua ſalute æterna. & vide doctiſſimum Caietanum in Thomo ſecundo, quæſtione xvii.

Multa ſcripſimus in c. liii. ſ. in iſto ſpeculo in materia hæreſis, & de hæretica prauitate, sèd in fine capituli per viam remiſſionis procedi, in preſentia autem dilatabimus proceſſum hæreticæ prauitatis, dilucidando aliqua præclara & vtiliſſima, quia quæ denouo emergunt nouo conſilio indigent, ideo non mirentur lectores, ſi in longiſſima & neceſſaria lectione aliqua duplicemus. Adde totum iſtud vſq; ad ſ. ad c. 33. Diximus ſupra in iſto cap. de hæreticis, quòd Auguſt. ſic diffinit hæreſim. Hæreticus eſt qui alicuius commodi temporalis & maxime gloriæ principatusque ſui gratia falsas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur, vt in c. hæreticus xxiiii. q. iii. & intelligitur de opinionibus quæ ſunt contrarie fidei. ita S. Tho. 2. ii. q. xi. Sed vt ſ. dixi ad hoc, vt quis proprie dicatur hæreticus duo requiruntur, error in ratione. ſ. de his quæ ſunt fidei, ſecundum eſt quaſi complementum. ſ. pertinacia ſeu obſtinatio in voluntate: vt. ſ. non ſolum eligat voluntate a ſentire falsæ doctrinæ, ſed etiam pertinax eſt ad non aſſentiendum veritati ſibi manifeſtate. Ad fidem autem pertinet aliquid dupliciter. Vno modo directe & principaliter ſicut articuli fidei. Alio modo indirecte & ſecũdario

tinent ad fidẽ:puta ꝙ credat quis ſolem non eſſe maiorẽ terra & huius nõ eſt periculoſus error. Error contra ſacrã ſcripturam:contra articulos fidei:contra determinationẽ eccleſiæ in his quæ pertinent ad fidẽ vel bonos mores eſt hæreſis.ar.24.q.i. Hæc eſt fides. Itẽ determinatio dubiorũ circa fidem pertinent principaliter ad eccleſiã,& præcipue ad Pont.ſummũ Chriſti vicariũ, Petri ſucceſſorẽ,vt expreſſe dicitur 24.q.i.c.quotiens.Et cõtra autoritatem eccleſiæ nullus doctor vel ſanctus ſuam ſcientiã defendit.Secundũ S.Tho.nec Hiero.nec Augu.nec alius.Sicut ergo aſſerens pertinaciter contra fidem eſt hæreticus:Ita & cõtra determinationem eccleſiæ,in his quæ pertinent ad fidem,& neceſſaria ad ſalutẽ pertinaciter aſſerens eſt hęreticus:ipſa.n.eccleſia nunq̃; errare in fide ꝓbatur,vt dicitur 24.q.i.c.Arrecta.& aliis c.ſignanter aũt dicitur:quia aſſerẽs contra determinationem eccleſiæ non ſimpliciter ſed in his dumtaxat quæ pertinent ad fidẽ & ſalutem eſt hæreticus.Nam in aliis contrariũ ſentiens non eſt hæreticus ſicut ius nõ põt ſeparari ab vſu in rebus vſu conſumptibilibus,vt determinauit & declarauit Ioã.22.in extrau.ad conditorẽ. vbi dicit,contradicentes huic ſententiæ eſſe contumaces & rebelles eccleſiæ nõ hæreticos.Tertiũ quod requiritur ad hæreſim,eſt ꝙ error ſit in illo qui catholicã veritatem eſt profeſſus.Si quis.n. nunquã eſſet profeſſus fidem Chriſtianã,& male ſentiret de fide non eſſet proprie hæreticus: ſed ſimpliciter infidelis:vt Iudæus & gentilis qui foris ſunt,vnde dicit Augu.de ciuit.Dei,ꝙ videns diabolus genus humanũ à cultura dæmonũ liberari,hæreticos mouit,qui ſub vocabulo chriſtiano doctrinæ reſiſterent chriſtianæ. Oportet ergo ꝙ error ſit in illo qui in baptiſmo ſuſcepit fidẽ chriſtianã ad hoc vt ſit hæreticus. Quartũ ꝙ requiritur eſt quod ſit in eo qui fidẽ ſuſcepit talis error circa fidẽ,ꝙ aliquã veritatẽ de xp̃o,confiteatur pertinentem ad diuinitatẽ vel humanitatẽ. Si.n.nullã veritatem penitus de Chriſto,cõfiteretur:magis proprie apoſtata quã hæreticus cenſetur.Et ſignãter dico proprie:quia large accipiendo etiã hæreticus dici põt,& grauius peccat quã hæreticus:& grauius eſſet puniendus ſi grauius puniri poſſet.Hæreticus.n.aliquam veritatem de Chriſto cõfitetur.apoſtata à fide nõ:ſicut Iulianus apoſtata:& ſic põt,diſtingui, hæreticus,& apoſtata:licet aliquando vnũ ſũmatur pro alio.Quintũ quod requiritur eſt vt quis talem errorẽ firmata voluntate & obſtinata eligat & pertinaciter ſequatur opiniones,vnde ſecundũ Hiero.hæreſis ab electione eſt dicta.Et ideo ſecundũ Aug.nõ qui falſas opiniones gignit vel ſequitur,ſed qui pertinaciter defendit hæreticus eſt condemnãdus.vnde ſi quis non pertinaci malitia ſentiret aliquid cõtra fidem,ſed ignorantia paratus corrigi,ſi quod ſentit falsũ oſtenderetur ſibi eſſe cõtra fidem vel ſacrã ſcripturã,vel determinationem eccleſiæ:talis nõ eſſet hæreticus,hoc dicit Aug.24. q.iii.c.dixit Apoſt.vbi litera dicit, dixit Apoſtol.hæreticũ hominem poſt primã & ſecundã correctionem deuita.hic dicit,hæreticos poſt ſecundã admonitionem vitãdos,intellige ꝙ hæreticũ damnatũ poſt vnicã admonitionem vitabimus in ſecretis fidei noſtræ,ne eum peritiorem reddamus.vt c.in mandatis 43.diſ.c.nolite.xi.q.iii. ſed quantũ admonitionem faciendã poſſumus ei communicare quotieſcunq; viſum fuerit,ſed hæretico nondũ damnato poſſumus explicare ſecreta fidei ſæpius eum corrigendo.ita doct.poſt gloſ.in d.c. dixit Apoſt.& ipſe Auguſt.dicebat. Errare potero;ſed hæreticus non ero; quia ſ.erat paratus corrigi cum ſibi fuiſſet oſtenſus error.Et ideo conſtat quod quotidie inter doctores circa diuina ſunt variæ opiniones & aliquando contradictoriæ:ita quod neceſſe eſt alteram eſſe falſam;& tamen nulla earũ reputatur falſa,donec per eccleſiam altera pars fuerit determinata.ar.xxiiii.q.iii.qui in eccleſia.Sciendũ tamen quod pertinacia nõ eſt tamen iudicãda in exteriori actu; vt puta quod ille ſolus reputetur pertinax in errore qui verbis aut ſcriptũ monitus reſiſtit; imo etiã videtur ille pertinax qui contra prædictam in eccleſia veritatem latenter diu præſiſtit;vel vſq; ad mortem perdurat;quia talis non videtur ꝑ ignorantiã ſed per obſtinatam malitiã in tali errore tanto tempore perſeueraſſe; & ideo eccleſia tales præſumit hæreticos.Et ex his patet quod opinio fraticellorũ dicentiũ, Chriſtũ & apoſtolos nõ habuiſſe aliquid etiam in cõmuni quantũ ad ius & dominiũ eſt hæretica;vt clare dicit Ioã.xxii.in extrau.Cum inter nonnullos.certum eſt.n.quod Chriſtus & apoſtoli habuerunt aliquid quantum ad vſum facti;& oppoſitum pertinaciter aſſerere eſt hæreticum;quia directe contra ſacrã ſcripturam.Certum eſt etiam quod nunc aſſerem pertinaciter quod in rebus quas habuerunt Chriſtus & apoſtoli,habuerunt vſum facti denudatum omne iure eſt hæreticum;alioquin fuiſſet vſus non iuſtus.Quod patet ſic;quia aſſerere pertinaciter contra determinationẽ eccleſiæ in his quæ ad fidem & ſalutem pertinent eſt hæreticũ, vt s.dictum eſt;ſed hodie per eccleſiã eſt determinatũ quod Chriſtus & apoſtoli in rebus quas habuerunt non potuerunt vſum facti habere denudatum omni iure;alioquin nõ fuiſſet iuſtus;quod de Chriſto & apoſtolis nephas dicere eſt.ergo patet nunc illam opinionẽ eſſe hæreticã.Et de hoc vide S.Anton.archiep. Florentinũ in 2.parte ti. xii.c.v.§.i.& vide extrauagantem Ioã.xxii.incipi.Cum inter nonnullos,& ibi videbis per S.Antonium,concordiam interdictam extrauagantem,& inter capit. exiit;de verborum ſignifi.in vi.

Clericus hæreticus qualiter debeat condemnari, vide in c.i.de hæreticis in vi. & vide in c. degradatio de penis in vi.& vide doc.in c.non poteſt de re iudica.& vide in c.Cum nõ ab homine, de iuditiis. ſed clericus non poteſt condemnari ad perpetuum carcerẽ, niſi prius ſit degradatus, quod forte procedit quando damnatur ex cauſis hæreſis ſe pro aliis delictis non videtur neceſ-

ſaria degradatio, vt in c. quamuis.de penis in vi. & inde Philip.Fran. in c. i.de hæreticis in vi.& in actu degradationis ſufficit ſeruare illud ꝙ dicitur in d.c.i.de quo per Io.An.in d.c.degradatio. Et nota quod delictum non dicitur plene probatum quando de eo conſtat præſumptione vehementi,vt in c.Accuſatus.de hæreticis in vi.& excommunicatus pro cauſa hæreſis ſi remanet per annum in excommunicatione reputatur pro hæretico vero,doct.in c.cum contumacia. de hære. in vi.& religioſi grauius puniuntur pro crimine hæreſis,quam ſeculares,doct.in d.c.accuſatus. §. fin.de hæreticis in vi. Non punire hæreticum ex negligentia eſt fauere,ita Anchar.in c.quicunq; de hæreticis lib.vi.& ibi in c.præſidentes dicit,an ſit licitum hæreticos occidere. Et probatio ꝙ aliquis non ſit ſanementis qualiter fieri debeat , vide Ancharanum in c. filii de hæreticis in vi. & ibi videbis qui ſint teſtes domeſtici,& familiares,& videbis etiam doct.in l.etiam C.de teſtibus. Nunc aliqua de apoſtaſia dicamus, & adde ad ea quæ ſuperius diximus.Apoſtaſia ſecundũ doct. eſt temerarius à fidei ſtatu vel obedientiæ, vel religionis exceſſus: & dicitur quaſi poſt actio , ſecundum S.Tho.2.ii.q.xii.Apoſtaſia importat quandam retroceſſionem à Deo quæ fit per diuerſos modos quibus homo coniungitur Deo.Coniungitur enim homo Deo per fidem: Secundo per debitam & ſubiectam voluntatem ad obediendum mandatis eius : Tertio per aliqua ſpecialia opera pertinentia ad ſuper erogationem:ſicut per religionem vel clericatum. Remoto autem priori remouetur poſterius: ſed non è conuerſo.contingit ergo aliquem recedere ſeu apoſtatare à Deo retrocendo à religione vbi eſt profeſſus vel à clericatus ordine præcipue maiori. Et hæc dicitur apoſtaſia ab ordine,vel à religione. Et de hac. xlvii. diſt.c.quantumlibet,& xvi.q.i.c. legi epiſtolam. Et non debet iudicari apoſtata etiam ſi à longinqua diuagetur, niſi poſtquam ſic viuit quòd animum redeundi ſe depoſuiſe oſtendit ff.de re milita.l.deſertorem. Et uide Ioãnem Fabrum,& Ange.& doct.in §.ceruos.inſti.de rerum diuiſione. Contingit , etiam mentem apoſtare à Deo per mentem repugnantem præceptis eius eccleſiæ & prælatorum.Et hæc dicitur apoſtaſia inobedientiæ cum ſ.ſponte contẽnuit præcepta.Et de hac iii.q.iiii.Alicui.& talis infamis efficitur,repellitur à teſtimonio,& debet excommunicari xi.q.iii.Si autem.Tertio recedere poteſt quis à Deo dimittendo fidẽ eius:& tũc ſimpliciter & ex toto recedit. Et hæc quæ eſt apoſtaſia pfidiæ ſimpliciter,& abſolute dicitur apoſtaſia,vt fit Iulianus apoſtata: & de hac,ii.qũ.vii.c. Non poteſt, talis cum ſit hæreticus eſt excommunicatus : & idem de ipſo ſicut de aliis hæreticis. Nam repellitur à dignitatibus & aliis.Nota ſecundum Ray.quod illi cum ſint fideles & mente ipſam fidem teneant aliquem tamen actum exteriorem faciunt infidelitatis:puta reuerentiam idolis: ſicut Salomon diis ſuarum vxorum,licet non ſint apoſtatæ,nec hæretici,tamen mortaliter peccãt quantumcunque ex metu hoc facerent:quia ſecundum Auguſt. ſatius eſt mori fame quam veſci idolaticis xxxii.q.iiii.c.ſicut ſatis. ſumere autem Chriſtianum habitum infidelium ſi ex rationabili cauſa fieret:puta ad conſortandum fideles captos & huius : ſicut fit Beatus Sebaſtianus , ſub clamide militari, Chriſtum aſcondens liceret ſecundum Guil.& hoc niſi eſſet inſtitutum aliquod determinatum ſignum ad dignoſcendum profeſſores alicuius idolatriæ : tunc enim non liceret. Item nota ſecundum S.Tho.vbi s.quod quamuis ad eccleſiam non pertineat punire infideles qui nunquam,fidem ſuſceperunt, vt Iudæos & paganos: Vnde non priuabat eos dominio rerum ſuarum quæ prius habuiſſent,tamen ad eam pertinet punire eos qui iam fidem receperunt & dimittunt,vt apoſtatas,quod & facit, vnde quam cito aliquis denuntiatur excõmunicatus propter apoſtaſiam abſoluitur ſubditi eius à dominio eius & iuramento fidelitatis. Iulianus autem apoſtata quia potens erat: & eccleſia quo ad hoc non habebat compeſcendi pietatem principes terrenos, de facto:ideo tolerauit eum eccleſia:& fideles obediebant in his quæ non erant contra fidem: vt dicit Ambr.xi.q.iii.c.Iulianus.& hoc ad vitandum maius ſcandalum perſecutionis.Et de apoſtaſia vide doct.in tit.de apoſtatis.& Hoſt.& Goffr.in rubrica de apoſtatis.& vide S.Bernardum in epiſt.i.& epiſt.vii.& vide doctorẽ torres nũ Romæ ammoranti,in illo ſuo doctiſſimo tractatu.

Nunc aliqua de mente S.Tho.de infidelitate dicamus. Quod infidelitas ſit peccatum ſic probatur.quia virtuti contrariatur vitium: ſed fides eſt virtus,ergo infidelitas eſt vitium quæ ei cõtrariatur: ſed pro huius declaratione dicit Beat.Tho.2.ii.q.x. quod infidelitas poteſt accipi dupliciter.vno modo ſecundum puram negationem vt ſ.dicatur infidelis ſolum ex hoc quod non habet fidem,& ſecundum hoc infidelitas non habet rationem peccati ſicut in illis qui nihil audierũt de fide ſed magis habent rationem penæ. quia ſ. talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis conſecuta eſt. Qui autem ſi ſunt infideles damnantur quidem ſecundum illud. Qui non crediderit condẽnabitur, Marci vlti. Damnantur autem tales propter alia peccata quæ ſine fide remitti non poſſunt non autem dãnantur propter peccatum infidelitatis.vnde Auguſti.tractans illud ꝙ ait Chriſtus,ſi non veniſſem & locutus eis nõ fuiſſem peccatũ nõ haberent.dicit ꝙ loquitur de peccato,quo non crediderunt in Chriſtum ſ.fidelitatis, tamen vt dicit doct. pie credendũ eſt,ꝙ ſi quis in loco eſſet vbi nihil audiſſet vel audire poſſet de fide : ſi ſecundũ rationẽ naturalem viueret,& non implicaret ſe aliis vitiis Deus eum non deſereret: ſed aliquo modo eum illuminaret per ſe vel per aliquem,ad credendum. cui enim vult Deus miſeretur : & quem vult indurat,

Non

tur alios inficereut : tum etiam quia ſi ſine pena euaderent alii ſecurius in hæreſim laberentur. ex relapſu etiam ipſorum preſumitur de inconſtantia eorum circa fidem : & ideo iuſte occiduntur. vnde Hiero. xxiiii. q. iii. Reſecande ſunt carues putridæ. Scabioſa ouis a caulis repellenda, ne tota domus & maſa & corpus & pecora ardeant, corrumpatur putreſcat intereat. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit : ſed qoia nou ſtatim appreſſus eſt totum orbem eius flamma populata eſt: hæc ille. Puniuntur hæretici quadruplici pena ſecundum Rai. Primo quidem excommunicatione quia omnis hæreticus ſiue occultus ſiue manifeſtus eſt excommunicatus: de qua excommunicatione habes s. in iſto capitulo. Secundo depoſitione : quia in diſtincte ſiue clericus ſiue laicus etiam ſi papa vel imperator & quilibet alius debet deponi ab omni dignitate ı diſt. lx. c. ſi papa & 24. q. i. c. qui contra pacē, & omnibus offitiis & beneficii ſpoliari debent: & ſi clericus ſit debet degradari. ſed & vaſalli dominorū ſoluti ſunt á debito fidelitatis homagii & totius obſequii, & quocunque pacto quacunque firmitate vallato, ſi ipſi domini incurrunt hæreſim. eod. tit. c. ſi. item hæretici cum fautoribus & defenſoribus ſuis & receptatoribus & ipſorum filii vſque ad ſecundam generationem per lineam paternam : per lineam vero maternam vſque ad primum gradum ad nullum benefitium vel offitium eccleſiaſticum admittantur: alias eſt irrictum: vt eod. ti. c. Quicunque, & c. ſtatutum lib. vi. Item omnis viri eccleſiaſtici qui ad preces talium receperiut dignitates & beneficia eccleſiaſtica ſint priuati, & ſi receperint ſcienter non debent in poſtremū admitti ad alia vel ſimilia. d. c. Quicunque. Tertio rerum ablatione : quia omnia bona eorū ipſo iure ſunt confiſcata. di. viii. c. Quo iure, & xxiii. q. vii. c. i. & ſequenti. Sed executio ipſius confiſcationis vel bonorum occupatio nou debet fieri per principes ſeculares, antequam per iudicem eccleſiaſticum ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. eo. tit. c. Cum ſecundum. lib. vi. & quamuis ipſi hæretici haberent filios catholicos priuabuntur paterna hæreditate in deteſtationem criminis. Inſuper & ſi poſt mortem aliquis declaratetur hæreticus quia in vita non fuit declaratus poſſunt bona eius occupari: eo. tit. c. Accuſatus. lib. vi. Nota tamen quod propter hæreſim maritorum non coofiſcantur dotes vxorum niſi participent in hæreſi. Si autem renerterentur ad fidem non tamen eis reſtituuntur vel filiis eorum bona ipſorum, ſed omnia ipſo iure ſuut confiſcata: ex. eo. tit. c. vergentis. Quod ſi aliter fieri non poteſt, manu armata ſunt omnia bona ab eis auferenda, vt xxiii. q. vii. c. i. Et vt dicit Rai. & Goffr. licet eccleſia videatur dare generalē auct. vt omnes expolient eos: tamen ſatis videtur tutum quod non fiat niſi ſpirituali edicto vel principis vel eccleſiæ, ne aliter videatur potius ex cupiditate vel vltione quam ex iuſtitia & obedientia pugnare. xxiii. q. i. c. quid culpatur, & q. ii. per totum. Quarto puniuntur morte, continuo enim poſt deprehenſione erroris niſi ad fidem reuerti velit & hæreſim ſuam abinrare & ſatisfactionē exhibere: ſi laicus eſt debet comburi. clericus autem poſt ſolennem degradationem relinquitur curiæ ſeculari occidendus. Si autem reuertatur ad fidem detrudi debet in perpetuum carcerem, eod. tit. c. excommunicamus. de rigore iuris. Mitius tameu agitur cum eis. Renertentes autem ad fidem debent obinrare ad arbitriuum epī ſui hæreſim ſuam & promittere per ſcripturam, quod firmiter tenebunt fidem catholicam, vt 1. q. vii. c. quotieos, & de conſe. diſt. ii. Ego Berengarius, & extra. eod. tit. ad abolendam. & diximus late de hoc s. in iſto capitulo. Nota etiam quod ſi aliqui dum ægritudine decumberent petierint hæreticos conſolatores: vt ab eis ſecundū eorum conſuetudinem coosolationem recipiant : & ſic deceſſerint poſtmodū vero filii vel hæredes volunt probare qnod ipſi defuncti non ſane mentis effecti ſuſceperint: vel poſt prædictam iam loquelam: vtrum debeant audiri tales filii vel hæredes. Ad hoc dicitur eod. tit. c. filii lib. vi. quod ſi tales dum viuerent erant diffamati vel ſuſpecti de hæreſi : vel ſi conſtiterit quod ipſi ſane mentis exiſtentes peterint conſolatores huius. hæredes audiri non debent. Alioqñ admitti poſſunt, ad probandum, oon per vxores filios vel familiares, aut aliquos de ſuis : ſed per teſtes fide dignos & fidei zelatores. Suſpectus de hæreſi & ab hoc citatus, & quia nou comparauit excōmunicatus : ſi excōmunicatione per annom ſubſtinet extunc velut hæreticus eſt condemnandus. eo. ti. c. Cum cōtumacia li. vi. contra Chriſtianos quia efficiūtur Iudæi vel redeūt ad Iudaiſmū, etiā ſi infantes vel metu mortis fuerint baptizati, procedendū eſt cōtra hæreticos & eorū fautores. eo. t. c. cōtra. li. vi. de relapſis in hæreſim: nota ꝙ tales poſt abiurationē hæreſis, vel etiā ex eo ꝙ ſuſpecti de hoc poſtq̃; ſe ad aniiſtitis excōmunicationē purgauerint, ſi deprehēſi fuerint iuditialiter recidiuaſſe ſine oulla audiētia relinquūtur inditio ſeculari puniēdi, vt s. diximus. Sed ſi in foro pn̄ialia hæc fatētur nō pn̄t. p hoc puniri. Accuſatus aūt de hæreſi vel ſuſpectus vehementi ſuſpitione quia hæreſim in iudicio abiurauerit: & poſtea incurrit in ipſam relapſus cēſetur: licet antea crimen ipſū nō fuerit plene probatum. Sed ſi leuis fuit ſuſpitio non debet iudicari relapſus, ſed alias grauiter puniri. eo. ti. c. Accuſatus. li. vi. Item quia in vna ſpetie hæreſis ſeu in vno articulo vel ſacramento lapſus eſt, & poſtea abiurauit ſimpliciter hæreſim, ſi poſtea erret in alio ı relapſus eſt iudicandus: eo. tit. c. Accuſatus lib. vi. Ille de cuius lapſu in hæræſim ante obiurationem conſtiterat vel nūc conſtat, ſi poſtea hæreticos deducant receptet, vel aſſociet, aut donet munera, ſiue mittat, vel fauorem impendat, quòd accuſari nou poſſit: iudicari debet relapſus. eod. tit. c. Accuſatus libr. vi.

Non ergo inuiti ſunt ſaluandi ſed volentes. Sicut homo proprii arbitrii voluntatem ſerpēti obediens periit.ita vocante ſe gratia Dei quiſque proprie mentis conuerſione ſaluatur, vide text.& doct.in c. x. actum Apoſtolorum cap. de Iudeis xlv. diſtinctio. Secundo modo accipi poteſt, infidelitas ſecundum cōtrietatem ad fidem. quia ſ.aliquis repugnat auditui fidei vel contēnit eam ſecundum illud Iſa. liiii. domine quis credidit, auditui noſtro? Et in hoc proprie perficitur ratio infidelitatis,& ſecundum hoc eſt infidelitas ſpirituale peccatum. Oritur autem infidelitas eſt peccato ſuperbiæ. ex ſuperbia enim procedit quod homo non vult ſubiicere intellectum ſuum regulis fidei, & ſano intellectui patrum. Eſt autem hoc vitium in intellectu ſicut in proximo ſubiecto: in voluntate vero ſicut in primo motiuo, ſ. ad diſſentiendum ab his quæ ſunt fidei. Eſt autem triplex infidelitas paganorum, iudæorum,& hæreticorum. Et pagani neutrum teſtamentum recipiunt, niſi quia Samaritani tantū v. libros Moyſi. Sarraceni aliquas cerimonias legis. Iudei vetus teſtamentum, quantum ad corticem. Hæretici vtroque teſtamentum communiter recipiunt ſed falſe exponunt. Item nota quod dubitare de aliquo eorum quæ ſunt fidei ex deliberatione rationis: quia ſ. vult dubitare non magis declinas ad vnam partem quam ad alteram quod eſt proprie dubitare: eſt peccatum mortale: quia infidelitas: extra de hære. c. dubius in fide infidelis eſt: ſecus ſi aliquando vacillaret circa ea quæ ſunt fidei per modum tentationis & cum diſplicentia rationis: quia tunc veniale vel nullum peccatum eſt. Et ſimiliter ſi quis crederet qđ quilibet in ſua fide: vt Iudæus: Sarracenus: & huiuſmodi ſaluaretur dummodo ſeruaret legem ſuam: & viueret ſecundum rationem naturalem: hoc enim eſt dubitare de fide ſua immo non credere Chriſto, dicit Mar. vl. qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero nō crediderit condēnabitur. Non enim quis ſaluari poteſt niſi in fide catholicæ eccleſiæ 24. q. 1. c. quia ex ſola.

Ad fidem ſuſcipiendam nullus Iudeus vel gentilis debet cogi ratio eſt ſecundum S. Thom. vbi ſupra: quia credere eſt voluntatis. Vnde dicitur diſt. xlv. c. de Iudæis, præcepit ſancta Synodus nemini, vim inferre ad credendum. Cui enim vult miſeretur Deus: & quem vult indurat. Non ergo inuiti ſunt ſaluandi ſed volentes ſicut homo proprii arbitrii voluntate ſerpenti obediens periit: ita vocante ſe gratia Dei quiſq; credere propria mentis cōuerſione ſaluatur. diſ. xlv. c. de Iudæis, vt integra ſit forma iuſtitiæ. ſed ſuſceptam etiam metu tormentorum & mortis cogendus eſt retinere: vt d. c. de Iudæis. Et qui redeunt ad iudaiſmum etiam ſi infantes fuerunt baptizati vel metu mortis ad baptiſmum adducti debet procedi contra eos ſicut contra hæreticos. Et ſimiliter contra talium fautóres: extra de hæreti. c. contra lib. vi. Debent vero Iudæi & alii infideles adduci ad fidem rationibus, perſuaſibilibus: & autoritatibus oſtendendo ex eorum libris, eorum errorem & dulcibus modis: vt dicit Greg. diſt. xlv. c. Qui ſincera. Poſſunt etiam ad fidem adduci ſecundum Guil. promiſſis & muneribus, non quidem factis pro fide ſuſcipienda: quia hoc eſſet ſimonia: ſed ad captandam beniuolentiam: & excludendum ab eis timorem inopiæ & huiuſmodi i. q. ii. c. quam pio. Poſſunt etiam ad fidem adduci per grauiorem exactionem penſionum ab eis in principio tamen locationis non poteſt xxiii. q. iiii. Debet. Item nota quod poſſeſſiones, & alia bona mobilia vel immobilia iudeorum vel aliorum infidelium ad fidem conuerſionem non debent auferri ab eis niſi ſint vſuraria, vel immobilia de vſuris empta obnoxia reſtitutioni: extra eod. De iudeis. Vſuraria autem eorum debent reſtitui eis à quibus extorte ſunt vſure: vel eorum hæredibus, vt dixi, in c. de vſuris. vbi de hoc & pueri iudæorum, & aliorum infidelium non ſunt baptizandi inuitis parentibus ita S. Tho. 2. ii. q. x. & vide ſupra in iſto capitulo.

De conuerſatione fidelium cum infidelibus quomodo prohibitum ſit. Nota primo quod cū hæreticis prohibita eſt etiam locutio fidelibus: & hoc quia excommunicati ſunt: extra de hære. c. excommunicamus, & xi. q. iii. c. cum excōmunicato: ſed cum aliis infidelibus vt Iudæis, & Sarracenis non eſt prohibita locutio ſed nimia familiaritas & conuerſatio. Vnde xxviii. q. i. Omnes deinceps clerici ſiue laici Iudæorum conuiuia vitent: nec eos quiſquam ad conuiuium excipiat: quia cum apud Chriſtianos communibus cibis vtantur indignum atque ſacrilegium eſt, eorum cibos à Chriſtianis ſummi, ac ſi inferiores incipiant eſſe Chriſtiani quam Iudæi, ſi vtamur cibis eorum: & ipſi noſtros condemnant. Et dicit ibi glo. quod idem eſt de gentilibus, vt Sarracenis: quia & ipſi hodie iam cibos diſcernunt: licet enim non contineantur verbis edicti: vt xi. qō. iii. c. Ad menſam, continentur tamen, in aliis: vt ff. de peti. hære. l. Item veni. ita ſic. ii. q. i. c. Multi. Et aſſignat ibi glo. rationem quare non eſt prohibitum loqui cum eis & eſt prohibitum comedere cū eis: quia ſ. maior familiaritas eſt in cibo ſumendo quam in colloquēdo, & facilius quis decipitur inter epulas. xxii. q. iiii. c. Vnuſquiſque. Beat. Tho. 2. ii. q. x. dicit. quòd illi qui ſunt firmi in fide ita quod ex conuerſatione cum infidelibus non timetur de eorum ſubuerſione: ſed ſperari poteſt, ex hoc infidelium conuerſio: non ſunt prohibendi cum illis communicare, ſed infirmi de quibus timeri poteſt prohibendi ſunt, extra caſum neceſſitatis, ne cum illi conuerſentur. S. Tho. ſed infirmi etiam caute debent illud agere, ne infirmos ſcandalizent. xii. q. i. c. Nolo.

Nunc aliqua de infidelitate Iudæorum dicamus, & ritibus, & aliorum infidelium, & de exactionibus in eos, vnde in c. Nullus. xxviii. q. i. dicitur. Nullus eorum qui in ſacro ordine ſunt, aut

laycus

laycus azima eorum manducent, aut cum eis habitet:aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet,aut medicinam ab eis percipiat: aut ſecum eis in balneo lauet. Si quiſquam hoc fecerit: ſi clericus eſt deponatur. ſi laycus excommunicetur. Et dicit ibi glo.niſi ſit miſſus ad prædicandū eis.extra de Iudæis c.Quod ſit laudabile.debent autem puniri contra facientes modo prædicto, ſecundum Ray.ſi poſtquam fuerint admoniti ſe non abſtinent ab huius.Gul.tamen dicit,quod in neceſſitate poſſunt emi & comedi azima Iudæorum. Item videtur ſentire Hug.de medicinalibus in cauſa neceſſitatis, cum.ſ. alius non inuenitur ſufficiens medicus. Hoſt. etiam dicit quod Chriſtiani non debent eſſe vt aſſidui intra domum Iudæi:nec tanquam famuli:aut nutrices, aut obſtetrices:alia ſi ipſi Chriſtiani nolunt diſcedere debent excommunicari:ex.de Iudæis c.Iudæi. Sed extra domum poſſunt eis ſeruitia facere, & poſſunt eſſe coloni eorum extra. eod. cap.Multorum. Nota etiam ſecundum Hoſti.quod poſſunt Chriſtiani habere Iudæos in ſeruos & emere:ex. eod. Et ſi Iudæos. non tamen debent cum eis morari: ita quod habeant eos tanquam familiares. Iudæi non vt dicit In. ſunt difficiliores ad conuertendum. Et peritiores ad ſubuertendum quam gentiles. Si autem voluerint fieri Chriſtiani ſiue Iudæi ſiue gentiles:nō poterunt domini eorum prohibere.ar.xix.q.ii.c.Duæ ſunt.tamen ſecundum Ray. Et S.Tho. per baptiſmum non liberantur à ſeruitute ſed remaneant ſerui:quia ſeruitus etiam introducta eſt de iure diuino: ar.diſt.xxxv.c.vi.Et prius gentium diſt.i.c.ius gentium.Et per ius canonicum approbata xii.q.ii. c.Eccleſiam.ſecundum Hoſt.& Goffr.& addit Rai. quod vbi de bona conſuetudine non ſolent Chriſtiani eſſe ſerui conſulendum eſt domino quod in remiſſionem peccatorum ſuorum manumittat,vel ſaltem pecunia mendicata vel ſeruitio ad tempus præſtito ſe redimat.xii.q.ii.Cum redemptor. Sed quia hoc conſilium eſt,& pium,ſiquis contrarium faciat.ſ.retinendo talem conuerſum ad fidem in ſeruitutem vel etiam alteri vendendo,non credo quod peccet: quia quod nō eſt probibitum intelligitur eſſe conceſſum ar.xiii.q. ii. Ebron. ſed hoc reperitur prohibitum. hoc etiam aſſerit dominus Ioan.Do. in libr. qui dicitur lucula noctis. De ritibus ſeu cerimoniis infidelium quare eqū tollerantur.Pro cuius declaratione dicit bea.Tho.2.ii.q.x.ar.xi.ꝙ humanū regimen deriuatur à diuino regimine: & ipſm debet imitari. Dominus autem cum ſit ſumme bonus,& omnipotens permittit tamen aliquando malefieri in vniuerſo quæ poſſet prohibere ne eis ſublatis maiora bona tollantur,aut maiora mala ſequantur. Sic & in regimine hominum hi qui præſunt recte aliquando mala tollerant ne aliquando bona impediantur,vel etiam ne aliqua mala peiora incurrantur: ſicut dicit Auguſt.in lib.de ordine. Aufert meretrices à rebus humanis,& turbabis omnia libidinis. Sic igitur infideles quamuis in rebus ſuis peccēt tamen tollerari poſſunt,vel propter bonum quod ex hoc prouenit: vel propter aliquod malum vitandum; ex hoc autem quod Iudæi ritus ſuos obſeruant:in quibus figurabatur olim veritas fidei quā tenemus: hoc bonum prouenit quod teſtimoniū fidei noſtræ habemus ab hoſtibus:& quaſi figura repræſentatur nobis, per illos ea quæ credimus: Et ideo in ſuis ritibus Iudæi tollerantur:vt patet diſt. xlv. c.de Iudæis.Et ex.eod.c.conſuluit. Aliorum vero infidelium ritus quia nil vtilitatis vel veritatis afferunt: non ſunt aliqualiter tollerandi:niſi forte ad aliquod malum vitandum vt ſcandalum vel diſcidium: quod inde poſſet prouenire: vel impedimentum ſalutis eorum qui tollerari paulatim conuertuntur ad fidem:& propter hoc etiam hæreticorum & paganorum ritus eccleſia aliquando tollerauit,quando erat magna multitudo infidelium. De exactionibus factis in Iudæos à dominis terrarum: quid iuris.dicit S.Tho.in epiſt.ad Duciſſam Brabantiæ,quod quamuis ſicut iura dicunt Iudæi merito culpæ ſuæ ſeruituti ſint additi: & ſic domini res eorū poſſunt accipere tanquam ſuas: ita tamen quod non ſubtrahantur vitæ neceſſaria quia tamē oportet nos ambulare honeſte ad eos qui foris ſunt:ne nomen domini blaſphemetur: hoc obſeruandum videtur,vt in exactionibus quas facere non conſueuerunt non prægrauentur,ſed ad conſuetas cogi poſſunt. Sed nota ſecundum Bea.Tho.in dicta epiſtola, quod cum Iudæi nil habent propter vſuras:cum non poſſint ipſa retinere licite nec conſequenter domini recipientes collectas à talibus poſſunt ea ſibi retinere licite, niſi forſan eſſent talia quæ ab ipſis vel anteceſſoribus dominorum ipſi Iudæi extorſiſſent. Si qua vero alia habent quæ ab eis extorſerint illis debent reſtituere quibus ipſi Iudæi tenebantur ſi inueniuntur. Alioquin impios vſos ſecundum conſilium dioceſani vel aliorum proborum vel communem vtilitatem terræ ſi neceſſe eſt ſunt eroganda. Nec eſſet illicitum ſi de nouo domini exigerent talia à Iudæis ſeruata tamen conſuetudine prædeceſſorum ſuorum ac intentione vt in pios vſus expendantur. De obſeruantia per incantationes & aliquæ ſiunt ad procurandum ſanitatem. Circa quod dicit Bea.Tho.2.ii.q.lxxxvii.quod in his quæ ſiūt ad aliquos effectus inducendos conſiderandum eſt ſi illa habent vel putantur habere virtutem naturalem,ad probandum illos effectus: & tunc non erit ſuperſtitioſum nec illicitum vti talibus cautis. puta ſi quis teneat ſuper ſe iaſpidem pro reſtauratione ſanguinis,& huius. Si autem non videatur quod illa poſſint naturaliter illos effectus habere,ſed per adiunctionem aliquorum caracterum,vel nominum ignotorum vel alicuius vanæ obſeruantiæ expectatur, ille effectus erit ſuperſtitioſum, & illicitum. Vnde Auguſt.dicit.Ad genus ſuperſtitionis pertinent omnia remedia

quæ

quæ medicorum diſciplina condemnat:ſiue in incantatoribus ſiue in quibuſcunque votis: quas caracteres vocant.26.q.ii.c.Illud.Et nota ꝙ dicit S.Tho.qđ homines in huius obſeruationib.aliquid veri experti ſint à caſu fuit.ſed poſtmodũ cũ homines huius obſeruantiis animũ implicant; multa per huius obſeruationes eueniunt, per deceptionem diaboli vt his obſeruantiis implicati curioſiores fiant & ſic multipliciter illa quærentur.Secundum Auguſt.xxvi.q.v.c.nec mirum. Et ſunt reliquiæ paganorum.quamuis ergo efficatiam haberent,non tamẽ licet ſacere quia ope demonum fiunt.xxvi.q.ii.Illud.colligere tamen medicinalem herbam cum ſimbolo,vel oratione dominica ex deuotione,ſine alia ſuperſtitione & ea vti non reprobatur,vt xxvi.q.v.c. non liceat ſecundum Ray.De incarminatricibus dicit Guil.quod ſi nil ſuperſtitioſum dicunt, vel docent vel faciunt.ſed tamen vtuntur licitis precibus & adiurationibus,ſient per paſsionem & crucem Chriſti,& huius,non credo quod peccent mortaliter niſi ſecerint hæc poſt prohibitionem eccleſiæ eis factam.ſed credo quod ſunt prohibendi viri & mulieres à talibus; quia multa inutilia ſolent ad miſceri, & ſuperſtitioſa,niſi forte ſit ſacerdos vel religioſus & diſcretus: aut eſt laycus excellentis vitæ. qui fuſſa oratione licita ſuper infirmum manum imponant. Sed ſi exemplo eorum timeatur quod alii ſuperſtitioſi carminationis ſibi ſummat abuſus, forte etiam deberent à talibus abſtinere.iuxta illud.ab omni ſpetie mala abſtinete vos:extra de vi.& hone.cleri.cum ab omni ſpetie. De quibuſdam aliis ſuperſtitionibus & primo de mulieribus credentibus ſecum Diana, vel Herodia de nocturnis horis equitare, vel ſe in alias creaturas transformari: vt dicitur de his qui vulgariter dicuntur bruxas,ſtrige vel ienare. Dicit conſilium quod hæc fiunt illuſione diabolica. Sathanas enim diuerſas formas & ſimilitudines creaturarum reputant ſantaſie dormientis qui huius ſectatur,& ſic illudit vt videatur ille eſſe in corpore vigilantis,quod eſt in ſpiritũ.i.fantaſia dormientis.xxvi.q.v.c.epiſcopi.vbi in fi.c.dicitur.qui credit vel aſſerit poſſe fieri aliquam creaturam aut in melius deterius vel immutari aut transformari in aliam ſpeciem,vel ſimilitudinem quam à Deo creatore infidelis eſt,dicit glo.Guil. hoc verum eſt poſtquã audiuit quis ſuper huius veritatem,& credit hæc.& qui pertinaciter aſſeruerit tunc eſt mortale. Nota de faſcinatione paruulorum,dicit Pe.de Tharan.ſuper epiſtolas Pauli.quod faſcinare dupliciter intelligitur. Vno modo ludificare cum.ſ.arte magica non videtur res quæ eſt ante oculos. Alio modo malo oculo alicuius inſpici & inde ledi. Sunt enim aliqui qui habent oculos vrentes quod reſpicientes paruulos teneros ledunt,ita vt cibum ex eſtomaco eiiciant & nauſea patiantur. Et hoc ſecundum naturam poſsibile eſt. Anima enim vehementer affecta immutat aerem.aer autem immutat teneram carnem pueri:& ſic ledit vt cibum euomat.primum, in facientem mortalem eſt in patiente nullum: ſecundum in agente peccatum non eſt ex quo naturale eſt niſi ſtudioſe fieret ad nocendum: Non tamen facienda eſt aliqua incantatio vel ſuperſtitio ad hoc remouendum vt faciunt mulieres & frequenter. De illis vero clericis qui altaria induunt lugubribus veſtibus,vel conſueta luminaria extingunt. & huius ſi ſaciant hoc ad imprecandum alicui malum propter priuatum odium mortaliter peccant. Et ſimiliter ſi dicunt vel dicere faciunt miſſa de requiem pro perſona viua vt moriatur.& vide tex.in c.quicunq; xxvi.q.v.quia illud non eſt prohibitum. De ſacrificantibus Deo numorum.ſ. mamona vt diuites fiant & de facientibus ſortilegia aqua baptiſmi vel oleo ſancto vel criſmate dicit Guil.quod talia ſunt enormia propter idolatriam & per enormẽ ſuperſtitionem non tamen preciſſe dicendum eſt eis quod aliter non ſit eis ſalus ſi peniteant, ſed abſoluendi ſunt. Eſt tamen hic caſus epiſcopalis & ſecundum quoſdam incurritur irregularitas etiam ſi occultum ſit. Et idem videtur dicendum de illis qui tradunt ſe diabolo vel ex deſperatione vel vt aliquid obtineant ab eo,etiam ſi inſtrumentum facerent. ſicut legitur de quibuſdam: De Imaginibus aſtronomicis dicit Bea. Tho. vbi ſupra, quod habent effectum non à corporibus cœleſtibus ſed à diabolo.quia neceſſe eſt ibi ſcribi quoſdam caracteres qui naturaliter ad nihil operantur. De obſeruantia circa breuia & adiurationes,dicit S.Tho. 2.ii.q. xcvi.eſſe cauendum,quod non reperiatur in eis aliquid horum.Primo vt non ſit ibi aliquid pertinens ad inuocationem demonum:quia ſic eſſet ſuperſtitioſum.Secundo vt nõ contineat nomina ignota ne ſub illis aliquid lateat illicitum. Tertio ne aliquid ſalſitatis contineat, quia ſic eius affectus non poſſet expectari à Deo qui nõ eſt teſtis falſitatis. Quarto cauendum ne cum verbis ſacris contineantur aliqua vana, puta characteres ſcripti, & huius ſigna propter ſignum crucis. Quinto vt ſpes non ponatur in modo,ſcribendi, vel aut ligandi:puta quod ſcribatur in carta virginea,vel in ortu ſolis:vel dum legitur euangelium:vel quod oportet ligari cum tot filiis,vel appendi per virginem hominem,vel quod nullus debet videre, & huius vanitatibus quæ à Dei reuerentiam non pertinet,quia eſſent illicita & ſuperſtitioſa.ar.xxvi.q.v.Non licet.& q.ii.c.Illud. vbi dicit Auguſt. quod ad ſuperſtitionem pertinet omnes ligaturæ, & remedia quæ medicorum diſciplina condemnat in quibuſcunque rebus ſuſpendendis atque ligandis.Dicit Guil. quod illa breuia quæ continent huius. ſi quis portauerit hic non peribit in igne vel aqua: non morietur morte ſubitanca:vel conſequetur tale bonum:talia ſunt reprobanda: non portanda. Et peccant facientes: & vtentes & conſulentes & vendentes niſi forte fuerint à Deo ſimplices quod ignora-

cia

tia debeat eos excuſare,cum in huius non fuerunt edocti. Et de his intelligo dictum Grego. 26. q.v. Siquis ariolos.aut incantatores obſeruauerit,aut philateriis vſus fuerit anathema ſit. philateria dicuntur cedulæ. Et portantibus aut reliquias ad collum,dicit S.Tho. vbi ſupra , quod ſi hoc fit ex reuerentia Dei & ſanctorum,in quibus habent fiduciam,ſi non adiuncta aliqua vanitate, licitum eſt de ſe,ſed ſi addatur aliqua obſeruantia, vt quod vas earum debet triangulare : & huius ſoperſtitioſum erit & malum. De obſeruantia temporum vel dierum. Nota quod ſi obſeruetur tempus vel dies ad aliquid faciendum,vel dimittendum ex cauſa naturali;puta,cauet quis ſibi aſſumptione medicinæ vel munitione infine lunario,arbores etiam incidit vel plantant ſecundum diſpoſitionem lunæ quæ multum operatur in iſta inferiora,non eſt ſuperſtitioſum nec illicitum. Sed ſi non moueatur aliqua cauſa naturali ſed falſa opinione,quia putat aliquos dies fortunatos ſuperſtitioſum eſt & friuolum; vt ſiquis vtitur herbis collectis in mane aſcenſionis vel valeant ſe in nocte natiuitatis beati Io. Bap. vel in Calendis non vult aliquid dare, & huius omnia ſunt vana. vnde Auguſt. xxvi. q. vii. ſic ait. Non obſeruetis dies qui dicuntur egyptiaci,aut Calendas Ianuarii,in quibus cantilenæ quædam & commeſſationes ad inuicem dona donantor, quaſi in principio anni boni fati augurio:aut aliquos mēſes,aot tempora,aut dies & annos, quia per has aut quaſconque diuinationes aut facta aut auguria obſeruat,aut attendit,aut conſentit obſeruationibus inutiliter,& ſine cauſa:magis ad ſui damnationem quam ſalutem tendit. Vnde apoſtolis. Dies obſeruatis & menſes,& annos, timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Gal. 4. Nota ſecundum Nico. de lira, dicuntur dies egyptiaci,vel quia illis diebus fuit prouiſſa egyptus & plagata. vel quia egyptii primo inuenerunt tales dies cauendos tanquam infauſtos. de inueſtigatione rerum perditarum per inſpectionem aſtrolabii quamuis aliquis dicat licitum,ſi fiat abſque ſuperſtitione.tamen Hoſt. Guil. & Goffr. dicunt ſimpliciter contrarium.ſ. quod nunquam eſt licitum. extra eo. c. ex tuarum. & de diuinationibus,vide ſanctum Thomam in 2. ii. q. xcv. & de ſuperſtitionibus vide in q. xcvi. & in q. xciii. & de idolatria vide in q. xciiii. & vide infra in iſto ſpeculo in c. lx.

De origine celebrationis conciliorum generalium in eccleſia Dei. *Cap. LI.*

PERCVRRENTIBVS diligenter ſcripturam ſanctam facile erit reperire, vnde conciliorū celebratio in Eccleſia Dei originem habuerit; exemplum inuenimus ſiquidem à patribus in veteri teſtamento,quod ab apoſtolis in nouo poſtea deriuatum eſt in Eccleſia. De veteri quidem teſtamento colligitur ex illo Numeri xvi. vbi dicitur; Viri proceres ſynagogæ, qui tempore concilii per nomina vocabantur. In nouo autem teſtamento exemplum celebrationis conciliorum colligitur ex libro Actuum Apoſtolorum. Prima enim ſynodus ab Apoſtolis celebrata fuit ilico poſt aſcenſionem domini ſuper electione Mathiæ, vt Lucas Euangeliſta , & ſcriptor veridicus teſtatur Actuum primo. Et huic ſynodali congregationi non ſolum Apoſtoli interfuerunt, ſed etiam diſcipuli Domini omnes ferè centum viginti. Secunda ſynodus ab Apoſtolis celebrata fertur, cum ſeptem diaconi electi dicuntur ad quotidianæ diſpenſationis miniſterium, de quo Actu. 6. Vbi aduertendum , quòd conuocati per duodecim Apoſtolos ad hanc ſynodum, ſiue ad hoc concilium interfuerunt etiam diſcipuli domini,quibus Apoſtoli libertatem dederūt eligendi eos,qui neceſſariorum diſpenſationis miniſterio ſuper intenderent. Tertia ſynodus fuit ab Apoſtolis celebrata , quando audientes , quod Samaria ad prædicationem Philippi , qui erat vnus de ſeptem diaconibus,recepiſſet verbum Dei,miſerunt ad eos Petrum,& Ioannem,vt acciperent Spiritum ſanctum.ſ.inuiſibili ſigno. Nondum enim in quenquam eorum venerat.ſ. viſibiliter,vt habetur in c. viii. Actu. Apoſtolorum. de iſto concilio loquitur text. in c. ſiquis carnem. xxx. diſt. Quarta ſynodus ab Apoſtolis dicitur celebrata,vbi cum fidelium populus Apoſtolica prædicatione caleſceret, augereturque in dies,congregatur eccleſia;& Apoſtolis concilium agētibus primo diſcipuli vocati ſunt Chriſtiani,qui prius communi diſcipuli vocabantur. de hac ſynodo mentionem facit gloſſa in cap. ſacroſancta. duodecima diſtinctione. Intra quam ſynodum hoc venit notandum,quòd in ea non fuerunt niſi Paulus,& Barnabas Apoſtoli. Quintam ſynodum,ſiue quintum concilium celebraſſe dicuntur ſuper quæſtione de obſeruatione legalium. de qua Actu. xv. vbi ſic dicitur; Surrexerunt autem quidem de hæreſi Phariſæorum,qui crediderūt, dicentes,quòd oportet circuncidere eos,præcipere quoque ſeruare legem Moyſi:conueneruntque Apoſtoli,& ſeniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquiſitio fieret,ſurgens Petrus dixit ad eos; Viri fratres,vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangelii,& credere,&c. vbi dicit glo. præ omnibus quaſi princeps Petrus loquitur. Vide de hoc Panor. in c. Oſius Epiſcopus. de Electione. Et ibi dat practicā condendi canones in concilio generali. Sexta ſynodus legitur congregata ſub Paulo , Mileti , ſuper regimine Eccleſiæ; in qud congregaſſe dicitur maiores natu Eccleſiæ , quos ipſe Paulus ibi venerando nomine appellat Epiſcopos; quibus ait Actu. xx. Attendite vobis , & vniuerſo gregi , &c.

Septima

Septima ſynodus à Paulo, & Iacobo celebrata fuit Hieroſolymis ſuper abolenda ſuſpitione quo
rundam Iudæorum,vt habetur Act.xxi.Octaua ſynodus, quam Apoſt.celebraſſe dicũtur,fuit il-
la,in qua Apoſt.in vnum conuenientes ſymbolũ ediderunt,qđ vniuerſa tenet eccleſia.ſic.n.bea
tus clemens teſtatur.Vnde pro pleniori notitia conſiderandũ eſt, ꝙ concilia generalia in eccleſia
Dei tempore Conſtantini cœperunt.Ideo tex.in.c.i.xv.di.de hoc loquens ita dicit : Canones ge
neralium conciliorũ(vt Iſid.ait in lib.vi.Ethymo.c.xviii.)à temporib.Conſtantini cœperunt. In
præcedentib.nanq; annis perſecutione feruenti docendarũ plebium minime dabatur facultas; in
de Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt;quia non erat epiſcopis licentia cõueniendi in vnũ.
Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Ni eno de omni orbe terrarũ conuenientes,iuxta fidem
euangelicam,& apoſtolicã,ſecundum poſt Apoſt.ſymbolum tradiderunt.& in iſta ſynodo per-
uerſum Arii dogma deſtruitur.Sed prima annotatio anchiritane ſynodi dicitur, quæ ante Nice-
nam fertur fuiſſe:ſed propter autoritatem maiorem poſtponitur,vt in c.prima anno.16.di. Dein
de fauore Theodoſii maioris in eius præſentia fuit congregatũ ſcđm concilium generale Conſtã
tinopoli tempore papæ Damaſi;vbi interuenerunt cl.epiſcopi;in quo Eunomii, & Macedonii er
ror conuincitur.Tertium conciliũ generale fuit congregatũ Epheſi ſub Imp. Theodoſio iunio
ri tempore papæ Cœleſtini I.contra impietatem Neſtorii epiſcopi Conſtantinopolitani,vbi cõ
uenerunt cc.epiſcopi.Quartũ concilium generale congregatum fuit Calcedoniæ,annuente Im-
peratore Marciano tempore Leonis papæ primi,& affuerunt in eo ſexcenti,& xxx.epiſcopi.Vbi
Euthicetis,& Dioſcori prauitas eſt reprobata.Et notandum eſt,ꝙ iſta ſunt quatuor concilia ge
neralia,quæ Greg.papa ſuſcepit, & veneratur,ſicut quatuor ſancta euangelia.ita dicit tex.in.c.ſi-
cut.xv.diſt.de quib.etiam loquuntur.c.ſexta ſynodus.c.prima autem ſynodus.xvi.di. Sed aduer
te,quòd cæteris conciliis generalibus iſta quatuor dicuntur ſolenniora,& antiquiora. Deinde ce
lebrata fuerunt.xxiiii.concilia ſub diuerſis temporibus,& diuerſis,& ſingulis ſtatuti ſunt diuer-
ſi canones,qui habentur diſperſi in diuerſis partibus corporis iuris; teſtante Beda in lib. de tem
poribus.Item notandum eſt,quòd ſub Imperatore Conſtantino congregatur ſextum concilium
generale papa Agathone.Sed Impp.Iuſtiniano filio Conſtantini congregatur iterum iſtud ſextũ
concilium ; Vbi promulgati fuerunt canones,qui non fuerunt declarati tempore Conſtantini,
vt patet in c.habeo librum.c.quoniam.c.ſancta.c.ſexta,& in ca.prima.xvi.diſt. Poſtea vero dum
regnaret Carolus Magnus Imperator Pipini filius,Auſtriæ archidux,vnus ex maioribus, & an-
teceſſoribus maieſtatis tuæ,congregatur concilium generale ſub papa Adriano ; in eoque aſtite-
runt centum, & quinquagenti epiſcopi.Et ibi papa, Et concilium dederunt authoritatem Impe
ratori eligendi pontificem,vt eſt tex.in.c.Adrianus.ii.in ordine.lxiii.diſt.Sed ſucceſſores non pro
bauerunt iſtud decretum.Et aduerte,quòd poſt primam ſynodum Nicenam fuit concilium cele
bratum Romæ,in quo anathematizatæ ſunt plures hæres;de quibus.ſ.concilio, & hæreſib.in eo
condemnatis Damaſus Papa ſcribit ad Antiochenum epiſcopum, vt patet in libro conciliorum .
Et poſt iſtud concilium,& ante ſecundam ſynodum vniuerſalem fuit celebratum conciliũ Gan-
grenſe,vbi plures errores fuerunt condemnati;vt habetur per totam diſt.xxx.Et aduerte, quòd
inter ſecundã ſynodum vniuerſalem,& inter tertiam ſynodũ vniuerſalem , tẽpore Innocentii I.
fuit celebratum concilium Mileuitanum.Vbi fuit condemnata hæreſis Pelagiana præſidente bea
to Aug.Et poſt quartã ſynodum vniuerſalẽ congregata fuit prima ſynodus Toletana iuſſu Leo-
nis papæ.Vbi concilium condemnauit errores,& hæreſes contra Priſcillianiſtas. De aliis vero cõ
ciliis celebratis vſq; ad annum domini 1000.non ita patet.Circa annum vero domini 1000. Vi-
ctor genere Alamanus Florentiæ concilium celebrauit,& multos epiſcopos propter ſimoniã, &
fornicationem depoſuit.Non poſt multũ temporis poſtea Greg.ſeptimus concilium celebrauit
& Henricum Imp.tertium excõmunicauit,quia ſe contra eccleſiam erexit, & ſchiſma procurauit
alium papam faciens.Poſt hunc Vrbanus ſecundus concilium celebrauit apud Clarum mõtem ;
& ibi ordinatum fuit,vt dicerentur horæ officii Virginis Mariæ, ordinariæ, ſicut dicitur officiũ
domini noſtri.Exinde ſub Nicolao papa ſecundo congregatum eſt concilium cum centum , &
quatuordecim epiſcopis Romæ,in quo Berengarius Thuronenſis abiurauit hæreſim ſuam corã
Nicolao.Anno domini MCXXX.ſynodus ſub Innocentio celebratur Remis: & petrus Leonis, qui
per contemplationem ordinatus eſt,ſeu factus papa,demum repulſus eſt.ad quod ſchiſma tollen
dum multum laborauit beatus Bernardus,& ita profecit,quod extinctum eſt eiecto petro,qui ſe
Anacletum nominari fecerat.Aliud concilium in vrbe Romana celebrauit anno domini MCLXX.
& anno domini MCCXV. Innocentius tertius concilium Lateranenſe celebrauit, in quo conuene-
runt ferè. MCC.prælati,ſcilicet patriarchæ,archiepiſcopi,epiſcopi,& alii prælati, & multæ ſaluti-
feræ decretales ibi æditæ ſunt. Anno domini. MCCXL.vel circa,Innocentius quartus Ianuenſis ce-
lebrauit concilium in Lugduno,& Imperatorem Federicum excommunicauit. Poſt quem fuit
Alexander quartus. Anno domini MCCLXII. creatus eſt papa Gregorius x.natione Italus, pa-
tria Placentinus , Hic Lugduni concilium celebrauit,vbi fuerunt quingenti Epiſcopi , LX. Ab-
bates,& alii prælati circa mille, vbi Græcorum,& Tartarorum nuncii interfuerunt, & Græci ad

vnitatem eccleſiæ redire promiſerunt; in cuius ſignum conſeſsi ſunt ſpiritum ſanctum a patre, & filio æternaliter procedere. Poſt hunc Honorius quartus,& eſt vltim.in Martiniana, anno Dñi 1284. Poſt hunc fuit Cœleſtinus, quem ſequitur Boniſac.viii.& cum Benedict.x. demũ Clemẽs v.ſub quo concilium Viennenſe. Ioan.xxii. Vrbanus, Gregor.xi.poſt quem ſchiſma inter duos, ſ.Vrbanum,ſub quo Italia, Vngaria,& Alemania fuerunt,& Clementem,ſub quo Francia, Hiſpania,& Aragonia fuerunt. Vrbano ſucceſsit Bonifacius; Bonifacio Innocentius, Innocentio Gregorius xii. Ex alia parte Clementi ſucceſsit Benedictus.xiii. Et ſub his duobus.ſ.Gregorio xii.& Benedicto xiii.factum eſt tertium ſchiſma, concilio celebrato Piſis; vbi factus eſt tertius Papa dictus Alexander ordinis minorum; cui ſucceſsit Io.xxiii. Et concilio generali congregato Conſtantiæ Greg.xxii.depoſitus fuit propter contumaciam nolens comparere;& electus eſt Martinus v.ex familia Columnenſium; & vt apparet in libro conciliorum, iſtud concilium generale fuit congregatum anno 1417.menſe Octob.tempore Impp.Sigiſmundi; & cum Imperator diſceſsit Conſtantiam, concilium orauit pro eo,& omnes vocauerunt eum regem, Imperatorem, aduocatum, & defenſorem. Notandum tamen eſt, quòd in seſsione triceſima nona recitat cõcilium iſta verba; Continua celebratio conciliorum generalium cultura eſt, ac purgatio meſsis domini, quæ præcipue deſtruit ſpinas, hæreſes, errores, ac ſchiſmata, & caſtigat exceſſus, male regulata reformat,& affert in vineam domini fructum vberrimæ fertilitatis. Et ſic ibi fuit decretum, quòd de decennio in decennium generale congregaretur concilium. Nam vt diximus, quoties in Repub. Chriſtiana oriebatur hæreſis, aut ſchiſma, ſtatim vniuerſalis eccleſia recurrebat ad concilium; quia vera reformatio Chriſtianæ religionis, commodius fit congregando concilium generale, ſequendo doctrinam Apoſtolorum in primitiua eccleſia. Nam ſi Imperatorem decet pro remedio temporalium conuocare in vnum vniuerſam curiã imperialem per totum orbem diuiſam, nihilominus pontificem ſummũ licebit cum Chriſtiana religio fluctuat, vel indiget reformatione, cõgregare concilium generale. Nam ſi tempore neceſsitatis non recurriſſent ad concilium, ſancti patres non ſcripſiſſent tot decreta circa ordinem,& regulam concilii generalis, vt patet per diſt.xv. xvi.xvii.& xviii. Et Auguſt.in lib.de gratia,& libero arbitrio, loquens de hæreſi Pelagiana dicit, quòd in euidenti neceſsitate ſtatim eſt recurrendum ad concilium. Et quanquã ex ſupradictis, clementiſsime Imp.ſatis perſpicuum ſit, quòd quàm plurimum vtilitatis afferat ſanctæ eccleſiæ pia vniuerſalium conciliorum celebratio, nihilominus ad pleniorem huius rei notitiam, quaſi repetentes dicemus, quòd eſt vtilis celebratio conciliorum generaliũ ad tirannorum,& infidelium ſuperbiam humiliandam; quia Turcæ,& pagani terrentur audientes apud Chriſtianos concilia generalia celebrari, vt referunt antiqui doct. Et hoc rationabiliter; quoniam eccleſia Dei (vt dicitur Cantic.vi) terribilis eſt, vt caſtrorum acies ordinata. Eſt etiam vtiliſsima congregatio conciliorum ad refrenandũ exorbitantias quorundam,& in multis errantium,& male de fide ſentientium. Itaq; in arduis factis probè recurrendum eſt ad conciliũ; quĩ ſi in medio duorum, vel triũ in nomine Chriſti congregatorum ipſe eſt, vt ſpirator, dator,& adiutor, vt habetur Matth.xviii. multo amplius, vbi ſanctorum patrum multorũ ſocietas, in nomine conuenerit Ieſu Chriſti, maxime pro rebus vniuerſitatem Chriſtianæ religionis reſpectiue concernentibus, intereſſe credendum eſt, vt eſt tex.no.in.c.ſi ille.l.diſt. Verum inuictiſsime catholice rex, eſt aduertendum, quòd hæc, quæ dicta ſunt, accipienda veniunt, cũ in ſpiritu ſancto legitime congregantur concilia quĩ alias melius foret ſuperſedere ab eorum celebratione. Nam quemadmodum concilia rite celebrata ſaluberrimos fructus operata ſunt, ita non rite celebrata conciliabula maximis ſcandalis vniuerſam perturbant eccleſiam; ſicut patrum traditiones,& venerabiles hiſtoriæ nos docent. Et ad vlteriora procedendo dico, ꝙ fuit celebratum etiam aliud conciliũ generale Ferrariæ ſub Eugenio.iiii.natione Veneto; ſed propter peſtem poſtea tranſlatum eſt in Florentiam: in quo concilio generali reducti ſunt Græci ad fidem per confeſsionem veram de proceſsione ſpiritus ſancti, & Armenii etiam reducti ſunt. Ad quod concilium venerunt Patriarcha Græcorum Conſtantinopolitanus,& Ioannes Impp.Græcorum. Et in ipſo etiam concilio generali de Baſilea in Ferrariam;& de Ferraria, in Florentiam tranſlato propter reductionem Græcorum; illi congregati Baſileæ depoſuerunt Eugenium,& ducem Subaudiæ dictum Amadeum creauerunt vocantes Felicem; ſed poſtea renunciauit pontificatui dictus Fœlix. Et quia iſta materia conciliorum eſt ſancta, ac vtiliſsima Chriſtianæ religioni, inuocato dei auxilio, tuæq; maieſtatis ſuffragio, diuidã per capita,& eam ex ordine tractabo; cui competit, aut ineſt authoritas congregandi concilium generale; qui ſint etiam citandi,& requirendi, vt veniãt ad concilium. Item de forma citationis,& qualiter ad Impp.ſpectat hortari pontificem, vt celebretur concilium generale. Et dicam, qui vocem habeant in concilio ſtatuendi;& qualiter authoritas eccleſię vniuerſalis reſtat inobedientib. venire ad concilium:& quæ ſit maior authoritas, Romani põtificis, an concilii generalis. Dicam etiã de vnitate eccleſiæ, ſcribendo aliqua etiam maxime neceſſaria pro reformatione religionis. tractã do aliqua de origine pontificatus,& de pleniſsima Romani pontifici ſpiritualis poteſtate. Sed de hoc late diximus in.c.i.ſupra in iſto Spec.& in.c.xvi.& in c.de voto.

Ad

§. I.

AD maiorem euidentiam huius tractatus notandum eſt, quòd concilium generale præcipue vacare debet in extirpandis hæreticorũ erroribus, vt fides catholica vna, & vera radicetur in dominico grege. Item vacare debet concilium in reformanda eccleſia in capite, & in mẽbris, vt not. in c.i. & ca. ſicut. xv. diſt. Nam concilium Baſileæ inter alias cauſas congregatum fuit principaliter, vt abduceret eccleſiam orientalem ab aliquibus erroribus, reformando eccleſiã vniuerſalem. quæ reformatio facienda erat in concilio Cõſtantienſi; ſed fuit prætermiſſa ob multa negotia, quæ ibi occurrerunt. Vnde ſtatuerunt quod in primo concilio ageretur; & adhuc faciẽda eſt. ſed deus non obliuiſcitur confringere impedientes eam. Et cõcilium generale nihil aliud eſt, niſi congregatio vniuerſalis Chriſtianorum, maxime epiſcoporum. ita Bal. in tracta. de ſchiſma. dictum namque eſt a communi intentione, eo quòd in vnum dirigunt omne mentis intuitũ, vt in c.i. diſt. xv. Sed non poteſt regulariter congregari ſine authoritate, & licentia ſummi Pontificis, aut eius legati habentis ſpeciale mandatum, vt no. in c. regula. §. porro. diſt. iii. tractatur etiã xii. diſt. per totum, & in c. multis. xvii. diſt. & in cap. concilia. §. hinc. Ratio eſt, quia conuocatio facienda eſt per maiorem partem vniuerſitatis, vt not. in l. i. ff. de albo ſcriben. & in l. ii. C. de decurio. lib. x. & in c. ſynodo. lxiii. diſtinct. Et cum nemo ex Chriſtianis maior ſit, quam papa, ideo ſibi competit conuocatio ad concilium. Nam vniuerſalis eccleſia abſque papa eſt corpus repreſentatum. ita dicit Auguſt. in lib. ii. de doctrina Chriſtiana; cum papa ſit vicarius Chriſti in terris. c. ii. & iii. de tranſ. præl. & dixi ſupra in. c. i. & xvi. Sed ſede vacante, quòd Cardinales poſſunt conuocare concilium generale, tenuit Bald. in c. olim, de reſcrip. & vide ea, quæ continentur in ca. ſequenti. & vide Card. in repe. c. licet, de elect. vbi allegat Inn. in c. i. de maio. & obed. ad quod vide Fely. in. c. i. de maio. & obe. Et in primis citandi ſunt prælati, & alii fideles, vt notant doct. in d. §. hinc. & iſta facultas citandi non competit niſi habenti iuriſdictionem ſuper citatos; & ſicut non reperitur, qui iſtam teneat poteſtatem niſi papa, vt dicitur in cap. cuncta per mũdum. ix. q. iii. manifeſte apparet, quod nemo poteſt conuocare concilium niſi papa. Nam ſi congregaretur concilium ſine licentia pontificis, monſtruoſum eſſet, & contra naturam conciliorum; quia conciliũ debet habere caput, & membra, vt in c. ſubmictitur. xxxi. diſt. & iii. diſt. c. regula. §. porro. Vnde ſi conuocarent concilium ſine licentia papæ, eſſent ſchiſmatici. tex. eſt in c. multis. xvii. diſt. quia receſſerunt ab vnitate eccleſiæ, quæ diuiſionem non recipit. & vnitas repræſentatur in papa, vt in c. loquitur. xxiii. q. i. & in c. Nouatianus. vii. q. i. Et concilium generale totius orbis poteſt cõmittere aliquibus conſiliariis, quòd aliquid faciant. Nam quod fit ab his, qui habent authoritatem, a concilio videtur fieri. tex. eſt, & ibi Bart. in. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſquẽ vniuerſitatis. & licet vniuerſalia concilia, non niſi per Romanum Pontificem conuocanda ſint, nihilominus non eſt neceſſarium, vt ſuper illis præſentialiter interſit; ſed ſufficit, quòd legati, aut vicarii eius interſint. Quod ex illo apertiſsime oſtenditur, quòd nulli octo conciliorum vniuerſaliũ quæ in eccleſia, vt præſtantioris authoritatis deſcribuntur, Romanus Pontifex perſonaliter interfuit, ſed per legatos ſuos. Vnde Leo papa huius nominis primus ab Imperatore Chriſtianiſsimo Marciano ad Calcedonenſe concilium deuotiſsime inuitatus hac ratione inter alia ſe excuſauit, ꝙ nullum inde exemplum a prædeceſſoribus acceperit.

§. II.

IN. §. præcedenti dictum eſt, qualiter pontifices, aut eorum legatus ex mandato ſpeciali ſolummodo authoritatem haberent congregandi concilium generale: Imperatores autem conſuetudinem habebant hortandi, & inſtandi, vt celebraretur concilium vrgente neceſsitate, vt reformetur Chriſtiana religio, ſequendo exemplum Imperatoris Conſtantini, vt in capitu. i. xv. diſtinctio. vbi ipſe dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. ita Cardin. in repetitio. capit. licet, de electio. inducens adhoc dicta Innocen. in capit. primo, de maiori. & obedien. Et vide Felynum in capitulo primo, & in cap. querelam, de iureiuran. Et omnino vide, & videbis Petrum de Monte in ſua monarchia columna. xl. & vide Antonium de Roſelis in tractatu de conciliis. Nũc autem notandum eſt multa eſſe genera conciliorum; nam eſt concilium ſynodale, quod tantummodo epiſcopus facit in ſua dioceſi. Eſt aliud concilium prouinciale, quod congregat archiepiſcopus cum epiſcopis, qui ſunt ſubiecti eius iuriſdictioni. Aliud eſt cõciliũ generale, cuius eſt materia præſentis tract. quod congregat papa, vel eius legatus habens autoritatem, & mandatũ ſpeciale de eo, vt per gl. & doct. in. c. conuenientibus. i. q. vii. Et notandum eſt, ꝙ concilium generale quod congregat papa, quandoq; tantum congregatur ex clericis, & populo Romano. & de hoc cõcilio, loquitur tex. in c. in ſynodo. lxiii. di. Et iſtud conciliũ regulariter non continet eius autoritatem, quam habet concilium generale, quod congregat papa ex omnib. epiſcopis, quia eſt magnæ authoritatis. ſed redeundo ad materiam, in Cõcilio ſynodali Abbates, & inferiores epiſcopi

citandi ſunt,& omnis clericus interuenire debet.c.qood ſuper,de mai.& obe.& in c.decernimus xviii.diſt.& vide Inn.in.c.graue,de præben.& ibi vide docto.In concilio prouinciali non eſt neceſſaria alia perſona præter epiſcopos.Nam illi tantum ſunt,qui tenent vocem iudicandi,vt appa ret.xvii.diſt.per totum.& vide Iono.in c.graue,de præb.& doct.in.c.ſicut olim,de accu. Item inferiores epiſcopi citandi ſunt,vt coonſulantur,quando eorum concilium eſſet neceſſarium.de hoc habetur in c.obeuntibus.lxiii.diſt.& ideo ibi debent adeſſe abbates,vt probat tex.in c.fi.de cau. poſſ.& propr.Citandi ſunt etiam illi,quorum intereſt particulariter,tex.eſt in c.propter eccleſiaſticas.ii.in ordine.xviii.diſt.Idem erit in concilio generali, quod tantum citabuntur Epiſcopi ad effectum ſtatuendi,& iudicandi.Item cauſa conſulendi citabuntur Abbates;vt ſupradictum eſt. Sed ſi ſunt Abbates habentes iuriſdictionem epiſcopalem,vocem habent deciſiuam,vt *infra dicetor*.Item eccleſiæ cathedrales vocandæ ſunt,tex.io c.fin.de his,quæ fiunt a maior.par.cap.ſic poteſt intelligi tex.in.c.ſicut olim,de accu.Item citabuntur omnes,quorum ſpecialiter intereſt;quoniam citatio eſt de iure diuino,& naturali.tex.eſt in clemen.paſtoralis,de re iud. & in l.defenſionis facultas,de iur.fiſci.lib.x.& in l.nam ita diuus.ff.de adop.& dicit Fely.in.c.ex parte,de offi.de leg.Et quod citatio ſit de iure diuino,vide tex.io.c.omnipotens Deus.ii. q.i. & spe.in prohe. ſub ope.Et ideo quando prædicta ſpectarent ad fidem,laici(vt puto)citandi ſunt,& debent interuenire concilio iure proprio,& habent vocem conſultiuam,non autem deciſiuam.ita intelligitur tex. c.vbi nam.xcvi.diſt.& c.nos ad fidem.In aliis autem negociis ſi laici inuitantur , habebũt vocem conſultiuam,vel prout papa conceſſerit.Nam papa poteſt eos facere capaces iurium ſpiritualium; & maxime poteſtatis vocis dandæ,vt in c.Adrianus.ii.lxiii.diſt.& in.c.in ſynodo legitur,& not. ii.q.iiii.c.mennam.Vnde notabis,quòd laici in tribus caſibus poſſunt vocari,vt arbitror,& interesse conciliis eccleſiaſticis.Primus eſt,ſi ſpecialiter inuitarentur,vt in ca. Adrianus,ad finem.lxiii. diſt.Secundus,ſi tractatur caſus fidei,vt dixi.Tertius,ſi tractatur de matrimoniis.c.ad ſedem. 35. q.v.& vide hoc.vi.cap. in iſto tractatu.Et aduerte,quòd principes ſeculares ſunt de corpore concilii per tex.in.c.ad Apoſtolicæ,de re iud.lib.vi.vbi papa pollicitus fuit ſe vocaturum ad concilium Reges,prælatos,&principes tam eccleſiaſticos,quàm ſeculares,vt per ſe,vel per ſolennes nuntios venirent.Et Imperator debet intereſſe.xxi.diſt.c.nũc autem.Immo quod plus eſt, propoſuit Imperator ibi,ſicut quilibet alius prælatus ; & ſi agerentur in concilio res fidei, Imperator debet perſonaliter adeſſe concilio.tex.eſt in d.c.vbi nam.Et Reges,& principes ſeculares vocandi ſunt ad concilium genarale,vt dixi.Et reaſſumendo qnod dictum eſt,dico,quòd epiſcopi tantum habẽt ſtatuere,& definire in concilio.tex.eſt in.c.i.xv.diſt.& in c.ſexaginta.xvi.diſt. & probat tex.in c. habeo librum,& in c.ſexta.xvi.diſt.Et in factis fidei dubiis, vel concernentibus vniuerſalem ſtatum eccleſiæ,vocare etiam debet papa magnos prælatos, habentes epiſcopalem iuris dictionem; Nam iſti ſunt a deo conſtituti ad regimen vniuerſalis eccleſiæ.tex.eſt in c.conuenientibus.i.q.vii. vbi Adbas tenuit locum papæ in concilio : & multi Abbates dederunt vocem deciſiuam,quemadmodum epiſcopi,quod de aliis inferioribus non legitur ibi.ad idem.c.Adrianus.ii.lxiii.diſt.et vide Panor.in.q.i.Et aduerte,quòd eccleſiæ olim regebantur per omnes ſacerdotes ; Ideo non mirum,ſi omnes ſeniores vocabantur ad concilium.Sed hodie non fit.vt xv.diſt.ca.i. Sed omnes alii prælati inferiores poterunt in concilio proponere,& admittendi ſunt,vt dixit tex.in.d.c.vbi nam.Et finito concilio Card. epiſcopi,& abbates habentes epiſcopalem iuriſdictionem ſubnotabunt eorum nomina,imponendo titulos dignitatis ſuæ,ſequendo ordinem ſeruatum,quando Eugenius papa generale celebrauit concilium cum Imperatore Ioanne Conſtantinopolitano,et inçœptum fuit Ferrariæ , & finitum fuit Florentiæ , vt apparet per ſcripturas . & ſeſſiones dicti concilii. Sed non video per illud concilium (licet Imperator affuerit) eccleſiam orientalem , remanſiſſe vnitam totaliter eccleſiæ Romanæ:ob quod peccatum credendum eſt , Deum deduxiſſe eos in ſeruitutem paganorum.Placeat diuinæ maieſtati liberare eos a iugo acerbiſsimæ ſeruitutis manu tuæ inuictiſsimæ celſitudinis,vt cum Romana vniantur eccleſia.Et attende, quòd prælati debent eſſe perſonaliter in concilio,niſi iuſto impedimento detineantur; & tunc debent mittere Legatos , vt in c.epiſcopus ad ſynodum.xviii.di.& vide,quod not.Io.Aod.& Hoſt.in c.ii.et proba.Sed aduertat ſacra,& C.M.quod quatuor potiſsime requiruntur in conuocandis prælatis ad vniuerſalis concilia,ſcilicet ſapientia,vitæ ſanctitas,experientia, & zelus ad bonum Chriſtianæ Reipublicæ.Vnde Conſtantinus Imperator pro ſexta ſynodo congreganda ſcribens Agathoni papæ ita dicit ; Adhortamur veſtram paternam beatitudioem per poteſtatem noſtram piam; ſacram,dirigere viros vtiles,& modeſtos,notitiam habentes totius(Deo inſpirante)doctrinæ,& peritiam irreprehenſibilem habentes dogmatum,induentes perſonam veſtræ Apoſtolicæ ſedis. Merito ergo dicemus,quòd in connocandis requiritur primo ſapientia ; quia magnæ res non viribus geruntur,ſed conſilio,& authoritate.Vnde Thobiæ quarto dicitur ; Conſilium a ſapiente ſemper require.Eccleſiaſtici octauo.Os prudentis quæritur in eccleſia.&cap.ix.dicitur.Cum ſapientibus,& prudentibus tracta.Secundo vocandi ad concilia debent pollere vitæ ſanctitate, vt veraciter eorum conuentus ſanctorum patrum nominari poſſit, ac de eodici cum propheta ;

Conſi-

Conſitebor tibi domine in toto corde meo,in concilio iuſtorum, & congregatione ; vt enim inquit Ambr.in lib.de officiis ; talis debet eſſe conſiliarius,qui nihil nebuloſum habeat,nihil fallax nihil ſimulatum,quod vitam eius,ac mores refellat ; nihil improbum,aut maliuolum,quod auertat conſultantes.Sanè non erunt conuenientes conſiliarii , cum ad tractandum de reformatione eccleſiæ venerint homines vani,carnales,auari,qui præſentia appetunt, æterna deſpiciunt, iniuſta agunt,& iuſta deridet, ſua quærunt,non quæ Ieſu Chriſti ; de quibus Iob in perſona eccleſiæ dicit orans ; Conſilium impiorum longe fac.Conſilium impiorum(vt ait Grego.) eſt terrenã gloriam quærere,æternam negligere.Laborandum eſt ergo,vt cum ſanctis viris habenda ſint cõſilia ; quoniam ſanctitas plurimum conducit ad bene conſulendum.quod ſapiens teſtatur cũ ait Eccleſiaſtici.xxxvi.Cor boni conſilii ſtatue tecum.Tertio patres vocandi ad concilium debent eſſe experti,maxime in illis,ſuper quibus quærendum eſt conſilium ; quia qui non eſt expertus, pauca recognoſcit.Hinc reprobatur iuuenum conſilium,quia inexperti ſunt : patet hoc in Roboam,qui relicto ſenum conſilio pro magna parte regnum amiſit.iii.Reg.c.xi. propter quod dicitur Eccleſiaſtici.xxv.Quàm ſpecioſum canitiei iudicium,quàm ſpecioſa veteranis ſapientia.

Quarto vocandi ſunt ad concilium vniuerſale habẽtes zelum domus Dei,vt ſint de numero eorum,de quibus in pſal.lxviii.dicitur.Zelus domus tuæ comedit me : ſiquidem debent habere zelum ad reformationem morum,ad correptionem, vitiorum,& ad augmentum diuini cultus. De hoc zelo exemplum habemus in filiis Iſrael,qui(vt dicitur Iudicum xx.) congregati. cccc.millia dixerunt,quòd non redirent domum,donec vlciſcerentur ſcelus commiſſum in vxorem Leuitæ in Gabaa.

§. III.

FOrma citationis erit,quòd papa vel eius legatus poterit per viam citationis,aut mandati iubere omnibus Patriarchis,archiepiſcopis, & epiſcopis,vt veniant ad concilium generale,aſſignando,quo tempore,& quo loco celebretur concilium , vt no.in.l.aut qui aliter.ff.quod vi,aut clam.& aſſignabitur tempus in citatione : quia citatio debet continere tempus determinatum,vt no.in d.l.aut qui aliter.in.§.i.not.etiam in l.i.§.ſi autem.C.de iur.dom.Imp.& not.Cyn. in l.dies feſtos.ff.de fer.& Bal.in l.liber homo.ff.de verb.obl.Et iſta citatio,quam facit Papa , facienda eſt per literas apoſtolicas,vt probatur in c.dilecti,de dolo & contu.in ver.volentes.Et qñ Legatus papæ citat ad concilium,in literis legati eſt inſerendus tenor literarum Apoſtolicarũ , vt no.in.c.præterea,de dilati.& in c.cum in iure,de offi.dele.Verum quia difficile eſſet citare omnes epiſcopos,poterunt citari archiepiſcopi,vt veniant ad concilium generale in tali loco,& tali tempore ; & illi monebunt epiſcopos intimando mandatum pontificis,text.eſt in c.ſi epiſcopus Metropolitanus.xviii.diſt.Sed dicunt doct. quòd iſta citatio poterit fieri in palatio ſummi pontificis in publica audientia , mandante papa ex certa ſcientia , affigendo citationem in valuis palatii ſancti Io.Lateranenſis,& S.Petri,& vide Io.and.in.c. quoniam.in.§.porro.vt lit.non conte.& ibi doct.Sed mihi videtur,quòd Io.an.loquitur,quando citatus non habet domicilium ; & ſi habet ad illud non eſt tutus acceſſus.Et epiſcopi tenentur perſonaliter comparere,ſi non eſſent impediti legitimo impedimento ; quia illi repræſentant perſonas Apoſtolorum Chriſti,vt dicitur in c. in nouo teſtamento.xxi.diſt.Et collegia eccleſiarum cathedralium poterunt comparere per procuratores,vt not.in l.i.§.vluſ.ff.de procu.Sed qui perſonaliter citaretur, eſſet obligatus perſonaliter,nam videtur citatus ob induſtriam ſuæ perſonæ.Idem eſſet,quando natura cauſæ nõ admitteret procuratorem,vt eſt tex.in.c.veniens,de accu.& in c.in criminalibus.v.q.iii.& in l.reos.C. de accu.Sed principes Chriſtiani poſſunt cõparere per procuratores,tex.in c.ad apoſtolicæ.de re iud.in.vi.Sciendum tamen eſt,quòd citatio ad concilium,quæ debet eſſe per edictum, nõ requirit terminum peremptorium,nec plus quàm vnam citationem,aut intimationem.ita no.gl.ſing. in c.ſi epiſcopus.xviii.diſt.& doct.tenent in c.ego de iureiur.quia iſta citatio,aut intimatio fit per edictum extra iudicialem ; in quo ſufficit vna citatio.gl.eſt in clem.i.de hær.in verb.requieſcerint. & ibi doct.& no.etiam in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb. ob. Veniunt autem contemptores conciliorum puniendi pluribus animaduerſionibus : & primo quidem pœna excommunicationis.iuxta tex.in.c.epiſcopus.xviii.diſt.ſimilis tex.in c.ſequenti,ſiquis epiſcoporum.Sed excõmunicatio in hoc loco non accipitur, prout excommunicatio dicitur ſeparatio a ſacramentis,& a communione fidelium ; ſed pro ſuſpenſione quadam a communibus negotiis cum aliis . ita Archi.poſt gl.Vnde epiſcopi,qui taliter dicuntur excommunicari, licite poſſunt celebrare diuina officia,& recipere ſacramenta eccleſiaſtica,& communicare cum cæteris epiſcopis,& aliis, præterquam in communibus negotiis,vt dixi. Non tamen negatur,quòd tales poſſint excommunicari excommunicatione prima, quæ eſt ſeparatio a participatione ſacramentorum , & communione fidelium,ſi contumaces reperiantur,vt per Archidiac.in.d.c.ſiquis epiſcoporum,iuxta tex. in ca. cæterum.xi.que.iii.Incurrunt etiam pœnam damnationis æternæ,vtpote,contemptores,& ſubſannatores patris ſui,omniumque fidelium , ſcilicet Romani Pontificis , & matris ſuæ vniuerſa-

lis eccleſiæ per vniuerſale concilium repræſentatæ; quos videtur reſpicere ſententia illa terribilis Prouerb.xxx. Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, fodient eum corui de torrentibus, comedent eum filii aquilæ. Notanter autem diximus, prælatos vocatos ad concilium venire contemnentes, præfatis pœnis venire plectendos, quoniam ſecus eſſet, ſi non ex contemptu, ſed impedimento legitimo eos non venire contigerit: quod ex duobus perpendi poteſt. Primo, ſi antequam terminetur concilium, veniant; quia licet a principio non venerint, ex quo tamen veniunt, præſumitur, quòd non ex contemptu, ſed ex aliquo impedimento demorati ſunt. Iſta eſt ſententia Archidiaconi in d.c.ſi Epiſcopus. Secundo ſi epiſcopus excuſationes literatorie ſcribit ad ſynodum, vel procuratorem mittit cum legitimis rationibus, quod venire nõ poterit. de primo in c.placuit.diſtin.xviii.loquitur concilium Carthaginenſe ita dicens; *Placuit, vt quocunque congregandum ſit concilium, Epiſcopi, qui nec ætate, neque ægritudine, nec grauiori neceſsitate impediuntur, competenter occurrant; quod ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas literatorie ſcribant.* De ſecundo.ſ.de procuratore habetur in c. ſi ægrotans fuerit, v.q.iii.vbi Adrianus in ſynodo inſtituit; ſi epiſcopus ægrotus fuerit, aut aliqua grauis neceſsitas eum detinuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat, vt per doct.in.d.c.placuit. Et procurator aſsignet, ſiue probet cauſam legitimam eſſe, quod epiſcopus non veniat. Quodlibet autem impedimentum non ſufficeret ad excuſandum non venientem, puta leuis febricula, gloſſ.in c.placuit, xviii.diſt.ſed debet eſſe grauis neceſsitas, quæ illum impediat.d.c.ſi ægrotans.v.q.iii. vbi legitur; Si epiſcopus fuerit ægrotans, aut aliqua eum grauis neceſsitas detinuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat, vt antea dixi. facit etiam tex.in c.ſi.de iis, quæ fiunt a præla. Et laicus an poſsit conſtitui procurator, vt interſit pro aliquo epiſcopo in concilio, & eius nomine ſtatuat, ac iudicet, dico, quòd non. Nam licet hæc ſint iuriſdictionis, tamen demum adminiculo ordinis epiſcopalis exercentur, & oſtendi in.§.ii.quod hoc ius ſtatuendi, & iudicandi in concilio competit ſolum ordini epiſcopali, quia ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, non poſſunt demandari, vt notãter dicit gl. in c.peruenit.xcv.diſt.circa finem primæ gloſæ. Fateor tamen, quòd ſi concilium vellet etiam laicum procuratorem admittere, quod poſſet; cum habeat liberam facultatem ſtatuendi. Nã quemadmodum papa poteſt laico poteſtatem tractandi quæcunque ſpiritualia concedere. lxiii.diſt.c. Adrianus, & c.in ſynodo; ita etiam concilium poteſt. Et idem ſi papa non eſſet, & alteri commiſiſſet specialiter; quia ibi papa eſſe cenſetur. Sed laicus, vel clericus poteſt conſtitui procurator ab epiſcopo ad recipiendum ſtatuta concilii, vel ad proprias cauſas epiſcopi tractandas, agendo, vel reſpondendo.c.i.de procu.in vi. Et hoc, quando non ſunt ſpiritualia, ſed temporalia, vel ſi ſunt ſpiritualia, laicus in iudicio nihil ſpiritualitatis exercet; ſed forte ſolum in iudicio diſputat de effectu actus ſpiritualis, an tenuerit, & tunc ad talem actum ſpiritualem poſsit, aliter non poteſt laicus conſtitui procurator, quia ſpiritualia tractare non poteſt.c.decernimus, de iud. Sed ſi concilium vellet procedere contra contumaces, neceſſario requiritur trina citatio. vt not.in c.i.de pace iuramento firm.in vſib.feu.& in c.i.de ſupp.negl.præl.facit tex.in.c.propter eccleſiaſticas.18. diſt.& tex.in arg.in c.indigne.xii.q.ii. Epiſcopus autem iuſto impedimento detentus poteſt committere vocem, & votum ſuum vni de concilio; tex.eſt in c.quia propter.§.illud autem, de elect. & c.ſiquis iuſto.§.ſi.eo.tit.lib.vi. Si vero epiſcopus eſſet contumax, poteſt excommunicari, vt in c.non oportet, iuncta gl.xviii.diſt.& no.in c.i.de iud. Eademq; pœna mulctabitur, ſi venit, & poſtea non dimiſſus, vel (vt vulgo dicitur) illicentiatus receſsit, vt not.in c.ſi quis autem.xviii.diſt.& in l.quæſitum.ff.de re iud. Sed ſi citatus ob propriam cauſam contumax fuit in non comparendo, remedia ſtatuta contra contumaces exequentur contra eum: quæ remedia notantur per glo. & doc.in.c.iii.vt lit.non conteſt.& in l.contumacia.§.i.ff.de re iud.& enumerantur per Spec.in ti. de primo decre.§.iam de effectu. Sed aduerte, quod in congregatione concilii generalis minor pars eorum, qui debent intereſſe, poteſt citare maiorem, & data eius contumacia poteſt minor pronũciare ſe conſtituere concilium generale, & in ſe eſſe iuriſdictionem. ita Fel.in c.ſuper literis, de reſcrip.col.x.& in c.i.de maio.& obe.col.ii.& bene faciunt ea, quæ no.in ſeq.§. Et poſtquam de cũtumacia ſermo habitus eſt, iam loquendum venit de impedimenta præſtantibus, ne concilia ſuã habeant proſequutionem. Planè non ſufficit ſermo noſter explicare, quanta pœna digni ſint, qui conciliorum celebrationi impedimenta moliuntur inferre. Iſti in primis veluti tiranni, & Reip. hoſtes habendi ſunt, tot generibus mortis digni, quot egregia bona per talia vniuerſalia concilia facienda ſperabantur. Præterea ſi ob confundendas hæreſes ſynodus congregata foret, tales certe conciliorum celebrationi impedimenta præſtantes, hæreticorum defenſores viderentur. Si verò reformationis cauſa patres conueniſſent, certe qui concilii celebrationi aduerſarẽtur, tanquã hoſtes Chriſtianæ religionis habẽdi forent. Ad quorum propulſandas temeritates obligatus eſt Imperator, vt in c.principes.xxiii.q.v.& etiam alii principes ſunt obligati. In quo ſi negligentes reperirentur, ſuſpecti haberentur, iuxta tex.in.c.qui.xxiii.q.iii.vbi dicitur; Qui poteſt obuiare peruerſis, & non facit, nihil aliud eſt, quàm fauere impietati eorum.

Sed vbi non agitur de fide, poteſt numerus relinqui arbitrio ſummi Pontificis. Nec curãdum vide-

videtur de diminuto numero prælatorum, per illud verbum Chriſti diſcipulis ſuis dictum; Vbi duo, vel tres in nomine meo fuerint congregati, ego in medio eorũ ſũ. Matt. xviii. i. q. i. c. cum ſcriptura. xxiiii. q. i. c. alienus. facit. c. Apoſtolicæ, de re iud. in. vi. Et aduerte, quia in tantum eſt neceſſaria monitio, ſeu citatio ſuperioris, quòd licet vnus epiſcopus videat alios ire ad concilium, non tenetur ire, niſi ſpecialiter vocetur; vt no. Io. And. in. c. ego. N. de iureiur. per illum tex. qui dicit; Vocatus ad concilium veniam. Si autem concilium congregetur pro facto hæreſis, vel concernente vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, per quod ſtatus eccleſiæ poſſet turbari, neceſſario debent vocari. Epiſcopi, & alii magni prælati, habentes quaſi epiſcopalem iuriſdictionem, vt ſupra in §. ii. dixi.

§. IIII.

NON comparentibus epiſcopis citatis, & requiſitis, in termino eis aſsignata, vt veniant ad concilium, notorium eſt, quòd ſunt inobedientes, non obtemperando mandatis, aut iuſtis requiſitionibus. Et eo caſu ius ſtatuendi, & ſententiandi habent venientes ad concilium, ita no. in c. gratum, de poſtul. præl. Nam iſta inobedientia, & diſsimulare eſt peccatum grauiſsimum in prælatis, vt not. in. c. officii, iuncta. gl. xxiiii. q. i. Et ex prædictis infero, quòd ſi in concilio aſsiſtit papa, vel eius legatus ſpecialiter deputatus ad aſsiſtendum in concilio, & nõ veniret, niſi vnus epiſcopus, eſſet concilium. Vnde concludo, quòd ſi vnus epiſcopus tantum iniret concilium, in eo eſſet tota authoritas ſtatuendi, & definiendi, & vide Inn. in. c. i. de maio. & obed. & in c. ii. de no. ope. nun. & pro hoc tex. in. c. cum nobis olim, de elect. vbi dicitur; quòd ſi vocati ab habente poteſtatem nolunt venire, faciunt ſe alienos. & vide gl. in cle. quo circa, de elect. & Io. And. in c. in cauſis, de elect. & vide Panor. in. c. cum omnes, de conſti. & vide Lud. Roma. in conſi. eccli. & vide tex. in c. ſi forte. lxv. diſt. & l. ſicut. ff. quod cuius. vniuerſi. & Lapum alleg. cxxxi. Et in vno ſolo Eccleſia, ſiue concilium eſt, vt not. Panor. in diſput. incip. epiſcopus. Et ita intelligitur illud; Oraui (vt inquit Chriſtus) pro te Petre; hoc eſt pro eccleſia, quia (vt dixi) in vno ſolo eccleſia ſiue concilium eſt. Et eſt aduertendum, quòd poſt illam orationem a Chriſto factam Petrus peccauit: & eccleſia remanſit in ſola virgine Maria, vt no. in. c. noua, de pœn. & remiſ. Ideo quando agitur in concilio cauſa fidei, laici ſunt admittendi, non ſolum vt audiant, ſed vt conſulant, & dicãt opinionem ſuam, non autem decidant; vt in c. vbi nam. xcvi. diſt. & c. nos ad fidem. Et ratio eſt, quia fides poteſt remanere, etiam apud ſimplicem laicum, & in omnibus aliis perire; ſicut accidit in perſona beatæ Mariæ in paſsione Chriſti, vt dixi. Sed papa congregans concilium poteſt facere capaces laicos vocis dandæ. c. Adrianus. lxiii. diſt. & c. in ſynodo. notatur etiam in c. mennam ii. q. v. Nam & poteſtatem excommunicandi poteſt papa laico concedere. xxxii. diſt. c. præter verum. xcvi. diſt. c. bene quidem. not. Ioan. and. in c. ii. de præb. lib. vi. & vide ſupra. §. iii. facit etiam. Nam ſi duo Cardinales reperiuntur tempore mortis papæ, vnus poteſt eligere alium. Si vero vnus ſolus remanſit, ille habebit electionem, non tamen poterit eligere ſeipſum: poterit eligi interueniente compromiſſario, vt Panor. in c. licet, de elect. ad finem. Et ius, & nomen vniuerſitatis ſeruatur in vno. tex. eſt, & ibi Bar. in l. ſicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. Et aduerte, quòd omnes de concilio debent ſemper eſſe præſentes in actib. prouincialibus, ſicut eſſent in libelli oblatione, ſi aliqua cauſa eſſet ventilanda in concilio. de lib. obla. c. i. de ind. c. i. Idem in lit. conteſt. & allegationibus, quæ fierent hinc inde. ad quod vi. xvii. di. §. hinc etiam. i. q. vii. c. conuenientibus. In aliis autem actibus ſufficeret præſentia illorum, qui ſunt deputati, vt præſint concilio. ita Inn. & Hoſt. in c. graue, de præb. facit. c. in ſingulis, de ſtatu monac. Illud tamen certiſsimũ quod in cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus tractandis per concilium procedi debet ſeruato iudiciorum ordine, ſecundum Inn. & Hoſt. in d. c. graue, pro quo facit tex. in. d. c. i. de iud. Præmiſſa procedunt in iudicialibus agitandis in concilio. In aliis authoritatibus, in quibus non proceditur ordine iudiciario, vt xvii. diſt in. §. hinc etiam, &c. conuenientibus. i. q. vii. obtinet illud, in quo maior pars conuenerit; cum integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententia confirmatur, de offi. deleg. c. prudentiam. §. i. lxiiii. diſt. c. extra conſcientiam, de ſum. trin. c. i. §. fina. niſi minor pars rationabiliores cauſas aſsignaret, quia illa pars ſequenda eſſet. Non ſemper multitudo arguit perfectionem. ff. de teſti. l. ob carmen. §. vltimo. Sed regulariter (vt dixi) ſtandum eſt diſpoſitioni plurimorum. Sed tene ſemper menti pro præſidentibus loco papæ in concilio generali, quòd oportet omnes conſentire in actu gerendo, alias contradictio vnius inficit totum. Secus eſt in contradictione minoris partis concilii; de quo vide. Panor. in. d. c. in ſingulis. Sed ſi cõcilium ſit congregatum per papam pro negociis eccleſiæ, & papa ſit in cõcilio, ipſe eſt iudex, & alii prælati interſunt tanquam conſiliarii, & acceſſores. Nam ſolus papa eſt ille, qui debet præeſſe concilio c. ſignificaſti, de elect. not. Hoſt. in c. qualiter. ii. de accuſa. c. ad apoſtolicæ, de re iud. in. vi. §. nos itaque. Vbi papa protulit ſententiam contra Imperatorem Federicum cum conſilio fratrum ſuorũ, & concilii. Ac idem in c. pro humani, de hom. in. vi. Nec potuit papa ſic iudicans, vt ſuſpectus recuſari, vt per doct. in. c. i. de iud. Hoc itaque caſu ſinguli de concilio non ſunt iudices, ſed coniudices;

ces; quia ad vniuerſitatem, vt vniuerſitatem, ſpectat, non ad ſingulos, vt iudices, ſed omnes ſunt coniudices. arg. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur; & xii. q. ii. c. epiſcopus. §. qui manumittitur. Ideo verba formantur in plurali, quia dicitur; patres de concilio iudicāt, vel placuit patribus de concilio. Poteſt etiam in ſingulari dictari ſententia, ſub nomine tamē vniuerſitatis, puta; ſynodus iudicat; vel ſynodo placuit. Debet adhiberi cautela, vt de mandato, & commiſſione concilii fiat publicum inſtrumentum, vt per glo. in c. cum ab vno, de re iudi. in vi. bene facit quod notatur in c. cum in iure, de offi. deleg. Et priſcis temporibus quilibet ex patribus concilii ſe ſubſcribebat ſententiæ, vt in d. §. hinc etiam. xvii. diſt. & dixi ſupra in præcedenti capit. Notandum eſt, quòd papa regulariter eſt ſupra concilium; & omnia ſtatuta concilii intelliguntur, excepta authoritate papæ. tex. eſt no. in. c. ſignificaſti, de elect. & in c. aliorum. ix. q. iii. & in cap. nemo. vbi dicitur, quòd nemo poteſt iudicare primam ſedem. & facit etiam. c. cuncta per mundum, & c. per principalem, ea. q. & cau. ſed vide gl. in c. legimus. xciii. diſt. vbi text. ſancti Hieronymi facit in contrarium dicens; quòd mundus eſt maior ciuitate. & Abbas vir tantæ authoritatis, & Cardi. ſanctæ Romanæ eccleſiæ dicit in c. ſignificaſti, de elect. quòd omnia prædicta debent reſtringi ad ea, quæ pendent a plena diſpoſitione Pontificis; quia in his, quæ ſunt de iure poſitiuo, non dubium eſt, quin papa ſit ſupra concilium: ſed in rebus, quæ non depēdent a plena poteſtate pōtificis; dic vt per Præpoſi. Alex. in c. canones. xv. diſt. vbi late quæſtionem examinauit. & etiam videbis doctiſsimum Cardi. S. Sixti in ſua ſumma; vbi examinat latiſsime, quæſtionem iſtam & concludit, quòd papa eſt ſupra concilium. & vide de hoc concilium Conſtantienſe in ſeſsione. 4. & in ſeſsione. ii. vi. xviii. concilii Baſileæ. papa approbat decreta concilii, & approbauit decreta cōcilii Niceni ad inſtantiam patrum dicendo: quidquid in Nicea conſtitutum eſt, ad robur ſanctæ matris eccleſiæ catholicæ, & apoſtolicæ a ſanctis ſacerdotibus. cccxviii. noſtro ore confortes firmamus, &c. Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere, anathematizamus. Et dixerunt omnes epiſcopi, placet. Et vt nihil relinquamus intactum; duobus contendentibus de papatu, concilium generale de tali controuerſia cognoſcere, & iudicare debet. cap. ſi duo. lxxxix. diſt. vbi litera dicit, q̄ iſto caſu ille erit papa, quem iudicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit: nomine autem vniuerſitatis debet intelligi tota vniuerſitas fidelium. Ad idem facit ratio, quia ex quo contenditur de papatu, nec ſubeſt certitudo vnius veri, & indubitati ſponſi, ſatis poteſt dici etiam vacare, cum de iure non poſsit eſſe, niſi vnus. vii. q. i. c. factus eſt Cornelius. vt habetur Ioan. x. Erit vnum ouile, & vnus paſtor. Vbi tamen neuter poſſet plene adminiſtrare, cenſetur eccleſia quaſi vacans. arg. de transla. præl. c. ii. Cum autem vacat eccleſia, tunc poteſtas debet remanere penes ipſam vniuerſalē eccleſiam, quæ eſt fidelium congregatio; de conſecr. diſt. i. c. eccleſia; de biga. c. debitum. c. fundamenta, de electio. in. vi. illam autem eccleſiam concilium repræſentat. i. diſt. ca. domino ſancto. Et licet non omnes fideles conueniant, ſufficit, quòd veniant magni prælati, & alii principaliores quod facit ad id, quod not. Innoc. in c. fi. de maio. & obed. vbi dicit, quòd in rebus vniuerſitatum requiruntur rectores, vel pars magis idonea. benefacit. C. de iuram. calumn. l. ii. §. ſin autem. ff. de condi. & demon. l. municipibus, de procur. c. fi. vbi eſt bonus tex.

§. V.

Congregato concilio ſuper rebus attinentibus ad fidem, aut ſuper reformatione ſtatus vniuerſalis eccleſiæ, ibi determinandæ ſunt omnes cauſæ, quæ tangunt forum eccleſiaſticum, vt ſunt cauſæ epiſcoporum, & aliorum clericorum, & cauſæ eccleſiaſticæ. Et conciliū epiſcopos puniet, & deponet, ſi opus eſt. v. q. iiii. c. i. & . ii. no. glo. ii. q. i. c. primates. quamuis concilium prouinciale audiat, & non deponat. c. ſi. iii. q. viii. Sed cauſæ mere ſeculares, & inter laicos nō ſubditos eccleſiaſticæ iuriſdictioni, non poterunt ibi terminari. de hoc vide no. per doct. in. c. nouit de iud. & in c. licet ex ſuſcepto, & in c. ſi clericus laicum, de foro compet. & in c. cauſam, & in c. lator. qui filii ſint leg. vbi notantur aliqua, in quibus concilium poſſet iudicare inter laicos ſcilicet ratione peccati. Notandum tamen eſt, quòd congregato concilio generali papa, vel eius legatus, & omnes patres congregati obſeruabunt ordinem, & cærimonias ſecundum formam traditam in libro conciliorum generalium, folio primo. Et, vt ibi habetur, congregabuntur qualibet die vſque ad finem in expeditione concilii.

§. VI.

In ſeſſione autem in concilio quis alium inter prælatos eiuſdem dignitatis, puta epiſcopos, vel archiepiſcopos, abbates, & huiuſmodi, debet præcedere, no. in. c. epiſcopus. xvii. diſt. vbi dicitur, epiſcopus ſecundum ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſedendum in cōcilio, ſiue ad ſubſcribendum, ſiue in qualibet alia re ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vendicare. quod tempus ordinationis nō ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſicut ex

consuetu

conſuetudine ſanctæ Romanæ eccleſiæ epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.& vide Archi.in.c.concilia,ad finem,ea.diſt. Et concilium procedet in cauſis, vt melius ſibi videbitur; nam tenet liberam poteſtatem tranſgrediendi legem,ordinandi,ſtatuendiq;.Item poſſunt papa,& Imperator in temporalibus,nam non ſunt obligati legi,vt no.doct.in.c. propoſuit, de conceſſ.præb.l.principes legibus.ff.de legi.& Imperator poteſt tollere ius ciuile. ita Inn. in.c. quæ in eccleſiarum,de conſtit. & poteſt tollere actionem,& exceptionem.Alex. poſt gl.in.l.iii.§. ſi is,pro quo.ff.quod quiſque iur.& in rub.ff.ſi cer.pet.& vide Bal.in præludiis feu.in parte. Sed pauca de principe dicamus; & vide doct.in l.gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. Nec eſt præſumendum,quod talis proceſſus contineat labem,vel defectum,vt no.in c.in ſede; & in ca. hæc eſt fides.xxiiii.q.i.quia præſumitur,quod omnia fuerint ſolenniter geſta,vt no.in c. apoſtolicæ.xxxv.q.ix.& in c.ad audientiam,de reſcrip.& C.de appell.l.na cauſas,de reſcrip.c.ad audientiam. Et ratio eſt,quia cœleſte arbitrium cenſetur habere,vt.C.de ſum.trini.& fide cat.l.i.in fin. & error principis facit ius.ff.de ſupp.leg.l.iii. in fine. Et hæc videntur vera, attenta conſuetudine Romanæ curiæ, vbi per ſolam facti narrationem verbalem,factam coram papa,& fratribus,& verbalem reſponſionem,intelligitur lis conteſtata.Hoſt. in.c.in cauſis,de re ind. contra no. in.c. i.de libel.obla.ſupplere enim videtur,præſentia papæ,quæ eſt in concilio,vel Cæſaris omnem defectum ſolennitatibus.l.omnium.C.de teſta.Inn.in.c.vno,de lit.conte.quia pro omni actu principis præſumitur.l.reſcripta.C.ſi contra ius,vel vti.pub. Et a ſententia concilii non poteſt appellari,quod concilium eſt loco ſenatus,vt not.in c.eccleſia.xvi.quæ.i.& a ſenatu non appellatur, vt ff.a quib.appe.non lic.l.i.& hoc intelligo in illis caſibus,in quibus concilium eſt ſupra papam,vt iam dixi. Sed bene poterunt dicere de nullitate contra ſententiam,vt nota.in l.ſi vt proponis.C. quo.& quando iud.& Bar. in.l.ſi expreſſim.ff.de appel.& Spec.in titu.de ſen.§.iuxta.Et a papali ſententia an poſſit appellari ad concilium generale,dic,quòd non. Vide Ludo.Rom. in conſilio cccccxxi.incip.in Chriſti nomine amen. Notandum etiam eſt,quòd concilium non poteſt recuſari,nec papa,quando ſibi contingeret iudicare in cauſa propria,vt no.in.c.ex parte,de verb.ſign. & in l.eſt receptum.ff.de iur.om.iud.& no.in c.nouit,de appel.& in l.i.ff.de offi.præfect. præto. quia non aliter,quàm decet,præſumitur iudicare,& quamuis concilium prouinciale poſſit recuſari,non tamen concilium generale.glo.eſt in c.ſingulis,de ſta.mo.intelligitur glo.in.c.i.de iudic. vbi doct.concludunt,quòd concilium generale totum non poſſet recuſari. Vtrum concilio poſſit dici de nullitate ſententiæ papæ,dico,quòd ſic,eo volente; per tex.in c.nos ſi incompetenter ii.q.vii.etiam ſi papa ſit præſens in concilio,vel eius legatus. Et quia diximus,quòd patres cōgregabuntur vſque ad finem concilii,dico,quòd concilium durabit,quouſq; terminata fuerint negocia,& cauſæ,ob quæ fuit congregatum concilium,vel pro quibus concilium fuit congregatū, debitum finem ſuſcipiant; quia in requirentibus perfectionem ex actu iuſtitiæ nihil creditur actum,quum aliquid reſtat agendum,vt no.in l.pen. C.de his,quib.vt indig.l.cum Sillanianum. in fine.ff.de his,quib.vt indig.& Spe.in tit.de ſala.aduo.verſi. Sed nunquid aduocatus, nec dicitur perfectum,niſi perfectionis ordine ſit perfectum.l.qui cum maior.§.accuſaſſe.ff. de bon.lib.l.itē apud labeonem.ff.de iniur.c.nihil.vii.q.i.& vide Bal.in tract.de ſchiſma. Et doct.in l. poſſideri, §.ex pluribus.ff.de acqui.poſſ. Nam proprium legiſlatoris,& ſummi pontificis eſt, vt nullum ab eo cæptum,imperfectum relinquatur.C.de emen.iuſti.cod.in prin. & id demum perfectum dicitur,quod ex omnibus ſuis partibus conſtat,vt in l.i.ff.de orig.iur. Et is,qui habet authoritatē diſſoluendi concilium,eſt idem concilium,cuius caput eſt papa,not.in.c.præcedenti. Nam de iudicio apoſtolicæ ſedis debet procedere diſſolutio concilii,probat tex.in c.regula.xvii. diſt.vbi dicitur: Neque vllum ratum eſt,aut erit vnquam concilium,quod non fuerit authoritate papę diſſolutum. Et circa iſtud punctum,quis habeat authoritatem diſſoluēdi concilium, remitto me ad ſtatutum concilii Conſtanienſis,quod incipit,frequens,confirmatum per papam Martinum.

§. VII.

Congregato concilio eo modo,vt dictum eſt,& cum cærimoniis,& ſolennitatibus conciliorum,ſumma ope curandum eſt,vt extirpentur hæreſes,quæ ad præſens ſunt ſeminatæ; citando prius authorem,& eius ſequaces,ad conuincendum eorum malitiam;obſeruando ordinem,quem ſeruauerunt ſancti patres, cum quatuor concilia generalia deſtruxerint hæreſes, de quibus fit mentio in c.i.& in ca.ſicut.xv.diſt. Et obſeruandus eſt ordo, quem obſeruauit papa Ioannes xxii.quando conſiſtorium damnauit tres errores, quas habebat doctor Ioannes de Poliaco Pariſienſis,vt conſtat per extrauag.quæ incipit; Vos electionis doctor. Et concilium Nicenum,Arrium,& conſectatores eius anathematizauit omnes abiiciens, neq; accedere Alexandriæ permiſit: præceptumque principis repente eundem Arrium,& qui circa Euſebium,& Theoginum,& qui cum eis erant,exilio deportauit: poſtquam conuicti decretis concilii non obtemperauerunt,vt legitur in hiſt.tripartita,lib.ii.c.ix. Et aduerte,quòd hæretici,& in hæreſi permanē

tes a cætu concilii excluduntur, vt in c.cum quibus.xxiiii.q.iii.quia tales ſunt extra eccleſiam, & tanquam membre putrida,& oues morboſæ,non debent admitti,ne forte totum ouile inficerēt. arg.de reg.iur.c.ſi.xxiiii.q.iii.c.reſecandæ,ſecus,ſi ad fidem eſſent reuerſæ,vt not.Archi.in.d.c.cō uenientibus.i.q.vii.ſed ſi tales volunt intereſſe,tanquam membra talis corporis,&vellent eſſe ed ſe excuſandum,ſic bene poſſunt intereſſe concilio,vt no.gl.in d.c.conuenientibus.Item eſt notandum,quòd ſcriptum eſt in principio libri decretorum,quòd humanum genus duobus regitur, naturali videlicet iure,& moribus.Ius naturale eſt,quod in lege,& in euangelio continetur,quo quiſque iubetur aliis facere,quod ſibi vult fieri; & prohibetur aliis inferre,quod ſibi nolit fieri. Vnde Chriſtus in euangelio Matth.vii.Quæcunque vultis,vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis; hæc eſt enim lex,& prophetæ.Et aliud,quo genus humanum regi debet, ſunt leges humanæ.& ſcriptum eſt in c.omnes.i.diſt.cum cap ſeq.Propterea neceſſarium eſt,quòd papa princeps,& Imperator vt princeps principum ſeculi,obſeruent contenta in lege euangelica,& omnia ſtatuta in iure,& approbata in concilio.quod facile poteſt oſtendi. Nam eorum poteſtas a Deo eſt,vt ait Apoſtolus ad Roma.xiii. & ideo Papa,& Reges debent operari bonum,vt eorum exemplo alii compellantur ad agendum idem,quia exemple magis mouent, quam verba, vt inquit Seneca.Et Chriſtus etiam dixit; exemplum meum do vobis,vt ſicut ego facio, ita & vos faciatis.Et cum eſſet verus Deus,& verus homo,verus Rex,& verus pontifex,cœpit facere, deinde docere, vt ſcribit Lucas Actuum.i.Itaque decet honeſtatem pontificis obſeruare ſtatuto, & traditiones vniuerſalis eccleſiæ.tex.eſt in c.confidimus; & in c.ſunt quidam: & in c.contra.25. q.i.& tex.eſt in c.ſi.xiiii.diſt.in quibus omnibus decretis nota. quòd papa non debet diſpenſare contra ſtatuta conciliorum generalium,ſine cauſa; quia pape non eſt ſupra legem Dei,qui recordatur iuſtitiam facere electis ſuis,vt proprio ore teſtatur per Lucam euangeliſtam.c.xviii.& in c. violatores.xxv.q.i.dicitur; Qui voluntarie violabunt canones ſtatutos e ſanctis patribus motis ab ſpiritu ſancto,condemnandi ſunt,ſicut execratores ſpiritus ſancti.Itaque pontifices nō ſolum debent cuſtodire ſtatuta,& leges diuinas,ſed etiam decrete ſanctorum patrum. Nam prima ſalus eſt recte fidei regulam cuſtodire,& e conſtitutie patrum nulletenus deuiare.tex. eſt in c.i.25. q.i.& quæ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt vtilitatem,nulla commutatione varientur; neque ad priuatum trahātur commodum, quæ ad bonum commune ſunt præfixa.tex.eſt in.c.quæ ad perpetuam.xxv.q.i. & proinde Leo papedicit in c.ſi.cau.& quæſt.prædicta: Ideo permittente Deo paſtores hominū ſumus effecti,vt quod patres noſtri ſiue in ſacris canonibus,ſiue in mūdanis affixere legibus,excedere minime debeemus; cōtra eorum quippe ſaluberrima agimus præcepta,ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt conſulto intactum non conſeruamus. Et idem Greg.inquit Si ea deſtruerem,quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt,non conſtructor,ſed euerſor eſſe,iure cōprobarer.ita ſcriptum eſt.in c.ſi ea.xxv.q.ii.

Dicit etiam,ſicut ſancta euangelia quatuor,ſic quatuor concilie ſuſcipere, & venerari me fateor; vt eſt tex,in capitulo ſicut decimaquinta diſtinctione.Vnde Prouerbio.xxii. dicitur; Non transgrediaris terminos,quos poſuerunt patres tui.Et Nicolaus papa ſcribit; Ridiculum eſt, & ſatis abhominabile dedecus,vt traditiones,quas a patribus accepimus,infringi patiamur. capitulo ridiculum,duodecima diſtinctione.Itaque ſcire debet papa,quòd omnes ſeruabunt decreta, quando ipſe illa obſeruabit,& reuerenter accipiet,ſequendo exemplum Chriſti, qui ſacramenta eccleſiæ inſemetipſe ſanctificauit,vt ſcribit Luces capi.ſecundo,nam qui miniſtrat iuſtitiam, nō debet facere,quod ipſe aliis prohibet,quominus fiat; vt not.in.c.vno,de nat.ex lib.ven. & in capitulo diuerſis fallaciis,de cler.coniuga.ſcriptum namque eſt in capitulo,cum illorum.de ſententia excommunicatio.Aliis legem imponere non debent,quam ipſi negligunt obſeruare. Et transgreſſor legis recte alium iudicare non poteſt.tex.eſt in capitulo ſacerdos.iii.quæſtione, ſeptima. Et iudicet ille de alterius errore,qui non habet,quod in ſeipſo condemnet: vt dicitur in capitulo iudicet.ea.cau.facit etiam tex.in capitulo iniquum,trigeſimaſecunda quæſtion.vi.vbi dicitur; Iniquum eſt, vt quiſque de alio iudicare velit,& iudicari de ſe nolit. Debet ergo ille qui iuſtitiā vult miniſtrare,ſeipſum emendare, tex.eſt in capitulo nemo,octuageſimaprime diſtinctione, & Auguſtin.libro quinto de ciuitate dei,capit.decimoſexto.Laudat Romanos,qui viuebant ſub legibus,quas aliis gentibus obſeruandas tradebant. Et quia in libro de adminiſtratione iuſtitiæ in eius prohœmio iam impreſſo,& imperiali maieſtati dedicato,multa ſunt ſcripta circa iſtud punctum,ad præſens nihil aliud dicam,niſi quòd conuenit bono regimini vniuerſalis eccleſiæ,& ſaluti Chriſtianæ religionis,quod pontifex,vt caput principale fabricæ,obſeruet,& veneretur ſingula decreta ſanctorum patrum.nam principalis reformatio eccleſiæ conſiſtit in obſeruantia canonum,& decretorum,vt dictum eſt; poſtquam fuerunt ordinata interueniente ſpiritu ſancto, capitulo ſi ille.l.diſtinctione.nam concilium generale habet poteſtatem maximam, vt dicit concilium Conſtantienſe,in ſeſſione quarta,& concilium Baſilienſe in ſeſſione decima octaua, & ſeſſione quarta.

Conſiderandum

§. VIII.

CONſiderandum eſt, quòd beneficia eccleſiaſtica requirunt reſidentiam perſonalem, intantum quòd Cardinales tenentur reſidere in eccleſia ſibi Intitulata; & de rigore ſi monitus non reſider, eſt deponendus, vt not. in. c. exigiſtis, de cler. non reſ. ibi Cardinalis S. Marcelli ob non reſidentiam in ſynodo priuatus fuit dignitate ſua, admonitione præcedente. licet Cardinales ſint pars corporis papæ, & papa cum eis iudicat totum orbem, & ſunt in quaſi poſſeſſione, vt papa non iudicet ardua, neque explicet ſine conſilio Cardinalium, Et papa debet habere cõſilium Cardinalium in arduis. tex. in. c. per venerabilem, qui filii ſint legi. & eſt text. vnicus in iure ad probandum, quòd Cardinalatus, ſaltem figuratiue, ſit de iure diuino, facit tex. in. c. xvii. Deut. vbi dicitur; Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, veniens ad ſacerdotes Leuitici generis, &c. & vide tex. in. c. fundamenta, de elect. in. vi. ſed tu dic, vt dixi ſup. in. c. xxiiii. vbi late de dominis Cardinalibus: ſed epiſcopatus eſt de iure diuino, non Cardinalatus. Ad materiã capituli dico, quòd in beneficio curato, aut dignitate, ſi citatus non veniat ad reſidendum in termino aſſignato, priuandus eſt tali dignitate, aut beneficio; tex. eſt in c. ex parte, de cle. non reſi. & no. in c. inter quatuor, & in c. ſi. eo. tit. Et de forma citationis vide, quæ not. in. c. ex tunc eo. titu. De eo autem, qui habet iuſtam abſentiæ cauſam, vt ſtudiorum; no. in. c. tuæ fraternitatis, de cle. non reſi. & in c. cum ex eo, de elec. lib. vi. vbi dicitur, quòd abſens ex iuſta cauſa habetur pro præſente. not. etiam in c. ex parte, eo. tit. Et familiares domini papæ poſſunt recipere fructus, vt in c. cũ dilectus, & in c. ad audientiam, de cle. non reſid. vbi dicunt Abbas, & docto. quòd iſti familiares papæ non debent eſſe, niſi duo. Et infringendo ſtatuta conciliorum generalium faciũt, vt eodem gaudeant priuilegio familiares Cardinalium. Ideo ex cautela multi fiunt familiares, nõ quòd vere ſint, ſed vt gaudeant gratia. Sed hi tales ſunt negociatores, vt dicit Abb. in. c. cum dilectus, & in curia hodie appellantur piſcatores. De reſidentia ſacerdotis, & quòd ſit de iure diuino reſidentia perſonalis. vide in iſto Specu. c. lxvi. & omnino vide.

Redeundo igitur ad materiam diſpenſationis dico, quòd non debet papa dare indulgentiam, cauſa non exiſtente, vt epiſcopus non reſideat in ſuo epiſcopatu, & vnuſquiſque in ſua dignitate aut beneficio. Nam diſſolutionis, & vagationis materiam inducit, & periculum continet animarum. Ideo neceſſarium eſt, vt gaudentes patrimonio, & oblationibus Chriſti, reſideanr, & ſeruiãt dignitatibus, & beneficiis, ſtatuendo, vt ſeruetur ius canonicum, & traditiones conciliorum generalium; quia aliter violatur totum ius, dum ſic regnat auaritia radix omnium malorum. Et ſicut Hiſpania eſt regnum, vbi ditior eſt eccleſia Dei, ſic ibi maius damnum emergit tali abuſione, dum magis infringuntur iura. & ſtatuta conciliorum, quàm in allo regno fidelium. Nec diu eſt, quòd Romæ quidam curialis Hiſpanus è vita deceſſit, qui quamuis eſſet clericus, nunquam tamen celebrauit; & eius morte vacauerunt centum, & triginta beneficia eccleſiaſtica; & reliquit Romæ apud negociatores centum, & triginta millia ducatorum. Et in hoc ſolicitare pontificem præcipue ſpectat ad tuam maieſtatem. Nam eſt annihilatio Hiſpaniarum, quòd Romæ ſint clerici innumerabiles, gaudentes patrimonio Chriſti ſine ſeruitio eccleſiæ, vel altaris, poſſidentes dignitates, & beneficia, nec vacantes, niſi incitando, & moleſtando innumerabiles clericos pauperes. Et dum non ſeruiunt eccleſiæ, maximum damnum inferunt. Sed ſuprema iuſtitia, quæ non relinquit quenquam impunitum, quotidie flagellat, & caſtigat tales inutiles ſeruos. Cum autem iuſto iudicio Dei ſeruus nequam in iudicium vocatur, in ſede iniquitatis ſemper ſubrogatur alius ſimilis, auaritia feruente, radice omnium malorum, vt dixit Apoſt.

Dominus autem ordinauit his, qui euangelium enuntiant, de euangelio viuere, vt Matth. x. & Luc. x. Et ideo beneficium eccleſiaſticum eſt de iure diuino. Et beneficium eccleſiaſticum eſt ius recipiendi ſuſtentationem, ratione officii, & ſeruitii. Itaque fructus eccleſiaſtici debentur operariis non aliis; & qui non reſidet, non eſt bonus operarius. Et beneficia dantur propter officia, vt in c. ſi. de reſcrip. lib. vi. & in foro animæ qui non dicit officium, tenetur reſtituere fructus. Abb. poſt Calde. in. c. i. de celebr. miſſ. & vide infra, in tit. de horis canonicis. & in ca. xviii. Numeri. Et reſidentia ſacerdotii eſt de iure diuino, vt dixi in cap. lxvi. infra in iſto Speculo, & in ca. xxxiiii. ſupra in eodem libro.

Et an conſuetudo excuſet clericum de non reſidendo in beneficiis, notant doct. poſt gloſſ. fin. in c. cum omnes, de conſti. vbi concludunt, quòd in ſimplicibus beneficiis valeret cõſuetudo de non reſidendo, dummodo eccleſiis præiudicium non inferatur. Sed ſi clericus vagaret, conſuetudo non valeret. Fely. poſt omnes in. d. c. cum omnes. & vide in tract. de benefi. in prin. quartæ partis. Sed tu dic, quòd reſidentia eſt de iure diuino, vt in c. lxvi. infra in iſto Spec. & non poteſt eſſe conſuetudo ſine diminutione diuini cultus. Sed ſi beneficium non datur in titulum, non requirit reſidentiam, vt in penſione. Nam penſionem poteſt etiam laicus habere, vt per Archi. in. c. quamuis. i. de præb. in. vi. doct. in. c. clericos, de cler. non reſi. & in. c. ad audientiam. ii. de reſt. Sed aduertat Romanus pontifex, quia penſiones, quæ conſtituuntur in fraudem canonis, reprobatæ ſunt,

vt

vt quia deputantur ei,qui non eſt capax beneficii,vt per Panor.& Fel.in.d.c.ad audientiã. Sed ex aliqua cauſa licita,& honeſta poteſt alicui cõſtitui penſio ex redditib.beneficii.& intellige, quòd remaneat presbytero ſoluenti penſionem,vnde poſſit viuere ; alìàs,ſecus.vt per Panor.in.c.cõquerente.de cle.non reſi.Hinc puto inoleuiſſe practicã,quòd,vt plurimum ſtatuitur onus vſq; ad tertiam partem reddituũ,quantitatiue tñ,non per viam quotę.Et ſi contingeret eccleſiã eſſe nimis oneratam,ſolet modificari,vt in c.ꝓhibemus,de cenſ.Et talis moderatio eſt canonib. amica bonus tex.ad hoc in.c.quanto.de cenſ.Et aduertat etiam Rom.pont. poſtquam incidenter de materia penſionum loquuti ſumus,quia multi incredibili cupiditate moti reſignant beneficium eccleſiaſticum,obtinentes à papa impoſitionẽ annuæ penſionis ſoluendæ ſibi annuatim per ſucceſſorem.Quam poſtea ipſi pecunia redimunt ex præcedenti pactione inter eos inita ; & ſuo iudicio non credũt,talem contractũ ſimoniacum eſſe.quæ omnia indigent celeri reformatione.Et de pẽſione eccleſiaſtica dic,vt.j.in tit.de penſionib.eccleſiaſt. Et de reſidentia ſanctiſſimorũ epiſcoporum vide.ſ.in c.ix.Et quod reſidentia ſacerdotii ſit de iure diuino,vide.j.in iſto Specu.vt dixi,in c.lxvi.& iſta eſt veritas,ideo non valet conſuetudo in cõtrariũ,quia eſſet abuſio,& corruptela, talis conſuetudo contra ius diuinũ.Ideo aduertant beneficiati,quia vltor iniquitatũ gladius eſt, vt ibi dixi.Et de reſidentia epiſcoporum,& Cardinalium dixi ſupra.in iſto Spec.c.ix.

.§. IX.

NVnc dicamus de aliquibus abuſibus,qui in Chriſtiana religione verſantur . Nam omnes fere laici conſtituuntur in minorib.ordinibus,non vt clericaliter vitam ſuam ducant,nõ vt religioni vtilitatem afferant,non vt Deo ſeruiant,ſed gratia exemptionis duntaxat, vt qñ delinquunt,non poſſint capi,nec detineri,nec puniri.Et dum non viuunt clericaliter,nihilominus per dilucida interualla(vt recte dicã)portant habitum,& tonſuram:& licet talib.veſtibus induti ſemper negociãdo vadunt,vel tenent tabernã,vel ſtant ad aliquã ſtationem exercendo aliquam artem,vel mercantiam.Et in uolucro taliũ negotiationum grauia,& plura facinora impune perpetrant.Et hinc oriuntur iurgia,& contentiones inter iudices eccleſiaſticos,& ſeculares ſuper iuriſdictione contendendo,quia de iure,ſi relicto habitu,& tonſura immiſceant ſe enormitatibus,vel ſæua exerceant,nullo gaudent priuilegio,vt in.c.i.de apoſt.& c.priuilegiis.& de exc.prela.c.ex parte.& c.ꝑpendimus.Sed oẽs iſti abuſus oriuntur ex negligentia epiſcoporũ, qui ordinant ignotos,& idiotas,& multoties hoĩes delinquentes,& facinoroſos; & paſſim conceduntur gratiæ & pueris,& illiteratis,vt à non ſuis epiſcopis ordinentur.Sed abuſio abuſionũ eſt,deficiẽte epiſcopo,quia de iure ſede vacãte Capitulũ ſuccedit in iuriſdictionalib. & tũc ignoſcite ; quia illi epiſcopi nullius diocœſis,tanquã mercennarii,& non paſtores,ordinãt ſutores,ſartores,& omnes volentes,& nolentes ; & ſic de male in peius transfretamus,ꝓfundũ pelagus orbis.Et quid dicemus inuictiſs.princeps,circa vitam,& honeſtatẽ clericalem? nñ ius loquens de tali honeſtate & vita ſacerdotali regulariter nõ eſt in obſeruantia;quia oẽs ferè clerici mercennarii non portant habitũ cõgruũ,vt decet ; & forſitan ratione paupertatis.Alii vero clerici in dignitatib.conſtituti cũ plura,& opulenta poſſideant beneficia,non credunt decretis ſanctorũ patrum eſſe obtẽperandum,ſuperbia elati.Et vt rem ipsã paucis abſoluamus;admiretur totus orbis de ſequẽti inopinata abuſione.Nã licet ſacramenta nouę legis contineant,& cõferant gratiam,& in eis virtus Chriſti ſub tegumento rerũ viſibiliũ ſecretius operetur ſalutem:& licet ſint perfectiſs.remedia contra pcm̃,& efficacia ſigna gratiæ Dei;& licet fuerit neceſſariũ,vt baptiſmus,confirmatio,euchariſtia, pnĩa,extrema vnctio,matrimonium conferantur per determinatos miniſtros:& licet fuerit neceſſariũ ſacramentũ ordinis,cuius miniſterio prædicta diſpenſaretur ſacramenta:quorum ſacramẽtorum ſacerdotes diſpenſatores ſunt;nunquã tam clerici noſtri tpis,licet plura,& pinguia curata beneficia poſſideãt,conferunt populo Chriſtiano prædicta eccleſiæ ſacramenta,tanquã ſibi minime pertinentia,immemores Apoſt.dicentis;Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorũ Dei.Itaq; Deus in ſacramentis nouæ legis inuiſibiliter opatur, ſicut ĩ veteri lege viſibiliter operatur.præpo.poſt gl.in.c.cũ ſcriptura.i.q.i.Sed ĩfelices clerici mercenarii, & mendicantes ſuſtinent pondus,& onera aliena.Itaq; cõtra tales pingues,& diuites,& inutiles diſpenſatores poſſemus dicere cũ Cyp.papa:Hoſtes ſunt,inimici ſunt,latrones ſunt.Et aduertant, quia ꝓphetia Malachiæ ꝑcipue dirigitur cõtra ſacerdotes. Et quia de clericis mendicantib. incidenter ſermo habitus eſt,neceſſe eſt vt dicamus,ꝙ mendicantes nõ debent admitti ad clericatũ,et hoc fuit ſtatutum,vt ordinati non mendicarent,in opprobrium clericatus; & eſſet valde vtile ſeruare diſpoſitionem tex.in.c.ii.de præb.& c.epiſcopus.eo.ti.vbi cauetur, quòd epiſcopus ordinãs aliquem ſine titulo,& ſic non habentem vnde viuat,debet illi prouidere de ſuo,donec conſequatur aliquem titulum.Nam certum eſt,quòd turba clericorum facit eos contemptibiles, vt in c.legimus.xciii.diſt.& multi ſacerdotes,& pauci ſacerdotes,multi nomine,pauci in opere, & mũdus ſacerdotib.plenus eſt tñ in meſſe dei rarus valde inuenitur oparius.Sʒ aĩaduertendũ eſt,ꝙ ſi eccleſia cathedralis ĩ Hiſpania vacat, ꝑñtatio ſpectat ad Regẽ,quia reges noſtri patroni ſunt oĩum ec-

cleſiarum

eccleſiarum cathedralium. Quia poſtquam Reges Gothi, à quibus inuictiſſimus Rex Cathol. noſter indubitatam trahit originem; Hiſpanicam monarchiam, debellando vandalos, adepti ſunt, conſtruxerunt ſacra templa, & eccleſias, vbi diuina officia celebrarentur; dotemque eis conſtituerunt, & ornamenta plurima miniſtrarunt. Ex quo ius patronatus in eiſdem eccleſiis, prælertim cathedralibus, acquiſierunt, & ſpecialiter ſibi reſeruauerunt, vt in c. nobis. & in c. præterea, de iure patro. & c. eleutherins. xviii. q. iii. & c. frigentius, xvi. q. vii. & c. filius, & c. monaſterium. de quo vide Archi. in c. lectis. lxiii. diſt. Et Bal. in pro hc. decreta. §. Rex pacificus. Bene verum eſt, quòd patronus conſequitur ius patronatus ex tollerantia, & gratia eccleſiæ, vt per doct. in c. quoniam, de iure patro. Ideo aduertat princeps noſter circa electionem epiſcoporum ante præſentationem faciendam; quia eligendus eſt vir bonæ vitæ, literatus, conſtitutus in ſacris, ex legitimo matrimonio natus, in temporalibus circunſpectus, & in ſpiritualibus, qui poſſit iura eccleſiæ tueri, prudens, docilis, temperatus, caſtus, ſobrius, & in literarum ſenſibus acutus, in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, doctus, pauidus, maturus, & qui reprehendi non poſſit; Deo, & hominibus placens, hoſpitalis, bonis moribus ornatus, & manſuetus: vnius vxoris virum .i. non bigamum, oportet eſſe epiſcopum, non vinolentum, non percuſſorem, ſuæ domui bene præpoſitum; qui enim domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Et ideo de iure cauetur, quod magis idoneus ſemper eligendus eſt. ita Inno. in c. cum olim, de teſt. & per Spe. in tit. de electio. verſic. publicatione. vbi ponit exemplum de Apoſtolis, qui elegerunt Mathiam, & non Ioſeph iuſtum, licet conſanguineum eorum. Et aduertant, quia electio eſt periculo eligentis, gloſſ. in c. Valentinianus. lxiii. diſt. & electores non excuſantur, ſi veliot allegare ignorantiam, eligendo indignos: vt per Albe. in l. qui cum alio, de regu. iur. ff. & in l. eum, qui certarum. §. cum pure. ff. de verb. oblig. Et mala electio eſt in culpa. inſti. qui mo. re. tol. obli. §. præterea; & C. de periculo nominatorum. l. i. & ii. lib. xi. Sed vide Præpoſi. in c. viliſſimus. i. q. i. & omnino vide. Et Chriſtus dixit Petro; diligis me plus his? quaſi expreſſe dicat; ille, qui eligitur ad officium prælationis, debet Deum diligere præ cæteris: & tantum debet excedere actionem populi vita paſtoris; quia paſtor eccleſiæ debet ſubditos paſcere triplici pabulo, ſcilicet veritatis verbo, vitæ exemplo temporali ſubſidio. Ideo ille, qui aliquem eligit in epiſcopum, tenetur ſemper eligere meliorem; & ille eſt eligendus, qui omnibus conditionibus penſatis melior eſt ad tale officium, ad honorem Dei, & eccleſiæ vtilitatem, ſecundum iudicium eligentis: aliter autem eligens, vel promouens non videtur iudicium diuinum euadere. De hoc diximus ſupra in iſto Speculo. c. v. Et epiſcopus dicitur ſuperintendens, & quaſi ſpeculator, in eccleſia poſitus ad ſpeculandum mores, & vitam ſubditorum. Ex quo patet quod epiſcopus nomen eſt operis, non honoris. viii. q. i. c. qui epiſcopatum. tenet Azo. in Rubr. C. de epiſcopis, & cle. Ideo aduertat ſacra maieſtas circa tranſlationem epiſcoporum; quia non licet epiſcopo de ciuitate ſua tranſire ad alium epiſcopatum. & tex. dicit; Manifeſta eſt enim cauſa, pro qua facere hoc attentant; cum nullus ſit inuentus epiſcopus, qui ad minorem de maiori ciuitate tranſiret. Et matrimonium ſpirituale contrahitur inter epiſcopum, & eccleſiam, interueniente authoritate eligentis, & confirmantis. Quare ergo epiſcopus vult dimittere propriam ſponſam, & tranſire ad aliam, cum innumerabilia naſcantur damna de tranſlatione epiſcoporum ex vna ciuitate ad alium epiſcopatum? Et hinc etiam oritur occaſio delinquendi, & multa inconuenientia, quæ nunc ſurda aure tranſeo. Et poſtquam veſtra maieſtas habet ius eligendi, & præſentandi epiſcopos (vt dixi) multum intereſt conſcientiæ ſuæ reformare talem deformitatem, & abuſum, & componere ſolita authoritate ſtatum religionis. Et ſi veſtra maieſtas rempublicam Chriſtianam ſaluam cupit, vt vniuerſo orbi notum eſt, à Regnis Hiſpaniæ vera reformatio incipere debet, quia ſola Hiſpania inter alias orbis regiones abutitur iuribus diſponentibus de tranſlatione epiſcoporum. Et Apoſtolus dixit, Vnuſquiſque maneat in vocatione, qua vocatus eſt. Et aduertat ſacra maieſtas, quia abuſione aſſiduarum tranſlationum nullus epiſcopus Hiſpaniarum poſſet iure dicere cum Chriſto redemptore noſtro; Ego ſum paſtor bonus, cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ; quia paſtores in hodierna calamitate nec cognoſcunt oues ſuas, nec oues paſtores ſuos. Et de patronatu Hiſpaniarum vide infra in iſto Speculo. clxiii. & dixi etiam in cap. de bello, ſupra in eodem Speculo. & vide ſupra. in iſto Speculo. c. quinto; & omnino vide.

De varijs antiquis hæreſibus ab eccleſia Dei condemnatis; & prima de his, quæ in prima ſynodo Nicena. Cap. LII.

QVoniam non parum commoditatis arbitrati ſumus afferre præſenti tractatui de hæreſibus, ſi in promptu ex eo poſſit haberi notitia, quæ hęreſes ſuperioribus temporibus per ſanctos patres in eccleſia ſint condemnatæ, iccirco decreuimus quantum poſſibile nobis fuerit, hic ſub breuitate commemorare errores, & hæreſes, quæ per eccleſiam Dei ſiue in concilis, ſiue per ſedem Apoſtolicam reprobatæ inueniuntur. Incipiemus autem ab vniuerſali ſyno-

do Nicena dicentes.quòd venerabilis,& ſancta ſynodus Nicena. cccxviii. patrum condemnauit Arrium peſsimum hæreticum cum complicibus ſuis, qui inter alios errores, quos dogmatizauit,tres gradus aſſerebat in trinitate,patrem ſcilicet maiorem,filium minoré, ſpiritum ſanctum creaturam,vel ſeruum. Cuius quidem Arrianæ perfidiæ de inæqualitate ſanctæ trinitatis condemnata blaſphemia,eadem ſancta ſynodus conſubſtantialem Deo patri filium per ſymbolum diffiniuit,vt in c.canones,diſt.xv.& in regula Athanaſii ab eccleſia approbata dicitur; Quicunque vult ſaluus eſſe,&c.

Hæreſes condemnatæ in concilio celebrato Romæ poſt conſilium Nicenum.

CAeterum in concilio Romano,quod poſt concilium Nicenum eſt Romæ celebratum,anathematizato ſunt plures hæreſes,de quibus ſcilicet concilio,& hæreſibus in eo condemnatis Damas Papa loquitur, vt patet in libr. conciliorum hoc modo ſcribens ad Antiochenum epiſcopum. Poſt Nicenum concilium,aliud in vrbe Roma congregatum eſt poſtea à catholicis epiſcopis,qui addiderunt de ſpiritu ſancto. Et quia poſtea talis error exortus eſt, vt quidam dicere prophano ore præſumunt, ſpiritum ſanctum per filium fuiſſe factum, ideo anathematizamus eos,qui non cum omni prædicant libertate,cum patre,& filio ſpiritum ſanctum vnius eiuſdemque ſubſtantiæ,atque poteſtatis exiſtere.

Similiter autem anathematizamus eos, qui errorem Sabellii ſunt ſequuti, eundem dicentes eſſe patrem,quem & filium.

Anathematizamus Arrium,& Eunomium,qui ſimiliter impietate (licet verbis diſcrepent) filium tamen,& ſpiritum ſanctum creaturam eſſe confirmant.

Anathematizamus Macedonianos,qui ex Arriana radice deriuati non impietatem,ſed vocabulum mutauerunt.

Anathematizamus Fontinum, qui Ebeonis hæreſim renouans dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſolum ex Maria confitetur.

Anathematizamus etiam eos,qui duos filios eſſe profitentur,vnum ante ſecula,& alterum per carnis aſſumptionem ex virgine.

Anathematizamus etiam eos,qui pro anima rationali confirmant,quia Dei verbum in humanam carnem conuerſum eſt;ipſe nanque filius Dei verbum non pro rationali anima, & intelligibili in ſuo corpore factus eſt,ſed noſtram,hoc eſt rationalem animam, & intelligibilem animam ſine peccato aſſumpſit,atque ſaluauit.

Anathematizamus etiam eos,qui dicunt verbum Dei productione, & correptione à patre ſeparatum,& ſine ſubſtantia eum terminandum eſſe blaſphemant.

Si quis non dixerit ſemper patrem,& ſemper filium,& ſemper ſpiritum ſanctum eſſe,anathema ſit.

Si quis non dixerit,filium natum ex patre,hoc eſt ex diuina eius ſubſtantia,anathema ſit.

Si quis non dixerit,verbum domini,filium Dei,ſicut verum Deum patrem eius,& omnia poſſe,& omnia noſſe,& patri æqualem eſſe,anathema ſit.

Si quis dixerit,quòd in carne degens filius Dei,cum eſſet in terra, in cœlis, & cum patre non fuerit,anathema ſit.

Si quis dixerit, quòd in paſsione crucis dolorem paſſus eſt filius Dei Deus, & non caro cum anima,qua induta eſt,aliàs quæ induerat formam ſerui,quam ſibimet aſſumpſit, ſicut ſcriptura dixit,anathema ſit.

Si quis non dixerit,quia in carne,quam aſſumpſit,ſedet ad dexteram patris, in qua etiam venturus eſt iudicare viuos,& mortuos,anathema ſit.

Si quis non dixerit,ſpiritum ſanctum ex patre eſſe vere,& proprie,ſicut & filium ex diuina ſubſtantia,& verum oeum anathema ſit.

Si quis non dixerit,omnia poſſe ſpiritum ſanctum,& omnia noſſe,& vbique adeſſe, ſicut & filium,& patrem,anathema ſit.

Si quis dixerit ſpiritum ſanctum facturum,aut per filium factum,anathema ſit.

Si quis non dixerit,omnia per ipſum filium,& ſpiritum ſanctum feciſſe patrem,hoc eſt viſibilia,& inuiſibilia,anathema ſit.

Si quis non dixerit,patris,& filii,& ſpiritus ſancti vnam diuinitatem,poteſtatem, deitatem,virtutem,vnam gloriam,dominationem,imperium, vnam voluntatem,& veritatem, anathema ſit.

Si quis tres perſonas non dixerit veras,patris,& filii, & ſpiritus ſancti æquales, ſemper viuentes,omnia continentes viſibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia creantes,omnia ſaluantes,anathema ſit.

Si quis non dixerit ſpiritum ſanctum adorandum ab vniuerſa creatura, ſicut & filium, & patrem,anathema ſit.

Si quis de patre,& filio bene ſapit,de ſancto autem ſpiritu non recte crediderit, hæreticus eſt;

quia omnes hæretici de filio Dei, & ſpiritu ſancto male ſapientes Iudæorum, atque gentilium incredulitate conſiſtere conuincuntur, anathema ſit.

Si quis autem diuiſerit Deum patrem dicens, & Deum filium eius, & Deum ſpiritum ſanctum affirmans, Deos dicit, & non Deum propter vnam deitatem, atque poteſtatem, quam eſſe credimus, & nouimus patris, & filii, & ſpiritus ſancti, ſubtrahens verò filium, & ſpiritum ſanctum, tanquam ſolum opinatus patrem Deum, anathema ſit.

Nomen enim Deorum & omnibus ſanctis à Deo poſitum eſt, atque donatum: de patre verò, & filio, & ſpiritu ſancto propter vnam, æqualemq́; diuinitatem non Deorum nomina, ſed vnum Dei nomen traditur, atque ſignificatur, vt credamus, quia in patre, & filio, & ſpiritu ſancto ſolummodo baptizamur, & non in archangelorum nominibus, ſicut hæretici, aut ſic vt Iudæi, Gentileſque inſaniunt.

Hæc ergo Chriſtianorum ſalus eſt, vt credentes trinitati, hoc eſt patri, & filio, & ſpiritui ſancto, & in ea baptizati vnam deitatẽ, & poteſtatẽ, & diuinitatem, & ſubſtantiã in eo eſſe credamus.

Errores condemnati in concilio Gangrenſi.

CAeterum in concilio Gangrenſi, quod poſt concilium Nicenum celebratum eſt, ſunt ſequentes condemnati errores; De quo habetur in decreto. diſt. xxx.

Si qui filii parentes, maxime fideles, deſeruerint occaſione Dei cultus, hoc iuſtum iudicantes, & nõ potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum in eis venerentur, quòd fideles ſunt, anathema ſit.

Item quæcunque mulier religioni iudicans conuenire, comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquàm reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit.

Item ſi qua mulier derelicto viro diſcedere voluerit ſoluto vinculo coniugali nuptias condemnando anathema ſit.

Item ſi quis virginitatem propter Deus profeſſus; in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauit, anathema ſit.

Item ſi quis virginitatem, vel continẽtiam profeſſus, tanquàm abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc ſolum, quòd virginitatis bonum ſanctum propoſitum ſit, anathema ſit.

Item ſi qua mulier ſuo propoſito vtile iudicans, vt virilis veſte vtatur, & propter hoc viri habitum imitetur, anathema ſit.

Item ſi quis tanquàm continentiæ conuenire iudicans die dominico ieiunauerit in eiuſdem diei contemptum, anathema ſit.

Item ſi quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem ſuperbiat, & ieiunia communia totius eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit.

Item ſi quis per ſuperbiam tanquàm perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas ſanctorum martyrum fiunt, vel accuſauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque ſanctorum contemnendas, anathema ſit.

Item ſi quis extra eccleſiam priuatim populos congregans contemnat eccleſiaſticas ſanctiones, ipſamque eccleſiam apud ſe ſine Epiſcopi conſilio cum præsbytero agat, anathema ſit.

Item ſi quis nuptias in accuſationem duxerit, & mulierem fidelem, ac religioſiſſimam cum viro ſuo dormientem abominandam crediderit, aut accuſandam, tanquàm non poſſe coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

Item ſi quis carnem manducantem ex fide, cum religione præter ſanguinem, & idolo immolatum, & ſuffocatum crediderit condemnandam, tanquàm ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

Item ſi quis dereliquerit proprios filios, & non eos aluerit, & quod pietatis eſt, neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

Item ſi quis virorum putauerit ſacro propoſito id eſt continentiæ conuenire, vt pallio vtatur, tanquàm ex eo habiturus iuſtitiam, & repræhendat, vel iudicet alios; qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veſte communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit.

Item hæc ſcripſimus nõ abſcidentes eos, qui in eccleſia Dei ſecundum ſcripturas propoſitum ſanctum continentiæ eligunt, ſed eos, qui ſuſcipiunt habitum eiuſdem, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt: ſed & hos condemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, & noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate, & religionem cum charitate Deo acceptiſſima dicimus, & renunciationes ſecularium negociorum, atque actum cum humilitate approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod ſecundum caſtitatem perdurat, honoramus, & diuites cum iuſtitia, & operibus bonis non abiicimus.

Hæreſes condemnatæ in ſecunda ſynodo vniuerſali.

AMPLIVS ſecunda ſynodus vniuerſalis Conſtantinop. cl. patrum Macedonium Conſtantinum ſpiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnatus conſubſtantialem patri, & filio ſpiritum ſanctum demonſtrauit; dans ſymboli formam, quam tota latinorum, & Græcorum confeſſio in eccleſiis prædicat, vt ſcribit Iſi. vii. ethy. & ponitur. c. canones. diſtin. xv. Quæ ſynodus anathematizauit omnem hæreſim ſpecialiter Eunominorum, immò Anomianorum, qui latine ſine lege dicuntur, Ayranorum, ſiue Eudoxianorum. i. qui contra ſpiritum ſanctum pugnant, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Coſmorum, & Molonariſcarum.

Errores condemnati in concilio Milmitano.

PRAETEREA in concilio Milmitano, quod fuit tempore Innoc. i. condemnata eſt hæreſis Pelagiana, contra quam diffinita ſunt ea, quæ ſequuntur, ſcilicet.

Placuit igitur omnibus Epiſcopis, qui fuerunt in hac ſancta ſynodo conſtituere hæc, quæ in præſenti concilio diffinita ſunt, vt quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, morietur in corpore, hoc eſt de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Item placuit, vt quicunque paruulos recenter ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorũ baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quòd lauacro regnationis expietur; vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit.

Item placuit, vt quicunque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit.

Item placuit, vt quicunque dixerit, eandem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum propter hoc tantum nos adiuuare, ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, quid vitare debemus, atque valeamus, anathema ſit.

Item placuit, vt quiſquis dixerit, ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquàm & ſi gratia non daretur, non quidē facile, ſed tamen poſſemus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit.

Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſmetipſos ſedocimus, & veritas in nobis non eſt: quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas eſt, anathema ſit.

Item placuit, vt quicunque dixerit, in oratione dominica ideo dicere ſanctos; dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis hoc dicant, quia non eſt iam eis neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemque ſanctorum, dimitte mihi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro aliis potius, quàm pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit.

Item placuit, vt quicunque ipſa verba dominicæ orationis, vbi dicimus, dimitte nobis debita noſtra; ita volunt à ſanctis dici, vt humiliter veraciter hoc dicatur, anathema ſit.

Errores condemnati in tertia ſynodo vniuerſali, vel Epheſina.

PRæterea tertia ſynodus vniuerſalis, videlicet Epheſina prima. cc. patrum ſiue Epiſcoporum Neſtorium duas perſonas aſſerentem in Chriſto, iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere in Chriſto duas naturas, & vnam domini Ieſu Chriſti perſonam. Quæ quidem ſynodus ſequentes condemnauit errores.

Si quis non confitetur, Deum veraciter eſſe Emanuel, & propterea Dei genitricem ſanctam virginem Mariam; peperit enim ſecundum carnem ſanctum Dei verbum ſecundum quod ſcriptum eſt, verbum caro factum eſt, anathema ſit.

Si quis non confitetur carni ſecundum ſubſtantiam vnicum verbum Dei patris, vnumq́; eſſe Chriſtum cum propria carne eundem ſcilicet Deum, & hominem, anathema ſit.

Si quis in vno Chriſto diuidit ſubſtantias, poſt vnitatem ſola eas connexione coniungens eamq́;, quæ ſecundum carnis dignitatem ſit, vel etiam auctoritatem, & poteſtatem, ac non potius conuentu, qui per vnitatem factus eſt naturalem, anathema ſit.

Si quis perſonis duabus, vel ſubſiſtentiis eas voces, quæ in Apoſtolicis ſcriptis continentur, & euangelicis, diuidit; vel de Chriſto dicuntur à ſanctis, vel ab ipſo; & aliquis quædam ex his velut huiuſmodi, qui præter Dei verbum ſpecialiter intelligatur, aptauerit; illas autem tanquàm Deo dignas, Deo ſoli Dei patris verbo deputauerit, anathema ſit.

Si quis

Si quis audeat dicere Chriſtum hominem, deopyon.i. Deum factum, & non potius Deum eſſe veraciter dixerit, tanquàm filium per naturam ſecundum quòd verbum caro factum eſt, & communicauit ſimiliter, vt nos, carni, & ſanguini, anathema ſit.

Si quis dicit Deum eſſe, vel dominum, Chriſtum Dei patris verbum, & non potius eundem ipſum confitetur Deum ſimul, & hominem propterea quòd verbum caro factum eſt ſecundum ſcripturas, anathema ſit.

Si quis velut hominem Ieſum operante Deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipſum exiſtenti, tribuit, anathema ſit.

Si quis audet dicere, aſſumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanquàm alterum cum altero; nam con, ſyllaba ſemper adiecta hoc cogit intelligi; Deum potius vna ſupplicatione veneratur Emanuel, vnamq; ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum eſt, anathema ſit.

Si quis vnum dominum noſtrum, Ieſum Chriſtum glorificatum dicit à ſpiritu ſancto, tanquàm qui aliena virtute per eum vſus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos ſpiritus poſſe, & coram hominibus diuina ſigna perficere, cum non potius proprium fatetur eius ſpiritum, per quem diuina ſigna expleuit.

Pontificem, & Apoſtolum confesſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum diuina ſcriptura commemorat; obtulit enim ſemetipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo, & patri. Si quis ergo Apoſtolum, & Pontificem noſtrum dicit eſſe factum non per ipſum Dei verbum, quando caro factum eſt, & iuxta nos hominem, ſed velut alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere. Aut qui dicit, quòd pro ſe obtuliſſet ſemetipſum oblationem & non potius pro nobis ſolis: non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino neſciuit; anathema ſit.

Si quis non confitetur carnem domini viuificatricem eſſe, & propriam verbi Dei patris ſed velut alterius præter ipſum coniuncti ei per dignitatem, aut quaſi diuinam habentis habitationẽ; ac non potius viuificatricem eſſe, quia facta eſt propria verbi viuificare valentis, anathema ſit.

Si quis non confitetur Dei verbum paſſum carne, & crucifixum carne, & mortem carne guſtaſſe, factumq́ue primogenitum ex mortuis ſecundum quod vita eſt, & viuificator, vt Deus, anathema ſit.

Hæreſes condemnatæ in quarta ſynodo vniuerſali.

CAETERVM quarta synodus vniuerſalis Calcedonẽſ. DCXXX. Epiſcoporum condemnauit Enticem Conſtantinopolitanum Abbatem verbum Dei, & carnis vnam naturam pronuntiantem, & einſdem Dioſcorum defenſorem quondam Alexandrinum Epiſcopum, & ipſum Neſtorium epiſcopum cum reliquis hæreticis vna patrum ſententia damnauit, prædicans eadem synodus Chriſtum Deum ſic natum de virgine, ut in eo ſubſtantiam & diuinæ, & humanæ confiteatur naturæ, in c. canones. diſt. xv.

Errores condemnati in ſynodo Toletana.

ITEM prima ſynodus Toletana congregata auctoritate, & iuſſu Leonis papæ condemnauit errores, & hæreſes ſequentes contra Priſcillianiſtas.

Si quis dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factum non fuiſſe, atque eius omnia inſtrumenta, anathema ſit.

Si quis dixerit, atq; crediderit, Deum patrem eundem eſſe filium, vel paraclytũ, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, filium eundem eſſe patrem, vel paraclytum, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, paraclytum vel patrem eſſe, vel filium, anathema ſit.

Si quis dixerit, carnem tantum ſine anima à filio Dei fuiſſe ſuſceptam, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem naſcibilem eſſe, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Chriſti conuertibilem, vel paſſibilem, anathema ſit.

Si quis dixerit vel crediderit, alterum eſſe Deum priſcæ legis, alterum angelorũ, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mundum fuiſſe factum, & non ab eodem ſecundum quod ſcriptum eſt, in principio fecit Deus cœlum, & terram, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non reſurgere poſt mortem, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, animã humanam Dei portionẽ eſſe ſubſtantiam, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, alias ſcripturas, præter quas eccleſia catholica recipit, auctoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, deitatis, & carnis vnam in Chriſto eſſe naturam, anathema ſit.

Si quis dixerit, vel crediderit, eſſe aliquid quod ſe extra diuinam trinitatem poſſit extendere, anathema ſit.

Si quis aſtrologiæ,vel matheſi exiſtimat eſſe credendum,anathema ſit.

Si quis dixerit,vel crediderit coniugia hominum, quæ ſecundum legem diuinam licet habere,execrabilia eſſe,anathema ſit.

Si quis dixerit,vel crediderit,carnes auium,vel pecudum,quæ ad eſcam datæ ſunt, nō tantum pro caſtigatione corporum abſtinendas,ſed execrandas eſſe,anathema ſit.

Si quis in erroribus Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, vt aliud in ſalutari baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat,anathema ſit.

Hæreſes condemnatæ in quinta Synodo vniuerſali.

Conſequenter quinta ſynodus vniuerſalis Conſtantinopolitana condemnauit Theodorum,Moſothenum,& omnes hæreticos ſequaces eius,qui dicebāt eſſe alium Dei verbum, & alium Chriſtum,& ſanctam virginem negabant Dei genitricem fuiſſe,vt in c.ſexta ſynodus,diſt.xvi.In qua quidem.v.ſynodo patres hæc diffiniſſe leguntur.

Si quis non confitetur patris,& filii,& ſpiritus ſancti vnam naturam,ſiue eſſentiam,vnam virtutem,& poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem, vnam deitatem in tribus ſubſiſtentiis, ſiue perſonis adorandam,talis anathema ſit:vnus enim Deus,& pater, ex quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus,per quem omnia;vnus ſpiritus ſanctus,in quo omnia.

Si quis uon confitetur Dei verbo eſſe duas natiuitates,vnam quidem ante ſecula, & ſine tempore ex patre incomparabiliter; aliam verò eiuſdem in vltimis diebus deſcendentis de cœlo, & incarnati ex glorioſa Dei genitrice ſemperque virgine,qui natus eſt ex ea, talis anathema ſit.

Si quis dicit,alium eſſe Deum verbum,qui miracula fecit, & alium Chriſtum, qui paſſus eſt; vel Deum verbum cum Chriſto eſſe dicit,quando ex muliere naſcebatur; vel in ipſo eſſe, vt alterum in altero,& non vnum eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum & hominem factum, atque eiuſdem miracula, & paſsiones,quas ſponte paſſus eſt carne, talis anathema ſit.

Si quis dicit ſecundum gratiam, vel ſecundum operationem,vel ſecundum dignitatem,vel ſecundum æqualitatem honoris,vel ſecundum auctoritatem,aut relationem,aut effectum,aut virtutem,vnitionem Dei verbi ad hominem factam eſſe, aut ſecundum bonam voluntatem, quaſi quòd placuit Deo verbo homini,quia bene viſum eſt ei de ipſo ſicut Theodorus inſaniens dicit, vel ſecundum ſolam hominis ſimilitudinem,quam Græci omonemyam vocant,per quam Neſtoriani verbum domini Ieſum,& Chriſtum vocantes,& hominem ſeparatum Chriſtum,& filium nominantes,& duas perſonas maniſeſte dicentes per ſolam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, & vnam perſonam, & vnum Chriſtum confingunt dicere, ſed non confitentur,ſicut ſancti patres docuerunt,vnitatem verbi ad carnem animatam,anima rationali, & intellectuali ſecundum compoſitionem.i.ſecundum ſubſiſtentiam factam, & propterea vnam eius ſubſiſtentiam,qui eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus,vnus de ſancta trinitate, talis anathema ſit. Cum enim multis modis vnitas intelligitur, aliquando quidem impietatem Apollinaris, & Euticis ſequuntur in peremptionem eorum,qui conuenerunt, colentes vnitionem ſecundum confuſionem prædicant. Theodori autem,& Neſtorii ſequaces diuiſione gaudentes affectualem vnitatem introducunt.Sancta vero Dei eccleſia vtriuſque perfidiæ impietatem eiiciēs vnitionem Dei verbi ad carnem ſecundum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam; vnitio enim per compoſitionem in myſterio Chriſti non ſolum inconfuſa ea,quæ conuenerunt, conſeruat,ſed nec diuiſionem ſuſcipit.

Si quis ſubſtantiam domini noſtri Ieſu Chriſti ita intelligit,tanquàm ſuſcipientem multarum ſubſtantiarum ſignificationem,& propterea conatur introducere in myſteria Chriſti duas ſubſiſtentias,vel perſonas,& ab eo introductis duabus perſonis,vnam perſonam dicit per dignitatē; & honorem, & adorationem,ſicut Theodorus, & Neſtorius inſanientes conſcripſerunt,& calumniantur ſanctam Calcedonenſem ſynodum, tanquàm ſecundum hunc impiiſsimum intellectum vſam vnius intelligentiæ vocabulum; ſed non confitetur Dei verbum carni ſubſtantialiter vniri,& propterea vnam eius ſubſiſtentiam,vel vnam perſonam,& ita ſanctam Calcedonenſem ſynodum vnam ſubſiſtentiam domini noſtri Ieſu Chriſti confiteri,talis anathema ſit. Nec enim adiectionem perſonæ, vel ſubſiſtentiæ ſancta trinitas ſuſcepit incarnato vno de eadem trinitatē verbo.

Si quis abuſiue,& non vere Dei genitricem ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam, aut per velationem tanquàm homine puro nato,dicit. Non enim Deo verbo ex ea incarnato,ſed relati ſecundum illos hominis natiuirate in Deum verbum tanquàm cohærens naſcenti homini,& criminatur ſanctam Calcedonenſem ſynodum,tanquàm ſecūdum eundem impium intellectum à Theodoro commentatum,Dei genitricem virginem aſſerentē;aut ſi quis hominis genitricem vocat eam, aut Chriſti genitricem, vt pote Chriſto non exiſtente Deo;& non ſpecialiter, & ſecundum

cundum veritatem Dei genitricem eandem confitetur ob id, quòd ante ſecula à patre genitus Deus verbum in vltimis dierum ex ea incarnatus,& natus eſt, atque ita pie ſanctam Calcedonenſem ſynodum Dei genitricem eam confiteri,talis anathema ſit.

Si quis in duabus naturis dicens, non vt in deitate, & humanitate vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cognoſci confitetur,vt per hoc ſignificet differentiam naturarum,ex quibus inconfuſa,& ineffabilis vnitas facta eſt, neque verbo in naturam carnis transfigurato neque ad verbi naturam tranſlatam:manet enim vtrunque quod eſt ſecundum naturam,& poſt factam vnitatem ſubſtantialiter,ſed in diuiſionem per partem huiuſmodi ſuſcepit vocem in miſterio Chriſti; aut numerum naturarum confitens in vno,eodemque domino noſtro Ieſu Chriſto, Deo,verbo incarnato,& non tantummodo contemplatione differentiam eorum accepit,ex quibus & compoſitus eſt non interempta. Vnus enim ex vtriuſque, & per vnum vtraque ſed propterea numero vtitur tanquàm diuiſas, & propriæ ſubſiſtentiæ conſiſtentes naturas,talis anathema ſit.

Si ex duabus naturis deitate,& humanitate confitens vnitionem factam fuiſſe,vel vnam naturam Dei verbo incarnatam dicens, & non ſic has voces intelligit, ſicut ſancti patres docuerunt; quòd ex diuina natura, & humana vnitione ſecundum ſubſiſtentiam factam, vnus Chriſtus factus; ſed ex huiuſmodi vocibus vnam naturam, ſiue ſubſiſtentiam deitatis, & carnis Chriſti introducere conatur,talis anathema ſit. Secundum ſubſiſtentiam enim dicentes carne vnigenitum verbum vnitum eſſe, non confuſione quadam ad vices naturarum factam fuiſſe dicimus; magis autem manente vtraque,hoc,quod eſt,vnitum eſſe carni intelligimus verbum; propter quod & vnus eſt Chriſtus:idem Deus,& homo conſubſtantialis patri ſecundum deitatem,& conſubſtantialis nobis; & idem ſecundum humanitatem. Similiter enim & nos,qui per partes diuidunt, vel incidunt, & confundunt diſpenſationis myſterium Chriſti auertitur, & anathematizat ſancta Dei eccleſia.

Si quis adorari in duabus naturis dicit Chriſtum, ex quo duas adorationes introducunt ſemotim Dei verbo,& ſemotim homini; aut ſi quis peremptionem carnis, aut inconfuſione deitatis, & humanitatis vnam naturam,ſiue eſſentiam conuenientium portentuoſe dicit,ſic adorat Chriſtum, ſed vna adoratione diuinum verbum incarnatum cum eius carne adorat; iuxta quod ſanctæ Dei eccleſiæ ab initio traditum eſt,talis anathema ſit.

Si quis non anathematizat Arrium,Eunomium,Macedonium,Apollinarem,Neſtorium,Euticen,& Origenem cum impiis eorum ſcriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati ſunt, & anathematizati à ſancta Dei catholica, & Apoſtolica eccleſia, vel prædictis quatuor conciliis; ſed & eorum,qui ſimilia cum prædictis hæreticis ſapuerunt aut ſapere noſcuntur,& vſque ad finem permanſerunt in propria impietate, talis anathema ſit.

Si quis defendit Theodorum impiiſſimum, Mopſueſtenum, qui dixit alium eſſe Deum verbum,& alium Chriſtum,& paſſionibus animæ,& concupiſcentiis carnis moleſtũ, & à malis paulatim ſeparantem ſe,& ita ex promotione operum melioratum,& ex vitæ conſeruatione incontaminatum conſtitutum,tanquàm purum hominem baptizari in nomine Dei patris, & filii, & ſpiritus ſancti,& per baptiſmum gratiam ſancti ſpiritus accipere, & adoptionem promoueri, & ad ſimilitudinem imperialis imaginis in perſonam Dei verbi adorari, poſt reſurrectionẽ inconuertibilem ſecundum intellectum, & ſine peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impiiſſimo Theodoro vnitionem Dei verbi ad Chriſtum talem factam fuiſſe, qualem dixit Apoſtolus in marito,& vxore;erunt duo in carne vna. Et ſuper alias innumerabiles blaſphemias præſumente dicere,quod poſt reſurrectionem ſufflans dominus in diſcipulos ſuos, & dicens: Accipite ſpiritum ſanctum;non dedit ſpiritum ſanctum; ſed tantum ſtemmate ſufflauit:hic autem & confeſſionem Thomæ,quam dum palparet manum, vel latus domini poſt reſurrectionem, per quam dixit, Deus meus; aſſeruit non fuiſſe dictum de Chriſto à Thoma; nec enim tunc eum Deum dicit, ſed miraculo reſurrectionis obſtupeſcentem Thomam glorificauit Deum, qui ſuſcitauit Chriſtum. Quod autem peius eſt, & interpretatione facta ab eo in geſta Apoſtolorum quaſi in interpretatione comparans iſdem Theodorus Chriſto Platoni,vel Manichæo,& Epicuro, & Marcioni dicit, quia ſicut vnuſquiſq; illorum inueniens propriam ſectam diſcipulos ſuos fecit nominari Platonicos,& Manichæos,& Epicureos,& Marcioniſtas,ſimili modo & Chriſto inueniente ſecta ex ipſa Chriſtianos vocari. ſi quis igitur defendit impiiſſimum Theodorum,vel impia eius conſcripta,in quibus tam prædictas,quàm alias innumerabiles blaſphemias euomuit aduerſus magnum Deum, & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum; & non anathematizat eum, & impia eius conſcripta,& omnes, qui ſuſceperint, aut defendunt eum; aut dicentes eum recte exponere,& eos,qui pro ipſo ſcripſerunt,& ſimilia ei ſciuerunt,aut pro eo ſcribunt,aut eius impia conſcripta,& eos,qui ſimilia ei ſapiunt,aut ſapuerunt aliquando, & vſque ad finem permanſerunt,aut permanent,& huiuſmodi impietate;talis anathema ſit.

Si quis defendit impia ſcripta Theodorici,quæ contra rectam fidem expoſita ſunt,& primam Epheſinam ſanctam ſynodum,& ſanctum Cyrillum,vel.xii.eius capitula,& ea omnia,quæ con-

ſcripſit

ſcripſit pro Theodoro,& Neſtorio impiiſſimis,vel aliis, qui ſimilia Theodoro, & Neſtorio impiiſſimis ſapuerunt,& recipit eos,vel impietatem eorum,atque propterea impios vocat eccleſiæ doctores,qui ſubſtantialiter Dei vnitionem Dei verbi ad carnem confitentur,& non anathematizat prędicta impiiſſima conſcripta,& eos,qui ſimilia his ſapuerunt,vel ſapiunt,ſed etiã omnes, qui contra rectam fidem ſcripſerunt,aut contra beatum & Cyrillum,vel.xii.eius capitula; & in hac impietate defuncti ſunt,talis anathema ſit.

Si quis defendit epiſtolam,quam dicitur ſcripſiſſe Iba ad Marim perſam,qui denegat quidem domini verbum de ſancta genitrice ſemper virgine Maria incarnatum hominem factum; dicit autem purum hominem ex ea natum eſſe,quem templum vocat,tanquàm alio exiſtente Deo verbo,& alio homine; ſed & ſanctum Cyrillum rectam Chriſtianorum prædicantem repræhendit hæreticum, & ſimilia ſceleſti Apollinaris ſcribente,atq; vituperat Epheſinam ſanctam primam ſynodum,tanquàm ſine iudicio,& requiſitione Neſtorium deponentem, ſed & xii.capitula beatimet Cyrilli,impia,& aduerſa rectæ fidei nominat prædicta impia epiſtola, & defendit Theodorum,& Neſtorium,& impia eorum dogmata, & conſcripta. Si quis igitur prædictam epiſtolam defendit,& non eam anathemati ſubmittit,& eos,qui defendunt eam,& dicunt rectam eſſe, aut partem eius,& eos,qui ſcripſerunt, vel ſcribunt pro ea,ſiue pro impietatibus,quæ in ipſa cõtinentur,& præſumentes eam defendere, aut poſitas in ea impietates ex nomine ſanctorum patrum, aut ſanctæ Calcedonenſis ſynodi,& vſque ad finem in his permanſerunt, talis anathema ſit.

His igitur ita confeſſis à nobis, quæ etiam accepimus de diuina ſcriptura, & ſanctorum patrum doctrina,& defunctis de vna eademq; fide à prædictis quattuor conciliis: facta vero etiam à nobis ſuper hæreticos,vel impietatem eorum,ſed etiam contra eos,qui defendere præſumpſerunt, aut defendunt tria prædicta capitula, & permanſerunt, aut permanent in proprio errore condemnatione. Si quis conatus fuerit contra hæc,quæ à nobis pie terminata ſunt, tradere, aut docere,aut ſcribere; ſi quidem Epiſcopus eſt,aut in clero connumeratus,talis extraneus, & à ſacerdotum & eccleſiaſtica diſciplina peragens denudabitur ab epiſcopatu,aut à clero; ſi autem monachus,aut laicus fuerit,anathematizabitur.

Errores condemnati in ſynodo prima Brancarenſi.

AMPLIVS ſynodus prima Bracarenſis contra Priſcilianiſtas ſequentes errores reprobat, & anathematizat.

Si quis patrem,& filium,& ſpiritum ſanctum non confitetur tres perſonas vnius ſubſtantiæ,& virtutis,ac poteſtatis, ſicut catholica, & Apoſtolica eccleſia docet; ſed vnam tantum, ac ſolitariam dicit eſſe perſonam, ita vt ipſe ſit pater, qui filius, ipſe etiam ſit paraclytus ſpiritus, ſicut Sabellius,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis extra ſanctam trinitatem mala neſcio quæ diuinitatis nomina introducit dicens,quòd ipſa diuinitas ſit trinitas,ſicut Gnoſtici,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis dicit filium Dei dominum noſtrum antequàm ex virgine naſceretur, non fuiſſe ſicut Paulus Samoſathenus,& Fotinus & Priſcillianis dixerunt,anathema ſit.

Si quis natalem Chriſti ſecundum carnem non vere honorat, ſed honorare ſe ſimulat ieiunãs in eodem die in dominico, quia Chriſtum in hominis natura natum eſſe non credit, ſicut Cerdion,Marchion,Manichæus,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis animas humanas dicit prius in cœleſti habitatione peccaſſe, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas,ſicut Priſcillianus dixit,anathema ſit.

Si quis humanas animas,vel angelos ex Dei credit ſubſtantia extitiſſe,ſicut Manichæus,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis dicit diabolum non fuiſſe prius bonum angelum à Deo factum,nec Dei opificium fuiſſe naturam eius,ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe,nec aliquem ſui habere auctorem, ſed ipſum eſſe principium,atq; ſubſtantiam mali, ſicut Manichæus,& Priſcillianus dixerunt anathema ſit.

Si quis crediderit,quia aliquantas in mundo creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura,& tempeſtates,ſiccitateſque ipſe diabolus auctoritate faciat,ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

Si quis animas,& corpora humana fatali ſigno credit aſtringi, ſicut Pagani,& Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.

Si quis.xii.ſigna.i.ſydera,quæ Mathematici obſeruare ſolent,per ſingula animæ,vel corporis membra diſſipata credunt,& nominibus patriarcharum aſcripta dicunt, vt Priſcillianus dixit, anathema ſit.

Si quis coniugia damnat,& procreationem naſcentium abhorreſcit,ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Si quis

Si quis pſalmationem humani corporis diaboli dicit eſſe figmentum, & conceptiones in vteris matrum operibus dicit dæmonum figurari; propter, quod, & reſurrectionem carnis non credit, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Si quis dicit creationem vniuerſæ carnis non opificium Dei, ſed malorum eſſe angelorum, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Si quis immundos putat cibos carnium, quas Deus in vſum omnium dedit; & non propter afflictionem corporis, ſed quaſi immunditiam putauerit, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus preguſtet, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Si quis clericorum præter matrem, & germanam, vel etiam proxime conſanguinitate iunguntur, aliquas alias, quaſi adoptiuas feminas, ſecum retinet, & cum ipſis habitat, ſicut Priſcilliani ſecta docuit, anathema ſit.

Si quis quinta feria Paſchali, quæ vocatur cæna domini, hora legitima poſt nonam ieiunus in eccleſia miſſas non tenet ſecundum ſectam Priſcilliani feſtiuitatem ipſius diei ab hora tertia per miſſas defunctorum ſoluto ieiunio colit, anathema ſit.

Si quis ſcripturas, quas Priſcillianus ſecundum ſuum deprauauit errorem, vel tractatus Dictimi, quos ipſe Dictimus antequàm, conuerteretur, ſcripſit, ſub nomine patriarcharum, prophetarum, vel apoſtolorum, & ſuo errori conſona confinxit, legit, & impia eorum figmenta ſequitur, aut defendit, anathema ſit.

Hæreſes condemnatæ in ſexto ſynodo vniuerſali, & ſeptima.

SExta ſynodus Conſtantinopolitana. cl. patrum condemnauit ſtultitiam hæreſis Macharii, & ſociorum eius, qui vnam tantum voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpitione aſtruebant, vt in c. ſexta ſynodus. diſtin. xvi. Septima ſynodus dicta Nicena. ccclxviii. patrum condemnauit hæreſim execrantium imagines ſanctorum in eccleſia, & dicentium, illas nec colendas, nec venerandas fore.

Hæreſes ab Iſidoro deſcriptæ lib. Ethymologiarum. viij. cap. v. & poſitæ in decreto; quæ ab Apoſtolis, & ſanctis patribus, vel concilijs damnatæ dicuntur.

SEctæ vero hæreticorum quot ſint, & vnde nomina acceperint, beatus Iſid. viii. Ethy. c. v. ita determinat dicens. Quidam hæretici, qui de eccleſia receſſerunt ex nomine ſuorum auctorum nuncupantur, quidam vero ex cauſis, quas eligentes inſtituerunt.

Simoniaci à Simone dicti magicæ diſciplinæ perito; cui Petrus in actibus Apoſtolorum male dixit pro eo, quòd ab Apoſtolis ſpiritus ſancti gratiam pecunia emere voluiſſet. hi dicunt creaturam non à Deo eſſe, ſed à virtute quadam ſuperna creatam.

Menandriani à Menandro mago diſcipulo Simonis nuncupati, qui mundum non à Deo, ſed ab angelis factum aſſerunt.

Baſilidiani à Baſilide appellati, qui inter reliquas blaſphemias paſſum Ieſum abnegauit.

Nicolaitæ dicti à Nicolao dyacono eccleſiæ Hieroſolymitanorum, qui cum Stephano, & cum aliis conſtitutus eſt à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens vxorem dixit, vt qui vellet ea vteretur: verſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo, vt inuicem coniugia commutarent; quos Io. in Apoc. improbat di. Sed hoc habes, quòd odiſti facta Nicolaitarum.

Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ita ſe appellare voluerunt: animam naturam Dei eſſe dicunt; bonum, & malum Deum ſuis dogmatibus fingunt.

Carpogratiani à Carpograte quodam vocantur, qui dixit Chriſtum hominem fuiſſe tantum de vtroque ſexu progenitum.

Cherintiani a Cherinto quodam nuncupati. hi inter cætera circuncíſionem obſeruant, millè annos poſt reſurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant, vnde & græce acioſte, latinè miliaſti ſunt appellati.

Nazarei dicti, quia dum Chriſtum qui à vico Nazarenus eſt appellatus, filium Dei licet confiteantur, omnia tamen veteris legis cuſtodiunt.

Ophicæ à Colubro nominati ſunt; coluber enim græce ophy dicitur. colunt enim ſerpentem dicentes ipſum in paradiſo induxiſſe virtutis cognitionem.

Valentiniani à Valentino quodam Platonico ſectatore vocati, qui conas. i. ſcelera quædam in originem creatoris induxit: Chriſtum quoque de virgine nihil corporis, ſed per eam quaſi per fiſtulam, tranſiſſe aſſeruit.

Appellitæ quorum auctor Apelles princeps fuit, qui creatorem angelum neſcio quem glorioſum ſuperioris Dei faciens, Deum legis igneum affirmans; qui dixit, Chriſtum non Deum in veritate. ſed hominem in fantaſia apparuiſſe.

Archon-

Archontiani à principibus appellantur, qui vniuerſitatem, quam Deus condidit, archangelorum opera eſſe defendunt.

Adamiani vocati, quia Adæ nuditatem imitentur, vnde & nudi erant, & nudi inter ſe mares, fœminæque conueniunt.

Chayani proinde ſunt appellati, quoniam Chaym adorant.

Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus eſt Sem, dicentes eundem eſſe Chriſtum.

Melchiſedechiani vocati pro eo quòd Melchiſedech ſacerdotem Dei non hominem fuiſſe, ſed virtutem Dei eſſe arbitrantur.

Angelici vocati, quia angelos colunt.

Apoſtolici vocati hoc ſibi nomen ſumpſerunt, quòd nihil poſsidentes proprium, nequaquàm recipiunt eos, qui aliquo in hoc mundo vtuntur.

Cerdoniani à Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia aſſerunt.

Marcioniſtæ à Marcione ſtoyco philoſopho appellati, qui Cerdonis dogma ſecutus alterum bonum, alterum malũ, & iniuſtum Deum aſſeruit tanquã duo principia creationis, & bonitatis.

Arctacuitæ ab oblatione vocati; panem etenim, & caſeum offerentes dicunt à primis hominibus oblatum à fructibus terræ, & à fœtibus ouium fuiſſe celebratum.

Aquarii appellati, eo quòd aquam ſolum offerunt in calice ſacramenti.

Seueriani à Seuero exorti vinũ non bibunt; vetus teſtamentũ, & reſurrectionẽ non recipiunt.

Taciani à Taciano vocati, qui & Encratici dicti, quia carnes abominantur.

Alogii vocantur tanquã ſine verbo, logos enim græce verbum dicitur; domini enim verbum non credunt reſpuentes Io. euangelium, & Apocalypſim.

Catafrigis nomen prouincia dedit, quia ibi extiterunt: auctores eorum Montanus, Priſca, & Maximilia fuerunt. Hi aduentum ſpiritus ſancti non in Apoſtolos, ſed in ſe traditum aſſerunt.

Cathoroæ propter mundiciam ita ſe nominarunt; Gloriãtes enim de ſuis meritis negant pœnitentibus veniam peccatorum; viduas, ſi nupſerint, tanquàm adulteras damnant: mundiores ſe cæteris prædicant; qui nomen ſuum ſi cognoſcere vellent, mundanos potius ſe; quàm mundos vocaret.

Pauliani à Paulo Samoſatheno exorti ſunt, qui dixit, non ſemper fuiſſe Chriſtum, ſed à Maria aſſumpſiſſe initium.

Hermogeniani ab Hermogine quodam vocati, qui materiam nõ naturam introducens, Deo non naturæ eam comperanit, matremque elementorum ideam aſſeruit, quos Apoſtolus comparat elementis ſeruientes.

Manichæi à quodam Perſa extiterunt, qui vocatus eſt Manes: hic duas naturas, & ſubſtantias introduxit. i. bonam, & malam; & animas ex Deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit: teſtamentus vetus reſpuunt, nouum ex parte recipiunt.

Antropomorſitæ dicti pro eo, quòd ſimplicitate ruſtica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt arbitrantur. Antropos enim græce, latine homo interpretatur: ignorantes vocem domini, qui ait: Spiritus eſt Deus; incorporeus eſt enim, nec membris enim diſtinguitur, nec corporis mole cenſetur.

Eraditæ ab Eradio auctore exorti monachos tantum recipiunt, coniugia reſpuunt, regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani à Nouato Romæ vrbis præsbytero exorti; qui aduerſum Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus inuadere hæreſim inſtituit: noluit apoſtatas ſuſcipere, & rebaptizans baptizatos.

Montani hæretici dicti, quòd tempore perſecutionis in montibus latuerunt: qua occaſione ſe à catholicæ eccleſiæ corpore diniſerunt.

Ebionitæ ab Ebione dicti, ſiue à paupertate: Chriſtum enim per prouentum ſolum, virum iuſtum putant effectum; vnde & competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati ſunt. Hi enim Iudæi ſunt, & ita tenent euangelium, vt legem carnaliter ſeruent: aduerſus quos Apoſtolus ad Galatas ſcribens inuehitur.

Fotiani à Fotino Gallogræciæ Smirnæ Epiſcopo nuncupati, qui Ebionitarum hæreſim ſuſcitans aſſeruit Chriſtum ex Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe conceptum.

Aeriani ab Aerio quodam nuncupati ſunt: hi offerre ſacrificium pro defunctis ſpernunt.

Actiani ab Actio ſunt vocati, idemque Eunomiani ab Eunomio quodam dyaletico Aerii diſcipulo; ex cuius nomine magis innotuerunt; diſsimilem patri aſſerentes filium, & filio ſpiritum ſanctum: dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

Origeniani ab Origene auctore exorti ſunt dicentes, quòd non poſsit filius videre patrem; nec ſpiritus ſanctus filium. Animas quoque in mundo principio dicunt peccaſſe, pro diuerſitate peccatorum de cœlis vſq; ad terram diuerſa corpora quaſi vincula meruiſſe, eaque cauſa factum eſſe mundum.

Noetia-

Noetiani quoque à quodam Noeto vocati, qui dicebant Chriſtum eundem eſſe patrem, & ſpiritum ſanctum, ipſamque trinitatem in officiorum nominibus, non perſonis accipiunt; vnde & Paterpasſiani vocantur, quia patrem paſſum dicunt.

Sabelliani ab eodem Noeto pullulaſſe dicuntur, cuius diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, vnde & Sabelliani vocati. Hi vnam perſonam patris, & filii, & ſpiritus ſancti aſtruunt.

Arriani ab Arrio Alexandrino præsbytero exorti ſunt, qui coæternum patri filium non agnoſcens diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit, contra illud quod ait dominus: Ego, & pater vnum ſumus.

Macedoniani à Macedonio ſunt dicti, negantes ſpiritum ſanctum eſſe Deum.

Apollinariſtæ ab Apollinare vocati ſunt, dicentes Chriſtum, corpus tantum ſine anima aſſumpſiſſe.

Antidiocomaritæ appellati ſunt, eo quòd Mariæ virginitati contradicunt, aſſerentes eam poſt Chriſtum natum viro ſuo fuiſſe commixtam.

Metangi nominati ideo tale nomen acceperunt, quia angios græce vas dicitur; aſſerentes ſic patrem eſſe in filium, ſicut vas minus intra vas maius.

Patriciani à quodam Patricio nuncupati ſunt, qui ſubſtantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

Collitiani à quodam Collitio nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra id, quod ſcriptum eſt; Ego dominus creans malum.

Floriani à Florino, qui contrario dicunt Deum creaſſe mala, contra hoc, quod ſcriptum eſt; Fecit Deus bona omnia.

Donatiſtæ à Donato quodam Aphro nuncupati ſunt, qui de Numidia veniens totam pene Aphricam ſua perſuaſione decepit, aſſerens minorem patre filium, & minorem filio ſpiritum ſanctum, & rebaptizans catholicos.

Bonoſiani à Boneſo quodam Epiſcopo exorti produntur; qui Chriſtum filium Dei adoptiuum, non proprium aſſerunt.

Circucilliones dicti eo, quòd agreſtes ſint, quos ſcocopias vocant ſupradictæ hæreſis habentes doctrinam: hi amore martyrii ſeipſos perimunt, vt violenter de hac vita recedentes martyres nominentur.

Priſcillianiſtæ à Priſcilliano vocati, qui in Hyſpania ex errore Gnoſticorum Manichæorum permixtum dogma compoſuit.

Luciferiani a Lucifero firmio epiſcopo orti, qui epiſcopos catholicos, qui inſtanti perſecutione perfidiæ Arrianorum conſentientes erant, & poſtea correcti redierunt in cathedram, & legerunt damnantes, quòd crediderunt ſiue quòd credidiſſe diſſimulauerunt. Quos eccleſia materno recepit ſinu, tanquam Petrum poſt fletum negationis: hanc illi matris charitatem ſuper accipientes, eos recipere nolentes ab eccleſiaſtica communione receſſerunt, & cum ipſo Lucifero auctore ſuo, qui mane oriebatur, eadem meruerunt.

Iouinianiſtæ a Iouiniano quodam monacho dicti, aſſerétes nulla nuptiarum, & virginum eſſe diſtantiam, nullumque inter abſtinentes, & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimen.

Elindiani ab Elindio nominati, qui dicunt poſt natum Chriſtum alios Mariam filios de viro ſuo Ioſeph peperiſſe.

Paterniani à Pater quodam exorti, qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur:

Arabici nuncupati eo, quòd in Arabia exorti ſunt dicentes animam cum corpore mori, atque in nouisſimo vtrumque reſurgere.

Tertuliani à Tertuliano præsbytero Aphricanæ prouinciæ ciuitatis Cartaginenſis animam non immortalem eſſe, ſed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum poſt mortem in dæmones verti putantes.

Teſſereſtedecatitæ dicti quòd. xiiii. luna paſcha cum Iudæis obſeruandum contendunt; nam teſſera quatuor, deca decem ſignificat.

Nictages a ſomno nuncupati, quòd vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani a Pelagio monacho exorti: hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt dicentes ſufficere voluntatem ad implendum diuina iuſſa.

Neſtoriani a Neſtorio Conſtantinopolitano Epiſcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo matrem aſſeruit, vt aliam perſonam patris, aliam faceret deitatis; nec vnum Chriſtum in verbo Dei, & carne credidit, ſed ſeparatim, atque ſeiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicauit.

Euticiani dicti ab Eutice Conſtantinopolitano abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere de duabus naturis; ſed ſolum in eo diuinam aſſeruit eſſe naturam.

Acephalitæ

Acephalitæ dicti Ideſt ſinecapite; nullus enim reperitur eorum auctor, a quo exorti ſint. hi trium Calcedonenſem capitulorum impugnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & vnam in eius perſona prædicant naturam.

Theodoſiani, & Gaiani appellati à Theodoſio, & Gaiano, qui temporibus Iuſtiniani principis in Alexandria populi peruerſi electione vna die ordinati ſunt epiſcopi. hi errorem Euticis, & Diaſcori ſequentes Calcedonenſe concilium reſpuunt, ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerunt, quam Theodoſiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

Gnoitæ, & Trionitæ à Theodoſianis exorti ſunt; ex quibus Gnoitæ ab ignorantia dicti, qui per diuerſitatem, à qua orti ſunt, id adiiciunt; quòd Chriſti diuinitas ignorat, quæ ſunt futura ſcripta de die, & hora nouiſſima; nec recordantes Chriſti perſonam in Iſaia loquentem; Dies Iudicii in corde meo.

Tricoitæ vero vocati ſunt, quòd ſicut tres perſonas in trinitate, ita quoq; aſſerunt tres Deos eſſe, contra illud; quod ſcriptum eſt; Audi Iſrael, dominus Deus tuus vnus eſt. Sunt & aliæ hæreſes ſine auctore, & ſine nominibus, ex quibus aliæ putant trinum eſſe Deum, aliæ Chriſti diuinitatem paſſibilem dicunt; aliæ Chriſti de parte natiuitati in tempore initium temporis dant; aliæ liberationem hominum apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt; aliæ animam imaginem Dei negant; aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcunque animalia exiſtimant; aliæ de mundi ſtatu diſſentiunt; aliæ innumerabiles mundos opinantur; aliæ aquam Deo coæternam faciunt; aliæ nudis pedibus ambulant; aliæ cum hominibus non manducant. Hæ ſunt hæreſes aduerſus catholicam fidem exortæ ab Apoſtolis, & ſanctis patribus, vel conciliis condemnatæ; quæ dum in ſe multis erroribus diuiſæ inuicem ſibi diſſentiunt, communi tamen nomine aduerſus eccleſiam Dei conſpirant. Sed quicunq; aliter ſcripturam ſanctam intelligit, quàm ſpiritus ſancti ſenſus efflagitat, à quo ſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, teſte Aug.

Errores, & hæreſes condemnati in decretalibus.

Inter hæreſes damnatas in decretalibus prima occurrit illa Abbatis Ioachim, de qua extrà, de ſum. tri. & fide ca. damnamus. vbi Inno. iii. in concilio generali ita loquitur; Damnamus ergo; & reprobamus libellum, ſiue tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrũ Lombardi de vnitate, ſeu eſſentia trinitatis, &c. hæreſis autem Abbatis Ioachim arguentis contra Petrum Lombardi, qui docuerat, quòd quædam ſumma res eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, & illa nec eſt generans, nec genita, nec procedens; fuit iſta. ſ. quòd nulla res eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus atque vnitas qua pater, & filius & ſpiritus ſanctus dicuntur vna eſſentia, vna natura; nec ſit vera, & propria vnitas, ſed ſimilitudinaria, quemadmodum multi homines dicuntur vnus populus. hanc hæreſim merito damnauit præfatus Romanus Pontifex credens, & confitens cum Petro Lombardi, quòd vna quædam res eſt incomprehenſibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ, ac ſigillatim quælibet earundem.

Secundo loco hæreſes, & errores condemnati, & reprobati in fine præfati capituli ſunt errores peſſimi hæretici Almarici. Cuius errores fuerunt plures, vt colligitur ex cronica Romanorum Pontificum tempore Innoc. iii.

Primus error fuit, quòd aſſeruit ideas, quæ ſunt in mẽte diuina, & creare, & creari, cum tamen ſecundum Aug. nihil, niſi æternum, atque incommutabile, ſit in mente diuina.

Secundus error fuit, quòd aſſeruit, quòd ideo Deus dicitur finis omnium, quia omnia reuerſura ſunt in ipſum, vt in Deo immutabiliter quieſcant, & vnum indiuiduum, atque incommutabile in eo permanebunt.

Tertius error fuit, quòd ſicut alterius naturæ non eſt Abraham, & alterius Iſaac, ſed vnius, atque eiuſdem, ſic dixit omnia eſſe vnum, & omnia eſſe Deum. dixit enim, Deum eſſentiam eſſe omnium creaturam, & eſſe omnium.

Quartus error fuit, quòd aſſeruit, ſicut lux non videtur, niſi in aere, ſic Deus nec ab angelis, nec ab homine videtur in ſe, ſed tantum in creaturis.

Quintus error fuit, quòd aſſeruit, ꝙ ſi homo non peccaſſet, in duplicem ſexum partitus non fuiſſet, nec generaſſet. Sed eodẽ modo, quo angeli ſancti multiplicati ſunt, fuiſſent & homines.

Sextus error eius fuit, quòd in charitate conſtituto nullum peccatum imputabitur: Vnde ſub tali ſpecie pietatis eius ſequaces omnem turpitudinem committebant. Vnde non immerito præfatus dominus Innoc. dicit vbi ſuprà, de dicto Almarico loquens; Ita enim pater mendacii excæcauerat, vt eius doctrina non tam hæretica aſſerenda ſit, quàm inſana.

Tertio loco in c. cum Chriſtus, extrà de hæreti. condemnatur hæreſis dicentium, Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quòd homo.

Quarto loco condemnatæ dicuntur hæreſes multorum hæreticorum, vbi ita habetur; Excom-

cõmunicamus, & anathematizamus vniuerſos hæreticos Catharos, Paterinos, Pauperes de Lugduno, Paſſaguinos, Ioſepinos, Arnolditas, Speroniſtas, & alios quibuſcunq; nominibus cenſeantur. Qui autem fuerint errores iſtorum pleue reperire non valuimus, niſi tantum Catharorum ſiue Paterinorum, & Pauperum de Lugduno; & fortaſſis omnes alii ſequentes communicant cum iſtis, aut parum diſcrepant ab eis.

Errores autem Catharorum, ſiue Paterinorum ſunt varii, quia ſecta eorum diuiſa eſt in tres partes, ſiue ſectas principales, quarum prima vocatur Albaneñ. ſecunda Cozoreñ. tertia Baioleñ. nihilominus omnes Catharii conueniunt in erroribus ſequentibus ſecundum quòd ex libr. inquiſitionis hæreticorum colligitur, dimiſsis aliis, in quibus particulariter inter ſe diſcrepant.

Primus eorum error cõmmunis eſt, ꝙ diabolus fecit hunc mũdum, & omnia, quæ in eo ſunt.

Secundus, quòd omnia ſacramenta eccleſiæ nihil proſunt ad ſalutem.

Tertius, quòd ſacramenta Chriſti, & eccleſiæ non ſunt vera, ſed falſa, & deceptoria.

Quartus, quòd carnale matrimonium eſt peccatum mortale.

Quintus, negant carnis reſurrectionem.

Sextus, credunt, quòd comedere carnes, & oua, & caſeum, etiam vrgente neceſſitate, eſt peccatum mortale.

Septimus, quòd non licet iurare in aliquo caſu.

Octauus, ꝙ poteſtates ſeculares peccant mortaliter puniendo maleſactores, vel hæreticos.

Nonus, quòd nemo poteſt fieri ſaluus, niſi per eos.

Decimus, quòd paruuli baptizati non leuius punieutur æternaliter, quàm latrones, & homicidæ. verum cum Albaneñ. in hoc diſſentire videntur.

Vndecimus, quòd dicunt non eſſe purgatorium.

Duodecimus error eſt, quòd fingunt multa inania, & falſa, & ſacrilega ſacramenta.

Tertiusdecimus error eſt, quòd dicunt, ꝙ panis non poteſt benedici, quia eſt creatura diaboli.

Decimusquartus error eſt, quòd dicunt, quòd ex pane non conficitur corpus Chriſti.

Decimusquintus eſt, quòd per pœnitentiam nec gloria augetur, nec pœna minuitur inferni.

Decimusſextus, quòd non plus punietur Iudas proditor, quàm infans vnius diei.

Decimusſeptimus, quòd omnes erunt æquales in gloria, vel in pœna.

Decimusoctauus, quòd de peccato non eſt pœnitendum.

Decimusnonus, quòd male acquiſita per vſuram, vel rapinam non ſunt reſtituenda, vſuram dicentes nullum eſſe peccatum.

Viceſimus error eſt, quòd non implorant auxilia beatę virginis, nec angelorum, nec ſanctorum, nec muniunt ſe ſigno crucis.

Et hi ſunt errores communes Catharorum, ſiue Paterinorum, relinquimus autem errores ſpeciales, quos habuerunt prefatæ ſectæ horum.

Errores vero pauperum de Lugduno; Qui alio nomine Valdeñ. & Bœniſtæ nominantur, hi ſunt.

PRimus, quòd contemnentes eccleſiaſticam poteſtatem dicunt, ſe non ſubeſſe Romano Pontifici, nec prælatis eccleſiæ Romanæ.

Secundus, quòd ſe ſolos eſſe eccleſiam, & Chriſti diſcipulos affirmant.

Tertius, quòd ſe dicunt Apoſtolorum ſucceſſores, & habere anctoritatem Apoſtolicam ligandi, & ſolnendi.

Quartus, quòd dicunt Rom. eccleſiam eſſe meretricem Babilon, & omnes ei obedientes dicunt damnandos.

Quintus, quòd dicunt omnes ſanctos, & fideles à tempore Syluestri papæ eſſe damnatos.

Sextus error, dicunt, quòd nulla miracula in eccleſia vera fiant, quia nullus eorum aliquando miracula fecit.

Septimus, quòd dicunt poſt aſcenſionem Chriſti nulla eſſe ſeruanda ſtatuta eccleſiæ, nec eſſe alicuius valoris.

Hæreſes condemnatæ in ſexto, & Clementinis.

COnſequenter de erroribus, ſiue hæreſibus, qui in ſexto; & in Clementinis reprobati ſunt, dicendum eſt. Suntautem hæ hæreſes, quæ ſequuntur.

In ſexto, tit. de ſum. tri. & fide cath.in fine, condemnatæ leguntur duæ hæreſes.

PRima negantium ſpiritum ſanctum à patre, & filio, æternaliter procedere.

Secunda dicentium, ꝙ ſpiritus ſanctus à patre, & filio, tanquàm ex duobus principiis, & non tanquàm ex vno procedat.

Hæreſes in clementinis condemnatæ.

PRima hæreſis eſt dicentium, quòd Chriſto adhuc viuente latus eius fuerit lancea perforatum, in c.i.de ſum.tri.& fi.catho.

Secunda hæreſis dicentium, quòd anima rationalis, ſine intellectiua non ſit vere, & per ſe forma humani corporis, in c.i.de ſum.tri.& fide catho.

Tertia hæreſis dicentium, quòd paruulis licet per baptiſmum culpa remittatur, gratia tamen informans non infundatur, nec virtutes; vbi ſupra.

Quarto loco condemnatur ſecta Beguardorum, et Beguinarum, in c.ad noſtrum, de hære. Cuius ſectæ errores ſunt, quæ ſequuntur.

PRimus error; dicunt enim, quòd homo in vita præſenti tantum, & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit; nam, vt dicunt, ſi quis ſemper proficere maleret, poſſet aliquis perfectior Chriſto inueniri.

Secundo; ieiunare non oportet hominem, vel orare, poſtquàm gradum perfectionis huius fuerit aſſecutus, quia tunc ſenſualitas eſt ita perfecta, ſpiritui, & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt libere concedere corpori, quicquid placet.

Tertio; quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligantur, quia vt aſſerunt, vbi ſpiritus domini, ibi libertas.

Quarto, quòd homo poteſt finalem beatitudinem ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti vita aſſequi, ſicut eam in vita beata, vel patria obtinebit.

Quinto, quòd quælibet intellectualis natura, ſeipſa naturaliter eſt beata, ita quòd anima nõ indigebit lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatæ fruendum.

Sexto, quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.

Septimo, ꝙ mulieris oſculum, cum ad hoc non inclinet natura, eſt mortale peccatum; actus tamen carnalis, cùm ad hoc inclinet natura, peccatum non eſt, maxime cum temptatur exercens.

Octauo, quòd in eleuatione corporis Chriſti Ieſu, homo non debeat aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere, aſſerentes, quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate, & altitudine ſuæ contemptationis tantum deſcenderent, quòd circa myſterium, ſeu ſacramentum euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Nõnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum. Cum autem ex debito commiſſi nobis officii, huiuſmodi ſectam deteſtabilem, & præmiſſos ipſius excecandos errores, ne propagentur vlterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur, extirpare ab eccleſia catholica neceſſario habeamus; nos ſacro approbante concilio ſectam ipſam cum prædictis erroribus damnamus, & reprobamus, omnino inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos de cætero teneat, & approbet, vel defendat. Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos.

Quinto loco, condemnatur hæreſis dicentium, vſuram non eſſe peccatum, in c.graui, de vſuris.§.vltimo.

Errores, & hæreſes condemnatæ in extrauagantibus Alexand. quarti, & Honorij.

ALexander quartus in Extrauagante ſua, quæ incipit; Quidam ſcripturæ ſacræ intelligentiam ſe habere fatentes, & c.libellum magiſtri Guilhelmi de ſancto amore, quem contra religioſos mendicantes in detractionem, & demigrationem ſtatus eorum ediderat, qui intitulatur de periculis nouiſſimorum temporum; tanquàm iniquum, & ſceleſtum, & execrabilẽ, continentem documenta praua; falſa, erronea, & nepharia damnat, & reprobat, mandans, vt vbicunq; talis libellus reperiatur, comburatur, & aboleatur omnio ſub pœna excommunicationis.

Conſequenter idem Romanus Pon.per alias extrauagantes ſimiliter damnat, & reprobat ſupradictum libellum,& alios famoſos libellos erroribus plenos,quos quidam alii magiſtri Pariſienſes in detractationem ordinum mendicantium malitioſe condiderunt,ſicut patet in extrauagante,quæ incipit; Ex alto fuiſſe conſpicimus;& in extrauagante,quæ incipit ; Cum olim.

Amplius papa Honorius in extranagante ſua,quæ incipit; Olim felicis recordationis,Gregorius papa.x.reprobat,& damnat ſectas eorum,qui ſe dicunt de ordine Apoſtolorum,aſſerentes ſe vitam Apoſtolorum tenere,& euangelicam paupertatem, Quorum hæreticorum capita,& principes Geraldus Segnerelli de Parma,& Dulcinus diſcipulus eius dioceſis Nouarienſis.Quorum errores condemnati ſunt,qui ſequuntur,prout ex lib.inquiſitionis hæreticorum colligitur.

Primus eſt , quòd auctoritas Romanæ eccleſiæ eſt omnino euacuata , & iamdudum ceſſauit propter malitiam prælatorum.

Secundus eſt,quòd eccleſia quam tenent papa,& Cardinales,& clerici,& religioſi,non eſt eccleſia Dei,ſed probata eccleſia ſine fructu.

Tertius, quòd eccleſia Romana eſt illa meretrix , quæ à fide Chriſti apoſtauit , de qua ſcribit Ioan.in Apocalypſi.

Quartus,quòd tota illa poteſtas ſpiritualis, quam Chriſtus dedit eccleſiæ , ab initio tranſlata ſit in ſectam eorum,qui dicuntur Apoſtoli, ſiue de ordine Apoſtolorum , quam ſacram vocant congregationem ſpecialiter à Deo miſſam,& electam in iſtis nouiſſimis diebus, & quòd ipſi, & nulli alii,habeant poteſtatem,quam habuit beatus Petrus Apoſtolus .

Quintus,quòd ipſi ſoli,qui dicuntur Apoſtoli de prædicta ſecta,ſeu congregatione, ſunt eccleſia Dei,& ſunt in illa perfectione,in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti .

Sextus,quòd non tenentur alicui homini obedire,nec ſummo Pontifici,nec alteri; quia eorũ regula,quæ fuit immediate à Chriſto,libera eſt,& perfectiſſima vita.

Septimus,quòd nec Papa,nec aliquis alius poteſt eis præcipere,quòd deponant ſtatum illum, ſeu ritum tantæ perfectionis,nec etiam poteſt eos excommunicare.

Octauus,quòd de quolibet ſtatu & ordine , poteſt quilibet licite tranſire ad eorum vitam, & ſtatum,ſeu ordinem,ſiue ſit religioſus,ſiue ſecularis, ita quòd vir ſine conſenſu vxoris , & econuerſo poteſt relinquere matrimonium,& ordinem intrare ipſorum.

Nonus,quòd nullus prælatus eccleſiæ Romanæ poteſt ſeparare matrimoniũ , ſed ipſi poſſunt.

Decimus,quòd nullus de vita,ſeu ſtatu , vel ordine ipſorum , poteſt licite intrare alium ordinem ſeu regulam ſine peccato mortali , nec poteſt ſe ſupponere obedientiæ hominis cuiuſque, quia hoc eſſet deſcendere à vita perfectiſſima ad minus perfectam.

Vndecimus,quòd nullus poteſt ſaluari,nec intrare regnum cœlorum niſi ſit de ſtatu , ſeu ordine ipſorum.

Duodecimus,quòd omnes,qui perſequuntur eos,peccant,& ſunt in ſtatu damnationis.

Decimus tertius,quòd nullus papa Romanæ eccleſiæ poteſt aliquem abſoluere à peccatis,niſi eſſet ita ſanctus,ſicut fuit beatus Petrus Apoſtolus,in viuendo in omnimoda paupertate, & ſine proprio,& in humilitate,non faciendo guerras,nec aliquem perſequendo , ſed permittendo viuere quemlibet in ſua libertate.

Decimus quartus quòd omnes prælati eccleſiæ Ro. tàm maiores , quàm minores,à tẽpore S. Syluestri papæ declinauerunt à modo viuendi priorũ ſanctorũ, ſunt præuaricatores,& ſeductores,exceptores,& ſeductores,excepto fratre Petro de morrone,qui fuit papa celeſtinus vocatus.

Decimus quintus quòd omnes ordines religioſorum, & ſacerdotum,& diaconorum , & ſubdiaconorum,& prælatorum ſunt ad fidei catholicæ detrimentum.

Decimus ſextus,quòd laici non tenentur,nec debent decimas alicui ſacerdoti,ſiue prelato Ro. eccleſiæ,qui non ſit in tanta perfectione,& in tanta paupertate , in quanta fuerunt Chriſti Apoſtoli;& ideo decimæ non debent dari,niſi ipſis,qui dicuntur Apoſtoli,& ſunt pauperes Chriſti.

Decimus ſeptimus , ꝙ quilibet vir, & quælibet mulier nudi ſimul poſſunt iacere licite in vno, & eodem lecto , & licite tangere mutuo vnus alterum in omni parte ſui , oſculari ſe inuicem ſine peccato; & coniungere ventrem ſuum cum ventre mulieris ad nudum,ſi quis ſtimuletur carnaliter,vt ceſſet temptatio,non eſt peccatum.

Decimus octauus,quòd iacere cum muliere,& non cognoſcere carnaliter maius eſt, quàm ſuſcitare mortuum .

Decimus nonus,quòd perfectior vita eſt viuere ſine voto,quàm cum voto .

Vigeſimus,quòd eccleſia conſecrata non plus valet ad orandum Deum,quàm ſtabulum æquorum,ſiue porcorum. (lius.

Vigeſimus primus,ꝙ ita bene poteſt adorari Chriſtus in nemoribus,ſicut in eccleſiis,vel me-

Vigeſimus ſecundus,ꝙ pro nulla cauſa debet homo iurare,niſi pro articulis fidei , vel præceptis Dei,& omnia alia poſſunt cælari,quantumcunq; iurent dicere veritatem,& mentiri & dolo ſe palliare,vt ſit vnum in ore,& aliud in corde.

In extrauagante Bonifacij viij. Quæ incipit; Unam ſanctam, & cætera. ſunt errores ſequentes condemnati.

PRimus error eſt dicentium, quòd totius vniuerſalis ec cleſiæ non ſit vnum caput aſsignandum. Contra quem errorem diffinit, quòd cum eccleſia vna ſit, corporis eccleſiæ non ſunt capita, ſed vnum eſt, ſcilicet Chriſtus, eiuſque vicarius Romanus Pont.

Secundus error eſt dicentium, gladium temporalem nullo modo pertinere ad eccleſiam, nec ſubeſſe gladio ſpirituali. Contra quem diffinit in poteſtate eccleſiæ duos eſſe gladios, ſcilicet ſpiritualem, & temporalem; gladiumque temporalem ſubeſſe gladio ſpirituali, & pote ſtatem temporalem ſpirituali.

Tertius error eſt dicentium, non omnes fideles ſubiectos eſſe Rom. Pont. Contra quem diffinit ſubeſſe Romano Pont. omnem humanam creaturam eſſe de ne ceſsitate ſalutis.

In extrauagante Clemen. v. Quæ incipit; Glorioſam eccleſiam, &c. condemnantur errores quorundam fratrum minorum, qui ſequuntur.

PRimus error eorum eſt, quòd fingunt duas eccl eſias, vnam carnalem, & affluentem diuitiis, ſceleribus maculatam, cui Romanum præſule m, aliosque inferiores prælatos dominari aſſerunt; aliam ſpiritualem, virtute decoram, p aupertate ſuccinctam, in qua ipſi ſoli, eorumque complices continentur.

Secundus eorum error eſt, quòd omnis iuriſdictionis auctoritas ſit omnino in miniſtris eccleſiæ Ro. euacuata, & in ſolis ipſis maneat, ſicut ſpiritualis vitæ ſanctitas.

Tertius error eſt, quòd nullo euentu iurandum eſt.

Quartus error, quòd ſacerdos in mortali peccato exiſtens non conficit, nec poteſt eccleſiaſtica ſacramenta conferre.

Quintus error eſt, quòd euangelium Chriſti in ſe ſolis hoc in tempore aſſerunt eſſe completum, quod hactenus dicunt fuiſſe abiectum, immo prorſus extinctum. Et vt in præcedenti extrauagante habetur, ſunt multa alia, quæ iſti proſumptuoſi homines contra coniugii venerabile ſacramentum garrire dicuntur, multaq; de curſu temporis, ſiue ſeculi ſomniant, multaque de antichriſti aduentu, quem iamiam inſtruere aſſerunt, flebili vanitate diuulgant. Quæ omnia quia partim hæretica, partim inſana, partim fabuloſa cognoſcimus, damnanda potius cum ſuis auctoribus, quàm ſtilo proſeq uenda, aut referenda cenſemus.

In extrauagantibus Io. xxij. condemnantur ſequentes errores, & hæreſes Marſilij de Padua, & Io. de Landuno.

IN extrauagante quæ incipit; licet iuxta doctrinam Apoſtoli condemnatur ſpecialiter ſeptem errores, quos Marſilius de Padua, & Io. de Landuno dogmatizarunt. Quorum

Primus eſt, quòd id quod legitur in euangelio Mat. quòd Chriſtus ſoluit tributum Cæſari, quando ſtatrem ſumptum ex ore piſcis illis, qui petebant didragma i uſſit dari; hoc fecit non condeſcenſione, & liberalitate ſuæ pietatis, ſed neceſſitate coactus.

Secundus, quòd beatus Petrus Apoſtolus non plus fuit caput eccleſiæ, quàm quilibet aliorum Apoſtolorum.

Tertius, quòd beatus Petrus non habuit plus auctoritatis, quam habuerunt alii Apoſtoli.

Quartus, quòd Chriſtus nullum caput dimiſit eccleſiæ, nec aliquem fecit vicarium ſuum.

Quintus, quòd ad Imperatorem ſpectat corrigere papam, ac inſtituere.

Sextus, quòd omnes ſacerdotes, ſiue ſit papa, ſiue archiepiſcopus, ſiue ſacerdos ſimplex quicunque, ſunt æqualis auctoritatis, & iuriſdictionis ex inſtitutione Chriſti; ſed quòd vnus plus habeat alio, hoc eſt ſecundum quòd Imperator conceſſit, & ſicut conceſſit, ita reuocare poteſt.

Septimus, quòd papa, vel tota eccleſia ſimul iuncta nullum hominem quantuncunque ſceleratum poteſt punire punitione coactiua, niſi Imperator daret eis auctoritatem.

In extrauagante eiuſdem Io. xxij. Quæ incipit; Cum inter nullos, &c. damnat, & reprobat errorem ſequentem.

COndemnat tanquam erroneum, & hæreticus, ſi quis pertinaciter affirmauerit, quod redemptori noſtro, eiuſq; Apoſtolis in his, quæ ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur, neque quam ius vtendi, ſeu conſumendi competierit, nec illa vendendi, ſeu donandi ius habuerint, aut ex ipſis alia acquirendi, quæ tamen ipſos de præmiſsis feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur, ſeu ipſos potuiſſe facere ſupponit expreſſe.

In extrauagante eiuſdem Io. xxij. Quæ incipit; Vas electionis, condemnantur errores Ioan. de Poliaco magiſtri Pariſien. circa audientium confeſſionum ſequentes.

PRimus error condemnatus præfati magiſtri de Poliaco eſt, quòd aſſerebat, quòd confeſſi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti.

Secundus error fuit, quòd ſtante ſtatuto; Omnis vtriuſque ſexus; edito in concilio generali, Rom. Pont. non poteſt facere, quòd parrochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parrochialem curatum: immo nec Deus poſſet hoc facere, quia vt dicebant, implicat contradictionem.

Tertius error eſt, quòd papa non poteſt dare generalem poteſtatem audiendi confeſſiones, immò nec Deus, quoniam confeſſus habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe, vt premittitur, parrochialem curatum.

Iſtos errores tanquam falſos, & erroneos, & à doctrina ſana deuios autoritate Apoſtolica damnat, & reprobat dominus Io. xxii. doctrinam ipſam contrariam veram eſſe; & catholicam aſſerens, quia illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quam ſi aliàs illa confeſſi fuiſſent eorũ proprio ſacerdoti, iuxta dictũ conciliũ generale.

De erroribus, & hæreſibus Ioannis Vicleff, & Ioan. Hus in concilio Conſtantienſi condemnatis.

IAm deſcribendæ veniunt hæreſes Ioan. Vicleff, & Ioan. Hus, quæ in concilio Conſtantienſi condemnatæ leguntur. Ponemus autem in primus errores; & hæreſes Ioan. Vicleff, ſecundo errores, & hæreſes Ioan. Hus. Et primo ſequitur tenor articulorum Ioan. Vicleff.

Subſtãtia panis materialis, & ſimiliter ſubſtãtia vini materialis remanent in ſacramẽto altaris.

Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem ſacramento.

Chriſtus non eſt in eodem ſacramento idemptice, & realiter in propria præſentia corporali.

Si epiſcopus, vel ſacerdos exiſtant in peccato mortali, non ordinant, non conſecrant, non conficitur, non baptizant.

Non eſt fundatum in euangelio, quod Chriſtus miſſam ordinauerit.

Deus dedit obedire diabolo.

Si homo debite fuerit contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua, & inutilis.

Iſta, & multa alia inuenies in hiſtoria concilii Conſtantienſis, vbi ſupradicti hæretici fuerunt condemnati in ſeſſione vltima, & videbis Cardinalem ſancti Sixti in ſua ſumma referentem omnes hæreſes, & errores, qui in concilio Conſtantienſi fuerunt condemnati, quia Ioan. Vicleff, & Ioan. Hus fuerunt hæretici, & hæreſiarchæ.

De hæreticis, & ſciſmaticis, & de apoſtatis, & reiterantibus Baptiſmum. Cap. LIII.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta, & ab homine iniquo, & doloſo erue me in præſenti regula. Perfecta definitio hæreſis ex infra dicendis colligitur, & omnis definitio in iure periculoſa eſt, vt inquit iuriſconſultus in l. omnis definitio. ff. de regulis iuris.

Hæreſis græce ab electione dicitur, quòd ſcilicet eam ſibi vnuſquiſq; eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit, quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt; & de carnis operibus eſt eligens, quæ peiora ſunt, vt in c. hæreſis. xxiiii. q. iii. Et proprie dicitur hæreticus, qui alicuius temporalis commodi, & maxime vaneglioriæ principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur, vt in c. hæreticus. xxiiii. q. iii. Et Azo. in ſumma in rub. de hæreti. in principio dicit; hæreticus eſt, qui vel leui argumẽto à iudicio catholicæ religionis, & tramite detectus fuerit deuiare, vt in l. ii. in fine. C. de hæreti. vel qui non eſt membrum ſanctæ catholicæ eccleſiæ. vel qui eſt diuerſarum hæreſum, vt in auct. de priuile. dotis. colla. viii. vbi notatur, qui ſunt hæretici. Et qui non credit ſecundum quòd prædicant ſancta quatuor concilia, hæreticus eſt, vt in l. quicunque. C. de hære. Et quatuor concilia, ſcilicet Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, Calcedonenſe, & autoritatem eorum videbis in c. ſicut. xv. diſ. & dicitur hæreſis diuiſio, ideſt ſeparatio à catholica fide, & ab electione erroris dicitur, vel ab erro erras, vel ab adhæreo; quia adhæret opinioni eorum, vel ab herciſco, quod idem eſt, quod diuido, quia ab vnitate eccleſiæ ſunt diuiſi. Et quis ſit hæreticus, vide Bartol. in l. i. & in l. quoniam C. de hæreticis. Et quis dicitur hæreticus, vi Archidiaco. in c. quicunque, de hære. lib. vi. vbi ipſe

dicit;pluribus modis dicitur quis hæreticus, vt qui non recipit quatuor concilia.Item qui aliter ſentit de ſacramentis,quàm ſacroſancta prædicat,& obſeruat eccleſia,vt in c.ad abolendã,de hæreticis. Item qui conatur auferre priuilegium eccleſiæ Romanæ ſibi à Chriſto traditum, vt in c.omnes.xxii.diſt.quod eſt,vt ſit caput omnium eccleſiarum.Item dubius infidelis eſt, vt in c.i. de hæreticis.Item omnis ſciſmaticus eſt hæreticus,vt in c.inter hæreſim 24.q.3. & ibi dicitur quòd ſchiſmatici,& hæretici differre dicuntur, ſed nullum ſchiſma eſt niſi ſibi aliquam hæreſim confingat,vt recte ab eccleſia diſceſſiſſe videatur,vt ibi in tex.Item ſimoniacus hæreticus eſt, vt in c.quiſquis.i.q.i. vbi dicitur;quiſquis per pecuniã ordinatur,hæreticus promouetur.Et ille tex.allegatur,quòd omnis ſimoniacus eſt hæreticus.Et aduerte,quòd papa non poteſt diſpenſare cum ſimoniaco in beneficiis,quæ annexam habent poteſtatem clauium,quia videtur data pecunia illa pro illa poteſtate ſpirituali, vt in c. ex parte.i.de officio delega.Et vide ea,quæ notantur.i.q.iii.c.ſaluator.& c.ex multis.In aliis autem beneficiis bene excuſaret autoritas papæ,cum talis ſimonia ſit de iure poſitiuo,vt eſt gloſſ.in c.cum pridem.de renuncia. Et videbis de hoc in c.de ſimonia. infrà in iſto lib.quia ſecundum S.Tho.in 2.ii.q.c.& in iiii. diſt. xxv. & ſecundum alios doctiſſimos viros non datur ſimonia de iure poſitiuo;& nota,quia hodie pauci aduertunt in hoc.Item eſt hæreticus,qui tranſgreditur præcepta Apoſtolicæ ſedis,vt xix.diſt.c.nulli,vbi habetur,à pontificalibus ſit alienis officiis,qui apoſtolicis non vult obedire præceptis.Item omnis præciſus ab eccleſia,vt in c.quòd autem.iiii.q.i.vbi habetur;hæretici probantur,qui ſchiſmate,vel excommunicatione ab eccleſia ſunt ſeparati. Et vide omnino Archid.in d.c.quicunq; vbi dicit;Quid ergo dicemus de his, qui eorum ſermones audiunt? poteſt dici,quod ſi ſemel tantum audiunt,& nunquàm poſtea redire voluerint,non debent iudicari credentes. Nec.n.videntur approbaſſe, quod poſt modum vitauerint.Ad hoc eſt efficax argumentum.i.q.i.c.conſtat,& in c.ex ſtudiis,de præſumptio.& C.de inceſtis nupti.l.qui contra in fi.& ff.de in rem verſo.l.ſi pro parte. Fateor ſuſpitione maxime non carere,& ideo poſſe purgationem indici.ibi vide Archid.Et plures ſunt ſpecies hæreticorum,vt notat Azo.in ſumma,in rub.de hæret.in principio.& ſectæ hæreticorũ 80. ſpeciales connumerantur in decretis; ſed xi. vltimas non nominauit auctor nomine ſpeciali. vide de hoc tex.in c.quidam autem hæretici.24.q.3.& in fine ponit regulam generalem dicendo; Quicunque aliter ſcripturam ſacram intelligit, quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, à quo ſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit,tamen hæreticus appellari poteſt.Et cum iſto tex.etiam concordat tex.in c.hæreſis,ead.cau.& q.vt in princi.regulę diximus.Et Hoſtien.in ſumma in principio dicit;Omnis ſimoniacus dicitur hæreticus,maxime qui ſacramenta peruertit.vt i.q.i.c.fertur,& c.quiſquis,& c.eos qui.& largo modo omnis,qui nõ tenet articulos fidei,& ſecundum hoc Iudæi, & Gentiles hæretici ſunt;& qui communionem catholicæ eccleſiæ non recipit,hæreticus eſt. vt in auct.de priuile.dotis hæreticis mulieribus non præſtandis,coll.viii.Et qui tranſgreditur præcepta ſedis Apoſtolicæ,vt in c.nulli.xix.diſt.vt ſuperius diximus. Et qui vult contrauenire decretis,& epiſtolis Apoſtolicis,vt in c.nullus.19.diſ.& qui eas non recipit,vt xx.diſ.c.de libellis.nam pari iure cenſentur decreta,& decretales, vt xix.diſt.in fine. Et peccatum paganis eſt apoſtolicis præceptis cõtrauenire,vt lxxxi.diſt.c.ſi.qui ſunt præsbyteri.ſed ſtricto modo dicitur hæreticus, qui aliter ſentit de articulis fidei,quàm Romana eccleſia,vt in c.hæc eſt fides. 24. q. i.hi enim,qui hoc faciunt,ſunt perpetuo vinculo anathematis innodati,vt in c.ad abolendam,de hæret.i.reſp. his annectuntur & hi,qui aduerſantur fidei catholicæ,vt in c.firmiter credimus,de ſumma tri.& fi.catho.& cum illo.c.debet continuari tex.in c.excõmunicamus,de hæret.Et his credentes coniunguntur,vt in c.excommunicamus.ii.co.ti.§.& fi.vbi dicit;Credentes autem eorum erroribus hæreticos eos ſimiliter iudicamus;hæreticorum enim alii perfecti.i.errore ſuo firmi,& excecati; hi non timent mortem,ſciunt erroris articulos,& exponunt eos. Et licet multa falſa predicent, tamen non dicunt contra id,quod credunt,nec contra mentem ſuam aliquid aſſerunt. Alii ſunt credentes erroribus eorum,& ſic poteſt intelligi tex.in c.i.de hæret.Et de fautoribus, defenſoribus,& receptatoribus,an differant inter ſe,vi.Archid.in c.ii.de hæret.in ii.& iii.col.et vi.Ananiã in c.excommunicauimus.§.credentes. Et de crimine hæreſis quæri poteſt per accuſationem, & inquiſitionem,& denunciationem.ſuper quo vide in ſingulis rubricis de accuſationibus, & denunciationibus,& inquiſitionibus. Vnde ſcias eſſe præceptum ſingulis Archiepiſcopis,& epiſcopis,vt quilibet per ſe,vel archidiaconum ſuum,vel alias honeſtas,idoneaſque perſonas bis,aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiã circumeat,in qua fama eſt hæreticos habitare; & ibi tres, vel duos boni teſtimonii viros,vel etiam totam vicinam,ſi expedire viderit, iurare compellat, quod ſi quis hæreticos ibidem ſcierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes,quare habentur ſuſpecti,vt c.de epiſc.& cleri.l.conuenticula.& c.cum ex iniuncto,de hæret.i.reſponſo.& de officio delega.c.conſuluit.§.i. Et ſi ſciunt aliquos à conuerſatione fidelium vita, & moribus diſcrepantes,per quod ſimpliciter habentur ſuſpecti.arg.xl.i.diſt.c.quiſquis.&.§.vlt.& lxxxvi.diſ.c.inferiorum.& xxiii.q.iii.c.præterea.& xxi.q.i.c.ſi quis capillum,& in c.nemo,de ſimo.Et Dominicus in c.inquiſitores,de hæreticis.lib.vi.dicit,quod ex ſola ſuſpitione proceditur per inquiſitionẽ con

tra hæreticos. Et hæretici ſunt credentes poſſe fieri duos papas veros,& largo modo excommu
nicati appellantur hæretici.vi.de hoc Abb.in c.firmiſsimi, de hæreti. Et nota, quòd hęreſis dici-
tur labes,& hoc ideo,quia in eam multi labuntur,vi.de hoc Car.in cle.i.§.propter quod hæreti-
cis. Et crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticum,& ideo ſeculares non habent ſe ſuper eo intromit-
tere,vt nota.in c.excommunicamus. ii. de hæreticis. Et excommunicationem incurrit ſepeliens
ſcienter hæreticos,nec abſoluitur niſi exhumet eorum corpora,vt in c.quicunq;.de hæreti.libr.
vi.in princip.& ibi eſt tex.contra receptatores,defenſores, vel fautores. Et non valet promotio
hæreticorum,eis credentium,fautorum,receptatorum,& defenſorum eorum, nec filiorum ſuo-
rum vſq; ad ſecundam generationem,ad beneficia eccleſiaſtica,vel officia publica;& priuati ſunt
habentes beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum,& inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda,
ſcienter talia receperunt,vt in d.c.quicunque §.hæretici.&.§.ad hæc.de hære.lib.vi.Sed tu vi. de
hoc Henricũ mirabiliter loquentem,in c.vergentis.de hæreticis.& vide ea,quæ diximus in c. de
crimine læſæ maieſtatis. Et nota,ꝙ inquiſitio hæreticorũ ſpectat ad diœceſanum,& ad inquiſito
rem hæreticæ prauitatis,vt eſt tex.in clem.i.§.i.de hæreticis,vbi dicit tex.epiſcopus ſine inquiſi
tore,aut inquiſitor ſine epiſcopo diœceſano,aut eius officiali, vel epiſcopali ſede vacãte capitulo
ſuper hoc delegato,ſi ſui inuicem copiã habere valeant,infra octo dierũ ſpaciũ, poſtquàm ſe in-
uicem requiſierint,non valebit. Et ſic poteſtas inquiſitoris cõmunicatur epiſcopis. Vi. Philip.
Fran.in c.contra Chriſtianos,de hæret.in vi.& Vi.doct.in c.per hoc.Et in dicto c.cõtra Chriſtia
nos dicunt doct.ꝙ ſi Iudæus inducit Chriſtianum ad eorum ritum, poteſt per inquiſitores hære
ticæ prauitatis puniri: & facit contra illos,qui nouiter ſunt conuerſi, & inducunt filios infantes
ad eorũ ritum. Et notabis,ꝙ ſarracenus baptizatus in infantia compellitur ſeruare fidem catho.
Vi.Dominicum in d.c.contra.& ibi etiam videbis,ꝙ iſti Sarraceni nouiter conuerſi,& baptizati
poſſunt de hæreſi conuinci.Et contra eos facit tex.in c.de Iudæis.xlv.diſt.& text.in c.merito.xv.
q.i.Sed coactio,quæ eſt abſoluta,non conditionabilis,vel eſt præciſa,excuſat adeo ꝙ non obligã
tur ad baptiſmum,vide Archid.in d.c.contra,& vide doc.in c.maiores,de baptiſmo,vide de hoc
in ſermone epiſcopali.§.quando ſcripſi de baptiſmo. Et ordinarius habet iuriſdictionem ordina
riam,inquiſitor delegatã.Et epiſcopus,vel inquiſitor poſſunt ponere inquiſitum in cõpedibus,ſi
volunt.vi.de hoc Card.in dicta clem.i.§.propter quod.Et capitulum ſuccedit epiſcopo in iuriſ-
dictionalibus ſede vacante,vt notatur in dicta clemen.ver.duro.& in c.ad abolendam,de hæreti
cis,& in c. vno,ne ſede vacante,lib.vi.& de inſtitutionibus.c.i.eod.libr. Et ſic notabis,quòd per
diœceſanos locorum,& per inquiſitores à ſede Apoſtolica deputatos debet exerceri officium in-
quiſitionis,& hæreticæ prauitatis:& debet exerceri tale officium remoto omni timore carnali,a-
more,& odio,ac cupiditate lucri carnalis,vt notat Ioan.de Imo.in dicta clemen,l.in princ. Et car
cer hæreticorum debet eſſe communis epiſcopo, & inquiſitori,vt ibi notatur.Et officium inqui-
ſitionis hæreticæ prauitatis fuit inuentum in augmentum fidei pro hoc, quia per illud extirpen-
tur errores,& infideles reducuntur ad quile eccleſiæ,vt in c.vt inquiſitionis de hære.li.vi.in prin.
Et inquiſitores non poſſunt procedere cõtra epiſcopos,niſi hoc eis expreſſe ſit commiſſum;quia
ſub generali mandato inquiſitionis criminum non venit poteſtas inquirendi contra epiſcopos,
vt notatur in c.inquiſitores;ſed ſi eum culpabilem ſcinerit,nunciabit papæ.ita Io.And.in d.c.in
quiſitores,de hæreticis.lib.vi. Et Dominicus quærit in d.c.inquiſitores,an epiſcopi poſſint co
gnoſcere de hoc crimine,vel de aliis contra inquiſitores;& dicit,ꝙ nõ,niſi poſt finitum officium;
niſi crimen eſſet adeo notorium,quòd non requireretur cauſæ cognitio,vt de fili.præsbi.c.quo-
niam.Et facit quod notat Io.And.in c.fin.in gloſſ.fin.de reſcrip.Aduerte tamen, quòd ſi inquiſi-
tus,de crimine hæreſis,vocatus coram inquiſitore confitetur errorẽ ſuum,& iudex videat ipſum
contritum, & ſperet de conuerſione ſua, poteſt ei parcere iniuncta pœnitentia ſalutari, & multo
fortius hoc facere debet,ſi voluntarius acceſſerit ad pœnitentiam.Item multo fortius ſi in inqui
ſitione certum terminum appoſuerit promittẽs,quòd ſi infra illud veniret, & pœniteret,miſeri-
corditer ſecum ageretur,ſicut de facto vidi,dicit Hoſt.in ſumma in rubr.de hæreticis.§. qualiter
deprehendantur,& vide Hoſt.vbi ſupra.Si verò inquiſitus vocatus coram inquiſitore negauerit,
& conuictus fuerit,condemnari debet eccleſiaſticum iudicem,ad quem iſtud pertinet,vt in c.ad
abolendam,de hære. Et quia inter ſolicitudines noſtras illa debet eſſe præcipua, vt vulpeculas ca-
piamus,vt de purgatione canonica.c.inter ſolicitudines,notandum eſt,ꝙ hæreticus deprehendi
tur etiam is,qui leui ſaltem argumento à iudicio catholicæ religionis, & tramite à fide catholica
detegitur deuiare,vt C.de hære.l.ii.& ſic inditia fidem faciunt.argu.ff.ne vis fiat ei,qui poſſeſſio
nem miſſus eſt.l.ſi quis,§.vlt.& de carboni.e dicto.l. carbonianum.§. cauſæ cognitio. Et intellige
leui argumento.i.probabili,& quod de facili apparet:& ſic vocatur leue propter leuem probatio
nem.Item ſi graui infamia laborat,de alio genere hæreſis quocunque volueris, puta quia conuer
ſatur cum hæreticis,& familiaris eſt eis.vide Hoſt.in ſumma in rubr. de hære.§.qualiter depræ-
hendantur.Sed loquendo de hæretico proprie,& vt ſit excommunicatus,& ſubiaceat aliis pœnis
contra hęreticos ſtatutis,requiritur falſa credulitas,vide hoc Alexan.de Alexan.2.ii.c. de hæreſi.

Sed

Sed tu nota clarius, quòd falſa credulitas contra fidem eſt dupliciter. Primo directe, & principaliter, & hoc eſt omne, quod eſt contra articulos fidei. Et de hoc vide beatum Thomam ſecunda ſecundæ.q.xi.articu.ii.ſecundo Indirecte, & ſecundario ſicut ea, ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli, ſicut dicere aliquid falſum in ſcriptura diuina contentum, quia eſt corruptio illius articuli, de ſpiritu ſancto, qui locutus eſt per prophetas. Similiter dicere, quòd eccleſia male determinauit in aliquo circa fidem, eſt contra illud, ſanctam eccleſiam catholicam, & huiuſmodi. Et requiritur, vt quis ſit hæreticus, peruerſa voluntas, & in concupiſcibilis; & requiritur impugnationis pertinacitas ex parte iraſcibili ſcilicet quòd pertinaciter hoc teneat. Et ita etiam tenet hoc Innoc.in c.firmiter, in fine.de ſum.trini.& fide catho.& Bal. & Pau.de Caſt. in rub.de ſumma trin.& fide catho. C.referunt, & ſequuntur. Imo. & Antonius in c.i.§.ſane, de ſumma trinit. Et omnes concludunt, quòd ſi aliquis ſimpliciter, credit illud, quod credit ſancta mater eccleſia, ſed in ſpecie credat in trinitate, patrem eſſe maiorem filio, errore ductus, quia ſic credebat tenere eccleſiam, dummodo non pertinaciter duret in hac opinione, non eſt hæreticus, nec poteſt de hæreſi puniri. quod nota ſecundum Bal. ad defendendum ruſticos, & idiotas perſonas. Et adde tex. in l.omnes, verſic.argumento.C.de hæreticis. Et vide Cepollam in cautela.ccv.& ccxxxvii. Et ſic notabis, quòd ſi inquiſitus paratus eſt corrigi, non eſt hæreticus, vt ait Apoſt.ad Titum in c.fin. & tranſumptiue in cap.dixit Apoſt.xxiiii.q.iii.vbi dicitur; Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem de vita: quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt; & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.ſequitur tex. Sed qui ſententiam ſuam quamuis falſam, atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ pręſumptionis peperit, ſed à ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem acuta ſolicitudine veritatem corrigi parati, cum inuenerint, nequaquàm ſunt inter hæreticos deputandi. Et vide bonum text.ad hoc in cap.hæc eſt fides.xxiiii.q.i.& in c. damnamus.de ſumma trinitate.

Et ſic nota, quòd qui errorem non defendit, immò paratus eſt intelligere rationem, non eſt putandus hæreticus. nec ille qui dubitat ex animi infirmitate. non tamen pertinaciter inſiſtit. & intellige.c.ad abolendam de hæreti. quando pertinaciter inſiſtit. Et Ioannes Andreas in c.primo, de hæreticis dicit, quòd ille tex. debet intelligi de dubitatione, quæ habet in ſe firmitatem animi, & quandam pertinaciam, vt quia perſeuerat in illa dubitatione, ſecus, ſi incidat in cogitationem, vel dubitationem ex primis motibus, non aſſiſtit, ſed reſiſtit confirmando ſe fidei eccleſiæ: quia tunc potius patitur ex illa cogitatione, ac meretur, quàm demeteatur, reſiſtendo tamen. Et Abbas in dicto cap.i.ad finem dicit, ſi quis erraret in fide, & crederet illam eſſe fidem eccleſiæ, & paratus eſſet ſe corrigere, ſi aliud tenet eccleſia, iſte non eſt hæretus, quia fides eccleſiæ, vt in c.ii.de ſumma trinitate, & fide catho. & quod ibi notatur. & vide, ꝙ notatur in d. c. hæc eſt fides cathol.

Et qua pœna feriantur hæretici, certe magna, & non ſolum vna ſed multis, & diuerſis; & hoc ideo, quia hæreticus omnes offendit: quod enim in religionem humanam committitur, in omnium fertur iniuriam, & ideo publicum crimen dicitur, vt l.manichæos.C.de hæreticis. non ergo debemus dimittere multum opprobrium illius, qui peccata noſtra deleuit, vt c.in nullis.§. illud, de Iudæis. quia longe grauius eſt diuinam offendere, quàm temporalem maieſtatem, vt in c. vergentis, de hæreticis; & in auctẽ.vt non luxurientur contra naturam.coll.vi. Et hæreticus male ſentiens, vel male docens de ſacramentis eccleſiæ excommunicatus eſt, vt iam diximus; & conuictus, niſi ſe correxerit, & errorem abiurauerit, ſi clericus eſt, degradetur, & curiæ ſeculari tradatur; per quàm etiam laicus punietur. Eadem etiam eſt pœna ſuſpectis de hæreſi, ſi ſe non correxerint; & relapſis omnino audientia denegatur. Seculares principes, qui iurare nolunt, eccleſiam contra hæreticos defendere, excommunicantur, & terræ eorum ſupponuntur interdicto; & bona hæreticorum confiſcantur; & in terris eccleſiæ bona applicantur fiſco eccleſiæ; & in terris Imperii iudicis ſecularis fiſco, etiam ſi catholicos habeat filios. de hoc vide tex. in c. ad abolendam, iuncto.c.vergentis, de hæreticis. Et filii hæreticorum vſque ad ſecundam generationem per lineam maſculinam, & vſque ad primam per lineam fœmeninam priuati ſunt, vt ſuperius diximus in præſenti regula. Et vide tex. in c.ſtatutum, de hæreticis. lib.vi.& eſt ſenſus ſecundum gloſſ. ibi. Titius eſt de hæreſi conuictus, habet filium & filiam; ex filio habet nepotem, & etiam ex filia habet alium nepotem, vtrum nepos ex filia ſit in capax beneficiorum eccleſiaſticorum, vel dignitatum ſecularium? reſpondeo non, ſed ſolum nepos ex filio deſcendens: vel etiam ponamus, quòd mulier hæretica habet filium, & ex eo nepotem, certe ſolus filius eſt in capax. ſed iſtud intelligitur de illis, qui in errore ſuo deceſſerunt: non autem de illis, qui fuerunt emendati, & incorporati eccleſiæ. Et ſic eſt caſus, in quo ex delicto patris filii puniuntur, & filius beneficiatus non perdit beneficium. gloſſ. eſt ſingularis in c. ſatis peruerſum. quinquageſima ſexta diſtin. ſequitur Abbas in c.cum laici, de iure patro, & in c.quanto, de iudiciis, & vide gloſſ. in c.quicunque, de hæret.lib.vi.& in dicto c.quicunque.§.ad hæc, dicitur; priuati ſunt habentes beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum: & clericus hæreticus qualiter debeat condemnari, vide Philippum Franc.& doct.in c.i.de hære.in vi.& vide Panor.in c.pe.de hære.& Io. de Ana.in c. ii. de hære-

hæreti.Et quando pater teneatur pro filio, & quando filius patitur pro patre, vide Felynum in c. vergentis,de hære.Et nota,quòd clericus conuictus de hæreſi non debet incontinenti tradi cu riæ ſeculari,ſed prius debet deponi,& degradari,vt notatur in dicto c.ad abolendam.& formam degradationis videbis in c.degradatio,de pœnis.lib.vi.

Et notatur in d.c.ad abolendam,quòd ſi hæreticus vult redire ad fidem , incontinenti euadit pœnam mortis:ſed duo requiruntur ad hoc ſcilicet quòd incontinenti , & ſponte reuertatur ad fidem.ſi ergo ex interuallo non ſponte ſed metu pœnæ,vel probationum dicunt ſe ad fidem redire,non eſt eis parcendum.quod bene nota ſecundum Abbã.& doct.ibidẽ. Et qui dicantur ſponte redire,dic,vt notat Archid.in c.vt cõmisſi,de hæreti.lib.vi.vbi ipſe dicit in ii.col.Conſueuit dubitari,qui dicantur ſponte ad gratiam redire;ad hoc poteſt dici,quòd illi ſponte redeunt,qui infra tempus gratiæ veniunt,licet ſint moniti;nec enim coacti videntur,qui à nemine ſunt peruenti. Et vide Dominicum in c. vt commisſi. §. necnon,de hæretic.in vi.& vide Anani. in c.ad abolendam.quarta col.Et facit ad hoc.ff.ad Tertullianum.l.i.§.ſi mater,cum ſequenti. Et certè poſt tempus gratiæ,ſi eſt res integra,hoc eſt , quòd non eſt corporaliter requiſitus , nec probationes contra eum receptæ; facit ad hoc tex.ff.de operis liber.l.mancipiorum. Nam ſi poſt tempus gratiæ,requiritur perſonaliter, quamuis errorem ſuum detegat , indignus eſt venia. Et ſic loquitur tex.xxiiii.diſt.c.vlt.Et vide de hoc.C.de his,qui latrones occulta.l.vlti. Et vide ea , quæ ſuperius diximus,vbi iudex videt ipſum contritum,& ſperet de conuerſione ſua , poteſt ei parcere iniuncta pœnitentia ſalutari. de quo per Hoſtienſem in ſumma.Et Abbas in dicto c.ad abolendam dicit ; Ad hoc vt redeuntibus ad fidem dimittatur pœna mortis , requiritur etiam , vt ſatisfactionem congruam exhibeat de peccato;nam poteſt ſibi indici pœnitentia,vel alia pœna pecuniaria. de quo dic,vt in c.vt commisſi,de hære.lib.vi.Et vide ea,quæ notantur in clementi.ad noſtrum; de hæreticis. Et vide textum,& Abbatem in c.excommunicamus.ii.de hæreticis. Et hæretici debent puniri pœna ignis;& ſic debent cremari.ita doct.in d.c.ad abolendam.Et colligitur ex euangelio Ioannis in c.xv.vbi dicitur: Si quis in me non manet,mittetur foras,ſicut palmes,& areſcet, & colligent eum,& in ignem mittent.Sed ius ciuile punit hæreticum pœna mortis,vt in l.arriani.C.de hæreticis;coniuncta.l. vltimum ſupplicium.ff. de pœnis. Et hanc pœnam eſſe debitam interpretatur conſuetudo. Conuenit ergo in hoc lex diuina,canonica,ciuilis, & conſuetudinaria,vt communiter puniantur pœna ignis. Et qualiter hæreticus reconcilietur eccleſiæ ante condemnationem,dic,quòd debet fieri preſtito iuramento,quo hæreſis abiuratur; & fides catholica ad mandatum eccleſiæ promittitur tenenda.forma autem iuramẽti habetur.i.q.vii.c.quoties. & de conſecra.diſt.ii.c.ego Berengarius. Et clerici ſpontaneè reuertentes recipiuntur in ordinibus ſuis ex diſpenſatione.i.q.i.c.omnes,& .q.vlt.c.ſaluberrimum.quòd ſi poſt hoc iuramentum, tanquam canis ad vomitum redeat,ſine aliqua audientia,& ſpe miſericordię condemnantur.Vi. de hoc Hoſt.in ſumma,in rub.de hæreticis,in.§. quando.vbi ipſe quærit,an cum talibus,vt promoueri posſint, valeat diſpenſari ? & concludit,quòd ſic ibi videbis. Et nota, quòd licet quo ad pœnam corporalem parcatur abiuranti hæreſim,vt in c.ad abolendam.§.illos quoque,non extẽditur talis indulgentia ad bona.argu.tex.in c.vergentis,de hæreticis;niſi expreſſe dicatur:& Vi.ad hoc ea,quæ not.in l.i.C.de ſenten.pasſis.& l.ſi ademptis,& l.ſi inſulam,& l.generalis, eod. tit. & l.ſeruus effectus,de actionibus, & obliga.Et in iſto crimine hæreſis,& in crimine læſæ maieſtatis bona ipſo iure ſunt confiſcata à tempore delicti.vi.de hoc Anchar.in d.c.vergentis.& de hoc infra dicemus. Et Cardi.in d. c.ad abolendam,dicit, quòd relapſi hodie in nullo audiuntur quoad euitandam pœnam temporalem,vt in c.ſuper eo,de hæreti.lib.vi.vbi dicitur , Curiæ ſeculari tradendi ſunt relapſi in hæreſim,licet ad fidem redeant:non debent eis negari ſacramenta pœnitentiæ, & euchariſtiæ.Et vi.ibi Philippum Françum.& vi.ibi etiam Dominicum.& vi.Anto.in c.ad abolendam.in i.colum.vbi ipſe dicit ; Nota primo, quòd hæreticus relapſus non auditur volens iterum hæreſim abiurare.& vi.tex.in c.accuſatus,de hæreti.lib.vi. qui procedit etiam , ſi crimen hæreſis tempore abiurationis non fuerat plene probatum . Et quis dicatur relapſus in hæreſim, vi.tex.in dicto c.accuſatus. vbi dicitur; Abiurans in iudicio hæreſim propter vehementem præſumptionem,ſi iterato labitur,licet non fuiſſet plene probatum, relapſus dicitur. Secus , ſi leuis fuerat præſumptio. Et culpabilis in vno articulo hæreſis generaliter poſtea abiurando relapſus dicitur, ſi committit in alium titulum ſeparatum , vt in dicto c.accuſatus. Et ſic propter vehementem præſumptionem non damnatur quis de hæreſi, ſed cogitur ipſam hæreſim abiurare. vi. de hoc doct.in dicto c.accuſatus.& formam abiurationis vi.in c.inter,de purgatio.cano. & in c. ego,de conſe.diſtin.ii.& adde ad ea, quæ ſuperius diximus de mente Hoſtien.circa abiurationem hæreſis.& vi.Specu.in tit.de hære.in verſic.de forma iuramenti.

Modo quæro,vtrum iudex ſecularis aſtrictus ad exequendam ſententiam latam contra hæreticum posſit cognoſcere de iuſtitia proceſſus,& videbatur,quod ſic.& Bart.tenet in l.diuus. ii.ff. de cuſto.reorum. Et Bart.& Bal. & Pau.de Caſt.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſdictio.omni.iudi.& Bart.in l.non dubium.ff.de cuſto.reorum.Et Antonius in c.i.de obligatis ad ratioci.& in c.is,de offi.

offi.ordina. Sed contrarium tenet Abb.in dicto c.ad abolendam,& Ange.in dicta l.dinus. Et Ancha.in c.at ſi clerici,de iudiciis,& Bal.in auct.clericus.C.de Epiſcopis,& cleri.& Ange.in dicta l. magiſtratibus; & Abb.in c.fina.de ſtatu mona. Poterit tamen iudex ſecularis ad cautelam facere, quòd ille condemnatus confiteatur ſeeſſe illum, de quo ſententia loquitur ; ſicut de bannito capto docet Bar.in l.demoſtratio.ff.de condi.& demoſtra.& in l.inter ſtipulantem.§.ſi ſticum.ff.de verbo.obliga.& Bal.in c.i.de feu.ſine culpa non amittendo.& Ange.& Imo.in l.nominatum.ff. de hæredi.inſti. Et pœna mortis debetur de iure diuino,vt in c.ſi mulieris.23.q6.v.& de hoc iam ſuperius diximus, & cætera; circa iſtum punctum videbis per Felynum in dicto cap.ad abolendam.ad fin.vbi circa iſtam quæſtio.plures opiniones recitauit.

Et nota,quòd bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata, vt eſt text. in c.cum ſecundum de hæreti.lib.vi. Et Archidia.in i.col.in dicto c.cum ſecundum,dicit,quòd ſunt confiſcata tempore commiſsi criminis;& ſic donatio,ſiue alienatio facta per hæreticum ante damnationem non tenet. Et licet dominia bonorum hæreticorum non pertineant ad fiſcum,ſiue ad eccleſiam,niſi demum damnatione ſecuta ſuper crimine,tamen ex quo eſt ſecuta damnatio,effectus huius damnationis trahitur retro ad diem commiſsi criminis ; & ex die commiſsi criminis videtur ei interdicta alienatio. Et Dominicus ibi dicit,quòd bona intelliguntur confiſcata à die commiſsi criminis,etiam ſi pœniteat. Et ideo intellige confiſcata in tantum,quòd ſententia ſuper crimine lata retro trahitur:& alienata poſt crimen commiſſum poſſunt euinci tanquam propria euincentium; etiam non reſtituto precio emptoribus,quantumcunq; ſint bonæ fidei. Et iſta eſt veritas per tex. in dicto c.cum ſecundum,qui vult,quòd eo ipſo quòd crimen committitur, bona intelligantur confiſcata.& Ioan.And.in dicto c.cum ſecundum,ad fi.dicit,quòd fiſcus,vel inquiſitores vendicant rem,quia effectus damnationis retro trahitur; & allegat ad l.Iuli.maie.l.quiſquis.§.emancipatio.& C.de apoſta.l.apoſtatarum.i. reſpon.&. ff.de accuſa.l.ex iudiciorum. Et ſi hæc ſunt in crimine læſæ maieſtatis,vt in gloſ.fortius in crimine hæreſis. Et Ancha.in d.c.cum ſecundum, in princi.dicit, quid iuris de alienatione facta per illum,qui iam cogitauerat delinquere? quæ cogitatio colligitur ex pluribus coniecturis,quas ponit Bar.in l.poſt contractum.ff.de donationibus. ibi vide per Ancha.in d.c.cum ſecundum.

Cum verò conſtitutio priuat delinquentem , ſtatim , & ipſo iure dominia. alienationis factæ per eum poſt contractum delictum non tenent, ſed reuocantur per fiſcum etiam non reſtituto pretio emptori primo,vel vlteriori,per quotcunque manus tranſiuerit res alienata,cuius iam dominium erat acquiſitum fiſco.

Quod eſt verum ſecundum Ioan.And.niſi pretium ſolutum,vel aliud loco pretii, eſſet in bonis hæreti.argu.ff.de lega.i.l.Imperator, & l.ſequenti. & idem etiam tenet Archi.in dicto c. cum ſecundum. Et ſic iſte punctus remanet expeditus.& vide Abb.in c.fina.de hæreti.& vide Bar.in l. Imperator,de iure fiſci,lib.x.qui loquuntur circa confiſcationem bonorum hæreticorum:ſed talia bona tenentes poſſunt præſcribere.vide Anch.in d.c.cum ſecundum,in prin.

Sed aduerte,& nota,quòd apprehenſio bonorum fieri non debet, niſi prius pronuntiatum fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum,qui hoc poſsit.vt eſt text.in d.c.cum ſecundum. Et ibi Ioan.And. Et ſi in vita ipſorum hæreticorum non fuit ſententiatum,declarabitur poſt mortem eum hæreticum fuiſſe,ad finem confiſcandi bona;quia crimen hæreſis non extinguitur morte,quò ad captionem bonorum ipſius.vide de hoc tex.in c.accuſatus.§. in eo , de hæreti.in vi. & vide ibi Dominicum. Et propter delictum vxoris in quinque caſibus confiſcatur, & publicatur doſ.ita Bar.in l.quinque legibus.ff.de bonis damnatorum. Et vide Ancha.& Phil. Fran.in c. decreuit,de hære.in vi. Et nota,quòd crimen hæreſis eſt graue,vt in c.vt officium.§.verum, de hære.in vi.& ideo debet procedi cum maiori cautela , quia de ſalute hominis agitur, vt in c.quieſcamus.xlii.diſtinct.& in c.ad hoc. vii.q.ſi.in fine,& in l.additos,de appella. Et iudex cum maiori cautela debet aduertere,ne magis erret in cauſa criminali,quàm faciat in ciuili,vt in c.qualiter j.de accuſatio. Et vide xxxviii . diſt.c.quamuis,in princi. Et contra ſuſpectum de hæreſi,qui non poteſt veraciter conuinci,indicitur ſibi purgatio ad arbitrium epiſcopi,& inquiſitoris. Et ſi defecerit,punitur,vt conuictus,vt in c.inter,de purgatio.cano. Et vide de hoc Abb. in c. ad abolendam,de hæreti.in i.colum. Et vide etiam tex.in c.quoties,de purga.canonica. Et excommunicatus propter contumaciam ſuper hæreſi,de qua erat ſuſpectus,poſt annum damnatur , vt hæreticus.vide de hoc in c.cum contumacia,de hæreti.lib.vi. Et in crimine hæreſis iudex ſolus non debet examinare teſtes,ſed habere ſecum alios ſocios probos,& honeſtos,vt notatur in cap. vt officium,de hæret.lib.vi. Et ibi concluditur,quòd per duos teſtes probatur crimen hæreſis. Et religioſi poſſunt officium tabellionatus exercere in cauſa hæraſis,vt in d. c. vt officium.§. ad reſcribendas. Et inquiſitores poſſunt conuocare peritos,vt eis aſsiſtant ; & poſſunt recitare ſententias ſuas per alios.de quo videbis in c.vt commiſsi. Et ibi videbis per Dominicum an ſit neceſſe in crimine hæreſis nouam ſententiam promulgare;& dicit , quòd non.quia iam per canones eſt antiquitus promulgata ; & ſic potius denuntiatur,vel declaratur. Et notabis text. in dicto c. vt offi-

cium,

cium, in principio; qui informat inquiſitores ad Denm, vt eius timorem metui hominum anteponant in procedendo contra bæreticos, & ſuos fautores; & etiam in eos abſoluendo, cum vere redierint. Et tex. in dicto c. vt officium, in §. verum, inſtruit inquiſitores in modo examinatinnis teſtium; & in perſonis, quæ teſtificata ſcribere debeant. Et notabis etiam text. in c. vt commiſſi, de bære. libr. vi. quia illa decretalis comprehendit plura vtilia pro expediendo officio inquiſitorum: dat enim eis poteſtatem committendi citationes, & ſententiarum denunciationes; dat poteſtatem vocandi peritos clerum & populum, vt eis aſſiſtant; dat poteſtatem procedendi contra illos, qui de ſua in aliam prouinciam ſe tranſtulerunt; dat poteſtatem repetendi libros, & proceſſus, commutandi, & mitigandi pœnas, priuandi, & priuatos nuntiandi officiis, & bonoribus, vt videbis text. Et in cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter, & de plano; & dicta teſtinm, & accuſatorum non publicantur. tex. eſt notabi. in c. fi. de bæreti. lib. vi. Et ibi notatur ex tex. quòd in cauſa hæreſis inquiſitor non debet ferre ſententiam ſine conſilio peritorum. Et quia tex. dicit in canſa hæreſis eſſe procedendum ſimpliciter, & de plano, vide circa iſtum articulum ea, quæ diximus in capitulo de crimine læſæ maieſtatis. vbi etiam proceditur ſimpliciter, & de plano. ibi videbis omnino. Et etiam vide tex. in clemen. i. de hæreti. de princi. vſque ad fin. quia multa prouidet, & præcipue circa carceres hæreticorum, & cnſtodes, & miniſtros, & circa alios officiales.

Et inquiſitor hæreticæ prauitatis debet ſaltem attigiſſe quadraginta annos, vt notatur in clementi. nolentes, de bæreticis; & ibi dicitur per Io. de Imo. quare maior ætas requiritur in inquiſitore, quàm in epiſcopo, quum maior perfectio reqniratur in epiſcopo, quam in inquiſitore? ibi vide per eum. Et poſt mortem quæri poteſt de crimine hæreſis, vt notatur in c. filii, de hæreti. lib. vi. ibi. Ancba. vbi ipſe dicit in principio. Nnta, quòd poſt mortem poteſt moueri quæſtio ſuper hæreſi contra memoriam defuncti. Et eſt ſpeciale in hoc crimine, & in crimine læſe maie. vt nntatur in c. vergentis, de bæreticis. Et quomodo autem contra defnnctum procedatur, vide glo. notabilem Inſti. de hæreditatibus, quæ ab inteſta. deferun. §. per contrarium. Et filii, & hæredes ſunt conuocandi, cum contra patrem proceditur poſt mortem. Ratio eſt, qnia intereſt filiorum patris memoriam non condemnari, vt in c. iii. §. de hære. lib. vi. intereſt etiam bæredum propter bona, quæ ab eis auſcruntur, vt in c. ſecundum leges, de hære. li. vi. Et in dicto. §. per contrarinm, inſtitu. de hædita. quę ab inteſta. deſe. Teſtis in cauſa bæreſis cópellitur dicere veritatem etiam de ſuo crimine; & poteſt ex interuallo corrigere dictum ſuum. Et dictum teſtis babetnr pro confeſſione, quatenus aliqnid deponit contra ſe. vide de hoc Domi. in c. accuſatus. §. licet, de bære. in vi. Et per quot teſtes crimen hæreſis debeat probari, vide Ioan. de Anania. in c. excommunicamus. i. in §. ad dicimus, de hære. Et adde ad ea, quæ ſuperius diximus. Et excommunicati, participes, & ſocii criminis admittuntur in teſtes contra hæreticos, ſi ſciunt veriſimiliter veritatem deponere in fidei fauorem. vide de hoc tex. in c. in fidei ſauorem, de hære. lib. vi. vbi notatur, quòd propter fauorem fidei multa ſtatunntur contra iura communia. & ibi quæritur; Quid ſi teſtis eſt inhabilis per c. felicis. de pœnis, lib. vi. an admittatur in cauſa hæreſis. Archidiaconus putat, quòd ſic. Et vide Domi. in d. c. in fidei ſanorem. Et vide etiam in d. c. ſelicis.

Et nota, quòd proceſſus inquiſitionis dicitur fauorabilis per reſpectum ad proceſſum accuſationis criminalis. quod bene nota, ſecundum Dominicum in dicto c. in fidei. & ibi notatur an papa poſſit accuſari de hæreſi occulta. & vide docto. in c. ſi papa xl. diſtinct. & vide Calderinum in conſi. v. in tit. de hæret. vbi ipſe dicit ad finem: Præſumptio, ſi ſit violentiſſima, ſufficit ad condemnationem de bæreſi, & ad purgationem indicendam ſufficit vebemens præſumptio. Et vide de hoc in c. accuſatus, de hæreti. lib. vi. & vide Ioan. de Ana. in rubr. de hæret in ii. col. vtrum quis poſſit condemnari ex vebementi ſuſpitione, & ſuperius tetigi hoc. Et quæ circunſtantiæ ſint conſiderandæ ad hoc, vt teſti maxime inhabili adhibeatur fides, debet diſcerni per ipſos inquiſitores, quorum arbitrio relinquitur. Et vide de hoc Ioan. And. Et vide Philippum Francum ſuper glo. in dicto c. in fidei.

Et nota, quòd ciuitates reſiſtentes his, de quibns in c. ad abolendam. §. ciuitas. Et in iſta materia non tradas oblinioni tex. in c. cum contumacia, de bæret. in vi. & dicitur contumax, qui non paret mandato iudicis; vel ſe abſentat à iudicio. Et prnpter quamlibet ſuſpitionem nnn debet quis citari in cauſa hæreſis, ſed debet eſſe probabilis. vide de hoc Dominicum in dicto c. cum contumacia. Et pertinacia ſi perſeuerauit poſt annum? ibi vide doct. circa iſtam materiam. Et nota, quòd contra rebelles eccleſiæ innocatur brachium ſeculare, vt in cap. ſi quis ſacerdotum. xi. q. iii. & c. petimus. Ideoq́ue manu militari ſunt hæreticis omnia bona auferenda; quia ſecundum Iſidorum, & Auguſtinum, & alios ſanctos ipſa bona nullo inre poſſunt hæretici poſſidere: naturali non, quia ſunt enmmunia, vt in c. ins naturale. i. diſtinc. nec iure diuino, ſicut filius Dei oſtendit dicens; Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Item, labores impiorum iuſti edent. vide de boc Hoſtien. in ſumma in rub. de hære. in §. qualiter deuitetur. Et nota, quòd hæreſis eſt grauius delictum, quàm bomicidium. ita Bal. in l. i. C. qui accuſa. non poſ. Et dicit ibi poſt Auguſtinum, quòd hæreſis, in quam quis incidit ignoranter, eſt grauius delictum, quàm

quàm homicidium doloſum. Et ſi dominus temporalis monitionem eccleſiæ ſpreuerit excommunicandus eſt; & ſi excommunicatione per anoum ſteterit, poſt anuum elapſum ſummus Pontifex denunciet vaſallos ſuos abſolutos à fidelitate, & terram exponet catholicis occupandam, ſaluo iure domini principalis. Eandem pœnam patitoretiam, ſi nullum dominium ſuper ſe recognoſcat, vt io c.excommunicamus.i.§.moneantur, de hæreti. Et vide Hoſtien.in ſumma, in dicto §.qualiter deuitetur. Et ſortilegi, & dantes pocola amatoria, & inuocatores demonum ad ſciendum futura, & præterita, an ſapiant hæreſim, vide Ioan.de Ana. in rubri. de hære.in ii.& iii.col. Et periurus an ſit hæreticus, vide eund.in c.i.de hæreti. Et ſi accuſatus de hæreſi pendente accuſatione ſcipſum interfecit, vide late in l. ii.C.qui teſta.facere poſſunt. Et vide Ioan. de Ana.in c. firmisſime, de hæreti. Et ſacerdos, qui hoſtiam non conſecratam accepit, an ſit hæreticus, vide Io. de Ana.in c.ad abolendam, in ii.colum.

Et notà, qnòd crimen hæreſis habet principium, & complementum; principium quidem in errore, complementum in pertinacia.ita doct.in c.hæreſis.xxiiii.q. iii. Et ſi condemnatus de hæreſi, vel crimine læſæ maie. habebat ius patronatus eccleſiæ, tale ius patronatus remanebit penes eccleſiam, quæ in effectu fiet libera. Et qoid, ſi habebat feudum, vel predium emphiteoticum? vide de hoc Ioan.de Ana.in c.vergentis, in i. col. Et ſcripturis, & libris hæreticorum non datur fides aliqua, quia damnato authore damnantur eius ſcripturæ, & libri, vt notatur in c.fraternitatis, de hære.& ibi notaiur, qoòd ſi duo contendunt de papatu, & pro certo neſcitur, quis eorum ſit verus papa, concilium debet congregari, & cauſam decidere. Et vide tex.notabilem, & non eſt alibi quo ad huoc articulum, iuncta glo.in c.ſi duo.lxxix. diſt. Et Hugo ponit ibi vnum ſingulare dictum, quòd poterit conciliom congregari per Cardinales, quando neuter contendentium vellet congregare ſuam obedientiam in eodem loco.

Et nota, quòd ſi ſactum hæreſis eſt dubium, tūc quæſtio debet remitti ad ſolum papam, vt in c.quoties.xxiiii.q.i.& in c.maiores, de baptiſmo. Et vide Abb.in c.ad abolendam, de hæret. in ii. col. Et nota, quòd epiſcopus etiam hæreticus non poteſt deponi ab alio, quàm à papa, vt in c. accuſatus.iii.q.vi. Et vide Abb.in c.excōmunicamus.i.ad fi.de hære.ſed tu vide de hoc ea quæ ſcripſi in c.xv.§.in iſto ſpeculo, vbi loquor de electione epiſcopi vitioſa ex parte materię.

Et clericus deprehenſus in hæreſi volens redire ad fidē an ſit deponendus, & in carcere detrudendus, vide Abb.in c.excōmonicamus.ii.de hære. Et nota, quòd obligati lapſis manifeſte in hæreſim, ſunt abſoluti de omni debito fidelitatis, & totius obſequii, & omni pacto quacunq; firmitate vallato vide doct.ad hoc in c.fi.de hæreticis.& nota, quòd appellatione bonorum cootinentur obligatiooes, actiones, & iura, vt in l.bonorum.§.in bonis.ff.de verbo.ſignific. & notat. in c. relatum.ii.de teſta.& vide Card.in d. c.fin.de hæreti. Vbi ipſe dicit, quòd ſerui, & liberti, & mercenarii ſunt abſoluti ipſo iure. Et vide Specul.in tit.de hære.in princi.vbi ipſe dicit, in hæreſi ſic concipies libellum. Et ibi etiam videbis de modo concipiendi libellum contra credentes, & receptatores, & cōtra ſuſpectos de hæreſi. & ſic remanet expedita tota materia de crimine hereſis.

Nunc ad ſecundam partem regulæ tranſeamus ſcilicet de ſchiſmaticis. Et ſchiſma eſt illicita diſceſſio illorum, quorum vnitas eſſe debet: vel ſchiſma eſt illicita diuiſio per inobedientiam ab vniuerſitate eccleſiæ facta; vt in c.inter hæreſim.xxiiii.q. iii. Ideoq́ue ſchiſmatici volentes Dei eccleſiam diſcindere, peccant in fide, quò ad articulnm illum, Credo in ſpiritum ſanctum, & vnam ſanctam eccleſiam catholicam. Et hoc nomen ſchiſma græcum eſt, & dicitur à ſciſſura, vt in cap. ſchiſma.xxiiii.q.i.& in vnitate ſchiſſura eſſe non poteſt. Non ergo vnitati communicat, qui ſciſmaticis communicat: Partes ſibi feceruot, & ab eo, quod vnum eſt, diſceſſernnt, vt in dicto c.ſciſma. Et vide de hoc gloſſ.in c.quia diligentia, de electio. differt autem ab hæreſi in principio; nam hæreſis in ſui principio habet peruerſum dogma, quod non habet ſchiſma; ſed ſi perdorat, cadit in hæreſim, quia fingit ſe recte ab eccleſia receſſiſſe. Et ideo cenſetur hæreticus, vt in d.c.inter hæreſim, & ſchiſma.xxiiii.q.iii.& ſic peccat (vt ſuperius diximus) in illum articolum, Credo in ſpiritom ſanctum, & vnā ſanctam eccleſiam, &c. vel eſt inter hæc duo talis differentia, qualis ioter genus, & ſpeciem; quia omnis hæreticus eſt ſciſmaticus, ſed non conuertitur. de hoc vide Hoſti. in rub.de hæreticis, in §.i.& ii.& ſic hæreticus, vel ſciſmaticus æquiparantur. Et regulare eſt, vt ſciſma non ſit ſine hæreſi.& fallit in diceote ſe eſſe papam, & alium Antipapam: nam iſti non ſunt hæretici; vnde eſt ſciſma ſine hæreſi, quia quilibet credit vnitatem eccleſiæ, & eccleſiam eſſe apud ſe.ita dicit gloſſ.ſingularis in c.i.xxiiii.q.i. Et idem dic de credentibus, vt credentes non dicantur hæretici; ex quo crednnt vnam eſſe eccleſiam, quam dicunt conſiſtere debere apnd iſtum.vide de hoc Abb.& docto.in c.firmisſime. Et largisſime omnes conſtituti in peccato mortali dicuntur ſciſmatici; ſunt enim extra charitatem.xi.q.iii.c.audi, & c.dixi.xxiiii.q.iii.large verò dicuntur ſciſmatici, quia ſunt extra eccleſiam, & communionem fidelium.c.cum excommunicato, & c.ſequenti.xi.quæſtio.iii.ſtricte verò dicuntur ſciſmatici, qui proprium epiſcopum deiiciunt de ſede epiſcopali: & communiter tenetur, quòd iſti non ſunt excommonicati, ex quo non ſunt diuiſi ab eccleſia Romana, licet proprium Epiſcopum deiecerint, & alium Epiſcopum crexerint. vi-

de de hoc Abb. & Ioan. de Ana. in rub. de ſciſmaticis. Aliquando, & ſtrictiſſime dicuntur ſciſmatici ſecundum materiam noſtram, qui diuidunt ſe ab eccleſia Romana, conſtituendo ſibi eccleſiã, ordinando præsbiteros, & clericos, vt in c. loquitur dominus. xxiiii. q. i. & in dicto c. inter hæreſim. xxiiii. q. iii.

Et qui contemnunt conſtitutiones eccleſiæ ſunt ſciſmatici ſtrictiſſime, vt in c. nulli fas eſt. xix. diſt. & coniurationes faciunt contra Epiſcopos, & prælatos. & de hoc vide Ioan. de Ana. in dicta rubri. de ſciſmati. & vide Abb. in dicta rubr. vbi dicit ad finem; puto hodie tã ipſe, qui ſegerit pro Papa, quàm ſibi adhærentes, excommunicationi ſubiaceant, per ea quę notantur in c. licet, de electio. Sed ſi quæſtio eſſet dubia, & maxime ſi conſiſtit in facto intricato, & longæuo, tunc putarẽ omnes euitare excommunicationem, & peccatum. argu. l. regula, & l. ii. ff. de iuris, & facti ignorã. & vide in c. Apoſtolicæ, de cleri. excommuni. miniſtra; & in c. vt animarum periculis, de conſti. lib. vi. & vide Bal. circa materiam ſciſmaticis, in tractatu ſuo de ſciſmate, quem poſuit in rub. C. ſi quis aliquem teſtari prohibu.

Et ſciſmatici tunicam Chriſti inconſutilem ſcindere nituntur, vt in extrauagan. incipi, diſcipulorum Chriſti, ſub titu. de celebra. miſſarum. Et ideo veſtimentum domini nõ fuit ſciſſum, quia eccleſia Dei ſcindi non debet, ſed tota in vnitate conſiſtere debet, vt per Ioann. de Ana. in dicta rubri. de ſciſma. in ii. col. & vide doct. in rub. de ſciſmati. Et qua pœna ſcimatici feriantur? certè puniuntur à Deo, & hominibus: vt ſciant homines, quam graue, & quàm deteſtabile ſit hoc crimen, oſtendit dominus in Chore. Datam, & Abiron, quos terra viuos abſorpſit. Et licet alibi dicatur, hæreſim eſſe maius inter crimina, eo quòd primum locũ tenet in pœnis. xxxi. q. vii. c. quid ĩ omnibus; eſt verum in non ſciſmate. Tamen ex quo ſciſma iudicatum, & confirmatum fuerit, idem eſt crimen, & vtrique eſt eadem pœna ĩfligenda, vt patet in his, quæ ſuperius diximus.

Et ab hominibus etiam puniuntur; nam excommunicantur, ſi non reſipuerint, & deponũtur, vt in c. in nomine domini. xxiii. diſt. Et ſi aliter non poſſunt diſtringi, inuocãdum eſt brachium ſeculare, vt in c. petimus. xi. q. iii & de officio ordina. c. quoniam in quibuſdam. §. pe. & §. fi. Et diſpenſatio circa ſciſmaticos quibus caſibus ſit reſeruata papæ, vide abb. in c. fina. ad fin. de ſciſma. Et ſciſmaticus non poteſt conferre beneficia, vel ordines, & dignitates dare. & tenens beneficiũ eccleſiaſticum à ſciſmatico, vel conſentiens ordinationi factæ per eum eſt ipſo facto excõmunicatus. Et ſciſmaticus exiſtens in peccato mortali an, & quando poſſit conferre temporalia, vel ſpiritualia, in quibus conferatur ordo, vel non, vide Abb. in c. i. de ſciſma. & vide alios doct. Et ordinatus à ſciſmatico eſt ab officio repellendus, niſi probet ſecum diſpenſatum per habentem poteſtatem, vt in c. fi. de ſciſma.

Et diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui habet poteſtatem diſpenſãdi, vt eſt glo. in c. requiritis. §. niſi rigor. i. q. vii. & vide Abb. in d. c. fi. in ii. col. Et ordinationes factas ab illis, qui a ſciſmaticis ordines receperunt, ſunt irritæ, vide Pet. anch. in. c. i. de ſciſmaticis, non ſunt ipſo iure excommunicati, vt in c. in nomine domini. xxiii. diſt. ſed Hoſti. dicit, proprie ſciſmaticus dicitur, qui non recognoſcit poteſtatem Romanæ eccleſiæ; ſic enim efficitur ouis extranea ab ouili, vt de maio. & obe. c. ſolite. §. pen. vnde ſi aliter occupet cathedram, quàm debeat, puta minus canonice, fur eſt, & latro, vt vii. q. i. c. non furem, & xxiii. q. iiii. c. tres ꝑſonas, & de iure patr. c. relatum. Et intellige etiam in paſtore ſedis Apoſtolicæ; quia ibi multo fortius debet habere locum, vt de elect. c. licet de vitanda, & xxiii. diſt. c. In nomine domini. Et ꝓprie dicitur ſciſmaticus (vt diximus) qui non recognoſcit eccleſiam Romanam. vide ad hoc bonã glo. in. c. non vos, xxiii. q. vi. Anch. in. d. c. i. de ſciſmati. referendo Hoſti. dicit, quòd iſti ſciſmatici, qui ſe extollunt contra eccleſiam Romanam, vt ſunt Græci, ipſo iure ſunt excommunicati.

Sed nota, quòd nullum peccatum, quantumcunque graue ſit in ordinatore, vel ordinato, impedire poteſt quominus ordinatus characterem recipiat, & executionem in habitu, licet non in actu. ita Anch. in. d. c. i. referendo Innocentium. Et quis poſſit diſpenſare cum ſciſmatico, vide gl. & doct. in. c. fi. de ſciſma. Et ſciſmaticus etiam clericus poteſt puniri a iudice laico, etiam non ſecuta degradatione. vide de hoc Io. an. in. c. cum non ab homine, de iud. & vide Io. de ana. in rub. de ſciſma. & vide Dominicum in. c. i. de hom. li. vi. vbi etiam loquitur de aſſaſinis. Et nota, quòd etiam ſi papa dicatur hæreticus, Cardinales, & alii prælati ante tempus ab obedientia ſedis Apoſtolicæ non debent recedi; alias, tanquam ſciſmatici ſunt puniendi. ita probatur. xvii. diſt. c. conſilia. §. hinc etiam. vbi dicit Dominicus bene eſſe notandum, quia facit ad Cardinales, qui receſſerunt à Grego rio de ciuitate Lucana ad ciuitatem Piſarum, antequam eſſet à cõcilio Piſano depoſitus. Sed aduerte, quòd ius permittit, quòd quis poſſit à ſuperiori recedere, quando eſt a iure notorie suspenſus, iuxta ea, quæ notantur per omnes in. c. tua, & in. c. veſtra, de cohabitatione clericorum. Et nota, quòd Cardinales tractantes de futuro papa eligendo; viuente papa, incidunt in crimen læſæ maieſt. vide Io. an. & Inn. in. c. veniens, de accuſa. & vide Bal. in. l. quoniam liberi. C. de teſti. & vide Alex. in addi. in. l. i. ff. ad. l. iul. maieſt. Et contra ſciſmaticos poteſt crux prædicari, vt in c. hortatu, & precibus, xxiii. q. viii. vbi habetur, quòd papa poteſt hortari Reges catholicos

ad bellum contra opprimentes eccleſiam.& vide Bar.in.l.i.C.de pact.& vide tex. non allegatum à doctoribus in.c.dicat aliquis.xxiii.q.v.ver.præterea.& vide Lucam in Actib.in.c.xxiii.vbi Paulus Apoſt.inuocauit auxilium ſeculare.Et an ſciſmaticus poſſit teſtari,vide Bar.in.l.fi.C.ſi à non competenti iudice.Et ſciſmatici capò in bello debent furca ſuſpendi . ita Bal.in.c.iniuria. de pac. iuram.firm.& vide tex.in.c.vno de ſciſma.in.vi.vbi Bonifac.viii.Iacobum, & Petrum de Colóna olim Cardinales depoſuit.& ibi videbis proceſſum contra eos factum.& no.& adde ea , quæ ſuperius diximus,quòd character ſpiritualis inuiſibiliter ſpiritu ſancto cooperante cõfertur per impoſitionem manuum factam,iuxta ritum ab apoſtolis introductum.ſ.Petro,Iacobo , & Ioanne,quando miſerunt Paulum,& Barnabam ad prædicandum,vt in ca. quod die dominico.lxxv. diſt.Non mireris ergo ſi character iſte transfertur à depoſito,& nihilominus remaneat penes ipſum.Et de iſto charactere ſpirituali,& de alio corporali,vide Hoſt.in ſumma,in rub. de ſciſmati. in.§.fi.Et circa iſtam materiam de ſciſmatis omnino videbis Bal.in.d.tracta.de ſciſmate, vt ſuperius diximus.Et vide S. Th.in.ii.ii.q.xii.& de charactere,vide.j.in tit.de characteribus.

De Apoſtatis.

ET quia iam iſta materia remanet plena,tranſeamus ad tertiam,& finalem partem regulæ.ſ. de Apoſtatis.& primo ad euidentiam quæro,quid ſit apoſtaſia.Apoſtaſia eſt temerarius receſſus à ſtatu fidei,obedientiæ,vel religionis,quam quiſquis profeſſus eſt ſe tenere . & dicitur apoſtaſia quaſi poſt ſtatus.i.retrogradus ſtatus.Ideo apoſtaſia eſt retroſtatio, vel retrogradatio , vnde apoſtata dicitur quaſi retro ſtans,vt xxvi.q.vlt.c.non obſeruetis.Et apoſtata nõ eſt aptus regno Dei,cum ad aratrum manum poſuerit,& reſpiciat retro.vt xii.q.i.c.ſancimus.de quo vide Hoſt.in ſumma,in rub.de apoſt.in princ.Sed tu vltra eum vide glo.in.c.ex parte,de temporibus ordinan.& in c.conſuluit,de regularibus.& in.c.fi.l.diſt.Et proprie apoſtatæ dicuntur , qui propriam fidem relinquunt,vide de hoc Bar.in rub.C.de apoſta. & improprie dicitur apoſtata , qui religionem exit.vide ad hoc gl.in.l.inter claras,de ſum.tri.& omnes doct.in rubr. de apoſtatis dicunt ; Apoſtaſia eſt temerarius receſſus à ſtatu fidei,obediẽtiæ,vel religionis,vt ſuperius diximus.Et Card.in.c.i.de apoſt.in.ii.col.dicit.Quæro,quid eſt apoſtaſia?& dicit ; vocabulum eſt æquiuocum,& multiplex ; ideo non diffinitur in ſuo genere.Eſt autem apoſtaſia triplex.ſ. perfidiæ,inobedientiæ,& irregularitatis.perfidiæ autem dicitur apoſtaſia,quando quis recedit a fide catholica,vt fuit Iulianus Apoſtata,vt.ii.q.vii.c.non poteſt.Et ponitur , vt hæreticus ; quia vere hæreticus eſt,quia receſſit à fide.& habent locũ iura poſita in tit.de hæret.& de iſto apoſtata proprie loquitur rub.C.de apoſta.& dicitur ibi in l.apoſtatarum, quòd iſtud crimen eſt publicum, & oẽs admittuntur ad accuſandum . põt etiam quis de iſto crimine accuſari poſt mortem, & eius memoria damnari,dummodo accuſatio fiat intra quinquennium , vt in.l.ii.C.de apoſta. & vide Bar.ibi.& vide ea,quæ habentur in.c.ii.de præſcriptionib.lib. vi. Sunt & iſti apoſtatæ inteſtabiles actiue,& paſſiue,& a teſtimonio repelluntur;nec eis ſuperueniens pœnitentia prodeſt , vt in l.hi,qui ſanctam.C.de apoſt.vide ibi Saly.vbi dicit , quòd hæretico datur venia ; ſed ſi apoſtatæ non,quantum ad pœnam corporalem.Et bona apoſtatæ publicantur , vt l.i.C.de apoſtat.quod eſt verum,ſi crimen probetur in vita : ſed ſi poſt mortem,tunc bona deferuntur proximioribus fidelib. vide de hoc Sal. in.l.i.& ii.C.de apoſt.& vide Io.de ana.in.c.i.de apoſt.

Et adde,quòd qui perſuaſionibus fecerit aliquam apoſtare a fide Chriſti,capite punitur, ac ſi eum ad iſtud per violentiam induxiſſet ; & iſto caſu perſuaſio,& violentia æquiparantur , vt in l. hi,qui.C.de ſciſmaticis.& perſuaſio dicitur ipſum delictum.ita Bar.in.l.ob hæc.ff.de infamibus. Et quæ differentia ſit inter mandantem, & perſuadentem,& inter conſilium,& perſuaſionem , & inſtigationem, & inſtructionem,vide Bar.in.l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniuriis.

Nota tamen,ꝙ ſecunda ſpecies apoſtaſiæ.ſ.inobedientiæ,quandoque incidit in primam;quia non obediens papæ ex eo,quòd putat eum non habere poteſtatem,eſt hæreticus , vt ſuperius diximus in prima parte iſtius regulæ; ſed ſi non negat hanc poteſtatem,ſed non vult obedire ex cõtemptu,grauiter puniri debet,quia debet deponi. & ſi eſt incorrigibilis , tradetur curiæ ſeculari, vt in.c.cum non ab homine,de iud. & vide Abb.in.c.i.de apoſt . Si aũt nollet obedire ex quadam concupiſcentia,quia tenet aſtrictus,tunc mitius punitur.de quo aliquid in.c.nam cõcupiſcentiã & in.c.i.de conſt.Et qualiter puniantur apoſtatæ perfidiæ, & inobedientiæ,vide Hoſt.in ſumm. in rub.de apoſt.in.§.qualiter puniatur apoſtatæ .

Nunc dicamus de apoſtaſia religionis; & dicitur apoſtata,& recte qui reliquit habitũ religionis; vnde dñr abeuntes retro,vt dicit tex.in.c.nõ obſeruetis,xxvi.q.ñ. Vñ dicitur apoſtata is, qui ad ſeculum rediit.ita doct.in.c.i.de apoſt.& vide Arch.in.c.i.de temporib.ord.li.vi.& gl.in.c.i.de apoſt.ponam exemplum de apoſtaſia religionis, videlicet quãdo quis recedit ab ordine, & religione iam ſumpta.& Innoc.ponit multos alios modos,ut puta,quia dimiſit habitum,& tonſuram, & duxit uxorem,& rediit ad ſeculum.& adde id,quod notat Inno.in.c.fi.de renunc . & in.c.in ıcl

lexi.

leximus,de ætate,& qua.ubi notantur dicit,ꝙ religioſus recedens inconſulto ſuperiore ſuo, & non ſubiiciens ſe alicuius obedientiæ, vt quia non intrat aliud monaſterium, dicitur apoſtata, quantumcunq; retineat habitum,& tonſuram;quia recedit à regula ſuperioris, & ſic venit cõtra vnum ex tribus ſubſtantialibus.ſ.contra bonum obedientiæ,vt in.c.i.de ſtatu reg. Et talis apoſtata circa irregularitatem poteſt diuerſimode puniri,vt habetur in c.de apoſ.in quo habetur, ꝙ clericus ſecularis non ipſo facto eſt excõicatus,ſed religioſus ſic,p tex.in.c.pe.ii.ne clerici,vel monachi,lib.vi.qui debet intelligi de dimiſsione habitus longæua,continua, & temeraria. ſed ſi dimittit ex cauſa rationabili,puta quia tranſit loca periculoſa,vel ex alia iuſta cauſa, non credo, tales ligari illa conſtitutione. Et vide ibi Io.an.& nota,quòd ſi clericus dimiſit habitum, & tonſuram,& immiſcuit ſe enormitatibus,vt præliis, & aggreſſuris; & in hmõi aggreſſuris fuiſſet inueteratus,perdit oĩa priuilegia clericalia.Sed ſi portat habitum,& tonſuram,licet miſceat ſe enormitatibus,non perdit priuilegium fori.Iſta ſunt de mente Hoſt.& Io.an.& aliorum doctorũ, vt refert Abb.in.c.perpendimus,de ſen.excom.& vide tex.in.c.vnico,de vi.& hon.cle.li.vi. vbi clerici buffones exercentes illam artem odioſam per annum perdunt omne priuilegium clericale.

Et vtrum clericus immiſcens ſe enormitatibus,& perſeuerans poſsit puniri per iudicem ſecularẽ non præcedente monitione, vide Abb.in.capit. ex parte.iii.de priuil.& vide Ant.in.c.fi.de vita,et hon.cle.& vide late Anch.in rep.regulæ,ea,quæ.vide Alex.in conſi.vi.in.i.vol.& vide Cardi.in repet.dicti.c.perpendimus,de ſent.excom.vbi etiam ipſe dicit in princi. quare facilius perdatur priuilegium canonis,ſi quis ſuadente; quàm priuilegium fori.& vide de hoc Inno.in.c.ii. de maio.& obe.Et nota,quòd priuilegium fori eſt de iure diuino,vt eſt text.in.c.quanquam, de cenſi. lib.vi.& glo.in.c.ſi imperator.xcvi.diſt.& de hoc diximus.ſ.in.c.de immu.& libertate eccl.ſupra in iſto Spec.Et apoſtata religionis efficitur infamis,vt in.c.alieni.ii.q.vii. & interim ad ordinem, vel dignitatem non poſſunt promoueri,vt.l.diſt.c.vlti.Item quidquid acquirit, ſuo monaſterio acquirit ſicut ſeruus domino.xviii.q.ii.c.abbates,&.ff.de acqui.poſſ.l.ſeruus.Item,filii,qui naſcũtur ex ipſis,ſunt famuli monaſterii;quia naſcuntur de matrimonio de facto contracto, vt lxxxi. diſt.c.quidam.& xxii.diſt.c.eos.Item à ſuo monaſterio,vel religione poſſunt capi, & incarcerari donec ſe conuerterint,vt in.d.c.abbates,& in.c.à nobis.de apoſt. vbi dicitur; Apoſtatæ incarcerari,& affligi poſſunt,vt habitum reaſſumant.Sed ſi apoſtatæ volunt redire ad religionem, & habitum recipere,& deferre,ſunt recipiendi,& monaſterium nollet eos recipere, debet a ſuperiori compelli,vt in.c.& quia.xxvii.q.i.& c. peruenit. Et vide Hoſt.in ſumma,in.§. qualiter puniãtur apoſtatæ.Et monachus in apoſtaſia ordinatus non poteſt ſine diſpenſatione papæ in ſuſcepto ordine miniſtrare,quantumcunque reſipiſcat,& agat pœnitentiam, vide de hoc tex.in.c.fi. de apoſta.& ibi dicitur,quòd non poteſt ad minores ordines promoueri,quia videtur ordinatus per ſaltum:quia ex quo eſt irregularis,non debet ordinari,vt in.c.i.de reg.iur.lib. vi. Et apoſtata dicitur etiam irregularis,qui depoſito habitu ſuæ religionis efficitur clericus ſecularis: ſed ſi intrat aliud monaſterium in caſu non conceſſo,non dicitur apoſtatare, etiam ſi ſecundum monaſteriũ ſit magis largum; quia non reperitur venire contra ſubſtantialia regulæ,vt in.ca.cum ad monaſterium,de ſtatu reg.& no.in.c.ex parte,de temporibus ordin.& vide Inn.in.c.fi.de renun. & in c.intelleximus,de æta.& qual.Et quia ſuperius diximus,quòd apoſtata poteſt incarcerari, nota, quòd præfati incurrunt irregularitatem,ſi permittunt mori carceratos in carceribus.ſ.attenuando cibum,& victum,vt no.in.d.c.à nobis,de apoſt.Et ibi videbis Abba.dicentem,qua pœna puniantur frangentes carcerem de iure cano.& de iure ciuili pœna capitis puniũt. Et ſi clericus, qui primam tonſuram acceperit,ipſam dimiſerit,cogendus eſt ad ipſam reaſſumendam,nam per primam tonſuram clericalis ordo confertur,vt de æta.& qua.c.cum cõtingat. Talis ergo clericus eſt,vt in c.cleros.xxi.diſt.& c.ex antiquis.liiii.diſt.Ergo compellendus ad tonſuram male dimiſſam deferendam,vt de vita,& hon.cle.c.ſiquis ex clericis.Et ſi conſtitutus in ſacris ducat vxorẽ, epiſcopus miſericorditer poteſt cum tali diſpenſare.vide de hoc Hoſt.in ſum.in rub.de apoſt. Et quando quis ſcienter ſe fecit ordinari ab excõicato, vel ſuſpenſo,ſolus papa diſpenſat cum illo. vide Anch.in.c.fi.de apoſt.Et ibi dicit,quòd religioſi apoſtatæ ipſo iure ſunt excõicati, & allegat tex.in.c.ii.ne clerici,vel monachi,lib.vi.Sed apoſtata non eſt ipſo iure excõicandus,niſi (vt diximus)in religioſo habitũ dimittente.de quo vide gl.in.c.i.de tẽp.or.li.vi. & de hoc iam ſuperius diximus.Et infamatus de apoſtaſia cõpellitur habitum deferre,donec ſe purgauerit, vt in.ca.tuæ de apoſt.quia religioſus profeſſus,vel conſtitutus in ſacris,vel conſtitutus in minoribus, habens beneficium,ſi dimiſerit habitum,dicitur apoſtatare.vide de hoc Abb.in.d.c.tuæ. Et habitus clericalis conſiſtit in duobus,in veſtibus honeſtis,& in tonſura.vide Io.an.in.c.ſi iudex laicus,de ſent. excom.lib.vi.& vide Bal.pulchre declarantem in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.& cleri.Et vide addit.Abb.in.c.cum conſuetudinis,de conſuetu.Et quæ ſit pœna iterantiũ baptiſma, vide Hoſti.in ſumma,in rub.de apoſt.in.§.fi.Et vide doct.in.c.ex litterarum,de apoſt. Et ſic ad honorem Dei remanet plana tota materia præſentis capituli.

Quoniam pertinacia in errore(vt diximus)eſt,quæ maxime cõſtituit aliquem hæreticum,vti-

le duximus deſcribere,quid ſit pertinacia,& aſsignare modos,per quos debeāt catholici aliquē contra fidem errantem,tanquam pertinacem habere,& quomodo de pertinacia in iudicio poſſit quis conuinci. Circa primum notandum,ꝙ vt S.Th.deducit in ii.ii.q.cxxxviii.ar.ii. declarans qualiter pertinacia,& molſicies contrarientur perſeuerantiæ pertinax,vt dicit Iſi.ſib.ethi.dicitur,qui eſt impudenter tenens,quaſi oīa tenax.& hic idem dicitur pertinax, eo quòd in ꝓpoſito ſuo ad victoriam perſeuerat.Antiqui.n.dicebant vada,quā nos victoriam.Et hos philoſophus vocat.vii.ethi.iſchyriomones.i.fortis ſniæ,vel ydiomones.i.propriæ ſententiæ quia.ſ.perſeuerāt in propria ſnīa plus,quàm oportet;mollis aūt minus,quàm oportet.Et perſeuerans laudatur, ſicut in medio exiſtens;pertinax aūt vituperatur,ſicut ſcdm exceſſum medii,mollis aūt ſecundum defectū.hæc S.Th.Ex quibus primo habetur,quòd pertinacia ſemper eſt vitium , & in malo ſumitur.Vnde Tul.in ſua rethorica dicit,quòd ita ſe habet pertinacia ad perſeuerantiā,ſicut ſuperſtitio ad religionem.Et Papias etiam aſsignans differentiam inter perſeuerantiam,& pertinaciam dicit,quòd perſeuerentia in virtute eſt,pertinacia verò in vitio.Secundo habetur,quòd pertinacia poſſet ſic deſcribi in propoſito noſtro ; Pertinacia eſt impudens perſiſtentia in proprio errore.Alii verò diffiniunt pertinacem ſic ; Pertinax eſt,qui perſiſtit in eo , quod de neceſsitate debet dimittere ; videlicet errorem,vel dubitationem.Circa ſecundum notandum , quòd modi plures ponuntur ab aliquibus doctoribus,& ab Ockam in dialogo ſuo.

Primus autem modus,quo quis poteſt de pertinacia comprehendi eſt,ſi facto,vel verbo monſtrat non firmiter credere fidem Chriſtianam eſſe veram,& ſanam;puta ſi dixerit,fidem Chriſtianam eſſe falſam,vel dubiam:vel ad ſectam aliam,puta Iudæorum,vel Saracenorum ſe conuertat. de tali enim licet cuilibet indicare,quod pertinaciter errat.

Secundus modus conuincendi aliquem de pertinacia in errore circa fidem eſt,ſi quis dicit aliquam partem noui,aut veteris teſtamenti falſum aliquid aſſerere vel non recipiendam eſſe. Talis .n.quicunque ſit,eſt pertinax hæreticus iudicandus ; niſi forte fuerit adeo ſimplex,quòd neſciat, quid per nouum,& vetus teſtm̄ importetur;& ſeductus ab aliis dicat nouū,vel vetus tſtm̄,vel aliquā partem recipi non debere,firmiter tn̄ credens totā fidem eccleſiæ eſſe recipiendam.

Tertius mod.cōuīcēdi de ꝑtinacia ē,ſiqs credit,aut teneat vniuerſalē eccleſiā errare,vel erraſſe

Quartus mod.conuincēdi eſt,ſiquis chriſtianus capax rōnis negat quācunq; veritatē catholicā,quæ apud oēs catholicos fideles,cū quibus conuerſatus eſt,tanquā catholica diuulgatur , & à prædicantibus verbū Dei publice prædicatur,ſicut de iſta;Chriſtus fuit crucifixus,& de ſimilib.

Quintus modus conuincendi de pertinacia eſt,cum quis negat aliquam aſſertionem , quam ſcit in ſcriptura diuina,vel determinatione eccleſiæ contineri.

Sext.mod.conuincendi errantes de ꝑtinacia eſt,cū quis ſcienter negat doctrinam ſanctorum.

Septimus modus conuincendi de pertinacia eſt,cum quis correctus legitime oſtenſo ſibi , ꝙ error ſuus catholice obuiat veritati,ſe non corrigit,nec emendat ſuam videlicet hæreſim reuocādo. hoc ex verbis Aug.in.c.qui in ecclelia.xxiiii.q.iii.aperte colligitur.

Octauus modus errantem de pertinacia conuincendi eſt;ſi quis alios ad ſuum pertinaciter errorem defendendū,præceptis,comminationibus,pœnis,promiſsionib.iuramentis, vel alio quouis modo arctare molitur;patet, quoniam ſi,vt inquit Leo papa,extra de hæret.qui alios ; Qui alios,cū poteſt,ab errore non reuocat,ſeipſum errare denunciat , multomagis qui cōpellit alios hæreſim pertinaciter defenſare,vel hæreſi ꝑtinaciter adhærere, eſt pertinax hæreticus iudicādus.

Nonus modus conuincēdi de pertinacia aliquem errantē eſt,ſi aliquā veritatem catholicā abiurare pœnis,minis,vel præceptis,aut veritatem catholicā negare compellit.patet ex præcedēti.

Decimus modus conuincendi de pertinacia quempiam eſt,cum quis abiuraſſe reperitur catholicam veritatem,vel iurat ſe quancunque aſſertionem,quæ eſt in rei veritate hæretica , tanquam catholicam In perpetuum ſeruaturum.

Vndecimus modus conuincendi errantem de pertinacia eſt, ſi quis impedit veritatem catholicam defenſantes,aut prauitatem hæreticam impugnantes .

Duodecimus modus conuincendi errantem de pertinacia eſt,ſi errans contra fidem cath.correctioni,& emendationi illius,vel illorum,cuius,vel quorum intereſt,ſubiicere ſe recuſat.

Tertiusdecimus modus conuincendi eſt,ſi quis reprehenſus à peritis de aliquo errore contra fidem,renuit de veritate informari.

XIIII.mod.conuincēdi eſt,ſiqs verbis,vel factis ꝓteſtatur ſe aſſertionē ſuā,quæ eſt hæretica, minime reuocaturū:patet,quia talis nō eſt paratus corrigi,& per conſequēs ꝑtinax eſt cēſendus.

Decimusquintus modus eſt,ſiquis in fauorem hæreticæ prauitatis prohibet legi ſcripturas catholicas,prædicari,vel publicari catholicas veritates,patet,quia talis manifeſtus eſt defenſor hæreticæ prauitatis,& catholicæ veritatis offenſor.

XVI.mod.eſt,cū quis in defenſionē hære.pra.nouos errores fingit,& defendit:patet,quia talis non eſt paratus corrigi,nec quærit cauta ſolicitudine veritatem.ergo pertinax eſt cenſendus.

Decimusſeptimus modus conuincendi ſpecialiter papam de pertinacia in hæretica prauitate eſt,

eſt, ſi errorem diffinit ſolenniter, & à Chriſtianis aſſerit, tanquam catholicum eſſe tenendum. patet, quia talis arctans alius ad errorem pertinaciter defendendum eſt pertinax reputandus.

Decimuſoctauus modus eſt, cum quis præfatæ diffinitioni hæreticę prauitatis facto conſentit conſulendo, cooperando, inducendo, vel diffiniendum eſſe totaliter aſſerendo. patet, quia facientes, & conſentientes iuxta canones pari pœna conſtringuntur.

Decimuſnonus modus conuincendi errantem aliquem pertinacem eſt, ſi quis inferior ſũmo Pontifici aliquam aſſertionem hæreticã per ſententiam diffinitiuam determinet eſſe tenendã, iniungens aliis, & imponens, ꝙ ipsã ſentiant, & reputent eſſe catholicam. quicunq; .n. tali determinationi conſenſerit, pertinax, & hæreticus videtur eſſe cenſendus. ſicut patet ex præcedentibus.

Viceſimus modus conuincendi errantem de pertinacia eſt, ſi quis poteſtatem habens prauitati hæreticæ non reſiſtit. patet per illud Hiero. in c. error. diſt. lxxxiii. Error, cui non reſiſtitur, approbatur. Qui autem errorem approbat, videtur pertinax iudicandus. ergo qui errori non reſiſtit, cum poteſt, pertinax eſt cenſendus. Item Leo papa, & habetur extra de hære. c. qui alios, ait; Qui alios, cum poteſt, ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat. & in. c. facientes. diſ. 86. dicit Io. papa; Facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Præterea eſt circa hoc aduertendum, ꝙ pertinacia non eſt tantum iudicanda ex actu exteriori, vt puta, quòd ſolus reputetur pertinax, qui verbis, aut ſcriptis, aut factis contra catholicam veritatem reſiſtit aliquo modorum iam expoſitorum; verum etiam videtur contumax contra apertam, & prædicatam catholicã veritatem, qui in eccleſia latenter in errore diu perſiſtit, vel vſq; ad mortem. Talis .n. cum nouerit talem errorem eſſe damnatum per eccleſiam, excuſari non poteſt per ignorantiam, cum magis per obſtinatam malitiam perſiſtere in errore videatur. Et ideo eccleſia tales, quos reperit contra catholicam veritatem in errore vſque ad mortem perſeueraſſe, tanquam hæreticos præſumit, iudicat, & punit.

Cum non ſolum hæretici, ſed etiam credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum excommunicationis ſententiam incurrant, vt patet in c. ſicut ait, extra de hære. & c. excommunicamus; Poſtquàm expoſuimus, qui ſunt vocandi hæretici, exponendum iam eſt, qui dici debeant credentes eorum, fautores, receptatores, & defenſores eorum.

Credentes autem hæreticorum dicuntur tripliciter; primo quidem, qui confitentur ſe credere ita, ſicut illi credunt. Nam ex errore ſuo ſe iudicant, & hoc ſine dubitatione verum eſt. Secũdo dicuntur credentes hæreticorum, qui adorant eos, qui reuerentiam ſuo more eis exhibent. Tertio, qui confeſsionem, & cõionem ab eis iuxta eorum ritum acceperunt, vel ſimilia perpetrarũt, quæ ad ritum eorum pertinent, omnes .n. tales profecto credentes fuiſſe conuincuntur. Nam ex factis exterioribus præſumitur de affectu. arg. xxxii. q. v. qui viderit. C. de dolo. l. dolum. Nec .n. refert, vtrum dictis, an factis quis voluntatem ſuam inſinuet. ff. de le. & ſen. con. l. deſtituant. Nã negare, & confiteri non ſolum ore, ſed etiam facto contingit. xi. q. iii. exiſtimant.

Fautores vero hæreticorũ dñr multipliciter: primo quidem, qui publica ptãte fungentes ſi cõdemnatos ab eccleſia fugant, & non puniant. & ꝙ ex hoc fautores intelligantur, ad literam ꝓbãt canones poſiti. xxiii. q. iii. ſicut eſt. c. qui poteſt, quod eſt Damaſi papæ ſic dicentis; Qui põt obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil eſt aliud, quàm fauere impietati. Ad idẽ eſt. c. qui vitiis. i. q. v. & c. præterea. q. viii. eiuſdem cauſæ. Priuatæ aũt perſonæ, quæ ad hoc, videlicet ad detinendum fugientes hæreticos, nec ex officio, nec ex præſtito iuramento tenentur, non võr fautores hæreticorũ dicendi; quia hoc non ad eos, ſed ad eos pertinet, qui ptãte funguntur. Secundo fautores eſſe iudicantur verbo, qui excuſant eos non ex linguæ lubrico, ſed a propoſito in cõuenticulis, vel ẽt inter laicos, ſicut ſunt multi dicentes; iſti non ſunt tales. l. hæretici, quales eſſe dñr, nec negant iſta, nec illa. Tales aũt per mendacia excuſantes eorũ exceſſus, poſſunt vere fautores dici, habita conſideratione perſonarũ, tpis, & loci, & locorũ. plerunq; .n. verba talium ſimplices homines ad hæreticorũ amorem ꝓuocant, & deuotionẽ, quam habent ad eccleſiam, minuunt, & eneruant. Tertio dicuntur fautores hæreticorũ facto, qui procurant, qui mittunt hereticis alimoniam, qui eos liberant, qui ea, quib. liberantur, ſubminiſtrant, & ſi qua ſunt ſimilia. Et eſt arg. quã uis probatione nõ egeat. xxiii. q. iiii. c. eſt iniuſta miſericordia. Quarto, qui extirpationem hæreticorum impediunt. Item non dant ad id operã, quam poſſunt, ſcdm maius, vel minus; & hoc ſecundum conſiderationem diuerſarum circunſtantiarũ. Quinto fautores hæreticorũ eſſe vidẽtur qui hæreticos zelant, cum eos poſſint, & debeãt iudicare. Sexto dicuntur fautores, qui eos occultando, ſeu aliter ipſorum excõnem, vel incarcerationem, vel punitionem malitioſe impedire præſumunt, aut captos, aut incarceratos relaxant præter voluntatem eccleſiæ. Item ſeptimo poſſent dici fautores etiam, qui requiſiti ab epiſcopo, vel inquiſitore nequiter recuſant, vel prætermittũt iuuare eos, qui præfatos hæreticos capere cupiunt.

Præterea receptatores dicuntur, qui ſcienter hæreticos recipiunt, ſiue latenter, ſiue manifeſte.

Cæterum defenſores dicuntur primo, qui defendunt errorem hæreticorum, & iſti dãnabiliores ſunt illo, qui errat: & non ſolum hæretici, ſed hæreſiarchæ dicuntur. xxiiii. quæ. iii. qui alios.

Secundo dicuntur defenſores,qui defendunt pro ſuis viribus,vel potentia,ne ad manus iudicis
eueniat examinandus,vel puniendus,& de ſimili defenſione loquitur canon, xxiiii.q.i. & io aliis
capitulis quæſtionis.Quilibet talis credentium,ſautorum,& receptatorum,ac defenſorum hære
ticorum eſt excommunicatus ; & ſi nõ ſatisfecerit.j.annum,tunc ipſo iure eſt infamis, nec ad pu
blica officia,ſeu concilia,nec ad eligendum aliquos ad huiuſmodi,nec ad teſtimonium debet ad-
mitti : nec poteſt condere teſtamentum,nec ad alicuius hæreditatis ſucceſsionem accedere: nul
lus quoque ei ſuper quocunq; negocio,ſed ipſe aliis cogeretur reſpondere:ſi iudex eſt, eius ſentẽ
tia non valet;ſi aduocatus,non admittitur eius patrocinium ; ſi tabellio, nõ valent eius inſtrumẽ
ta,& ſic in ſimilibus.Si vero ſit clericus,ab omni officio,& beneficio debet deponi. Et illi,qui ta
les,poſtquàm ab eccleſia fuerunt denominati,euitare contempſerint,debent excommunicari.ꝓ
bantur hæc omnia,extra de hære.c.excommunicamus.Item omnes clerici , qui talibus exhibe-
rent eccleſiaſtica ſacramenta,vel traderent eccleſiaſticæ ſepulturæ, aut eleemoſynas , aut oblatio-
nes eorum reciperent,debent priuari ſuo officio ; ad quod nunquam reſtituentur ſine indulto ſe
dis Apoſtolicæ ſpeciali,ſimiliter & regulares, quorum etiam priuilegia in illis locis non reſeruen
tur eis.vt in prædicto.c.excommunicamus.§.ſane clerici.

De abiurationis forma obſeruanda per hæreticos,cum contingit eos ad fidem, & ad eccleſiam redire.

QVoniam nulli hæreticorum ad fidem redeũti eccleſia ſancta Dei gremium ſuum claudit,
reliquum eſt, vt dicamus in fine huius vltimæ partis,de modo receptionis eorum, & for-
ma abiurationis.De quacunq; hæreſi quilibet conuertatur,non eſt recipiendus,niſi ad ar
bitrium ſui epiſcopi,vel inquiſitoris fidei,abiurata,& anathematizata hereſi.Ait.n.Leo papa ſcri
bens Ianuario epiſcopo Aquilien.& habentur in c.ſaluberrimum.i.q.vii.Saluberrimum,inquit
& ſpiritualis medicinæ vtilitate vtiliſsimum eſt,vt ſiue presbyteri,ſiue diaconi,aut cuiuslibet or
dinis clerici,qui ſe correctos videri voluerint,atque ad catholicam fidem , quàm pridem amiſe-
rant,rurſum reuerti ambiunt,primos errores ſuos,& ipſos auctores erroris a ſe dãnatos ſine am
biguitate fateantur:& ſenſibus prauis etiam peremptis nulla deſperandi ſit occaſio.nec vllũ mẽ-
brum talium poſsit ſocietate violari,cum per omnia illis profeſsio propria cœperit obuiare.hec
ille.hinc Epheſina ſanctiſsima ſynodus vna de quatuor principalibus de Neſtorio epiſcopo.ſ.hæ
retico ita conſtituit:Conſequens eſt(inquit)ſi reſipiſcere volueris,vt iureiurando fatearis, & ana
thematizes tua polluta,& prophana dogmata: ſentias autem,& doceas,quæ nos vniuerſi per O-
rientem,& Occidentem epiſcopi,& magiſtri præſules populorum credimus, & docemus . hinc
in actione eiuſdem ſynodi.c.xv.eiuſdem forma iuramenti exprimitur in hunc modum:Ego Hy-
ſicius agnoſcens veram fidem orthodoxam,& accedens ad ſanctiſsimam,& catholicam eccleſiam
anathematizo omnem hæreſim,& maxime.N.in qua errabam;aſſentio autem præſcriptæ expoſi
tioni catholicæ fidei,anathematizans eos,qui non celebrant ſanctum diem paſcha iuxta morẽ A-
poſtolicæ,& catholicæ,eccleſiæ : & iuro per ſanctum omoiſion.i.trinitatem ; & ſi quid ex his la
befactauero legum ſeueritati ſubiacebo:& expoſitioni mihi recitatæ,ſubſcripſi manu ꝓpria.hæc
ibi.hanc formam iuramenti inquit dominus Aymarus in lib.de ſynodis,S.R.E.de hæreticis con
uerſis eligere conſueuit .

Apud practicam autem inquiſitorum fidei forma abiurationis hæretici poſt confeſsionẽ ſuæ
hæreſis,ante præſentiæ impoſitionem plenior habetur ſub tali verborum ſerie:Ego N.recogno-
ſco,& confiteor coram vobis dominis,me erraſſe in prædictis,& ſuper his corde contrito, & hu
miliato abſolutionem,& præſentiam requiro : & hanc hæreſim,& omnem aliam,quocunq; no
mine cenſeatur,abiuro,& promitto,quòd decætero ſeruabo illibatam fidem , quam Romana te-
net eccleſia,& prædicat : & quòd hæreticos,& credentes eorum toto poſſe meo perſequar: & tã
eos ſautores,receptores,& benefactores bona fide,& ſine mora manifeſtabo eccleſiæ,vel prælato
& pœnitentiam quæ mihi pro dicta mea culpa iniungetur,integrè ſeruabo,& complebo : & vo-
lo,& concedo,quòd ſi ab hac hora in antea contigerit me relabi ad eundem errorem, vel aliũ cu
iuſque hæreſis,quocunque nomine cenſeatur,errando forte in aliquo caſu,vel credendo, ſeu fi-
dem habendo,errantibus,vel eos,vel credentes eorum recipiendo scienter,aut defendendo, aut fo
uendo,dicto,vel facto,aut eis benefaciendo qualitercunque,eos vel celando,aut non manifeſtan
do bona fide,& ſine mora:vel ſi pœnitentiam iniunctam à vobis integre non ſeruabo , & perfe-
cte non compleuero,abinde ipſo facto habeat excommunicatus,& periurus,& hæreticus mani-
feſtus:& me ego iudico,ita quòd ſine ampliori cognitione,& ſententia,quæ iure relapſis, & ma
nifeſtis hæreticis indicitur,mihi pœna imponatur.Inſuper aſſero,& proteſtor,me puram, & to-
tam veritatem de me,& aliis inquantum ſcio,dixiſſe ; & ſi forte conſtare poterit,me malitioſe de
veritate aliquid ſuppreſsiſſe,vel tacuiſſe,imponenda,vel iniungenda mihi à vobis pœnitentia, ſeu

abſolutio

abſolutio obtenta, vel obtinenda nihil mihi proſit.

Et nota, quòd reconciliatio habet locum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiue, vt in inſtructionibus inquiſitionis in xii. Item Hoſt. in c. ad hæc de ſymonia dicit, quòd quando quis timore probationum confitetur, quòd in aliquo parcendum eſt ſibi, licet non in totum; & erit arbitrium quanta pars pœnæ indulgeatur. arg. in c. ſi. de tranſact. Sed hoc dictum Hoſt. nullo iure probatur; quin immò omnia iura parem pœnam infligunt conuictis, & confeſsis in iudicio, vt hic in iſto c. & in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. rer. & c. ii. de confeſsis, cum multis ſimilibus. & facit illud nobile dictum Innoc. in c. qualiter, & quando. il. ii. de accuſationib. vbi vult acrius puniri cõfeſſum per viam inquiſitionis, quàm conuictum, vt ibi dixit dominus Abb. in d. c. ad hoc, aliàs, ad hæc, de ſimonia. hoc Abb. in d. c.

Ego tamen maiori iudicio me ſubmittendo, etiam correctioni ſanctæ matris eccleſiæ, viſis omnibus ſupradictis, licet opinio Archi. videatur rigoroſa, vt prædicitur, tamen iudicio meo multum videtur iuri conformis circa iſtos, qui iſtis temporibus apoſtando tranſierunt, vel redierũt ad ritus, ac cerimonias Iudæorum, & ad obſeruantiam legis Moyſi: quòd cum eis detur tempus gratiæ, ſi tales non venerint, & redierint ſtatim, & ſponte, vt in c. ad abolendam, re integra, & cum omnibus ſupradictis conditionibus poſitis per Archidiaconum, quòd non admittãtur aliter ad miſericordiam, quia ſicut quilibet homo libero arbitrio perit, ita libero arbitrio conuertatur, et non coactus, nec metu pœnæ, vt xxxv. diſt. c. de Iudæis, & c. ſicut; & c. conſuluit, & xii. q. i. nõ dicatis. Et opiniones contrariæ illi opinioni Archid. haberent locum in illis, qui haberent errorem in intellectu ſolum, quib. non deberet denegari miſericordia, quandocunque vellent redire ante ſententiam; ſi vellent errores ſuos deteſtari, & illos abiurare; quod nõ videtur habere locum in iſtis, qui iudaizant, cum non ſolum errorem in intellectu habent; ſed etiam facto, & opere errores ſuos demonſtrant, obſeruando legem Moyſis, & faciendo eius præcepta, ritus, & cerimonias; negando Chriſtum verum meſsiam promiſſum in lege veniſſe, qui cum ſint obſtinati, & in ſua pertinacia indurati, licet ſæpe per inquiſitores per ſua edicta vocentur, & multis monitionibus blandiantur, vt redeant ad fidem catholicam, promittendo eis miſericordiam, nolunt illis obtemperare: ſed auribus clauſis nolunt audire, nec confiteri, quòd contra fidem committunt; credendo ſe ſaluari per legem Moſaicam, quouſque capiuntur, & incarcerantur; quibus ſæpe contingit, ꝙ poſt accuſationem, & publicatis atteſtationibus, cũ iam ſui errores veniunt in lucem, & ſunt manifeſti, tunc timore pœnæ, ſimulata conuerſione confitentur omnia, de quibus accuſantur, & petunt miſericordiam, & pro talibus poteſt trahi in conſequentiam, quòd ſerotina pœnitentia multos ſolet decipere. ita Hoſt. in ſumma, de pœni. §. qualis. ver. feſtina. ſed cum eccleſia ſit pia mater, & nunquam claudit gremium redeunti, vt in c. ſuper eo, de hæret. lib. vi. & C. de ſum. tri. & fi. catho. in epiſtola inter claras; quocunque tempore ante ſententiã iſti tales per inquiſitores de conſuetudine admittuntur ad perpetuum carcerem cum confiſcatione bonorũ. Sed videri meo multis rationibus iſti tales non deberent admitti ad miſericordiam, immo tanquam ficte, & ſimulate confeſſi deberent puniri, ſicut pertinaces hæretici. Primo, quia de talibus nõ habetur ſpes correctionis, & non datur venia, niſi correcto, vt in regula peccati, de reg. iur. lib. vi. quia tam diu reputatur quis incorrectus, donec reatum ſuum recognoſcens emendetur, vt extra de for. comp. c. nullus, in fi. & vbi non eſt ſpes correctionis, potius ſeruatur rigor, quàm miſericordia, vt xxiii. q. iiii. eſt iniuſta. Item quia non confitentur ſponte, ſed metu probationum, & timore pœnæ, & cũ confeſsio facta metu mortis non teneat, vt in c. i. de his, quæ vi. metuſue cauſa fiunt, & xxxi. q. ii. Lotharius, & Spe. in tit. de confeſsione, in prin. §. ii. nam omnis confeſsio, quæ fit ex neceſsitate, fides non eſt, vt xv. q. vi. in c. ſi ſacerdotes. Nam vbi pœna imponitur ipſo iure, non poteſt per negationem augeri, nec per confeſsionem minui. ita no. Bar. ff. de pecu. leg. l. id, quod ſenio. & de hoc eſt caſus in l. palam. iii. §. pen. ff. de ritu nup. Item quia tales confeſsiones quando non fiunt ſponte, & incontinenti (vt dictum eſt) ſunt fictæ, & ſimulatæ, & Deum irritant. Et de iſtis dicit Iſychius in decretis de pœn. diſt. iii. c. inter hæc hircum el. ii. §. nam ſicut vera, talia verba; Nam ſicut vera pœnitentia veniam premeretur: ita ſimulata Deum irritat; quia ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: hoc autem ſancti patres irremiſsibile peccatum, & blaſphemiam in ſpiritum ſanctũ dixerunt; & in ſceleribus vſque ad finem vitæ perſeuerare, eſt de potentia, & miſericordia Dei, & redemptoris diffidere. Itẽ quia cui debet dari venia, ſeu miſericordia, debet eam humiliter petere, & confiteri: aliter eam ſperare non licet, vt extra de ſymo. c. nemo, & xxii. q. ii. cum humilitatis. Cum igitur iſti confiteantur omnia, de quibus accuſantur, & cum confeſsio iudicialis partis accuſatæ inter omnes probationes ſit potior, & in confeſsis nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando, vt eſt glo. in c. i. de accuſa. lib. vi. ſuper parte confeſſus, & in. ca. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſt. & ii. q. i. nos inique, quàm neceſſario inquiſitores per tales confeſsiones coram ipſis factas in iudicio deberent eos declarare hæreticos fore, & tanquam ficte confeſſos, brachio ſeculari relaxare, vt in eis exequatur pœna a iure ſtatuta contra conuictos de hæreſi; quia ſecundum regulas iuris communis cum ſemel commiſit crimen, debet puniri judicialiter, & cõdemnari, etiã

ſi

ſi confiteatur, & pœniteat; quia propter pœniteotiam factam per eum, etiam quò ad forum homanum, & iudiciale nocens eſſe non deſit, vt.ff. de pœnis.l.ea mente.& de edil.edic.l.quid ſi fugitiuus, in princ. Alia ratio eſt, quòd cum talibus non eſt facienda miſericordia, nec eſt eis parcendũ quia facilis ſpes veniæ occaſionem tribuit delinquendi; vt.l.diſt.ſi lapſis, & xxiii.q.iiii. eſt iniuſta; de vita, & hon.cle.vt clericorum, de tranal.præl.in.c.pen.in gl. Et cum iſti, qui iſtis temporib. reperiuntur iudaizare, incipiente inquiſitione in iſtis regnis ſteterint obſtinati in ſua perfidia, & noluerint confiteri ſuos errores, donec, vt delinquentes, incarcerantur, ſub ſpe veniæ credendo, q quandocunque ante ſententiam confiteantur ſuos errores, recipiantur ad miſericordiam per inquiſitores, tales cum ſpe veniæ ſunt in ſua pertinacia, dicuntur peccare in ſpiritum ſanctum, poſt quam inquiſitio eſt introducta; Et eſt peccatum obſtinationis, quod nec in hoc ſeculo remittitur, nec in futuro, de quo vide quod legitur, & no.in.c.qualis.xxv.diſt.& in c.ſciendum, de pœn. diſt.ii. Abb.in.c.ſi.in princ.de immu.eccl. Ideo augenda eſt pœna aliquando ad terrorem aliorũ, qui proni ſunt ad culpam; & metu pœnæ arceantur a ſimilibus committendis, vt xxxiii.q.v.non eſt innocentiæ, & de vita, & hon.cle.c.vt clericorum, quia multis graſſantibus opus eſt exemplo vt in l.aut facta.ff.de pœnis, & in cle.i.de pœnis, & ibi gl.& de pœ.diſt.i.ant facta, cum ſuis gloſſ. ſuper parte graſſantibus. Item quia ſi mali non abſtinent a malo virtutis amore, abſtineant formidine pœnæ, vt in.d.c.clericorum, de vita, & hone.cle.eo quia ſi a principio tales hæreſes radicitus extirpatæ fuiſſent nullæ manſiſſent iſtis temporibus. ſed quia tunc data fuit eis miſericordia, ideo iſti conuerſi moderni audaciam cœperunt, & reueeſi ſunt, ſicut canis ad uomitum. ad quod etiam facit illud, quod trahitur extra de cle.coniug.& Arch.in.c.ii.de hær.lib.vi.vbi dicitur, quòd mali ſunt puniendi, quia ſæpe quos timor Dei non reuocat, ſaltem compeſcit ſeueritas diſciplinæ. Itẽ quia iſtis temporibus in Hiſpania inueniuntur iudaizare, ſunt aſſuefacti a cunabulis vſque ad decrepitationem. Nunc autem videndum eſt, qualiter, quis, quando, quare recipiatur ad miſericordiam. Et ante omnia eſt ſciendum, quòd hæreticorum comites quidam ſunt pertinaces in ſuis erroribus, quidam ſunt relapſi, quidam ſtatim redeunt ad fidem orthodoxam, & petunt miſericordiam, quidam expectant, vt incarcerentur, & publicentur ſibi teſtes. Sed omittendo alios.

Nunc videndum eſt de iſtis, qui ſtatim redeunt ad fidem; & videamus quis, quando, quare ad miſericordiam recipiatur. Videtur igitur eſſe dicendum, quia aut hæreticus, ſiue credens, vult redire, & petit miſericordiam poſt ſententiam, & condemnationem, per quam eſſet condemnatus de hæreſi, ante executionem; tamen quia poſt executionem peccatorum fruſtra petieur miſericordia; & tunc recipiendus erit, vt euitet pœnas ſententiæ.ſ.pœnam generalem; vt admittetur ad eccleſiaſtica ſacramenta, & abſoluatur ab excommunicatione, qua tenebatur; dummodo oſtẽdat ſigna veræ pœnitentiæ: ſed quò ad euitandum pœnam corporalem, nullatenus admittitur, quia tarde venit, qui ſententiam ſperauit, vt de hæreticis.c.ſuper eo, libr.vi. & clare patet ex his, quæ ſtatim dicentur. Et quando, & cum quibus, etiam præter caſum prædictum, ſit miſericordia deneganda, no.xxiii.diſt.in nomine domini.in gl.hic habes. Si verò vult redire ad eccleſiæ vnitatem, & petit miſericordiam ante condemnationem, & ſententiam; & tunc ſi in ipſo rei primordio, cũ incidit in errorem, vel ẽt ſtatim cum depræhenditur in errore, vel inquiritur cõtra eum, ipſe confitetur, & deteſtatur ſuum errorem, & humiliter petit miſericordiam, recipiendus erit omnino, ſi modo inquiſitor viderit, eum ex puro corde, & fide vera, & non ficta redire, vt de hæreticis. c.vt officium.§.prouiſo ſolerter, lib.vi, & de pœn.diſt.iii.inter hæc.& de conſe.diſ.iiii.oſtenditur. xxvii.diſt.quòd interrogaſti.i.q.i.ſicut ficti. Et ſi omnia iſta ſupradicta concurrunt, certe talis recipi debet per inquiſitorem ad miſericordiam, eo quòd eccleſia nunquam claudit gremium redeunti, vt.C.de ſum.tri.l.fi.in fi.& in.d.c.ſuper eo, de hæreticis, lib.vi. quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat habetur Ezech.xviii.c.& habetur tranſumptiue in c. nonne.xviii.q.vlt.his, a quibus. immò antequam condemnetur debet inquiſitor inſiſtere blanditiis, & rectis conſiliis, vt redeat ad fidem catholicam, vt.i.q.vii.conuenientibus.xxv.q.vi.cognouimus.i.q.vi.ſi quis omnem, & in auctẽ.vt non luxu.contra nat.in prin.coll.vi.nam & pœnitẽtibus eſt venia concedenda, vt.C.de hære.l.Manichæos; de pen.diſt.iii.adhuc inſtant.xlv.diſtin. ſunt nanque, & c.diſciplina. Sunt tamen quidam, quos non odium criminis, ſed timor vtilitatis, & amiſsio proprii gradus, & ambitio celſioris ad pœnitentiam cogit: hos ſacri canones irrecuperabiliter deiiciunt, qui ſimulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris à Deo non conſequuntur veniam, nec ab eccleſia reparationem merentur. habetur.l.diſt.in.c.presbyterum.

Vbi verò ſtatim non vult redire, nec ſtatim ab initio petit miſericordiam, ſed poſtea in proceſſu temporum, ante tamen ſententiam; & circa hoc, an tales debeant recipi, ſunt opiniones diuerſæ doctorum: nam Arch.videtur expreſſe tenere, & Io.de Lig.in.c.ad abolendam, dicit, quòd illi demum ſunt recipiendi, qui ſponte redeunt, & non coacte. Et illos dicunt ſponte redire, qui miſericordiam petunt infra tempus gratiæ, quando non ſunt præuenti per alium accuſatorem, & allegat Arch.ff.ad Tertull.l.i.§.ſed vide.ver.quid ergo. etiam potuiſſet allegare.ff.de iur.fiſ.l.edicto in prin.ff.ad.l.iul.maieſt.l.quiſquis.& idem dicit ipſe.ſ.ſi res eſt omnino integra, vt quia non ſunt

corporaliter capti, nec probationibus adhuc conuicti; aliàs non videntur ſponte redire, ſed metu detentionis, & probationum; & alleg. ff. de ope. no. nun. l. mancipiorum. optime faceret, ff. de iure iuran. l. eum qui. C. de non num. pec. l. contra qui propriam. accedat tex. C. de abolitio. l. fallaciter. dicens ipſe, quòd prædictus non eſt dignus venia, vt. C. de his, qui latro. occultant. l. ſi. & ita ſecundum eum debet intelligi. xxiiii. diſt. c. ſi. prout no. ipſe Archidia. de hæreticis, in capit. vt commiſſi, libro vi. ſuper verbo, obedientes; vt ibi nota. quam tamen opinionem non dicit eſſe, ſed eam habuit ex eis, quæ recitauit Clemens quartus in quadam ſua conſultatione, quæ incipit; quoniam illis: de qua facta fuit mentio. ſupra in litera, deſenſores, & fautores. Sed alii dicũt, quòd iſta opinio eſt nimis rigoroſa, & ſecundum ipſam ſequeretur abſurdum, videlicet quòd nõ poſſit mitius agi cum iſto volente redire, quàm cum quocunque pertinace; cum iſte eſſet deiiciendus ſine ſpe veniæ, ſicut pertinax hæreticus damnaretur; & directe videretur illius opinio cõtradicere tex. c. ad abolendam, de hæret. & c. pe. in quibus dicitur expreſſe, quòd hæretici poſſunt recipi poſt deprehenſionem erroris; & in d. c. ſuper eo. ſolummodo denegantur recipiendi hæretici redeuntes poſt recidiuam, poſtquàm ſunt damnati. Ergo quoque ante ſententiam volentes redire erunt recipiendi: & ideo arbitrio epiſcopi, vel inquiſitoris relinquetur recipere volentes redire ante ſententiam. Et quòd hæc poteſtas videatur attributa eis tàm in recipiendo, quàm in mitigando pœnam redeuntibus, patet per quandam conſtitutionem extrauagantem Innoc. papæ, quæ incipit, ſuperſtitionem: quæ quamuis non ſit in libris, tamen poteſt allegari, & ſeruari, in quantũ non ſit cæteris contraria, ſed iuri conſona, vt extra eo. c. ſi. de hær. lib. vi. Vnde ſecundum hæc epiſcopus, vel inquiſitor ex ſuo arbitrio, & ex ſua mente recipiet redeuntes ante ſententiam. & ita ſeruat generalis conſuetudo officii inquiſitionis. Sed epiſcopus debet prouidere diligẽter; nam debet caute inſpicere, quòd rediens veniat vere, & non ficte, vt. d. §. ſi vero illius. c. vt officiũ de hære. & c. diſciplinam, & c. ſunt nanque. xlv. diſt. & de pœn. diſt ii. c. i. cum ſeq. Et ſi epiſcopus, vel inquiſitor viderint talem incontinenti, pure, & ſponte redire, tunc ſeruabunt, quod habetur, & legitur. xv. q. viii. in. c. qui admiſit, & c. ſiquis presbyter: & xxv. diſt. ſiquis presbyter, aut diaconus. Et ſic ſeruata formata dictorum iurũ benigne; & humiliter eum recipiat cum omni miſericordia; conſiderabit tamen, an iſte rediens ſit relapſus, vel non: & ſi inuenerint ipſum eſſe relapſum vere, vel ficte, cum tali olim ſeruabatur, quòd detrudebatur in arctum monaſterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam, vt in. d. c. ad abolendam. §. illos. & c. penul. §. ſi qui autem. Sed hodie illud non ſeruatur per nouam decretalem, quæ poſtea ſuperuenit in. c. ſuper eo, eod. ti. lib. vi. nam ſi rediens inuenitur relapſus, ſolummodo recipitur ad eccleſiaſtica ſacramenta quò ad ſalutem animæ, ſi ea petat humiliter; & appareant in eo ſigna contritionis, vt in. d. c. ſuper eo. nõ tamen recipitur ad miſericordiam, vt euitet pœnas corporales, vt in. d. c. habetur; quia talis ſine aliqua audientia relinquendus eſt brachio ſeculari, vt ibi in pr. & alleg. c. Si vero non fuerit relapſus, tunc non erit in monaſterio arcto perpetuo detrudendus, ſed aliter pro motu. & arbitrio epiſcopi, & inquiſitoris erit ſibi purgatio indicenda; nam ſi eis videbitur, facient talem abiurare, vt ſupra dictum eſt. Et ſi noluerit abiurare, tanquàm hæreticus eſt condemnandus, vt in c. excommunicamus. §. ſiquis. extra de hære. Item poterit talem per alias pœnas pœnitentiales purgare, præcipiendo ieiunare, vel ſanctorum limina viſitare, errorem ſuum etiam in publicum deteſtari, & ſimilia iniungere; quod remittitur arbitrio inquiſitoris, prout melius nouerit expedire ſecundum qualitatem perſonæ, & grauitatem delicti, & diuturnitatem peccati. Et inſuper inquiſitor poterit exigere cautionem, vel fideiuſſionem ab illo, qui recipitur ad miſericordiam ſub pœna pecuniaria de parendo mandatis. Et ſi mandata ſibi per inquiſitorem commiſſa non adimpleuerit, inquiſitor poterit pœnam exigere à fideiuſſore, vt patet in quadam extrauagãte, quæ incipit, ſuper extirpatione. Poterit etiam pœnam pecuniariam imponere redeunti, & alias pœnitentias, vel pœnas iniungere. Sed ſi aliquis non deprehenſus in hæreſi per teſtes, quia recitauit occulte, & occultè pœnitens reuertitur ad eccleſiam, parcitur tali quò ad bona, & quò ad vitam; vt tenet Rayn. in glo. q. xiiii. vbi etiam dicitur ſecundum Oldr. occultos hæreticos abſolui poſſe per ſimplices ſacerdotes. Sed pone, quod aliquis redit ad vnitatem eccleſiæ in tempore gratiæ, & recipitur ad miſericordiam, quæritur, an iſte debeat deponi? & dicendum, quod non deponetur ab officio, & beneficio, vt xxiiii. q. iii. dixit Apoſtolus. & no. xxi. diſt. tunc autem. in gl. ſed videtur in ſi. ſed poterit ſuſpendi ad tempus. & ita notat Arch. in. c. vt commiſſi, de hære. lib. vi. ſuper verbo. fiſco. quod ſecus eſſet, ſi poſt capturam, & incarcerationem confiteretur hæreſim: nam tunc deberet degradari. Sed tu videbis Paulum in tractatu ſuo, de hære. in. v. dubio, & inuenies dictum tractatum in quarto volumine tractatuum ſol. lxxv. vbi ipſe dicit; quid ſi aliquis deprehenſus fuerit in hæreſi, tamen paratus eſt errorem ſuum reuocare? & ibi latiſſime examinat dictam quæſt. & adde ad ea, quæ ſuperius diximus.

Et in materia hæreſis videbis etiam tractatum contra hæreticam prauitatem, & Gundiſalui de Villa Diego; vbi multa vtilia inuenies: & ibi dicit in octaua quæſtione, quod hæreticus bis generaliter mouendus eſt, vt ab erroribus deſiſtat, antequam ad ſpecialem procedatur inquiſitionem.

nem.& ibi videbis in.x.q.de hæreſi occulta & in xii.q.videbis ordinem procedendi contra hæreticos quò ad telam iudiciariam ordinandam.& in q.xiii.dicit,quòd probatio in crimine hæreſis per quæcunque probationum genera fieri poteſt.vbi etiam dicit,quòd probatur etiam hoc crimen per inſtrumenta,vt ſi apud aliquem reperiantur libri improbatæ lectionis.Et in.q.xvii.tractat,an liceat iudicibus minuere,vel augere pœnam à iure impoſitam.& in.q.xx.tractat de tẽpore gratiæ.& ibi dicit,quòd forma abiurandi hæreſim traditur per tex.in.c.ego Berengarius, de conſecr.diſt.ii.& debet ſcriptura ſubſcribi manu propria ipſius abiurantis.gl.in.c.conuenientib.i.q.vii.Et qualiter iudex debeat pronuntiare in ſententiis ferendis, vel pœnis iniungendis redeũtibus ad fidem,& hæreſim abiurantibus,dicas,quòd non debet eos pronuntiare hæreticos,quia non ſunt.xxiiii.q.i.hæc eſt fides.vbi de hoc,& q.vltima,dicit Apoſt.& c.qui in eccleſia.Nec pronũtiabit eos tales fuiſſe,quia modus iſte non eſt datus à iure,ſed dicet ſic,quia te inuenimus per tuã confeſsionem,vel probationes legitimas hæreticum,vel hæreticos adoraſſe, nunc autem ſaniori vſus conſilio,vis(prout aſſeris)ad vnitatem eccleſiæ corde puro,& fide non ficta redire, idcirco te in primis abiurata omni hæretica prauitate iuxta formã eccleſiæ,ab excommunicationis vinculis,quibus tenebaris aſtrictus,abſoluimus.Si tamen ad eandem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata ſeruaueris;& quia in Deum & ſanctam eccleſiam modis prædictis deliquiſti,ad peragendam pœnitentiam condignam,in perpetuum carcerem te detrudi volumus, & præcipimus ibidem perpetuo remanere.Nec miretur quis,quia dictum eſt ſic ſub conditione,nam cauſa delendæ quæſtionis expedit ſic dici,vt ſi quod ei imponitur,non ſeruaſſet,non cẽſeatur abſolutus. Et hanc formam ponit Arch.in.d.c.vt commiſsi.§.nec non.quem ſequitur Ioan.and.in nouel.dicens,quòd quicquid dicat Archi.tamen inquiſitoris noſtri temporis bene pronuntiant illũ fuiſſe hæreticum,nec apparet,quid obſtet ſecundum eum.

Sed quoniam in hac forma præinſerta fit mentio de abſolutione,quæ ſibi impenditur a ſentẽtia excommunicationis,quam incurrit propter incurſum hæreſis,quæro,an inquiſitores poſſint abſoluere hæreticum,etiam à ſententiis,quas papa die Iouis ſancta promulgat contra tales? Archi.in.d.c.Vt officium,in princ.tenet,quòd ſic,per illum tex.qui generaliter permittit eis abſolutionem.& idem ſequuntur ibi Io.an & Domin.Et vlterius in eadem forma abſolutionis ponitur per modum conditionis,ſi iniuncta mandata ſeruaueris,&c.hoc eſt ſatis iuri conſonum:nam tales reuertentes errorem ſuum ad arbitrium epiſcopi debent abiurare, & ſatisfactionem idoneam exhibere,vt dicit tex.in.d.c.ad abolendam.§.præſenti.

2 Iuxta id verò,quod in huius principalis quæſtionis themate deducebatur, quæro, quæ pœna ſit imponenda his,qui ab hæreſi reuertuntur? & dicendum,quòd hoc reſidet in arbitrio epiſcopi,& inquiſitorum,qui in crimine hæreſis inquirunt,vt ſecundum quod eis viſum fuerit,ſatisfactionem iniungant tali conuerſo,& pœnitenti,vt probat tex.in.d.§.præſenti; bona tamen, quæ propter hæreſim fuerant iudici ſeculari applicata,non reſtituuntur eis, niſi ex miſericordia ſecus fiat,vt in.c.vergentis,de hære.

Conſiderandũ eſt,quòd cum aliquis reperitur legitime de aliqua hęreſi publice diffamatus,& contra eum aliud non probatur,niſi infamia ipſa ſola, ſibi indicitur purgatio canonica, hoc eſt, quòd habeat bonos aliquos viros.vii.x.xx.vel xxx.ſecundum quòd plus, vel minus, & in locis plurib.vel paucioribus.magis, uel minus,in quibus fuerit diffamatus, qui ſint ſuæ conditionis. vel ordinis,vt ſi diffamatus eſt religioſus,viri ſint religioſi;ſi clericus,vel ſecularis,& illi clerici, vel ſeculares:ſi miles,& illi milites,qui purgent eũ crimine,de quo eſt diffamatus;qui compurgatores debent eſſe hoĩes fide catbolici,& vita ꝓbati,qui & illius conuerſationem,& vitam non tam moderno tpe cognouerint,quàm antiquo,vt habetur extra,de pur.c.inter ſolicitudines.Si aũt ſe purgare noluerit,excõicetur;quam excõnem ſi per annum ſuſtinuerit animo indurato,ex tunc vt hæreticus condemnetur,iuxta,c.excõicamus itaque.§.qui aũt. Si aũt ſe purgare decreuerit, ſed in purgatione defecerit,hoc eſt,quòd purgatores tales,& tantos,prout eſt ei iniunctum, qui eũ purgent,non inuenerit;ꝓ conuicto habeatur,& ſicut hæreticus condemnetur, vt habetur extra,de hære.c.excõicamus.§.adiicimus.& de purg.c.cũ dilectis.& in c.inter ſolicitudines, vbi habetur. Propter magnitudinem criminis infamatus ſuſpendi põt nedum ab officio,ſed etiam à beneficio donec ſe purgauerit.hoc primo.Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc ſecũdo. Ex cauſa interdum poſt purgationem præſtitam ſuſpenditur quis ad tempus.hoc tertio.Et deficiens in purgatione punitur,vt conuictus. Item notabis,quòd quando delatus de hæreſi ꝓceſſus mentis diligenter diſcuſsis cum bono conſilio in iure peritorum,reperitur ſuſpectus de hæreſi vehementer;& hoc eſt,qñ delatus de hæretica prauitate nõ reperitur legitime depræhenſus nec confeſsione propria, nec facti euidentia,nec teſtium productione legitima;ſed ſunt magna,& grauia probata indicia contra eum:& talia per conſilium iudicata, quæ illum reddunt ſuſpectum vehementer de prædicta hæretica prauitate; circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. Talis nanque debet, vt ſuſpectus uehementer de tali hæreſi abiurare illam hæreticam prauitatem, ita quòd ſi poſtmodum relabatur, pœna relapſis debita puniatur, hoc eſt, quod tradatur brachio ſecu-

lari

lari vltimo ſupplicio feriendus,iuxta.c.accuſatus,in principio,de hære.libr.vi. & abiurabit publice,vel ſecrete ſecundum quòd ſuſpectus eſt habitus publice,vel ſecrete,& apud plures,vel paucio res,& graues,vel leues,vt dictum eſt ſtatim de illo,qui eſt ſuſpectus leuiter de hæreſi; & habet, vt talis,hæreſim abiurare.

Forma abiurandi hæreſim, quando delatus eſt ſuſpectus vehementer.

EGo Petrus de tali loco,talis diocœſis in iudicio perſonaliter conſtitutus coram vobis venerandis dominis epiſcopo talis ciuitatis, & licentiato Petro inquiſitore hæreticæ prauitatis in terris ditioni talis domini ſubiectis,ſacroſanctis euangeliis poſitis corã me, & propriis, manibus per me tactis iuro me credere corde,& profiteor ore illam ſanctam fidem catholicam,et apoſtolicam,quam ſacroſancta Romana eccleſia docet,profitetur,prædicat,atque tenet. Item iuro,me credere corde,& profiteor ore,quòd & explicetur articulus catholicus contrarius illi hæreſi,de qua vehementer eſt ſuſpectus;vt verbi gratia,ſi eſt ſuſpectus de proceſſione ſpiritus ſancti à patre,& filio; dicetur ſic.Iuro me credere corde,& profiteor ore,quòd ſpiritus ſanctus procedit à patre,& filio,& æqualiter,tanquàm ab vno principio,& non à duobus; & poſt abiuret hæreſim contrariam ſic.Et conſequenter abiuro,abnego,& reuoco ipſam hæreſim,quæ falſo,& mẽdaciter affirmat,quòd ſpiritus ſanctus non procedit à patre,& filio ſimul,tanquàm ab vno principio,ſed à duobus.Item iuro,quòd nunquàm prædictæ hæreſi credidi, nec credo, nec credam, nec illi adhæſi,nec adhæreo depræſenti, nec adhærere intendo; nec docui, nec docere intendo, nec docebo.Item iuro,& promitto,quòd talia,& talia, (exprimantur) propter quæ habetis me ſuſpectum de huiuſmodi hæreſi vehementer,nunquàm faciam,nec operam vt fiant,dabo; quòd ſi aliquid de prædictis fecero in futurum(quod Deus auertat)pœnis de iure relapſis debitis prõpto animo me ſubmitto,paratus ſubire omnem pœnitentiam,quam pro his,quæ feci,& dixi,ꝑpter quæ habetis me ſuſpectum de dicta hæreſi vehementer, decreueritis mihi iniungere; & illã iuro,& promitto pro viribus adimplere,& nullatenus contraire;ſic me Deus adiuuet,& hæc euangelia ſacroſancta.

Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari,vt ab omnibus capiatur,niſi fieret ſolummodo corã perſonis eccleſiaſticis,quæ linguam latinam intelligerent competenter.Si autem ab iurauerit ſecrete.ſ.in palatio epiſcopi,vel in capitulo fratrum,vel camera epiſcopi,vel inquiſitoris,quando.ſ. factum non eſt publicum, modo conſimili abiurabit.

Facta autem prædicta abiuratione inquiſitor poterit dicere ei,qui abiurabit,talia verba ei publice,vel ſimilia in effectu: Fili tu ſuſpitionem,quam de te,& merito habebamus, purgaſti ꝑ abiurationem,quam feciſti; volo tamen te reddere cautiorem. Caueas tibi deinceps, quomodo ages; nam ſi decætero talia agas, vel dicas, propter quæ probetur, quòd incideris in futurum in hæreſim abiuratam,ſine miſericordia pœna relapſis debita punieris,& vt relapſus traderis brachio ſeculari vltimo ſupplicio feriendus: quare ſuper omnia elonges te à conſortio hominum vita,& moribus ab aliis communiter diſſidentium,ne te faciant recidere in relapſum.

Sit cautus notarius, quòd ponat in actis, quomodo talis abiuratio facta eſt per talem, vt per ſuſpectum de hæreſi vehementer, & non ſolum leuiter, ad hoc, vt ſi relabatur, ſciatur, qualiter puniretur,ſcilicet pœna relapſis debita. Quibus peractis feretur ſententia, ſeu pœnitentia in hunc modum.

Aliquando delatus in hæreſi non deprehenditur,nec confeſſione propria, nec facti euidentia, nec teſtium productione legitima,nec aliàs ſunt inditia fortia, ſeu vehementia de illa hæreſi contra eum, ſed tantummodo modica,& leuia,tamen cogitur ipſam hæreſim abiurare, per doctores in capitulo accuſatus, de hæreticis, in ſexto, vbi dicitur abiurans in iudicio hæreſim propter vehementem præſumptionem,ſi iterum labitur, licet non fuiſſet plene probatum, relapſus dicitur. & de hoc vide doctor.in dicto capitulo accuſatus; Vbi eſt materia abiurationis; & ibi omnes doctores dicunt multa vtilia. Et quòd in crimine hæreſis ex leui, & modica præſumptione poteſt procedi contra aliquem,tenet etiam Innocen.in capitulo ſicut,de ſimonia. Et in dicto capitulo accuſatus.§.ſane,dicunt doctor.quòd diuinationes,& ſortilegia non ſemper ſapiunt hæreſim.Inquiſitores ergo non ſemper inquirunt de his,niſi quando ſapiunt hæreſim manifeſtam,& inuocator dæmonum ſi abiurauit hæreſim coram iudice,ſi poſtea inuocauit dæmones,dicitur relapſus,pœnaque relapſorum punitur.Et pocula amatoria dare,vel imagines facere cauſa pudicitiæ tentandæ non ſapit hæreſim.Et tu videbis optimum tractatum de lamiis, quæ vulgariter appellantur bruxæ,Ioannis Franciſci,in volumine.xii.tractatuum,fol.xxxxvi.vbi examinat, an lamiæ ad ludum dæmonum deferantur realiter,an imaginatorie.Sed iſta quæſtio eſt deciſa per textum optimum in capitulo epiſcopi.xxvi.quæſtione quinta.Et in dicto tractatu ſunt aliquę quæſtiones in materia hæreſis,ibi videbis.

Et notabis, quòd crimen hæreſis extinguitur morte, quò ad pœnitentiam imponendam, non autem quò ad pœnam reſpectu bonorum, vt in.d.c.accuſatus.§.fi. vbi dicitur, quòd ad finem cõfiſcandi bona poteſt poſt mortem hæretici declarari hæreticus. Et ſententia nõ tribuit ius de nouo, ſed declarat iam quæſitum. & intellige, quòd poſt mortem hæretici bona ſua confiſcantur, hoc vſque ad xl. annos. Nam poſtea abdicari non poterunt. gl. in.d.c.accuſatus.§.porro. Et bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata à tempore commiſsi criminis, in tantum quòd vendicantur bona à poſſeſſoribus nullo dato pretio, per quorumcunq; manus tranſiuerint, niſi pretium, vel aliquid loco pretii eſſet in bonis hæretici. optimus tex. & ibi Io. And. & Phili. Franc. in.c.cum ſecundum leges, de hær. in. vi. vbi dicit tex. bona hæreticorum ipſo iure decernimus confiſcata. tamen bene requiritur, vt ibi no. doct. ſententia declaratoria ſuper hæreſi. Sed lata ſententia declaratoria ſuper crimine hæreſis ſtatim fieri poteſt executio per iudicem ſecularem, qui bona hæreticorum apprehendere poteſt, abſque alio proceſſu ſecundum Io. an. & Petrum de Anch. imò ẽt ſine alio iuſſu iudicis eccleſiaſtici, cum ex ſententia declaratoria ſit inductũ ius occupandi in hoc crimine hæreſis, vt eſt tex. in.d.c.cum ſecundum leges. Itaque licet crimen hæreſis ſit eccleſiaſticũ tamen bona hæreticorum per iudices ſeculares confiſcantur, vt dixi. & vide in.c.vergentis, de hæreticis. vbi dicitur, quòd bona hæreticorum confiſcantur, & applicantur fiſco Regio, vbi hæretici ſunt vaſſalli. Et poſt mortem hæreticorum bona etiam publicãtur, ſi apparet, ipſos in vita fuiſſe hæreticos: & filii puniuntur propter delicta parentum, tex. in.d.c.vergentis. & vide optimum tex. in.d.e.accuſatos.§.in eo, de hæret. in. vi. vbi dicunt doct. per illum tex. quòd poſt mortem hæretici declarari poteſt, eum hæreticum fuiſſe ad finem confiſcandi bona. Item ad alium finem ſecundum glo. ibi, vt memoria ipſius defuncti damnetur; & ſecuta damnatione effectus trahitur retro ad diem commiſsi criminis: & ex die commiſsi criminis videtur ei interdicta alienatio. de hoc vide Arch. in.d.c.cum ſecundum legas.

Et illi dicuntur ſponte venire, qui infra tempus gratiæ veniunt, ſi non fuerint corporaliter requiſiti, vt per Arch. in.c.vt commiſsi, de hære. in. vi. vbi illa decretalis comprehendit plura vtilia pro expediendo officio inquiſitorum. & ibi videbis tex. in.c.vt officium, informantem inquiſitores ad Deum, vt eius timorem hominum metui anteponat in ꝓcedendo ſimul, vel ſeparatim contra hæreticos, & ſuos fautores: & etiam in eos abſoluendo, cum vere redierint. Inſtruit ẽt inquiſitores in modo examinationis teſtium, & in perſonis, quæ teſtificata ſcribere debeant. *Diximus* quid ſit hæreſis, & vnde dicatur, & quid hæreticus, & vnde dicatur; nunc dicamus quis *proprie* dicatur hæreſiarcha. Hæreſiarca proprie dicitur ille, qui gignit errorem.c.qui aliorum. xxiiii. *q. iii*, & dicitur hæreſiarcha ab hæreſi, & archa, quaſi archa hæreſis ad cõſeruandũ errorẽ, & de hoc videbis in.d.c.qui aliorum. Multa diximus in materia hæreſis, & alia multa per viam remiſsionis docemus. videbis etiam in iſta materia vulgatam illam repetitionem domini epiſcopi de pati. videbis etiam librum illum intitulatum directorium inquiſitorum; vbi multa aurea, & gemmea inuenies in iſta materia. De ſuperſtitionibus vide optimum tractatum Martini in volumine tractatuum, fol. 232. Et de ſortilegis. vide tractatum Pauli in fo. 253. in volumi. tractatuum. Alia quæ in materia hæreſis deſunt, ſupplebis tu, luſtrando optimum illud compendium doctiſsimi Fratris Alphonſi à caſtro ordinis minorum aduerſus omnes hæreſes, iam in lucem editum, & videbis directoriũ inquiſitorum cum ſua tabula.

De regibus, & principibus, & de authoritate regia. *Cap. LIIII.*

IN tam excellenti materia antiquiſsima ſe offert quæſtio, vnde originem traxerint Reges Bald. in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iu. dixit, ex bellis ventum eſſe ad diuiſionem gentium, & ex neceſſitate cogente, quia minor grauabatur à maiore, & pauper à diuite, & fortior debilem grauabat, ideo benignitas naturæ miſeris hominum ſolatium dando, Reges vel rectores inſtituit; itaque creati ſunt Reges ex neceſsitate, quia omnia indigent capite, & homines faciles ſunt ad diſſentiendum, & ideo indigent Rege, & Bal. dicit, & ſentit, ex iure gentium Reges originem traxiſſe, & etiam in tractatu ſciſmatis dicit; Reges orti ſunt de iure gentium, & in repe.l.C.de emanci. liberorum. dicit; Nouiſsimo iure gentium, quo omnes gentes vtuntur, introductum eſt iuriſdictiones tranſmitti, vt videmus in filiis Regum, Comitum, & Baronum. Nam omnia licita facit vetuſtas, vt ibi per Bal. allegat ad hoc multa iura. Et veritas ipſarum rerum ĩtroduxit: quia impoſſibile eſt viuere ſine magiſtratibus, & ſine iuſtitia.l.ii.§.poſt originem.ff.de iuſtr. & iu. & in auct. vt omnes obediant iudic. prouin. in prin. Paris etiam de puteo, in tract. de ſind. in tit. de exceſ. Regum, tenet, quòd reges orti ſunt de iure gentium notatur in l.i.ff.de iur. om. iud. & in.l.ii. de origine iuris.§.pen. ſed dicunt, quia circa iuriſdictionem multa ſunt addita, ideo dicitur de iure ciuili, vt in.l. ius ciuile.ff.de iuſt. & io. ita Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. Sed ego dico, quòd Reges ſunt dati a Deo ad vindictam malefactorum, & ad laudem bonorum, vt ex tex. in.c.magnum. xi. q.i. vbi Amb. dicit; magnũ quidem eſt ſpeciale documẽtũ, quo chriſtiani viri ſublimiorib. poteſta

tibus

tibus docerentur debere eſſe ſubiecti;ne quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe non ſoluendam;ſi enim cenſum filius Dei ſoluit,quis tu tantus es, qui putas eſſe non ſoluendo? Item Petrus Apoſtolus generaliter ſcribit omnibus in epiſtola prima.cap.ii. eſtote ſubditi dominis veſtris,ſiue regi quaſi preexcellenti,ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictum malefactorũ, laudẽ verò bonorum.Item Apoſtolus ad Romanos.cap.xiii.Nõ eſt enim poteſtas, niſi à Deo.Et quòd reges ſint dati à Deo,allego text.nunquam allegatum ad iſtum propoſitum,in c.non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis,& cognitoris,ius vngulæ carnificis,arma militis, diſciplina dominantis, & cætera.xxiii.q.v.Ideo regibus obtemperandum eſt, cum generale ſit pactum ſocietis humanæ obtemperare principibus, vt in cap.quid culpatur.xxiii.q.i.& dicit Hieronymus in c.regũ.xxiii. q.v.principibus,& poteſtatibus fidem,& reuerentiam ſeruari oportet;quam qui non exhibuerit apud Deum præmia inuenire non poterit.facit etiam, quòd notatur in l.finali .C. de exactionibus tributo.libro x.Apoſtolus etiam ad Titum ſcribit. iii.ca.Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe & Eſdræ.iii.iiii.ca.dicitur.Rex autem ſuper omnia dominatur, & præcellit, & cætera. Et principes ſacerdotes conſtituebant ex commiſſione diuina, prout habetur Exodi. xxviii.de Moyſe Hebræorum duce, qui conſtituit Aaron fratrem ſuum ſacerdotem; & de Iuda Machabæorum duce,qui elegit ſacerdotes ſine macula voluntatem habentes in lege Dei,vt mundarent ſancta,vt habetur in primo libr. Machabæorum.c.iiii.Et prælatus electus & confirmatus non debet adminiſtrare,donec fecerit regi reuerentiam.notatur in c.cum longe.& ĩ c.lectis.lxiii. diſtinct.& in c.Abbates.xviii.q.iii.vide Henric.in c.nobis.de iure patrona. pro rege etiam orandũ eſt exemplo Baruc.cap.i. vbi dicit.Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babilonis, & pro vita Baltaſar filii eius,vt ſint dies eorum.ſicut dies cœli ſuper terram,& cætera.Et Apoſtolus ad Timotheum.cap.ii.dicit;Obſecro igitur primo omnium fieri obſecrationes,orationes, &c. pro regibus,&c. Et præferendus eſt honor principis commodo publico,vt dicit Lucas de Penna. in l.fina.in viii.& ix.colum.C.de locatione præd.ciuili.libro xi. & Rex iuſte habet plenitudinẽ poteſtatis;ideo mutat rerum naturas,& de nihilo facit aliquod,vt in cap.hæc quippe.iii.q.v.& in c. i.de tranſactio.& poteſt facere,quòd ei placet,auferendo cui vult,vt ix.q.iii. nec ei poteſt quis dicere, cur ita facis?xx.diſtinct.ca.in memoria. eſt enim apud eum pro ratione voluntas.vt.ff.de cõſtitutio.princip. in l.prima.& cœleſte arbitrium cenſetur habere, vt de ſumma trinitate, & fide catholica.in l.i.in fine. Sed debet imitari Deum.in aucten.vt omnes obediant iudici prouin.§.arripiat.præſumitur enim ſubeſſe cauſa in his,quæ rex agit,eo quòd cor eſt in manu Dei, vt de ſumma trinitate,& fide catholica.l.inter claras.& l.non omnium.ff.de legib.Sed in lib.prouerb. Salomon.ſcriptum eſt.Sicut diuiſiones aquarum,ita cor regis in manu domini:quocunque enim voluerit inclinabit illud.Et Rex eſt lex animata in regno ſuo,Bald.in auctent.hoc amplius.C.de fideicommis.Felyn.in cap.cum non liceat.de præſcriptio.Et lex animata potentior eſt ſine comparatione inanimata lege,vt in auctent.de conſulibus.§.vltimo,coll.iiii,Et eſt notandum,quòd gentes prius quàm Reges eſſent,regnabat in puritate prima, & ſola natura.ideo dixit Bald.in l.ii.ff. de origi.iuris, quòd in principio vrbis conditæ populus vrbis non habebat legẽ ſed habebat Regem:& quòd omnes Reges habent ſupremam poteſtatem, vt dixit Innocentius in cap.cum p.tabellio, de fide inſtrumen. & manu regia ideſt arbitri regio omnia gubernabãtur, adduco etiam Hoſtien.Innocen.Ioann.And.Abbatem in.c.licet ex ſuſcepto. de foro comp. vbi referunt à principio Deum creaſſe cœlum,& terram, & omnia quæ in eis ſunt, angelicam,& humanam naturã, ſpiritualia, & temporalia,quæ per ſeipſum regit,ſicut factor ſuam rem gubernare ſolet : & hominem quoque fecit,præcepta dedit,& tranſgredienti pœnam impoſuit,vt Gen.ii.c.ex omni ligno &c.ipſis etiam peccantibus pœnam impoſuit per ſeipſum.i.Adæ,& Euæ. Geneſ.iii.mulieri vero dixit,& cætera,& ibi,Adæ vero dixit,&c.qualiter etiam per ſeipſum Caim puniuit. & Lamech, & quoſdam alios Gen.iiii.&.v.& ſic Deus rexit mundum per ſeipſum vſque ad Noe; & tempore Noe cœpit Deus creaturas ſuas regere per miniſtros,quorum primus fuit Noe, cui dominus gubernationem archæ ſibi dedit,per quam eccleſia ſignificatur.Gen.v.& vii. Nam Noe, & filiis rectorem,& legem dedit.Gen.ix.vbi licet non legatur,ſacerdos fuit, & officium ſacerdotis exercuit ſtatim poſt egreſſum archæ,antequam leges populo daret.Gen.viii.ædificauit autem Noe,et cætera.quod officium ſacerdotis ſimul Abel,& Caym primo fecerant,in hac autem vicaria ſucceſſerunt patriarchæ,Reges,Iudices,ſacerdotes,& alii,qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum.Et ſic durauit vſque ad Chriſtum,qui fuit naturalis Dominus,& Rex noſter. de quo dicit Pſalmiſta : Deus iudicium tuum regi da.Itaque ex ſupradictis concludo,quòd ſi conſideramus cauſam primariam, & immediatam. Reges ſunt de iure diuino,& procedunt à Deo, cũ ſit Rex Regum,aut conſideramus cauſam mediatam,& tunc ſunt de iure gentium.&ad prædicta vide Oldr.conſi.lxix.& Anch.in conſi.cccxxxix.vbi dicit;Regna Iure gentium diſtincta ſunt, & Reges etiam iure diuino cœperunt:& vltra ea quæ diximus,dicit in Dauid,Salomone,Saule, & pluribus aliis approbatis à Deo.de ſacra vnctione.c.i.ver.vnde:vbi enumerat tex.aliquos Reges vnctos de mandato domini.& ibi tex.tractat de vnctione Regum.ad idem Prouerbi.viii. per me

Reges regnant.& in lege euangelica ſunt multæ auctoritates,vt ſupra dixi.

Et in d conſi.dicit Anch.qualiter in regnis ſuccedatur.Et Reges dicunt quaſi in virtutib.alios regentes.tex.in.c.duo ſunt genera.xii.q.i.Et regum proprium officium eſt facere iudicium, atque iuſtitiam,& liberare de manu calumniantium vi oppreſſos,cap.Regum.xxiii.q.v. quoniam in iuſtitia regis,exaltabitur ſolium eius.Iuſtitia vero regis eſt neminem iniuſte per potẽtiam opprimere ſine perſonarum acceptione,iuſte iudicare,cohibere furta,adulteria punire, iniquos non exaltare,hiſtriones non nutrire,impios de terra perdere,parricidas,& praue viuentes non ſinere, eccleſias defendere,pauperes eleemoſynis alere,iuſtos ſuper regni negocia conſtituere,ſenes,& ſapiẽtes,& ſobrios conciliatios habere,iuracundiam differre patriam fortiter, & iuſte ab inuaſoribus defendere.

Et prouincia,quæ non ſubeſt Imperatori,vt Hiſpania,ſi linea,& domus regia deficeret in totum,regnicole.i.magnates,& procuratores ciuitatum regni,poſſent ſibi eligere Regem.ita Corſetus in tractatu de poteſtate regia.ita Bal.etiam in l.ex hoc iure.per illum tex.ff. de iuſti. & iure, & Aluarotus in tit.quis dicatur Dux,vel Marchio.& vide Ang.in.d.l.ex hoc iure & vide Moder.

Et reges de antiquiſsima,& approbata conſuetudine ſunt perpetui,ſed officia non debent eſſe perpetua.Et leges de officiis loquentes noluut illa eſſe perpetua.C.de caſtrenſianis,& miniſterianis.l.i.lib.xii.vbi dicitur: Caſtrenſiani,& miniſteriani officio finito per lapſum biennii alius ſubrogatur; ipſe verò ad idem officium nullatenus eligetur.ſubaudi ſine licentia principis, vt per Io.de pla.in.l.ii.&.iii.de diuerſis officiis.lib.xii.tex.etiam in.l.i.C.de decanis.lib.xii. loquitur de biennio.& etiam tex.in.l.vnica de menſoribus.eodem lib.& vide tex.in.l.fi.C.de domeſticis, & protectoribus.lib.xii.vbi tex.ſecundum Odofr.intelligitur,quòd officium ibi durabat biennio; ideo ſi defunctus moriatur primo anno,hæres petet ſalarium biennii.facit text.in.l.æternam.C. de murilegulis.lib.xi.&.ff.de officio proconſ.l.meminiſſe.&.ff.de offic.præſi.l.ſi ſorte.&.ff.de origine iur.l.ii.§.populo deinde aucto.&.l.pridiæ.ff.de feriis.facit tex.in.l.diem functo.ff.de aſſeſſo. ſed non obſeruatur,nec vnquam obſeruatum fuit in toto orbe.facit tex.in c.in iſtis. iiii.diſtinct. quem videas in.§.leges.& non expedit Reipublicæ,vt ſummam poteſtatem habens ſit perpetuus vt in.d.§ populo auct.& non expedit Reipublicæ,vt ſummam poteſtatem habens ſit perpetuus; vt iam dixi vitando viam ambitionis,vt.l.i.C.de deca.lib.xii. vt facilius corrigatur ſi delinquat, vt.C.de ſuſcep.pre.& archa.l.neminem.lib.x.item ne tranſeat ad hæredes,vt in auct.de defenſoribus citatum.§.fin.colla.ii.vbi legitur; & vltra biennium defenſoris officium minime durar.inde dixit Hoſt.in.c.fi.de alien.iud.mu.cau.fac.quòd ſecundum iura digeſtorum,honores, dignitates & munera temporalia eſſe debent.ff.de mune.& hon.l.honor.§.gerendorum.Et adduco Ioan.de pla.in.d.l.neminem,dicentem; officiales non debent eſſe perpetui,ſed annales, vel ad plus biennales.Nam officium ſuſceptoris eſt annale,& conſuetudine eſt biennale. Numerarii vero triennale eſt.C.de numerariis.l.ii.lib.xii.poſſunt tamen quandoque ex principis conceſſione eſſe perpetui.& vide Iaſonem in.l.ſufficit.ff.de condi.indeb.& in dubio intelliguntur perpetui, quãdo ſimpliciter conceditur officium ſine temporis præfinitione,ſiue ad beneplacitum concedentis.l.iuriſperitos.& ibi Bal.ff.de excuſa.tuto.tenet etiam Io.de pla.in.d.l.neminem.de ſuſcepto.pre. & archariis.lib.x.

Et quia ſumus in materia officialium dico,quòd officialis miſſus in prouinciam in aliquo officio,ſi lucratus eſt mille vltra officium,quòd fiſcus poteſt auferre ei; quia præſumitur quæſiuiſſe de bonis fiſci,quantunque ſit paratus reddere rationem.iſta gl.eſt ſing.in.l.defenſionis facultas. de iure fiſci.l.x.& ibi platea.& facit ibi diſt.ſed Bal.in auct.licentia.C.de epiſc.& cle.dicit, quòd eſt ſpeciale in iſtis adminiſtratoribus publicis,quòd contra eos præſumatur, ſed ſi non habet adminiſtrationem pecuniariam,aliud eſt.idem ſi habet adminiſtrationem pecuniaria, ſi tamen reddit bonum computum,vt per Plateam ibi.Itaque glo.in.d.l.defenſionis facultas,dicit, quicquid officialis fiſci habet,præſumitur in dubio quæſiuiſſe de bonis fiſci. & licet ibi Bart.tenear contra dictam glo.tamen vide Bal.pro illa gl.in.l.ſi defunctus.C.arbi.tute.& l.iii.C.de dona.inter virũ, & vxo.& in.l.quiſquis.C.ſi certum pet.& in l.cum oportet,C.de bonis quæ lib.& in auct.licentiam.C.de epiſc.& cle.& in l.i.C.de hære.vel actio.ven.& in.c.i.de contro.inter dominum, & fide.in vſib.feud.vbi diſtinguit,quòd illa glo.procedit antequam officialis reddat rationem adminiſtrationis,ſed poſtquam reddit rationem optimam finito officio,non procedit illa gloſſ.vt per Barb.in tract.de præſtantia Cardinalium,in.x.vol.tractatuum,in fol.ccxlviii.& ibi dicit,fuit dictum Guil.de cuneo in.d.auct.licentiam.allegat Ioan.de Imo.in.c.inueſtigandum.de pecul.cler. vbi loquitur de vxore,ſi aliquid in vita viri acquirat;& de prælato eccleſiæ,& de filio familias exiſtente in poteſtate patris,& ibi dicit,quòd in iſtis recurrendum eſt ad circunſtantias.Et optimus iudex conſiderabit.de prælato eccleſiæ,vide etiam glo.& doct.in.c.ſint manifeſte.xii.q.i. vbi glo. examinat an res a prælato acquiſitæ præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.Et eſt maxima differẽtia, ſi officialis habet perpetuam adminiſtrationem,vel temporalem;quia tunc,vt in prælatis, præſumitur quæſiuiſſe de bonis adminiſtrationis.Et de officiali perpetuo, & de officiali negligenti,

&

& quando delinquunt in officio,& quando culpa inducat ſuſpenſionem,vel depoſitionem,vide in.l.contractus,de reg.iur.ff.in lectura mea.Et hæredes officialis an conuincantur ex delictis defunctorum,vide in l.vna.C.ex delictis defunctorum,&c.& ibi doct.ſed publica iudicia, peculatus,& de reſiduis,& repetundarum aduerſus hæredes exercentur.l.fin.ff.ad.l.iul.pecula.& in.l.ii.C.eo.Sed delicta,quæ reſpiciunt dignitatem,tranſeunt in ſucceſſorem officii: quia eadem eſt dignitas.Bart.in.l.i.ff.de priuatis delictis.doct.in.c.aduerſus.§.cæterum.de immu.eccl. nam ſuccedit in honore,qui ſubſtituitur in honore; & reaſſumit cauſam prædeceſſoris in eu ſtatu , in quo eſt.Fely.in.c.quia.V.de iudiciis.ſi lis fuit cum defuncto conteſtata,vel aliquidad hæredem peruenit,vide doct.in.d.l.vna.& de ſuſpenſione vide Bar.in.l.quod ſi forte.§.i.de ſolu.& doct.in.c.licet Heli,de ſymonia.

Inuitis ciuibus non poteſt Rex vnam ciuitatem vendere,quia eorum intereſt non mutare dominum,vt per Innoc.in.c.auditis de præſcrip.& per doct.in.c.dilecti.de maio.& obe.Abbas in c.ſi.de cau.poſſ.& prop.Sed donatio principis parui præiudicii valet.notant docto.in.c.ad audientiam,de prælcrip.& vide Cur.in tract.de poteſtate regia in v.col. & vide in l.prohibere.ff.quod vi,aut clam.ſed rex non poteſt donare immobilia,quantum ad indicium,& poteſtatem,quia conſeruetur vnitas regni,& ratio eſt,quia diuiſio regni eſt deſtructio regni,ſed poteſt donare quando datio non eſt tanta,quod per eam notabiliter ipediri poſsit à regimine regni, de hoc vide Aegidium Roma.in primo tomo,in tracta.an reges poſsint bona regni eccleſiis elargiri, & vide Hugo.Cardinalem,in lib.ii.par.ii.c.vii.de ſacramentis.

In regnis,& dignitatibus ſecularibus ſucceditur per filios ordine geniture,vt ſic ptimogenitus debeat primo ſuccedere,& eo defuncto ſine ſobole ſecundus : & ſic deinceps. text. eſt ad hoc valde notabilis in.c.licet.& ibi Panor.de voto . & in regno ſucceditur non pèr electionem , licet contrarium notet glo.in.c.Moyſes.vii.diſt.vbi per illum tex.dicunt Reges præficiendos per electionem,quemadmodum obſeruatur in imperio,vt in.c.venerabilem,de elect.& not. in.c.ad Apoſtolicæ,in.§.illi autem.per illum tex.de ſeu.& re iud.lib.vi.gloſſ.enumerat electores Imperatoris. dic tamen,quòd conſuetudine illud primum inoleuit,vt filii Regum ſuccedant. quæ quidē conſuetudo iure comprobatur.ſ.per dictum.c.licet.& no.gl.i.in.c.deniq;.xvii.q i.quæ dicit , ibi argumentum eſſe,quòd filii Regum de iure debent eſſe reges.Et facit hodie quod habetur in ca.Imperialem,in.§.præterea ducatus.de prohi.feu alie.per Fed.& ibi per doct.Iac.Alua.in.ii.no.& in.c.i.de feu.march.in.ii.no.& in.c.i.in §.ſi.in.i.notab.de alic.feu.& in §.mutus.in tit.epiſcoporū vel Abbatum.

Quid ſi ſtatutum,vel conſuetudo dictet,quòd primogenitus in regnum ſuccedat,& moriatur Rex relicto primogenito penitus muto à natura,& alio filio ſecundo genito habili,an primogenitus debeat ſuccedere ? dic,quòd ſi primogenitus eſt ita natus,quòd vitium ſit naturale,& perpetuum,non ſuccedat,ſed ſecundogenitus;quia ſtatutum,ſeu conſuetudo debet intelligi de eo,qui naturaliter naſcitur habilis.facit.l.vt gradatim.§.& ſi lege.ff.de mun.& hon.& facit.l.i.in verſicu.vnuſquiſque.& glo.dicit.i.habilis.C.de ſac.ſanct.eccle.Si autem ex accidenti efficiatur demens , tunc dabitur curator,quia in perſona ſua radicatum eſt iam ius regiæ poteſtatis.de ſupp.neg.prælа.cap.grandi.& no.per Archid.ii.q.vi.§.item obiicitur.& Ioann.and.in.c.cum inter. de elect. in nouel.Ita pulchre dicit Bal.in.c.i.in princ.in vlti.col.in verſi.quæro ſi conſuetudo dictat;de ſuc.feu.refert,& ſequitur Ioan.Alua.in.§.mutus,circa finem,in verſic.quæro quid ſi ſtatutum , in tit.Epiſcopum,vel Abb.Ego addo Bald.in auct.hoc amplius in.ii.col.C.de fideicomm.vbi dicit,ꝙ ſi primogenitus ſit inſufficiens,poteſt ſecundogenito regnum dari,vt fecit Rex Dauid: nam conſuetudo regni de præferendo primogenitum non debet interpretari contra vtilitatem totius regni.C.de legi.l.quod fauore.& adduco Bal.in.l.ſiquis prioris,in.§.talem.C.de ſecun.nup. in verſic.ſed pone.vbi determinat,quòd ſi filius primi matrimonii repudiat,vel efficitur frater minor, vt fecit beatus Lud.qui erat primogenitus,& debebat ſuccedere regnum : tamen quia factus fuit frater minor,non fuit computatus in numero liberorum,nec habitus pro primogenito ; quia nō obſtat aliis ille,qui eſt omnino inhabilis,vt.ff.de contratab.l.ſi poſt mortem.§.ſi liberi.& not.gl.& doct.in.c.imperialem,in.§.præterea ducatus,in ver.ad alium transferat . de prohibita feud.alien.& ibi Bald.in ver.quæris gl.aliàs,in.§.in ſuper.facit quod not.Cald.in conſi.xcix.incip. eleganter . Notabis,quòd regnum non diuiditur,quia omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur,hæc eſt propria natura regni.Bal.in l.ſi plures.C.de condi.inſert.

Quæ ſint inſignia regum,dic,annulus,qui ſignificat fidem,de quo xxx.q.v.noſtrates, & Luc.xxv.Item armilla,quæ eſt ornamentum manuum,ſignat bonam operationem , de qua Ezec.xvi.c.Sceptrum,quod ſignat iuſtitiam.xcvi.diſt.Conſtantinus.& xxiii.q.v.regnum.gladius , qui ſignat vindictam,ad Rom.xiii.& xxiii.q.v.§.i.& c.non ſolum.Purpura,de qua præalleg.c.Conſtātinus.Vbi etiam de diademate,atque corona,de qua,xii.q.i.duo.

Et literæ principis geminatæ habent vim,& effectum clauſulæ motu proprio, vt eſt dictū ſingulare Bal.in.l.nec damnoſa.C.de prec.imp.offer.quod eſt memoria dignum ſecundum Roma.

in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.vbi ponit multa de verbis gemimatis in repetitione illa.Et de verbis geminatis vide Bar.in.l.cum ſcimus,de agricol.& cenſi.libro.xi.,& Felyn. in.c. ſi cautum, de fide inſtrumentorum.

Regibus,& aliis dominis habẽtibus iuriſdictionem an poſſit dari curator,dico,quòd ſic, iſtis de cauſis:primo,ſi neſcit regnum ſuum defendere.Item ſi in eo non ſeruat pacem . Item ſi perdita neſciat recuperare.ita Innoc.in.c.grandi.de ſupplen.negl.præla.lib.vi.& Bal. in margarita ſua, in verbo Rex.

Et regi pupillo an poſſit dari tutor, & demum curator completa ætate puerili,ita vt per ſe non poſſit adminiſtrare iura regni,vel iudicare,vide docto.in dicto cap.grandi.de ſup.neg.præla.li.vi.Old.in conſi.lii.vbi concludit,quòd ſic,in fol.xiii.in lib.meo.

Curator Regi qua ſolennitate detur,vide tex.& doct.in.l.i.C.de tut.& cur.illuſtrium,vel chariſsimarum perſonarum.

Quæ qualitates requirantur in Rege,dico,quòd in Rege debet eſſe probitas,modeſtia,circunſpectio circa ſubditos,debet eſſe oculis plenus,facta ſubditorum conſiderando. Item nobilitas, deuotio,probitas ſanguinis,magnanimitas,potẽtia,dilectio erga ſubditos. Et Rex debet eſſe fortis,iuſtus,ſeuerus,grauis,magnanimus,largus,liberalis ; hæc enim ſunt laudes Regis.Sed iuſtitia regis debet eſſe liquore miſericordię temperata.Nam inſtitia ſiue miſericordia vertit verum principem in tyrannum.de hoc vide doct.in.d.c.grandi.de ſupp.neg.præl.Et de iuſtitia principis videbis notabilem tex.in.c.omnis.xlv.diſt.vbi litera dicit.Omnis qui iuſte iudicat, ſtateram in manu geſtat,in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat ; ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam,per miſericordiam peccati temperat pœnam ;vt iuſto libramine quædam per æquiratem corrigat,quædã vero per miſerationem indulgeat. Qui Dei iuſtitiam oculis ſuis præponit, ſemper timens, & tremens in omni negotio formidat, ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat. Et nota,quòd in.d.c.grandi,dicit Philip.Franc.quòd gerenti vicem Regis,vel alterius debet adhiberi idem honor,ſicut Regi.de quo per Bal. in auctẽn.habita.C.ne fil.pro patr.& doct.in.l.ii.C.de offi.eius qui vicem alterius gerit.Epiſtola principis an faciat ius in omnibus cauſis,vide doctor. in.l.i.ff.de conſt.princ.

De rege caſtellæ,Aragoniæ.habetur in.c. quanto.de iureiur.

De rege Apuliæ,& Siciliæ habetur in.c.veritatis,de iureiur.& in cle.paſtor.de ſent.& re iudic. Regina mortuo Rege appellatur Regina quouſque ſecundo fuerit maritata. iſta eſt opinio communis.Bar.in.l.quoties.C.de priuileg.ſcolari.lib.xii.

Et Rex iurat in ſua coronatione,iura regni ſui illibata conſeruare.gl.in.c.fi.de eccleſi.ædific.c. intellecto.de iureiur.Et Rex habet fiſci regalia,vt in.c.quæ ſint regaliæ,in vſib.feu.vbi tex.ad literam dicit ; Regaliæ,armandiæ,viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia portus,ripatica,vectigalia,quæ vulgo dicuntur telonea,monetæ, multarum pœnarumq́ue compendia,bona vacantia,& quæ,vt ab indignis,legibus auferuntur ; niſi quæ ſpecialiter quibuſdam conceduntur;& bona contrahẽntium inceſtas noptias ; condemnatorum, & proſcriptorum, ſecundum quòd in nouis conſtitutionibus cauetur,angariarum,perangariarum,& plauſtrorum,& nauium præſtationes,& extraordinaria collatio ad feliciſsimam regalis numinis expeditionẽ,poteſtas conſtituendorum magiſtratum ad iuſtitiam expediendam,argentariæ,& palatia in ciuitatibus conſuetis,piſcationum redditus,& ſalinarum,& bona comittentium crimen maieſtatis, & dimidium theſauri in loco Cæſaris inuenti non data opera,vel loco religioſo, ſi data opera totũ ad eum pertineat.

Et Rex poteſt creare milites,etiam extra regnum.Bar.in.l.i.de dignit.libr.vii.ideo pulchre dixit Bal.in.l.ii.ff.de off.procon.quòd epiſcopus extra ſuam diocœſim poteſt confirmare præſentatum à patrono,quia eſt voluntariæ iuriſdictionis. An Rex poſſit expellere Iudæos , & Saracenos ex regnis ſuis,variæ ſunt opiniones:ſed concludendum eſt, Iudæos,& Saracenos viuentes pacifice tolerandos eſſe.Sixtus Medices Dominicanus hanc rem copioſe tractat in ſuo tractatu de Fœnore Hebræorum lib.i.c.ii.iii.& inde.Si verò pericula,ſcandala,machinationes, & enormia contra fidem chriſtianam perpetrarent,nullatenus ſunt tolerandi. & ſic poſſunt concordari opiniones doctorum.& vide Abb.in.c.quod ſuper his,de voto. Et de hoc vide S. Thoma.in opuſculo. xxi.ad duciſſam Brabantiæ. & vide Franc.Cur.in tract.ſuo de poteſtate Regia,in vltima par. tractatus,in quæſtione.xviii.

Dixi,quòd rex habet fiſci regalia ; nunc adduco beatum Thom.in dicto opuſculo.xxi.ad duciſſam Brabantiæ:& quia verba ſunt gemmea,de verbo ad verbum ſententiam tanti viri recitabo. Quærebatis,ſi liceat vobis facere exactiones in veſtros ſubditos chriſtianos. In quo conſiderare debetis,quòd principes terrarum ſunt à deo inſtituti,non quidem,vt propria lucra quærant,ſed vt communem populi vtilitatem procurent. In reprehenſionem enim quorundam principum dicitur.Ezec.cap.xxxiiii.Principes eius in medio eius quaſi lupi rapaces poſiti ad effundendum ſanguinem,& ad quærendas animas,& auaritiæ lucra ſequenda.Et alibi dicitur per quendam prophetam ;

phetam; Veh paſtoribus Iſrael, qni paſcebant ſemetipſos. Nonne greges paſcunt à paſtoribus; lac comedebatis, & lanis cooperiebamini: quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Vnde conſtituti ſunt redditus terrarum principibus, vt ex illis viuentes à ſpoliatione ſubditorum abſtineant. Vnde in eodem propheta domino mandante dicitur: ꝙ principi erit poſſeſsio in Iſrael, & non depopulabuntur vltra principes populum meum. Contingit tamen aliquando, qnòd principes non babent ſufficientes redditus ad cuſtodiam terræ, & de alia, quæ imminent rationabiliter. Et in tali caſu iuſtum eſt, vt ſubditi exbibeant, vnde poſſit communis eorum vtilitas procurari. Et inde eſt, quòd in aliquibus terris ex antiqua cõſuetudine domini ſuis ſubditis certas collectas imponunt, quæ ſi non ſunt immoderatæ, abſque peccato exigi poſſunt; quia ſecundum Apoſtolum nullus militat ſtipendiis ſuis. Vnde princeps, qui militat vtilitati communi, poteſt de cnmmunibus viuere; & communia negocia procurare per redditus deputatos; vel ſi hi deſint, ant ſulficientes non fuerint, per ea, quæ à ſingulis colliguntur. Et ſimilis ratio eſſe videtur, ſi aliquis caſus emergat de nouo, in quo oportet plura expendere pro vtilitate communi, vel pro honeſto ſtatu principis conſeruando; ad quæ non ſufficiunt redditus proprii, vel exactiones conſuetæ; puta, ſi hoſtes terram inuadant, vel aliquis granis caſus emergat. Tunc enim & præter ſolitas exactiones poſſent licite terrarum principes à ſuis ſubditis aliqua exigere pro vtilitate communi: ſi vero velint exigere vltra id, quod eſt inſtitutum, pro ſola libidine habendi, ant propter inordinatas, & immoderatas expenſas, hos eis omnino non licet. vnde Ioannes Baptiſta militibus ad ſe venientibus dixit; Neminem concutiatis; nec calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Sunt enim quaſi ſtipendia principium eorum redditus, quibus debent eſſe contenti, vt vltra non exigant, niſi ſecundum rationem prædictam, & ſi vtilitas eſt communis. Et adde, quòd ex publica cauſa princeps poteſt res priuatorum capere. l. item ſi verberatum. §. i. & ibi Ang. & Odoſ. ff. de rei ven. vbi fundus tertii datur militibus, & tex. in. l. lucius. ff. de euictio. Bar. in probemio digeſtorum, gl. & doct. in. l. fi. ff. ſi contra ius, vel vtili. pnb. & doct. in l. conuentionum. ff. de pact. & in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit.

Et adde, qnòd Reges poſſunt imponere vectigalia ex cauſam, aliàs peccant. ita Innocen. in capitulo innouamus. de cenſibus. & propter iuſtam guerram imminentem poteſt princeps imponere onera ſuis ſubditis, ſi non habent aliunde, non vnam prouinciam, vel ciuitatem onerando, ſed omnes æqualiter: niſi promptum periculum immineret. ita Alberic. in l. neminem. C. de ſacroſanctis eccleſiis.

Et ſi princeps grauamina iniuſta exigit à ſubditis non præſcribit. Innocen. in. c. ſi diligenti. de præſcr. ſed ſi menſa principis non ſufficit, princeps poteſt imponere ſubſidia ſubditis. l. ab boſtibus. §. ſi titio. ff. de leg. i. Bal. in. c. conquerente. de officio ord. & vide doct. in. l. vectigalia. C. noua vectigalia. Et vide Speculatorem in titulo de cauſa poſſeſſ. & proprie. §. quia verum. Et tempore neceſsitatis, vel famis, vel guerræ poteſt imponi ſuperindictum. text. & gloſſ. in. l. i. de ſuperindicto. Et ſi tempore guerræ mandat princeps, vt fiant muri, vel caſtra, onus imponitur pro modo patrimonii, non per capita. l. per bithinia. C. de immu. ne. con. & ibi vide Bartolum, quis tenetur reficere vias publicas.

Item pro redemptione captiuorum etiam res ſacræ, & ſanctæ debent vendi. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſiis. c. ſicut. xii. q. ii. & c. aurum. & vide infra in capi. lxiii. & de bello in Saracenos videbis infra in cap. bello. Et Rex poteſt filium ſuum conſtituere Regem quò ad nomen, & non quò ad regimen, vt per Archid. in. c. plerunque. §. item obiicitur. ii. q. vii. Bal. in præludiis feudorum. in verſic. aliqua. Sed pauca de principe dicamus. & vide And. de Iſer. in tit. quibus mod. feu. amitta. & de boc vide infra. in. c. lxi.

Sed in cõtractibus priuatorum, puta in pignoribus, & obligationibus, ei datur proſecutio rei obligatæ ſecundum iuſtitiæ debitum, cui primo noſcitur obligata, vt in l. ſi fundum. C. qui poti. in pigno. habeantur, & tamen ex cauſa in pluribus caſibus lex inanimata priori creditori iuſtitiã tollit; & dat eam ſecundo, vt notat Dyn. de reg. iur. in regula, qui prior. libr. vi. Item maior eſt poteſtas principis, quàm populi, etiam Romani, vt in. l. Barbarius Pbilippus. ff. de off. preto. Item nulla comparatio eſt poteſtatis iudiciariæ ad regiam poteſtatem, à qua poteſtates reliquæ progrediuntur; ſed iudex accipit iuſto precio rem priuati eo inuito in caſibus, vt. ff. quemadmodũ ſerui. amitta. l. ſi locus. §. finali. multo fortius Rex poteſt auferre bona ſubditorum, pro quibus ſolutur um ſe precium debitum pollicetur; ne aliàs ipſius maieſtas, & dignitas mutilari, ſeu minui videantur, cum ſit caput Reipublicæ, & omnium ſubditorum, vt dicit Lucas de penna. de conſulib. l. iii. libro duodecimo. Et ſic ſucceſsio in regnis, & principatibus omni iure primogenito defertur, & tamen ex cauſa hæc prærogatiua ſibi tollitur, & defertur ſecundogenito. Sed Rex non poteſt priuare filium regno, quando regnum defertur per ſucceſsionem, nec conſanguineos. tenent docto. in capitulo finali, de ſupplen. negligen. prælato. Sed qnando primogenitus eſt inſufficiens, Rex pater poteſt dare regnum ſecundo genito. Bald. in aucten. hoc amplius. ii. colum. in verſicu. quæro an filii Regis. & vide Oldra. in conſilio nonageſimoquarto, quod incipit eleganter. vbi di

cit; quòd pater Rex poteſt ex cauſa filinm primogenitum prinare ſuccesſio ne regni; & ſic patet
in ſacra ſcriptura Geneſ.xlix.vbi ad literam dicitur,qnòd Ruben fuit primogenitus Iſrael, ſed cũ
violaſſet torum patris ſui,data ſunt primogenita eius per patrem filiis Ioſeph; & non eſt reputa-
tus ei in primogenitum.& etiam habetur.iii.Regum c.i. quòd Dauid Rex prætulit in regnum Sa
lomonem filium ſuum minorem Adoniæ filio ſuo maiori ipſo Salomone. facit ad hoc tex.in ca-
pitulo licet,de voto.vbi patet,quòd per impoſitionem onerum à patre,& eorum non impletio-
nem per filinm primogenitum,idem primogenitus iure primogenituræ priuabitur.iſta adde ad
ea,quæ ſuperius diximus. Et dico, quòd filins Regis granatus à patre ad recuperandam terram
ſanctam,debet perſonaliter ire non mittere.ita Bal.in.l.vna.§.ne autem.C. de caducis tollendis,
per tex.in dicto capitulo licet,de voto.Item eſt notandnm,quòd proprinm eſt Regis donare.In
nocen.in capitulo finali,de ſupplenda negligentia prælatorum.Et donans caſtellum videtnr do-
nare iuriſdictionem quam habet in eo.Bald.in.l.munumenta.C.de legibus. Sed non poteſt con-
cedere regalia in præiudicium ſucceſſoris; quia nõ poteſt inra regni ſubuertere,vel minuere.Bar
tol.in l.prohibere.§.planè.ff.quòd vi,aut clam.Cynus in.l.digna vox.C.de legibus, Bald.in l.pe
nultima.C.de bnnis,quæ liberis.Sed alienare moderate,dum tamen non lædatur dignitas regia.
Innoc.in capitulo intellecto.de iureiurando.Bald.in margari.in verbo.Rex.& Oldr. in conſilio
nonageſimoquarto,quod incipit eleganter dicit. Rex non poteſt immnderate donare, vt læda-
tur reguum,& vide Bartol.in.l.ſi finita.§.primn.ff.de damno inſecto.adde ad ea, quæ ſuperius di
xi.Et Rex alienans terras regni ſui poteſt renocare alienationem ſuam,ſicut ſnceeſſor ſuus poſſet.
Paulo de Caſtro in conſilio ſeptuageſimoſecundo incipienti.quia fruſtra.Et Andreas de Iſernia
io.iii.conſtitutio.Neapolitana dicit,quòd nullus ſine voluntate Regis debet tenere, aut alienare
bona committentium crimen læſæ maieſtatis; & quia ſuperjus dictum eſt,quòd Rex non poteſt
regalia concedere in præiudicium ſucceſſoris,dicit ipſe Andreas,quòd regalia nomen eſt genera
le fiſcalia,& patrimonialia comprehendens,quæ omnia dicuntnr Regis,& ſunt,vt.C. de quadriē
na.præſcript.l.finali.& in l.apud iulia.§.vltimo.de legibus.& quia oportet ſcire,quæ veniant ap
pellationene regalium,vide tex.in capitulo primo,quæ ſunt regalia,in vſibus feudorum. & vide
Archidiacon.& Ioan.Andre.in capitulo generari.de electio.libro ſexto, & bene poteſt Rex alie
nare,quando alienatio non eſſet in graue præiudicinm regni,& dignitatis regalis, vt notatnr in ca
pitulo intellectio.de iureiurando.ſed ſi eſt.graue præiudicium,non poteſt alienare. Et Rex quan
do coronatur,debet iurare non alienare bona regni,ex quo infertur, quòd Rex non eſt verus do
minus regni,ſed adminiſtrator. notat Abba.in capitulo intellecto. de iureiurando. hinc eſt quod
gloſſ.ootabilis in capitnlo Moyſes.viii.quæſtiooe prima arguit per illum textum Regem eligen-
dum eſſe per electionem,ſicut imperatorem.xciii.diſtinctione.c.legimus.licet gloſſ.arguat con-
trarinm.vii.quæſtione prima,capitu.denique,& trigeſimaquarta quæſtione prima, capitulo fi-
nali.de conſuetudine ſeruatur hoc vltimnm in tota chriſtianitate. ita Abb.in dicto capitulo intel
lecto.& ita probatur in dicto capitulo licet de voto.Cardina.etiam in dicto capitulo, de iureiu-
rando dicit, quòd Reges non poſſunt facere alienationes in præiudicium regni. & Antonius de
Butrio in dicto capitulo dicit,principem in dignitate nihil poſſe alienare in præiudicium regni,
vel dignitatis,aut honoris.Et notatnr etiam ex illo tex.quòd qnilibet Rex in incoronatione præ
ſtat iuramentum de non alienandis iuribus,aut rebus regni.Et oota,quòd ſi alienauit,& iurat,iu
ramentum non eſt obligatorium; & in tali caſn poteſt venire contra alienationem ſuam,& reuo
care,ſicut poteſt ſucceſſor ſuus.vide Speculatorem in titulo de inſtrumentorum editio.§.nunc au
tem.& vide etiam Abbatem in capitulo intellecto.de iureiu. & vide Specnlatorem in particula
de impugnatione priuileg.in fine.& dicit Anton.in capitulo allegato. quòd poteſt donare Rex,
dummodo non ſit in præiudicinm regni,& contra honorem; quia tunc non præindicat, nec re-
gnum dirimit.Rex etiam teſtando non poteſt priuare filium autem fratrem regno: qnod hodie
defertur per ſucceſſionem.ita Innocen.in capit.grandi.de ſupplenda negligentia prælatorum.&
Bald.in margarita.in verbo,Rex.ver.i.& Rex auctoritate regia poteſt donare filiis,& non eman-
cipatis.Bald.in capitulo Item ſacramenta.in ſexta columna,de pace iuram.firman.Iaſon.in prælu
diis feudorum.in xvii.columna.& in l.frater à fratre.in penultima colnmna, & Alexan.in l.quan
quam.C.de teſtamen.mili.dicit,quòd Rex poteſt donare filio in poteſtate auctoritatem Regis;
ſed ſi vult,quòd donatio ſua valeat,exprimere debet,ſe facere regia auctoritate. Et omnino vide
ibi Alexand.Et Rex pnteſt cum proprio filio diſpenſare.Abbas in c.per tuas, qui filii ſint legiti.
Et de hoc dicemus ad finem.Item Rex poteſt filium ſuum conſtituere Regem,quò ad nomen, nõ
quò ad regimen.ita Andr.de Iſern.in titnlo quibus modis feud.amittatur.& Bald.in prælnd.feu
dorum.xiiii.columoa.Sed non poteſt alienare caſtellum,vel ciuitatem inuitis hominibus ciuita
tis,vel caſtelli.Bald.in.c.i.verſic.quæro an dominus.Si de feudo fuerit controuerſia.hoc in capi.
dilecti.de maiorita.& obedien.& vide Felynum in capitnlo ad audientiam.de præſcrip. vbi dicit,
quòd inuitis ciuibus non poteſt Rex vnam ciuitatem vendere; quia eorum intereſt non mutare
dominium.allegat Innoc.in capitulo auditis,de præſcript.& ibi etiam dicit Felyn. quòd aliena-
tiones

tiones Regum non valent etiam iuratæ, ſi tendunt in magnam diminutionem. allegat Bart. in di cta. l. prohibere. §. fina. ff. quod vi, aut clam. ſecus ſi non tendunt in magnam diminutionem, per capitu. Abbate, de ſenten. & re iudicata, in ſexto vnde dixit Bal. in dicto capitulo intellecto, quòd iuriſdictiones ſupremæ ſunt ſacrum ſacrorum; ideo non ſunt in marſupio principis, nec poteſt vrbem habere venalem. & ibi dicit Bald. Rex debet eſſe tutòr regni, & ſalutem reipublicæ tueri. de hoc diximus ſupra. Item Rex debet eſſe glorioſus, & ideo coronatur in ſignum gloriæ. Et debet æqnum ab iniquo diſcernere. Item debet capere cõſilium pro republica, ſicut pater pro filiis ſuis. Item debet habere omnes legis virtutes. Item debet eſſe melior. l. ſcripta, vt. C. de his, qui ad eccleſi. confu. l. prima. Item eſt notandum, quòd Rex poteſt cõdere leges, & in regno ſuo dicitur Imperator. Bald. in. l. exemplo. C. de probationi. & Old. in conſilio ccl. dicit, quòd Rex in regno ſuo aſsimilatur Imperatori. Bal. in. l. receptitia. C. de conſti. pec. And. de Iſer. in lect. conſti. in cõſti. cum conſtitutiooes, fol. iii. dicit, ꝙ quilibet Rex eſt monarcha in regno ſuo, etiã contra legem poſitiuam: ſed non poteſt ſtatuere, quòd ego ſoluam, quod alius debet; quia re mea me inuito ſine mea culpa priuari non poſſum per ea, quæ notantur in l. finali. in glo. i C. ſi contra ius, vel vti lit. public. & vide Angel. in conſilio centeſimotrigeſimonono, & Alexaod. in conſil. lxvi. & Barto. in tractatu de regimine ciuitatis dicit, quòd Rex debet eſſe bonus, fidelis; Chriſtianus, iuſtus, nõ pompoſns, nec ſubditorum granator, non luxurioſns, non auarus, nnn ſuperbus. Alia antem debet facere Rex, quæ ponuntur in capitulo Regum vigeſimatertia quæſtione quinta. Sed ea, quæ ibi ponuntur, ad prædicta aptantur. Et princeps poteſt iudicare ſecundum veram, & iuſtam conſcientiam, vt per Bartolnm in l. prima. C. vt quæ deſunt aduo. par. iudex ſu. Cauere igitur debet princeps, ne ſua conſcientia ſit male formata. c. cum æterni tribunal. de ſenten. & re iudi. io ſexto. Et princeps ſemper intelligitur motns iuſta cauſa, adeo vt non admittatur probatio in contrariũ: ita Cyous in l. reſcripta. C. ſi contra ius, vel vtilita. public. Et ſucceſſor in regno tenetur ſtare Infeudationi prædeceſſoris. Bald. in capituln primo, qni feudum dare poſſunt, & doctor. in capitu. nouit, de iudiciis.

Et quia diximus, quæ rex facere debeat, & qualis eſſe debeat, nunc dicamus, qni à ſubditis exigere poſsit; & dicit Bartol. in dicto tractatu quòd poteſt exigere expenſas maieſtati regiæ congruentes. & allegat, capitu. primnm. quæ ſint regalia. in vſibus feudnrum vbi dicitur, quòd ad Regem pertinent omnia tributa, vectigalia, & cenſus publici, quæ ibi ſpecialiter nominantnr. addit etiam Barto. quòd ad Regem etiam pertinet ex cauſa neceſſaria imponere collectas, vt dicitur io dicto capitulo primo. Et de iure digeſtorum probatur, quòd reges habent omnem poteſtatem vt. ff. de orig. iuris in l. ii. §. initio. Et etiam non recognoſcens ſuperiorem poteſt concedere pedagia; quia imperatnr poteſt, cum imperatori data ſit poteſtas à populo. tenet Hoſtien. in ſumma. in §. quibns cauſis argumen. l. ii. §. deinde. ff. de orig. iuris. Et ibi dicit; Exactiones pedagiorum, & ſalinarum, ac guidagiorum reprobatæ ſunt, niſi ab imperatore, vel Rege ſint conceſſæ, vel alias ex longiſsima conſuetudine, cuius non ſtet memoria. & de hoc omnino, vide Hoſtien. Sed tu vide in iſto puncto multa, qnæ ex mente ſancti Thnmæ ſuperius dixi. Nota etiam, quod reges puſſunt legitimare in temporalibus, & papa in ſpiritualibus, & temporalib. Petrus de bella pertica, in i. de iu. aur. annu. Et an tntela regia finiatur xiiii. anno, & an poſsit ante xxv. annos adminiſtrare, vide Old. in conſilio. lii. vbi dicit, quod minores non debent admitti ad Remp. adminiſtrandam ante xxv. annos; nam conſtat, quod fragil eſt, & infirmum huius ætatis conſilium, multis eaptionibus, & multorum inſidiis expoſitis; præſumptio enim violenta eſt contra iuuenes. & Salomon, licet tria ſibi difficilia eſſe dicat, fatetur tamen ſe quartum ignorare, ſcilicet viam viri in adoleſcentia, vt Prouerbio. iii. & merito; quia dicitur Pronerb. xxii. Stultitia colligata eſt in corde pueri. & dnminus comminans peruerſis regionibus ait, Eſa. cap. iiii. Dabo poeros principes eorum. Et lapiens ille compatiens terræ ait Eccleſia. x. Veh terræ, cuius Rex puer eſt, & principes eius mane comedunt: oec eſt eadem ratio in Rege, quæ in aliis priuatis; cum officium ſuum ſit iuſtitiam exercere, vt in capitnlo Regum vigeſimatertia quæſtione quinta, & vide ibi Oldra. in dicto conſilio quinquageſimoſecnndo, & de Rege pupillo vide Bald. in l. finali. C. de teſtamen. milit. & Rex non poteſt regnum ſubiicere ſeruituti. Oldra. in conſilio. xxiiii. & Reges ſubiecti eccleſiæ Romanæ debent eccleſiam tueri, vt in cap. de forma. xxii. q. v. & Card. in clementi. i. de inreiurando. & Rex poteſt prioari regno per papam ex cauſa, vt io cap. licer, de voto. & vide Innoc. cap. finali, de ſupplen. negligent. præla. & de hoc vide ſupra in cap. xvi. Et Rex Francorum, ac Hiſpaniarum, quia non recognoſcunt ſuperiorem poſſunt filios proprios legitimare. vide Iaſonem in. l. gallus. §. & quid ſi tantum. de liberis, & poſthumis. Sed nota, quod exempti ab Imperatore ſubſunt papæ. Ita Felynus in capituln oouit, de iudiciis, & Rex Franciæ eum de facto non recognoſcit.

Sed licet Reges habeant de iure maximam auctoritatem, vt dictum eſt; non tamen poſſunt remittere pœnas homicidiis in præiudicium reipublicæ, & conſanguineorum occiſi, quorum puni-

punitio eis eſſet conſolatio, vt. ff. de pœnis. l. capitalium. §. fina. & de aliis exceſsibus Regum, & principum vide Parid. de puteo, in tractatu de ſyndic. vbi ipſe ſcribit de exceſsi. Regum, & principum. Neque poteſt aliud ſtatuere in præiudicium populi ſine eius conſenſu. Anto. docto. in capit. quanto. de iureiur. Et pro complemento capituli quæro, an Rex alienans terras regni ſui poſsit venire contra alienationem ſuam, & reuocare, ſicut poſſet ſucceſſor ſuus: reſpondeo, quòd ſic, ſecundum Paulum de caſt. in conſi. lxxii. incip. quia fruſtra, in verſiculo, circa ſecundum dicendum eſt. argum. c. intellecto. de iureiurando. & xii. q. ii. c. non liceat papæ. quia non potuit hoc facere ſine conſenſu omnium principum, & populorum regni; eſt enim iſtud ius publicum totius regni. Vnde quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debet. regula quod omnes. de regulis iuris. libro ſexto. c. ad hæc, in fine, de off. Archid. l. vltima. C. de autho. præſtan. & ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & in l. in diem. Ex occupatione enim, ſeu alienatione, vel donatione terrarum regni totum regnum, & regnicole læduntur, etiam ſi facta eſſet religioſis, aut eccleſiæ; quæ cum ſit cultrix, & altrix iuſtitiæ, non patitur quicquam iniuſtum in ſe, aut in alium fieri. textus eſt notabilis. in capitulo primo. in. §. ſed diuerſum. & ibi Bald. in. vi. nota. de aliena. feud. in vſibus feudorum.

Et ſucceſſor in regno poteſt reuocare donationes factas per prædeceſſorem, ſci: prædeceſſores in enormem læſionem regni, vt voluit Specula. in titulo de inſtrumen. edict. §. nunc autem. in vltima columna, in verſic. quòd ſi Imperator, vel Rex. & ibi Bald. in additio. in. ix. columna in verſic. quòd ſi Rex. & vide Oldr. conſilio. cxiiii. eleganter in vltima columna. Et contractus, vel epiſtola principis habet vim legis. Iaſo. in. l. ciuitas. ff. ſi certum petatur, ſed regulariter ſucceſſor in regno tenetur ſtare infeudationi prædeceſſoris. Bald. in cap. i. qui feu. dare poſſ. docto. in. c. nouit. de iudiciis. Sed quid dicemus, quando facit princeps, ſecundum Bart. in. l. i. §. à præfecto. ff. de lega. iii. & in l. ii. poſt gloſſ. ibi. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. ponit Alexan. in rubric. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſdictio.

Tamen magiſtratus ab imperatore creati non poſſunt regulariter conſtituere vicarios. in autentica de defenſor. ciuitatum. §. nulla. & Alexand. in dicta rubrica. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.

Sed aduerte, quòd ſi eligitur vicarius à principe in loco ipſius principis; puta in vrbe Romana, iſte non eſt delegatus, ſed ordinarius. ita proprie loquitur tex. in. c. ſua, & ibi Innoc. de officio vicarii. & glo. in. c. perlectis. xxv. diſt. & in c. ii. de officio vicarii. in. vi. & vide Hoſt. & Io. an. in ca. ii. ne præla. vices ſuas. Nam princeps eſt, qui dare pôteſt iuriſdictionem ordinariam. l. i. §. cum vrbem. de officio præfecti vrbis. & plene in l. moræ. ff. de iuriſdict. omnium iud. Maxime quia hodie ex ſtilo ipſarum locumtenentiarum apponuntur illa verba; ponentes vos in locum, & ius noſtrum. Ex quibus verbis talis locumtenens videtur conſtitutus, vt procurator in rem ſuam, & proprio iure exercet officium vtiliter; quicquid ad principem pertinet, vt in caſu ſingulari. in. l. qui quadringenta. ff. ad Treb. & ibi doct. & in ſpecie videbis ibi Imo. Et locum tenens habet locum ſeſsionis eius principalis. c. ſi. xciii. diſt.

Et locum tenens poteſt omnia, quæ poteſt is, cuius locum tenet. Sed vnus locum tenens non poteſt facere alium locumtenentem. ita Bald. in. l. i. §. à præfecto. ad finem. ff. de legatis. iii. Sed honor, qui debetur Regi, nō debetur eius vicario, vt per Bal. in. l. ſed ſi hac. §. ſemper. ff. de in ius voc. Et rex nullus debet promouere ad officium concernens exercitium iuriſdictionis pecunia data vt per glo. & doct. in. l. ſi. C. ad l. iul. repet. Et accedens ad prouincias regēdas iurare debet forma in illa lege ſcripta. & ibi dicit Salycetus contrarium ſeruatur in hac miſera Italia. & ibi in l. iubemus; dicitur, quando officio durante officialis conueniri poſsit. Si autem loquamur de officiis, quæ ſint ſine exercitio iuriſdictionis, in his non videmus, quòd aliquo iure ſit prohibitum pro illis pecuniam interuenire, & contractus de illis celebrare. Et officium dicitur finitum per aduentum ſucceſſoris in prouincia. ita Bartol. in. l. i. ff. de offic. præſect. Auguſtin. Et princeps poteſt ad nutum reuocare citra grauamen, per text. in. l. titius. ff. de obſequiis. vbi pecunia pro aſſequendo beneficio, vel priuilegio. poteſt reuocari per concedentem. & in his iuriſdictionalibus, ſiue in vim priuilegii, vel conceſsionis, ſiue in vim contractus tranſeant, ad nutum ſunt ſuperiorū. & hoc eſt, quod dicit Bald. in. l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Itaque poſſunt ad nutum reuocari per principem. Sed princeps tenetur, & eſt obligatus ad reſtitutionem recepti ſub nomine precii: tex. ſingula. de prohibita feudi alienatione per Federicum, in principio ver. Nos autem. Sed vide omnino Bald.

Sed quid dicemus in quotidiano dubio: datum fuit officium pro ſe, & filio: filius eſt indiſpoſitus, vel inhabilis ad exercitium dicti officii, poterit ne reuocari? dic, quod ſic. quia iuſta eſt cauſa remotionis, ſed eſt ſibi de conſimili beneficio prouidendum, iuxta notata per gloſſ. in capitu. vnico, an mutus, vel alias imperfectus feudum retineat, in vſibus feudorum. hæc ſufficiant pro complemento capituli.

Et quia ſuperius dixi per viam remiſsionis de exceſsibus Regum,dico nunc,quòd in tractatu de ſyndicatu Paridis de puteo,inueniens de exceſsibus Regum,principum,& Ducum,& Imperatornm.& videbis de exceſsibus militum,& de exceſsibus conſiliariorum Regum,& de exceſsibus aduocatorum;& inueniens de exceſsibus poteſtatum,terrarum,ſuorumque officialium;iudicium,aſſeſſorum,nunciorum,ſyndicorum,familiarium eorundem,& de eorum poteſtate;& inuenies de poteſtate,& officio ſyndicatorum.

Et Rex,vel ciuitas poſſunt iuſtum pretium ſtatuere frumento.Bar.in.l.ſi.ff.ad.l.iul.de annon.& coguntur iuſto pretio vendere.Bar.in.l.annonam.ff.de extraordin.crimi.vbi legitur;debetis cuſtodire,ne dardanarii vllius mercis ſint.& in.l.ii.de annona.non permittitur ſocietas,vt annona carior fiat.& ibi ſtatuitur aduerſus eum,qui contra annonam fecerit.& videbis tex.in.l.in dardanarios.ff.de pœnis.& vide de monopolis.ff.Sed aduertant Reges,quia Iacobus dicit in epiſto.c.ii.Iudicium ſine miſericordia fiet illi,qui non facit miſericordiam.de iſta materia Annonæ,vide Ripam,in tract.de peſte.fol.lvii.omnino vide.

Et ſapientiæ.vi.legitur,Iudicium duriſsimum in his,qui præſunt,fiet.& princeps in dubio non videtur vti plenitudine poteſtatis;quod intellige verum,quando actus,quem facit,poteſt valere abſque plenitudine poteſtatis;ſecus,ſi actus non poteſt valere abſque plenitudine poteſtatis,quia tunc in dubio videtur vti plenitudine poteſtatis ita Pau.de caſt.in conſil.cccexiiii.Alex.in.l.quanqoam.C.de teſtamen.Sed imperator non debet vti plenitudine poteſtatis in præiudicium ſubditorum.l.i.§.cum autem.& ibi Bal.C.de cad.tol.Vltimo notabimus,quòd boni principis eſt,ac religioſi,eccleſias contritas,atque conſciſſas reſtaurare nouasque ædificare,& Dei ſacerdotes honorare,ac tueri,vt in c.ſi.xcvi.diſt.& dixi in tit.de eccleſiaſtica libertate.& Rex,qui habet plenariam poteſtatem in republica,ſi ille,qui paſſus eſt iniuriam,velit eam remittere,poterit reum licite abſoluere,ſi hoc publicæ vtilitati viderit non eſſe nocumentum.S.Tho.in.ii.ii.q.xxxvii.ad finem.non ſic in aliis iudicibus.quod nota bene.ſed Rex poteſt reuocare ſententiam ſuam,& poteſt interpretari ſententias ſuas,& priuilegia,& an iudex poſſit interpretari ſentẽtias ſuas,& quando,vide Felynum.in.c.qualiter,& quando.de accu.el.i.

In iſto.§.multa de auctoritate regia,& multa vtilia dicuntur.

SVperiori capitulo ſcripſimus de rege,& regia dignitate,nunc aliqua ex varia lectione doctiſſimorum virorum de regimine principum,& Regum,Deo optimo maximo opitulante dicemus,& vbi Reges debent ponere ſuam felicitatem;quia non decet regiam maieſtatem ſuam felicitatem ponere in voluptatibus,nec in gloria,vel in fama,nec in ciuili potentia,nec in robore corporali,vel in pulcbritudine;vel in aliis bonis corporis;ſed in amore Dei,& in acto prudentiæ eſt ponenda felicitas;duas autem felicitates philoſophus poſuit,vnam politicam,aliam contemplatiuam.Tamen,vt appareat,quomodo deceat regiam maieſtatem ponere ſuam felicitatem in actibus prudentiæ,ſciẽdum,ꝙ decet regiam maieſtatem ſuam felicitatem ponere in ipſo Deo;quod triplici via docebimus.Rex.n.eſt homo,eſt Dei miniſter,Apoſt.ad Roman.c.xiii.eſt etiam rector multitudinis.Inquantum autem eſt homo,participat intellectum,& rationem;cum ergo bonum rationis non ſit aliquod bonum particulare,quod eſt bonum ſecundum ſenſum,ſed bonum ratiõis ſit bonum vniuerſale,& intelligibile;decet regiam maieſtatem eo ipſo,quòd homo eſt,& rationem participat,ponere ſuam felicitatem in bono maxime vniuerſali,& maxime intelligibili;hoc aũt eſt ipſe Deus,qui eſt maxime bonum vniuerſale,quia eſt bonum omnis boni;in eo.n.omnis bonitas reperitur;eſt etiam bonum maxime intelligibile,quia eſt maxime ſimplex,& maxime à materia ſeparatus.Secundo decet regem ſuam felicitatem ponere in ipſo Deo,nõ ſolum quia homo eſt,ſed etiam quia ſpeciali modo eſt Dei miniſter.Nam illud,quod habet aliquid per participationem,& imperfecte,eſt inſtrumentum,& organum eius,quod habet illud eſſentialiter,& perfecte;quia ergo bonum regiminis,& potentiam regendi habet principaliter;& perfecte ſolus Deus,oportet ergo,quòd quicunq;imperat,ſiue regnat,ſit diuinum organum,ſiue ſit miniſter dei.Quare ſi miniſter ſuam mercedem,& ſuum præmium debet ponere in ſuo domino,& debet eam mercedem expectare ab ipſo domino,decet regem,qui eſt dei miniſter,ſuam felicitatem ponere in ipſo Deo,& ſuum præmiom expectare ab ipſo.Tertio,hoc decet regem ex eo,quòd eſt multitudinis rector,nam regens debet intẽdere commune bonum.In eo ergo debet Rex ſuam felicitatem ponere,quod eſt maxime,& commune bonum;huiuſmodi autem eſt(vt dicebatur)Deus ipſe.Rex ergo tum quia eſt Dei miniſter,tum etiam quia habet intellectum,& tum quia intendit bonum commune,debet ſuam felicitatem ponere in Deo,cui ſeruit,qui eſt bonum maxime intelligibile,& maxime vniuerſale,& commune.Si ergo Rex in deo debet ponere ſuam felicitatem,oportet ipſum huiuſmodi felicitatem ponere in actu illius virtutis,per quem maxime Deo coniungimur;huiuſmodi autem eſt actus dilectionis,ſiue charitatis.

Nam amor,& dilectio maxime vim vnitiuam,& coniunctiuam habent in amore ergo diuino eſt
ponenda felicitas.Sed cum probatio dilectionia ſit exhibitio operis , & ex hoc aliquis probetur
eſſe dilectiuus alterius,ſi agat,quæ ipſe vult ; ſi Rex eſt felix diligendo Deum,debet credere, eſſe
felicem operando,quæ Deus vult. Maxime autem Deus requirit à Regibus , & principibus , vt
per prudentiam,& legem populum ſibi commiſſum iuſte,& ſancte regant.Regibus ergo,&prin
cipibus ponenda eſt felicitas in actu prudentiæ,non ſimpliciter,ſed vt eſt imperatus à charitate,
propter quod in ipſo actu charitatis,per quam immediatius coniungimur ipſi Deo , magis eſt
ponenda ſelicitas,quàm in actu prudentiæ;licet in huiuſmodi actu,modo, quo, dictum eſt, ali-
qualiter felicitas ſit ponenda.

Magnum autem eſſe præmium Regis,& magnam eius felicitatem,ſi per prudentiam , & legē
recte regat populum ſibi commiſſum , ex multis dicere poſſumus ; Deus enim remunerator eſt
omnium bonorum:& quia non remunerat niſi ex amore,cum ſemper amor ſit ad ſimiles,& con
formes,oportet eſſe ſimilem,& conformem Deo,qui ab eo remunerari deſiderat ; quanto ergo
quis magis gerit imaginem eius,& plus ſe conformat ei, maius meritum ab ipſo ſuſcipiet: & eo i-
pſo,quòd Rex ſtudet per legem,& prouidentiam ſuum regnum regere,quomodo Deus totū vni
uerſum regit,& gubernat,Rex maxime conformatur ei : Ergo reſpectu Dei,à quo præmium ex
pectatur,eſt magna merces Regis,ſi regnum ſuum recte regat,quia ex hoc ipſi Deo maxime con
formatur.Reges ergo,ſi bene regant gentem ſibi à Deo commiſſam, cóſequentur mercedem ma
gnam;quia pro bono gentis ſuæ,& pro bono totali totaliter ſe exponunt. Decet enim ipſum re
gem volentem recte regere(quantum ad præſens ſpectat)ad tria ſolicitari . Primo, vt ametur à
populo.Secundo,vt cura peruigili procuret commune bonum.Tertio,vt corrigat,& puniat mo
uentes ſeditiones,& turbantes populum.Si abundet in beneficiis tribuēdis,diligetur à populo.
Si excellat in actionibus virtuoſis , procurabit commune bonum , quia ſi virtutis eſt tendere in
bonum,eius erit magis tendere in maius bonum:bonum ergo commune,quod diuinius, quàm
aliquod bonum ſingulare,magis procurabit vir bonus,& ſtudioſus,quàm bonum aliquod pro-
prium,& priuatum.Expedit etiam Regi abundare in ciuili potentia,vt poſſit corrigere volētes
inſurgere,& turbare pacem regni,& poſſint debellare extraneos perturbatores regni.Itaq; Rex
in multis aliis debet excedere,vt differat à tyranno.Tangunt doct. quatuor differentias inter ty
rannum,& Regem.prima eſt,quia Rex reſpicit bonum commune , Tyrannus vero bonum pro-
prium ; Nam regnum eſt principatus rectus,Tyrannis vero eſt dominium peruerſum, quia per
uerſe dominatur,qui ſpreto bono communi intendit bonum proprium. Item Tyrannus inten
dit bonum delectabile,Rex vero bonum honorificum . Nam ſicut inenarrabile eſt quanto quis
delectatur in bono proprio,ſic quaſi inenarrabile eſt quantus honor ſequitur,& quanto honore
eſt dignus intendens commune bonum. Quare ſi Tyrannus intendit bonum proprium,& pri
uatum,ſequitur,quòd eius intentio verſetur circa bonum delectabile. Item intentio Tyranni
eſt circa pecuniam,quia ſpreto communi bono nō curat,niſi de delectationibus propriis, & ſua
intentio ſemper verſatur circa pecuniam credens ſe per eam poſſe in Tyrannide ſuſtentari. Sed
Regis intentio verſatur circa virtutem,& vt ciues ſint virtuoſi,vel ſtudioſi, quia ex hoc maxime
reſultat bonum honorificum,& commune.Item Tyrannus non curat cuſtodiri à ciuibus,ſed ab
extraneis,Rex vero vult cuſtodiri à ciuibus,& vaſſallis,& à genitis in proprio regno. Nam Tyrā
nus eo quòd ſpreto communi bono non curat,niſi de delectationibus propriis, videns ſe eſſe o-
neroſum,& tedioſum ab iis,qui ſunt in regno,totam ſuam cuſtodiam corporis committit extra
neis:ſed Rex è conuerſo eo quòd videat ſe maximam curam habere de bona regni, & communi,
maxime confidit de his,qui ſunt in regno:ideo facit ſe cuſtodiri à propriis, non ab extraneis.
Itaque tyrannis eſt peſſimus principatus;ideo ſumme debent cauere boni Reges , ne eorum do-
minium in tyrannidem conuertatur.& videbis circa tyrannidem optimum tractatum Bart. vbi
multa optima de tyrannide ſcripſit.

Narrare autem poſſumus decem , vltra ea,quæ diximus in ſuperiori capitulo,quæ debet ope-
rari bonus Rex . eſt autem primum , quod ſpectat ad verum Regem facere, vt maxime procuret
bona communia , & regni , redditus ſtudeat expendere in bonum commune , vel in bonum re-
gni . Item ſpectat ad rectum rectorem regni non ſolum redditus, & oblationes ordinare in bo-
num commune regni , ſed etiam bona communia , & iura regni debet maxime cuſtodire,& ob-
ſeruare . Tertio decet Regem non oſtendere ſe nimis terribilem,& ſeuerum,nec decet ſe nimia
familiarem exhibere , ſed debet apparere perſona grauis,& reuerenda, quod congrue ſine virtu-
te fieri non poteſt ; ideo verus Rex vere virtuoſus exiſtit . Item ſpectat ad Regem nullum ſub-
ditorum contemnere,nulli iniuriari,nec in filiabus,nec in vxoribus,nec in perſona,nec in aliqui-
bus aliis : & ſi contingeret aliquem ex regno ipſum parui facere,non propter contumeliam , vel
propter aliquam libidinoſam voluntatem explendam, ſed propter bonum commune, & iuſtitiæ
ipſum púnire debet : & non precipitanter,vt in capitulo Deus omnipotens , ſecunda quæſtione
prima,ſed crimine liquidato non debet ſententia differri,vt in dicto capitu.Deus omnipotens.&

in.L

in.l.cum reis.C.de pœnis.& ſic doctiſsimus Caietanus,declarat pſalmum.100.ibi. in matutino interficiebam omnes peccatores terræ,vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.Itaque ibi Dauid declarat diſpoſitionem ſuam circa exercitium iuſtitiæ per ſe,& per alios miniſtros.

Et Rex non debet abſcondere faciem ſuam à paupere negotiatore , diuertendo vultum aliò : & propterea pauper clamans in pſalm.ci.petit à ſupremo principe;nó auertas faciem tuam à me; in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.

Item Rex debet facere,vt dixit Dauid in.d.pſalm.Oculi mei ad fideles terræ,vt ſedeant mecū ; ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat;.vbi Dauid declarat diſpoſitiones ſuas rectas reſpectu miniſtrorum ; prima eſt,quòd elegit fideles miniſtros,& fideles conſiliarios , vt ſedeant ſecum.Oculi,inquit,mei non cæco intuitu,nec aliena relatione , ſed oculi mei erunt in fidelibus terræ,in ijs,qui fideles inueniuntur in terra,ad ſedendum mecum,pro conſilio,pro iudicio, & aliis publicis negociis. Ambulans in via perfectionum ipſe ſeruiet mihi ; hæc eſt ſecunda conditio miniſtrorum,ſtudium ad bonos mores. Tales enim oportet eſſe miniſtros regios, vt & in ſeipſis virtutibus præditi cum Rege,& populo fideliter agant.Sed humana electio quantuncunque oculata,quandoque fallitur ; ideo ſi aliquando contingit reges erraſſe in electione miniſtrorum,etiam ſi videantur erraſſe,non ſuſtineat illos;ne dicant gentes;malunt regimen malum, quā apparere erraſſe,quia contra hoc vitium dicit Dauid in.d.pſal.c.quòd nec faciens, nec loquēs dolum firmabitur ſecum;dicendo firmabitur,ſignificat,quòd quamuis aſcitus fuerit , comperto, ꝙ mendax eſt,non firmabitur.Et dicendo non ſedebit, ſignificat , quòd quamuis aſcitus ingreſſus fuerit,comperto,quòd eſt doloſus,non quieſcet,ſedendo in medio domus regiæ , hoc eſt in publico officio. Ideo decet regiam maieſtatem quærere tales conſiliatores,qui ſint boni , & amici, & ſapientes.Itaque iſta tria quærenda ſunt in conſiliariis,videlicet bonitas,amicitia, ſapientia. Sexto decet verum regem diligere nobiles,& barones,& alios,per quos bonum ſtatum regni cō ſeruari poteſt,vt ſunt homines ſapientes,& literati.

Decet etiam regem eſſe moderatum in cibis ,& venereis,ne à ſubditis habeatur in contēptu. Septimo decet verum regem ornare,& munire ciuitates,& caſtra exiſtentia in regno,vt appareat magis eſſe procurator communis boni,quàm tyrannus,quærens vtilitatem propriam . Octauo decet verum regem(vt ait philoſophus)ſapientes,&bonos etiam extraneos adeo honorare,vt putetur non ſic honoratos eſſe à ciuibus propriis,ſi inter ipſos exiſterent ; quod tyrāni non faciūt. Nono,decet verum regem per vſurpationem,& iniuſtitiam non dilatare ſuum dominium. Decimo,& vltimo decet veros,& bonos reges bene ſe habere circa diuina;populus.n. (vt recitat philoſophus)omnino eſt ſubiectus Regi,quem credit eſſe deicolam,& habere amicum Deum;exiſtimat.n.populus talem regem ſemper iuſte agere,& nihil iniquum exercere . Poſſumus tamen ad hoc aliam meliorem rationem adducere dicentes,quòd ſi rex habeat amicum Deum diuina prouidentia,cui omnia ſunt nota,& eius potentia,cui nihil poteſt reſiſtere,continget eum, vt expedit ſuæ ſaluti ſemper in ſuis actibus proſperari.Immo propter ſanctitatem regis multoties Deus multa bona confert exiſtentibus in ipſo regno.Diximus,ꝙ decet regiam maieſtatem bene ſe habere circa diuina,quia hoc debet eſſe finis,& complementum aliorum;ad hoc.n. ſunt ſingula ordinanda.Verus ergo rex ſecundum veritatem bene ſe habet erga diuina. Tyrannus vero non talis eſt,ſed ſimulat ſe talem eſſe : Sed expedit optimum regem per rationem rectam,aut per legem naturalem,quam Deus impreſſit in mente cuiuslibet hominis , dirigere legem poſitiuam , & eſſe ſuper iuſtitiam legalem, vel poſitiuam,& non obſeruare legem poſitiuam, vbi non eſt obſeruanda.Ex hoc autem patere poteſt,quomodo ſeueritas,&clementia poſſunt ſimul ſtare cum iuſtitia ſecundum text.& gloſſ.in.c.omnis,qui iuſte iudicat.xlv.diſt. Reges veri debent amari , & timeri à populo ; & vt amentur à populo boni reges,tria potiſſime in ſe habere debent: primo quidem debent eſſe benefici,& liberales.Secundo debent eſſe fortes,& magnanimi.Tertio Reges debent eſſe iuſti,& æquales.Primum autem ſic patet.Nam vulgus non percipit niſi ſenſibilia bona ;ideo beneficos,& liberales in numiſmata,& in ea,quæ poſſunt numiſmate menſurari,amat, & reueretur.Ideo dicitur in libro ſecundo Rhetor.in capitulo de amore; quod populus amat , & honorat beneficos in pecunia,& liberales.Secundo,vt Reges amentur in populo,debent eſſe fortes, & magnanimi,& potentes(ſi oporteat)ſeipſos pro bono communi,& defenſione regni exponere. Nam populus valde diligit fortes,& magnanimos exponentes ſe pro bonis communibus ; credit enim per tales ſalutem conſequi,ideo dicitur capitulo.ii.Rhetori. quod diligimus beneficos in ſalutem,ideſt eos,qui poſſunt nobis benefacere nos ſaluando,& liberando,ideo diligemus reges fortes.Tertio,vt reges diligantur à populo decet eos eſſe iuſtos,& æquales . Nam maxime prouocatur populus ad odium regis,ſi viderit ipſum non obſeruare iuſtitiam.ideo dicitur . capitulo ſecundo Rhetor. quòd iuſtos maxime diligimus . ideo dixit iuriſconſultus,nihil tamen tam proprium imperii eſt,quàm legibus viuere . & alibi non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis , & cognitoris ius : vngulæ carnificis arma militis ; diſciplina dominantis , & Hieronymus ſuper Hieremiam.

Hieremiam. Regum officium eſt proprium facere ludicium atque iuſtitiam,& liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, & peregrinis pupilliſq;, & viduis quæ facilius opprimuntur à potentibus prębere auxilium,&c. Viſo quomodo Reges debeant ſe habere, vt amentur à populo, videre reſtat, quomodo ſe habere debent, vt timeantur ab eis: potisſime autem timentur potentes(vt patet in cap.ii.Rhetorica.)propter punitiones,quas exercent iu ſubditos.In punitione tria ſunt conſideranda,videlicet punitionem ipſam,perſonam punitam, & modum puniendi. Quantum ergo ad punitionem timentur Reges,ſi contra delinquentes inexquiſitas crudelitates exerceant. Secuudo timentur Reges non ſolum ratione punitionis diræ,ſed etiam ratione perſonarum puuitarum.Nam iuſtus pro iuſtitia nulli parcere debet,quia beue operans nulli parcit; quia nec pro patre,nec pro filio, uec pro amico dimitteudum eſt operari iuſte,& bene. Itaque ratione perſonarum punitarum timentur Reges,quando nec amicis,nec aliis parcūt, ſi viderint eos facinoroſa crimina facere.Timet igitur tunc quilibet ex populo mala facere cogitans, ſe non punitionem euadere.Itaque decet Reges ſeuerins ſe gerere contra amicos, ſi contingat eos crimina committere,quàm coutra alios. Timentur Reges etiam ratioue modi puniendi, quod fieri cōtingit,cum ad eorum iudices,& præpoſitos latenter,& caute ſe gerunt in punitionibus exequēdis,& in iuſtitia facienda.

Viſo quomodo Reges ſe habere debent, vt amentur,& quomodo,vt timeantur,de leui patere poteſt,quod licet vtrunque ſit neceſſarium; amari tamen debeut magis appetere, quàm timeri; quia male terrore veneratio acquiritur; longe enim melius eſt amor ad obtinendum, quod velis,quàm timor.Nam timor abit,ſi recedas,manet amor.Sed vtrunque eſt neceſſarium amari, & timeri; nam non omnes ſunt adeo boni, & perfecti, quòd ſolo amore honeſti, & boni communis, & ex dilectione Regis,cuius eſt iuteudere commune bonum,quieſcant male agere; oportet enim aliquos inducere ad bonum, & retrahere à malo timore pœnæ. ideo dixit iuriſconſultus; Oportet bonos prouocare per præmia,& malos per pœnas inſatiabiles totaliter extirpare. & alibi; bonos non ſolum metu penarum,ſed præmiorum quoque exhortatione efficere cupiētes; eligibilius tamen eſt magis amari,quàm timeri.

Ideo maxime decet Reges eſſe iuſtos,& iu ſuo regno iuſtitiam obſeruare; quia ſine iuſtitia ciuitates,& regna durare uou poſſunt: eſt euim Rex quædam lex,& lex eſt *quidam* Rex. Nam lex eſt quidam inanimatus princeps: Rex vero eſt quædam animata lex.Quantum ergo animatum inanimatum ſuperat,tantum Rex,ſiue princeps debet ſuperare legem. Debet ergo Rex eſſe tantæ iuſtitiæ,& tantæ æquitatis,vt poſsit ipſas leges dirigere,cum in aliquo caſu leges obſeruari *nō debeant*. Maxime ergo Reges ſtudere debent,ne ſiut iniuſti,& inæquales,quia eorum iniuſtitia, & inæqualitas tollit ab eis regiam dignitatem,quia decet, vt dixi,regiam dignitatem eſſe rectam, & æqualem.Cum ergo Rex ſit,vt diximus,quædam animata lex, & quædam animata regula agendorum,ex parte ipſius perſonæ regiæ maxime decet ipſum ſeruare iuſtitiam. Nā iuſtitia eſt quoddam magnum bonum,& præclarum,ideo dicitur,quòd præclariſsima virtutum videtur eſſe iuſtitia,& neque heſperus,neque lucifer ita admirabilis eſt,ſicut ipſa.

Heſperus enim,& Lucifer eſt vua,& eadem ſtella,quæ eſt valde pulchra,& clara; & propter ſui pulchritudinem commuui nomine appellatur Venus. hæc autem ſtella aliquando præcedit Solem,& tunc apparet in mane,& dicitur Lucifer; aliquando vero ſequitur ipſum,& tunc apparet in ſero,& dicitur Heſperus. Eſt ergo intentio noſtra dicere, quòd Venus, quæ eſt tam pulchra ſtella,uon ſit ita pulchra,uec ita præclara,ſicut eſt iuſtitia. Si ergo decet Reges habere clariſsimas virtutes,decet eos obſeruare iuſtitiam. Iuſtitia enim non ſolum eſt perfecta virtus in ſe, ſed ſi ſit in Regibus,oſtendit eos eſſe perfecte bonos. Ideo dicitur; principatus virum oſtendit: propter quod & prouerbialiter dicitur;ſi quis vult cognoſcere virum,ponat ipſum iu aliquo principatu. Iuſtitia ergo(quia eſt ad alterum)innoteſcit perfecta bonitas. Nam excepta prudentia,quæ aliis virtutibus perfectior eſt, quia eſt earum directiua; omnes aliæ virtutes morales,quæ perficiunt hominem in ſe, ſe videntur habere ad iuſtitiam,quæ perficit hominem in ordine ad alterum. principatus itaque virum oſtendit,vt dixi. Decet ergo Reges, & principes eſſe iuſtos, tum quia debent eſſe regula agendorum, tum quia iuſtitia eſt præclara virtus; tum etiam quia ex ea manifeſtatur perfectio bonitatis. Hoc decet etiam Reges ex maguitudine malitiæ, quæ ex iniuſtitia conſurgit. Nam, vt dicitur quinto Ethyc.ſicut melior eſt, qui uon ſolum eſt bouus in ſe, ſed etiam bonitas ſua ſe extendit ad alios, ſic peior eſt,qui uon ſolum malus eſt in ſe, ſed etiam malitia ſua ſe extendit ad alios; & quantum ad plures ſe extendit malitia eius,tanto peior exiſtit. Tanto igitur ſummopere ſtudere debent Reges, & principes, vt ſeruent iuſtinam, & iniuſtitiam vitent, quanto ex eorum iniuſtitia poteſt couſequi maius malum, & poteſt inferri pluribus, nocumentum. Itaque prudeotia,& iniuſtitia principaliores ſuut virtutibus moralibus; quia prudentia eſt in intellectu,iuſtitia in voluntate.Virtutes enim morales ſunt in appetitu ſenſitiuo, vt in iraſcibili,& concupiſcibili. Appetitus autem ſenſitiuus deficit à voluntate, & intellectu, ideo prudentia,& iuſtitia ſunt virtutes principaliores. Eſt autem prudentia, vt dixi, principalior iuſti-

tia,

tia, quia ipſa eſt directiua omnium aliarum virtutum. Fortitudo autem, & temperantia, licet non ſint adeò principales, ſicut prudentia, & iuſtitia; tamen inter virtutes principales computantur. Eſt autem fortitudo principalior temperantia, quia fortitudo magis ordinatur ad bonum commune, vt ad tuitionem regni, & ad defenſionem patriæ. Temperantia vero magis ordinatur ad bonum proprium, vt ad moderationem ſui ipſius: bonum autem commune diuinius eſt bono proprio. Itaque temperantia inter virtutes principales vltimum gradum tenet. Sciendum ergo, quòd fortitudo media eſt inter timores, & audacias, quia qui omnia timet, non eſt fortis, nec qui omnia audet, ſed qui timet timenda, audet audenda. Rex magnificus eſt excellenter liberalis, idem eſt enim eſſe magnificum, quod eſſe abundanter liberalem. Nam magnificentia eſt quædam perfectio, & quidam ornatus liberalitatis; ſicut magnanimitas eſt quædam perfectio, & quidam ornatus omnium virtutum. Et magnanimitas eſt media inter puſillanimitatem, & præſumptionem; & magnanimitas eſt circa honores, circa diuitias, & vniuerſaliter circa omnia fortunia, & infortunia; non tamen eſt æque principaliter circa iſta. Nam magnanimitas principaliter eſt circa honores, & non circa honores quoſcunque, ſed honores magnos. Ex conſequenti autem eſt circa diuitias, & principatus, & circa fortunia, & infortunia.

Nam ſecundum philoſophum inter bona exteriora maximus eſt honor: diuitiæ enim, & alia exteriora bona non ſunt tantum bonum, ſicut honor. Recitat autem philoſophus multas proprietates magnanimi, quas Reges habere debent. Prima proprietas magnanimi eſt bene ſe habere circa pericula: bene autem ſe habere circa ea eſt, non eſſe amatorem periculorum, neque ſe exponere pro paruis periculis, ſed pro magnis, vel pro iis, ex quibus poteſt conſurgere magna vtilitas. & tunc non parcat vitæ. Item competit magnanimo Regi bene ſe habere circa retributiones. Item decet magnanimum Regem eſſe veridicum, & vt non ſit ei curæ, quòd laudetur, nec quòd alii vituperentur: decet enim Reges, ſe non exponere pro quibuſcunque periculis, niſi pro negociis arduis, vt pro defenſione fidei, vel pro tuitione regni. Si vero occurrat caſus adeo arduus, quòd Rex gentem ſuam, vel etiam ſeipſum debeat exponere periculis, ita debet eſſe conſtãs, & magnanimus, vt pro bono diuino & communi paratus ſit vitam exponere. Decet etiam Reges nõ curare, vt laudentur ab hominibus. Nam poſiti in dignitatibus multos habent adulatores. Si autem talibus adulatoribus credant, contingit eos non agere ſecundum legem, & rationem; ſed ſecundum paſſionem, & voluntatem. Tanto igitur Reges, & vniuerſaliter omnes exiſtentes in dignitatibus minus debent curare de laude hominum, quanto plures habent adulatores, qui eos laudando conantur peruertere. Non decet etiam Reges eſſe plangitiuos, vel deprætatiuos pro exterioribus bonis. Omnes ergo aſſignatæ proprietates in præſenti, & ſuperiori capitulo competere debent Regibus. Quare decet eos eſſe magnanimos.

Item notate, quòd ille bonus Rex eſt, qui curam ſubditorum habet, vt bene operentur, quemadmodum paſtor ouium; quia regnum non eſt propter Regem, ſed Rex propter regnum: quia ad hoc Deus prouidit de eis, vt regnum regant, & gubernent, & vnumquenque in ſuo iure conſeruent, & hic eſt finis recti regiminis. Finis itaque boni Regis eſt, vt regimen proſperetur, ita quòd homines conſeruentur per Regem. Sed quia nemo militat ſtipendiis ſuis vnquam, & quodam iure naturæ de ſuo labore vnuſquiſque debet reportare mercedem, hinc habemus, quód licet regibus à ſuis ſubditis tributa percipere, & annuos cenſus. Vnde cum Apoſtolus in c. xiii. ad Romanos probaſſet, omne dominium à Deo eſſe prouiſum, vltimo perſuadet eiſdem retribuere pro labore. ideo Inquit, & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſi ſeruientes. Concludendum eſt ergo legitimum Regem ſecundum formam in Deuteronomio traditam ſic debere regere & gubernare.

Itaque ex ſupradictis notate, quòd Reges ſuis debent eſſe ſtipendiis contenti, niſi in duobus caſibus, videlicet ratione delicti, vt ff. de iure fiſci per totum titulum; & pro bono communi sui regiminis; & pro bono Reipublicæ poteſt exigere, ſicut pro defenſione regni, vel pro quacunque alia cauſa pertinente rationabiliter ad bonum commone ſui dominii. Ratio eſt in promptu, quòd omnia neceſſaria ad communem conſeruationem humanæ ſocietatis erunt de iure naturæ. Sic igitur ſuppoſito legitimo dominio regali poteſt Rex exigere à ſubditis, quod ad bonũ ipſorum requiritur. Et ideo concludendum eſt, quòd iſtis caſibus poteſt Rex legitime exactiones neceſſarias exigere à ſubditis; & talliæ, ac cenſus, ſiue tributa imponi, dummodo non tranſcendant neceſſitatis metas. Vnde Auguſtinus exponens illud Matthæi, Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, inquit; Quod Cæſar præcipit, ferendum eſt; quod imperat, tollerandum. ita ſanctus Thomas in tractatu de regimine principum lib. iiii. c. xi. hæc adde ad ea, quæ in iſto articulo dixi, in ſuperiori capitulo.

Sed meo iudicio optimi Reges debent ſic quærere opera honore digna, non vltra quam ratio dictet, ſed vt decet eorum ſtatum: debent enim agere bona opera, & honore digna boni gratia, non vt oſtendant ſe, & vt videantur excellere. Secundo decet eos eſſe humiles ra-

tione operum fiendorum.Nam ſuperbus quærens ſuam excellentiam vltra quàm debeat,vt plurimum tendit ad ea,quæ proprias vires excellunt. Ideo decet homines eſſe bumiles, vt conſiderato proprio defectu,vel propria facultate, non tendant in ardua vltra quàm debeant. Vr plurimum enim ſuperbi,& vltra rationem excellentiam querentes,ſe & alios exponunt periculis,non volentes adimplere,quod inchoant. Tanto ergo Reges,& principes debent à ſe ſuperbiam remouere, quanto peius eſt communia bona periculis exponere. Superbus enim dominus, vt plurimum periclitator efficitur populorum.

Itaque pro complemento præſentis capituli dicemns,quòd Reges,& principes non ſufficit eſſe ſapientes,continentes,& temperatos, fortes, & iuſtos, ſed decet eos quodammodo eſſe diuinos;quia virtntes competentes eis poſſunt exemplares dici; quia ipſi aliorum debent eſſe regula, & exemplar. Tantæ enim bonitatis debet eſſe princeps, vt quilibet ſuus ſubditus accipiat inde formam viuendi;& cognoſcat defectum ſuum videns vitam,& perfectionem principantis. Quare apud Reges,& principes non ſolum deteſtabile eſſe debet,eos turpia operari, ſed etiam nominare & audire turpia,nefas eſſe debet.Bene ergo eis competunt exemplares virtutes, quibus ſecundum Plotinum nefas eſt turpia nominari: ſed cum tantæ bonitatis nullus eſſe poſſit abſque Dei gratia,& eius auxilio;quanto Reges,& principes alios excellere debent, tanto ardentins decet eos diuinam gratiam poſtulare.In hoc ergo eliditur Philoſophorum elatio volentinm,quòd ex puris.naturalibus poſſemus omnia mala vitare, & perfectam bonitatem acquirere. Et de hoc vide ſupra in ſermone Epiſcopali.c.L.Et decet Regem eſſe prudentem,quia prudentia eſt reſpectu agibilium.Sed nullus poteſt eſſe prudens niſi ſit bonus, & habeat voluntatem rectam; quia eſt recta ratio agibilium,& prudentia eſt virtus intellectualis directiua virtutum moralium;quia per prudentiam recte dirigimur in bonum finem,in quem inclinant virtutes morales. Er partes prudentiæ ſunt octo. Memoria,prouidentia,intellectus,ratio,ſolertia, docilitas, experientia, & cautio. & ille dicitnr eſſe prudens,qui eſt ſufficiens dirigere ſe,& alios in aliqua bona, ſiue 10 aliquos bonos fines. Rex ergo prudens maiorem partem vitæ ſuæ debet expendere in cogitando, quæ poſſunt eſſe regno ſuo vtilia;quod non ſic intelligendum eſt, vt nullas recreationes corporales habere debeat;Sed debet eis adeo moderate vti,vt nõ impediatur in regimine regni ſui. Nam ſemper debent ſuum regimen conformare regimini retroacto,ſub quo regnum tutius, & melius regebatur.de hoc vide doctiſſimum Aegidium Romanum in lib. de regimine principum, in a. parte libri.i.vbi multa videbis.

De Imperatore,& eius auctoritate. Cap. LV.

AD iuriſtam pertinet inueſtigare,quis modns regendi ſit melior ita Bar.in tra.de regimine ciuitatis in princ. Hoc præmiſſo; Monarchia; ſeu vnius Regis regimen eſt optimum, eo quòd ibi perfectiſſime vnitas reperitur: Sed in quolibet bene regenti tria requiruntur. Primo perfecta ratio ad diſcernendum,vt ſciat iuſtum ab iniuſto,licitum ab illicito ſeparare, vt ff. de iuſtitia & iure.l.i.Secundo debet habere rectam intentionem,vt eſt tex.in c.omnis.xlv.diſtin. Tertio debet habere ſtabilitatẽ.Iſta omnia probantur ex diffinitione iuſtitiæ,dum dicitur,quòd eſt conſtans,& perpetua voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuens,vt in princi. inſtituti,& in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iure.Et his tribus ſunt tria argumenta contra tenentes oppoſitum.Et ſic expedit populo,& regno,& toti orbi regi per Imperatorem, prout bonus eſt hominus dictas conditiones.Ita Bar.allegando Aegid.Rom.in d.tra.de regimine ciuitatis.Et non ſine cauſa arbitrium, ſeu arbitralis poteſtas Imperatoris procedit à Deo,& eſt vniuerſalis dominus.ita Bald.reſerendo alios docto.antiquos in l.cunctos populos.C.de ſumma trinit.& fide catho.& allegat aucten.de non alienan.§.ſin minus igitur.colla.ii.& vide tex.in aucten.de fide inſtru.§.quia vero.& C.de vete.iure.enucle.l.ii.§. ſiquis. & in auctent. de conſulibus in fine.in l.in nomine domini.de officio præfect. & in auctent.quomodo oportet Epiſco. vbi probatur, quòd Imperium immediate eſt à Deo.Et quòd Imperium ſit à Deo,tripliciter probatur. Primo permiſſiue. Secundo approbatiue. Tertio formaliter,& effectiue. dico primo, quòd permiſſiue; nam hoc eſt permiſſum à Deo propter bonum vniuerſale; qui entia nolunt male diſponi, nec bonum eſt pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps.vr ait Ariſto. xii. metaphi. ad finem. Hoc enim permiſſum eſt à Deo ſub ratione finis,vt mundus optimis legibus regatur:nam ſecundum phiſicam regulam; cuius finis bonus eſt,ipſum quoque bonum eſt;omnia enim rectificat finis.iuſtum eſt enim à fine denominari omnia ſecundum philo.Secundo dixi,quòd Imperium eſt à Deo approbatiue; Chriſtus enim approbauit Imperium, dum dixit. imago Cæſaris reddatur Cæſari, vt habetur in euangelio. Niſi enim approbaſſet,illa imago non eſſet Cæſaris, nec deberet reſtitui iniuſto, & violento creditori; quia violeotus poſſeſſor non fuiſſet defenſus à Deo in impropria poſſeſſione; licet aliqui dicant, quòd ad euitandum ſcandalum fecit: quod non approbo; quia deterius erat defendere violentum poſſeſſorem in violenta poſſeſſione. Sed Chriſtus, vt permiſit finem Re-

gum Iſraelis,ita ſurrogauit Rom auos in poteſtate Imperii:quia manifeſtè apparet,Romanos monarchiam Chriſtianam occupaſſe, & hoc non ſine domini voluntate; quia vt ait Apoſto.ad Romanos.cap.xiii.Non eſt enim poteſtas niſi à Deo; quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt.Et etiam Daniel prophetauit in viſionibus ſuis monarchiam Aſſiriorum,Perſarum, Græcorum, & Romanorum:quod non prophetatum fuit ſine voluntate Dei. Tertio dico, quòd Romanum Imperium à Deo eſt formaliter,& effectiue; nam cum tota collectio Chriſtianorum hoc teneat, licet quædam regna de facto non obediant, non eſt putandum aliud, niſi quòd etiam ipſe Deus hoc diſponat,qui eſt caput illius collectionis. Et poſt Deum Imperator Apoſtolicus hoc approbat,vt in cap.venerabilem.de electione. & ibi docto. Ex quibus apparet, quòd Imperator Romanorum eſt dominus ſeu protector vniuerſalis Chriſtianorum.& vide Abba.in c.nouit.de iudi.qui dicit communem eſſe opinionem,quòd Imperium à Deo ſit; & à papa immediate, qui eſt Vicarius filii Dei.vide Cardina.in c.eccleſia. de iure. & in clemen. fin. de cenſibus. & in clemen. i.§.cæterum. dicit, quòd Imperator recipitur in filium papæ. Et Imperator etiam dicitur vicarius Chriſti in temporalibus. Bald.in l.i.C.de iure aure.annullo.& Imperator vnicus debet eſſe in orbe,qui præſit cunctis regibus.text.in l.deprecatio.ad l.Rhodiam,de iactu.& in l. bene à Zenone.C.de quadric.præſcri.& in l.leges.C.de legi.& Cardina.in clemen.i.§.fina.de iureiurando. vide Abb.allegantem multa iura in c.nouit.de iudici.& in c. venerabilem. de electio. Sed Bartolomeus Caſſaneus in cathalogo glori.mundi,in v.parte. & in xxviii. conſideratione dicit, quòd Itali tenent,quòd Imperator eſt dominus totius mundi. Et recitat opiniones legiſtarum, & canoniſtarum; & refert aliquos doct.tenentes contrarium, & nihil dicunt ad propoſitum. Et ipſe recitat in loco iam allegato totam ſcholam Cæſaream, & Pontificiam tenentem opinionem, quòd Imperator ſit dominus totius mundi:& nihil reſpondendo aſſerit contrarium concludendo,quòd regna,& imperia originem habuerunt à violentia. Et ego vltra prædicta allego contra dictum Bartolomeum Caſſaneum opinionem Hieronymi canonizatam in c. in apibus. vii.q.i. vbi eccleſia,quæ errare non poteſt,approbando opinionem totius ſcholæ,canonizauit (vt dixi) verba Hieronymi in d.c.& ſunt hæc.In apibus princeps vnus eſt,& grues vnam ſequuntur, imperator vnus.quæ verba ſufficiunt vltra prædicta ad confundendum opinionem dicti Bartholomei Caſſa,optimus text.ad hoc in c.futuram eccleſiam.xii.q.i. vbi Melchiades papa ſic inquit; futuram eccleſiam Apoſtoli in gentibus præuidebant.idcirco prædia in Iudea minime adepti,ſed prætia tantummodo ad fouendos egentes.At vero cum inter turbines,& aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia ad hoc vſque peruenit,vt non ſolum gentes,ſed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant,ad fidem Chriſti,& baptiſmi ſacramenta concurrerent:E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licentiam per vniuerſum orbem ſuo degentibus imperio non ſolum fieri Chriſtianos,ſed etiam fabricandi eccleſias: & prædia conſtituit tribuenda. Denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit,fabricam templi primæ ſedis beati Petri,inſtituit; adeo vt ſedem imperialem relinqueret,& beato Petro,ſucceſſoribuſque ſuis profuturam concederet. hæc ille ſanct. Melchiades papa. Et intellige, quòd imperator ſit dominus totius mundi ratione protectionis, & iuriſdictionis ſecundum gloſſ. & docto.in princip. ffrum. Dominia vero rerum ſunt ſingulorum. Sed ipſe eſt princeps totius orbis,& ipſius eſt leges condere,ac tollere,ac corrigere.l.i.& ii.C.de veteri iu. enucle.vnde etiam dicitur pater legum,cui ſunt leges ſubiectæ, vt in auct. de inceſtis nuptiis.§. dubitatum.colla.ii.Et appellatur pater,& anima legum,vt notatur in auct.de fide inſtru.colla.vi. Et dicitur lex animata in terris, vt in auct.de conſuli.§. fi. colla. iiii item imperator poſt Deum eiuſque vicarium.ſ.dominum papam,dicitur communis hominum pater,vt in auct. neq; virum, quòd ex dote.in fine.coll.viii.& in auct.de fide inſtru.§.i.dicitur, quòd imperium Deus de cœlo conſtituit,& Bar.in l.non ambigitur.ff.de legi.& in l.fi.C.de legi.dicit,quòd imperator ſolus poteſt leges condere,& appellatur Pontifex.Cardinalis in d.clem.i.§.cæterum.item ipſe imperator ex cauſa poteſt transferre rerum dominia,vt notatur in l. item verberatum. ff. de rei vendica. & in c.i.de homicidio,lib.vi.& poteſt tollere actionem,& exceptionem.ita Alex.poſt glo.in l. iii. §. ſi is,pro quo.ff.quod quiſque iuris.& in rub.ff.ſi cert.peta.Et poteſt tollere ea, quæ ſunt de iure ciuili ſecundum Alex.vbi ſupra:& cum clauſula,nõ obſtante; vel cum clauſula,ex certa ſcientia. Et poteſt tollere dominium ex ſententia quæſitum:quod eſt de iure ciuili.Alex.in l.conſtitutio. digeſtorum.§.omnem.& eſt ſupra ius ciuile.c.propoſuit.de conceſſione præb. Vnde imperator poteſt tollere ius ciuile.Inno.in c.quę in eccleſiarum,de cõſtitu.& Pau.de Caſt.in conſ.cv.Et poteſt confirmare contractũ nullum ex defectu iuris poſitiui,quando de præiudicio alicuius non agitur.Paul.in d.conſi.Et poteſt delegare cauſam,quòd ſententiam ſic proferat.Bal. in c. i. ſi de inueſtitu.lis oriatur inter dominum,& vaſallum.ſicut papa poteſt.notatur in c. Rainontius.de teſtamen.Sed ſine cauſa imperator non poteſt auferre bona priuatorum, niſi ex cauſa publicæ vtilitatis, vt in allegata.l.item verberatum.§.i.ff.de rei vendicatio.& ibi Bar.& l.Lucius.ff.de euictioni.& Cardin.in clementi.ii.ver.cæterum.de re iudica.& plenius per Alexan.in i.conſtit. ffrum.

& in conſi.xciii.in iiii.parte.& in rubr.ff ſi certum pet. & in conſ. cxxxvi. in i. parte. Et ibi dicit, quando præſumatur cauſa iuſta.& Abb.in c. venerabilem.de electio.& Pau.in conſi.cv. & doct. in l.ſi.C.ſi contra ius,vel vtilitatem publicam.Pau.de Caſt.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.& in l.ſi hæredis ſeruus.de lega.i.Bal.& doct.in l.reſcripta.C.de preci.Imperatori offeren.& in i.conſtitu,Codicis.§.quibus.Ioan.And.in c.i.de ſumma trini.& fide catho.in vlt.nouella. Innoc.in c. quæ in eccleſiarum.de conſti.hoc intellige ſi ſit conſuetudo,quòd auferat ob neceſsitatem;quo caſu debet ſoluere precium;intellige in neceſsitate priuata.& ita loquitur tex.in l. venditor. §. ſi conſtat.ff commu.prædiorum.& vide ad hoc etiam tex.in l.ſi locus.§.i.ff.quemadmodum ſerui. amitta.Sed ex cauſa publicæ vtilitatis conſeruandæ tunc Imperator non tenetur ſoluere precium rei; quia propter publicam vtilitatem clericis poteſt imponi onus collectarum , quando publica vtilitas non poteſt conſeruari ſine ſubſidio clericorum:& ſic generales immunitates , & priuilegia non extenduntur ad caſum,in quo neceſsitas ſoluendi imminet gratia publicæ vtilitatis conſeruandæ ; quia tunc domus regia , nec ſacroſancta eccleſia liberatur. allego ad hoc bonum textum in l.i.c. vt nemini ab empti.ſpeci.lib. x.& etiam allego optimum text.in l. nullus. ii. in ordine. de cur. public. libr. xii.vbi Bart. dicit. Nota iſtam legem contra clericos, vt propter iſtam ſocietatem, quæ venit in comitatu depredando, currendo , & occidendo, vt poſsint clerici grauari ad datia, & collectas , vt contra dictas gentes reparetur. Et fauore publicæ vtilitatis multa conceduntur. Bar.in l.ſi alius.§.eſt autem.ff.quòd vi,aut clam. Et in l. ii. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Et ſic iſte punctus remanet expeditus.

Et ad propoſitum papa vbiq; habet plenam,liberam diſpoſitionem beneficiorum.Cardinalis in clem.i.de lite penden.Et in tantum pertinet,quòd poteſt quem priuare ſuo beneficio ſine cauſa.notatur in c.per principalem.ix.q.iii.& in c.i.x.diſt.& in c.omnis.xii.qõ.i.quia vocatus eſt in plenitudinem poteſtatis.vide Abb.in c.tranſlato.de conſtitutionibus. Imol.in c. ad ſupplicationem.de renuncia.Dominicus in c.in iſtis.iiii.diſt.& in c.i.x.diſt. & dicit Dominicus in c. ſi gratioſe. de reſcrip.lib.vi.in penul.col.ꝙ papa in titulis beneficialibus habet voluntatẽ pro ratione.

Et vt ad materiam noſtram redeamus, Imperator poteſt tollere ius alteri quæſitum. Paul. de Caſt.in conſi.cv.& conſi.ccxxx. Et Speculat.in tit.de lega.§.iiii.ver. ſed nunc quid legatus. intellige cum cauſa.Paul.de Caſtr.in conſil.clvi.Innoc.in c.nouit,de iudi.Et vide ibi Abb.in c. ſuggeſtum,de decimis. Et Paul. in conſi. ccxvi. Item Imperator poteſt concedere minori adminiſtrationem ſuorum bonorum , non alius inferior. Bar. in l. iii. de mino. Item Imperator debet iudicare ſecundum conſcientiam ſuam. Bar.in l. vna. C. vt quæ deſunt aduoca. Sed licet habeat dominium generale , non habet particulare. Bar. in extrauaganti, ad reprimendum.ver.totius orbis.Alex. in conſi.lxxvi.in ii.par.Abba.in c. venerabilem.Et Imperator ſolus poteſt mandare,ſic facias. Sed inferiores mandant iuſtitiam facias. Innocen. in c.ſignificantibus,de officio delegati. Et Bal. in c.i.ſi inter domi. & vaſſallum lis oriatur. Et an Imperatur poſsit tollere ius ſuccedendi,dic,quòd non.vide Pau.in conſi.cclxxxiiii. incipienti. in facto præſenti non intendo adulari. Sed quando Imperator incipit cognoſcere de cauſa, omnibus aliis iudicibus cenſetur impoſitum eſſe ſilentium.Innoc.in c.cum in.ferra.de conſti.Bal.in c.adhæc.de pace iura.firman.Et curia Imperatoris dicitur communis patria,in qua poteſt quilibet conuenire.glo.& doct.in c.fin. de foro competenti. Sed Imperator non poteſt permittere vſuras,vt in c. non licet.x.diſtinct. Et licet ſit ſolutus legibus,vt in l. princeps.ff.de legi.de æquitate debet viuere legibus. vt in l. digna vox. C.de legi.& in l.ex imperfecto.C.de teſtam.vbi dicitur; Nihil tamen tam proprium Imperii eſt,quàm legibus viuere. Et licet ſit ſolutus legibus,non tamen eſt ſolutus moribus, & ratione Bald.in l.ii.C.de ſeruituti.& in l.princeps.iam allegata.

Et vbi eſt Imperator,præſumitur eſſe multitudo nobilium,vt in l.omnium.& ibi Bar.C.de teſta.Sed debet recordari de his,quæ geſſit,vel conceſsit,vt in l.i.& ibi Bal.C.de euictio. Item imperator & papa poteſt priuilegiare contra iura;inferiores non:& etiam legitimare. Bal. in l.i.C. de iure aureorum annulo. intellige quoad temporalia per. c. per venerabilem. qui filii ſint legi. Bar.in auct.qui.mo.na.fi.legi.§.penult.Et poteſt reuocare priuilegium ſuum ſine cauſa,licet alteri ſit ius quæſitum.Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde liberi.vide Alex.conſi.ci.i.parte.niſi pro eo habuerit pecuniam.Bar.contrarium not.in l.titius.ff.de obſequiis à liberis. Cardi. in clem.i. de teſtibus.per l.ii.C.de officio præ.preto. Et excelſitudo imperatoris eſt in temporalibus;papæ vero in temporalibus,& in ſpiritualibus.Cardi.poſt gl.in clem.i.de iureiuran.

Non tenetur Imperator ſcire ſingulares conſuetudines ; ſed nec præſumitur eas ſcire. not. in c.i.de conſti. in vi.Bal. in auct. nauigia. C.de furtis. Et Bar. in l.præſcriptionem.C. ſi contra ius,vel vtili.publi. Et imperator poteſt præſcribere contra quemcunque, Bal.in l.ii. C. de ſerui. & aqua.Et ſimplici verbo ei creditur, vt in c.nobiliſsimus.xcvii.diſt. Et Paul. de Caſt. in conſi. xxxiii. Et creditur in facto proprio,& ſine die,& conſule. Bal. in l. ex his. vlti. colum. C.de teſta. militum. & Paul. in d.conſi.vide etiam Cardin.in clemen.ii.de re iudi.Et poteſt etiam teſtari,& teſtamentum reuocare.l. cum hæredes. Et ibi Bal.C. qui teſtamen. facere poſſunt. Et non poteſt

teſt diueſtire vaſſallum de feudo ſine culpa.glo.& ibi Bal.in cap.i.§. notandum.qui feudum dare poſ.Et in c.i.de naturali feudo:quod ego crederem eſſe verum,niſi feudum eſſet precarium. Et poteſt punire ſubditum de delicto vbicunque commiſſo,quia eſt dominus mundi.Bal.in l.fina. C.de eunuchis.Et poteſt confiſcare bona ſubditi etiam pro delicto commiſſo extra territorium Bal.in l.fina.C.de commerti.inerca.Et non poteſt inuadenti caſtrum alterius, confirmare inuaſionem in præiudicium domini caſtri.Bal.in.c.i.denaturali feu.& in l. auctoritatem. C. vnde vi. Sed bene poteſt abſoluere ſubditos Regis à fidelitate.vide glo.& Cardi.in cle.ii.de re iudic.Sed licet poſſit ſupplere defectum iuris poſitiui, non poteſt auferre defenſionem, & alia iura naturalia.Card.in clem.ii.§.Cæterum.de re iudic.& in clem.eadem dicit Cardin.quòd ſupplet omnem defectum ſolennitatis omiſſæ,ſi aliàs rite,& recte procedit.Et idem dicit in papa in ſuo foro per.c.i.de tranſactioni.& per.c.hoc quippe.iii. q. vii. Imperator etiam reſtituit ad famam; etiam in terris eccleſiæ.Bal.in margari.verbo.collegium.ver.i.per totum.Alexan.in l.infamẽ. de public. iudi. Et poteſt in qualibet eccleſia Alemaniæ facere recipi vnum canonicum.Spec. in tit.de præben.verſi.item nota,quòd Imperator.& ibi Bal.in additio.Et Imperator poteſt eſſe index in cauſa propria,& fiſci.l.proxime.& ibi Bart.ff. de his,qui in teſta.dele.Bar.in l.& hoc ita.§.libertus: de hæred.inſti.Bal.in l.cum antiquioribus.& in l.& eſt receptum.de iuriſdi.om.iudi. & ibi dicit Alex. idem eſſe in Rege Francorum. Sed omnes Reges tenentur ad tributum Imperatori,etiam pro capite ſuo,niſi probent ſe eſſe exemptos.glo.in c.Adrianus.lxiii.diſt.

Et vltimo nota,quòd Reges Hiſpaniæ non ſubſunt imperio, quia regnum ab hoſtium faucibus eruerunt.gl.in c.Adrianus.ii.in ordine.lxiii.diſt.Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.vbi dicit; in Hiſpania ſi in totum deficeret progenies reg. a; regnicolæ poſſent eligere Regem, de iure gentium.& vide Oldra.in conſi.lxix. Tamen Abbas in c.nouit.de iudici.dicit; quòd Rex Franciæ etiam non recognoſcit Imperatorem;Sed de facto,& omnes tenent.Et in c.per venerabilem; qui filii ſunt legitimi.& Spec.in tit.de appella.§.videndum tenet etiam, & Nicol.de Neapoli diſputauit late in tit.de patria poteſtate.inſti.vbi videbis,& vide Bar.in l.infamem.ff.de pub.iudi. licet Imperator ſit ſuperior, & dominus omnium prouinciarum,vt in c.Adrianus.lxiii.diſtin.& omnium nationum,item omnium Regum,vt in c.in apibus.vii.q.i.& c.futuram.xii.q.i.Paris de Puteo in tractatu de ſyndica. ſcribendo de exceſſibus Imperatoris dicit; Imperator excedit.xi. modis;ad quem me remitto.Et quia in electione Romani Pontificis excedebant,fuit ſublata poteſtas eligendi,vt in c.quia ſancta.§.verum.lxiii.diſt.

De Imperio, & de translatione Imperij ad Germanos. Cap. LVI.

Imperium de cœlo Deus conſtituit,vt difficilibus quæſtionibus, & negociis diſponat, & bonas deciſiones aptet,ſecundum naturæ veritatem. Ita Speculator in prooemio,verſi.cæterum. & vide Felyn.in c.nouit.de iudic.Et eſt notandum, ꝙ Imperium fuit translatum ad Germanos per papam Stephanum tertium ex cauſa,quia Imperator Græcorum, ſeu Conſtantinopolitanus noluit defendere eccleſiam Romanam tunc oppreſſam ab Aſtulpho Rege Longobardorum.ita Abb.in cap. per venerabilem.de electio.vbi dicit,quòd papa priuauit dictum imperatorem Græcorum,& imperium tranſtulit in Germanos dando poteſtatem ſeptem principibus Alemaniæ,quorum tres ſunt prælati,cæteri vero laici:quos notat gloſſ.in c. ad Apoſtolicæ,de re iudic.li.vi.& iſti nunc appellãtur electores imperii. Et vnus eſt Archiepiſcopus Maguntinus.Alius Colonieñ.Alius Treuereñ.Et quattuor laici.Vnus eſt comes Palatinus.Alius dux Saxonię.Alius Marchio Brandeburgeñ.& Rex Bohemiæ,olim dux.Et ibi Dominicus dicit,quòd electio imperatoris ſpectat ad electores de iure,& conſuetudine antiqua.allegat tex.in c. venerabilem.de electione.item eſt notandum,quòd ſi electores imperii ſunt negligentes in eligendo imperatorem: Papa eos debet monere,vt infra certum terminum eligerẽt.& tunc eis non eligentibus ad Papam deuolueretur electio.doct.in d.c.per venerabilẽ.Et notat in c.cum eccleſia,de electione.Et quattuor exiguntur in actu imperatoris. primum eſt perſonæ approbatio. Secundum inunctio.Tertium conſecratio.Quartum imperii coronatio. Et primo eligitur in Regem Romanorum. Secundo electio cum decreto præſentatur papæ. Tertio examinata electione,& perſona approbata in Regem aſſumitur. Quarto promouendum in imperatorem pronunciatur.Hæc omnia approbantur ſecundum Ioan.de ımo.ex tex.in clem.Romani principes. de iureiurando.& ibi dicitur, quòd imperator tria recipit ab eccleſia.ſ.vnctionem,conſecrationẽ,& diadema imperii.glo. quærit in d.clemen.quotuplici corona coronetur imperator; & reſpondit,quòd triplici. Prima eſt ferrea;ſecunda argentea; tertia de auro puro. Primam recipit ab Archiepiſcopo Colonieñ.& in Aquiſgrano eiuſdem diœceſis. Et quia ferrea eſt, & ferrum ſignificat fortitudinem, deſignat dicta corona,quòd debet eſſe fortis conculcando rebelles, & infideles. Secundam recipit ab Archiepiſcopo Mediolaneñ. in ciuitate Modicineñ. Et dicta corona eſt argentea, quæ ſignificat munditiam, & claritatem; quia ita debet eſſe, qui præeſt imperio mundus à vitiis,& clarus vir-

tutihus. Tertiam recipit in eccleſia ſancti Petri à papa,ad altare ſancti Mauritii : quia autem au-
rum eſt omnibus metallis precioſius,& excelentius, dicta corona eſt anrea, & deſignat Imperato
rem debere eſſe in potentia,& iuſtitia excellentiorem aliis Regihus, & principibus , & debet eſſe
catbolicus.Et corona Imperii datur in ſignum Victoriæ,& magni muneris temporalis. Et inter
dum eſt ſignum regni ſpiritualis. Sed aliqui dicunt,quòd prima eſt argentea, ſecunda ferrea; &
ſic hodie ſeruatur.de hoc vide Cardin.in d.clemen.verſic.vlti. Et ita fuit obſeruatum in corona-
tione noſtri inuictiſſimi Imperatoris.Et eſt notandum,quòd in perſona Caroli fuit facta tranſ-
latio Imperii à Græcis in Germanos.Anno domini.DCCL.ſecundum Cardin.in clemen.i. de iure-
iurando.ſed Bertochinns in parte. Imperium dicit,quòd fuit anno domini.DCCLXIIII.quo tempo
re fuit Stephanus papa tertius,qui imperium Carolo inſulauit: ſed diadema recepit anno domi-
ni.DCCCIIII.qno tempore fuit Leo papa tertius à Romanis captus, & excecatus , & incarceratus;
qui cum Dei miraculo ſanus euaſiſſet, ad Carolum Magnum perrexit. Ab eo honorifice ſuſce-
ptus papa Carolum ſecum Romam duxit,cuius prçſidio ſuos inimicos puniuit,& Carolo diade
ma imperii conceſſit; in quem prius Stephanus tertius imperium tranſtulit ; poſtquàm in Fran-
cia annos quatuor , & triginta regnaſſet ; ex Pipino patre , & Berta matre natus imperauit annis
qnattuordecim,Aquiſgrani ohiit,& ſepultus eſt.Item Imperator vngitur ſacro oleo,vt in c.vno.
de ſacra vnctione;& per Cardinalem Hoſtienſem,qui ſuper hoc eſt priuilegiatus, vt notat Hoſt.
in d.c.venerahilem. Sed Card.in dicta clementi.i.ver. nos itaque, dicit, quòd papa ſuis manihus
conſecrat Imperatorem, & inungit;& ei coronam imponit: quod intelligitur, ſi eſt præſens Ro-
mæ, aliàs hoc fit per manns legatorum papæ. Et papa recipit Imperatorem in ſpecialem filium,
vt notat in c.l.de verbo.ſignifi.& dicit Cardina.in dicta clemen.in §.cæterum, quòd proceditur
hoc ordine in promotione Imperatoris. Primo eligitur in Regem Romanorum, deinde electio
cum decreto papæ præſentatur.de cuius ſuhſtantia vide ad hoc.lxi.diſt.c.epiſcopus . Et formam
decreti ponit Spec.de electio.§.i.ver.celehrata igitur.vide etiam Card.in d.clem.ver.itaque. Ter
tio examinatione canonice per papam facta , & perſona approhata in Regem à papa ſumitur.
Quarto promouendus in Imperatorem pronunciatur . Quinto inungitur. Sexto conſecratur.
Septimo Imperator coronatur.ita Cardina.in dicta clemen.in §.cæterum.in principio. Et Impe
rator iurat ſeruare fidem catholicam ; & dehet aſtringi iuramento de hæreticis perſeqnendis , vt
in auct.ſtatuimus.de epiſco.audien.& c.ad aholendam. de hæreticis.Et eſt notandum , ꝙ quan-
do Imperator conſecratur,non ſuſcipit ordinem,vt aliqui intelligunt. de hoc vide in c. Valenti-
nianus.lxiii.diſt.& ff. de rerum diuiſio. l. ſacra. Et ideo conſecratio quo ad hoc ſumitur impro-
prie.Et de ſupradictis nota Imperatorem fore papæ ſnhiectum,tanquam ſuſcipientem ab illo di-
gnitatem. Et eſt notandum , quòd Imperator iurando tangit ſacra , & ſic corporaliter iurare de-
bet;& iurabit,vltra ſuperins iam dicta, quòd dehet eſſe defenſor eccleſiæ. Snlent docto. mouere
quæſtionem an Rex Romanorum antequàm ſit coronatus in Imperatorem poſſit adminiſtra-
re,& dic,quòd ſic poteſt adminiſtrare,prout arguit gloſſ.in dicta clemen.in verſ.porro,in verbo,
Reges.Ex quo habes vnum admirabile,quòd duo miniſtrant,tanquam Reges Romanorum. &
vide Cardi.in clem.i.de iureiuran.vbi ipſe dicit,quòd poteſt adminiſtrare.vide etiam Io.de Imo.
in d.clem. vbi ipſe affirmat prædictam opinionem,& allegat multa inra. Ahh.in c.venerabilem.
de electio.quærit,nunquid electus in Imperatorem poſſit illico adminiſtrare,antequam corone
tur,& approbetur;& dicit; Olim erant variæ opiniones , ſed hodie receptum eſt conſuetudine,
vt ſtatim adminiſtret: & ſi plures ſunt electi in diſcordia, quilihet adminiſtrat ; ſed validitas ge-
ſtorum dependet à futuro euentu.& Spec.in tit.de reſcripti præſentatione.§. ix. ver. item quod
obtentum eſt ab Imperatore nondum coronato;tenet,quòd Imperator etiam ante confirmatio-
nem aliquam,ex ſola principum electione,verus eſt Imperator,& poteſt adminiſtrare.Et ihi di-
cit,quòd valet donatio facta per Rodulphum Regem Alemaniæ nondum coronatum,quæ dona
tio fuit facta eccleſiæ Romanæ de ciuitate Bononiæ , & eius diſtrictu , ac de tota Romandiola.
Bar.etiam in extrauaganti ad reprimendum in v.col.dicit;Nota diligenter,quòd Imperator an-
te coronationem habetur generalis dominus;ſi enim eſſet priuata perſona,cum facientes non in
ciderent in l.maieſta. Et ſic poteſt adminiſtrare,& dare priuilegia. Et ſic ceſſat diſputatio Iacobi
de Aretio,quam ponit Cinus in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcrip.poteſt etiam facere con-
ceſſiones,vt patet ex literis domini Caroli Imperatoris communi Peruſii. Et eriam Carolus no-
ſter quintus Romanorum imperator condidit conſtitutionem, & nouam legem ante coronatio
nem parcendo illis, qui contra eum commiſerant rebellionem ; & in promulgatione dictæ legis
clementia ſua manifeſta fuit.Bald.etiam in titulo de pace Conſtan.§.hoc ꝙ nos, dicit, quòd im-
perator ante coronationem poteſt concedere priuilegia. Sed omnimodo vide Philipp. Corne.in
iii.volum.in i.conſilio. vbi dicit,ꝙ legitimatio imperatoris nondum coronati valet;& etiam po-
teſt concedere reſcripta, reprobando Salice. Et dicit iſtam eſſe communem opinionem legiſtarũ,
allegat etiam plura fundamenta, & dicit;item pondero , ꝙ illa omnimoda poteſtas in Cæſarem
primum imperatorem.exutit translata,vt in aucten.vt præponatur nomen imperatoris , in prin.
colla.

colla.v.vbi probatur, quod Cæſar fuit primus imperator, & Octauianus Auguſtus fuit ſecundus; à quibus omnes poſteri imperatores denominati fuerunt, vt probatur in prœmio. ff.rum, ſuper rubro, & in proœ.C.ſuper rubro.

Et de iſto Octauiano loquitur illud Euangelicum, Exiuit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Et eſt notorium, quòd Cæſar coronam nunquam aſſumpſit, & habebat omnimodam iuriſdictionem. Et Chriſtus, qui approbauit Imperium per illa verba dum dixit; quæ ſunt Cæſaris, reddite Cæſari. nec coronauit Tiberium, tunc tertium Imperatorem, ſed ſibi conceſſit Imperium ſub nomine Cæſaris, qui nunquam extitit coronatus. Et licet papa (vt iam dictum eſt) approbauit poteſtatem Imperialem, non reperitur legibus antiquis, quòd Imperator coronetur à papa. Et apparet; quòd Imperator Conſtantinopolitanus erat Imperator vniuerſalis tam Romanorum, quàm aliarum prouinciarum. Sed non veniebat Romam pro corona, ſed ad ſui beneplacitum aſſumebat. Cum hoc tamen ſemper poteſtas confirmandi fuit apud Dominum papam, qui eſt vicarius filii Dei: verumtamen quoniam Imperatores illi priores infideles fuerunt, id non cognoſcebant. Primi vero illi Chriſtiani poſt Conſtantinum paulatim eruditi ſunt, vt denique cognoſcerent fontem authoritatis ſuæ Deum, per manum ſummi Pontificis, cuius Imperator eſt ouis, ſicut alii Reges, & omnes Chriſtiani populi ſunt oues paſcuæ eius. Et ita denique Pontifices exercere cœperunt antiquam conſtituendi & coronandi Imperatoris facultatem. De aliis me remitto ad dictum Philippum Corne. in d.conſilio. in iiii.col. Et Iuſtinianus in l.bene à Zenone, condidit illam legem, quæ ſui natura nulla negocia præterita terminabat, niſi quatenus legiſlator volebat ad præterita ſpecialiter trahi: voluit, quòd ad præterita vſque ad inſulas ſuſceptas traheretur, prout expreſſit ita ſtandum. Nam etſi ad præterita per annum, vel biennium, idem dicendum fuiſſet; quod enim ad præterita traheretur, nulla ratio arctabar, quòd traheretur ad alienationes ipſius legis conditoris, & alienationes ſucceſſorum, quàm ad alienationes prædeceſſorum principum. Et tamen non trahitur ibi niſi ad alienationes factas, poſtquàm ipſe legiſlator ſuſcepit inſulas, vt eſt ibi expreſſum in fine litteræ. Vnde patet, quòd nõ ad omnia præterita trahitur, ſed quatenus placuit legiſlatori: nec enim vrgentem rationem habemus, quare voluit ad præterita trahi, nec quare illud præteritum tempus limitauit, ſed ſuccedit illud quod habetur in l.quod principi placuit. & in l.non omnium. ff.de legi. Et vide de hoc etiam prædictum Philip. Corne. egregie loquentem in i.volum. in conſi.clxxviii. Et ſic noſtra quæſtio remanet expedita.

Item imperator debet coronare omnes Reges, vt eſt glo.ſingularis in c.in apibus.vii.q.i. Et poteſt imperator eligi de omni natione. Abb.poſt Card.in clem. venerabilem. de electio. Et debet eſſe liberalis, & gratioſus, & non auarus. Bal.in l.& in legatis.in fine. C.ad l.ſalcidi. & in l.vna. §. fin.C.de cadu.tollen. Et in aliquibus poteſt corrigi per papam. Innoc.in c.i. de officio ordinarii. Abb.poſt glo.in c.venerabilem.de electio.& vide text.in c.ad Apoſtolicæ.de re iudic. Item imperator non appellat aliquem dominum. Bald.in l.ſecundum.C.de contrahen. & commi. ſtipu. Et non poteſt imperator concedere priuilegium omnimode exemptionis, quia videntur deſtruere imperium. Abbas in c.cum non liceat, de præſcrip. Sed poteſt concedere gratiam de plenitudine plenæ poteſtatis, ex cauſa, quæ præſumitur ex clauſula, ex certa ſcientia. Abb.in c.olim de re iudic. Sed imperator non ſolum poteſt delegare cauſas ciuiles, ſed etiam criminales. ita Innoc. in c. in Archiepiſcopatu.de raptori.& poteſt tollere ſolennitates iuris. Speculato.in tit.de lega. §. iiii. verſi.ſed nunquid legatus. Sed tenetur ſeruare conuentiones, & pacta, & contractus. Cin. & Bar. in l.digna vox. ff.de legi. Sed non arctatur ad ferias. Specula.in titu.de feri.§.i.verſic.eſt autem. Et imperium, & papatus ſimul eſſe poſſunt, quia vnum ſubordinatur ad alterum. Card.in clemen.i. §.fina.in fi.de iureiurando. Et eſt notandum, quòd vacante imperio iuriſdictio eius competit papæ etiam in temporalibus, vt in c.licet ex ſuſcepto, de foro competenti. Cardin. in clemen.ii.§.fi. de re iudicata. hoc eſt verum in papa, non autem in legato eius. Cardina. vbi ſupra. Et quomodo hoc intelligatur, vide ſupra in iſto Speculo. Et quibus modis imperator caſſetur, vel deponatur; vide Hoſt.in c.mihi, de iureiurando. Et notat.in c.ad Apoſtolicæ, de re iudicata. vide text. in cap. alius.xv.q.vi.& vide gloſſ.in c.ſi papa.xl.diſtinct.& vide ſupra in c.xvi. Et ſic ad honorem Dei remanent expeditæ materiæ præſentis ſpeculi noſtri. Et ſi electores ſunt negligentes, vel diſcordant, electio imperatoris deuoluitur ad papam. Et multa de imperatore videbis in tractatu de imperatore Caſtaldi Peruſini, qui multa ſcripſit licet confuſe, & inordinate. & de exceſſibus imperatorum videbis Paridem de Puteo in tractatu de ſyndicatu. Et an imperator habeat poteſtatem ſuam à Deo immediate, an mediante ſummo Pontifice, vide Michaelem in ſuo tractatu de regimine mundi, in ſecunda quæſtione principali, in decimo volumine tractatuum, folio. 210. & vide in capitulo xvi.

De Catholicis, & religioſis ritibus, qui in religione Chriſtiana verſantur. Cap. LVII.

Anto-

ANtonius Archiepiſcopus Florentinus in ſua ſumma in tertia parte, tit.xvi.c.i.& ii.colligit triplex eſſe monachorum genus, qui ſe Chriſtum ſequi dicunt.

Primi ſunt ſerobitæ in libertatis ſpiritu diſcurrentes,& degentes, qui in Calcedonenſi concilio reprobati fuerunt, vt c.quidam monachi.xvi.q.i.& c. qui vere.vbi dicitur; Monachi, qui ſunt in ciuitatibus epiſcopo debent eſſe ſubiecti.

Secundi dicti fuerunt Anachoritæ heremitici, ac ſolitarii victus aſſertores, exordium ducentes ab Helia Thesbite propheta, de quo iii.Regum.xvii.vel vt aliis placet, à Ioanne baptiſta, qui primus a Chriſto nato fuit heremi cultor ab vnguiculis, à quo puto Paulum heremitam imitationem vitæ hauſiſſe, quem Anachoriticæ ſanctimoniæ autorem omnes profitentur. de quibus traditur.xvi.q.i.c.qui vere.& ſubſunt epiſcopis.xciii.diſtin. c. nulla ratione. & gaudent clericorum priuilegio; poſſuntque ad monachorum vocari prælaturam.de elect. c. cum monaſterium. vnde poteſt heremita facere teſtamentum.xix.q.iii.§. ſed alius eſt. de hac vita Anachoritica participant Carthuſiani,& Camaldulenſes.

Tertii vero ſunt vocati Cenobitæ, quaſi in vnum conuenientes, viuenteſque in congregatione:& videntur exorti ab Heliſeo, qui cuneum conſtituit prophetarum.iiii.Regum.vi. Renouati autem fuerunt à Chriſto in diſcipulis. Matth v. Verum poſt Chriſtum primus in Orientali plaga Cenobitarum gregatim agens fuit Baſilius magnus; Benedictus vero in Occidentali eccleſia.

Sed quemadmodum orbis eſt quadrifidus, quatuor item Euangeliſtæ, & quatuor doctorum eccleſiæ vertices, quatuor item flumina è Paradiſo terreſtri ſcaturiẽtia ita religioſorum quatuor ſunt regulæ principales, ad quarum præſcriptum omnes aliæ ſunt appendices, præter Carthuſianam, quæ nullam ex quatuor agnoſcit, ſed habet proprias formulas, & eſt ab eccleſia approbatiſſima. Sunt autem hæ.iiii.ſcilicet Baſilii, Benedicti, Auguſtini, atque Dominici, & Franciſci Aſſiliatis. Quatuor ordines mendicantes ſunt. Prima ſancti Dominici; Secunda ſancti Franciſci; Tertia ſancti Auguſtini; Quarta Carmelitarum.

Ordo igitur Baſilii, cuius ipſe caput, fuit primus, ſub quo militant monachi Græcæ,& Orientalis eccleſiæ,& aliquando Carmelitæ vſque ad Albertum patriarcham Hieroſolymitanum, qui traditiones eorum ſub Honorio.iiii.immutauit, anno M.cclxxxvi. Veruntamen Honorius, quià Sulano illos excepit eiectos, ordinem comprobans interpollauit, dicauitque nomini virginis Mariæ, ſed ita vt pallium in album commutarent. dicti Carmelitæ à carmelo monte, habitatione Heliæ.& Heliſei nobili, quem primum incoluiſſe ferunt.

Ordo Benedictinorum fuit ſecundus ab autore diuo Benedicto Nurſino, monaſterii montis Caſini regulatore,& abbate, anno ſalutis.ccccccxxiiii.ſub Bonifacio primo tempore, quo Iuſtinianus Imperator Romanorum leges in epitoma poſuit. Sub hac regula militant innumeri monachi,& maxime nigri, de quibus in c.i.in princi.& ibi Io.And.in clem.de ſta.mo.qui aliquando laxati vitæ auſteritatem, iterum receperunt in congregationem.ſ. Iuſtitiæ cum exemptionibus, & conſtitutionibus per Eugenium.iiii.confirmatis.

Cluniacenſes habent ſuum autorem Bernonem Gallum anno Dcccccxii.ſub Conradu primo Impera.& Anaſtaſio.iii.ſedente.

Grandimontenſes emerſere anno Mlxxvi.ſub Gregorio vii.Pontifice,& Henrico.iiii. Henrici filio Imperatore; inſtituti per Stephanum Auernum apud Gallos in monte Mureto.

Cartuſienſes prodiere anno Mlxxxvi.ſub victore.iii.Ponti.& Henrico,iiii. Imperat. quos formauit Bruno Colonien.canonicus aliquando apud Carnotum.

Ciſtercienſes ex quodam Ardingo Anglico pronenere, monacho cœnobii Moliſmenſis anno Mxcvii.xi.anno Pontifi. Vrbani.ii.qui miris ſunt donati priuilegiis,& quorum decus fuit.d. Bernardus Abbas claraualium.

Premonſtratenſes in Lingonen. dioceſi Norbertum Lotaringum autorem conſtituunt anno Mcxx.ſub Caliſto.ii.Pontifi.& Henrico.v.Imperatore, qui nonnihil mutuati ſunt ex regula diui Auguſtini.

Camaldulenſes initiant per Rommaldum Rauennatem in apennino ſub Benedicto. ix. papa. & Conrado.ii.Impera.anno.Mxxxiii.

Monachi vallis vmbroſæ, ſuum autorem profitentur Ioannem Gualbertum Florentinum anno. Mlxx.ſub Alexandro.ii. quos poſtea Greg.vii.probauit.inſtituti in radicibus Appennini.

Celeſtini inſtituuntur per Petrum de Murrone, aliquando papam cœleſtinum.v. qui ſe papatu abdicauit,& religionem inſtituit anno.Mccxcv. Bonifacio.viii.ſibi ſuccedente.

Duniacenſes prodeunt ſub Anaſtaſio.iii. in Maſticenſi Burgundiæ pago anno.Dcccccxv. nonnulli dicunt à Gulielmo Aquitaniæ duce fuiſſe inchoatos circa tempora Hadriani.iii.ſunt qui putent hos eſſe Chuniacenſes.

Ordo humiliatorum octauus eſt in Germania temporibus Clementis.iii.Pont. ex eo vt arbitror nomen ducens, quòd ad Friderichi.i.Imper. pedes induſiis albis veſtiti de poſtliminio agentes proſtrati iacuiſſent. Sunt qui dicant Mediolanenſes fuiſſe ab Henrico.iii. Impe. exilio multatos;

tos, & ab Innocentio.iii.probatos; qui ſemimonachos agunt, & hi creduntur, qui & Silueſtrini, ſeu ordo montis ſani.

Sunt in Benedicti familia per multi alii ordines, veluti fontis Ebrandi, valliſcaulium, &c. Et hi omnes diuerſo amiciuntur indumento, differuntque in traditionibus, & ſtatutis, ſuntq; omnes exempti, præter Silueſtrinos.

Succeſſit tertius ordo ſcilicet.d.Auguſtini Afri euangelicæ veritatis ſummi illuſtratoris, qui renouauit canonicorum ordinem inſtitutum prius ab Apoſtolis in monte Syon, circa annum. ccccxxx.amictum linea tunica. Auguſtini normam multi alii ordines ſubiere, maxime mendicantes præter minores, & hi ſunt.

Dominicani, ſeu prædicatores, qui primum mendicantium locum obtinent a. b. Dominico Calagnritano profeſſionem faciunt, quos Honorius.iii.confirmauit Pontifi.ſui.i.anno, & humanæ ſalutis.MCCXVI. Impera. Friedericho.ii.quorum ordo eſt trimembris, & deo dicatas virgines recipit, quas veſtitas de pœnitentia vocant. qui ordo quam eximius ſit ſcientia, omniumque virtutum copia in eccleſia Dei, eſt adeo omnibus clarum, vt teſtimonio noſtro non egeat.

Heremitani, quos vulgus Auguſtinianos vocitat, tertium inter mendicantes locum ſunt nacti, qui à primordio ex pluribus ordinibus ſimul coacti ſub Auguſtini obſeruatione ſunt cum baculo, & zona pellicea ab Alexand.iiii. probati. Sunt qui huic vitæ generi tribuant initia Gulielmo cuidam Aquitaniæ duci anno. MCLVIII. & vocantur Guliermitæ. Alii dicunt hunc ordinem aliquando collapſum, iterum inſtauratum fuiſſe ſub Innocentio.iii.Ponti.& Ottone. iiii. Impe. ad annum.d. MCCXIIII. hoc tamen pro confeſſo habetur, hunc ordinem Pariſiis aliquando repudiatum fuiſſe ab Honorio.iiii.probatum.

Ordo ſeruorum.b.Mariæ ortum habuit à quodam Philippo Tuſco Florentino ſub Martino iiii. an. MCCLXXXV. quem ſub Auguſtini ordine poſtea Benedictus.xi. & Vrbanus. vi. probauere, ſacculum geſtat, & mendicat, habetque ſuam tripartitam regulam, etiam vt muliebrem ſexum admittat.

Brigidani ſunt inſtituti à b. Brigida ſuetia tempore Vrbani.v.Pontificatus ſui anno.v.& reparatæ mortalitatis. MCCCLXVI.

Ieſuati Senis oriuntur ſub Vrbano.v.anno. MCCCLXV.à Ioanne Columbino autore. teguntur albo colore, & ſcortea zona, ſed pallio camuſino, nudis pedibus, cum ſocculo ligneo, Apoſtolici ab initio clerici nuncupati.

Canonici regulares.S.Georgii Venetiis vitæ inſtitutum ſunt aggreſſi ſub Gregorio.xii.quorum princeps fuit Laurentius Iuſtinianus.

Montoliuetenſes prodiere anno. MCCCCVII. ſub ſchiſmate trium Pontificum; & eorum caput fuit Bernardus Ptolomeus apud Senas, quorum ordo Gregorius.xiii.probauit.

Hieronymitani autorem habuerunt Redonem montiſgranelli comitem apud Feſulas, Gregorio.xiii.probante, & interpollati per Eugenium.iiii.

Congregatio Heremiticæ pietatis parum habitu diſtans à Hieronymitanis auſpicatur p quendam Petrum Piſanum Hetruſcum, ſub Gregorio. xi. & geſtat ex capulari amictu laciniam pendentem, atque in humeros reiectam. Aliqui hos vocant Heremitas. S. Honophrii conſtituti apud Vrbinum.

Cruciferi conſtituuntur ſub Cleto.iii. à Petro Pontifice per cœleſtem nuntium, & illuſtrantur per Cyriacum Hieroſolymitanum antiſtitem, & approbatur per Innocentium.iii. & iterum iiii.& induunt tunicam ceruleam Pontificatu Pii.ii.

Scopetitii.S.Seruatoris Stephanum Bononienſem profitentur inuentorem anno.MCCCCX.ſub Gregorio.xii.

Antoniani ab autore ſuo Antonio Aegyptiaco ducunt originem apud Thebaidam ſub. S. Silueſtro, & Conſtantino circa annum.cccxx.habet pro inſignio ſignum Tau.

Ordo trinitatis ſub Innocentio. iii. incepit Ioanne Marenſe, & Felice Anachorita autoribus. pallio amiciuntur candido, cerulea, & rubenti cruci inſignito, quos Innocentius vocari iuſſit, de redemptione captiuorum.

Sunt alii multi religioſorum ordines ſub.S.Auguſtini regula, quorũ origines, & autores cum hæc curſim ſcriberemus, erant nobis incognitæ, vt ſunt ſeruitarum, ſerueriorum b. Ioannis Hieroſolymitani, Cruciferrorum cum ſtella, fratrum.ſ.petri confeſ. de Magella, fratrum dominici ſepulcbri, fratrum valliſchollarium, Victorianorum, fratrum.S.Gilberti de Sempingam, fratrum S. Pauli heremitę, fratrum de pœnitentia, coronatorum, hoſpitaliorum, & aliorum per multorum. Et hi omnes differunt inter ſe veſte, & vitæ præceptis.

Reſtat quarta primæ diuiſionis regula, quæ eſt b.Franciſci Aſſiſinatis, cuius ordo Seraphicus, tanquam ſidus in terris illuxit ſub Innocentio.iii. Pontificatus ſui.viii.anno, & ſalutis humanæ. MCCVI. Sed quia poſt ordinem dominicorum fuit confirmatus, ideo ſecundum tenet mendicantium locum, & euangelicam profitentur normam; ex cuius gremio velut ex equo Troiano, innumeri

meri veræ fidei pugiles prodiere,ſigniferum Ieſu Chriſti ad ſtigmata ſequentes.Ordo hic eſt trifidus,vt alii mendicantium,nempe minorum,pauperum,& pœnitentium ; & in duplici differentia deo dicatas habet Virgines.de quo in cle.cum ex eo.de ſen.excom.in clem.i.de reli. do. in extraua.exiui.Barth.Soci.in conſi.ccxlv.incip.omisſis multis,&c.

Ordo minimorum eſt recens inſtitutus à beato Franciſco de Paula Brutio. d. S. Franciſci decreta,& humilitatem emulatus.

Mulieres item religioſas pauci ſunt ordines, qui non recipiant, & in eorum obſeruationibus alant.Canoniſſæ b.Auguſtini diuam habent Monicam.Moniales.S.Benedicti d.habent ſcholaſticam Benedicti ſororem. Sorores b.Dominici gaudent d.Clara,& Catherina Senenſi.Sorores.d. Franciſci d.Claram Asſiſinatem agnoſcunt.& ſic de reliquis. Inter quas aliæ mitiorem habent regulam,aliæ vero ſtrictiorem. Sunt tamen Canoniſſæ aliquæ nullam profitentes regulam,quæ reprobantur per.c.pernitioſam,xviii.q.ii.Sunt etiam Beguardi,& Beguinæ indutæ cuculla ſine regula,& obediẽtia.quas damnat cle.ad noſtram,de hære.Sunt & aliæ bene receptæ, vt pœnitentes b. Magdalenæ.b.Hieronymi.b. Damiani,incluſæ, Muratæ, &c. qualiter autem viſitari debeant religioſæ,& moniales traditur in cle.attendentes.de ſta.monach.

Sunt item & ordines militares ab eccleſia comprobati ; & ſunt milites.S. Ioannis Hieroſolymitani,Milites ſanctæ Mariæ Teutonicorum,Milites.S.Iacobi de ſpata,Milites Ieſu Chriſti,Milites Calatrauæ,Milites.b.Mariæ de munteſia;Milites Alcantaræ,Milites de Redemptione, Milites.S.Georgii,Milites.S.Lazari,Milites.S.Sepulchri,Milites.S.Thomæ;Templariorum,& fraterculorum militia eſt abrogata. Et hæc ſunt,quæ dum prelia currerent,pauca potui quàm breuisſime ſeligere,maxime ex diuo Hieronymo,Euſebio,Palmerio,Vincentio,Antonino, Platina,Ioanne Andreæ,Sabellico,& Volaterino,quod bene vertant omnes,oro,potisſimum qui de Chriſtiana religione ſincere ſentiunt.

An doctoribus eccleſiæ, ſiue ipſi eccleſiæ ſit magis credendum, quàm canonicæ ſcripturæ. Cap. LVIII.

AN doctoribus eccleſiæ,ſiue ipſi eccleſiæ ſit magis credendum,quàm canonicæ ſcripturæ? Prima facie videtur,quòd ſic; & primo. Scriptura canonica, vt puta in euangelio contenta,videtur accipere authoritatem ab eccleſia,ergo videtur,quòd eccleſiæ ſit magis credendum:dicit Auguſti.contra epiſtolam fundamenti, Ego euangelio non crederem, niſi me eccleſiæ catholicæ commoueret authoritas. Secundo ſic.dicit Auguſti. primo de trinitate, quòd per ſcientiam gignitur in nobis fides,nutritur,defenditur,& roboratur; ſed ea, per quæ fides gignitur,nutritur,defenditur,& roboratur,videntur eſſe altioris authoritatis; ergo ſcientiæ, ſiue doctrinæ ſanctorum doctorum.per quas fides nutriri dicitur, magis credendum eſt. Item fides eſt ex auditu,vt habetur ad Rom.x.ergo fides pendet ex prædicatione,& doctrina doctorum,& prædicantium.igitur,&c.In oppoſitum eſt tex.in c.noli.ix. diſt. Vbi litera Auguſti.dicit ; Noli meis literis,quaſi canonicis ſcripturis,deſeruire,ſed in illis,& quæ non credebas,cum inueneris,incunctanter crede;in iſtis autem quod certum non habebas,niſi certum intellexeris; noli firmum tenere. Sed reſpondendo ad tex.in d.c.noli;dico, quòd ſcriptura ſacra, quæ in præſenti loco dicitur canonica, eſt multo maioris authoritatis,quàm doctrina quorumcunq; ſanctorum;& ita magis credendum eſt canonicæ ſcripturæ,quàm doctrinæ quorumcunq; doctorum. quod ex multiplici capite oſtendimus:primo ſic. Illi doctrinæ eſt magis credendum, quæ eſt maioris authoritatis; Sed ſcriptura canonica eſt maioris authoritatis,igitur,&c.Et tex. in d.c.noli ; dicit, quòd his,quæ in canonicis ſcripturis continentur,immediate eſt credendum, cum ſciuntur in ea contineri; hoc autem non habent ſcripturæ aliorum doctorum,ſed opus eſt,vt examinentur, ſi ſunt vera. Item regulæ eſt præferendum magis, quàm regulatis,& ſcriptura ſacra eſt lumen, & regula,ad quam,& ſecundum quam omnes doctrinæ doctorum eccleſiæ veniunt dirigendæ,& examinandæ ſecundum illud pſal Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis; ergo ſacra ſcriptura eſt anteferenda omnibus doctrinis quorumcunq;. Item propter quod vnumquodque tale,& illud magis,vt in aucten.multo magis.C.de ſacroſan.eccle.ſed nulli doctori creditur, niſi quatenus dictum eorum,aut ſcripturæ ſanctæ,aut eccleſiæ authoritas, aut manifeſta ratio roborat,dicit enim Hieronymus;ſuſpecta debet haberi omnis veritas,quam non confirmat ſacræ ſcripturæ authoritas. Senſus tamen dubius ſacræ ſcripturæ,eiusq́ue interpretatio, ſemper apud eccleſiam,vel etiam ſolum ſummum Pontificem ſeruata eſt,vt ait Aug.lib.primo de moribus eccleſiæ,c.i.vide in c.cum Marthæ,de cele.miſſ.& xxiiii.q.i.c.quoties.Ad rationes. Ad primam dicendum,quòd eccleſiam dare authoritatem euangelio,ſiue ſacræ ſcripturæ,poteſt intelligi dupliciter; vno modo ſic, quòd ſcriptura habeat authoritatem ab eccleſia, & ſic non eſt verum, quia authoritatem habet à deo immediate,à quo edita eſt. Alio modo poteſt intelligi, eccleſiam dare

authoritatem ſacræ ſcripturæ declaratiue, quia videlicet declarat fidelibus hanc eſſe ſcripturam ſacram; & ſic poteſt dici, eccleſiam dare ſcripturæ ſacræ authoritatem declaratiue, diffiniendo hos libros pertinere ad ſacram ſcripturam, ſcilicet quatuor euangelia, & non euangelia Nazareorum, vel Nicodemi; ſicut ſi aliquis ignoret, vtrum iſte lapis ſit ſaphirus, non propter hoc diceretur ſibi dare virtutem, quam habet ſaphirus: ita recte, licet declaret eccleſia, quòd iſti libri ſint de canone, non tam propter hoc ſequitur, quòd iſti habent authoritatẽ ab eccleſia. & ideo quod Auguſtinus dicit, non crederem euangelio, vt dixi, &c. ſane eſt intelligendum, quòd in veritate eccleſia ſequitur euangelium, non euangelium eccleſiam: vnde potior eſt authoritas euangelii, quàm eccleſiæ, per ſe, & directe: ſcilicet cum ſcitur dictum in euangelio contineri, ſed diſtinguere vel eligere verum euangelium à non vero, hoc eccleſia facit à ſpiritu ſancto edocta. & quàm ad hanc euangelii ſinceram electionem loquitur Auguſtinus. Non ergo dicit illud Auguſt. eo quod euangelium pertineret ad ſacram ſcripturam, vel non, niſi eccleſia inſtinctu ſpiritusſancti hoc declaraſſet. Sed diſcretio veri euangelii à non vero pertinet ad eccleſiam: Nam licuit aliquando recedere, & non adhibere fidem quibuſdam libris ſacris, quemadmodum habet Euſebius in hiſto. eccleſiaſt. lib. iii. c. iii. quia ab eccleſia tunc recepti non erant. Vbi vero recepti ſunt ab eccleſia ſacri codices, ab eis reſilire non licet. Maxima eſt ergo eccleſiæ authoritas, cuius robur eſt ab eodem fonte, à quo eſt euangelium, qui eſt filius Dei; qui ſemper eccleſiæ aſſiſtit vſque ad conſumationem ſeculi; ipſam inſtruens per ſpiritum veritatis. Item ſacra ſcriptura non gignitur, & roboratur principaliter per ſcientiam, aut doctrinam alicuius doctoris, ſed ab ipſo Deo, à quo eſt ædita, ſed tantum per modum cuiuſdam exterioris perſuaſionis, ſicut quandoq; ſcientia naturalis perſuadet, & etiam oſtendit eſſe vera aliqua, quæ in ſacra ſcriptura continentur; ſed non propter hoc ſequitur, quòd in authoritate dependeat ab illa, nec quòd magis propter hoc credendum ſit ſcientiæ naturali, quàm ſacræ ſcripturæ. Ideo Auguſtinus ſuper Gene. ad literam dicit; Maior quidem eſt ſacræ ſcripturæ authoritas, quàm omnis humani ingenii perſpicacitas. Et notabis, quòd litera Auguſtini in d. c. noli dicit, Noli meis literis quaſi canonicis ſcripturis. i. quæ continentur in canone noui, vel veteris teſtamenti. Itaq; Auguſtinus vocat ſcripturas noui, vel veteris teſtamenti Canonicam: ergo ſcripturam vocat libros noui, & veteris teſtamenti, quos ipſe Auguſtinus enumerat in ſecundo lib. de doctrina Chriſtiana. c. iii. dicens; Totus autem canon ſcripturarum, in quo iſtam conſiderationem verſam dicimus, libris his continetur; Moyſi. i. Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeri. Deuteronomii, & vno libro Ieſu naue, vno Iudicum, vno libello, qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere. Deinde quatuor regnorum, & duobus paralipomenon, non conſequentibus, ſed quaſi à latere adiunctis ſimulq́; pergentibus: hæc eſt hiſtoria, quæ ſibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum. Sunt alii tanquàm ex diuerſo ordine. qui neque huic ordini, neque inter ſe connectuntur, ſicut eſt Iob, & Thobias, & Heſter, & Iudith, & Machabeorum libri duo, & eſdræ duo, qui magis videntur ſubſequi ordinatam illam hiſtoriam, vſque ad Reges, vel Paralipomenon terminatam; deinde prophetæ, in quibus Dauid vnus Pſalmorum, & Salomonis tres, Prouerbia, Cantica canticorum, & Eccleſiaſtes. Nam illi duo libri, vnus, qui Sapientia; alius, qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur. Nam Ieſus filius Syrach eos ſcripſiſſe conſtantiſſime perhibetur: qui tamen quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi ſunt. Reliqui ſunt eorum libri, qui proprie prophetæ appellabantur. xii. prophetarum libri, ſinguli qui connexi ſibimet; quoniam nunquam ſeiuncti ſunt, pro vno habentur, quorum prophetarum nomina ſunt hæc, Oſee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abachuch, Sophonias, Ageus, Zacharias, Malachias; deinde quatuor prophetæ ſunt maiorum voluminum Eſaias, Hyeremias, Daniel, Ezechiel. His. xliiii. libris veteris teſtamenti terminatur authoritas. Noui autem quatuor libris euangelii ſecundum Mattheum, ſecundum marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem. xiiii. Pauli epiſtolis ad Romanos, ad Corinthios, duabus ad Galathas, ad Epheſios, ad Philippenſes. ad Theſſalon. duabus, ad Coloſſenſes, ad Timo. duabus, ad Titum, ad Philomonẽ, ad Hæbreos; Petri duabus, tribus Ioãnis, vna Iudæ, & vna Iacobi; actibus Apoſtolorum lib. vno, & Apocalypſis Ioannis libro vno. In his omnibus libris timentes Deum pietate manſueti quærunt voluntatem Dei in ſeruire. i. aſſentire, vel fidem habere, ſiue obedire in illis, ſcilicet canonicis ſcripturis; & non licet dubitare de his, ſi vera ſunt, vt in c. quis neſciat. ix. diſt. Sed ſecundum tempora illa, ſcripta Auguſtini, & aliorum ſanctorum patrum non erant authentica, ſed hodie iubentur omnia teneri vſque ad vltimum iota, vt in c. ſancta Roma. eccleſia. xv. diſtinct. Sed hoc non videtur verum, quia Auguſt. in c. negare. ix. diſt. dicit iſta verba, negare non poſſum, nec debeo. ſicut in ipſis maioribus, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari. Cæterum quomodo eſt poſſibile, quòd dicta Auguſtini, & Hieronymi iubeantur, teneri vſque ad vltimum iota; cum in multis contraria dixerint? Approbata itaque ſunt dicta eorum non tamen vniuerſaliter, ſed ea, quæ de fide catholica, & condemnatione hæreticorum ſcripſerunt; vnde quinta ſynodus in approbatione illorum ita habet; Sequimur

per omnia ſanctos patres,& doctores eccleſiæ, Athanaſium, Hilarium, Auguſtinum, Theophilum,Ioannem Conſtantinopolitanum.Cyrillum, probum,& ſuſcipimus omnia, quæ de recta fide,& condemnatione hæreticorum expoſuerunt.hæc in d.canone.Ex quibus patet, quòd etiam ſecundum tempora noſtra congrue ita intelligi debeat.Sed de opuſculis ſanctorum patrum,quæcunque in eccleſia recepta ſunt, & ab eccleſia approbata, dicamus ſic, Eccleſia errare non poteſt, cum à ſpiritu ſancto regatur,& gubernetur,ergo opuſcula ſanctorum patrum, quæ eccleſia recipit,oportet abſque omni ſuſpitione falſitatis eſſe confiteri; alias autem ſi falſa ſunt, aut dubia de veritate,eccleſia illa recipiendo erraret,quod eſſet inconueniens,ergo, &c. Item oppono de text. in d.c.ſancta Romana eccleſia.xv.diſ.vbi opuſcula,& tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à ſanctæ Romanæ eccleſiæ conſortio deuiarunt,nec ab eius fidei prædicatione ſeiuncti ſunt legenda ſuſcipiuntur,& tamen clarum eſt,quòd non omnium eorum opuſcula ſunt approbata,vt non liceat ad oppoſitum opinari;ergo non omnia opuſcula recepta per eccleſiam ſunt approbata per eam. Reſpondeo de mente doctorum, quòd tripliciter poteſt dici aliquid receptum ab eccleſia; vno modo per approbationem prohibendo,ne quis præſumat contrarium ſentire, hoc modo ſunt recepta ab eccleſia quatuor vniuerſalia concilia;de quibus in c.ſicut.xv.diſt. de iſto etiam modo receptionis habetur in d.c. ſancta Romana eccleſia. Vbi dicitur; Opuſcula Leonis papæ ad Flauianum epiſcopum Conſtantinopolitanum, cuius textum ſi quiſpiam vſque ad vnum iota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit anathema ſit. Secundo modo etiam aliqua ſanctorum patrum opuſcula recepit ad vſum lectionis,ſiue ad expoſitionem ſacræ ſcripturæ,ſicut opuſcula ſanctorum patrum in commentis,ſiue in homeliis ſacræ ſcripturæ;ſiue ad doctrinam morum,ſicut ſunt opuſcula ſermonum ſanctorum patrum;ſiue ad commemorationem gloriæ triumphorum ſanctorum martirum,& vitæ glorioſorum virorum, ſicut ſunt opuſcula geſtorum,& hyſtoriarum ſanctorum,& vitas patrum: hæc autem opuſcula, licet ab eccleſia ſint recepta ad vſum lectionis,& cum veneratione eis vtatur, tanquam probabilibus; non tamen ſunt approbata,vt non liceat aliter ſentire,aut exponendo, aut interpretando, aliter quàm ipſi opuſculorum auctores ſenſerint, aut interpetrati fuerint; vnde Auguſt.in epiſtola ad fortunatum; & habetur in c.neque ix.diſtin.vbi dicitur; Non debetur par reuerentia canonicis ſcripturis,& expoſitionibus earum,vt nobis non liceat aliquid in eorum ſcripturis improbare,ſi forte inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habeat, talis ego ſum in ſcripturis aliorum,quales volo eſſe intellectores mearum.ita Auguſt.in d.c.neque ix.diſtinct. Tertio modo dicuntur aliqua ab eccleſia recepta per diſpenſationem,quò ad legendum inter fideles permiſſa,ſicut ſunt opuſcula doctorum,non modo fidelium,ſed etiam paganorum,ſicut Platonis, Ariſtotelis;& hoc in obſequium ſacræ ſcripturæ; ſunt enim ſeculares ſcientiæ ancillæ diuinæ ſapientiæ, iuxta illud prouer.viii. Vocauit ancillas ſuas ad arcem. Leguntur ergo à fidelibus,vt quæ vtilia in eis inuenerint,ad vſum ſacræ eruditionis deuoti conuertant,vt in c.turbat.xxxvii. diſtin. Triplex eſt gradus opuſculorum poſt diuinas ſcripturas; in primo ſunt canones ſacrorum conciliorum, & decretales ſummorum Pontificum,ac doctores ſancti,qui authoritate Romanæ eccleſiæ canonizati ſunt,& eorum opuſcula approbata,vt ſunt multi nominati in d.c.ſancta Romana eccleſia. In ſecundo gradu ſunt doctores,& cæteri prudentes,& catholici,ſed non canonizati, vt ſunt Iſidorus,Beda,& cæteri.In tertio gradu,& infimo ſunt philoſophi,doctoresq́; gentilium, nam etſi Catholicæ fidei veritatem ignorauerunt,mira tamen,& præclara quædam dixerunt de creatore, & creaturis,de virtutibus quoque,& vitiis;quæ etiam fide catholica & ratione humana probantur eſſe vera.itaque quo ad ea,quæ ſcripſerunt doctores ſancti de aliis materiis,quàm de materia fidei,non dicuntur approbata:quod maxime ex eo moſtratur, quòd iſti ſancti in huiuſmodi rebus ſæpe ad inuicem contrarii,& diſcordes reperiuntur. Diſcordāt Hieronymus, & Auguſtinus in eo, quòd Paulus Petrum reprehendit, ad Galathas c.ii. & in ceſſatione legalium: diſcordant etiam de authoritate.lxx.interpretum, diſcordat etiam Beda ſuper primum Regum dicens; Samuelem fuiſſe ſacerdotem, quod non negat Auguſt.in libro de quæſtionibus noui, & veteris teſtamenti.q.xlvi.& Hieronymus contra Iouinianum,negat hoc & Auguſt.negat Samuelem ſacerdotem, affirmat autem contrarium in epiſtola contra Fauſtum c.xxxv. ſcilicet quòd reprobato Hely translatum ſit ſacerdotium in Samuelem, ſicut à Saule translatum eſt regnum in Dauid. Hieronymus etiam de bigamo poſt baptiſmum ordinando cæteris aduerſatur; quos ſibi præferendos tanquam altius videntes dicit Auguſt.in libro de bono coniugali.c.xvii. Et ſic de multis aliis,ſicut de Cypriano,qui apud hæreticos negauit vera eſſe ſacramenta.de quo de conſecrat.diſ. iiii.c.quomodo.Ideo licet opuſcula ſanctorum patrum ſuſcipienda ſint,non tamen in omnibus, vt in c.noli.ix. diſt. vt ſuperius diximus. Itaque opuſcula ſanctorum patrum non recipiunt authoritatem ex authoritate dicentium,ſed ex approbatione eccleſiæ,aut quia ſacræ doctrinæ, aut rationi conſona eſſe videntur; ſed diuinæ ſcripturæ habent authoritatem ex parte dicentis,videlicet ipſius Dei,& de hoc videbis tex.in c.ego ſolis.ix.diſt.vbi Auguſt.ad Hieronymum ſic dicit; ego ſolis eis ſcriptorum, qui iam canonici appellantur; didici hunc timorem, honoremq́ue re-

ferre,

ſerte,vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere; aut ſi aliquid in eis offendero, quod vi deatur contrarium veritati,nihil aliud exiſtimo,quàm mendoſum eſſe codicem,vel non eſſe aſſecutum interpretem,quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego,vt quantalibet ſanctitate,quantaue doctrina polleant, non ideo verum putem , quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes , quod à vero non abhorrent,perſuadere potuerunt. Etenim notabis,quòd ſacroſancta æcumenica, & generalis Tridentina ſynodus in ſpiritu ſancto legitime congregata ſuſcipit , & veneratur omnes libros integros cum omnibus ſuis partibus , prout in eccleſia catholica legi conſueuerunt , & in veteri vulgata latina æditione habentur; & ſi aliquis libros ipſos non ſuſceperit,anathema ſit. Sunt vero infraſcripti,Teſtamenti veteris quinque Moyſis,id eſt Geneſis,Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium;Ioſue,Iudicum,Ruth.Quatuor Regum,duo Paralipomenon,Eſdræ primus, & ſecundus,qui dicitur Neemias; Tobias,Iudith,Heſter , Iob , Pſalterium Dauidicum centum quinquaginta pſalmorum,Parabolæ,Eccleſiaſtes,Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus,Eſaias,Hieremias,cum Baruch,Ezechiel,Daniel,duodecim prophetæ minores,ideſt,Oſeas, Iohel,Amos,Abdias,Ionas,Micheas,Naum,Abacuc,Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias; duo Machabeorum,primus,& ſecundus.

Teſtamenti noui quatuor euangelia ſecundum Matthæum , Marcum , Lucam , & Ioannem; Actus apoſtolorum à Luca euangeliſta conſcripti,quatuordecim epiſtolæ Pauli ad Rom.duæ ad Corinthios,ad Galatas,ad Epheſios,ad Philipenſes,ad Coloſenſes,duæ ad Thaſſalonicenſes,duæ ad Timotheum,ad Titum,ad Philomonem,ad Hæbreos; Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna,Iudæ Apoſtoli vna , & Apocalipſis Ioannis Apoſtoli. Itaque ſi quis libros prædictos integros cum omnibus ſuis partibus,prout in veteri vulgata latina æditione habentur,pro ſacris,& canonicis non ſuſceperit,& traditiones prædictas ſciens,& prudens contempſerint,anathema ſit;vt in dicto primo decreto quartæ ſeſſionis dicti ſacri çcumenicæ,& tridentinæ ſynodi,vt diximus. Et ſic teſtant omnia ſcripta,& dicta præpoſiti Alexandrini de ſe.Sed vide tex.notabilem in c.ſi ad ſcripturas.ix.diſ.vbi Augu.ad Hieronymum ſcribit;Nihil authoritatis, aut ponderis remanebit in ſacra ſcriptura,ſi aliqua ibi admiſſa fuerint mendacia,etiam officioſa, i.vtilia alicui,& nulli nociua,illud enim eſt officióſum mendacium,quod alicui prodeſt, & nulli obeſt.Et pro pleniori intelligentia quæritur,vtrũ in ſacra ſcriptura aliqua falſitas poſſit ſubeſſe, vel ei admiſceri.Sed cõtra omnia,quæ poſſent dici,eſt tex.in d.c.ſi ad ſcripturas;qui eſt diui Aug. Itẽ eſt illud Pſal.Omnia mãdata tua veritas.Itẽ ſacra ſcriptura habetur ex reuelatione diuina:ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.ii.Petri.c.i.& Iob.c.13.dicitur;ſpiratio omnipotentis Dei eſt.& Eccl.1.Fons ſapiẽtiæ verbũ Dei in excelſis.Vnde de ſanctis prophetis,& Apoſtolis,per quos nobis ſancta ſcriptura data eſt,dicitur in pſal.Illuminas tu mirabiliter à mõtibus æternis.i.per Apoſtolos,inquit glo.quare dicitur Sapien.vii.quòd ineſtinguibile eſt lumẽ illius. Item patet ex parte principiorum,quibus innititur;qui ſunt articuli fidei,cui falſum ſubeſſe impoſſibile eſt.Diſputare,an ſit licitum de ſacra ſcriptura,vide tex.Augu.in c.ſiquis neſciat.ix. diſt.

Sed ſacra ſcriptura , ſiue ius naturale in ea contentum præfertur omnibus ſcripturis aliorum doctorum,& Epiſcoporum.Ratio eſt, quia de ſcriptura ſacra non licet dubitare, aut diſputare, vtrum verũ,vel rectum ſit quicquid in ea conſtiterit eſſe ſcriptum;de Epiſcoporum autem, ſiue doctorum literis dubitare licebit,& eas reprehendere,ſiquid in eis à veritate deuiatum eſſe repertum fuerit;vt in d.c.quis neſciat. Itaque de ſcriptura ſacra non eſt licitum diſputare,ſiue de fide; intellige tanquam de ea dubitando ; ſed diſputare licet de ſacra ſcriptura , & de fide ad confutandum errores , & defendendum eam contra hæreticos , & ad exercitium gratia illucidationis maioris veritatis eorum,quæ in ſacra ſcriptura continentur,aſſignando ad ea rationes ; & ſimilitudines ad fidei confirmationem, & hoc laudabile eſt , & meritorium ; dicit enim ipſa ſapientia, Eccle.xxiiii.Qui elucidant me.ſcilicet fideliter,& vtiliter exponendo,vitam æternam habebunt; & Dani.xii.Qui docti ſunt;fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti ; & qui ad iuſtitiam erudiunt multos,quaſi ſtelle in perpetuas eternitates.Et ideo prima Petri. c. iii. dicitur ; parati omni poſcenti vos rationem dare de ea,quæ in vobis eſt , fide. Et inde ſacri theologi diſputant de multis, & de trinitate,& de articulis fidei, vt per Sanct. Thomam in ſecunda ſecundæ , & Albertus Magnus in ſua ſumma in prima parte.& vide Cardinalem ſancti Sixti in d.c. quis neſciat. Et allego tex. in c.negare. ix. diſt. ad oſtendendum literas canonicas præſtantioris authoritatis eſſe literis quorumcunq; aliorum doctorum,quantuncunq; ſanctorum;& per conſequens præferendas eſſe omnibus aliis,quia ſi in opuſculis Auguſtini,& maiorum,vt ipſe teſtatur,ſint multa,quæ iuſto iudicio,& nulla temeritate poſſunt culpari,hoc impoſſibile ſit inueniri in literis canonicis ; quia in illis nihil niſi verum,nihil culpabile continetur,vt in d. c. quis neſciat. itaque manifeſte apparet ex excellentie authoritatis cannnicarum ſcripturarum ſuper omnes alias literas.

Et Auguſtinus in d.c.negare,humiliter loquitur ; & credendum eſt,quòd vere. vnde fecit librum retractationum,in quo multa retractauit,vt xxii.qõ.vi.c.vides.& xxvi. qõ.iiii.c.quodam

loco.& xii.q.i.c. certe. vbi litera dicit; certe ego ſum, qui ſtatueram nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere,aut ſi vellet à propoſito recedere,recte illi clericatum tollerem:ecce in conſpetu dei.& veſtro muto conſilium.&c.& in d.c.quodam loco.xxvi.q.iiii.dicit Auguſt. quòd demon non poteſt aliquo modo ſcire cogitationes hominum.& iii.Regum c.viii.dicitur. Tu ſolus noſti corda hominum.Tu dic,quòd cogitatio hominis poteſt cognoſci dupliciter.vno modo in ſolo effectu,& tunc eſt conclnſio,quòd & demon,& alius homo poteſt cognoſcere cogitationes hominum, non ſolum per actum exteriorem, ſed etiam per ſigna exteriora faciei, vel ſigna cordis, quòd diuerſimode mouetur ſecundum diuerſitatem affectionum; vt etiam medici per aliquas affectiones,vel pulſum cognoſcere poſſunt: & multo magis Angeli. Hinc eſt, quòd hoc modo multæ cogitationes,& affectiones noſtræ comprehēdi poſſunt a malignis ſpiritibus: ſed hæc cognitio magis eſt coniecturalis,quam certæ ſcientiæ. Alio modo poſſunt cognoſci cogitationes,prout ſunt in intellectu, & affectiones,prout ſunt in voluntate:& tunc non cognoſcunt cogitationes hominum,ſed ſolus Deus per illud.i.ad Corinth.c.ii.Nemo ſcit,quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in illo. Itaque internas cogitationes noſtras diabolum non videre certum eſt. Et voluntas rationalis creaturæ ſoli Deo ſubiacet, & ipſe in ea ſolus operari poteſt: ideo quæ in voluntate ſunt,vel ex voluntate dependent,ſoli Deo ſunt nota:quòd ſi Deus voluntati rationalis creaturæ dedit dominium, ſiue arbitrium, cui nulla præſidet niſi diuina potentia, & ſapientia:ideo nulla humana creatura, aut angelica poteſt conſcientiæ humanæ ſcire ſecreta, niſi per ſigna,vel coniecturas,vel niſi nouerit de reuelatione;aut hominis detectione, & denuntiatione.Sed non tradas obliuioni,quòd ſacroſancta Tridentina ſynodus ſuſcipit omnes libros noui,& veteris teſtamenti,vt in veteri vulgata latina editione habetur,vt dixi;& vt late in iſto c. continetur. Ex veteri teſtamento & nouo emanauerunt canonice inſtitutiones, & ſic mediante iure diuino trahunt originem: & leges per ora principum diuinitus ſunt promulgate.l. fi. & ibi glo.in ver.diuino.C.de preſcrip.long.tempo.& c.fi.xvi.q.iii.ideo dicit Hoſt.quòd lex canonizata nō excluditur omnino à diuina imo cum illa habet mixturam,de quo remittit ad no.in c.cum ſit.de eta.& qua.adde etiam glo.iiii.in c.ex diligenti.de Simo.& tex.& glo.in c.ii.de priui. in vi. in c.nimis.cum ſi.de iureiur. Et prædictis addit do.Abb.bo.glo.in c.de libellis.xx.di.quæ ſingulariter dixit,quòd dictum alicuius ſancti fulcitum autoritate noui vel veteris teſtamenti prefertur conſtitutioni papali etiam in deciſionibus cauſarū, conſtitutio papalis prefertur dicto cuiuslibet ſancti,quia papæ & non ſanctis fuit data poteſtas.l.condende.allegat nota.in c.mandata.de præſump.adde ſimilem glo.& c.fi.& ibi.bo.tex.xxxvi.q.ii.Item adde quòd ſi dictum ſanctorum patrum eſſet fundatum autoritate alterius canonis: tunc ei potius ſtandum eſſet quam conſtitu. papæ.ita eſt glo.in d.c.de libellis.in ver. illorum. quod intellige verum ſi conſtitutio ſuper qua eſt fundatum dictum ſanctorum patrum ſit poſterior illa,alia conſtitutione papæ contraria:alias ſecus. quia in conſtitutionibus poſteriora derogant primis.c.i.de conſti. in vi. l.ſed poſteriores. ff.delegi. & idem eſſet ſi conſtitutio ſuper qua ſe fundat dictum ſanctorum patrum eſſet anterior illa contraria conſtitutione,& ita proprie intelligitur glo.in d.c.de libellis.nam Hiero.in c.tria. xxxvi. q.ii.per quendam canonem dixit, quòd raptor poterat matrimonium cum rapta contrahere poſtea in quodam conſilio de quo loquitur tex.in c.placuit.xxxvi.q. ii. ſtatutum fuit contrarium. poſtremo no.per conſtitutionem nouam,approbatam eſſe opin. Hiero. vt eſt tex.in c.fi. de rapto.merito opi.Hiero.prefertur conſtitutioni concilii,de quo loquitur tex.in d. c. placuit. Et iſtis adde:quòd dicta ſanctorum patrum ſunt ad vngem ſeruanda in caſibus in iure non deciſis.ita tex.in c.ſancta romana.xv.diſt.& in c.Noli meis. ix. diſt. item adde quòd vbi agitur de ſacramentis vel expoſitione fidei preualet indiſtincte dictum papæ dictis ſanctorum, ſecundum Do.Abb.in c.ne initiaris.in fi.de conſti.vbi ſubdit quòd ſi contingat papam errare debet corrigi per concilium generale.vt xix.diſt.c.Nulli fas.& pro hoc dicto Do.Abb.vide tex.in clem.i.§.fi. de ſumm.tri.& iſtis adde Innoc.in c.cum venerabilis.in iiii.co.de exceſsibus prælatorum.

De celebratione conciliorum vniuerſalium in eccleſia Dei: & multa optima,quæ poſſunt addi ad capitulum de generali concilio indicendo ſupra in iſto ſpeculo, hic tractantur. Cap. LIX.

CAnones generalium conciliorum à temporibus Cōſtantini ceperunt,vt in c.canones.xv. diſtin. Et vniuerſale concilium vno modo dicitur vniuerſale ab vniuerſitate orbis, quòd ſcilicet papa cum epiſcopis de toto orbe Chriſtiano celebrat,quod plenarium concilium iuxta beatum Auguſtinum appellamus. Alio modo dictum eſt concilium vniuerſale ab vniuerſitate auctoritatis, quia ſcilicet tantæ auctoritatis eſt,vt de vniuerſalibus rebus tractet, & omnes fideles ad legum ſuarum obſeruantiam aſtringat.Et hoc eſt,quòd papa celebrat cum prælatis alicuius prouinciæ,aut prouinciarum;etſi non de toto vniuerſo chriſtiano euocentur.Qua diuiſio

ne memorata dicendum videtur, ꝙ ſi fiat ſermo de conciliis vniuerſalibus primo modo, quæ plenaria dicuntur, quo tempore inceperunt, tunc dicendum eſt, quòd talium conciliorum celebratio proprie à tempore Conſtantini Imperatoris inceperit. Si vero fiat ſermo de conciliis vniuerſalibus. ſecundo modo dictis, tunc dicendum eſt, quòd non à tempore Conſtantini inceperunt; ſed multo tempore ante celebrari ceperunt, quia poſt tempora etiam Apoſtolorum ante tempus Conſtantini plura concilia celebrata fuiſſe antiquæ hiſtoriæ nos docent. Vnde tempore Victoris papæ ſuper quæſtione, qua ſcilicet die paſchalis ſolennitas celebranda foret, vt ex hiſtoria eccleſiaſtica colligitur, lib. v. tres ſynodos legimus celebratas. vna in Alemania, in qua iuſſu eiuſdem papæ nimia multitudo epiſcoporum congregata eſt. Secunda ſynodus tempore eiuſdem Pontificis etiam ipſo præſidente celebrata eſt Romæ ſuper eadem materia; de qua ſynodo ſcriptum eſt. c. celebritate. de conſecra. diſt. iii. Tertia ſynodus celebrata dicitur fuiſſe in Cæſarea Paleſtinæ, vt in eodem c. eccleſiaſticæ hiſtoriæ habetur. Cui frater Martinus in hiſtoria ſummorum Pontificum dicit, eundem papam Victorem interfuiſſe. Cæterum tempore Cornelii papæ qui præceſſit tempore præfati Coſtantini leguntur duo concilia celebrata contra Nouantem præsbiterum, qui negabat lapſos per pœnitentiam poſſe ſalutem conſequi: quorum vnum celebratum eſt Romæ, quod dicitur fuiſſe celeberrimum, vt refert Cæſarienſis lib. vi. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. in quo prefatus Nonatus damnatus eſt. Diffinitum eſt inter alia eos, qui lapſi ſunt, per pœnitentiæ ſacramentum poſſe conſequi medelam ſalutarem. Secundum Concilium ſuper eadem materia celebratum eſt auctoritate eiuſdem Cornelii papæ, de quo florentisſimæ memoriæ Dyoniſius Alexandrinus commemorat in epiſtola ad præfatum papam. Præterea tempore Dyoniſii papæ duo leguntur celebrata præclara concilia contra Paulum ſamoſatenum aſſerentem, Chriſtum tantum hominem eſſe. Primum celebratum eſt Anthiochiæ, in quo Apoſtolicæ ſedis legatus fuit epiſcopus Hoſtienſis, vt ex ſexto libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ habetur. Secundum etiam celebratum eſt Antiochiæ, in quo præfatus Paulus arguitur, manifeſteque conuincitur. Item tempore Marcellini papæ, qui iuſſu Diocliciani, & Maximiani Imperatorum compulſus deorum templum ingreſſus, metuque pœnarum idolis thura obtulit, congregata eſt Romæ ſolennis ſynodus; de qua in c. nunc autem. xxi. diſt. Et de papa Marcellino diximus in c. de concilio generali indicendo ſupra in iſto ſpeculo. Iſta ſufficiant ad oſtendendum, quæ concilia generalia, & quæ non à tempore Conſtantini Imperatoris incepiſſe dicantur.

Et notabimus, quòd celebratio conciliorum generalium eſt neceſſaria, & vtilis, quia vt dicitur prouerb. xxi. ibi ſalus, vbi multa concilia. & Auguſt. ad Ianuarium dicit, vt in c. illa. xii. diſt. ꝙ plenariorum conciliorum eſt in eccleſia ſaluberrima authoritas. Ad quinq; inter multa alia, celebratio vniuerſalium conciliorum eſt vtilis, & neceſſaria. Primo quidem valet celebratio vniuerſalium conciliorum ad conſeruandam Chriſtianam religionem in vnitate fidei, quæ primum vinculum eſt ſocietatis Chriſtianæ, vt dicit beatus Chriſoſtomus. Hanc vtilitatem conciliorum vniuerſalium asſignat beatus Iſidorus in d. c. Canones. ita dicens; Canones generalium conciliorum à temporibus Coſtantini ceperunt; in præcedentibus nanq; annis perſecutione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas; vnde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt; quia non erat Epiſcopis licentia conueniendi in vnum: ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Secundo valet ad faciliorem, & firmiorem illucidationem veritatis in dubiis; faciliorem quidem, quia quod à pluribus ſapientibus quæritur, facilius inuenitur, vt ait Inno. in c. de quibus: de bapti. firmiorem etiam dicimus, quia tanto firmius, ſiue grauius eſt iudicium, quanto plurium ſententiis confirmatus, & plane cum congregatio tantorum patrum approbatur conſenſu. vnde in c. extra conſcientiam. diſt. lxiiii. dicit Innocen. Integrum iudicium eſt, quod plurimorum ſententiis confirmatur. Plane cum congregatio tantorum patrum eccleſiæ, quibus ait dominus in euangelio. Matt. v. vos eſtis lux mundi; nil aliud eſſe videtur, quàm multorum luminarium congregatio. Vnde bene cõuenit illud eccleſiaſtici. xi. Speties cœli. i. ornatus eccleſiæ, gloria ſtellarum. i. doctorum mundi illuminans. vbi glo. ordinaria ita dicit; Species cœli. i. ornatus eccleſiæ, ſanctorum plenitudo, quos Deus excelſus ordinauit, vt prædicatione euangelii mundum illuſtraret. Tertio conciliorum vniuerſalium celebratio vtilis eſt ad culturam agri dominici; vt in c. frequens. concilii Conſtantienſis. Sunt quidem patres in concilio congregati miniſtri operarii, agricolæ illius, de quo dominus ait, Ioan. xv. Pater meus agricola eſt, quorum miniſtrorum officium eſt, errores, vepres de agro dominico euellere; plantare fidem; & euulſus vitiorum radicibus virtutes inſerere, atque ſanctimoniam. Quarto celebratio conciliorum vniuerſalium vtilis eſt ad tyrannorum, & infidelium ſuperbiam humiliandam, vt dixi in titul. de concilio generali in iſto ſpeculo. vbi videbis. Quinto vniuerſalium conciliorum celebratio ad omnium quaſi ſcandalorum, quę ſuſcitantur in eccleſia, extinctionem itaq; vt exempla nos docent, vltimum refugium eſt eccleſiæ in omnibus magnis anguſtiis ſuis recurrere ad congregationem concilii generalis. Et omnia contenta in iſto c. adde ad ea, quæ diximus in c. de generali concilio indicendo in iſto ſpeculo. & dic vt ibi dixi. Et papa extra crimen hæreſis non poteſt accuſari. & iſta eſt veritas. Et

data negligentia videbis Felinum in c.i.de maiori.& obedientia.omnia contenta in iſto c.ſcripſimus de mente doctorum iuris Pontificii;ideo notate bene.& videbis ſupra xvi.c.

Et aduertant beati ſacri ſummi Romani Pontifices circa aſſiduam congregationem conciliorum generalium; & aduertant Imperatores, & Reges; & aduertant Reuerendiſſimi Cardinales, & ſanctiſſimi Epiſcopi: Nam continua congregatio particularium capitulorum,& congregatio capitulorum prouincialium, & congregatio generalium capitulorum à viris bonis religioſis ſeruat omnem religionem indemnem. Itaque capitula generalia ſanctæ religionis ſunt munimenta, & fortiſſima propugnacula omnium ſacrarum religionum, vt ex euidentia facti omnibus notum eſt.

An Aſtrologia ſit ars prohibita; & de ſorte, & diuinatione, & Sortilegijs; & de Ludo, & Ventura, & de augurijs. Cap. LX.

ALiqui doct.vt Hoſt.in ſumma,in tit.de Sortileg.§.in quo caſu tenet,dicunt Aſtrologiam eſſe prohibitam per tex.in c.illud,ver.neque hoc genere xxvi.q.ii. & in c.igitur ea.cau.q.iii.quod verum intelligo,quantum ad hoc, vt aſtra dicantur neceſſitare; ſed quantum ad hoc,vt dicantur inclinare homines,non crederem aſtrologiam eſſe prohibitam;tanquam ſuperiora ſint ſigna rerum.non autem cauſæ,per id, quod dicit gloſ.in c.non licet.xxvi.q.v. quod fuit de mente,ſcilicet Thomæ in ii.ii.q.xcv.Vnde dicit Archi.in c.non obſeruetis.xxvi.q.ii. quòd ſi quis vtiliter conſiderat tempora Lunæ, puta vt ſibi minuat ſanguinem, vel medicinam capiat. vel ligna incidat,& ſimilia,non eſt peccatum: nam videmus ligna inciſa in defectum lunæ corrumpi: & ideo moderni aſtrologi concludunt cum Ptolomeo dicente in Centiloquio; Sapiens dominabitur aſtris. Vnde dicit Anto. in c.i.de Sortilegiis; contra inclinationem corporum ſuper cœleſtium homo poteſt operari per rationem,cui obediunt vires ſenſitiuæ: & allegat phy. in i. ethic. & in iii.de anima.& ita procedit, quod dicit Archi.in c. ſiquis clericus. xxvi.q.v.volens, quòd ſiquis conſideratione aſtrorum vtatur ad præcognoſcendum futuros caſus,vel futuros euentus,vel etiam ad præcognoſcendum futura opera hominum per certitudinem, procedit hoc ex vana,& falſa opinione;tunc operatio dæmonis ſe immiſcet,vnde erit diuinatio ſuperſtitioſa,& illicita.Si vero aliquis vtatur conſideratione aſtrorum ad præcognoſcendum futura,quæ ex cœleſtibus cauſantur corporibus,puta ſiccitates,& pluuias,& alia huiuſmodi,& tunc non erit illicita diuinatio; & hoc dicit tenere ſanctum Thomam. Nec obſtat ſi allegaretur illud philoſophi,neceſſe eſt inferiora corpora à ſuperioribus gubernari,quia intelligi debet, cum moderamine inculpatæ neceſſitatis propter libertatem arbitrii,quam habet homo à prima cauſa;contra quam aſtra,quæ ſunt cauſæ ſecundariæ,& inferiores operari non poſſunt. facit tex. in c.inferior. xxi.diſtinct.& c.cum inferior.de maio.& obedi.& ideo dixit Archi.in d.c.non licet, quòd corpora inferiora reguntur ex vi corporum ſuperiorum,diuina potentia hoc operante allegat.c.naſci.& c.dominus.lxvi. diſtin. & c. nec mirum,xxvi.q.v.Et ex hoc infertur,quòd aſtra non influunt in animam, cum philoſophum ſolum dicat de corpore arg.c.nonne.de præſu.l.cum prætor.de iudi.quod expreſſe tenet S.Thom.in loco præallegato,cum aſtra ſint corporea,& anima ſint incorporea. Dicit enim, quòd ſubtrahuntur cauſalitati cœleſtium corporum actus liberi arbitrii, quod eſt facultas voluntatis,& rationis;intellectus enim,ſiue ratio non eſt corpus,nec actus organi corporei, & per conſequens nec voluntas, quæ eſt in ratione; vt patet per philoſophum in iii.de anima: nullum autem corpus poteſt imprimere in rem incorpoream;vnde impoſſibile eſt, quòd corpora cœleſtia directe imprimant in intellectum,& voluntatem: eſſet enim ponere intellectum non differre à ſenſu,quod eſt contra Ariſt.in lib. de anima ſecundum eum:& etiam fuit de mente Archi. in d. c. igitur. vbi dicit, quòd illa, quæ cauſantur per motus corporum cœleſtium non cauſantur ad contingentiam liberi arbitrii. Concludo igitur aſtrologiam de iure non eſſe prohibitam, intelligendo tamen, vt ſupra dixi; videmus namque eam eſſe poſitam inter ſeptem artes liberales, & ideo vniuerſali conſuetudine eſt approbata; legiturque publice in ſtudiis, ac etiam practicatur, & eſt naturalis ſcientia; ſine qua perfectus philoſophus eſſe non poteſt; immo corpora cœleſtia fuerunt cauſa inductiue philoſophiæ; vnde dicitur, quòd propter admirari ipſa corpora cœperunt homines philoſophari.Ratione ergo ſaltem conſuetudinis,quæ eſt optima iuris interpres. l.ſi de interpretatione.de legi.c. cum dilectus. de conſuet. & maxime tolerantia ſedis Apoſtolicæ, quæ poteſt diſpenſare contra illa iura,quæ videntur prohibere aſtrologiam. Vt in c. propoſuit. de conceſ.præben.Dicemus ipſam aſtrologiam non eſſe prohibitam,licet propter humani ingenii imbecillitatem non perfecte intellectam.Et ita concludit Ioan. de ana.in c. ii.de ſortileg. Et per prædicta declarabitur l.nemo. C. de malefi.& mathe.& tex.not.in l. item apud labeonem.in §. i.ſi quis aſtrologus.de iur.iuran. verſic.iuriſconſultus. differentiam facit inter aſtrologum, & illum, qui pollicetur aliquam illicitam diuinationem. Dum dicit ſi quis aſtrologus, vel qui ali-

quam

quam illicitam diuinationem pollicetur, conſultus, &c. Et ſic de mente iuriſconſulti eſt, quòd aſtrologia non ſit illicita, qnod tamen intellige, vt ſupra declaraui. Aduertendum tamen eſt, ne aſtrologi faciant imagines, quas aſtronomicas vocant; nam illicitæ ſunt, & operæ dæmonum effectum habent; Cuius rei ſignum eſt, quare neceſſe eſt eis inſcribi quoſdam characteres, qui naturaliter nihil operantur. Vnde fiunt ibi tacita pacta cum dæmonibus; in imaginibus vero negromanticis fiunt expreſſæ inuocationes dæmonum, ſecundum S. Thomam quæ refert, & ſequitur Archi. in d.c. igitur. circa fi. Et quod dixi de aſtrologia, idem dico de chiromantia; eſt enim ſcientia naturalis, nam lineæ palmæ manus, quæ ſunt cauſæ dictæ ſcientiæ; generantur ſimul cum homine. Ariſtot. eam approbat tanquam veram ſcientiam, vt patet in primo de animalibus, vbi dicit; Pars interior manu vola dicitur, carnoſa eſt, & in ſciſſuris vitæ indicimus diſtincta longioris, licee vitæ ſingulis, aut binis ductis per totam breuiores binis, quæ non longitudinem totam deſignēt. & idem in primo problematum, problemate xlix. dicit; propter quid quicunque ſectionem, quę eſt per manum, habent per totum, longæui; aut quia inarticulata, breuioris vitæ ſunt, ſicut aquoſa, &c. Et intellige, dictas lineas eſſe ſigna, non autem cauſas eorum quæ intuitu dictæ ſcientiæ prænuntiantur eſſe futura. Et ſic dico talia neceſſario non eſſe euotura; Deus enim in omnibus futuris liberam habet poteſtatem, tanquam dominus dominantium; & fatuum eſſet aſſerere contrarium. Vnde dixit Philo. in ii. Perierme. quòd de futuris contingentibus non eſt determinata veritas; & ideo male loquuntur aſtronomi, & chiromantici dicentes, quod infallanter erit; ſed debent dicere aſtra, & ſigna manus multum ſuot ad hoc inclinata. Et videbis diſputationes doctiſſimi Pici Mirandulani aduerſus aſtrologos; vbi multa vtilia inuenies. Et ex ſupradictis notabis; quòd virtus cœleſtium corporum ad immutanda corpora inferiora ſe extendit; dicit enim Auguſt. S. de ciuit. dei; non vſquequaquam abſurde dici poteſt ad ſolum corporum differentias afflatus quoſdam ſydereos peruenire; & ideo ſi aliquis inditiis aſtrorum vtatur ad prænoſcendum corporales effectus, puta tempeſtatem, & ſerenitatem aëris, ſanitatem, vel infirmitatem corporis, vel vbertatem, & ſterilitatem frugum, & ſimilia, quæ ex corporalibus, & naturalibus cauſis dependent, nullum videtur eſſe peccatum. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obſeruatione vtuntur corporum cœleſtium, ſicut agriculæ ſeminant, & metunt certo tempore; quod obſeruatur ſecundum motum Solis. Nautæ nauigationem vitant in plenilunio, vel etiam in lunæ defectu. Medici circa ægritudines certos dies obſeruant, qui determinantur ſecundum curſum Solis, & Lunæ: vnde non eſt inconueniens ſecundum aliquas alias occultiores ſtellarum obſeruationes circa corporales effectus vti aſtrorum iudicio. Hoc autem omnino teneri oportet, quòd voluntas hominis non eſt ſubiecta neceſſitati aſtrorum, alioquin periret liberum arbitrium; quo ſublato non deputarentur homini neque bona opera ad meritum, neque mala ad culpam: & ideo certiſſimum tenendum eſt cuilibet Chriſtiano, quòd ea, quæ ex voluntate hominis dependent, qualia ſunt omnia humana opera, non ex neceſſitate aſtris ſubduntur. Et ideo dicitur Hier. x. à ſignis cœli nolite metuere, quæ gentes timent. Sed diabolus, vt omnes pertrahat in errorem, immiſcet ſe operationibus eorum, qui iudiciis aſtrorum intendunt. Ideo Auguſt. dicit. 2. ſuper geñ. ad literam, fatendum, quando ab aſtrologis vera inſtinctu quodam occultiſſimo dici; quem neſcientes humanæ mentes patiuntur; quod cum ad decipiendos homines fit, ſpiritum immundorum & ſeductorum operatio eſt; quibus quædam vera de temporalibus rebus noſce permittitur. Et ideo Auguſtin. dicit 2. de doctrina Chriſtia. quòd tales aſtrorum obſeruationes referendæ ſunt ad quædam pacta cum dæmonibus habita: eſt autem omnino Chriſtiano vitandum pactum, vel ſocietatem cum dæmonibus ſecundum illud Apoſto. 1. Cor. x. Nolo vos fieri ſocios dæmoniorum. Et ideo pro certo tenendum eſt, graue peccatum eſſe circa ea, quæ à voluntate hominis dependent iudiciis aſtrorum vti. Ita ſanctus Tho. ad fratrem Reginaldum fratrem chariſſimum ſuum. Et notabis, quòd aſtronomia, ſeu etiam aſtrologia apud catholicos in deſuetudinem abiit: quia dum propria curioſitate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quæ ſaluti animarum erant accommodata. c. ſors. xxvi. q. ii. & Chriſtus dixit diſcipulis, non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

Nunc aliqua de ſorte, & diuinatione dicamus. Capiendo primum modum, dico ſortem eſſe prohibitam, vnde in hoc caſu nihil aliud eſt ſors, quam diuinatio; & maleficium à ſanctis patribus ſub pœna anathematis damnata, vt in c. ſortes. xxvi. q. v. & ideo nec credenda, nec exercenda eſt, vt in d.c. ſortes. vbi litera dicit, Sortes, quibus cuncta vos veſtris diſcriminandis prouintiis, quas patres damnauerunt, nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia eſſe decernimus; quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Chriſtianos vltra nolumus nominari; & ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus. Et incantatores ſortilegos velut Chriſti inimicos inſequi oportet, vt in c. peruenit. xxvi. q. v. & contra idolorum cultores, vel aruſpices, atque ſortilegos cuſtodia paſtoralis inuigilet. c. contra. xxvi. q. v. & ab eccleſia ſeparentur auguriis, & incantationibus deſeruientes, vt in c. auguriis. ea. q. & cau. & ſortilegam, & magicam artem epiſcopi omnibus modis eliminare ſtudeant, vt in c. epiſcopi. xxvi. q. v. Et quæ magorum præſtigiis

ſiunt,non vera,ſed fantaſmata eſſe probantur,vt in c.ſi.ea.q.& cau.& videbis doct. & in titul. de ſortilegiis.& videbis Hoſt.in ſum.eo.tit.& videbis ſanctum Thomam in tract. ſuo de ſortibus & in c.v.dicit,vtrum ſortibus liceat vti:vbi multa optima inuenies in breuibus verbis.Et eſt differentia inter diuinationem,& prophetiam:nam diuinatio proprie in malo,prophetia vero in bono accipitur.Vnde Hieronymus ſuper illum locum Miche.prophe.vbi dicitur; Iudices muneribus iudicabunt,ſacerdotes eius munere reſpondebunt,& prophetæ eius in pecunia diuinabunt, &c.Ita inquit,nunquam diuinatio in bonam partem accipitur; videbantur quidem eſſe prophetæ,ſed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta eſt diuinatio. & tranſumptiue eſt tex. in c. nunquam.i.q.i.facit.c.iudices.ea. cau. &.q. vnde Chriſtus in euangelio Matthæi, tales prophetas,ideſt malos prophetas appellauit. Et genus diuinationis fertur à Perſis fuiſſe allatum ſecundum Auguſt.in lib. de natura dæmonum. de quo in c.igitur, in prin. xxvi. q. iiii.in quo ponit multos modos diuinationis, inter quos adducens Varronem dicit, quatuor eſſe genera diuinationum, terram,aquam,aerem,& ignẽ.Hinc geomantiã,lydromantiã,euromantia,pyromantiam dictam autumant. Geomantia enim dicitur diuinatio per terram: geos græce,latine terra; & mantia ideſt diuinatio dicitur. Hydromantia ideſt diuinatio per aquam ab hydros græce,latine aqua; & mantia, &c. Euromantia, ideſt diuinatio per aerem, euros græce, latine aer dicitur, &c. Pyromantia ideſt diuinatio per ignem, pyr græce,latine ignis dicitur, &c. Vnde geomantici dicuntur diuinatores per terram ; quod hodie non ſeruatur; ſed illud quod olim fiebat in terra ſignando, hodie fit in charta cum calamo, & atramento punctando. Similiter hydromantia apud nos eſt in vſu; eſt enim hydromantia in aquarum inſpectione vmbras dæmonum euocare, & imaginarias ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire ; vbi adhibito ſanguine etiam inferos perhibentur ſuſcitare; & eam exercentes dicuntur hydromantici. ita ad literam dicit text. in c. nec mirum.xxvi. q. v. Aliæ vero duæ diuinationes apud nos non ſunt in vſu. Quintum eſt genus diuinationis, quod à iure non permittitur, & fit per rotam pythagoream, quam aliàs memini me vidiſſe: de qua intelligitur text.not. in d.c.non obſeruetis. xxvi.quæſtio.vii. Et hic Pythagoras ſecundum Archi. ibi, fuit ille, qui per ſonitum aquarum, & mallentum fabrilium cantum, & ſonum, hoc eſt muſicam adinuenit. Aliud eſt genus diuinationis prohibitæ, & eſt ſextum, quod ponit idem Auguſti. in d.c.igitur. Et dicitur Incantatio.quæ eſt grauiſſimum crimen ſecundum Bal. in l.iii.in verſ.deinde nota.C.de Epiſco. audi. & eſt peior cæteris ; & eam exercentes dicuntur incantatores,qui ſecundum Auguſti. verbis ſuperſtitionis artem peragunt. i.per quandam doctrinam hominum falſam, ſeu ſuperſtitioſam, ex quibuſdam ſignis coniecturando in multis committunt ; & hæc alibi appellatur necromantia, & eam exercentes dicuntur necromantici; quorum precationibus videntur reſuſcitari mortui diuinare, & ad interrogata reſponſum dare. Necros enim græce, latine mortuus, & mantia diuinatio nuncupatur;ad quos ſuſcitandum cadaueris ſanguis adiicitur ; nam amare ſanguinem dæmones dicuntur:ideoque quotieſcunque necromantia fit, cruor aqua miſcetur ; Et colore ſanguinis facilius prouocantur. ita dicit idem Auguſti.in lib.de ciui.dei, tranſumptiue in d. c. nec mirum poſt princ. Quas quidem ſortes ac omnes alias, de quibus in d. c. igitur. dico de iure eſſe prohibitas. Et ex prædictis iuribus argumentando à ſufficienti partium enumeratione,quod argumentum tenet.l. patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alien.iuris.& in §.actionum.inſti.de actio. Infertur, chiromantiam, quæ eſt diuinatio per manum à chiròs græce,latine manus,& mantia diuinatio,non eſſe de iure prohibita : de qua aliquid dicam in fine huius dubii. Et de huiuſmodi ſorte, id eſt diuinatione prohibita intelligatur illud Hieremie.ilii.Sapientes ſunt,vt faciant mala.& Eſaie. v. Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.& Iob. xxilii. Ipſi rebelles ſunt lumini,neſcierunt via eius.& Eſaie. xli. Annuntiate,quæ ventura ſunt in futurum.& ſcimus,quia dii eſtis. & Hiere. x. ſtultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua,confuſus eſt artifex in ſculptili ſuo,vana ſunt opera eorum,& riſu digna,& in tempore viſitationis ſuæ peribunt. & illud Catonis. Quod Deus intendat, noli perquirere ſorte. Et prohibitionis huius ſortis triplex ratio reddi poteſt. Prima ratio eſt,quia tales diuinare volentes illud,quod eſt ſolius Dei,ſcilicet præſcire futura, attribuere ſibi conantur, vt in §. i.xxvi.q.v.& hoc ſonat verbum diuinare, ideſt facere illud, quod proprium Dei eſt ; & ideo auſus temerarius dici poteſt, propter quem angelus de cœlo cecidit, & Adam de paradiſo expulſus fuit; imò papa in ſibi reſeruatis non vult aliquem ſe ingerere, vt in c.quod translationem. de offi.deleg. Vnde dæmones,qui ratione creationis, ingeniique perſpicacitatis homine ſunt nobiliores, præciſe ſcire futura nequeunt,licet cauſatiue poſſint,vt eſt text. not. iuncta gloſ. quæ hoc not.declarat in c.ſciendum.xxvi.q6. iiii. de quo tex.cum gloſ.ſequentes eam mentionem faciunt ſcribentes in c. nouit,de iudi. Secunda ratio eſt, quia dum propria curioſitate his ſunt intenti, minus vacant his quæ pro ſalute animarum ſunt accommodata, dixit tex.not.in d. §. his ita reſpondetur. Tertia eſt ratio,quia ſæpe in huiuſmodi ſortilegiis conſuluntur dæmones, & ſic committitur idolatria; & per conſequens quis cadit in hæreſim.c.accuſatus.§.ſane de hæreti.libr.vi. & in gloſ.quæ loquitur de funeſtis precibus emiſſis ad dæmonem pro eius auxilio ; de quo per Oldr.

conſi.

conſi. ccix. Et Rai. in ſumma, de ſortileg. ait; Dicendum, quod ſors licet ſit bona in ſe, tamen eſt prohibita propter idolatriam; & hoc caſu verificabitur gloſ. in c. eſt iniuſta. xxiiii. q. iiii. quæ dicit, quòd idolatria puniri poteſt pœna mortis; ſed dum Rayn. dicit quòd ſors eſt bona in ſe, hoc non poteſt procedere in caſu noſtro, in quo, vt dixi ſupra in prin. Sors nihil aliud eſt, quàm diuinatio, & maleficium; quamuis alio reſpectu ſors in ſe ſit bona, vt dicam in ſequentibus dubiis. Et quòd emittentes huiuſmodi preces ad dæmonem dicantur malefici, ob facinorum magnitudinem, dixit tex. not. in l. nemo. C. de malefi. & mathema. Item dicuntur arioli, vt ibi, eo quòd circa aras idolorum nepharias præces emittunt. dixit tex. in d. c. igitur. in prin. & de iſtis habetur Deuteronomii. xviii. c. non inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, nec phitones conſulat; dixit tamen ange. in l. nullus. C. de malefi. quòd ariolus fuit primus in terra Aegypti inuentor incantationis, & diuinationis. Item ꝙ fuit inuentor ariologii, & ab eo dictum eſt. & ſequitur Ioan. de Ana. in c. i. de ſortileg. in vi. col. & dicunt ibi docto. quòd Aegyptii dicuntur quaſi tenebroſi; & eſt Aegyptus mater idolatriæ. Vnde Aegyptii inuenerunt, quòd incipiens opus die tali non haberet bonum exitum: quod reprobat fides Chriſtiana xxvi. q. vii. in c. non obſeruetis. vbi litera dicit; Non obſeruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarii, in quibus cantilenæ quædam, & commeſſationes, & ad inuicem dona donantur, quaſi in principio anni boni fati augurio, aut aliquos menſes, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ ſoliſque curſum; quia qui has, & quaſcunque diuinationes, aut fata, aut auguria obſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus inutiliter & ſine cauſa, magis ad ſui damnationem, quàm ad ſalutem tendit; ſiue qui per quoſdam numeros literarum, & lunæ, & per Pithagoricam necromantiam ægrotantium vitam, vel mortem, vel proſpera, vel aduerſa futura inquirunt, ſiue qui attendunt ſomnialia ſcripta, & falſo Danielis nomine intitulata; & ſortes, quæ dicuntur ſanctorum Apoſtolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciolas pro quauis infirmitate ſcriptas ſuper homines, & animalia ponunt præter ſymbolum, & orationem dominicam; aut magicis falſitatibus in grandinariis tempeſtatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes aut ſuis domibus introducunt, & interrogant, ſciant ſe fidem Chriſtianam, & baptiſmum preuaricaſſe, & vt paganum, & vt apoſtatam. i. retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurriſſe, niſi eccleſiaſtica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur, dicit enim Apoſtolus, ſiue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo viuimus, mouemur, & ſumus. Et ibi Archi. quare Imperator in l. creationem. C. de iur. delibe. reprobat illam ſuperſtitioſam ſolemnitatem antiquorum volentium hæreditatem adiri non poſſe certis diebus; qui dicuntur eretici; de quibus per gloſ. ibi. & Bal. dicit, quòd illa lex oſtendit, quòd antiqui erant multum beſtiales, & nimium colebant dies. Vnde idem Bal. in l. i. in iiii. col. C. de his, quæ pen. nom. dicit, quòd ſi teſtator mandat hæredi. quòd non adeat hæreditatem in die reuolutionis lunæ, alias priuat eum hæreditate, quòd talis voluntas tanquam ſuperſtitioſa ſeruari non debet per d. l. creationum. Et ideo male faciunt principes nolentes peregrinari, niſi aſcendant equum die, & hora eis ab aſtronomo ſtatuta; & ita tranſit Ioan. de Ana. in d. c. i. Sed ad id, quod dixit Ange. de aurilogio, dicas, quòd non bene loquitur; nam non dicitur aurilogium, ſed horologium, quaſi horarum logium. i. horarum lectio; ſeu prima computatio. & hæc eſt vera ethimologia ipſius verbi. Et de hac ſorte loquitur gloſ. not. in c. conſtituimus. iii. q. v. quæ dicit, quòd malefici ſunt illi, qui faciunt, ne viri poſſint cognoſcere vxores ſuas, vel qui volunt ſcire futura; & dicit, quòd hoc eſt crimen publicum. Sed quòd non ſit prohibitum interrogare dæmonem ad aliquod ſciendum, probatur; Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. c. exemplum. xii. q. i. c. ſignificaſti. de electio. Sed Chriſtus interrogauit dæmonem, quod tibi nomen eſt? Vt habetur Matth. v. c. Ergo idem videtur eſſe conceſſum homini: Nam ſi hoc malum eſſet, Chriſtus non interrogaſſet, cum Chriſtus nunquam commiſit aliquid illicitum, vt habetur in epiſtola Petri. i. c. ii. Qui peccatum non fecit. &c.

Secundo ſanctorum animæ non fauent illicite interrogantibus; ſed Sauli Regi interroganti de euentu futuri belli à muliere habente ſpiritum phitonis apparuit Samuel; & ei futurum euentum prædixit, vt habetur. i. Regum. xxviii. c. & ibi Nicolaus de Lira dicit poſt multas opiniones, quòd anima Samuelis virtute diuina, & eius diſpenſatione apparuit ad annuntiandum Sauli diuinam ſententiam. Iſtud etiam dictum videtur concordare cum eo, quod habetur in libro Numerorum. c. xxii. dicitur ibi, quòd Balaam. magus, & ariolus quater quæſiuit reſponſum dæmonis, bis in domo ſua, & bis cum Balac. Et tunc ſecundum omnes docto. catholicos dæmon virtute diuina fuit prohibitus dare ſibi reſponſum, & angelus bonus dedit ei reſponſum ſuæ voluntati contrarium. Dicet aliquis, Ergo diuinatio, quæ fit per interrogationem à dæmone, non eſt illicita. Quibus poteſt reſponderi; Et quoad primum dico, quòd Chriſtus imperatiue interrogauit dæmonem eum coercendo, vt manifeſtaret nomen ſuum aliis, quia non eſt dicendum, quòd Chriſtus ignoraret eius nomen, cum ipſe ſciret omnia. c. nouit. de iudi. c. nouit. de appell. ergo, &c. Quoad ſecundum reſpondeo, quòd potius facit pro vobis, quàm contra; nam volun-

tata

tate Dei ſpiritus Samuelis apparuit Regi Sauli ad oſtendendum, Deum nolle dari fidem dæmoniis de futuris; ne decipiant homines, cum ſit eorum inimicus, & pater mendacii, vt Chriſtus atteſtatur in euangelio; & ideo voluit Deus, quòd ſpiritus bonus Samuelis, qui non mentitur, reſponderet Sauli Regi: qua re, &c. Et ſit vera concluſio, quòd non licet iuterrogare dæmonem ad aliquid faciendum: & hoc approbat ſanctus Tho. quamuis aliter reſpondeat motiuis ſupra poſitis. ii. ii. q. xcv. artic. iiii. & ibi per eum. dixit tamen Archi. in d. c. ſortes, quòd ſiquis vtatur ſomniis ad præcognoſcendum futura ſecundum quod ſomnia procedunt ex diuina reuelatione, vt ſomnium Pharaonis; vel ex naturali cauſa, cum abundans humore frigido ſomniat, quòd ſit in aqua; vel ex cauſa extrinſeca, vt ex aere, vel impreſſione cœleſti; vel quantum ſe poteſt virtus talis cauſæ extendere, non erit illicita talis diuinatio.

Si autem huiuſmodi diuinatio cauſaretur ex reuelatione dæmonum, cum qnibus pacta habentur expreſſa, quia ad hoc inuocantur; vel tacita, quia huiuſmodi diuinatio extenditur, ad quod non poteſt ſe extendere; erit diuinatio illicita, & ſuperſtitioſa; & ita dicit tenere S. Thomam de Aquino. ii. ii. q. xcv. arti. vi. An autem licitum ſit, vti incantationie ad bonum finem, puta ratione publicæ utilitatis, vt fructus à grandine non deuaſtentnr; & videtur dicendum, quòd ſic, Nam ſecundnm Phi. iii. phyſic. & in iii. metaph. in quacunque re finis attendi debet: ſed in hac re finis eſt bonus propter vtilitatem publicam, quæ bona eſt, iuxta not. per gloſ. & docto. in c. bonæ. de poſtul. prælat. & in c. ſcias. xvii. q. i. & in l. vtilitas. C. de primipi. lib. xii. ergo, &c.

Secundo ceſſante cauſa debet ceſſare effectus. l. adigere. §. quamuis. de iure patrona. c. cum ceſſante. de appell. Sed cauſa propter quam incantatio dæmonum eſt prohibita, eſt propter pacta obſequialia cum eis per incantatores inita per ſupradicta, ſed in caſu noſtro ceſſant obſequia, imo fit eis magna iniuria eos fugando, & remouendo ab ipſorum opere incepto, ergo, & cetera.

Tertio licitum eſt cuilibet ob tutelam rerum ſuarũ reſiſtere non ſolum vulnerando, ſed etiam occidendo, quando aliter defendi non poſſet, vt iu l. vt vim. & ibi per doctor. maxime Bar. & Bal. ff. de iuſti. & iur. & in l. i. per eoſdem maxime Bal. in repet. C. vnde ui. Patrimoninm eſt ſecunda vita. gloſ. eſt ſing. in l. aduocati. & ibi Bal. C. de adnoc. diuer. iudi. Si ergo eſt licitum hoc caſu occidere hominem factum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, vt habetur Gen. i. in princ. de quo in c. hæc imago. xxxiii. q. v. quanto magis debet licere incantando expellere demonem Dei inimicum, ac humanæ naturæ, venientem uon ſolum contra priuatam, ſed etiam contra publicam vtilitatem. facit quod dicit philoſophus in vi. thopi. & auct. multo magis, C. de epiſc. & cleri. c. cnm iu cunctis. de elec. c. per venerabilem. qui fil. ſint legi.

Sed in contrarium facit, quia non eſt faciendum malum, vt inde ſequatur bonum. c. non eſt putauda. i. q. i. & ideo. gloſ. in verſ. compenſatio, in c. i. per illum tex. xiiii. diſt. dicit, quòd in malis non eſt admittenda compenſatio. plus dicit ibi gloſ. ii. circa fin. quòd pro alterius ſalute non ſolum temporali, ſed etiam æterna, non licet alicui peccare venialiter: ergo pro bono, & vtilitate publica conſeruanda nou erit licitum vti incantatione diabolica, cum non ſolum ſit peccatum mortale, imo ſapit hæreſim per ſupradicta. Et per hæc poteſt reſponderi argumentis ſupra poſitis, vel ſpecialibus ad primum reſpondetur, quòd finis nou debet attendi, quando ad eum peruenitur per modum à iure reprobatum, ſed in caſu uoſtro modus à iure reprobatur. vt ſupra oſtenſum fuit, ergo, &c.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd in hoc caſu non ceſſat cauſa, nec fit iniuria demonibus, cum eos fngando per prohibitam incantationem quis peccet, & per conſequens fiat eis res grata, cum mediantibus peccatis quærunt hominum animas ſuperlucrari.

Ad tertium reſpondetur confitendo maiorem, quæ eſt à iure permiſſa; & per conſequens quis non peccat. l. Gracchus. C. de de adult. gloſſ. in c. ſelicis, in verſic. percuſſerit. de pœni. libro. vi. Sed minor concluſio eſt falſa, quia à iure reprobatur, vt ſupra concluſi; ergo, &c. Ego tamen dicerem in hoc eſſe diſtinguendum. Aut loquimnr in foro temporali, & ſic quantum ad pœnam temporalem, eſt licitum vti incantatione ad bonum finem. ita dicit Bart. per illum text. in l. eorum. C. de maleſi. & mathe. & eſt de mente Bal. ibi; & ita intelligitur quod dixit Iacobus Butr. in l. nullus. C. de maleſi. quòd incantationes nou debent fieri ad malum, ſed ad bonum ſic e aliàs contra faciens concremabitur; & ita ſumant totum illum titulum. Et dicit ibi Angel. poſt Odoff. qnòd magni barones, & domini incidunt in laqueum illius legis, quia uolunt equitari, niſi certis horis ſecundum conſilium illorum incantatorum, & diuinatorum. Aut loquimur in foro conſcientiæ, & ſic quò ad pœnam ſpiritualem; & tunc aut loquimur de incantatione, quæ fit demonum inuocatione, & auxilio; & nullo modo eſt permiſſa ſecundum Barr. in d. l. eorum. dicentem, ſe ita intelligere dictum beati Thomæ, nec allegat vbi; ſorte voluit allegare. ii. ii. q. xcv. artic. iiii. Et ita poterit intelligi quod dixit Sali. in d. l. eorum ſecundum quod de iure canonico uon licet facere malum ad finem boni; vt refert Ioan. de Ana. in c. ad liberandum. circa. 4. col. de Iudę. Item poterit verificari hoc caſu, quod dixit Bal. in d. l. nullus. Et iſti diuinatores, & incantatores ſunt cõmunione hominũ priuati; & per hoc poſſunt excõmunicari.

Aut

Aut loquimur de incantatione,quæ fit virtute diuina, hoc eſt mediantibus verbis dininis, puta euangelicis,vel pſalmorum;& hæc non eſt prohibita ſecundum Ang.in d.l.corum.nam tunc ceſſat ratio prohibitionis,de qua ſupra.Et bæc diſtinctio fuit de mente Io.de Ana.in d.ad liberandum.& per eam declaratur id quod dicitur in c.i.de ſortileg.in vi.col. Et hæc ars diuinatoria dicitur ars magica,non ſolum prohibita de iure canonico,vt in iuribus prælleg.ſed etiam de iure ciuili.C.ac digeſtorum l.nemo.l.nullus.& l.ſi excepta.C.de maleſi. & in l.ceteræ.§.i. & ibi.in libris reprobatæ lectionis magicis forte,vel his ſimilibus,&c.ff.famil.herciſ.Item prohibita eſt de lege Moſaica,& ſic de iure diuino;vt habetur Exodi.xxii.c. dum dicit; Maleficos non patieris viuere. de qno in c.reos ſanguinis.§.i.xxii.q.v. vnde magi olim dicebantur ſtellarum interpretes, qui diuinabant,cum quis naſcebatur,& orientales appellantur magi, quia in arte magica præualuerunt ſecundum Archi.in c.nec mirum.in princ.xxvi.q.v.Et ideo illi tres Reges orientales,qui venerunt ad orandum Chriſtum,appellati ſunt magi.Alii magi appellati ſunt philoſophi Caldeorum ſecundum Archi.in §.sed è contra.xxxvij.diſtinct.

Et vide ſanctum Thom.in ſecunda ſecundæ.q.xciii. Vbi dicit de ſpeciebus ſuperſtitionis. Et primo de ſuperſtitione indebiti cultus veri dei. Secundo de ſuperſtitione idololatriæ. Tertio de ſuperſtitione diuinationum. Quarto de ſuperſtitione obſeruãtionum. & in q. xciii. dicit de idololatria.& in q.xcv.tractat de ſuperſtitione diuinatiua;& primo,vtrum diuinatio ſit peccatum;ſecundo,vtrnm ſit ſpeties ſuperſtitionis; tertio,de ſpeciebus diuinationis; quarto,de diuinatione, quæ fit per dæmones; quinto,de diuinatione,quæ fit per aſtra; Sexto,de diuinatione,quæ fit per ſomnia; ſeptimo,de diuinatione,quæ fit per auguria; Octauo,de diuinatione,qnæ fit per ſortes. Vbi videbis late de his omnibus.

Et ſortilegi proprie hi ſunt,qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam,quas ſanctorum,ſeu Apoſtolorum vocant ſortes,diuinationis ſcientiam prufitentur;aut quarundam ſcripturarum inſpectione futnra promittunt.tex.not.in c.ſortilegi.xxvi.q.i.ex quo textu notabis, quòd iſti ſortilegi,& incantatores ſub falſo quodam,& ficto religionis nomine,ſanctorum,vel Apoſtolorum ſua cõficiunt ſortilegia; & hinc eſt,quòd iſti incantatores,& maxime mulieres,in ſuis ſortilegiis, & incantationibns,vt vulgariter dicitur, ſæpius dicere iubent per maleficiatum, aut infirmum, Aue maria,vel Pater noſter,aut alias ſimiles orationes ad deuotionem alicuius ſancti Apoſtoli,vel martyris,vt ſub illornm ſanctorum Apoſtolorum, vel martyrum deuotione, ac præſidio opus, quod conficinnt,videatur miniſtrari;nihilominus omnia illa ſunt falſa,& ficta, & non ad veram deuotionem, ſeu interceſsionem illius ſancti Apoſtoli, vel martyris dicuntur, ſeu vouentur,ſed ſub illa falſa religionis demõſtratione omnia opera prædicta arte,& præſidio demonis cõficiunt, & ſub illius deuotione vouent. Sortilegiorum diuerſæ ſunt ſpecies,principaliores vero,& magiſtrales ſunt tres,diuinatiua,amatoria,& venefica: & de hoc videbis tractatum Pauli Grillandi in volumine tractatuum,vol.5.ſol.153.vbi multa vtilia;& etiam multa extra propoſitum,quæ nullo iure comprobantur,inuenies.Et de ſortilegiis videbis doctor.in tit.de ſortileg.& videbis Hoſt. in ſnmma eod.tit.Sed iſti ſortilegi,diuinatores, & maledici, huius diabolicæ religionis profeſsi, dicuntur hoſtes humanæ ſalutis,& humani generis inimici.l.& ſi excepta.& l. ſi. C. de maleſi. & math.Vbi etiam videbis Azo.in ſua ſumma.Et incantatores,qui cenſendi ſint,& Arioli, qui ſint, qui auruſpices,qui augures,& qui phltoniſſæ;aſtrologi,qui dicantur,qui gentehliaci,qui ſalitores,& necromantici,videbis in d.trac.Pauli Grillandi in q.ii.Sed taceant ſortilegi,quia licet poſſint fieri ſortilegia amatoria,& venefica,& in corpore, & extra corpus, amor non vereoritur ex maleficiis amatoriis,quæ fiunt ad amorem prouocandum,quia omnes ſunt nugæ,& dæmonis fallaciæ,quæ nunquam ſortiuntur effectum.Stante liberi arbitrii poteſtate,mirum quid eſſet,quòd mulier caſta, & honeſta violenter traheretur ad peccandum. Et ideo dixerunt quidam magni theologi, quòd ſi aliquis maleficiatus, aut malaficiata reperitur,qui deuenerit ad effectus,quos tendnnt maleficia prædicta,id profecto non prouenit virtute,& potentia maleficii, vel ſortilegii rationibus prædictis, propter liberi arbitrii poteſtatem; ſed deuenit virtute diabolicæ tentationis; qui dæmon,vt credentium animas facilius decipiat,ita quòd firmiter credant,quòd illa ſortilegia faciant miracula,& vera ſint eorum opera, ipſemet adeo vehementer, & ſollicite infeſtat mulierem ipſam tentationibus,& perſnaſionibus die,noctnque,quòd nunquam finit ipſum,vel ipſam aliquo momento quieſcere,nec in ſomniis,nec in vigilia; adeo quod multotiens accedente maxime opere, & miniſterio extrinſeco ſortilegiorum, qui extrinſecus cooperant & literis amatoriis,& præcibns, pollicitationibusq́ue verbalibus, fragilis ſexus ſæpe illa queatur, & cadit in peccatum: & boc non prouenit virtute, & potentia ſortilegii, ſed dæmonis tentationibus, & opera hominis extrinſecus operantis, vt dixi, qui inſectantur mulierem ipſam, tanquam venatores feram, aut aucupatores auem; Vnde neceſſe eſt, quòd poſt aliquod bellum reddat ſe victam in manibus hoſtis, & cedat propter ſuam debilem naturam, & imbecilles vires, quas habet ad reſiſtendum diabolo. immo ita facilis eſt, & crednla, vt quæ noua ſunt, tam bona, quàm mala, libenter appetat; vt notatur Gene. iii. & c. forus. de verb. ſignific. Nec di-

ci poteſt hoc violenter fieri. ſed ſponte, quia mulier ipſa ſponte incipit incaleſcere in amorem illius viri,& volnntarie illum deſiderat;& hnc euenit ex natura ſua, & voluntate, non violentia ſortilegiorum; & hæc eſt facilior via ad flectendum pudicos animos ad libidinem, quàm alia,& maxime ſi quando hæc tentatio fit, mittuntur nuntii, epiſtolæ amatoriæ,& ſimllia ad mulierem: his, vel ſimilibus modis videntur facilius flecti, quàm vi ipſius maleficii.

Effectus enim iſtius ſortilegii requirit puram, & liberam voluntatem, quia nemo amat inuitus,& licet iſti vulgares fateri ſoleant ſe inuitos amare; & propter poculum aſſumptum compelli ad amandum, hoc eſt falſiſſimum, ſi volumus intelligere de neceſſitate precila, vt compellatur homo ratione, & voluntate: quia hoc non permittit Deus, ne tollatur liberi arbitrii poteſtas, quam habet homo. Si tu diceres, compellitur homo perſuaſionibus dæmonis, tunc dico, quòd non compellitur in ratione, ſed in concupiſcentia carnis, quia fragilis eſt; & niſi fortiter,& deliberate reſiſtat, vel fugiat, incidit in laqueum. Itaque quæ magorum præſtigiia fiunt, non vera, ſed fantaſtica eſſe probantur. in c. nec mirum. xxvi. q. v.

Si autem quilibet opponit & dicit; quomodo, vel quãdo eueniunt aliqua, quæ illi diuini prædicunt futura; aut quomodo poſſunt ægris præbere medelam, aut ſanis immittere ægritudinem, ſi aliquid propriæ virtutis, ac poteſtatis non habeant; hoc à nobis recipiat reſponſum; quia ideo quiſque non debet eis credere, quia aliquando eueniunt, quæ prædicunt, aut ſanare videntur languidos, aut lædere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit, vt ipſi, qui hoc audiunt, vel vident, probẽtur, & appareant qua fide ſint, & deuotione erga Deum; ſicut in Deuteronomio legitur Moyſes ex verbo Dei populo Dei præcepiſſe ita dicens; Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium dicat ſe vidiſſe; & prædixerit ſignum, atque portentum;& euenerit, quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus,& ſequamur Deos alienos, quos ignoramus,& ſeruiamus eis, non audias verba prophetæ. aut ſomniatoris; quia tentat vos dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis, an non; in toto corde, & in tota anima veſtra dominum Deum veſtrum ſequimini, ipſum timete, mandata eius cuſtodite,& audite vocem illius, ipſi ſeruietis,& ipſi adhærebitis,&c. Vbi ſane intelligi voluit, etiam illa, quæ à diuinantibus non ſecundum Deum dicunt, ſi acciderint, quæ dicunt, non ſint ſic accipienda, vt fiant, quæ præcipiuntur ab eis, nec colantur, quæ coluntur ab eis, nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe, quòd contingunt iſta; ſed quaſi quæreretur, cur ea permittat, cauſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendam vtique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum ſuum, cognoſcendum vero ab ipſis potius, quàm ab illo, qui ſcie omnia ante, quàm fiant. Et videbis ſanctum Tho. in ſecunda ſecundæ q. xcv. de diuinationibus. & ibi tractat, vtrum diuinatio ſit peccatum.& vtrum diuinatio, quæ fit per dæmones, ſit licita.& vtrum diuinationes, quæ fiunt per auguria, ſint licitæ.& vtrum diuinatio, quæ fit per ſortes, ſit licita.& in q. xcvi. tractat de ſuperſtitionibus obſeruantiarum. & vtrum vti obſeruantiis ad præcognoſcendum aliqua futura, fortunia, vel infortunia, ſit licitum. ibi videbis.& in q. xciii. tractat de ſpeciebus ſuperſtitionis.& in q. xciii. tractat de idololatria.

§. De Ludo.

EST ludus quædam alleuiatio laboris, vt in c. continebatur, de homi. Soci. in conſi. xvi. Ludus quis ſit permiſſus,& quis prohibitus, vide tex.& doct. in l. ſi gratuitam. ff. de præſcrip. ver. §. fin.& in l. i. C. de ſpectaculis lib. xi.& in c. cum decorem, de vit.& honeſt. cleric. & in auctẽn. alearum vſus. de relig. & ſumpt. fun.& C. de aleato.& doct in c. clerici, de vita, & honeſtate clericorum. Et dic, quòd regulariter eſt prohibitus ludus tam azardi, quàm alearum, etiam cum taxillis iuſtis, vt in d. auctẽn. alearum vſus.& in auctẽn. interdicimus. C. de Epiſc. & cleri. & Oldra. in conſil. lxxviii. Sed ex natura ſui ludus non eſt prohibitus. Salicet. in d. auct. alearum vſus. Vide Iacobum Butricarium in l. i. C. de nautico fęnore. Sed in ludo tempus amittitur,& oportet ſemper orare,&c.& de omni verbo ocioſo reddenda eſt ratio. quis enim ludos appellat, ex quibus crimina oriuntur; vt in prohemio digeſtorum. §. illud. facit quod dixit Bal. in l. i. C. ſi quis in frau. patroni, quòd vincens ex ludo prohibito dicitur acquiſiuiſſe ex maleficio. & vide Archidi. in c. i. xxxv. diſtinct. Sed ſi luditur conuiuium, hoc caſu ludus non erit prohibitus ſecundum gloſſ. in d. c. i. xxxv. diſtinct.& vide ibi docto. & d. gloſſ. in materia ludi eſt magiſtralis, dummodo non ludatur exceſſiua quantitas. pro quo facit d. auctẽn. alearum vſus. Et dicerem quantitatem exceſſiuam conſiderata conditione perſonarum. Et ludus fuit inuentus à diabolo, vt in c. præterea. li. diſtinct. & conſuetudine non poterit validari, vt in capit. ex parte. de conſuetud. nec obſtat, ſi diceretur hanc conſuetudinem ludendi in toto orbe eſſe præſcriptam ab eo tempore, cuius non extat memoria in contrarium. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignific. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quoti. & æſtiua. & in l. i. §. fin. de aqua plu. arcen. & in l. ſi Arbiter. de proba. & Archi. in c. generali. de electio. lib. vi. ad omnia iura reſpondeo, non procedere. quando conſuetudo eſſet nutritiua peccati per gloſſ. ſingularem in c. denique. iiii. diſt.

iiii.diſt.dicentem, Conſuetudo excuſat à pœna temporali, non autem à pœna gehennali.c.ſi Romanorum.xix.diſtin. facit gloſſ.in c.quanto.de conſuetud.quia potius dicitur corruptela, quàm conſuetudo. Et huius ludi conditio eſt adeo ignominioſa, & vituperabilis, quòd cum Chilon Athenienſis philoſophus, vnus ex ſeptem ſapientibus, miſſus eſſet Corinthum iungendæ ſocietatis cauſa, & ibi duces, & ſeniores populi ludentes alea comperiſſet, adeo illud abhorruit, vt ſtatim infecto negotio illinc diſcederet inquiens, nolle ſe gloria Spartanorum, quorum virtus per orbem clareſcebat, hac infamia maculare, ne diceretur cum aleatoribus ſocietatem contraxiſſe; vnde dixit Odoffre.in l.i.ff.de aleatoribus, quòd aleator eſt velut hoſtis reipublicæ, & philoſophus in iiii.ethic.affirmat, luſores eſſe deterioris conditionis quam latrones.

De ludo autem ſcaccborum licet non ſit ſpecies ſortis, laicis licitus eſt, dummodo non excedant in ludendo vnum aureum, etiam ſi ſint diuites, vt in d.auct.Alearum vſus. Et hoc eſt verum in toto die, quia tunc non liceret propter rationem poſitam in d.aucten.ita Ang. in tractatu maleficiorum.& fallit niſi eſſet tempus reſeruatum deuotioni, & pœnitentiæ, quia tunc ludentes peccarent mortaliter ſecundum Ricardum in ſenten.diſtinct.vii.artic.v.q.viii.fallit etiam, niſi auaritia luderent, vel interueniret blaſphemia. Et ludendo maximam quantitatem præſumitur quis ludere ex auaritia ſecundum Card.in d.c.clerici. de vita, & honeſt.cleri. & hoc extenditur ad omnes ludos ſui natura permiſſos. Itaque ſi luditur cauſa cupiditatis ad pecuniam, euitandus eſt, ſicut peccatum mortale. & videbis Cardin.Sancti Sixti.in c.epiſcopus.xxxv. diſtinct.vbi multa de ludo.& ſanctus Thom.dicit in ſecunda ſecundæ q.xxxii.ad ſeptimum. Circa illa vero, quę per aleas acquiruntur, videtur eſſe aliquid illicitum ex diuino iure.ſ. quod aliquis lucretur ab his, qui rem ſuam alienare non poſſunt, ſicut ſunt minores, & furioſi; & cum quis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & ille qui fraudolenter lucratur ab eo. in his caſibus tenetur ad reſtitutionem. Aliquid autem videtur eſſe illicitum ex iure ciuili, quod prohibet vniuerſaliter tale lucrum: qui ſunt talibus legibus ſubiecti, tenentur ad reſtitutionem, qui lucrantur; niſi conſuetudo contraria præualeat; aut niſi ille lucratus ſit ab eo, qui traxerit eum ad ludendum. Et clericus publice aleator ipſo facto priuatur à promotione, ſed non à beneficio, niſi præcedat monitio. Et illud, quòd vincitur in ludo ſcacchorum, vel in ludo, qui conſiſtit, & fit gratia virtutis experiendæ, non ſubiacet reſtitutioni; niſi quis principaliter ludat, cauſa ſpoliandi proximum. ita Panorm.in d.c.clerici.de vita, & hon.cle.& ibi vide doct. Et nota, quòd vocatur quis ludere ex auaritia, quando principale fundamentum ad ludendum eſt lucrum: itaque licet ludus in ſe non ſit malus, tamen ludere ex auaritia, & ſic cauſa lucri, eſt peccatum graue, & turpe; ita doctiſſimus Gaietanus in ſecunda ſecundæ.in Commentariis q.clxviii.art.iii. & ibi dicit etiam turpe lucrum appellatur, quòd ludo acquiritur.& in d.q.videbis ſanctum Thom.& in q.xxxii.& ibi etiam dicit Gaiet. Quoniam abuſus ludi ad auaritiam freno eget, & Regum eſt hos mores compeſcere, ideo leges prohibent ludos fortuitos, quoniam ipſis maxime homines abutuntur ad auaritiam: & licet honeſta ioca interdum ſuauia ſint, tamen ab eccleſiaſtica abhorrent regula; quoniam in ſcripturis ſanctis non reperimus ea, quemadmodum vſurpare poſſimus.ita ſanctus Thom.in d.q.artic. ii. & Auguſtinus dicit de pœnitente loquens; cohibeat ſe à ludis Seculi, qui perfectam vult conſequi remiſſionis gratiam. dicitur enim in Hieremia. xv. Non ſedi in conſilio ludentium. & Thobiæ iii.dicitur; Nunquam enim ludentibus miſcui me.

§. De Ventura.

AGgredior vltimum modum ſortis, prout eſt ventura à vulgarium more, & hanc dico non eſſe prohibitā; nam ſors hoc caſu nihil aliud eſt, quàm res in humana dubietate, diuinam indicans voluntatem. ita dixit tex.in c.non eſt aliquid mali.xxvi.q.ii.& Auguſ.ſuper pſalmo, In manibus tuis ſortes meæ; ſecundum ſanctum Thom.in ſecunda ſecundæ q. xcv. arti. fin. Et ita intelligitur, quod dixit Ambroſ. ſuper Lucam relatus per ipſum Tho.vbi ſupra. Qui ſorte eligitur, humano iudicio non comprehenditur, &c. Vnde ratione eſſentię hæc ſors non eſt prohibita, cum à diuina dependeat voluntate.& ideo Bal.in l.fin.in princ. C.com.deleg. not. ex illo tex. quòd mittere ſortem non eſt peccatum. Item non eſt prohibita ratione finis, qui in omnibus rebus conſiderandus eſt ſecundum phi.in iii.phiſic.& in iii.metaph.qui dicit, quòd eſt perfectio cuiuslibet rei.& ideo Bal. C.de ſum.trin.& fi.cath.dicit, quòd ſecūdum phiſicam regulam; cuius finis eſt bonus, ipſum quoque bonum eſt.facit c. merito. xv. qō.i. Sed finis venturæ eſt lucrum, quod in ſe non eſt prohibitum; nam diuitiæ non ſunt malæ in ſe, nec eas appetere peccatum eſt, quando ad bonum finem appetuntur, & cum bono ordine ſecundum Bald. in c. nam concupiſcentiam.de conſtit.& fuit ſententia Boetii de philoſophica conſolatione.c.ix. facit gloſſ. not. in c. clericus. xiii.qō.i.& quod dicit Abb.in c.ſuper eo.il.ii.in ii.col.de teſti. & gloſſ. in c.militare. xxiii.qō.i.quæ dicit, quòd licitum eſt augere diuitias. Sunt enim diuitiæ de genere bonorum ſecundum Philo. in primo ethic. meminit ſanctum Thom. ſecunda ſecundæ, qō.clii.arti.ii. Sunt

etiam

etiam ad perfectionem nobilitatis.tex.eſt not.vbi Iacob.Butr. & Bald. in l. nobiliores.C.de co
mer.& merca.facit quod dicit Abb.in c.conſtitutis.in iii.col.de appell. & intereſt reipublicæ ha
bere ciues diuites,ac nobiles.facit ad hoc gloſſ.not.in c.1.& eſt gloſſ.tertia.xxi.q.i.iunctis his,quę
ponit Bartol.in l.i.C.de digni.lib.xii.Et quòd diuitiæ non obſint,ſi quis eis bene vtatur, voluit
Hieronym.in epiſt.incipiente; Vereor,&c.in princ.& phiſ.in primo Poli.dummodo quis in eis
non ponat fœlicitatem ſecundum Egidi.de regi.princip.c.vii.& refert Alberi.de Roſa.in dictio-
nario ſuo.in verſ.diuitiæ. Et ita poterit intelligi illud pſalmiſtæ;diuitiæ ſi affluunt, nolite cor ap
ponere. Item quòd hæc ſors non ſit prohibita,probatur,nam rationes prohibitoriæ ſortis,pro-
ut eſt diuinatio,non militant in hac ſorte; vnde Beda in c.non exemplo.ea.cau.& q. quod origi-
naliter eſt ſuper actus Apoſtolorum;concludit hanc ſortem impellente neceſſitate conceſſam eſ-
ſe inſtar Apoſtolorum,qui effuſis ad Deum præcibus hoc modo conſulebant : quicquid dixerit
Hoſti.in tit.de ſortileg.in ſumma.& in c.non exemplo,legitur.Non exemplo Matthiæ,vel quòd
Ionas propheta ſorte deprehenſus ſit,indifferenter ſortibus eſt credendum;cum priuilegia ſingu
lorum,vt Hieronymus ait,communem legem omnino facere non poſſint; ſi qui tamen neceſſi-
tate aliqua compulſi Deum putant ſortibus,exemplo Apoſtolorum conſulendum eſſe,videat ho
mo ipſos Apoſtolos non niſi collecto fratrum cetu,& precibus ad Deum fuſis,egiſſe.Et ideo con
cludo,quòd in caſu,quo quis indigeret pecunia, nec aliter habere poſſet , vel vellet vendere rem
ſuam,nec aliter poſſet,niſi ponendo rem ſuam ſub ſorte,vt in præſentia ſit hic Neapoli,talis ſors
non eſt prohibita ; eſt enim hoc caſu quædam interiecta venditio ; dummodo talis non colligat
maiorem quantitatem pecuniæ , quam res ipſam valeat ; & ceſſet omnis alia fraus : aliàs ratione
fraudis eſſet obligatus in foro conſcientiæ ad reſtituẽdum illud plus,quod colligit,per id,quod
dixit gloſſ.in verſ. vt plus.in c. hoc ius porrectũ.x.q.ii.& Bal.in c.cum cauſam.de teſtib.Archid.
in d.c.ſors.Et idem credo,vbi nulla eſſet neceſſitas,ſed ſolum ratione ſpe lucri poneretur pecunia
ſub ſorte; nam fraude ceſſante non putarem hanc ſortem eſſe publicam,cum appetere lucrum ad
bonum finem,& cum bono ordine, vt ſupra dixi, non ſit à iure improbatum : præcibus tamen
primo ad Deum emiſſis.d.c.non exemplo.in fi.nec hoc caſu Deus tẽtari videtur,vt dicit ſanctus
Thom.in loco ſupra allegato, adducens illam authoritatem Ambroſii , de qua memini in princ.
huius quæſtionis ; nam cum reuerentia ibi.non videtur probari . Vnde dicerem Deum tentari,
quando abſque cauſa licita;ſecus ſi cum licita,vt eſt in caſu noſtro. vt probaui,ſors emitteretur.
facit illud Matthei in euangelio; Non tentabis dominum Deum tuum, imo proprie non poteſt
dici Deum tentari cum omnia ſint ei præſentia,tanquam cordium ſerutatori.c.erubeſcant.xxxiii
diſt.c.nouit,de iudi.c.omnipotene Deus.ii.q.ii.Et quod dixit Chriſtus diabolo, more humano
loquutus fuit; Nam antequam tentaretur, hoc euenturum non ignorabat;fuit namque diuinum.
myſterium. Vnde domi.Anto.in c.fi.de ſortileg.dicit,quòd emittere hanc ſortem, eſt quoddam
tentare Deum;quaſi voluerit dicere,quòd non eſt proprie tentare.Et hæc ſors dicitur conſulto-
ria,quia more apoſtolorum Deus conſulitur,quis obtinere debeat, vt in d. c. non exemplo. Et
quamuis prohibeatur in electionibus eccleſiaſticis,vt in c.fi.de ſorti.& tenet ſanctus Tho. vbi ſu
pra.& Hoſtien.in d.verſic.penult.data eſt namque in eis à iure ſpecialis forma , de qua in c. quia
propter.de electio.tamen in electionibus ſecularibus hæc ſors militat,maxime hic Neapoli,nam
Electi eliguntur per breuia. Nec obſtat,ſi allegaretur glo.in §.interdicimus ; in auten. de ſanct.
Epiſc.dicens,quòd quis non debet ſe committere viribus fortunæ, & ideo propter hoc , ludum
eſſe prohibitum.quod etiam voluit glo.in authen.interdicimus,C.de epiſc.& cleric.nam non re
cte loquitur.quia fortuna,& ſors conuertuntur.d.c.ſors.quæ ſors non eſt mala,vt dixi;nec ludus
ex natura ſua,ratione fortunæ,ſed ratione accidentium eſt prohibitus,vt latius probaui.Et ideo
de hac ſorte verificabitur, quod dixit Angelus in l. ſed cum ambo. per illum text. de iudi. quòd
ſors eſt licita;vnde dicit , quòd quamuis totus titulus de ſortilegiis eam prohibeat, intelligi de.
bet,quòd prohibeat ſcientiam ſortis,non autem ipſam ſortem; quia ſors nihil mali eſt.allegat d.
c.ſors. Sed contra hoc tenet Hoſti.in ſum.de ſortileg.in.§.l.in fin.dicens,quòd ſors non eſt quid
mali,quo ad ſcientiam,ſed quo ad exercitium.quòd verum intelligo, habito reſpectu ad ſortem,
prout eſt diuinatio,vt declaraui ſupra in §.quæſito. non autem habito reſpectu ad ſortem , pro-
ut eſt , quod iuxta vulgares dicitur ventura , de qua in hoc quæſito; quia eius exercitium non
prohibetur per prædicta.Et quod dixit Ange. in d.l.ſed cum ambo , procedit in iudiciis , quan-
do eſt dubium iuris ſecundum Ioan.Andr.in c.licet cauſam.de probat;niſi veniat in præiudicium
tertii.l.huiuſmodi.§.fin.de leg.i. Et ideo ſi duo ſimul ſemel impetrant canonicatum, nec apparet
in impetratione quis fuerit prior non eſt locus ſorti;quia agitur de præiudicio canonicorum.ita
dicit Ang.in d.l.ſed cum ambo,ad declarationẽ gloſſ.in c.ſi duobus.de reſcrip.lib.vi.de qua gloſ.
idem Ang.meminit in l.fin.C.com.de leg.quæ gloſſ.eſt ſuper ver.concurrant. facit gloſſ. penult.
in ſimi.in c.quoniam Abbas.de offic.deleg.& gloſſ.in §.ſin autem inſtit.de ſatis.tuto. Sed quan-
do eſt dubium fieri , ſors non eſt licita. gloſſ. eſt in verſic. prohibebit in l.1.C. vti. pòſſid. quam
pro ſing.in d.l.huiuſmodi. in §.fin.allegauit Imo. Sed do. Anton. in c.fin. de ſortileg. in fin.dicit
idem

idem eſſe etiam, quando eſt dubium fieri, alleg. gloſſ. in. c. licet cauſam, de proba. in gloſſ. bene tamen. in verſic. item ſi cōſtat: quod dicit placere Hoſti. vt ipſe domi. Anto. dicit ī. d. c. licet. ad quē in hoc me remitto. Et hæc ſors dicitur diniſoria ſecundum Archid. in d. c. ſors. & ſanctū Thom. vbi ſupra. Item dico etiam ſtandum ſorti in extraindicialibus, vt dixi, in electionibus. Item in caſu, quem ponit Bald. in. §. nos itaque. in prohe. digeſtorum. Conſuetudo eſt dominorum, quòd primogenitus ſuccedat in dominatione. Modo nati ſunt duo, nec apparet de ordine; dicir, quòd ambo ſuccedūt, vel forte robuſtior, quia præſumitur celerius exiſſe de carcere materni vteri. arg. l. ſi fuerit. §. fin. de rebus dub. Sed poſito, quòd ambo ſuccedant, ſi quæritur quis primo debeat nominari in eorum reſcripto; dicit Bal. forte dirimendum per l. ii. C. quando, & qni quar. pars. deb. lib. x. facit ad prædicta tex. in. §. optionis. & ibi gloſſ. in verſic. forte. inſti. de leg. Plus conſulu it do. Cardin. in conſi. cl. quòd ſi duo cōtendant de papatu, data paritate probationum locus eſt ſorti; & dixit de hoc conferri. Idem tenet Petrus de Monte, olim Epiſcopus Brixienſis in tract. de poteſtate Papæ in. xxxi. col. alleg. Cardin. in c. licet. de elect. Ex quo ſequitur, quòd in beneficialibus locus eſt ſorti, quamnis moderniores, in c. capitulum. circa fin. in verſic. ſed an ſorti. allegent. in contrarium do. Cardin. in. d. c. licet cauſam, dicentem in beneficialibns non eſſe locū ſorti; per not. in. c. eum qui, de eo qui mitt. in poſ. libr. vi. & ratio eſt ſecūdum eos, ne detur uitioſus ingreſſus. Item notabis vltimo, quòd ſors non intelligitur prohibita, niſi in caſibus à iure expreſſis. text. eſt iuncta gloſſ. in princ. in. c. fin. de ſortileg. & hoc expreſſe tenet Abb. in ii. not. dicens; quòd in electionibus eccleſiaſticis non eſt ſorte procedendum, ſecns ī electionibus laicorū: quia in illis vſus ſortis non reperitur prohibitus, ex qno tantum ſe ſubiiciunt fortunæ, & ita dicit in multis locis facere laicos eligentes officiales per ballotas, & breuia, qnod dicit eſſe notandum.

De penſionibus eccleſiaſticis. Cap. LXI.

PEnſionum plures ſunt ſpecies, vna, quæ inſtituitur per ſummum Pontificem in beneficiis eccleſiaſticis pro libitn voluntatis; alia, quæ conſtituitur per Epiſcopum ratione neceſſitatis, & vtilitatis. Alia quæ pro bono pacis imponitur. c. niſi eſſent, de præben. Alia, quæ per fundatorem eccleſiæ ponitur. c. quanto. de cenſibus. Itaque penſiones licitæ ſunt plures ſpecies; quia aliqua datur loco beneficii, & virtualiter eſt beneficium. vt in clemen. ad audientiam. de reſcript. & alia penſio eſt ſecundum formam tex. in c. extirpandæ. §. fin. de præben. alia penſio eſt, duæ datur in titulum, vt in clemen. ii. de vita, & honeſt. cleric. de iſta loquuntur docto. in c. poſtulaſti. de reſcrip. Cauſa impulſiua penſionis fuit res literaria, quia ſummi Pontifices ſolent reſeruare penſiones, non ſolum in Epiſcopatibus, ſed etiam ī aliis eccleſiis curatis, circa literatas perſonas, qnæ maioribus ſunt beneficiis honorandæ, vt in. c. de multa. de præben. Et ratio eſt, quia literatæ perſonæ proſunt non ſolum eccleſiæ, ſed toto orbi, vt in auctēn. habita. C. ne filius pro patre. Et pēſio eſt certa portio ex beneficio aſſignata ex cauſa, ita Cardin. in clemen. i. de ſupplen. negli. prælatorum. & pendet à proprietate beneficii, & virtualiter, vt dixi, eſt beneficium. Et de iſta penſione, quæ cum cauſa aſſignatur clerico, vt ſunt penſiones quæ hodie communiter ſunt ī vſu, erit farrago præſentis capituli. Dixi, quòd penſio eſt certa portio, quæ aſſignatur in certa quantitate, & etiam poſſet aſſignari in quota; dixi ex cauſa, quia Papa regulariter non aſſignat penſionem ſuper fructibus beneficii. ſine cauſa, licet facere poſſit. Ratio meritorum erga eccleſiam eſt cauſa, & ſi alter litigantium cedit liti, & cauſæ ad commodum conlitigantis; papa tunc cedenti, iuſte aſſignat penſionem, vt in d. c. niſi eſſent, de præbend. fraude tamen litigantium ceſſante, ſed iuxta formam text. in d. c. niſi eſſent. Item quando quis renunciat beneficio, non ex pacto, poteſt papa aſſignare penſionem renuncianti; ſed aduertite, quia in ſpiritualibus nō admittitur pactio.

Et beneficia ſunt de inre diuino, dico beneficia eccleſiaſtica; quia Dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Matth. x. & Lucæ. x. Sine expreſſione cauſæ, etiam Papa poteſt aſſignare penſionem, quia ad Romanum Pōtificem, eccleſiarum perſonatuum, dignitatum, aliorūque beneficiorum eccleſiaſticorum plena, & libera diſpoſitio eſt; quia generalis diſpenſator eſt, & pleniſſimam poteſtatem habet, vt per docto. in clement. i. vt lite penden. & in. c. ii. de præben. in vi. & in. c. propoſuit. de cōces. præb. c. omnes. xxii. diſt. c. quod autem xxiii. q. vii. c. ſi papa de priuileg. in vi. c. cuncta per mundum cap. per principalem ix. q. iii. Itaque literato, & ex cauſa ceſſionis iurium, & ſimilibus, papa imponit iſtas penſiones, & etiam ſine expreſſione cauſæ, vt dixi. & vide Felin. in c. ad audientiam, de reſcript. quædam etiam penſiones dantur pro officio, & ſeruitio temporali laicis, dico pro ſeruitio impenſo, vel impendendo, vt puta pro pulſando campanas, pro aperiendo fores eccleſiæ. & iſte tales penſiones poſſunt redimi, & talis penſionarius non tenetur dicere officium: ſed quando penſio datur clerico, talis penſio datur loco beneficii, & virtualiter eſt beneficinm eccleſiaſticum, ſic & penſio capitur in recto pro iure colligendi fructus, ratione officii diuini. cui homo eſt alligatus, & obligatur orare pro his, quibus alter be

neficatus,qui eſt in poſſeſſione totius Categoreumatice.i.totius prædicamenti,& quamuis pen-
ſio non vocetur beneficium,non refert. Nomina enim ſignificãt ad placitum,vnus habet nomen
beneficii,vt rector,aſſignando alteri penſionem.ita Ioannes maior,maximus inter doctores Pa
riſienſis in iiii.diſt.xxv.& ibi dicit etiam,de penſione temporali;quæ aſſignatur pro ſeruitio tem
porali, quæ poteſt aſſignari laico.& de hoc ĩfra dicemus. Eſt alia penſio, quæ datur in titulum,
quãdo certa penſio extrahitur ex pingui beneficio,vt deinceps ſit perpetuum beneficium; & iſta
penſio hodie parum eſt in vſu;& optimum eſſet ſi papa omnia pinguia beneficia, & opulenta di
uideret,quia ſi meſſis multa, alii operarii mittendi ſunt.de iſta penſione loquitur Cardin.in cle
men.i.de ſupplen.negli.prælatorum.Sed illa penſio,quæ licet non ſit benneficiũ; datur loco be-
neficii.ius eſt ſpirituale,& clericale:habent enim tales penſiones,quæ clericis ĩ minoribus, & ma
ioribus ordinibus conſtituti aſſignantur, habent imaginem præbendæ, ſicubi modo in more
ſunt, & ſpiritualibus annectuntur;& tales penſiones etiam pueris aſſignari poſſunt,ſi ſunt in mi
noribus ordinibus conſtituti:puer autem in beneficialibus dicitur à ſeptimo vſque ad quartum
decimum annum.Abbas in c.ſuper inordinata. de præben.nam laicus ſui natura nõ eſt capax be
neficii , cum non clerico beneficium conferri non poſſit.c.cum adeo.de reſcrip. & c.ex literis.de
tranſa.Et lex loquens de beneficiis habet locum in penſionibus, vt ĩ c.mandatum, de reſcript.&
ibi docto.Et ſic videmus,quòd ſicut de beneficio in impetrationibus , ita hodie debet fieri men
tio.de penſione,quæ aſsignatur loco beneficii,vt per doct.in.c.in noſtra.de reſcrip.& glo. in regu
la.lxi.non obſtat.penſio non permutatur,ſicut beneficia,quia beneficia ſunt perpetua, & penſio
quæ datur loco beneficii,finitur morte penſionarii, & licet talis penſionarius nõ teneatur ad re-
ſidentiam perſonalem in certo loco,nihilominus tenentur penſionarii ad recitandas horas cano
nicas,vt dixi,quia viuit de altari,& viuit de patrimonio Chriſti, & ſecundum Apoſto.per locum
a conuerſis,qui viuit de altari &c.Et omne beneficium datur propter ſeruitium, quia talis penſio
loco beneficii ſubrogatur,& ſubrogatus ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum
§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. Et quòd ille penſionarius teneatur recitare horas canonicas.
tex.eſt ſing.in.c.ſi qui vero xxxii.diſt.& etiam eſt optimus text.in.c.quia tu.xii.q.i. vbi pro illa
portione,quæ datur clericis coniugatis,in canendis pſalmis debent inuigilare ; & ratio eſt, quia
viuebant de altari.&qui mãducat,laboret:& quia res eſt maxime ĩportantiæ,recito verba text.in
d.c.ſi qui.xxxii.diſt.vbi Gregorius Anglorum epiſcopo ſcribit : Si qui vero ſunt clerici extra ſa-
cros ordines conſtituti,qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent,& ſtipendia ſua exte
rius accipere,& ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi,vt bonis moribus viuant,& canendis pſal-
mis inuigilent,& ab omnibus illicitis,& cor,& linguam,& corpus(deo auctore)conſeruent. Ec
ce omnia,ad quæ tenentur viuentes de altari , licet ſint clerici coniugati ; & ſic à fortiori clerici
in minoribus obligati ſunt ad dicendas horas canonicas,ſi ſunt penſionarii, vt ſatisfaciant pro il
lis,qui beneficia fundauerunt : & dictæ horæ canonicæ fuerunt.tunctæ ſibi ab eccleſia pro fun
datoribus.de hoc videbis in.c.i.de celeb.miſſ.& vide etiam Card.in cle.l.de celeb.miſſ.Et ſic cleri
cus penſionarius tenetur ad horas canonicas,de penſio ſit præmium ſine opere, quia qui non ſer
uit,non debet præmium conſequi.c.charitatem,& c.eccleſiaſticis.xii.q.ii.hinc eſt , quòd os bo-
uis triturantis ligari non debet,& eſſet meſsis ſine ſemine ; quia ſi penſionarius, ad nullum officiũ
eccleſiaſticum teneretur,eſſet abſurdum:quia metit,vbi non ſeminat,& congregat, vbi non ſpar-
ſit,contra vocem domini dicentis : metitis.vbi non ſeminaſtis,& congregas,vbi nõ ſparſiſti.ſint
igitur memores penſionarii,quia de patrimonio Chriſti manducant,& qui viuit de altari , altari
ſeruire tenetur.c.cum ſecũdum Apoſt.de præb.Beneficium eccleſiaſticum,vt pẽſio,quæ habetur
loco beneficii,extinguuntur per contractum matrimonii ; ſed ſi penſio fuit aſſignata pro aliquo
temporali commodo,non extinguitur.Ita Imola, & Card.in cle.de ſupp.neg. præla. Ideo conſi-
derandum eſt,ſi papa in ſuis literis aſſignat penſionem Petro,vt laico,an Petro , vt clerico ; quia
ſi nominat laicum,aſſignat ei penſionem temporalem;aliàs ſecus: itaque ſi penſio eſt aſſignata lai
co,tanquam laico,etiam ſine expreſſione cauſæ talis penſio temporalis eſt,meo iudicio. Et de ſti
lo curiæ apponitur in literis reſeruationis penſionis, quàm ceſſans illam ſoluere per tempus in li-
teris appoſitum,ſit beneficio ipſo priuatus.Additur,tibique licere ad eandem eccleſiam liberum
habere regreſſum, &c.Et etiam penſionarius habet actionem perſonalem contra non ſoluentem
quia talis priuatur,& excommunicatur:itaque penſionarius habet ius ad beneficium, & ad deci-
mas, quæ ſunt fructus beneficii,ob non ſolutionem penſionis, & poteſt inuocare brachium ſecu
lare ; & ius,& regreſſum ad beneficium non cadit laico ; itaque penſio cohæret beneficio.Felyn.
in.c.ad audientiam,de reſcrip.& in hoc attenditur ſtilus curiæ .

Et ſi penſio datur Petro tanquam clerico,dico,quòd talis penſio datur loco beneficii,iſta mea
conſideratio eſt de mente Ioannis Andreæ,& Archid.in cap.quamuis.de præben.in.vi.ſed de cõ
ſuetudine Romanæ curiæ non videbis aſſignatam penſionem,niſi clerico in ſacris, vel in mino-
ribus,& ad primam tonſuram ſufficiunt anni ſeptem. Felynus in cap.cum vigeſimum, de officio
delegati.Et penſiones pueris aſſignari poſſunt.Cardin.in clemen.ii.de officio ordin.& doct.in.c.

ſuper

ſuper inordinata.de præben. Sed beneficium curatum obtineri non poteſt à minori xxv. annorũ c.cum cunctis.de præben. Ad canonicatum in eccleſia cathedrali, vel collegiali, ſufficit ætas xiiii. annorum.glo.& doct.in.c.ſi eo tempore de reſcrip.in.vi.Rota in deciſio.cccxxiiii. in nonis, & etiam eſt regula cancellariæ Apoſtolicæ. Ad epiſcopum vero requiritur ætas annorum xxx.c.cum in cunctis, de elect.gl.& docto.in cle.generalem, de æta.& quali. Abbas in c.ſuper inordinata. de præben.eadem ætas annorum.xxx.requiritur in Abbate, vt per Abbatem, in.d.c.cum in cũctis. ſed tu vide Fely.in.c.cum vigeſimum, de offi.de leg,

Et priuatus beneficio ob non ſolutionem penſionis, vt diximus, non tenetur, vlterius ad ſolutionem penſionis.tex.& ibi doct.in.c.niſi eſſent, de præb.quia penſionarius ſuccedit ſuo debitori, & creditam confunditur.l.debitor, & glo.C.de pact. Nota etiam, quòd clericus penſionarius dicitur habere beneficium, & dicitur beneficiatus.ita doct.in.c.quamuis.il.ii. de præbend.in.vi. & in.c.audientiam·il.ii.de reſcrip. Sed ſi penſio eſt aſsignata pro temporali ſeruitio, ſiue clerico, ſiue laico, pro pulſando campanas, &c. dicitur.potius officium, quam beneficium, vt in cap. poſſeſſiones xvi.q.i.& c.conſuetudinem, de conſue.libr.vi.Card.in cle.quia regularis, de ſup.negl.præla.quinimmo talis penſio erit mercedis loco, & vide doctor.in.c.ex eo.de elect.in.vi. Et talis penſio quæ datur pro dictis officiis, vel pro mercede nullam continet ſpiritualitatem.de quo p Cardin.in clem.ſi.de præb.& talis non tenetur ad horas canonicas, & poteſt redimere talem mercedem, vel officium, aut vendere; nec tenetur etiam ad charitatiuum ſubſidium; ſed penſionarius cui datur penſio loco beneficii, tenetur ad charitatiuum ſubſidium, pro rata penſionis, quam percipit a beneficio. facit tex.in.c.tua nobis, de decimis.voluit Innoc.in c.cum non ſit, de decimis. & ita ſeruatur de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres. Et etiam talis penſionarius debet ſoluere decimas impoſitas, impoſitas dico illas decimas, quæ imponuntur à domino Papa ſuper fructibus beneficiorum, per ea, quæ notantur per Abba.in.c.prohibemus, de cenſib. & doct. poſt glo.in clemen.ii.de decimis.& ita obſeruatur in curia Romana, quia iſtæ penſiones poſsidentur iure ſpirituali, ſed ſi haberentur pro iure temporali, aut officio temporali, non teneretur ad decimas, vt per doct.in clem.i.de cenſib. Et talis penſio, vel officium, vel beneficium nõ vacat per contractum matrimonii, vt dixi, per not.per doct in clemen.i.§.eadem, de ſupp.negl.præla.& in clemen.i.de rebus eccle.non alie. Aut talis penſio fuit aſsignata non in titulum beneficii, quia tales penſiones receſſerunt ab aula, ſed ſi fuit penſio aſsignata loco beneficii, vt ſunt iſtæ penſiones, quæ quotidie verſantur in curia, vt puta, quando clericus reſignauit beneficium, penſione reſeruata, vel ceſsit iuribus, vel papa alicui clerico ĩ minoribus, vel ſacris, quia erat literatus, vel aliqua cauſa iuſta interueniente, vel ſine cauſa, quod facere poteſt, reſeruauit aliquam honeſtam, & iuſtam penſionem, iſto caſu penſio per contractum matrimonii extinguitur. & de hoc vide etiam Cardin.in clem.I.de reb.eccl.non alien.& doct.& in c.i.de cleri.coniug.in.vi.& vide Ioann. and. in.d.c.i.de cler.coniug.quia clericus coniugatus incapax eſt beneficii eccleſiaſtici, vt dixi. Sed talis penſionarius, vt dixi, tenetur ad horas canonicas, & debet viuere clericaliter, debent enim habere habitum, & coronam clericorum, vt in c.fornicari.lxxxviii.diſt. ita doctiſsimus Cardi. Sancti Sixti in.d.c.ſi qui xxxii.diſt.

Sed penſiones, quæ conſtituuntur in fraudem canonis, reprobatæ ſunt, vt quia deputantur ei, qui non eſt capax beneficii, vt per Felyn.poſt Abbatem in.c. ad audientiam. il.ii. de reſcript.latius in c.conquerente.de clericis non reſiden. Sed, vt dixi, ex cauſa licita, & honeſta poteſt clerico conſtitui penſio, intellige, quòd remaneat presbytero ſoluenti penſionem, vnde poſsit viuere; aliàs ſecus; ideo ex conſuetudine ſtatuitur onus vſque ad tertiam partem reddituum, quantitatiue tantum, non per viam quotæ, & ſi contigerit eccleſiã eſſe nimis oneratam, ſolet modificari; & talis moderatio eſt canonibus amica. bonus tex.in c.quanto, de cenſibus.& in iſta moderatione ſeruabitur ſtylus curiæ, & tunc erit penſio licita: itaque penſio erit licita, quę reſeruatur ſuper fructibus beneficii fraude ceſſante. facit tex.in.c.extirpandæ.§.qui vero, de præbend.& ibi Panormita. ad idem tex.in capitulo ad audientiam. de reſcriptis. & vide doctorem.in capitul. quamuis.i. de præbend.in.vi.

Et ſic ſunt licitæ penſiones aſsignatæ per ſuam maieſtatem ſuper epiſcopatibus Hiſpaniæ cũ auctoritate ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, quia non aſsignantur laicis, ſed clericis bene meritis. Et ſi meſsis quidem multa, operarii autem pauci, alii operarii mittendi ſunt. Et iſta ratione poteſt fieri diuiſio epiſcopatuum, & omnium beneficiorum, vt dixi, in iſto Spec. Et licita eſt penſio, quando quis reſignauit beneficium in manibus papæ, obtinendo à papa tertiam partem fructuum beneficii ſoluendorum per ſucceſſorem in dicto beneficio reſignato, intellige ceſſante etiam pactione inita inter renunciantem, & tertium. Sed dicunt doctor. quòd licet renunciatio debeat eſſe libera, pura, & ſine vlla pactione.c.ex parte.& ibi glo.& doct.de officio deleg. & Fely. in.c.non ſatis.de ſimo: in beneficialibus huiuſmodi pactiones ſimoniam inducunt.c.cum pridem.c. pactiones.de pactis.& a papa licite impetratur dicta reſeruatio, ſi nulla eſt rei veritate concluſa conuentio in renuntiatione ita Abbas, & Ioannes de anania, & Marian. Socin.in.c.non ſatis.de ſimo. &

vide Felyn.in.d.c.ad audientiam.Sed multoties interueniunt pactiones ante reſeruationem, ſed papa ignorat Dicit etiam Abbas in d.c.conquerente,quòd tunc in fraudem conſtitui dicitur pēſio,quando epiſcopus babens nepotem,cui non valens de beneficio vacante prouidere, illud alteri contulit reſeruata penſione ſuper illius fructibus nepoti;eo,enim caſu penſio eſt illicita, allegat tex.in c.extirpandæ.§.fi.de præben.hanc cōcluſionem firmat Felin.in d.c.ad audientiam.il.iii. de reſcript.

Et epiſcopns ex cauſa poteſt conſtituere penſionem.de quo videbis Felin.in d.c.ad audientiā & vide Ananiam in c.audiuimus. de colluſio.detegenda. Sed papa abſque cauſæ expreſſione, vt diximus,poteſt imponere penſionem, quia ī papa ſemper præſumitur iuſta cauſa. Felin.in c.quæ in ecleſiarum.de conſtitu.Cinus.in l.fin.C.ſi cootra ius,vel vtilita.publi.Sed caueant impetrātes à ſurreptione, quia exprimenda ſunt omnia, quæ poſſunt mouere pricipem ad concedendum, vel non concedendum:& omne tacitum,qno expreſſo princeps non ita de facili conceſſiſſet, red dit gratiam ſubreptitiam.Felin.in c.ſuper literis,de reſcript.ideo debet exprimi pactio contracta īter partes,aliàs nihil agūt,quia ſpecialiter papa debet auctorare pactionem,non generaliter. Et adde ad ea, quæ ſuperius dixi.Et penſionarius agere pōt contra antiqnum, vel cōtra modernum poſſeſſorem beneficii propenſione decurſa,non ſoluta.ita Cardina.in clemen.i.de cenſib.Sed nouus poſſeſſor poterit conuenire antiquum poſſeſſorem : & conſilium erit,quòd penſionarius conueniat nouum poſſeſſorem,literis reſeruationis penſionis illi prius iotimatis. Et penſio aſſignata a papa clerico in minoribus non dicitur officinm, quia nō datur pro ſeruitio temporali; ergo eſt beneficium,ſi ſoluitur de fructibus beneficii,& virtualiter eſt beneficium.Et valet pactum inter epiſcopum,& familiarem de dando ſibi certo ſalario,donec prouiſum fuerit de beneficio, dummodo non conferatnr illi beneficium principaliter propter ſeruitiū temporale. vide de hoc Hoſtienſem,& docto.in.cap.cum eſſent.de ſimo.& ibi vide Fely.& vide infra in ca.de ſimo. Qnod autem dicatur competens beneficinm ſecundum qualitatem perſonæ, vide Fel.in.c.poſtulaſti,de reſcrip.sed ſtatur arbitrio iudicis.Ant.de but.in c.cum dilectus,de iure patr.quem adducit Felynus in d.c.poſtulaſti.Sed fructus omnes pro penſione aſſignare in beneficio eccleſiaſtico, diuino inri,& naturali aduerſatur,vt ex antecedentibus colligitur.

Notabis etiam,quòd penſionarius ſoluit aſſignatam ſecundum ſtilum curiæ, ſicut beneficiatus de beneficio ; & hoc de ordinationibus apoſtolicis.Et annata fuit introducta ad ſubuentionem papæ.& cardinalium indigentium,ſicut charitatiuum ſubſidium,& iuſta,& optima impoſitio eſt; ſed pecunia prompta snb titulo priorum fructuum non debet exigi. Verum penſio poſſit redimi pecunia, variæ ſunt opiniones,& vario modo loquuntur ſcriptores, tam ſacri Theologi,quàm doctores noſtri . alii dicunt,penſionem eſſe rem temporalem : alii dicunt, ius penſionis eſſe clericale,& ſpirituale : dicunt etiam,penſiones habent imaginem præbendæ, & ſpiritualibus annectuntur,vt ſunt hodie,quæ non dantur,niſi clericis in ſacris,vel in minoribus,& ex canſis ſuperius explicatis : & hæ penſiones, quæ clericis dantur loco beneficii. annexæ ſunt iuri clericali ; ſed aliæ penſiones, quæ dantur laicis,uel clericis,titulis ſecularibus applicatas,vt ſupra explanauimus.de talibus non eſt ſermo noſter.Sed illa penſio,quæ aſſignatur clerico in miooribus,vel in ſacris,loco beneficii,& virtualiter eſt beneficium eccleſiaſticum,vt pleniſſime fundauimus; nō poteſt redimi,nec vendi:Nam ſimonia eſt talis redemptio penſionis ; nam ius,quod babet penſionarius in frnctibus beneficii percipiēdis ratione diuini officii,annexum ſpirituali eſt. & ſimonia eſt voluntas ſtudioſa emendi,vel uendendi aliquid ſpirituale,vel ſpirituali annexum. Iterum licet toties reciraui,dico,quòd quando papa aſſignat penſionem ſnper fructibus beneficii eccleſiaſtici laico,nt laico,exprimendo pro ſeruitio impenſo,uel impendeodo,vel ratione officii concernentis temporalitatem,talis peoſio eſt mere temporalis,& cadit in laico,& poteſt redimi pecunia ; & talis penſionarius,uel mercennarius nō tenetur recitare diuinum officium, nec obligatur ad charitatinum ſubſidium,nec tenetur ad ſolutionem decimarum.Sed ſi papa aſſignat penſionem clerico,ut clerico,ſuper fructibus beneficii eccleſiaſtici ex cauſis , & rationibus ſuperius annotatis, quid dicendnm ; quia fructus benaficii eccleſiaſtici de iure diuino,& humano non dantur clerico,niſi propter ſeruitium : ideo & ex ſuprà dictis neceſſario concedendum eſt,quòd talis penſionarius tenetur recitare boras canonicas ratione fructuum;qui ſubrogantur loco beneficii,& talis penſionarius uirtnaliter eſt beneficiatus,& viuit de altari,& eſt obligatus ad charitatiuum ſubſidium,& ad ſoluendum decimas.& talis penſio non poteſt redimi ſine peccato ſimoniæ, quia ſi redimo,vendo ius ſpirituale,& qui dat pecunias,etiam emit ius ſpirituale : itaque ſimonia eſt, vt dixi.& vide omnia,quæ infra dicemus.& vide glo.& doct.in.c.decimas xvi.q.vii. & uide doctor. & Fely.in.c.dilectus.il.i.de ſimo.concludentem,quòd noo eſt licitum io ſpiritualibus redimere uexationem,niſi uexatio ſit omnino de facto,& redimens habeat ius plenum. uide in boc Felyn. Et redimens non debet dubitare de iure ſuo,quia ſi dubitat,committit Symoniam niſi uexatio eſſet de facto.ita S.Thom.in.ii.ii.q.c.artic.ii.Panormit.in c.pridem,de pactis.Item limita,niſi quis ſoluerit renuncianti etiam ſolas expenſas factas pro bullis. Et ille, qui recipit, & propter uexationem

xationem

xationem facti turpiter recepit, & tenetur reſtituere, & in dubio præſumitur iniuſte acceptum ita Fel.in.d.c.dilectus.licitum eſt redimere vexationem,vt cum quis electus in epiſcopum. redimit ſuam vexationem à perturbatoribus de facto,qui nihil poſſunt iuris conferre.Caiet. in commen.ſupra S.Tho.in.ii.ii.q.c.ſed in conſequutione beneficiorum redemptio vexationis non habet locum ante ius acquiſitum,vt diximus.

Sed dicunt doctores , quòd ſi militi propter ingentia merita conſtituatur penſio annua ſuper epiſcopatu,epiſcopus poteſt redimere talem penſionem pecunia,quia talis redemptio nullum ius de nouo acquirit,& laicus nullum clericalem annexum habebat,ſuper fructibus epiſcopatus , cũ illud ius non cadat in laicum ; ideo epiſcopus non dat pecuniam pro iure ſpirituali, ſed pro mera temporalitate:& ſi de nouo epiſcopus adquiſiuiſſet aliquod ius, non poſſet redimere , puta ſi quando ſibi ſuit collatus epiſcopatus papa conceſsit clerico in minoribus , aut in ſacris ex iuſtis cauſis,vt iam diximus,annuam penſionem : in tali caſu non poteſt epiſcopus redimere dictã penſionem,quia dicta penſio habetur loco beneficii,& virtualiter eſt beneficium per ſuperius dicta, & epiſcopus de nouo acquirit ius ſpirituali annexum.& de hoc videbis Panor.in.c.dilectus , il.i. & in c.Matth.de ſimo.Et videbis egregium doctorem Ioannem maiorem,vt dixi in.iiii. diſ.xxv. Itaque talis penſio nullo pacto poteſt redimi more vexationis, cum non poſsit dici vexatio , ex quo ſic placuit partibus, & pontifici. Et quia in tali caſu non competunt conditiones ex natura vexationis,neque ex parte vexantis,neque ex parte vexati.Et quia redemptio in beneficialib. nõ permittitur,niſi ratione indebitæ,& iniuſtæ vexationis.Et in pẽſione,vt dixi,nulla vexatio eſt ; quia nihil fit præter ordinem iuris.Sed dic etiam,quòd ſi ceſsi beneficium,reſeruato pacto inito ante ceſsionem,annuam penſionem,ſimonia eſt, vt dixi : & ſi ſuit pactum , vt dicta penſio redimeretur pecunia,vera emptio,& venditio eſt ; & in tali caſu ſub volucro verborum,& ſub verbis generalibus papa non diſpenſat ; quia exprimenda ſunt omnia quæ poſſunt mouere principem ad concedendum,vel non concedendum,vt dixi;& omne tacitum quo expreſſo princeps non ita de facili conceſsiſſet,redit gratiam ſubreptitiam,vt per Felyn.in cap.ſuper literis , de reſcriptis. & de materia vexationis videbis Paulum de Roma in tractatu ſuo de penſione eccleſiaſtica,capi. ſexto.Sed ſi beneficiatus,qui pacifice,& iuſto titulo poſsidet beneficium eccleſiaſticum integrũ, & ſine aliqua penſione,citatur indebite,vt ſæpiſsime fit;& beneficiatus ob redimendam vexationem indebitam aſsignat penſionem moleſtanti ; dico,quòd talis penſio poteſt iuſte redimi,cum beneficiatus de nouo nullum ius acquirit in beneficio,& cum ipſe ſit certus de iuſtitia cauſæ,licet beneficiato redimere propriam vexationem pecunia , interueniente auctoritate ſacri ſummi Romani pontificis.Simile dicemus in aliis indebitis moleſtationibus,quando aliquis iuſte poſsidet; & Chriſtus de templo eiecit vendentes,& ementes,& de templo eliminauit.c.vendentes.i.q.iii. Et an ſummus Romanus pontifex aliquo pacto inuoluatur vitio,& peccato ſimoniæ,vide Cardinalem in.c.i.de ſimonia.& vide ibi Panorm.& vide eundem Panor.in.c. extirpandæ.§.qui vero; de præb.& vide Sanctum Thom.in.iiii.& in.ii.ii.quæſti.c.Sed dico quod opinio Sancti Thom. Secundum alios Theologos,& canoniſtas eſt,quòd ſi pecunia datur papæ pro re ſpirituali,vel annexa ſpirituali,ſimonia eſt ; quia licet res eccleſiæ ſint eius, vt principalis diſpenſatoris , non tamen,vt domini;ſed Sanctus Thom.loquitur in his,quæ ſunt ſimoniaca per diffinitionem ſimoniæ,ſiue ex ſua natura.& Hoſtienſis dicit,quòd in ſimonia,quæ eſt de iure poſitiuo,papa nõ incurrit in peccato;quia conſtitutio non ligat promulgantes.Sed non eſt dare ſimoniã de iure poſitiuo,& Petrus condemnauit ſimoniacos.c.tua nos,& c.viii.de ſimonia.& Eliſeus propheta cõdemnauit famulum ſuum Giezi.iiii.Regum.Itaque in vtroque teſtamẽto prohibita eſt ſimonia damnabilis,& reprobata de iure diuino,& de iure poſitiuo:etiam eſt reprobata ſub grauib. pœnis ſtatutis in iure ; quæ pœnæ non ligant ſummum pontificem.& de hoc videbis infra in titulo de ſimonia.

Et aduertite iterum,atque iterum,quia penſionarius,vt dixi,habet ius ad decimas; quæ decimæ ſunt puræ ſpirituales ratione finis,& obiecti ; quia connexæ ſunt officio eccleſiaſtico , & deputatæ ſunt officiis,& ſeruitiis eccleſiaſticis:quia dominus ordinauit his, qui euangelium enunciant,ideſt declarant,de euangelio viuere;ideo beneficium eccleſiaſticum eſt ius recipiendi ſuſtentationem ratione officii,& ſeruitii ſpiritualis ; quia ſicut dignus eſt operarius mercede ſua , vel cibo ſuo.Matth.x.Luc.x.ſic per locum à conuerſis,qui non laborat,non manducet. Et horæ canonicæ ſunt quædam ſatisfactio obligationis contractæ propter beneficium,ordinem,vel officium ſusceptum ; ex quibus,vel altero eorum quis deuote obligatur ad ipſas horas dicendas , vt dixi ſupra in capitulo de horis canonicis.Et ca.xviii.nu.legitur.Solis filiis Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſsionem pro miniſterio,quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis; vt nõ accedant vltra filii Iſrael ad tabernaculum,nec cõmittant peccatum mortiferũ,ſolis filiis Leuis mihi in tabernaculo ſeruientibus,& portantibus peccata populi. Nihil aliud poſsidebunt decimarum oblatione contenti,quas in vſus eorũ,& neceſſaria ſeparaui.& in c.xxxv.Numeri,idem dicitur:ſed rogo,vt videas.& de penſione vide.§.in c.de Concil.gen.§.viii.nu.liiii.& omnino vide.

De ſimonia *Cap. LXII.*

LIcet omnis diſſinitio in iure periculoſa ſit,vt per iuriſconſultum in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.quia de ſimonia tractare intendimus,in primis diffinitionem ſimoniæ, deo optimo maximo auxiliante,dicemus.

Simonia eſt voluntas ſtudinſa emendi,vel vẽdendi aliquid ſpirituali,vel ſpiritnali annexum. Quicunque ergo dat.aut recipit pro ſpirituali,vel ſpirituali annexo aliquid temporale, ſimoniã incurrit.iſta eſt communis ſententia ſacrorum Theologorum, & iurisconſnltorum.

Et dicitur aliquid ſpirituale.ſ.per eſſentiam,ſicut dona,& virtutes,& gratia.Itaq; ſpirituale ꝓprium dictum non eſt,niſi id,quod eſſentialiter eſt ſpirituale: & hoc eſt duplex,quia aut eſt pure ſpirituale,vt gratiæ,& virtutes,& dona,& huinſmodi; vel eſt eſſentialiter ſpirituale acceptum in elemento corporali,vt gratia ſacramentalis; & ſic ſacramenta dicnntur ſpiritualia per cauſam; quia operantur ad gratiam.Dicitur etiam aliquod ſpirituale participatiue, vt eccleſiæ, & cimiteria,& vaſa miniſterialia altaris conſecrata.Dicitur etiam ſpirituale ordinatiue, quia ordinatur ad aliquid ſpirituale, vt decimæ,& primitiæ, & omnia beneficia eccleſiaſtica ordinantur ad aliquid ſpirituale,vt miniſtri eccleſiæ ſuſtentari valeãt,& libere ſpiritualibus intendere. Et præſentatio patroni eſt ius ſpiritnale.

Itaque quædam ſunt proprie ſpiritualia,& ſpiritualia ſecundum ſe ipſa, vt ſacramenta, dona; virtutes; qnædam autem ſunt ſpiritualia ex hoc,quòd ſpiritualibus adhærent. Annexa vero dicuntur,quæ ſunt deputata ad vſum ſpiritualium,ſicut ſunt calices,& bona deputata ad vſum miniſtrorum eccleſiæ.ita Cardinalis ſancti Sixti in.c.i.i.q.i.

Ex ſupradictis notate,quòd prælatus eccleſiæ pro vſu ſpiritualis poteſtatis, ad qnem ex officio tenetur,non poteſt abſque vitio ſimoniæ temporale aliquid exigere ab inuitis; quia epiſcopus debet ſacramenta,& alia ſpiritualia ſuis ſubditis gratis impendere,vt per doctor. in ca.ſuam. de ſimn.Et Petrus in cano.i.c.v.dicit epiſcopis; paſcite, qui in vobis eſt,gregem Dei, prouidentes nnn coacte,ſed ſpontaneæ ſecundum Deum,neque turpis lucri gratia.i.ſine ſimonia. Et gratis accepiſtis,gratis date,Matth.x.& Apoſt.ad Cor.I.c.xi.gratis euangelium dei euangelizaui vobis,&c.& Petrus dixit in epiſt.i.c.iiii.Vnuſquiſque,ſicut accepit gratiam.In alterutrum illam ad miniſtrantes,ſicut boni diſpenſatores multis formis gratiæ dei.& in.c.i.i.q.i. & in ca. ſaluator.i. q.iii.multa optima inuenies circa iſtum punctum.

In ſumma ſcias,quòd pro ſpiritualibus incorporalibus quandoque mnnus datur pro homine digno,nec eſt peccatum,ſi eſt mnnus a lingua.c.filium.i.q.i.ſed & obſequium temporale, dũ tamen ſine pactione.c.de cætero.de clericis non reſiden.De ſpirituali obſequio non eſt quæſtio, quin quandoqne dari poſſit,etiam ex conuentione.c.ſignificatum.de præben. Sed aduertite, ꝙ illud,quod gratis,& ſponte oblatum eſt tempore receptionis alicuius ſpiritualitatis,poteſt licite recipi,ſi nulla præceſsit taxatio,vt per doct.in.d.c.dilectus filius de ſimo.& in.c.ſua.eo.ti. vbi dicit Panor.Nota pro Cardinalibus,ſeu aliis prælatis,quibus munuſcula conferuntur,rogantes ꝓ aliqun beneficio conſequendo:qnia non inducunt ſimoniam,& arbitrandis muneribus, an inducant ſimoniam,debent conſiderari perſonæ dantis,& recipientis,qnalitas,& quantitas muneris donationis.ita dnct.in.c. & ſi quæſtiones de ſimo.& ibi dicitur etiam,quòd ordinatio, vel cõſecratio non cenſetur ſimoniaca,licet ordinatori aliquid datum fuerit non ex pacto.Sed fortiter obſtat illud prohibitum dare propter pnblicum bonnm,prohibitum eſt accipere à ſponte dante,vt per Bald.in auctẽn.ſed hodie.C.de epiſc.& cle.gl.in.c.ſtatutum.§.fi.de reſcrip.lib.vi.gloſ.in c.exigit.de cenſib.eod.lib.Sed ſolutio in promptu eſt; quia nulla lege cauetur,nec prohibetur,ꝙ epiſcopus non recipiat oblationes,& illud,quod gratanter,& ſpõte datum eſt tempore receptionis alicuins ſpiritualitatis; præcipue quòd Apoſtolus in modica quantitate recepit à Macedonibus prædicando Corinthiis,vt in epiſt.ad Corin.c.xi.dicens,quod mihi deerat, ſupplerunt fratres,qui venerunt à Macedonia,& voluntarie dabant. Sed aduertite, quia apoſtolus dicit argentum,& aurum,aut veſtem nullius concupiui,ſicut Ipſi ſcitis,quoniam ad ea,quæ mihi opus erãt; & bis,qui mecum ſunt,miniſtrauerunt manus iſtæ.Itaque non petebat Apoſtolus,ſed accipiebat illud,quod ei ſponte,& gratis offerebatur. nota bene.

Et prælatus pro conſecratione eccleſiæ ſolam procurationem exigere poteſt, vt in ca.cum ſit. de ſimo.& vidcbis tex.in.c.cum Apoſtolus,de cenſib.& ibi doct.& de procuratione epiſcopi videbis optimum tex.in extrauaganti.uas electionis Apoſtolus. Sed epiſcopus non poteſt exigere procurationem,niſi in caſibus à iure expreſsis,vt per Ant.de But.in.c.conquerente, de officio.ordi.& doct.in.c.cauendum.x.q.ili.vbi dicit,quod quando epiſcopus venit pro depoſitione clerici,debet venire ſumptibus ſuis.& in c.ſi ſorte.lxv.diſt.dicit,quòd Epiſcopi,qni vocantur ad conſecrationem epiſcoporum,debent venire ſumptibus ſuis.Quid ſi epiſcopus erat pauper.infra dicetur.Et an valeat conſuetudo aliqua, vt pro ſpirituali aliquid detur temporale,etiam infra dicetur.Sed ſi epiſcopus eſt diues,non debet accipere procurationem,exemplo Apoſtoli. Et ſi eccle-

ſia eſt pauper,ſuis ſumptibus epiſcopus viſitabit eccleſiam.c.cauendum.x.q.iii.gloſ.& doct.in.c. cum ſit.de ſimo. Et non debet epiſcopus aliquid temporale accipere pro conſecratione veſtium, & calice,& ſimilibus,& pro eccleſiaſtico miniſterio exercendo : non debet exigi pecunia pro ſacramento,vt per doct.in.c.ad noſtram,de ſimon.Et dicitur ſacramentum quaſi ſacræ rei ſignum. c.multi.i.q.i.& pro ſpiritualibus non debet aliquid conferri etiam gratis,ſi principaliter datur,pro ipſis ſpiritualibus ; ſed debet conferri gratis ex charitate quadam.de hoc vide doct.in.c.ſi quæſtiones de ſimo.Et an ſummus Rom.Pont.aliquo pacto inuoluatur vitio,& peccato ſimoniæ, vide Card.in.c.i.de ſimo.Et ibi vide Panor.& vide eundem Panor. in.ca.extirpandæ.§.qui vero de præb.& vide S.Tho.in. iiii.diſt.xxv.& in.ii.ii.q.c.Sed aduertite , quia eſt dare ſimoniam de iure poſitiuo;& vtroque teſtamento prohibetur,vt in c.ex multis.i.q.iii.

Quod autem deteſtabile ſit crimen ſimoniæ de iure diuino,quatuorum exemplis probatur; primo exemplo Giezi,qui propter ſimoniam,quam commiſit , ſactus fuit leproſus.iiii. Regum. c.v.ſecundo exemplo Iudæ,qui vendidit redemptionem omnium, propter quod laqueo ſe ſuſpẽdit. Tertio,exemplo Simonis Magi,qui propter ſimoniam,quam committere voluit , fuit à beato Petro damnatus.Act.viii. Quarto,exemplo Chriſti,qui omnibus peccatoribus in templo dimiſſis ſolos ſimoniacos in deteſtationem criminis excluſit,Ioann.ii.Ideo qui ſimoniaci ſunt , ſpiritus ſancti gratiam habere non poſſunt,vt in.c.qui ſtudet.i.q.i.c.vendentes.i. q.iii. Et de iure poſitiuo etiam,vt dixi,eſt reprobata ſimonia ſub grauibus pœnis ſtatutis in iure,vt infra dicẽtur quæ non ligant ſummum Pontificem.

Itaque concludamus ex ſuperius dictis,quòd ſimoniaci ſacerdotes eſſe non poſſunt.c.quicũque.i.q.i.vbi litera dicit ; Quicunq; ſacros ordines vendunt,aut emunt ſacerdotes eſſe nõ poſſunt.An ſcriptores bullarum in curia Romana precium recipientes incurrãt ſimoniam,vide Panorm.& doct.in c.i.de ſimo.

Et dico,quòd poteſt dari pecunia clericis,vt vigilent ſuper corpore,niſi ſit pactum de dicẽdo orationes.ita Hoſt.in ſummar.Et pro obſequiis mortuorum nihil debet exigi,ſed cõſuetudo pia debent obſeruari,vt in.c.ad noſtram.& c.cum eccleſiæ de ſimo.de conſuetudine laudabili dixi.§. Dixi allegando S.Petrum Act.viii.Petrum dixiſſe Simoni Mago : pecunia tua tecum ſit in perditionem;quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri;nũc dico,quòd illa auctoritas loquitur de ordine ſacro,& dono Dei.c.quos conſtiterit.i.q.i.vbi dicitur;quòd ſacra lectio teſtatur,quod vendens dignitatem,&c.& ille tex.ſe refert ad auctoritatem Apoſtolicam.Act.viii.Itaque videtur ille tex.interpretari illam ſacram auctoritatem Petri,vt habeat locum in dignitatibus , & beneficiis eccleſiaſticis:ideo vendens beneficium eccleſiaſticum videtur facere contra ſacram auctoritatem beati Petri facit tex.in.c.ſi quis dator.i.q.iii.Vbi dicitur;Siquis recepit præbendas ſub interuentu pecuniæ,non excluditur à perditiones Simonis magi etiam nunc.& ita damnatur,ſicut damnatus fuit Simon magus.Ita eadem pœna imponitur vendenti præbendas , quæ imponitur vendenti ſacrum ordinem,& beneficium eccleſiaſticum;quia de iure diuino,vt dixi ſupra in iſto Speculo titulo.xxxiiii.

An presbyter parochialis,& alii ſacerdotes poſſidentes beneficia eccleſiaſtica debeant gratis ſpiritualia parochianis adminiſtrare:dicamus quod ſic.ideo pro benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorum nihil exigi debent proprii ſacerdotes.

Et appellantur proprii ſacerdotes omnes illi ſacerdotes,qui poſſident beneficia in illa eccleſia vbi celebrantur exequiæ mortuorum;quia omnes illi coadiutores ſunt presbyteri parochialis ; licet presbyter parochialis ſit caput eccleſiæ.Itaque ſacramenta,& alia ſpiritualia ſuis parochianis gratis impendere debent.Et ſi aliquid ex pacto exigit,ſimonia eſt,& exactio ſignificat extorſionem,ſi ſit a nolente : Si autem non ex pacto,ſed ex mente ſperat,quòd poſtea detur, eſt ſimonia mentalis,quæ differt ab alia ; quia non tenetur reſtituere acceptum, ſed ſufficit agere pœnitentiam.Ita Fely.poſt alios in c.ſuam,de ſimo.Quid de canonico,qui uadit ad diuina ſola intentione,vt percipiat diſtributiones quotidianas ? committit ſimoniam mentalem.de his omnibus videbis tex.& doct.in.c.cum in eccleſiæ.& in.c.ſuam.& c.ad Apoſtolicam.de ſimon.& vide glo. ſing.in.c.i.de cler.non reſid.& vide Card.in clem.i.de celeb.miſſ.& videbis Abb. multa dicẽtem in c.ex parte,de off.deleg.dixi ſuperius,quòd omnes beneficiati ſunt coadiutores presbyteri parochialis.vide ſupra in titu.de horis canonicis. c.xxxiii.

Quid de conſuetudine,an valeat conſuetudo aliqua , vt poſſit exigi aliquid temporale pro benedictionibus nubentium,& pro exequiis mortuorum,& aliis ſimilibus ? Conclude breuiter , quòd non valet conſuetudo,vt tempore ſacramenti aliquid conferatur ab inuito ; quia non poteſt conſuetudine introduci,vt aliquid detur pro ſacramentis,vbi præceſſit exactio ; quia initiũ facit ſimoniacum,& vitioſum.Sed valet conſuetudo, vt aliquid detur tempore collationis ſeu ex poſt facto,vbi ex mera liberalitate populi fuit introducta:ita tamen,vt ſacramenta prius liberaliter conferantur.Sed ſi uoluit libere dare tempore ſacramenti,poteſt recipi:aut noluit, & tunc ne videantur ſacramenta uendi,debent libere conferri,ſed poſtea fiet compulſo ad obſeruandũ con

ſuetudinem.& ita videtur ſentire litera in.d.c.ad Apoſtolicam.Sed contra boc fortiſsime opponitur; Nam ex his,quæ ſunt meræ facultatis,non introducitur cõſuetudo, nec ex datione annua gratis facta,vt per doct.in.l.i.C.de ſerui.& aqua.Bar.in.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. Cynus in l.i.& ii.C.quæ ſit longa conſue.Io.and.in.c.Ioannes,de cle coniug.Sed non obſtantibus oppoſitis laici tenentur ad obſeruantiam laudabilis conſuetudinis,'quia licet ſcriptum ſit. quòd diuturna præſtatio facta ex mera liberalitate non producit obligationem,vt no.Inn.in.c.cum eccleſia.de cau.poſſ.& prop.& per Ang.& doct.in.l.ſi certis annis.C.de pact.illa non procedũt in præſtatione,quæ ſit in piam cauſam,vt per Fel.in.c.ad Apoſtolicam.de ſimo.& de tali conſuetudine ordinarius eſt iudex competens inter clericos,& laicos.Et ad inducendam iſtam conſuetudinem ſufficiunt.x.anni,quia eſt præter ius,& non contra.ita Fel y.in.d.c.ad Apoſtolicam.& de iſta conſuetudine multa dixit Panor.in c.ſuam.de ſimo.Et ibi dicit Fely.poſt alios doct. quòd conſuetudo habet initium bonum à ſpontanea obligatione,& voluntate; ſecus,ſi habuit malum initium puta ab exactione,quia tunc talis conſuetudo non eſſet laudabilis,ita etiam notanter tenet Pan. in d.c.ſuam.Vos cogitate.Itaque ex ſupradictis collige,quòd proprius epiſcopus,& proprius ſacerdos non poteſt aliquid exigere à laicis,ceſſante dicta conſuetudine,niſi ei ſumptus deſit. Et diſtingue latius de mente omnium doctorum,quòd aut proprius ſacerdos habet, vnde viuat;& tũc ceſſante conſuetudine non poteſt aliquid exigere; ſed gratis oblatum licite recipere poteſt, & in c.tua,& c.& ſi quæſtiones,de ſimon.Si vero deſunt ſumptus neceſſarii, tunc ſi poteſt honeſte ſibi aliunde acquirere victum,non poteſt aliquid exigere:imputet enim ſibi,quia tale tenue beneficiũ acceptauit:quærat ergo victum manibus,aut induſtria.c.clericus victum.xci.diſt. & ibi eſt optima glo.Nam apoſtolus quærebat ſibi victum manibus,vt in c.cum apoſtolus.de cenſib.Et in ca. xx.Act.apoſtolorum legitur de apoſtolo;Argentum,& aurum,aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis; quoniam ad ea,quæ mihi opus erant,& his,qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.Et ſimonia committitur non ſolum impendendo aliquid ſpirituale pro temporali, ſed etiam omittendo ſpirituale,quod tenebatur impendere propter commodum alicuius temporalitatis: & ſic committitur ſimonia,quodcunque ſpirituale committatur, vel omittatur pro commodo temporali,per tex.& doct.in.c.nemo,de ſimo.Si vero non poteſt proprius ſacerdos ſibi victum quærere,tunc vel epiſcopus ſibi prouidebit,vel populus poterit compelli ad præſtandum ſibi neceſſaria victui.de hoc bona gl.in.c.omnis chriſtianus,de conſecr.diſt.i.quæ dicit, ſacerdotẽ indigentem poſſe ſubtrahere ſpiritualia populo,niſi faciat oblationem,vnde poſſit viuere. Sed aduertite,quia Chriſtus dixit Matth.x.Dignus eſt operarius mercede ſua, vel cibo ſuo; ſequitur tex.In quacunque enim ciuitatem,aut caſtellum intraueritis,interrogate,quis in ea dignus ſit; & ibi manete,donec exeatis.& Apoſt.ad Corin.i.c.ix.dicit; Quis militat ſtipendiis ſuis vnquam? Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus,magnum eſt,ſi nos carnalia veſtra metamus? neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt,edunt,& altari deſeruiunt,cum altari participant. Itaque Apoſtolus voluntarie laborauit manibus propriis,quia in illis partibus conueniebat.Et dominus ordinauit his,qui euangelium annunciant,de euangelio viuere,dicendo;dignus eſt operarius mercede ſua,vel cibo ſuo.Matt.x.& Luc.x.ſed ipſe Apoſt.in.d.c.ix.dicit, quòd bene poterat viuere de euangelio,ſed illa poteſtate non fuit vſus apud Corinthios. Sed aliquãdo illa poteſtate vſus fuit,vt in epiſt.ii.ad Corinth.c.xi.dicens eis:gratis euangelium dei euangelizaui vobis,alias eccleſias ſpoliaui,accipiens ſtipendium ad miniſteriũ veſtrum; & cum eſſem apud vos,& egerem,nulli onerosus fui.Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia.& vide in c.de his.de eccel.ædifi.Itaque meo iudicio per ſuperius dicta populus poterit compelli ad præſtandum ſibi neceſſaria victui,proprio ſacerdoti indigenti, & ad hoc epiſcopus eſt iudex inter clericos,& laicos,& contra inobedientes poterit inuocare brachium ſeculare. Et iſta eſt,vt dixi,meo iudicio optima via; & ſcriptum eſt xxiii.Exodi: non apparebis in conſpectu meo vacuus.

Si vero eſt epiſcopus alienus,& pauper,poterit operas ſuas ſpirituales locare,non vt directe ꝓ ſpiritualibus recipiat temporale,ſed in compenſatione damnorum, quæ ſuſtinet in exhibendo præſentiam ſuam,vt no.Inno.in.c.quoniam.ne prælati vices ſuas.& ſic intellige gl.in.c.præcipimus.xxi.q.ii.quæ ſimpliciter dicit ſacerdotem poſſe ſuas opera locare.& vide de hoc Panor. in.c. ſuam.de ſimo.& vide doct.in.c.ſignificatum,de præb.& ibi Anch.& vide gl.& doct.in.c.i.de cle. non reſi.lib.vi.& vide Io.de Imol.poſt Hoſti.in.d.c.ſignificatum.& dicunt,quòd optimum eſſet locare operas ſuas temporales pro certa mercede,& conducens poterit dicere, quòd gratis celebret.& vide c.tua nobis de ſimo.

Et oratio nullo modo ſub precio venit cum ſit ſpiritualis. Et facere pactionem de miſſa ſimoniacum eſt.Sed ſi clericus non habet alios ſumptus,poteſt accipere denarios, non quaſi prætium miſſæ,nec ex pacto,ſed quaſi ſuſtentamentum vitæ,& ita de oratione priuata.ita Cardin.S.Sixti in.d.c.i.i.q.i.& ibi videbis eum in c.gratiam.i.q.i. Et aduerte, quòd pactiones in beneficialib.ſimoniam inducunt,vt dixi in tit.de penſi.eccleſiaſt.s.in iſto Spec.

Et ſimoniacus in ordine quantũcunque toleratus;nec quo ad ſe, nec quoad alios,poteſt miſſam cantare:itaque eſt ſuſpenſus quo ad ſe,& quo ad alios,nec prodeſt renuntiare beneficio , nec diſpenſatur cum eo,niſi per ſolum papam,& de hoc vide Innoc.in.c.tanta,de ſimo.& vide text.in c.gratiam.i.q.i.Si vero eſt ſimoniacus in beneficio,tunc ſi eſt occultus , non eſt ſuſpenſus quo ad alios,ſed quò ad ſe tantum.& ſi renuntiat beneficium, poteſt ordinem ſuum exequi poſt peractã pœnitentiam : ſed illo beneficio retento,in quo fuit ſimonia commiſſa, non poteſt agere pœnitentiam,vt in.c.inquiſitionis,de ſen.excom.Si vero eſt manifeſtus, tunc eſt, ſuſpenſus etiam quò ad alios,& licet renunciet beneficio,eget tamen diſpenſatione,ſicut quilibet notorius criminoſus,vt in c.fi.de tempo.ord.ſed poteſt cum iſto diſpenſari per epiſcopum , dummodo non ſit ille epiſcopus,qui commiſit ſimoniam,vt notatur in c.præſentium.iii.q.v. Item quòd,dixi quod notarius ſimoniacus in beneficio eſt ſuſpenſus quò ad alios ; eſt verum,quando ſimonia fuit cõmiſſa eo ſciente ; ſecus,ſi eo ignorante,puta per patrem vel amicum ; tunc non eſt ſuſpenſus quò ad alios ; ſed non poteſt illud beneficium licite retinere ſine diſpenſatione,vt in dicto capit.præſentium.& notatur in cap.ſicut,& cap.nobis.de ſimo.& videbis Innocen.in.d.cap.tanta. & videbis Abbatem,& Felyn. ibi.

Et ingreſſus religionis eſt quid ſpirituale,vnde pro eo nõ debet aliquid temporale exigi, aliàs committitur ſimonia,vt in c.non ſatis,& in c.quoniam de ſimo. & tam recipientes temporale pro ſpirituali dantes,& conſentientes,ſiue mediatores,inuoluuntur vitio ſimoniæ, vt in c.inquiſitionem,de elec.& c.il.de confeſsis.Et committitur ſimonia ſiue a principio inſtitutionis aliquid tẽporale ex pacto detur,ſiue annua penſio redituum, vel pars conſtituatur:nã videtur conferre beneficium propter illum annuum reditum,vt in.c.non ſatis.de ſimo.& ibi ponunt doct.practicas conficiendi inſtrumentum,quando aliqua puella recipitur in monialem,vt non detur aliquid ex pacto,ſed pure pro deuotione ſua illa puella,vel eius pater offerat monaſterio aliquid;vel dicatur volenti intrare,vt ſecum aliquid apportet,vt poſſit viuere : non.n.debet duci in pactum . & ita intelligo Inn.in.c.tua.de ſimo.& vide de hoc Io.and.in.c.quoniam.eo. ti. Et ſi aliquis renunciat titulum beneficii,vt beneficium conferatur alii per papam; ſi præcedit pactum,vt habeat certam penſionem,ſimonia eſt.Sed cautelam ponit Panor.in.d.c.non ſatis.& loquitur in Cardinali. vos videte. Et ſi puella gratis eſt recepta in monaſterium, & eſt pauper ; pater tenetur eam alimentare : & poſt mortem patris habebit partem hæreditatis.ita Hoſt.in ſumma,in tit.de ſimon. tex.in auct.de ſancti.epiſco.col.ix.& doct.Neapolitani in conſtitutione,in aliquibus. Sed non committit ille,qui eſt neceſſitatis dare pecuniam pro ſpiritualitate,ſicut qui ex neceſſitate recipit ad vſuram,vt per Panor.in.c.cum in eccleſiæ,de ſimo.An propter vitium ſimoniæ cõmiſſum in electione prælati debeat quis deponi ab officio,& beneficio,dic,vt per Ioan.de ana.& Panor.in.c.inquiſitionis.de accuſa.Et pecunia ſimoniaca accepta per regentes eccleſias quomodo diſtribuetur,vide Panor.in.c.de hoc.de ſimo.ad fin.Et ſi donatarius,vel qui alia ſeruitia recipit , procurat in curia Romana beneficia pro donante,vt ſe liberet ab illa obligatione antidotali, committit ſimoniam,& eſt ſimoniacus.ita Innoc.in.c.tuam.de æta.& qual.& ibi exclamat præſertim cõtra Cardinales procurantes beneficia pro ſeruitoribus.

Et familiaris alicuius prælati,ſi inſeruit ei principaliter hac intentione,committit ſimoniam; ſed poteſt ab eo in genere ſperare bonum temporale,& ſecundario etiam bonũ ſpirituale.i. beneficiũ.Itaq; principaliter nullus ſeruiat pro beneficio ſpirituali certo,vel incerto conſequẽdo:nec prælatus licite confert,ſi principaliter ducatur ad conferendũ pro ſeruitio tpali recepto . de hoc vide gl.& Ant.de but.& vide Panor.& Fel.in c.cum eſſent.de ſimo.faciunt iſta ad quæſtionẽ, quã Hoſt.ponit in.d.c.cum eſſent ; Epiſcopus recepit quendam clericum ad ſeruitium ſpirituale præſtandum,promittens ſibi certum ſalarium annuatim donec ſibi prouideret de beneficio competẽti,& dicit licitum eſſe dummodo ſpecialiter ex pacto ſe non obligauerit ad ſeruitium temporale præſtandum ; ſed caueat prælatus,ne inducatur ad conferendum beneficium principaliter propter ſeruitium temporale,vel ſpirituale recipiendum,ſed quia ille meretur;& cauſa impulſiua,& non finalis ſit præſtatio ſeruitii.ita Hoſt.vt ſupra,& ibi videbis Panor.& docto. & ſimoniacus in beneficio non deponitur ab ordine,quando non conuincitur per viam accuſationis,vt ſuperius dixi.tex.in.c.inſinuatum,de ſimo.de hoc vide in c.inquiſitionis.de accuſ.Et pro chriſmate nõ debet à prælatis exigi pecunia ab eccleſiis,etiam ſi ſit conſuetudo,vt in c.ea , quæ de ſimo.non ſolũ pro chriſmando,in quantum eſt ſacramentum , ſed in quantum eſt liquor ; quia chriſma eſt quid ſpirituale.de hoc videbis Card.S.Sixti in.c.placuit.il.ü.i.q.i.& videbis doct.& Panor.in.d.ca. ea, quæ & cap.ad noſtram.de ſimo.& c.in tantum.

Et ſi aliquis dat beneficia eccleſiaſtica alicui hoc pacto,vel intentione,vt exinde ſuis conſanguineis prouideat eſt manifeſta ſimonia,S.Tho.in.ii.ii.q.c.ad quintum.& ibi vide an liceat ſpiritualia dare pro munere,quòd eſt ab obſequio,vel à lingua, & vide ibi Caietanum , & vide Cardina. S.Sixti,in.c.ordinationes.i.q.i.

Et ſimoniacus efficitur infamia iuris,nō ipſo facto,ſed per ſententiam.& de hoc vide text. & doctor.in c.ſane xv.q.iii.& vide Panor.ī c.ex diligenti.de ſimonia. Et an officiales poſſint aliquod munus accipere,vide docto.in c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcript.libro vi.& vide Feli.poſt Abba. in c.& ſi quæſtiones.de ſimo.& an officia Romanæ curiæ ſint licita,non eſt præſentis ſpeculationis:quia manifeſta acculatione non indigent;loquantur iura.

Et nota,quòd Abbas ſi pro aliquo accipiendo in monaſterio acceperit pecuniam,cōmittit ſimoniam.Et ſimonia committitur ex ſola conuentione,ſpirituali recepto,licet non tradatur temporale promiſſum, & non ſolum ſi datur prælato, ſed etiam ſi datur ſuis familiaribus.vt in c.veniens de ſimo.& in c.ex tuo.Et an ſimonia vitiet monachatum,videbis docto.in d.c.veniens. & ita fuit in Giezi.& vide de hoc in c.quoniam,de ſimo.

Et an redimere vexationem in ſpiritualibus ſit ſimonia, dixi in c.præcedenti tractando materiam de penſionibus eccleſiaſticis. & pro ſoluendo excommunicatum pretium aliquod exigi nō debet,vt in c.aures.de ſimo.Et beneficium ſimoniace acquiſitum in māibus cuius debet cedi,vide gl.& doct.in c.de regularibus,de ſimo. & de ſimonia ingnoranter commiſſa, vide text.in c.ex inſinuatiōe.& vide ī c.nobis fuit.Et de monaco ſimoniace recepto vide in c.dilectus.il.ii.Et prælatus ſimoniacus nō poteſt conferre ordines, quia eſt ſuſpenſus à ſuis, vt in c.per tuas.de Simo.il.ii.& in c.per tuas.il.ii.notant doct.quòd Epiſcopus in dyoceſi poteſt facere omnia , quæ ſibi papa ſpecialiter non reſeruauit.Et ſimonia eſt dare pecuniam pro vicariatu,vel pro alia adminiſtratione rerum ſpiritualium,vt in c.conſulere.de ſimon.Et ſimoniacus non tenetur reſtituere, quidque conſecutus eſt ex re ſimoniace,acquiſita,ſed ſufficit agere pœnitentiam de mente deprauata; & hoc intellige quando interuenit ſola affectio,quia ex ſola affectione nō tenetur reſtituere. ſed in intentione principali deprauata imminet reſtitutio.de hoc videbis gl. & doct.in.c.fi.de ſimon. Sed aduerte,quòd ſicut in vſura vſurarius tenetur reſtituere quicquid ex mutuo conſecutus eſt, quia vſura vtroque teſtamento prohibetur;& vt diximus in principio capituli,ſimonia eſt de iure diuino reprobata,& de iure poſitiuo ſub grauibus pœnis,vt ſuperius exclamauimus. Quid de Cardinalibus cum promouent aliquem in epiſcopum auctoritate ſummi pontificis? ſuo tempore dicemus.quia in præſentia non eſt præſentis ſpeculationis : & ita dico etiam de dignitate Cardinalatus ; quia manifeſta accuſatione non indigent.Sed dicemus infra breuiter. & attendite quia reuerendiſsimi domini Cardinales concedunt indulgentias in eccleſiis titulo ſuo ſubiectis,vt dixi ſupra in capitulo de indulgentiis.Et omnis chriſtianus procuret ad miſſarum ſolēnia aliquid Deo offerre,quia dominus dixit ad Moyſem : non apparebis in conſpectu meo vacuus. Exodi xxiii.& in c.omnis.de conſec.diſt.i.Et non apparebis vacuus charitate.

Quid de fraternitatibus,in quibus ſtatutum eſt,vt nullus recipiatur,niſi promittat aliquid ſe daturum? non eſt ſimonia,quia non ſunt religioſi ſtricto modo,vt in rubrica , & c.i.de regularibus,& c.eccleſia S.Mariæ,de conſtit.c.cum laicis quamuis religioſis.de reb.eccl. non alienan.vbi ſunt plura genera religioſorum.primum largiſsime,vnde ille,qui magis diligit Deum,dicitur magis religioſus ; vnde dicitur religio chriſtiana,& religio chriſtianorum,vt in c.i.de hom.in.vi.Itē dicuntur religio ſi clerici ſeculares : vltimo dicuntur religioſi,& monachi,& regulares,qui ſtant multum aſtricti : vt per totum titulum,& doct.de ſtatu regularium.

Quid de dignitate Cardinalatus,attendite; Nam reuerendiſsimi Cardinales eligunt pontificem ſummum,& eliguntur in pontifices,& eligunt,& approbant,& reprobat epiſcopos ad libitum,iuridice tamen, & recte in præſentia ſummi pontificis , & in aliquibus eccleſiis prouidenc beneficia eccleſiaſtica.Ideo iudicio meo dignitas Cardinalatus directe,nec indirecte non poteſt vendi,nec emi,vt ex ſupra dictis conſtat;& mediatores etiam ſimoniaci ſunt, vt iam dixi ſcribendo de mediatoribus in ſimonia.& cardinales habent ius epiſcopale,in titulis ſuis.Panor.in capi. dilectus.de capelis monachorum.

Quid dicemus de protectoribus regnorum,an poſſint exigere pecunias à promouendis in epiſcopatibus? loquantur iura ſupra dicta.

Si promitto tibi eccleſiam,vt negocium meum in Romana curia procures, ſimoniacus es , vt in cap.cum eſſent,de ſimonia : ſecus,vt ſupra dixi,ſi ſeruio gratis,licet ſecundario ſperans a te beneficium,& vide de hoc Hoſti.& Goff.in ſumm.& vide doct.in.c.tua nos.de ſimo.& aliqua crux ſpiritualis portetur pro pecunia,vt per Hoſt.in ſumma.& vide doc.in.c.ſicut,& c.audiuimus, de ſimo.& ibi videbis, quando eccleſia habet diuerſa cimiteria.

Materia iſta profundum pelagus eſt,& obſcœnum, & multi inuoluūtur in iſta cæcitate,& obſcœnitate,ideo arbitrio Dei,& ſacri ſummi Romani pontificis animaduerſione tantæ nefandæ improbitatis materiam relinquamus.ſed vide Hoſt.& Goff.in ti. de ſimo.&. videte doc. in tit.de ſimo.& videte Io.maiorem in iiii.diſt.xxv.& vide S.Th.in.ii.ii.q.c.& videte in iiii.ar.xxv.& ibi videte Caiet.in comm.vtrum ſimoniaci ſit ſuſpenſus quo ad ſe,& quo ad alios.doct.in.c.præter.32. diſt.Iubente domino meo Illuſt.Card.Paceco.hunc tract.de ſimonia compoſui , Cum commorarer Romæ in domo ſuæ illuſtriſsimæ dominationis, anno MDLVS.

An iuſte liceat catholico Regi noſtro in occurrenti calamitate petere, & exigere à perſonis eccleſiaſticis aliquam partem fructuum eccleſiaſticorum, interueniente tamen approbatione, & conſenſu ſacri ſummi Romani pontificis. Cap. LXIII.

DIxi in xxiiii.cap.quòd res eccleſiaſticæ, vel bona eccleſiarum poſſunt licite alienari pro redemptione captiuorum, & pro alimonia pauperum; nunc quæro, & maxima cum inſtantia peto, ſi in hodiernis calamitatibus Rex Hiſpaniarum Rex optimus, & dominus noſter poſsit petere, & iuſte exigere medietatem fructuum decimarum à clericis, & perſonis eccleſiaſticis pro tuenda, & ſeruanda religione à Saracenorum incurſibus, & à magno infideli Rege Turcharum: & quia res magni ponderis eſt, præmitto aliqua, & ex præmiſsis quæſtio reſoluta manebit, & facilis.

Præmitto primo, ꝙ Rex Hiſpaniarum eſt monarcha in regno ſuo, & de iure non recognoſcit ſuperiorem, vt eſt gl. notabilis, & aurea in c. Adrianus, il. ii. lxiii. diſt. vbi legitur; Reges Hiſpaniarum cum non ſubeſſent imperio, regnum ab hoſtium faucibus eruerunt. & Old. in conſi. lxix. dicit; Reges Hiſpani terram illam per arma ab infidelibus acquiſiuerunt: & de hoc videbis doct. in c. per venerabilem, qui filii ſint leg. & vide Alb. in. l. cunctos populos, de ſum. trin. & fid. catho. & quod Rex Hiſpaniæ de iure non recognoſcat ſuperiorem, tex. eſt In prima partita, tit. v. lex. xviii. Et altius hiſtoriam recenſendo; primi quidem Gothorum Reges Athanaricus, vel ſecũdũ alius Alaricus; à quibus Rex Philippus, Rex Hiſpaniarum, & dominus noſter indubitatam trahit originem; ex grata Honorii Imperatoris conceſsione Hiſpanias viriliter aggreſsi ſunt, & Vandalos; Sueuosque debellando ab Hiſpania eos expulerunt, & in Africam fugere coegerunt; quia tyrannice, & contra imperatoris voluntatem occupauerunt: & ex tunc poſt quam Hiſpanicam monarchiam adepti ſunt, vſque ad tempora noſtra Reges Gothi regnauerunt, & in ſempiterna ſecula regnabunt. Ipſi vero Gothorum Reges diſcurrentibus annis conſtruxerunt ſacra templa, & eccleſias, vbi diuina officia virtute diuina celebrarentur, & ornamenta plurima miniſtrarunt, ex quo ius patronatus in eiſdem eccleſiis, præſertim cathedralibus acquiſiuerunt, & ſpecialiter ſibi reſeruauerunt, vt in c. nobis. & c. præterea. de iure patro. de quo vide Arch. in. c. lectis. lxiii. diſt. & Bal. in proœ. decr. §. rex pacificus. & videbis doct. palacios Ruuios virum grauem, magnæ authoritatis, & doctrinæ in tract. ſuo de benefi. in curia vacantib. §. viii. & dixi. ſ. in iſto ſpecu. in. c. de bello, in prin. Et tale ius patron. tranſit ad filios, & nepotes, quorum nomine intelliguntur pronepotes & cæteri deſcendentes. Itaque ius patronatus tranſit ad hæredes in perpetuum. bon. tex. ad hoc in c. filiis. xvi. q. vii. & de hoc in c. Frigentius. & c. piæ mentis. ead. q. & cau. & xvi. q. vii. vbi dicũt doct. ꝙ quatuor modis ius patronatus ad alios transfertur. ſ. ſucceſsione, donatione, permutatione, vniuerſitatis venditione. Et ius patronatus eſt poteſtas prouidendi eccleſiæ procedens ex beneficiis ante conſecrationem eccleſiæ collatis. colligitur hæc diffinitio ſecundum Arch. ex diuerſis iurib. Hoſt. vero ſic diffinit: Ius patronatus eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticum; addens, ꝙ prouidentia patroni conſiſtit circa duo. ſ. temporalia, & ſpiritualia; tenetur. n. pro temporalibus eſſe ſolicitus, ne dilapidentur. & talem miniſtrum in eccleſia eligere, qui diuina officia digne valeat celebrare, Et ius patronatus dicitur propter defenſionẽ, quã patroni debent impendere eccleſiæ: Et non eſt ius ſpirituale proprie, cum laico competat, & ad hæredes tranſeat, vt dixi: ſed eſt annexum ſpirituali, vt in. c. de iure patron. doct. in. c. quanto, de iud. Et tribus ex cauſis ius patronatus acquiritur. primo. ſ. ex eccleſiæ conſtructione; ſecundo ex eccleſiæ donatione; tertio ex territorii ad eccleſiam fundandam collatione. De donatione, & conſtructione vide in. d. c. filiis. xvi. q. vii. de fundi collatione. ca. Abbatem. xviii. q. ii. Et conſtructor, vel fundator dicitur ille, qui à principio, & de nouo conſtruxit, & donauit. Et acquiritur ius patronatus ante conſecrationem vt dixi; Vnde ante conſecrationem debet conſtrui, & territorium vbi conſtruitur aſsignari; alias conſtrui non poſſet; & dotis collatione dotari, aliàs conſtrui nõ debet; vt in. d. c. frigentius. c. piæ mentis. Et debetur patrono honor, onus, emolumẽtum, præſentet, præſit, defendat, alatur egenus. Cõpetit ergo ſibi aliquid honoris, aliquid oneris, aliquid vtilitatis: honor conſiſtit in præſentatione, & reuerentia: Onus cõſiſtit in eo, ꝙ præcipuus defenſor eccleſiæ eſt: Vnde tenetur eccleſiã ab omnib. oppreſſoribus, & oppreſsionib. defendere. Vnde & aduocatus, & defenſor dici põt. Et de rebus eccleſiæ ſolicitudinẽ debet gerere, ne defraudetur eccleſia, vt in. d. c. filiis. Emolumentum, & vtilitas ei competit; quoniam in tempore ſuæ neceſsitatis ſuſtentandus eſt, vt in. d. c. filiis. & c. quicunque. xvi. q. vii. & alendus eſt debita ratione ne egeat.

Sed ad corroborationem meæ concluſionis, ſcilicet quòd reges Hiſpaniæ ſunt antiquitus patroni eccleſiarum, vt dixi, adduco optimum tex. in cap. cum longe. lxiii. diſtinctio. vbi probatur, quòd conſuetudo antiquata, & priſca erat in tota Hiſpania, quòd quãdo moriebatur aliquis epiſcopus, congregabantur omnes epiſcopi comprouinciales; & obitus epiſcopi ſignificabatur regis

&

& Rex eligebat; electio concilio epiſcoporum intimabatur,vt ab eo comprobaretur. Sed quia hoc erat valde difficile,& oneroſum,cum propter lõgitudinem itineris, cito non poſſent epiſcopi congregari,ſtatutum eſt in concilio Toletano,vt Toletanus archiep̃s vicem omniũ epiſcoporum ſuppleret.ſ.vt obitum epiſcopi Regi nuntiaret, & electionem factam à Rege comprobaret; & cõfirmaret & electum conſecraret. Eſt argumentum,quòd propter loci,& temporis difficultatem aliquid fit ab aliquo,à quo aliàs non deberet fieri,vt electio,& conſecratio. Itaque oe propter viarum diſcrimina ordinatio eccleſiarum periculoſe differatur,conceſsit papa archiepiſcopo Toletano,vt præſentatos per regem Hiſpaniæ poſſet confirmare, & conſecrare, vt in d.c.cũ longe lxiii.diſt.& ita Card.S.Sixti,ponit caſum in lectura ſua.

Et debetur patrono honor,onus,emolumentum,præſentet, præſit, defendat, alatur egenus; competit ergo ſibi aliquid honoris,aliquid vtilitatis,aliquid oneris; honor conſiſtit in præſentatione,& reuerentia.Onus conſiſtit in eo,quod præcipuus defenſor eccleſiæ eſt;vnde tenetur eccleſiam ab omnibus oppreſſoribus,& oppreſsionibus defendere; vnde & aduocatus,& defenſor dici poteſt,& de rebus eccleſiæ ſolicitudinem debet gerere,ne defraudetur eccleſia,vt in.d.c.filiis Emolumentum,& vtilitas ei competit,quoniam in tempore ſuæ neceſsitatis ſuſtentandus eſt, vt in.d.c.filiis,& c.quicunque.xvi.q.vii.& alendus eſt debita ratione,ne egeat.Sed credo,quòd perſona,& qualitas,& dignitas patroni eſt conſideranda,& eccleſiæ, vel eccleſiarum facultates ſunt etiam conſiderandæ; quia aliter eſt prouidendum nobili,& aliter ignobili; qualitas neceſsitatis etiam conſideranda eſt,quia ſi patronus eſſet Rex,vt catholicus Rex noſter patronus omnium eccleſiarum Hiſpaniæ,& neceſsitas vrget de chriſtiana religione tuenda,vt in præſentia, quid dicẽdum? ſecundum ex infra dicendis remedium optimum in promptu erit. Item præmitto, quod reges noſtri ſemper continuatis temporibus fuerunt. & ſunt fortiſsimum propugnaculum catholicæ fidei,& exceſsiuis ſumptibus,& laboribus debellauerunt. regnum Granatæ intra fines noſtros ſituatum,& propagando dominium ſuum transfretauerũt mare noſtrum, & intra regna infidelium Saracenis profligatis fortiſsimam arcem illam Mazalquiuir vulgariter nuncupatã expugnauerunt,ciuitatemq; famoſam Oram expugnauerunt, & etiam arcem vulgo nuncupatam Melilla; quæ omnino in præſentia poſſidemus,tanquam præſidia munimentaq; Chriſtianæ religionis: poſtmodum vero vario Marte pugnando magnam ſubſtantiam pro defenſione reipub. Chriſtianæ profuderunt. Nouiſsime autem diuus Carolus V. Imp.Rom.ſemper Auguſtus genitor catholici regis noſtri pro ſeruatione religionis in Africam transfretauit,& contra Arabes, & Turchas bella crudeliſsima geſsit in regno magnæ Carthaginis,vbi poſt varia tropbæa ab eis viriliter obtenta,ingentes legiones maumetanas ſuperauit,profligauitque. Et poſt tam inſignem famoſam victoriam,& præclariſsimum triumphum regnum Tunetis in ſuam ditionem redegit; octuagintaque triremes infidelium à Chriſtianis in litore maris expugnatæ ſunt, fortiſsimamq; arcem in loco Goletta nuncupato conſtruxit,quam bene munitam hodierna die maxima cũ diligentia cõſeruamus. Quid multis? iam in ſeruitute eſſemus,niſi catholici reges noſtri gladio bellico nos à iugo ſeruitutis acriter certando liberaſſent; quia in debellatione magnæ Carthaginis quindecim milia capita chriſtianorum à captiuitate paganica liberata ſunt, & in priſtinam libertatem redacta.

Præmitto etiam,quod catholici Reges noſtri habent claſſem multarum triremium numero ſexaginta in mari Hiberico,& in mari Liguſtico,& in mari Siculo, & in mari Balearico, vbi triremes noſtræ toto tempore verſantur,ſemper in continuo motu ad propulſandas continuas inuaſiones à piratis infidelibus factas; quia quotidie rex ſæuiſsimus Turcharum maximo,& crudeli affectu Chriſtianam religionem perſequitur.quid moror in anno 1551. & in anno 1552. & in anno 1553. & in anno 1554. & in anno 1555. & 1556. & in anno 1557. & aliis ſuperioribus annis gentes Turcharum magna claſſe triremium,totum mare noſtrum crudeliter inuaſerunt deprædãdo ciuitates noſtras,& amicorum noſtrorum: debellauerunt etiam fortiſsimam illam arcem Bonifacii in regno Corſicæ,vt omnes ſcitis,atque vtinam non ſciretis. In iſtis etiam bellorum tumultibus Pannoniam,& quaſi omnem Hungariam infideles tyrannice occupatam habent, vt omnes ſcitis,atque vtinam non ſciretis.

Præmitto etiam, quòd à quadraginta annis citra,maxima diſceſsio in eccleſia Dei orta eſt ob Chriſtianorum diſceſsionem.

Item,& vltimo præmitto,quòd ſecundum B.Ambr.in lib.de off.res eccleſiæ,vel eccleſiaſticæ poſſunt alienari,& vendi tempore neceſsitatis pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum,&c.in his quidem vaſa precioſa,& ſacra etiam debent alienari ſecundum B.Amb.vt dixi: & tranſumptiue in c.aurum habet eccleſia.xii.q.ii.cuius verba ſunt: Aurum eccleſia habet, nõ vt ſeruet,ſed vt eroget,& ſubueniat in neceſsitatib. Quid eſt opus cuſtodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri,atque argenti de templo domini Aſſirii ſuſtulerunt? Nõne melius conflat ſacerdos pro alimonia pauperum,ſi aliqua ſubſidia deſunt,quam ſi ſacrilegus cõtaminat, & aſportat hoſtis? Nonne dicturus eſt dominus.cur paſſus es tot inopes fame mori? certe habebas

bas aurum, vnde miniſtraſſes alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quàm metallorũ. his non poteſt reſponſum referre, quid enim dices? timui ne templo Dei ornatus deeſſet, reſpondeat, aurum ſacra non quærunt, neque auro placet, quæ auro non emuntur: ornatus ſacrorum redemptio captiuorum eſt; & vera illa ſunt vaſa præcioſa, quæ redimunt animas à morte: ille vero theſaurus eſt domini, qui operatur, quod ſanguis eius operatus eſt. Et poſt pauca, Nemo poteſt dicere, cur pauper viuit. Nemo poteſt quæri, quia captiui redempti ſunt: in his generibus vaſa eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Ideo dominus habebat loculos à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Ioann. capit. xiii. & c. habebat. xii. quæſt. i. Et Auguſt. dicit, & tranſumptiue in dicto capit. habebat. Clericis nullo modo licet habere quid proprium, ſed res eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes, & domino oblatæ cum ſummo timore, non in alios, quam in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ. Itaque eccleſia tenetur redimere omnes captiuos, ſed eccleſiæ Hiſpaniarum ſuos tenetur redimere, & ſic de cæteris, vt per docto. in c. ſicut omnino. xii. q. ii. Item in vi. ſynodo vniuerſali fuit ſtatutum, & diffinitum, vt in c. Apoſtolicos xii. q. ii. vbi litera dicit; Apoſtolicos, & paternos canones renouans hæc ſancta, & venerabilis ſynodus diffinit, neminem prorſus Epiſcopum vendere, vel vtcunque alienare Ciminilia, & vaſa ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet pro redemptione captiuorum, Item Gregorius Epiſcopo meſſano ſcribit; Et ſacrorum canonum legalia ſtatuta permittunt miniſteria eccleſiæ pro captiuorum redemptione eſſe vendenda, vt in c. vt ſacrorum, xii. q. ii. ſimilis tex. in c. ſacrorum. ea. q. & cau. vbi litera dicit, Sacrorum canonum ſtatuta, & legalis permittit auctoritas licite res eccleſiaſticas in redemptionem captiuorum impendi. ſimilis text. in c. ſicut §. ſed notando. ea. q. & cauſa. & in c. eccleſiarum ſeruos. eſt ſimilis tex. eadem. q. & cauſa.

Hoc prudentia dictat, inclinat ad hoc etiam miſericordia, & proximorum dilectio, ſic docuit Chriſtus. Matth. xix. Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; licet multi cum diuitiis habuerunt virtutes, vt Abraham, Dauid, Iacob; ſed crudele plane eſt, aurum in theca rubiginari, & proximum fame mori, aut carcere cruciari: vnde ſaluator ait Matth. vi. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Itaque in iuribus allegatis probatur, quòd eccleſia tenetur redimere captiuos, quia timetur periculum, ſeu mors animæ, vt in c. ipſa pietas xxiii. quæſt. iiii. & ornatus ſacrorum redemptio captiuorum eſt, vt dixi: quia per redemptionem captiuorum ab infidelibus eripiuntur animæ à lapſu erroris, & verius ornatur eccleſia lapidibus viuis, quàm auro, & argento mortuorum: ſanctius eſt templum ſpiritus ſancti, quod fideles ſunt, omni ornatu templi corporalis: & quanto prætioſior ſit anima corpore, tanto magis ea, per quæ animæ liberantur à morte ſcilicet æterna, in redemptionem captiuorum. & Petrus dixit in canonica; Non enim auro, & argento redempti exiſtit, ſed præcioſo ſanguine Chriſti. Igitur ille eſt prætioſus theſaurus, qui captiuos redimit, quos ſanguis Chriſti operatus eſt, ſcilicet in redemptionem. Apoc. c. v. Redemiſti nos in ſanguine tuo. ideo vt dicit tex. in d. c. aurum § Nemo poteſt dicere. i. obiicere, quare bona eccleſiaſtica ſunt expenſa in redemptionem captiuorum, cum ad hoc ſint ordinata. ita doct. & doctiſſimus Cardinalis Sancti Sixti in d. c. aurum habet eccleſia. Præcipue, quòd Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & omnes clerici viuentes de patrimonio Chriſti, & diſpenſatores, & vſuarii, & non vſufructuarii ſunt; quia non domini fructuum, neq; de his teſtantur, nec poſſunt teſtari, vtpote nec domini rerum, vt dixi latiſſime ſupra in iſto ſpeculo. c. vi. Itaq; ex præmisſionibus meis, inuictisſime catholice Rex, conſtat manifeſte maieſtatem veſtram eſſe patronum eccleſiarum Hiſpaniæ, aduocatum, defenſoremq;: conſtat etiam in neceſſitatibus propriis, & publicis de iure ſuccurrendum fore à perſonis eccleſiaſticis, & præcipue à prælatis Hiſpaniarum: conſtat etiam maieſtatem veſtram imagine anteceſſorum fortiſſimum Catholicæ fidei propugnaculum eſſe: conſtat etiam ſæuisſimum Regem Turcharum eſſe in præſentia verum, voracem, deuoratorem Chriſtianæ rei publicæ, de minoratorem, exterminatoremq;. Cõſtat etiam exercitum marinum Turcharum ſuperiorem continuo eſſe exercitui marino noſtrorum ſemper in mari præmineat, vt ex euidentia facti notorii permanentis apparet; & conſtat etiã, inuictisſime catholicæ Rex, ex præmisſionibus meis, bona eccleſiaſtica, & vaſa conſecrata poſſe alienari, & vendi in tam euidenti infortunio, & occurrenti calamitate, cum ad hoc bona eccleſiaſtica ſint ordinata; enim Archiepiſcopi, & omnes clerici ſint vſuarii, & non vſufructuarii, vt dixi. Conſtat etiã. totam ſalutem religionis noſtræ in claſſe eſſe, quia ſi ſupra mare exercitum centum triremiũ habuiſſemus, non ſolum à iugo ſeruitutis eſſemus exempti, ſed intra fines ſuos tutisſima præſidia muniſſemus. Et quia tota difficultas in pecunia cõſiſtit, inquirendum eſt, vbi facilius pecuniæ inueniendæ ſunt, quia certum eſt, ꝙ redditus ordinarii, & extraordinarii: Regnorum noſtrorum non ſufficiunt, neque alia honeſta ſeruitia, quæ vltro, ſponteque laici continuo offerunt, ut ex euidentia facti manifeſtum eſt. Ideo in euidenti infortunio, in deminoratione, & annihilatione religionis tam clara, quid dicendum, ò bone, inuictisſime, catholicæ Rex? cum infideles te ad ar-

ma prouocant inuictum, defenſio de iure naturali eſt, licitum eſt ſe contra vim tueri, vim ui repellere licet, omnia iura clamant: ideo neceſſario eſt, ut totis viribus maieſtas veſtra totum gregem ſibi commiſſum defendat, exemplo Chriſti, qui animam ſuam pro nobis poſuit, & exemplo Petri, qui pro corpore Chriſti, id eſt pro eccleſia corporaliter pugnauit. In hoc cognouimus homines charitatem Dei, quia animam ſuam pro nobis poſuit, præcipue, quòd Regibus, & ſecularium dignitatum adminiſtratoribus defendendarum eccleſiarum neceſſitas iucumbit; ideo dixit papa Leo in c. Res.xxiii.q.v. Res autem omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſsionem pertinent, & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas. Ideo clementiſsime catholicæ Rex, totis viribus centum triremes conſtruant ex redditibus eccleſiaſticis ſuperabundantibus; quia ex præmiſsionibus meis conſtat clare, omnia bona eccleſiaſtica ſuperabundantia, & omnes fructus eccleſiaſticos ſuperabundantes debere expendi in Chriſtiana religione tuenda, deducto victu neceſſario, miniſtris, ſed cum moderamine. Et dico, quòd ex beneficiis non tranſcedentibus ſummam ducatorum centum, nihil exigendum eſt; quia pro victu, & veſtitu prædicta ſumma ducatorum centum neceſſaria eſt; & qui altari ſeruit, de altari viuere debet. Intelligo hoc. ſi clericus non habet, niſi vnum beneficium, & in eo reſidet; nam ſi habet plura beneficia, dico ut ſupra quia ex beneficiis non debet habere niſi victum, & veſtitum, ut dixi: & pluralitas beneficiorum reprobata eſt à iure, vt dixi late ſupra in iſto ſpeculo; in tit. de pluralitate beneficiorum. & vide in cap. Epiſcopus.xii.q. 6.i.& vide in c.i.& ibi gloſſ.xxi.q.i.ubi dicitur; Audiuimus enim ex ipſa dominica voce, quòd nemo poteſt duobus dominis ſeruire.

Sed ſi aliquis diceret, nihil ſtatuendum eſt contra libertatem, & immunitatem eccleſiarum. Et maxime quia quæ ſemel Deo oblata ſunt, non debentur amplius ad humanos vſus conuerti: & Rex debet defendere eccleſias non ſpoliare. Reſpondeo hoc faciendum eſſe de conſenſu, & diſpenſatione ſummi Pontificis, in cuius manibus iura ſunt, & eccleſiarum immunitates: & iuſte actum fuerit, quòd per ſupremam ſedem fuerit diſpenſatum, & non aliter. ipſe enim pater vniuerſalis eſt, & in neceſsitatibus vere cognitis non deerit. Propterea dico de mente omnium doctorum, quod ſi eſt aliquid explicandum; quod reſpiciat pietatem, & publicam vtilitatem eccleſiarum, vt in caſu noſtro, & non à remotis, per quandam conſequentiam tenentur clerici, & eccleſiæ contribuere cum laicis. Ideo ſi neceſsitas, vel vtilitas concernit de directo, & principaliter vniuerſalem vtilitatem laicorum, & clericorum, vt in præſentia, tenentur clerici, ut dixi, contribuere cum laicis, cum agatur de generali vtilitate totius chriſtianitatis; & in tali caſu oportet vtrorunque conſenſum interuenire, ſcilicet cleri, & populi; quia quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari; præcipue ubi agitur de religione ſeruanda, de captiuis redimendis, de pauperibus alendis. Et pugnamus pro veritate fidei contra hoſtes Chriſtianæ reipublicæ; quia tunc eccleſia debet nedum ſubuenire, ſed omnia bona ſua diſtribuere, vt in d.c. aurum eccleſia habet, cum ſuis concordantiis. ita Panorm. in c. non minus. de immunit. eccleſiarum. ſecus autem eſt in aliis particularibus neceſsitatibus, quando vtilitas non concernit de directo, & principaliter uniuerſalem vtilitatem religionis.

Sed in refectione murorum Brunduſii, Hidrunti, Tarenti, Manfredoniæ, Baruli, vel ciuitatis Barii, vel nouæ Carthaginis, vbi de directo talis refectio vniuerſalem reſpicit vtilitatem totius Chriſtianitatis, non habent locum iura loquentia de immunitate eccleſiarum: quia tractatur, vt dixi, de componendo religionis ſtatum contra Turcharum potentiam, vim vi repellendo: ideo non habet locum c. aduerſus, de immunita eccleſiarum, quia loquitur in caſu ſuo, & non ubi expenſa eſt neceſſaria pro catholica religione tuenda, in caſu noſtro. ita Panorm. in d.c. non minus. vbi eleganter loquitur. Sed in caſu noſtro loquitur text. in l. nullus. il. iii. de angariis, & per angariis. li. x. cum ſuis concordantiis. vbi dicit tex. Nullus penitus cuiuslibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia, vel domus regia tempore expeditionis excuſationem angariarum, ſeu per angariarum habet: quia loquitur in expeditione grauiſsima, vbi notorie conſtat periculum religionis. vbi Imperator poteſt ſimilem legem ſtatuere, quia tractatur de toto aſſe, & de periculo mundi. per text. ſingularem in cap. Res. xxiii. quæſt. v. cuius verba ſunt. Res autem omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſsionem pertinent; & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas, facit tex. in c. principes. §. cognoſcant. ea. quæſt. & cau. vbi litera dicit; Cognoſcant principes ſeculi Deo ſe debere eſſe reddituros rationem propter eccleſiam, quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur; ille ſcilicet Deus ab eis rationem exigit, qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam tradidit. facit etiam text. in cap. dicat aliquis. ea. quæſt. & cau. vbi litera beati Ambroſi dicit in §. præterea, Sicut principibus, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam exhibere cogimur, ita ſecularium dignitatum adminiſtratoribus, ſi defendendarum eccleſiarum neceſsitas incumbit; quod ſi facere contempſerint, à communione ſunt repellendi. ſimilis tex. in c. adminiſtratores. & in c. Regum, ea. q. & cau. Itaque defenſione temporalium principibus, & præcipue Imperatori commiſſa eſt, & per conſequens idem quoq; cōmiſſum eſſe videtur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, per ea, quæ notantur

notantur in l.ii.ff.de iuriſdict. omni.iudi. bene facit ad hoc ea quæ ſcripſi in iſto ſpeculo. c. v. ad finem omnino vide. Et de immunitate, & libertate eccleſiaſtica vide ea, quæ ſcripſi ſupra in iſto ſpeculo.c.xxxv.& uide Petrum doctiſſimum de Ancharano in c.non minus. de immunitate eccleſiarum ad finem, ſic dicentem, poſtquam noua, & vetera recollegit. Ex prædictis poſſet dari certa doctrina, quòd vbicunque tractatur de communi vtilitate clericorum, & laicorum ſimul, & permixtim, clerici tenentur contribuere ſimul cum laicis, quia ubi commodum, ibi onus, ut in clementina i.de cenſibus. Vnde audiui fuiſſe concluſum à doctiſſimis viris, quòd ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina propter timorem inundationis, tenentur pro poſſeſſionibus ſuis contribuere clerici, ſicut laici propter commune periculum. Idem etiam ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates, & alia multa mala; hic enim vt laicorum, ita clericorum uerſatur vtilitas: addit etiam, item clerici tenentur vigilare pro cuſtodia ciuitatis, & tuitione, vt in c.peruenit, de immunitate eccleſiarum. Item nulla maior pietas, quam defendere religionem ab infidelibus.c.fortitudo, xxiii.q.iii. vbi litera beati Ambroſii ſic dicit; Fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena iuſtitia eſt. facit tex.in c.ſi quis. & c.non inſerenda.ea.q.& cau. & hac ratione etiam pro pace, & quiete, qua tueri, & defenſari debent, Imperatoribus tributum ab eccleſia perſoluendum eſt, vt in c. tributum. xxiii. q. viii. itaque de exterioribus ſuis eccleſia tributum reddit.& tu videbis ea, quæ ego ſcripſi ſupra in iſto ſpeculo in titulo de immunitate, & libertate eccleſiaſtica; vbi dilucidaui omnia. Ideo omnibus bene conſideratis aſſertio, & concluſio mea plana eſt intuenti; quia iuſte licet Catholico Regi noſtro petere, & exigere à clericis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis medietatem fructuum ex beneficiis eccleſiaſticis, ut dixi, pro neceſſaria defenſione.& tuitione Chriſtianæ reipublicæ; & ſi vnquam nunc maxime neceſſarium eſt, ſed Catholicus Rex noſter cum maximo moderamine hoc faciet, interueniente conſilio, & conſenſu omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, vt per Panorm. in c. aduerſus. de immunitate eccleſiarum. quia tex. in d. c. aduerſus, loquitur in caſu ſuo: quia vbicunque tractatur de generali vtilitate Chriſtianæ reipublicæ non loquitur tex. in d. c.aduerſus, vt concludunt doctor.& dixi ſupra in c.de eccleſiaſtica libertate. Et quia multitudo facilis eſt ad diſſentiendum, exigentia fiat conſulto ſacro ſummo Romano Pont. & eo conſentiente iudicio meo; vt dixi, & non aliter. Vaſa ſacra vendi non debent, tamen (vt dixi) pro neceſſitate eccleſiæ, & pauperum, & pro redemptione captiuorum materia eorum vendi poteſt, dummodo premiſſa oratione confringantur, quia poſt confractionem non intelliguntur eſſe uaſa ſacra; ſed purum metallum.

Sed ſcripta mea non ligant monaſteria monialium, nec ligant monaſteria fratrum, nec monaſteria monachorum; nec ligant alia religioſa, & pia loca; quia tales non ſunt vſuarii bonorum ſuorum, ſed veri domini; ſed Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alii clerici, vt dixi, non ſont ueri domini fructuum decimarum. Sed quia aliqua pia loca ex gratia ſpeciali poſſident aliqua beneficia eccleſiaſtica, de talibus beneficiis dico, ut ſupra.

Verum eſt, quòd extrema neceſſitate cogente nullus exemptione gaudet, quia in tali caſu omnia bona ſunt communia. bonus tex. in c.diſcipulos. de conſecra.diſtin.v. vbi litera dicit; Diſcipulos cum per ſegetes tranſeundo euellerent ſpicas, & ederent, ipſius Chriſti vox innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt: ideo neceſſitas non habet legem, vt in d.c.diſcipulos. & c.ſi quis, de furtis, & c.ſicut, de conſec. diſt.i. Sic propter neceſſitatem Dauid comedit panes propoſitionis. Matth.xxii. Regum i. c.xxi. & propter neceſſitatem famis poteſt pater diſtrahere filium, ut in l.ii.C. de patribus, qui filios diſtraxerunt. Et ratio eſt, vt dixi, quia in neceſſitate omnia debent eſſe communia, optimus textus etiam ad hoc in c.ſicut hi. xlvii.diſtin. itaque neceſſitas facit licitum, quod alias erat illicitum.

Dixi de iure patronatus, nunc dico, quòd plures ſunt uiæ à iure inuentæ, ſecundum quas eccleſiis prouidetur. Prima uia eſt electio, vt in c.i.de electio.& c.tua, & c.cum terra, & de poſtula. præla.c.bonæ.i.& hoc non cadit in laicum, vt doctor.in c.quod ſicut. de electio. Secunda uia eſt ſolennis nominatio, vt in c.bone.de poſtula.præla.c.quanto.lxiii.diſtin.ibi notatur:& iſta ſolennis nominatio non cadit in laicum, vt in d.c.quanto notatur. Tertia uia eſt poſtulatio, ut per totum titu.de poſtu.præla.& non cadit in laicum. Quarta via eſt collatio, quæ ſpecialiter pertinet ad prælatum, & hoc non cadit in laicum, ſed bene cadit de priuilegio papæ, vt lxiii.diſtinct. cap. Adrianus. & c. in ſynodo. Quinta eſt præſentatio, ut de iure patronatus per totum, & cap. cum Bertoldus, de iureiuran. & hoc cadit ex ui iuris patronatus in laicum patronum. c. vlti. de iure patro. & de electio.c.quærelam. Sexta uia eſt ſimplicis petitionis, quando populus petit ab Epiſcopo ſibi dari rectorem, & hoc poteſt cadere in laicos, ſiue populum non patronum. cap. quòd Dei timorem, de ſtatu mona.xxiii. diſtinct.c.primo. Itaque populi non eſt eligere, ſed petitio bene cadit in populum. Et variare in electione quandiu, & qualiter liceat, uide optimam gloſſam in dicto c.quanto ſexageſima tertia diſtinctione.& ibi vide doctor.

De voto, & voti redemptione. Cap. LXIIII.

VOTVM à voluntate dictum eſt ſecundum ſanctum Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. lxxxviii. & in iiii. tanquam à primo mouente rationem ad vouendum. Votum eſt alicuius rei licitæ faciendæ vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio. Tria ſunt neceſſaria ad obligationem voti, deliberatio, propoſitum, promiſſio ſaltem in corde. ita Panorm. poſt ſanctum Thom. in cap. literarum, de voto. & ſanctus Thom. in ſecunda ſecundæ quæſt. lxxxviii. quia non ſufficit ſolum propoſitum, etiam præcedente deliberatione, niſi ſequatur promiſſio. Et conſilium diuinum eſt, vt quis obliget ſe ad vota, nam magis meretur apud Deum, vt in cap. magnæ. de voto. Sed mala, vel illicita promiſſio non eſt ſeruanda; ideo in turpi voto muta decretum. cap. in malis. xxii. quæſtio. iiii. Vbi litera dicit; In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vouiſti, ne facias. Et in talibus magis placent Deo tranſgreſſores, quàm obſeruatores. Cum deliberatione animi debet eſſe votum, vt dixi, quia votum, quod ex facilitate animi potius, quàm ex arbitrio diſcretionis emittitur, non eſt obligatorium: de hoc videbis in cap. veniens. de voto. & cap. ad noſtram. de regulari. & de conuerſione coniugato. cap. charisſimus, & c. veniens. Dixi, Deo facta pollicitatio, quia Deo fit votum, & Deo reddi debet, vt in cap. magnæ. de voto. Dixi, facta pollicitatio, hoc ideo qui ſi non faceret, licet facere proponeret aliquando, ſed adhuc non plene deliberaſſet, non obligatur, ſi non eſt in voto ad pollicitationem proceſſum, vt dixi, ut in c. literaturam, de voto. poteſt videre, & vide tex. in cap. qui bona. xvii. quæſt. i. Quod autem à voto diſcedere non liceat, multis auctoritatibus probatur, ait enim propheta; Reddite vota domino Deo veſtro, pſal. lxxv. Item Auguſti. quæ Deo vouentur, neceſſario reddamus. vt in cap. i. xvii. quæſt. i. ubi legitur; Sunt quædam, quæ etiam non vouentes debemus, quædam etiam, quæ niſi vouerimus, non debemus, ſed poſtquam ea Deo promittimus, neceſſario reddere conſtringimur, vt ad fidem ſeruandam: & generaliter ad omnia illa, ſine quibus homo ſaluari non poteſt; de quibus habetur in c. charitas. de peniten. diſtinct. ii. il. i. ubi poſt multa dicit Auguſt. Hæc, quæ de charitate dicuntur, de perfecta intelligi poſſunt, quæ ſemel habita nunquam emittitur; exordia vero charitatis enutriuntur, vt creſcant. Nemo enim repente fit ſummus. & ibi text. in cap. charitatis. il. ii. Auguſt. ad Hieronymum ait, charitas in quibuſdam perfecta, in quibuſdam imperfecta: perfectiſſima autem in hac vita haberi non poteſt, vnde dicit Apoſto. ad Epheſ. Nemo tam perfectus, quin poſſit creſcere. Sed votum non debet pendere de alieno arbitrio, vt ſi vnus coniugatus promittat continentiam, non tenet. c. ſitu xxvii. diſtinct. Item votum aliquod abſtinentiæ non poteſt facere vxor ſine viro. c. manifeſtum. xxxiii. quæſtio. v. nec monachus ſine Abbate. c. monacho. xx. q. iiii. Item nec filius impubes ſine voluntate patris xx. q. ii. c. i. & ii. nec ſeruus ſine voluntate domini c. ex antiquis. liiii. diſtinct. prohibentur etiam Epiſcopus, & clericus. Itaque Epiſcopus non poteſt aliquod votum emittere ſine licentia papæ, intellige, vt in c. licet. §. illa ſemper regula. de regularibus c. niſi cum pridem, de renuntiat. & uide doct. in c. Magnæ de uoto. §. uerum. Sed quodlibet uotum poteſt emittere, per quod bonum exemplum præbeat, quia ad hoc tenetur, ut in c. magnæ de uoto. §. i. & de ſacra vnctione. c. vnico. §. ad exhibendum. Clericus etiam, vt dixi, non poteſt ſine licentia prælati ſui votum peregrinationis emittere. de conſecra. diſt. v. c. non oportet. & uide in d. c. magnæ. §. uerum. niſi forte uoueat religionem intrare. & vide Hoſt. in ſumma. §. Qui uouere poſſit. ubi late de hoc. Et aduerte, quia dignus eſt ſupplicio, qui ſeipſum Deo ſubtrahit à voto reſiliens; quia Ananias Deo pecunias uouerat, Actum. v. quas perſuaſione diaboli ſubtraxit, ſed morte mulctatus eſt. Si ergo mortis periculo ille dignus fuit, quia quos dederat nummos Deo, abſtulit; conſidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum Deo omnipotenti (cui te ſub monachali habitu deuoueras) ſubtraxiſti. ita Greg. in regiſtro. tranſumptiue in c. Ananias. xvii. q. i. Votum enim pro opere reputatur, ut in c. qui bona agunt. xvii. quæſt. i. Vbi etiam dicitur. Poſt votum quiſque neceſſario cogitur ſoluere, quòd uouit. Itaque cum uotum uoueris domino Deo tuo. non tardabis reddere, vt Deuteron. cap. xxiii. & in pſalmo. lxxv. ut dixi. Vouete, & reddite domino Deo veſtro. Et Eccleſ. ſi quid uouiſti Deo, ne moreris reddere. & Num. c. vi. vir, ſiue mulier cum fecerint votum, ut ſanctificentur, & ſe uoluerint domino conſecrare, à uino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt. & prouerbio. xx. Ruina eſt homini deuotare ſanctos, & poſt vota retractare. & Imola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. De Iacob etiam legitur, Geneſ. xxviii. votum vouiſſe Deo. Et de Anna Samuelis matre. i. Reg. capitu. i. Vouerat etiam ſacratiſſima virgo Maria ſe uirginem perſeueraturam unde ait angelo, Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco. i. me non cognituram propoſui, ut ait Nicolaus papa in capitu. ſufficiat. xxvii. quæſtio. ii. & beata uirgo propoſuit ſe ſeruaturam uotum uirginitatis in corde; ſed ipſum uotum non expreſſit ore, & ſubiecit ſe diuinæ diſpoſitioni, ut per Aug. in cap. beata uirgo. xxvii. quæſt. ii. Et in euangelio Matth. cap. xviii. conſtat uotorum inſtitutа

Chriſto

Chriſto eſſe probatiſsima. Et vt iam dixi, ad uotum tria ex neceſsitate requiruntur, rationis deliberatio, propoſitum voluntatis, & promisſio. Aduerte, nam in ieiuniis, eleemoſynis, peregrinationibus, religionibus, abſtinentiis, continentiis conſiſtit votum, vt patet per totum titulum de voto. Et breuiter in omnibus piis cauſis licitis, & honeſtis faciendis, vel contrariis non faciendis regulariter tenet votum. Nam de re nulla illicita fieri licite poteſt votum. Item de indifferenti, nempe quæ nihil ſecum emolumenti afferat, neque diuini honoris; nullum religioſe poteſt emitti votum, vt ſi quis voueat, iter die martis arripere, &c. Item de re, ſeu neceſſaria, ſeu impoſsibili fieri non poteſt votum; hanc tamen regulam tibi trado; quod vbicunque voueo, vel promitto aliquid facere. quo facto, vel aliquid non facere, quo non facto ſalus corporalis, vel ſpiritualis adimitur, vel peccatum mortale incurrerem, non eſt ſeruandum votum, neque iuramentum, neque conſuetudo, neque lex, neque præceptum, neque aliud vinculum fraternitatis. xxii. quæſtio. iiii. per totam quæſtionem. Sed ſecundum beatum Thom. opus præcepti ligat quatenus eſt in noſtra voluntate. Materia enim voti eſt illa, quæ eius ratione fit debita: ergo quatenus opus eſt legis obligatione debitum non cadit ſub voto, quia non pendet ex veſtra voluntate, vt ſit debitum, ſed ex legis neceſsitate. At vero quia præcepti neceſsitas non eſt simpliciter neceſsitas, ſed voluntarie illud implemus, aut tranſgredimur, hac ratione cadere poteſt ſub voto, non quidem, vt ad id obligemur, ad quod non tenebamur, ſed vt ad id, ad quod tenebamur, gemina ſimus obligatione conſtricti: tenebaris, inquam, præcepto temperantiæ non fornicari, cuius tranſgresſio vitium erat tantum luxuriæ, emiſiſti eiuſdem rei votum; obligaris ergo virtute inſuper religionis. Itaque poſſumus nos ad talia opera arctiori vinculo aſtringere. Nulla enim inter ambas obligationes extitit repugnantia, ſecundum beatum Thom. & ſolenni eccleſiæ vſu probatur. Vouentes enim religionem nouo nexu obligantur ab adulterio, & fornicatione abſtinere, à quibus diuina lege erant prohibiti; idque à clericis dum ſacris maioribus initiantur exigitur, vt in capit. nullum. xxviii. diſtinctio. & ibi doctor. Si quæris quomodo eccleſia imponit alicui neceſsitatem continendi, cum continentia ſit res voti præcepti, capit. integritas. xxxii. quæſt. i. dico, quòd eccleſia neminem cogit continere, ſed in ordine, quem dat, poteſt imponere legem, quam vult.

Sunt tamen aliqua, quæ prorſus neque probantur, neque reprobantur, vt ſi quis vouet die ſabbati indui albo in memoriam virginitatis beatæ Mariæ, &c. Et redditio voti eſt de iure naturali, ſiue diuino. glo. & docto. in c. ruffus. qui clerici, vel vouentes. Sanctus Thom. in ſecunda ſecundæ quæſt. lxxx. Hoſtien. in ſumma. titu. de voto. §. vtrum. Et ſi quid poſsibile vouetur, vt ædificare eccleſiam, ſi ſuperueniente paupertate adimplere non poteſt, liberatus eſt à voto. Sanctus Thom. in iiii. vbi de hoc multa dixit. Et qui voluit ieiunare hoc anno vigiliam ſanctæ Catherinæ, & non ſeruauit, alia die votum implebit. Panorm. in c. per tuas, de voto.

Duæ ſunt ſpecies votorum, aliud neceſsitatis, aliud voluntatis. Votum neceſsitatis dicitur illud, quod quis promittit in baptiſmo, vt abrenunciare ſatanæ, & pompis eius, tenere fidem, ſeruare dialogum, & alia ſine quibus ſalus non eſt. c. prima. de conſecra. diſtinct. v. & i. quæſt. i. cap. ſi qui Epiſcopi. §. ecce. vnde cum homo peccat poſt baptiſmum dupliciter reus eſt, & quia peccat in eo, quod committit; & quia votum præuaricatur, non tamen tanquam pro duobus mortalibus pœnitentia inducitur, ſed tanquam pro vno circumſtantia tranſgresſionis aggrauato; Votum vero voluntatis dicitur illud, quod quis voluntarie emittit, & ad quod quis ante votum non tenebatur, ſed poſt votum aſtringitur, ſicut eſt votum continentiæ, abſtinentiæ, peregrinationis, ſecundum Hoſtien. Ray. Goffre. de his dicitur in pſalmo, vt dixi, vouete, & reddite. & de hoc vide in cap. magnæ. de voto, Quod dixi votum continentiæ voluntarium eſſe, ſane intelligas; voluntarium enim eſt contrahere, vel non contrahere, ſic per conſequens continere, vel non continere; quilibet tamen neceſſe habet continere, niſi contrahat matrimonium. vnde etiam Imperator caſtitatem inducit vniuerſis, in authen. de lenonibus. §. ſancimus. coll. ii. & idem alibi etiam dicit Imperator; caſtitatis ſumus amatores. in authen. quibus modis natu. effi. ſui. §. illud quoq;. col. vi. per quas corriguntur antiquæ leges, quæ concubinas concedebant. Item quod dictum eſt de voto abſtinentiæ, intelligas quo ad illos dies, in quibus eccleſia non inducit abſtinere: nam in illis, in quibus eccleſia præcipit abſtinentiam, non eſt voluntarium abſtinere, ſed neceſſarium, vt in titulo de obſeruatione ieiuniorum. Breuiter ergo dic, quòd voluntarium votum dicitur illud, quod ante emisſionem voti relinquitur arbitrio cuiuslibet facere, vel non facere, ita quòd gratis, & liberaliter emittatur; ſed intellige, vt ſuperius dixi, de mente ſancti Thom. Et quando quis vouet aliquid ſimpliciter ſine conditione, vel determinatione temporis, tenetur ad ſtatim. i. quàm primum poteſt implere commode. & de voto conditionato. vide infra. & vide Panorm. in c. ſcripturæ, de voto.

Votorum enim voluntariorum aliud ſimplex, aliud ſolenne. Simplex votum dicitur, quia ſimpliciter, & ſine aliqua ſolennitate emittitur; & horum, vt iam dixi, aliud conſiſtit in faciendo, vt ire ad ſanctum Iacobum, ieiunare, orare, &c. Et ſi votum fuit conditionale, ſi conditio

deficit,non tenetur adimplere.c.non ſolum. xxii. q. viii. & de iſtis conditiouibus multa exempla inuenies iu ſumma Hoſt.in tit.de iureiurando.& vide doct.iu c.iii.de iure iuran.& vide Hoſt.in ſumma.tit.de voto.§.& vtrum à voto.& vide in c.beata Maria.xxvii.q.ii.& c.nou ſolum.xxxiii. q.viii.& generales conditiones intelliguntur,ſed non ſpeciales. doct. poſt gloſ.in d.c.non ſolum.

Solenne votum dicitur votum coutinentiæ ſolenuizatum, ſolum enim votum coutinentiæ ſolennizatur; ſolennizatum autem votum per ſacri ordinis ſuſceptionem, vt in c.placuit xxxii.diſt. & c. diaconi.xxvii.c.cum in præterito.lxxxiii.diſtiu.& vide tex.& doct.in c.rurſus. qui cleri vouentes, & c.nullum. xxviii.diſt.& ibi gloſſ. & c. præsbyteris.xxvii.diſtinct.& doctiſſimus frater Dominicus Soto in illo doctiſſimo libro de iuſtitia, & iure. fol.dccii.examinat, vtrum ſacerdotalis continentia ab iſtis ſtatim incunabulis cœperit.vbi declarabit,Paulum Apoſt.dicentem,vnius vxoris virum iu Thomo.ii.lib.viii.Item ſolenuizatur votum per profeſſionem, vel ſuſceptiouem veſtis,quæ tautum profiteutibus dari conſueuit per introitum Religionis,& anni lapſum; vel ſi renuntiauit,& obedientiam promiſerit,& coutineutiam vouerit in manu Abbatis, vel Abbatiſſæ,vel ſi voueat ſuper altare,poteſt quis votum ſolennizare. & debet fieri propria ſcriptura.c. omnes fœminæ.xxvii.q.i.itaq; exceptis duobus hic expreſſis.& iu c.vno.de voto ; quæ dicuntur ſolenuia; omnia alia vota quantuncuuque ſolenniter fiant,vt ſi voueat quis continentiam, vel aliquid votum faciat ſoleune,vt cum miſſa,& litauiis , dicuntur ſimplicia ſecuudum Ioannem Andream,& Philippum Francum,in d.c.vno,de voto.& ibi dicunt,quòd quilibet ſacer ordo habet annexum votum caſtitatis,in tantum quod matrimouium poſtea contractum nou teuet , vt per glo.& doct.in c.cum olim.de clericis coniugatis.& Petr.de Ancharan. in d. c.vno ; dicit Nota, quòd votum ſolennizatur per ſuſceptionem ſacri ordiuis, vel per profeſſiouem tacitam , vel expreſſam alicui de religionibus approbatis;& dirimit matrimonium poſt contractum , & eſt nullum. & ibi videbis Ancharanum. Diſtiuctio voti ſimplicis, & ſoleunis eſt inueuta ex couſtitutione eccleſiæ,quæ ſtatuit,quod votum ſoleuue dirimat matrimonium poſtea coutractum, & uon ſimplex : & ſic non tollit, ſed diſtinguit legem diuinam,& eam declarat ; quod poteſt , vt per Innocen. in c.quæ in eccleſiarum,de conſtitu.& doct.in d.c.rurſus. licet lex diuina dicat votum ſeruandum,tamen uou dicat uun tenere matrimouium poſt contractum· quod patet, quia lege diuina prohibentur tantum certæ perſonæ,quæ notantur in c.gaudemus,de diuor.inter quas quæ voueut,uon numeratur;& hoc edictum prohibitorium eſt certarum perſouarum tautum. Nam lege diuina (circunſcripta lege canonica) teneret matrimonium contractum à monacho ; & præsbytero ; quod patet, quia ſacerdotes veteris teſtamenti contrahebant.c.tenete.xxi.diſtiu. & Græci contrahunt,qui lege canonica non ſuut aſtricti.c.Nicena,xxxi.diſtinct. & per hoc tamen Hoſtien.quòd papa potuit ſtatuere, quòd ſicut ſimpliciter vouens poteſt contrahere,ita vouens ſolenniter.ita Ancha.iu d.c.vno. Tu dic, quòd tautum votum ſolenne dirimit ex conſtitutione eccleſiæ , ſed ſimplex impedit , vt per docto. in d. c.rurſus. qui cleric. vel vouen. hæc opinio hodie commuuis eſt, & quaſi ab homiuibus approbata ; tameu mulier quæ ſimplex votum emiſit, ſi continere nou poteſt,datur licentia uubendi in domiuo . Igitur ſiquis votum ſimplex emiſerit,& poſtea coutrahat,teuet matrimonium, & imponitur pœuitentia de fractioue voti c. i. & ii. xxvii. diſtinct.ſolenne votum impedit,& dirimit,vt dixi ; & matrimonium nullum eſt. Sed cum vtruuque votum ſcilicet ſimplex,& ſolenne,ſeruandum ſit, & violatio vtriuſque inducat mortale peccatum. & ab initio quantum ad Deum ſimplex votum uou minus obligat , quàm ſoleuue ; nam ex ſui natura vtrunque eandem obſeruantiam habet, quis ſecit fiues eſſe diuerſos ? Reſpondeo,eccleſia conſiderat circunſtantias.c.homo Chriſtianus.xl.diſtinctio.& de pœnitent.diſtinct. v.c.i.& verborum ſolenuitates attendit in voto,ſicut iu iuramento.c.iuramenti.xxii.q6.v. & diuerſum ius ſtatuit , iu vtroque etiam diuerſam pœnam imponit in fractione vnius , quàm alterius,vt patet iu c.ſi vir. xxii.diſtinct. & c.virginibus xxvii.quæſtio.i.& c.deuotum. Ex hoc ergo probatur grauius deliuqui in fractione ſoleunis,quàm ſimplicis voti. Quis enim dubitet, ſceleratius eſſe commiſſum, quod grauius iudicatur.c.uon afferamus.xxiiii.quæ.iii.Itaque qui frangit ſoleune votum,peccat in Deum,offendit conſtitutionem eccleſiæ,& homines conſcies ſcandalizat: quod in ſimplici voto uon contingit ſecundum doctores. Et ſiquis votum ſimplex emiſerit, vt dixi; tenet matrimonium,tameu de conſilio meo uou coutrahat,quia mortaliter peccat, vt dixi,& Deum grauiter offendit, vt iu c.venieus.qui cleric.vel vouentes. Iſta diſtinctio votorum ponitur in tex. iu dicto c.vno,de voto,lib.vi. vbi dicitur , quòd votum ſolenne tautum locum habet iu profeſſioue religionis,vt dixi,& ſuſceptioue ſacri ordinis.Nunc conſiderandum eſt,vtrum votum ſolenue ſit de iure mere poſitiuo , an vero de iure diuiuo. Nam ſi eſt de iure diuino, nequit à papa ſuper voto ſolenni diſpenſare; ſecus autem,ſi ſit de iure poſitiuo,in dicto c. vno dicitur,quòd vti ſolennitas ex ſola couſtitutione eccleſiæ eſt inuenta; non enim dicit,quòd ſubſtantia ſolenuis voti, puta quod qui ſe tradit,non poſſit matrimonium contrahere , ſit iuuentum eccleſiæ,ſed quud modus ille tradendi,ſit decretalis eccleſiæ conſtitutio, ideo nemini conſtare poteſt,à Deo recepi per votum ſolenne,niſi per iudicium eccleſiæ; & hoc eſt,quod dicit ſanct. Tho.

in tui-

in iiii. diſtinctio. xxxviii. quod uotum nunquam eſt ſolenne, quantumcunq; quis profiteatur, niſi ſeruato ordine iuris poſitiui. Ideo ſimplex votum poteſt fieri ſoli Deo ſine aliquo eius miniſterio; ſolenne autem non, niſi per eius miniſtrum. Itaque opinio ſancti Thom. de indiſpenſabilitate voti ſolennis, ſuſtineri debet. licet Caietanus contradicat fortiter; ſed doctiſsimus ille frater Dominicus Soto viriliter defendit ſanctum Thom. & merito, in illo ſuo famoſo libro de iuſtitia, & iure, in libro octauo, & vide in commutatione voti, vbi multa vtilia, & ſubtilia dixit in Thomo ſecundo. Et vtrum ſacerdotalis continentia ab iſtis ſtatim eccleſiæ incunabulis cœperit, ibi videbis. ſed eccleſiæ decoro, & ſtabilitati ſacerdotali votum continentiæ congruens fuit, ac neceſſarium, vbi in dicto octauo libro videbis. Et Cardinalis ille Caietanus maximus inter theologos ſuæ tempeſtatis, beatus fuit, ſed beatiſsimus foret, ſi operam iuri pontificio pluſquam dedit, dediſſet. Sed votum ſolenne nemo, quantuncunque ſit doli capax, ante pubertatis annos ſuſcipere poteſt eccleſiæ auctoritate. Concludo, quod quantum ad votum ſolennizatum ſuſceptione ſacri ordinis papa diſpenſare poteſt, & in hoc omnes conueniunt; ſed in voto ſolennizato profeſsione Religionis approbatæ, ſanctus Tho. tenet, & bene, quod non, vt dixi. In voto peregrinationis terræ ſanctæ, Apoſtolorum ſancti Iacobi in compoſtella, ſecundum morem curiæ reſeruatis, ſolus papa diſpenſat, ſemper intellige cum maxima cauſa; & ita de facto ſeruatur, licet non ſit iure cautum, niſi pro ſubſidio terræ ſanctæ. In aliis autem votis epiſcopi diſpenſare poſſunt. Et in voto perpetuo continentiæ ſimplici epiſcopus de iure diſpenſat, ſed ex conſuetudine curiæ eam ſibi papa indiſtincte reſeruat. Voti ſimplicis efficatia ex liberatione animi eſt qua quis intendit ſe obligare, quòd promittendo Deo fit. Voti autem ſolennis efficatiæ oritur eſt ſtatuto eccleſiæ. Sed notabis quòd ius canonicum, in matrimonio & voto ſolenni continentiæ ordinis ſacri, malitia vel vſus rationis ſupplet ætatem, & non in uoto ſolenni religionis. Ratio duplex eſſe potuit ſecundum doctiſſimum Caietanum in commentariis. ſ. ſanctum Tho. in ſecunda ſecundæ q. lxxxviii. ad nonum, ibi videbis.

Et circa commutationem, vel diſpenſationem, & vtrum in voto poſſit fieri diſpenſatio, dic, quòd votum quodcunque ſimplex poteſtati ſubeſt eccleſiæ, tam vt ſuper eo diſpenſet, quàm ve ipſum in rem aliam commutet: & ratio cur huiuſmodi auctoritas in eccleſia fuerit neceſſaria, inuenies in c. diſpenſationes. i. q. viii. & in ipſa quæſtione multa tractantur de diſpenſatione, quia pro temporum neceſsitate decreta temperantur, vt in c. requiritis. §. niſi rigor, cum capitulis ſequentibus. Et per diſpenſationem vinculum vti prorſus tollitur, in commutatione vero non. Nam qui diſpenſat, nihil aliud videtur facere, quàm interpretari, & declarare votum iam tunc in illo caſu non obligare; ſi enim ſimplex votum in illud mutatur, quod manifeſtum eſt eſſe melius, bene fit commutatio, vt per docto. in c. ii. de iure iuran. Itaque omnia vota, quæ voluntatis ſunt, auctoritate diœceſani, ſiue papæ redimi, & commutari poſſunt: debet autem ſuperior ipſe conſiderare qualitatem perſonæ, & cauſam, & qualitatem, & quantitatem commutationis. Et ex hoc colligitur, an recompenſatio melior Deo magis placita, & accepta ſit, vt in c. i. de uoto; per doctor. & circa diſpenſationem vel commutationem voti, vide docto. in c. quod ſuper, de voto. & vide in cap. licet, eodem titu. & uide etiam doctu. in cap. ex multa. & ibi tractatur, quando votum eſt pro ſubſidio terræ ſanctæ, & quando eſt emiſſum pro deuotione. Et licet uotum ſit de iure diuino, poteſt in melius commutari, ſi uotum eſt ſimplex, ut dixi, ut per doctor. in c. Magnæ. de uoto. Et ſi uotum non poteſt exequi, permittitur dilatio; & ſi impedimentum eſt perpetuum, inducitur redemptio. docto. in d. c. quod ſuper. & ibi de inopia. Et inops dicitur ille, qui uiuit ex artificio, ut per Panor. ibi. Et qualiter, & cuius auctoritate ualeat redimi, uel commutari uotum, uide Hoſtienſ. in ſumma. in. §. qualiter. Et uide Goffredum in ſua ſumma. Et utrum, & per quem in uotis valeat diſpenſari. Vide Hoſt. in ſumma, in tit. de voto. §. vtrum.

Sed papa non diſpenſat contra ius diuinum, & ille, cum quo diſpenſatur, non eſt tutus quò ad Deum. ita ſanctus Thom. ſed vide, quia idem dicendum eſt in abſolutione à iuramento ſine cauſa. Innocen. notanter in c. cum inter. de renuntia. & gloſſ. in cap. quanto, de iure iuran. & vide Panorm. & doctor. in cap non eſt. de uoto. & uide Innocent. & doctor. in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu regulari. & uide Archidiac. in cap. Florentinum. lxxxv. diſtinctio. & uide Ioannem de Imola in cap. cum contingat, de iure iurand. & ſuper pluralitate beneficiorum non poteſt diſpenſare ſine cauſa, ita Panorm. in cap. non eſt. de uoto. & uide Abbatem allegantem ſanctum Thom. & communiorem opinionem in cap. extirpandæ. §. qui uero. de præbend. & uide Ioannem Andre. in cap. de multa. de præbend. cum omnia bona eccleſiarum ſint Dei, ut in cap. cum ex eo, de electio. in vi. & ſubſtantia Dei ordinata ad certos vſus non debet conuerti ad vtilitatem priuatam ſine cauſa, vt in cap. ratio, de præbend. Item ius poſitiuum eſt fundandum ſuper ratione naturali, vt in capitul. duo ſunt. xcvi. diſtinctio. vbi Gelaſius papa Imperatori Anaſtaſio ſic inquit; Duo ſunt quippe Imperator Auguſto, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas ſacra pontificum, & regalis poteſtas. Itaque Imperator habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt, vt in c. ſi Imperator. xcvi.

diſtinct,

diſtinctio. & gloſſ. aurea in d. cap. duo ſunt. Redeundo ad diſpenſationem dico, cum papa debeat eſſe bonus paterfamilias, non debet relaxare ius ſine rationabili cauſa, nec debet apud eum eſſe perſonarum acceptio. prædicta inducit Dominus Antoni. contra religioſos impetrantes diſpenſationem à domino papa, vt poſſint tranſire ad laxiorem regulam: nam ſi non ſubeſt iuſtiſſima cauſa, non eſt ille tutus quo ad Deum. Et tu de iſtis fratribus vide beatum Bernardum in epiſtola prima, & epiſtola ſeptima. & vide Auguſtinum in cap. quantum libet xxxvii. diſtinct. Sed aduerte, quia ſummus penitentiarius diſpenſat cum iſtis apoſtatis in Romana curia; ſed de iſtis vt dixi, vide beatum Bernardum in epiſtola prima, & capit. ſeptimo. Ideo dico, ſi religioſus præficitur eccleſiæ ſeculari curatæ cauſa legitima non ſubſiſtente, nam propter hoc bonum publicum emanauit illud ius diſpenſatiuum, quòd religioſus poſſit præfici eccleſiæ ſeculari, vt in capitu. quod Dei. de ſtatu regularium. pro his allego gloſſ. ſingular. in capit. monachi vagantes. xvi. quæſtio. i.

Dixi, quòd in voto papa poteſt diſpenſare: quia cum maxima cauſa multa ſibi licet.

Nunc materiam concludendo, dico, quòd votum, ſeu vouere eſt expediens, ita vt rationabiliter fiat, ſecundum ſanctum Thom. quia per votum noſtram voluntatem immobiliter applicamus ad bonum: & melius eſt vt dixi ſupra aliquid facere ex voto, quàm ſine voto; quia vouere eſt actus latriæ, quæ eſt nobiliſſima virtus: quod autem ſit nobiliori virtute eſt melius. Item quia vouens plus ſe Deo ſubiicit, quàm non vouens. Item quia per votum voluntas immobiliter firmatur ad bonum, facere autem aliquid ex voluntate firmata pertinet ad perfectionem virtutis. ita beatus Thom.

Et qui non poteſt implere per alium, quia in omni voto intelligitur illa conditio generalis, ſi potero; vt in cap. quemadmodum. de iure iuran. & in cap. beatus. xxii. quæſtio. ii. niſi tempore emiſſi certus eram, quòd impedimentum eſſet perpetuum. de hoc vide Panormitanum in dicto capit. licet.

Et vtrum qui agunt certam peregrinationem infra annum, & ante illud tempus infirmantur ad mortem, adhuc maneat obligatio voti, vide Panorm. in c. i. de voto. Et vtrum votum ex metu obliget, vide Panorm. in cap. ſicut. il. ii. de regularibus. Et vtrum obliget votum, dic, quòd ſi vouens habet deliberatam intentionem obligandi ſe Deo, obligatus eſt, vt in c. ſunt, qui opes. xxvii. quæſt. iiii. ſecus, ſi voueat ſubito, & indeliberate. Vide ibi docto. & ui. in l. quicquid calore iracundiæ. de regu. iur. ff. vbi litera dicit; Quicquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe. Et lex iſta habet locum in voto, vt uoluit gloſſ. in cap. dudum. de conuerſione coniugatorum. intellige, quando eſt talis iracundia quæ alienationem mentis inducit, vt ibi Panormita. quia Deus vult uoluntarium militem. cap. non eſt. xv. quæſt. i. c. ſicut, de regula. quia inter alia in uoto deliberatio requiritur, ut dixi. & Ioannes Andr. in c. literaturam, de uoto. Sed ſi ſedato calore non feciſſet, uotum non obligat quo ad Deum: & uide Panorm. in d. c. literaturam. & in cap. ex literis, de iur. iur. & in c. dudum de conuerſione coniugatorum.

Tranſgreſſio uoluntaria uoti eſt peccatum mortale ſecundum omnes, ut in cap. licet. de uoto. Sanct. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. lxxxviii. & ibi uidebis de promiſſione facta Deo, ſi ſuperadditur iuramentum, in uoto negatiuo, ut non bibendi uinum, toties eſt mortale, quoties agitur contra: in uoto affirmatiuo, puta ieiunandi, non eſt mortale niſi prima uice, qua agitur contra uotum, niſi ratione contemptum. & in uoto negatiuo non bibendi uinum, ſi eſt perpetuum, mortale eſt, toties, quoties.

Et utrum hæres teneatur implere uota defuncti, uide in c. licet, de uoto. ubi uidebis docto. intellige, ſi hæres adiit hæreditatem; ſed ſi hæres ad hoc non ſe obligaſſet, non tenetur adimplere uotum perſonale, uotum reale ſic. ibi uidebis in d. c. licet.

Utrum licitum ſit clericis, etiam laici fidelibus, literis ſecularibus erudiri; & vtrum libri hæreticorum à fidelibus ſint legendi. *Cap. LXV.*

REfert diuus Hieronymus ad Euſtachium, quod diuino iuſſu fuit cæſus, & quaſi non Chriſtianus ab angelo reprehenſus, eo quod libros Ciceronis legeret. Sed in oppoſitum ſunt multæ auctoritates, quia licitum eſt uocare ancillas ad obſequium dominæ earum; ſed omnes aliæ ſcientiæ famulantur Theologiæ ſacræ, ergo licitum eſt ſtudere uolentibus, in ſcientia Theologica, uti ancillis ſuis, quæ ſunt aliæ ſcientiæ humanæ. Ideo licitum eſt fidelibus etiam clericis ſtudium ſcientiarum ſecularium, exemplo beati Pauli, qui aliqua philoſophorum dicta, & poëtarum ſuis ſcripturis inſeruit, ut in Epiſtol. i. ad Corinth. cap. xv. ad fi. & Actu. c. xvii. Cæterum Hieronym. ad Magnum oratorem urbis Romæ ſcribens oſtendit, quòd doctores ſcripturæ ſacræ poſſunt dicta ſapientum hominum, & philoſophorum allegare. Vnde Salomon prouerbiorum

uerbiorum.i.dicit, quòd audiantur verba ſapientum, & enigmata eorum. Et idem Hieronymus ad Damaſum papam inducit illud Deuterouomi.c.xxi.de muliere captiua adamanda, & in vxorem ducenda, ſcilicet de ſapientia philoſophorum, vbi ſic ait: Et nos hoc facere ſolemus, quando philoſophos legimus: quando iu manus noſtras veniuut libri ſapientiæ ſecularis;ſi quid in eis vtile reperimus, ad uoſtrum dogma conuertimus. Itaque ſtudium ſcientiarum ſecularium eſt multipliciter vtile ad exercitationem iugeniorum, vt per beatum Auguſtinum de doctrina Chriſtiana; vbi dicit, quòd per huiuſmodi humanarum ſcientiarum ſtudia acutiora, & ſubtiliora redduutur iugenia: propter quod dicit Beda ſuper libros Regum; turbat acumen ingeniorum legentium, & deficere eos cogit, qui eos à legeudis ſecularibus libris omnino exiſtimat prohibendos. Sed quidam leguut libros geutilium cauſa delectationis & voluptatis, & hoc eſt prohibitum, quidam legunt ad eruditionem: & illud licitum eſt, vt per eos ſciant recte loqui.& diſcernere verum à falſo. vt per glo.in c.i.xxxvii.diſtinct.& c.epiſcopus.ea.diſtinct. Ideo uotabis, quod ſcieutiis ſecularibus poteſt ſe iuuare Theologus, maxime iu tribus ſibi ueceſſariis valde, in ſignis iutelligendis, iu ambiguitarib. diſſoluendis, & in rebus & earum proprietatibus, ſcilicet cognoſcendis. In ſignis intelligendis iuuatur homo per grammaticam, quæ eſt prima artium liberalium, ad hoc euim quòd ſit in ſignis integritas, oportet nos vitare ſolecismum, & barbariſmum. Vtuntur etiam doctores ſacræ ſcripturæ topicis locutionibus, & ita patet vtilitas: immo neceſſitas artis grammaticæ ad hos topus intelligendos. Neceſſitas ſiue vtilitas artis logice, etiam patet, ſunt enim in ſcriptura ſacra multæ ambiguitates, & difficiles quæſtioues, ad quas intelligendas, & diſſoluendas neceſſaria eſt uobis logica. vnde Auguſt. ii. de doctrina Chriſtiaua dicit; diſputationis diſciplina.i.logica, ad omuia genera quæſtionum (quæ iu literis ſunt penetranda, & diſſimulanda) plurimum valet. Hoc etiam modo patet de Rhetorica; quoniam venuſtas ſermonis, quæ habetur per artem Rhetoricæ multum eſt vtilis, eo quod ſecundum Tullium multos mouet venuſtas eloquii, quos ſiue ea nòn moueret qualitas facti. Item patet de vtilitate arithmeticæ; nam ſcriptura ſancta multum loquitur de numeris, quorum imperitia, ut dicit Auguſtinus, multa facit obſcura, quæ ſunt non proprie, ſed tranſumptiue, & myſtice poſita. Vtilis eſt etiam muſica, dicente Auguſtino libro de ordine: Ad iſtarum, inquit, rerum coguitionem neminem arbitror debere aſpirare ſine illo duplici ſcientiæ bono, ſcilicet diſputationis, ſcilicet logicæ; & numerorum, ſcilicet muſicæ; quia de muſicis loquitur, ſcilicet Cythara, timpano, & choro, & huiuſmodi; ad quorum cognitionem vtilis eſt muſica. Vtilis eſt etiam aſtrologia, cum ſacra ſcriptura iuterdum loquatur de ſole, luna, & ſtellis, quorum cognitio ſpectat ad aſtrologiam. Vtilis eſt etiam geometria: loquitur enim ſcriptura ſancta de altitudine cœli, & altitudine terræ, & huiuſmodi; ad quæ cognoſceuda vtilis, & ueceſſaria eſt ſcientia geometriæ. Patet ergo, quòd vniuerſaliter omnes artes liberales, & diſciplinæ valent ad pleniorem intelligentiam. & notitiam diuiuarum ſcripturarum; & per conſequens licitum eſt, immo perutile in illis ſtudere; dummodo in eis quis diſcrere ſtudeat, & recte; ideſt boua intentione: ideo vſus prædictarum ſcientiarum non vituperatur, ſed abuſus, qui eſt multiplex. primo videlicet. cum quis turpibus ſcriptis amatoriis, & huiuſmodi inficitur: hoc enim repræhendit Hieronymus ſuper epiſtolam ad Epheſios. tranſumptiue. iu capit. legimus. trigeſimaſeptima diſtinctio. vbi litera dicit; Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit, ſed quia filios ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correctiune, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. propter hoc etiam refert beatus Hierouymus ſe diuino iudicio flagellatum, quia ita ſe ſcientiis ſecularibus dedicauerat, quod cum interdum prophetas aſſumeret, ſermo horreret incultus, vt iu cap. legimus. xxxvii. diſtinctio. vbi litera dicit, legimus de beato Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis ab angelo eſt correptus, eo quod vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet. Sed notabis, quod Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt, & legitur etiam, quòd præcepit Dominus filius Iſrael, vt ſpoliarent Aegyptios auro, & argento. Moraliter inſtruens, vt ſiue aurum ſapientiæ, ſiue argentum eloquentiæ apud poëtas inueniremus, in vſum ſalutiferæ eruditionis vertamus. In leuitico etiam primitias mellis, id eſt dulcedinem humanæ eloquentiæ domino iubemur offerre. Denique iu expoſitione pſalterii Caſſiodorus teſtatur, Omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, quælibet varietas decore pronuntiationis à diuis ſcripturis ſumpſit exordium. Hinc etiam Ambroſius ait ſuper epiſtolam Coloſſenſium. Omnis ratio ſupernæ ſcieutiæ, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum, & auctor; vt qui huuc nouit, nihil vltra quærat; quia hic eſt perfecta uirtus, & ſapientia: quicquid alibi, quæritur, hic perfecte inuenitur. Iu Daniele, & iu Salomone oſtendit iu fidelibus ſe eſſe auctorem totius eloquentiæ & ſapieutiæ, quud infideles non putant; quia non legunt in euangeliis, & prophetis aſtrologiam, & alia huiuſmodi, quæ deſpecta ſunt, quia nil valeut ad ſalutem, ſed mittunt in errorem, vt iu dicto capitulo legimus trigeſimaſeptima diſtinctioue. Turbat itaque acumen legeutium, qui eos à legendis ſecularibus libris omnibus modis exiſtimat prohibendos, in quibus ſi qua inuenta ſunt vtilia, quaſi ſua ſumere licet; alioquin Moyſes, & Daniel ſapientia, & literis Aegyptiorum,

ptiorum, Chaldæorumque non paterentur erudiri. Cur ego legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legendo probantur? Sed ſeculares literas quidam legunt ad voluptatem poëtarum figmentis, & verborum ornatu delectati, quidam vero ad eruditionem eas addiſcunt, vt errores gentilium legendo deteſtentur; & vtilia, quæ in eis inueniunt, ad vſum ſacræ eruditionis deuoti vertant. Tales laudabiliter ſeculares literas addiſcunt: vnde beatus Gregorius quendam Epiſcopum non repræhendit, quia eas ediſceret, ſed quia contra Epiſcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat, vt in cap. turbat. xxxvii. diſtinctio. hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam; legimus aliqua, ne negligantur; legimus, ne ignoremus; legimus, non ut teneamus, ſed ut repudiemus. c. legimus. xxxvii. diſt. item Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Titum, tranſumptiue in cap. ſi quis. xxxvii. diſtinctio. Si quis artem nouerit grammaticam, vel dialecticam, vel recte loquendi rationem habet, & inter falſa, & vera diiudicet, non reprobamus. Item legitur in ſynodo Eugenii papæ, tranſumptiue in cap. de quibuſdam xxxvii. diſtinctio. Ab vniuerſis Epiſcopis ſubiectis plebibus, & aliis locis, in quibus neceſsitas occurrerit, & omnino cura, & diligentia habeatur; & magiſtri, & doctores conſtituantur, qui ſtudia litterarum liberaliumque artium, dogmata aſsidue doceant. Item beatus Hieronymus, & tranſumptiue in cap. qui de menſa. xxxvii. diſtinctio. Si quando cogimur literarum ſecularium recordari, & aliqua ex his diſcere, quæ olim omiſimus, non noſtræ eſt voluntatis; ſed (ut ita dicam) grauiſsimæ neceſsitatis, vt probemus ea, quæ à ſanctis prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliorum gentilium literis contineri. Item Clemens papa in cap. relatum. xxxvii. diſtinctio. dicit; Ad intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, ſecularium peritia neceſſaria eſt. Itaque ex præmiſsis auctoritatibus apparet; quod imperitia ſacerdotibus ſemper debet eſſe aduerſa: quoniam ſi per ignorantiam cæcitatis aliis ducatum præſtare ceperint, ambo in foueam cadunt. vnde dicitur in pſalmo; obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua: cum enim obſcurantur illi, qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, facile ſequentes inclinantur. Elaborandum eſt itaque ſacerdotibus, vt ignorantiam à ſe quaſi quandam peſtem abiiciant. Ait enim Apoſtolus; qui ignorat, ignorabitur: quod de eo intelligendum eſt, qui noluit intelligere, ut bene ageret. vnde Auguſti. in libro quæſtionum ait; Non omnis, qui ignorat, immunis eſt à pœna; ille enim ignorans poteſt excuſari à pena, qui quod diſceret, non inuenit: Illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt. Cum itaque voluntaria ignorantia omnibus ſit noxia, ſacerdotibus eſt periculoſa. vnde in concilio Toletano legitur, & tranſumptiue in c. ignorantia xxxviii. diſtinct. Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotibus Dei euitanda eſt, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. & de ſcientia ſanctiſsimorum Epiſcoporum, & aliorum ſacerdotum diximus in c. vii. ſupra in iſto ſpeculo, vbi multa vtilia inuenies.

Et pro complemento dicemus, quòd non reprehenduntur abſolute ſtudentes in ſcientiis ſecularibus, ſed qui ſtudent ſub abuſibus iam dictis; quia ſtudium philoſophiæ per ſe licitum eſt, & laudabile propter veritatem, quam philoſophi perceperunt Deo optimo maximo illis reuelante, vt per Apoſt ad Rom. c. i. Sed quidam philoſophi abutuntur eo ad fidei impugnationem, ideo Apoſt. ne quis plus credens philoſophiæ, quam fidei, quæ tranſcendit humanam rationem, & omnem naturæ poteſtatem, decipiatur, dicit: Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, quia ſcientiæ vanitatis non dicuntur ſcientiæ ſecundum ſe, ſed ſecundum abuſum, quo aliqui abutuntur eis. Ideo beatus Hieronymus non fuit punitus, quia ſtudebat ſimpliciter in ſcientiis, ſed quia tanto ſtudio, & tanta delectatione ſtudio illo abutebatur, vt ſcripturæ ſacræ ſermo horreret ei tanquam incultus. Ideo Iſidorus in libro ſententiarum, & tranſumptiue in c. ideo. xxxvii. diſt. dicit; Ideo prohibetur Chriſtianis legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim thura ſolum offerendo demonibus imolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo: ideo, vt dixi, multum intereſt noſtra, ut ſacerdotes ſint literati, & docti, vt dixi; ſed illiteratus penitus, qui omnino neſcit literas non eſt ordinandus. iſta concluſio patet leuiti. xxi. vbi cæcus à ſacerdotio repellitur. Et in libro ſecundo reg. c. v. habetur, quòd cæcus, & claudus non intrabunt in templum. Et carens literis ſacris non eſt aptus in templum, vt in c. illiteratos. xxxvi. diſt. vbi litera dicit; Illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere; quia literis carens ſacris non poteſt eſſe aptus officiis. Sed illiteratus parum ſciens poteſt ad ordines promoueri minores, ſi ſit ſpes, quòd poſsit proficere, non autem ad maiores. ita Archidiac. in d. c. illiteratos. Sed illiteratus parum ſciens, de quo non eſt ſpes, quòd poſsit proficere, non eſt promouendus etiam ad minores ordines. & de hoc vide Innocent. & doctor. in c. cum in cunctis, de electio. Sed illiteratus, qui omnino caret literis, ſi ordinetur, characterem recepit, peccat tamen, quia agit contra præceptum eccleſiæ; & ad ſummum ſacerdotium non aſpiret, qui diuinis diſciplinis non eſt eruditus. Hinc etiam Dauid prius ex gratia ſpiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem

regni

regni aſſecutus eſt. Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo impetrauit. Hinc etiam Dominus poſuit verba ſua in ore prophetæ, & poſtea conſtituit eum ſuper gentes, & regna dicens ad Hieremiam; Ecce dedi verba mea in ore tuo, Ecce conſtitnite ſuper gentes, & regna. Hinc etiam Dominus prius Apoſtolos docuit. deinde eos ad prædicandum miſit dicens, Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ. ſic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea dixit eis, Euntes in mundum vniuerſum docete omnes gentes, &c. Matth. vltimo. Hinc etiam Petrus cum rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait; Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide, & ſpe, quæ in vobis eſt. Hinc etiam Paulus ſcribens ad Thimo. ait; Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. Vide ſupra in iſto ſpeculo. c. vii. de ſcientia ſacerdotii multa vtilia. Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non ſufficit prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrinæ. Hinc etiam Hieronym. in leuitico, tranſumptiue in c. ſiquis xxxvi. diſtinctio. Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare; quia ſe in laicis videtur intollerabilis inſcitia, quanto magis in his, qui præſunt. Quæ ſint neceſſaria ſacerdotibus ad diſcendum, notantur in c. quæ ipſis xxxviii. diſtinct. & quæ oporteat ſcire eum, qni Epiſcopus eſt ordinandus, vide textum in c. omnes. xxxviii. diſtinct. & in c. placuit, eadem diſtinct. & ibi in c. fin. dicitur; Nullus Epiſcopus propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis eruditis, ſi quid forte eſt vtilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. de aliis, vt dixi, videbis docto. in cap. cum in cunctis. de electio. & videbis. c. vii. ſupra in iſto ſpeculo, vbi omnia innenies. Nunc ad aliam partem capituli veniamus. An epiſcopi poſſint legere libros hæreticorum? textus in c. Epiſcopis. xxxvii. diſtinct. dicit; Epiſcopi legere poſſunt libros hæreticorum, cum neceſſitas, aut tempus requirit, ut illis lectis ſciant ab illis cauere, aut illos reprobare, & impugnare. ideo ait text. pro neceſſitate, aut tempore: pro neceſſitate quidem, cum hæreſis aliqua uenit impugnanda; quod nequaquam bene fieri poteſt, niſi ipſi libri, hęreticorum legantur, & examinentur, vbi erant, & ubi impugnandi ueniunt. Vitium enim uitari non poteſt, niſi cognitum; niſi enim Auguſt. & Iſidorus legiſſent hæreticorum dicta, non excitaſſent nos, eorum errores cauere: nec ipſi, & alii ſancti ſcripſiſſent contra hæreticos, niſi eorum dicta perlegiſſent: Et ſi dicatur libri hæreticorum præcipiuntur comburi. l. quicunque. C. de hęreti. reſpondemus, quòd lex illa loquitur de libris hæreticorum, qui manifeſtam continent falſitatem, vel quando iam ſunt damnati; Et niſi ſummus pontifex aliquid in oppoſitum decreuerit, ſicut factum eſt diebus noſtris ſæuiente Lutherana peſte.

De clericis, & ſacerdotibus, & præsbyteris, & præſtantia eorum, & de excellentia ſacerdotij, & de ſcientia, & ignorantia ſacerdotij; & de decimis, & oblationibus; & an reſidentia clericorum ſit de iure diuino, & loquor de reſidentia perſonali. Cap. LXVI.

Conuenienter depntati diuinis miniſteriis nomine clerici deſcribuntur, iſta concluſio colligitur in cap. cleros. xxi. diſtinct. vbi litera dicit; Cleros, & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum. Cleros enim græce, ſors Latine, vel hæreditas dicitur; propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte domini ſunt, vel quia domini partem habent: generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, quorum gradus, & nomina ſunt hæc: hoſtiarius, pſalmiſta, lector exorciſta, acolitus, ſubdiaconus, diaconus, præsbyter, Epiſcopus: ordo vero Epiſcoporum quadripartitus eſt; id eſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitis, atque Epiſcopis. Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex græco, & latino, quaſi ſacrum dans: ſicut enim Rex à regendo, ita ſacerdos à ſacrificando vocatus eſt; conſecrat enim, & ſacrificat. præsbyter græce, latine ſenior interpretatur, non modo pro ætate, vel decrepita ſenectute. ſed propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt præsbyteri nominantur. Ideo autem præsbyteri ſacerdotes uocantur, quia ſacra dant, ſicut Epiſcopi, & licet ſint ſacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent; quia nec chriſma te frontem ſignant, nec paracletum dant; quod ſolum deberi Epiſcopis lectio Actuum Apoſtolo. demonſtrat. Et Epiſcopi repræſentant perſonas Apoſtolorum Chriſti, & ab Apoſtolis electi ſunt. lxxii. diſcipuli, quorum typum gerunt præsbyteri, atq; in eorum loco ſunt conſtituti, vt in c. in nouo teſtamento. xxi. diſtinc. Et clericus, ut dixi, dicitur à græco vocabulo cleros, quod latine interpretatum ſortem dicimus, ſiue qnod ipſe ſorte electus ſit à Deo, & ad ſeruitium Dei, ſiue quòd ipſe ſorte electus ſit à Deo, & ad ſeruitium Dei, ſiue qnòd ipſe Deus ſors illius ſit; & quòd portionem aliam in terra habere non debeat clericus niſi Deum, & ea, quæ ad partem Dei ſpectant, cui ſtatutum eſt decimis, & oblationibus, quæ Deo offeruntur, ſuſtentari. Et quia res magni ponderis eſt, à prima origine repetemus omnia, ideſt

in iſto cap.Et nunc breuiter pro introductione dicemus,quòd omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborum,ſiue de frugibus,domini ſunt,& illi ſanctificantur: tota iſta litera habetur in leuitico.c.fin.diſcurrente autem tempore legitur in libro numeri c. xviii. dixit dominus ad Aaron; Omnes primitias ſanctuarii,quas offerunt filii Iſrael domino,tibi dedi,& filiis,ac filiabus tuis iure perpetuo: dixitque dominus ad Aaron; In terra eorum nil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos,ego pars,& hæreditas tua in medio filiorum Iſrael;filiis autem leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio,quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis,vt non accedant vltra filiis Iſrael ad tabernaculum,nec committant peccatum mortiferum,ſolis filiis leui mihi in tabernaculo ſeruientibus , & portantibus peccata populi. Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum,& neceſſaria ſeparaui. Præcipe leuitis, atque denuntia; cum acceperitis à filiis Iſrael decimas,quas dedi vobis,primitias earum offerte domino,ideſt decimam partem decimæ. Legitur etiam Deuteronomi.c.xviii.Non habebunt ſacerdotes , & leuitæ, & omnes, qui de eadem Tribu ſunt,partem,& hæreditatem cum reliquo Iſrael; quia ſacrificia domini , & oblationes eius comedent; & nil aliud accipiente de poſſeſſione fructuum ſuorum; dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis: Itaque ſola tribus leui,quæ clericos noui teſtamenti figurabat,decimis,& oblationibus,& ſacrificiorum victimis paſcebatur. legitur etiam numeri c. xxxv. locutus eſt dominus ad Moyſem in campeſtribus Moab; præcipe filiis Iſrael,vt dent leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum,& ſuburbia eorum,vt ipſi in oppidis maneant,& ſuburbana ſint pecoribus,ac iumentis. Et quia leuitis decimæ erant conceſſæ,non dedit illis vrbes ad dominandum , ſeu ad habitandum. Et ſic conſtat, quòd decimæ ſunt de iure diuino, & ſunt debitæ ex præcepto vtriuſque teſtamenti,vt dicemus infra in iſto capitulo latiſſime. Itaque ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt , quia ſuis præcibus ea delent,atque conſumunt: qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in neceſſitatibus,pro quibus exclamant,exaudiuntur.tex.eſt multum notabilis in c.ipſi ſacerdotes. i. q. i. quia exemplo bonæ operationis, & verbo prædicationis homines corriguntur, & ſic eis peccata dimittuntur à Deo. Et in epiſtola diui Iacobi. c.fin.legitur; multum enim valet depræcatio iuſti aſſidua. Et dominus dixit ad Abimelech per ſomnium nocte. Redde viro ſuo vxorem ,(& vir erat Abraham.) & orabit pro te,quia propheta eſt,& viues.Geneſis.xx. Sacerdotes ergo, quantum in ſe eſt,peccata populi conſumunt,cum ſic laborant; vt illi conuertantur , & compungantur.i.Petri.c.iii.legitur; Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in præces eorum. Et ſacerdotes dicuntur familiares Deo,quia per ſacros ordines eius ſeruitio familiarius mancipantur,deuotiusque ei in miniſteriis famulantur:hi enim in ordine Apoſtolatus ſunt conſtituti, maxime Epiſcopi & ſacerdotes cap.in nouo teſtamento.xxi.diſtinct.hi enim ſunt miniſtri Chriſti cum Apoſtolo,qui ait; miniſtri Chriſti ſunt,& ego. Interpellant.i.orant.hi perſonam gerunt Moyſi.Deuteronom.c.v.ait,Sequeſter,& medius fui inter Deum, & vos. Vnde conſtituti ſunt ſacerdotes ad orandum, & offerendum hoſtias Deo pro ſe,& populo;vt in leuitico c.xiiii.Ideo oblationes quæ intra ſanctam eccleſiam offeruntur tantummodo ſunt ſacerdotibus offerendæ, qui quotidie domino ſeruire videntur,vt in cap. fin.x.q.i.& ſanctus Thom.in ſecunda ſecundæ.q.lxxxvi.articul. ii.Ideo ad eos pertinet diuina dogmata,& ſacramenta exibere populo, & ea,quæ ſunt populi,puta preces,& ſacrificia, & oblationes per eum domino debent exhiberi , ſecundum illud Apoſtoli ad Hebr.c.v.Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his,quæ ſunt ad Deum,vt offerat dona,& ſacrificia pro peccatis. Et ſic oblationes quæ à populo Deo exhibentur,ad ſacerdotes pertinent. Legitur etiam in c.viii.ad Hebræos; Omnis nanque Pontifex ad offerenda munera, & hoſtias conſtituitur; & ibi in c. ix. Apoſtolus oſtendit excellentiam ſacerdotii. Legitur etiam Oſe.c.iiii. de ſacerdotibus; peccata populi mei comedent.i. oblata à populis pro peccato ſuo.Itaque ſolis ſacerdotibus ex officio debentur oblationes,quæ Deo offeruntur,vt dixi; & in veteri teſtamento prohibuit dominus panes ſanctos comedere filius Iſrael; niſi tantummodo Aaron,& filiis eius.& Apoſt.ad Corinth.epiſt.i.c. ix. ait; Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? nunquid ſecundum hominem hæc dico? an & lex hæc non dixit? ſcriptum eſt enim in lege Moyſi; Non alligabis os boui trituranti.Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt: ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis,quoniam qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui altari deſeruiunt,cum altari participant; & dominus ordinauit his,qui euangelium annuntiant,de euangelio viuere.Nam quis militat ſtipendiis ſuis? vt dixi, quaſi dicat nullus. Omnia iſta præſupponunt reſidentiam. Proh dolor , proh dolor,proh dolor. & text.in c. cum ſecundum Apoſtolum, de præben.videbis.Itaque clerici tenentur ex officio per locum à conuerſis ſeruire altari,ſi viuit ex altari. Tenentur etiam ex officio orare, & niſi fecerint, peccant; quia tranſgrediuntur, vt dixi,in titulo de horis canonicis ſupra in iſto ſpeculo. Et an reſidentia ſit de iure diuino , vide ſupra in iſto ſpeculo in c.nono, Et aduertant rogo; Nam tanto facilius, vt dixi, ſacerdotes exaudiuntur,

diuntur, quanto apud Deum ſunt digniores,vt in cap.ipſi ſacerdotes.i.q.i.ſed in miſſa duo debe-
mus conſiderare.ſ.ipſum ſacramentum ; quod eſt principale,& orationes, quæ fiunt in miſſa pro
viuis,& mortuis : quantum ad ſacramentum ipſum principale,non minus poteſt ſacerdos ma-
lus perficere,quam bonus.& ita loquitur textus Auguſtini in c.intra catholicam.i.q.i. de alio au
tem.ſ.fructu,aut efficacia orationum non dubiũ,quin fructuoſior ſit miſſa boni ſacerdotis,quàm
mali ; ideo dicemus de mente omnium doctorum,quòd de miſſa,vt dixi, poſſumus loqui dupli-
citer,aut quãtum ad id,quòd eſt aſſentiale in ea.ſ.confectio corporis,& ſanguinis domini;& ſic à
quocunque dicatur miſſa,dum tamen ſit ſacerdos,& ſeruet formam eccleſiæ,æqualiter bona eſt;
quia opus operatum æqualiter bonum eſt , & virtuoſum ; quia vnum , & idem ab omnibus fit :
vel quantum ad id,quod eſt annexum ſacramento,& quaſi ſecundarium,vt ſunt orationes, per-
ſonales obſecrationes,& deuotus,& mundus affectus ; & miſſa boni ſacerdotis eſt melior , quia
non ſolum habet efficaciam ex opere operato,ſed ex opere operantis.Et hoc modo loquitur tex.
in.d.c.ipſi ſacerdotes.i.q.i.Et cæteris paribus melius eſt audire miſſam boni ſacerdotis,quàm ma
li.Itaque mali ſacerdotes non ſunt boni interceſſores ad Deum iratum,vt Grego.in.c.i.q.vi.ſacer
dotum enim eſt contra hoſtiles incurſus orationum clipeo populum præmunire. Orabat Moy
ſes,& vincebantur hoſtes.Exo.c.xvii.Sed malus ſacerdos non poteſt ſyncere clamare ad domi-
num,nec manus leuare in cœlum.& Eſai.c.i.ait. Cum enim multiplicaueritis orationes veſtras,
non exaudiam eas,quia manus veſtræ plenæ ſanguinis ſunt. Vnde non ſunt apud Deum idonei
interceſſores,quos deus odit,dicente Gregorio in c.in grauibus.iii.q.vii.Victimæ impiorum ab
hominabiles Deo ſunt,vota iuſtorum placabilia. Hinc eſt,quòd ſcriptura dicit Geneſis.iiii. Re-
ſpexit ad Abel,& ad munera eius ; ad Cayn vero,& ad munera eius non reſpexit. Dona quippe
iniquorum non probat altiſsimus,nec reſpicit in oblationibus eorum,nec in multitudine ſacrifi
ciorum eorum propiciabitur peccatis.Item longe eſt dominus ab impiis, & orationes iuſtorum
exaudiet : qui enim interceſſores pro populo ad Deum parantur,vt ſunt ſacerdotes,neceſſe eſt,vt
eius gratiam bene viuendo mereantur,vt in cap.Ecce.xlix.diſtinct. Legitur etiam in.c.hinc.ea-
dem diſtinct.Hinc etiam ſuperna voce ad Moyſem dicitur in Leuitico ; loquere ad Aaron , ho-
mo de ſemine tuo per familias,qui habuerit maculam non offerat panes Deo,nec accedat ad mi-
ſterium eius. Item legitur ; Qui accedunt ad me,ſanctificentur,ne percutiam eos . ſcriptum eſt
enim ; ſancti eſtote,quoniam ego ſanctus ſum,dominus deus veſter.Sed aduertẽdum rogo, quia
orationes factæ à malis ſacerdotibus,ſiue prælatis nocent populis ſibi ſubiectis,quando mali ſub
diti ex certa ſcientia ſibi malum,& conformem ſuis moribus prælatum, ſiue ſacerdotem præpo-
nnnt ; præſertim cum poſſint habere bonum: & tunc in veritate Deus iraſcitur.Item quando ex
negligentia minus dignum ſibi præponunt; talib.etiam iraſcitur Deus.Sed alias orationes taliũ
ſacerdotum,& prælatorum,licet ſint peccatores,proſunt his,pro quibus fiunt,ſi ſunt in ſtatu gra
tiæ ; quia orationes talium non innituntur meritis perſonarum orantium . ſed meritis eccleſiæ,
quæ vna,& eadem eſt,qualiſcunque ſit miniſter : puto tamen,vt ſuperius dixi, de mente omniũ
doctorum,quòd plus valeret oratio,ſi fieret per bonum miniſtrum ; quia cum generalibus me
ritis eccleſiæ concurreret ſpecialis deuotio boni miniſtri ; propter quod miſſa (quæ non ſolum
includit ſacrificium,ſed orationes præcedentes,& ſequentes)plus valet,vt dixi, cum dicitur à iu-
ſto ſacerdote,quam cum dicitur à peccatore.ita etiam tenet Durandus in.iiii.diſt.xlvi. Vnde ſi ali
quis in charitate exiſtens,vel etiam diſcedens præcipiat ſibi ſuffragia,valent viuo , vel defuncto ;
quamuis illi,per quos fiunt,in peccato exiſtant ; eſt tamen verum,quod magis valerent, ſi in cha
ritate eſſent ; quia tunc illa ſuffragia ex duabus partibus meritoria eſſent.ita Sanctus Tho.in.iiii.
& refert doctiſsimus ille Card.Sancti Sixti in c.i.xlix.diſt.Itaque ſacerdotes, qui de decimis , &
oblationibus viuunt,quanto digniores fuerit,tanto facilius in his,pro quibus exclamant,exau-
diuntur : ideo aduertant quæſo, & aduertite gaudentes de patrimonio Chriſti , quia aduerſarius
noſter diabolus,tanquam leo rugiens,circuit quærens,quem deuoret ; præcipue autem vos do-
mini mei curiales Hiſpani commorantes Romæ,vbi ego in præſentia vigeo ; quæſo animum ad-
uertite,quia vltor iniquitatum gladius eſt,& ſcitote eſſe iudicium . Proſequendo materiam præ-
ſentis capituli poſt longam digreſsionem dico,quòd orationes malorum ſacerdotum, aut præla-
torum factæ pro ſubditis exiſtentibus in peccato mortali nec proſunt facientibus , nec illis , pro
quibus fiunt : vnde dominus ad Hieremiam.c.xvii.ait ; Et tu,inquit,noli pro populo iſto orare,
quia non exaudiam te ; tranſumptiue in.c.prædixerat.de pœn.diſt.i.vbi litera dicit ; Ob duritiã
cordis populi Iudæorum ne ores pro populo hoc,quia non exaudiam te. ſequitur tex. & ad Sa-
muelem ; Vſquequo luges ſuper Saul,quia ego abieci eum ? Sed tu intellige de peccatorib.impœ
nitentibus,id eſt habentibus voluntatẽ perſeuerandi in peccatis ſuis; & ſic de peccatore,in quan
tum eſt peccator ; quia ſi peccatores non exaudiret Deus,fruſtra publicanus dixiſſet ; Domine ꝓ
pitius eſto mihi peccatori,& qui petit accipit,ſiue iuſtus,ſiue peccator:petite,& accipietis:quæ-
rite,& inuenietis ; pulſate,& aperietur vobis.Matt.vii.& Matth.xviii.Serue nequam , omne debi
tum tibi dimiſi,quoniam rogaſti me.Et, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

FF Scriptum

Scriptnm eſt etiam ; pœnitentiam agite.& Ioannes in canoni.Si confiteámur peccata noſtra , fidelis eſt,& iuſtus dominus,remittet nobis peccata noſtra,& mundabit nos ab omni iniquitate. Et dominns ad pbariſeos ; Regnnm dei intra vos eſt.& in Ezecbiele legitur.c.xxxiii.In quacunque die ingemuerit peccator,vita viuet,& non morietnr.Nolo mortem impii,ſed vt cõuertatur impius à via ſua,& viuat ; vt in d.c.xxxiii.Ideo neceſſario intelligemus ſuperius dicta de peccatore habente propoſitnm manendi in peccatis. Omnia iſta ſunt de mente omnium doctorum in d.c.i.xlix.diſt.& Petrus dixit in canonica.i.c.iii.Oculi domini ſuper inſtos, & aures eins in preces eorum.Et iterum,atque iterum moneo.Nam beatus Gregorins dicit; Mundus ſacerdotibus plenus eſt,in meſſe Dei rarus valde inuenitur operarius.Item multi ſacerdotes &pauci ſacerdotes multi in nomine, pauci in opere.xl.diſt.c.ſi.& ibi dicitur ; Quicunque deſiderauerit primatum in terra , inueniet confuſionem in cœlo .

Et vt calamum ad materiam decimarum vertamus,In primis dicendum eſt,quòd legitur in Leuitico.c.xxii.Decimas,& primitias tuas non tardabis offerre : hinc incipit prima origo decimarum ; hinc prima fomenta decimarum Dei.poſtea autem in Leuitico.c.fin.legitur ; Omnes decimæ terræ,ſiue de pomis arborum,ſiue de frugibus , domini ſunt , & illi ſanctificentur : omnium decimarum bouis,& ouis,quæ ſub virga paſtoris tranſeunt,qnicquid decimum venerit ſanctificabitur domino ; non eligetur nec bonum,nec malum,nec altero commutabitur. Poſtea vero in libro Numeri.c.xviii.legitur ; Dixit dominus ad Aaron ; omnes primitias ſanctuarii , quas offerunt filii Iſrael domino,tibi dedi ; & filiis,ac filiabus tuis iure perpetuo : dixitque dominus ad Aaron,In terra eorum nil poſſidebitis,nec habebitis partem ĩter eos : ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Filiis antem Leui,dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſsionem pro miniſterio,qno ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis,vt non accedãt filii Iſrael ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum ; ſolis filiis Leni mihi in tabernaculo ſeruientibus , & portantibns peccata populi.Nihil aliud poſſidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorũ, & neceſſaria ſeparaui.Itaque ſola tribus Leni,quæ clericos noui teſtamenti figurabat . decimas poſſidebat,vt ſuperius dixi.Dicit etiam dominus ; denuntia.& dic Leuitis, Cum acceperitis à filiis Iſrael decimas,quas dedi vobis,primitias eorum offerte domino.i.decimam partem decimæ; & reputatur vobis in oblationem primitiuorum,tam de areis,quàm de torcnlaribus , & vniuerſis,quorum accipitis primitias,offerte domino,& date ea Aaron ſacerdoti;Omnia,qnæ offeretis ex decimis.& in donaria domini,ſeparabitis optima,& electa erunt cuncta.Hinc eſt principinm decimarum,& initium conceſsionis decimæ Leuitis,& per conſequens miniſtris noui teſtamenti.Legitur etiam Numeri.c.xxxv.locutus eſt dominus ad Moyſem ; præcipe filiis Iſrael , vt dent Leuitis de poſſeſsionibns ſuis vrbes ad habitandnm,ſicnt cæteris fratribus ; ſed ſola tribus Leui, vt ſuperius diximus,quæ clericos figurabat,decimis, & oblationibus , & ſacrificiorum victimis paſceretur. Et attendite,quia primo ſacerdotium fuit translatum in Chriſtum, qui fuit de tribu Iuda,de Aaron,qui fuit de tribu Leui.Nam primo ſacerdotium erat apud illam tribum Leuiticã ita quòd de alia tribu non poterant promoueri.Sed Chriſtus poſtea tranſtulit in Petrum , & ſucceſſores,vt per doct.in.c.tranſlato.de conſti. Itaq; poſt Cbriſtum dominum à Petro ſacerdotalis cepit ordo.c.in nouo.xxi.diſt Legitur etiam Deuteron.c.xviii.Non habebunt ſacerdotes,& Leuitæ,& omnes.qui de eadem tribu ſunt,partem,& hæreditatem cũ reliquo populo Iſrael , qnia ſacrificia domini,& oblationes eius comedent : & nihil aliud accipient de poſſeſsione fratrũ ſuorum : dominus enim ipſe eſt bæreditas eorum,ſicut locutus eſt illis.Conſiderate rogo,quia repetiui omnes anctoritates ſcripturæ ſacræ in materia decimarum ; & ſic poſt conceſsionem decimarum omnes Leuitæ ingreſsi fuerunt ad miniſterium tabernaculi,& onera portanda, vt præceperat dominus Moyſi : & fuerũt ſimul octo millia quingenti octoginta.Vnde habetur numeri.iiii. Itaqne in omnibus locis iam ſuperius allegatis generaliter mandatur omnibus laicis , vt de frugibus,& de cunctis ſoluant decimas ; nec obſtant contraria,quæ poſſent opponi , vt per Panormitanum in rubrica de decimis,qnæ cauſa breuitatis omitto. Sed miratur ibi Innocent. de quibuſdam nonis prædicatoribns oppoſitum aſſerentibns,cum nullus ſanctorum doctorum eccleſiæ dixerit oppoſitum : & dico,quòd omnes doctores eccleſiæ conueniunt in hanc ſententiam,vt decimæ de iure diuino debeantur.de beato Hieronymo habemus pulcrum textum in cap.reuertimini ad me.xvi.quæſtione prima,cuius verba ſunt ; Renertimini ad me,& ego reuertar ad vos , dicit dominus exercituum : & dixiſtis , in quo reuertemnr ? Si affligeret homo Deum , quia vos confligitis me ; & dixiſtis in quo confligimns te ? in decimis,& primitiis : & ideo in penuria vos maledicti eſtis , & me confligitis tota gens . Nunc ſequamur ordinem prophetæ : Quia mihi non reddidiſti decimas , & primitias , idcirco in penuria,& famæ maledicti eſtis , & me vos ſupplantaſtis , ſiue defraudaſtis . ecce annns explectus eſt , & nihil in meos theſauros , ſed in veſtra horrea comportaſtis: & pro decimis,& primitiis,qnæ parua erant,vt à vobis darentur,vbertatẽ poſſeſsionum veſtrarum,& omnem frugum abundantiã perdidiſtis:vt autem ſciatis hoc me iraſcente perfectum ; quia fraudaſtis me parte mea,hortor, atque commoneo , vt inferatis decimas

in

in horrea mea, hoc eſt in theſauros templi; & habeant ſacerdotes, & leuitæ, qui miniſtrant, cibos; & probate me, ſi non tantam pluuiam effudero, vt chataractæ cœli apertæ eſſe credantur: & effundam benedictionem meam vobis vſque ad abundantiam. De beato Auguſtino etiam habemus pulchrum textum in c. decimæ. xvi. q. i. vbi litera dicit: decimæ tributa ſunt egentium animarum; quòd ſi decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis, & animæ conſequeris: non igitur dominus deus premium poſtulat, ſed honorem; deus enim noſter, qui dignatus eſt totos dare, decimam à nobis dignatus eſt recipere, nō ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam. Sed ſi tardius dare peccatum eſt, quanto magis peius eſt peccatū non dediſſe? De militia, de negotio, & de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando, & terrena, & cœleſtia poſſis præmia promereri; quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? hoc eſt enim Dei iuſtiſſima conſuetudo, ut ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris; dabis impio militi quod non vis dare ſacerdoti, benefacere ſemper Deus paratus eſt, ſed hominum malitia prohibet; decimæ etenim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerunt, res alienas inuadunt, & quanti pauperes in locis ſuis, vbi ipſi habitant, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni tribunal apparebit: quia rem adeo pauperibus delegatam ſuis vſibus reſeruauit. Qui ergo ſibi, aut præmium comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, etiam de nouem partibus ſtudeat eleemoſynam dare pauperibus. Item beatus Auguſtinus in capitulo maiores, decimaſexta quæſti. ſeptima dicit; Maiores noſtri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas. Deo dabant, & Cæſari cenſum reddebant; modo autem, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit indictio fiſci; noluimus partiri cum Deo decimas, modo autem tollitur totum. hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus. Et primitiæ debentur rectori ſeruienti in eccleſia pro officio ſacerdotali. Num. xviii. Itaque non ſeruienti, non debentur.

Item beatus Ambroſius in capitulo quicunque, decimaſexta, quæſtione ſeptima dicit; Quicunque recognouerit in ſe, quòd fideliter non dederit decimas ſuas, modo mendet, quod minus fecit.

Quid eſt fideliter dare, niſi vt nec peius, nec minus aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negocio, aut de ipſa venatione ſua? Item beatus Gregorius in capitulo quadrageſima. de conſecratio. diſtinctione quinta dicit; Iubemur autem, & ab omnipotenti Deo omnium bonorum noſtrorum decimas dare. Et de concilio generali habemus optimum textum in capitulo decimas, decimaſexta, quæſtiune ſeptima, vbi concilium ſic dicit; Decimas Deo, & ſacerdotibus Dei dandas Abraham factis, & Iacob promiſſis inſinuat, & omnes ſancti doctores commemorant. Item Gregorius in capitulo decimas. xvi. quæſtio. ſeptima ait, Decimas, quas in vſum pietatis conceſſas eſſe canonica authoritas demōſtrat, à laicis poſſideri Apoſtolica auctoritate prohibemus; ſiue enim ab epiſcopis, vel regibus, vel quibuslibet perſonis eas acceperint, (niſi eccleſiæ reddiderint) ſciant ſe ſacrilegii crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. & Malachias propheta ait; Inferte omnem decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. Quòd autem decimæ epiſcoporum conſenſu monachis licite tribuantur, beatus Hierony. Damaſo Papæ ſcribit in cap. quoniam. xvi. q. i. dicens. Quoniam quicquid habent clerici, pauperum eſt, & domus illorum omnibus debet eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent; maxime curandum eſt illis, vt de decimis, & oblationibus cœnobiis, & xenodochiis qualem voluerint, & potuerint. ſuſtētationem impendant: liberam eſt enim monachis, & ſpiritualibus viris Deum colentibus, & timentibus decimas, & oblationes, cunctaque remedia concedere, & de iure ſuo in dominium illorum, & vſum transferre; nec tam in pauperibus paupertatem, quam religionem attendere. Clericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum, & amicorum nulla ſuffragantur ſtipendia. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profecto incurrunt, & committunt: & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant, & bibunt.

Et hodie omnes religioſi prædicatores proferentes aliqua verba, quæ poſſunt ſubtrahere auditores à ſolutione decimarum, ſunt ipſo facto excommunicati, vt in clementina, cupientes. de pœnis: & iniungitur eis, quòd in confeſſionibus debeant facere conſcientiam ipſis pœnitentib. de ſolutione decimarum: & ſi ex propoſito omittunt, incurrunt grauem pœnam, de qua ibi in text. & vide gloſſ. notabilem in capitulo primo de decimis, libro ſexto. Et dicit Innocent. in Rubrica de decimis. etiam Panormitan. quòd non ſolum decimæ prædiales, ſed etiam perſonales ſunt in præcepto de iure diuino.

Itaque dicimus, q decimæ hodie neceſſario ſunt ſoluendæ ex lege diuina. Et tex. in. c. in aliquibus, de decimis, apertiſſime vult, quòd illa. l. diuina edita in veteri teſtamento circa ſol. decimarū, ſit hodie neceſſario ſeruanda in nouo teſtamento. qđ eſt aperte contra illos Theolog. qui tenuerunt, quòd hodie decima in nouo teſtamento ſit in libertate ipſius conſtituta, vt ſic nō teneatur

ſoluere,ſi non velit.Et dicunt doctores Canoniſte,& tales non procul ab hæreſi fore,cũ omnes doctores eccleſiæ, vt ſuperius recitaui,qui fuerunt ſancti,& doctiſsimi viri,Gregorius,Auguſti. Hieronymns,Ambroſius,tennerunt contrarium,vt viſum eſt ſupra in præſenti capit.Et decimæ perſonales etiam ſunt de iure diuino.glo.in capitulo quicunque.xvi.q.vii.allegat.c. dicat aliquis. xxiii.q.v.ego allego Geneſis.capitu.xiiii.vbi poſt bellum Abraham dedit ſacerdoti dei altiſsimi decimas ex omnibus,quæ in bello capta erant,& in dicto capitulo dicat aliquis, dicit gloſ.quòd decimæ antiquitus dabant epiſcopo,vt eas diuideret ; & vide Arch.in dicto capitulo quicunque & vide Sanctum Thom.in materia decimarum,in ſecunda ſecundæ quæſtione.lxxxvii. & ibi vide Cardinalem doctiſsimum Caietannm.& ibi in quæſtione.lxxxvi.tractant de oblationibus,& primitiis.

Sed iſta materia decimarum practicabilis,& vtilis eſt. videte docto.in titulo de decimis,& primitiis,& aliis oblationibus,& videte etiam in ſexto.& in clemen.& ibi docto. & ibi diffuſe videbitis multa.& videbitis Goffrednm in ſumma,& etiam Hoſtienſem in ſua ſumm.Sed tenendum eſt,quòd decimæ debentur de iure diuino cum integritate,quia debemus ſtare interpretationi eccleſiæ,& ſummi pontificis,vt probatur,in capitulo per venerabilem.qui filii ſint legi. Sed Sanct. Thom.fuit in opinione in.ii.ii.q lxxxvii.quòd vbi de conſuetudine non ſoluũtur , non peccant non ſoluentes,niſi propter obſtinationem animi,vt ſi haberent animum obſtinatum ad non ſoluendum,etiam ſi eccleſia præciperet. placet Abbati,& aliis doct.& eſt ſententia tanti viri æqua, & iuſtiſsima. & vide Arch. in d.c.quicunque. Sed aduerte,quòd decimæ non ſolũ ſunt eccleſiarũ & clericorum , ſed etiam pauperum , vt omnia decreta ſanctorum patrum voce clariſsima clamant,& docent. Et iſta eſt mera veritas,& ex ſupradictis datnr congruum reſponſum ad ſcripta per doctiſsimum epiſcopum Abulenſem in materia decimarum. Sed non credo,quòd ipſe in diocœſi ſua prædicaſſet , decimas non eſſe ſoluendas de iure diuino,ſed de iure poſitiuo ſoluebãtur.

Sed ſi ſoluentes decimas noluiſſent ſoluere,vos domini mei epiſcopi , & ſacerdotes Chriſti , extempore diceretis ; non poteſtis vos negare ſolutionem decimarum,& deſiſtere à ſolutione earum ; quia decimæ ſunt de iure diuino ; & fuerunt à Deo conceſſæ Leuitis pro miniſterio , qno ſeruiebant in tabernaculo fœderis.Itaque ſolis filiis Leui , vt dixi in tabernaculo Dei ſeruientib. & portantibus peccata populi decimas dominus dedit , Numeri cap.xviii.Addetis etiam ; ideo ſola tribus Leui,quæ clericos noui teſtamenti figurabat,decimas poſsidebat de ordinatione dei, & per conſequens miniſtris noui teſtamenti decimæ debentur , quemad modum debebantur filiis Leni . Sed ſoluentes decimas replicabunt , & optime ; domini ſacerdotes percuſsi eſtis ligone veſtro,quia ſi ſicnt vos aſſeritis,decimæ ſunt de iure dinino ; quod nos indubitanter concedimus ; quomodo vos vultis vinere de patrimonio Chriſti,& eccleſiæ ſuæ , & de reditibus decimarum,non ſeruientes eccleſiæ,nec portantes peccata populi , vt in dicto capitulo decimooctauo Nnmeri.Ideo iudicio meo ſi totum fundamentum ſacerdotii eſt aſſerere à nobis debentur decimæ de iure diuino,quæ debebantur filiis Leui.quia tribus Leui clericos noui teſtamenti figurabat,neceſſario concedendum eſt,qnòd reſidentia perſonalis ſacerdotii eſt de iure diuino, vt ſuperius diximus,per tex.in dicto capitulo.xviii.Numeri. Et reſidentia erit in eccleſia vbi vnuſquiſque babet titulum beneficii ; & ſi habent plurimos titulos,& ſic plura beneficia, legant capitul. trigeſimumquartum,de pluralitate beneficiorum ſupra in iſto meo Speculo;& ibi optimam medelam inuenient. & reſidentia ſacerdotii eſt de iure dinino,vt dixi,&allego optimam doctrinam Apoſtoli in capit.iii.ad Theſſalonicen.in epiſtola ſecunda dicentem, neque gratis panem accepimus ab aliquo,ſed in labore,& fatigatione noctæ,& die operantes, vt nos metipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Quot ſi quis non vult operari nec manducet . de hoc late in capitulo fina.infra eodem.

Diximus ſuperius,qnòd à beato Petro ſacerdotalis cepit ordo , quia ipſi primo pontificatus in eccleſia Dei datus eſt,domino dicente ad eum ; Tn es Petrns , & ſnper hanc petram ædificabo eccleſiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et dabo tibi claues regni cœlorum. Hinc ergo ligandi,ſoluendique poteſtatem primus accepit à domino,primusque ad fidem populum ſuæ prædicationis virtnte adduxit,verboque inſtituit,vt in dicto capitulo in nouo vigeſimaprima diſtinctione.Et vt radicitus præeminentiam Petri dilucidemus,notate, quòd in capitulo decimoſexto Matthæ.dixit dominus diſcipnlis ſuis ; Quem dicunt homines eſſe filium hominis ? At illi dixerunt ; alii Ioannem Baptiſtam,alii autem Heliam , alii vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis: dicit illis Ieſus ; Vos autem quem me eſſe dicitis ? Reſpondens autem Simõ Petrus dixit ; Tu es Chriſtus filius Dei viui . Reſpondens autem Ieſus dixit ei ; Beatus es Simon Bariona,quia caro,& ſanguis non reuelauit tibi , ſed pater meus qni in cœlis eſt ; Et ego dico, quia tu es Petrus, & ſuper banc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam ; Et tibi dabo claues regni cœlorum , & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum,& in cœlis,& quodcunque ſolueris ſuper terram,erit ſolutum,& in cœlis.

Iſtæ claues non ſunt materiales,ſed poteſtatis.Et poteſtas ſpititualis eſt duplex, vna diſcernendo peccatum

peccatum à non peccato. Alia eſt poteſtas admittēdi ad regnum, vel excludendi, ſecundum verum iudicium præhabitū, quia debent indigni excludi, & digni recipi; ideo expone; quodcunq; ligaueris, ideſt quemcunq; à regno excluſeris, ſeruato debito clauiū, erit approbatum à Deo. Et quodcunque ſolueris, erit ſolutum, ideſt admiſſum à Deo: hinc Petrum fecit caput ſuper alios Apoſtolos.

Diximus ſuperius, ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, ideſt ſuper petram, quam confeſſus fuit Petrus, id eſt ſuper Chriſtum; ſed intellige, vt dixi, in capitulo primo ſupra in iſto Speculo; quia ibi ſunt bene dilucidata iſta verba, tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.

Poſtea vero Matth. xviii. loquente Ieſu diſcipulis ſuis dixit illis; Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terrā, erunt ligata in cœlo; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Poſt paſſionem vero, & reſurrectionem expreſſe contulit omnibus Apoſtolis hanc poteſtatem dicendo, Ioānes. xx. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos: hoc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis; Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Et ad oſtendendum quòd Petro tradebat, vt capiti, dixit ei ſeorſum. Ioannes. xxi. Simon Ioannis diligis me plus his, dicit ei, etiam domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei iterum; paſce agnos meos, Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei; Domine, tu omnia noſti, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei Ieſus; Paſce oues meas. Et notate, quòd Petrus fuit examinatus de dilectione Dei per illa verba geminata, diligis me, quaſi expreſſe dicat; ille, qui eligitur ad officium prælationis, debet deum diligere præ cæteris. Legitur etiam Lucæ. xxii. Ait autem dominus; Simon; Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribaret, ſicut triticum; ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. In aſcenſione vero poteſtatem prius promiſſam, & traditam dando executionē confirmauit, dum dixit, Matthæi vltim. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumationem ſeculi. In feſto vero Pentecoſtes, quæ prius tradiderat, per miſſionem ſpiritus ſancti confirmauit. Et primo dixerat omnibus diſcipulis, vos manete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Itaque ex his omnibus poteſt colligi, quòd poteſtas fuit data Petro, ſed non ſoli petro, & ſic papæ duntaxat, ſed omnibus apoſtolis repræſentantibus totam vniuerſalem eccleſiam; ita quod hæc poteſtas eſt penes totam eccleſiam vniuerſalem; debet tamen hæc poteſtas explicari per papam, tanquam per caput. Alii tamen explicant ſecundum ordinationem papæ. bonus, & optimus textus ad hoc in cap. ita dominus. xix. diſtinct. dicto capitulo in nouo. xxi. diſtinct. xxiiii. q. i. in capitulo manet. & in cap. noua. de pœniten. & remiſſ. & in capitulo. i. §. vna. de ſumma trinitate, & fide catholica, & vide capitul. i. ſupra in iſto Speculo, ubi multa dixi de poteſtate eccleſiæ, & de poteſtate pleniſſima ſacri ſummi Romani pontificis, & adde iſta, quæ in iſto capitulo explanata ſunt ad dictum capitulum primum, quæ in principio ſcripſimus de poteſtate papæ, ubi potes videre multa neceſſaria, & utilia. Sed cæteri apoſtoli, ut dixi, cum Petro pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe voluerunt, vt in dicto capitu. in nouo. xxi. diſtincti. & in cap. ii. ad Gala. Itaque Petrus maior fuit in adminiſtratione, ut in cap. puto. ii. q. vii. Et inter apoſtolos ardentiſſime fidei inuenitur petrus, & poſt Chriſti aſcenſionem primo prædicauit petrus, & conuertit ad fidem tria millia, Actuum. ii. capi. & creuit numerus credētium ad prædicationē petri, ut in c. iiii. Act. apoſtolorum. Et factus eſt numerus virorum quaſi quinque millia, ut in dicto cap. iiii.

Decretis ergo Romanorum pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiaſtica negotia terminantur. Miniſtri vero ſacrorum canonum, & decretorum pontificum ſunt ſummi pontifices, & infra præſules, quorum inſtitutio eſt in ueteri teſtamento inchoata, & in nouo teſtamento plenius conſumata, ut dixi ſupra. Summi etenim pontifices, & minores ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moyſen, qui ex præcepto Dei Aaron in ſummum pontificem, filios uero eius unxit in minores ſacerdotes.

Et ſic uidetur ex loco iſto. quòd Moyſes fuit ſacerdos, ſed non ſummus, quia Aaron fuit primus ſummus ſacerdos, cum unxerit ſacerdotes: & idem dicit Innocentius in capitulo ſolitæ. de maioritate, & obedientia, ſed contra, homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, ut vigeſima tertia quæſtione tertia, capitulo non inferenda, dic, ut in capitulo, primo, uigeſimaprima diſtinctione, quòd olim ſacerdotes bene erant homicidæ, ut ſecunda quæſtione ſeptima. capitulo Nos ſi incompetenter. Sed Dauid primo fuit ꝓhibitus con-

difficultas:& communiter canoniſtæ videntur tenere q̃ cõſuetudo non ſoluendi nõ excuſat à
peccato non ſoluentes.Et aliqui aſsignant iſtam rationem:quia ſunt de iure diuino.Sed nulla
conſuetudo poteſt tollere vel preualere iuri diuino:vt dis.viii.per totũ ergo,&c. Sed ad hoc re
ſpõdet Ioh.neapol.in quolibeto.iii.q.xix.quia videlicet dupliciter poteſt dici aliquid eſſe de iu
re,vel de lege diuina.vno modo ſtricte ꝓ eo quod eſt de iure naturali & de ptinentibus ad fidẽ;
& ſi eſt uerum quod conſuetudo nõ poteſt tollere tale ius diuinũ. Sed iſto modo accepto:ſolu
tio decimæ nõ eſt de iure diuino,& naturali:ſed bene ſuſtentatio miniſtrorũ à populo, quod
poteſt fieri per redditus beneficiorũ,& oblatiões & alios modos.Alio modo dicitur aliquid de
iure diuino large.i.ꝓ omni eo quod cõtinetur in ſcriptura ſiue ſit iudiciale,ſiue cerimoniale,ſi-
ue morale.Et iſto modo cõſuetudo poteſt tollare aliquod preceptũ de lege diuina:puta iudicia
le quod erat aſſumptũ ꝓ ſtatuto ciuitatũ, vel eccleſiæ:& ſic eſt in ꝓpoſito.vel poteſt dici ſi di
catur quod decimæ sũt de iure diuino & naturali,quod exactio ſeu redditio nõ eſt de iure diuĩ
no:ſed ius exigendi,& debitũ reddendi,ſi petuntur ſeu ipſa redditio;Et ſicut quilibet poteſt re
mittere ius ſuum ita eccleſia fructus dicimarũ quod fecit non petendo: Alii vero aſsignant iſtã
rationẽ:quia præſupponendo quod ſolutio decimæ ſit de lege eccleſiæ, tamen legẽ ſcriptã non
poteſt tollere cõſuetudo,niſi ſit rationabilis,& præſcripta:dicitur extra de cõſue.c.fi.& dicitur
rationabilis quã non probat ius,ſed tolleratur a iure:& irrationabilis quæ improbatur a iure,
vt dicit ibi Ber.in glo.& Archi.Sed iſta cõſuetudo nõ dandi decimas reprobatur à iure;Dicit au
tem ſanctus Thomas ſecũda.2.q.lxxxvii. quod licet eccleſiã poſsint requirere decimas, tamen
laudabiliter nõ requirit eas in locis in quibus ſine ſcandalo requiri nõ poſſent p diſſuetudinẽ,
vel aliã cauſam:nec tñ illi qui non ſoluunt in illis locis ſunt in ſtatu dãnationis:niſi forte pp ob
ſtinationẽ hñtes voluntatem non ſoluendi etiã ſi ab eis peterentur. Idẽ ſentit Alexãder de ales,
in sũma.Non tñ videtur,ſufficiens requiſitio curati ad hoc quod teneatur reddere vbi nõ eſt cõ
ſuetudine exigendi. De papa nulli dubiũ eſt,quod ipſo ordinãte,quod exigerẽtur, vbi non eſt
cõſuetũ,tenerentur homines.Sed vtrũ ad requiſitionẽ dioceſani teneãtur dubiũ:& ideo ad Pa
pã tũc recurrendũ,& conſulendũ.Idẽ ſanct.Tho.ſup Gen.c.xiiii.dicit quod vbi nõ eſt conſue-
tudo dãdi decimas:& clerici habent ſufficientẽ victũ non tenẽtur hoĩes ꝓ illo loco & tẽpore da
re decimas.Sed vbi eſt cõſue.dandi,uel miniſtri eccleſiæ nõ habẽt ſufficiẽter tenẽtur ad dandũ.
Itẽ ſan.Tho.in quolibet:ſic dicit.& melius.Nulla cõſuetudo cõtraria ſoluit hoĩes ab obligatiõ
ne reddendi decimas:quia hoc obligatio fundatur ſup ius diuinũ, & ius naturale:vnde ſẽper te
nentur hoĩes reddere decimas ſi eccleſia exigat:cõtraria etiã conſuetudine nõ obſtante:& in ter
ris in quib. eſt conſue.q̃ decimę ſoluãtur,ipſa conſuetudo quaſi expoſtulat decimas,vnde pec-
caret qui nõ redderet.Sed in terris in quibus non eſt conſuetudo cõis q̃ decimæ dẽtur & eccle
ſia non petit:videtur eccleſia remittere dũ diſsimulat: & ideo hoĩes in terris illis nõ peccãt deci
mas nõ dando.Durũ.n.eſſet dicere quod oẽs hoĩes Italiæ & partiũ orientaliũ qui non dant de-
cimas dãnerentur. Et huius argumentũ poſſumus ab apoſtolo accipere,cui cũ deberentur ne-
ceſſaria victus ab his quibus predicabat,tamen nõ accipiebat:nec tamen peccabant qui ei non
dabãt:alioquin male egiſſet cũ eis apoſtolus,nõ accipiẽdo.Ideo autẽ apoſtolus, exigebat quod
ſibi debebatur ne offẽdiculũ.daret euangelio.vnde nõ bene facerent rectores eccleſiarũ ſi in ter
ris illis decimas exigerent vbi non eſt cõſuetudo dari, ſi ꝓbabiliter crederent quod ex hoc ſcã
dalũ oriretur.Quod aũt in aliquibus terris milites exigant decimas hoc non eſt:quia ipſi habe
ant ius exigẽdi decimas. quia cũ hoc ſit ius ſpirituale quod debetur miniſtris,non cadit in laicã
pſonã.Sed ille res tẽporales quæ de iure exiguntur a clericis.ſ.fructus decimarũ ex conceſsione
eccleſiæ datæ sunt illis pp quædã ſeruitia facta ab eis eccleſiæ: Sicut etiam eccleſia põt remittere
ipſos fructus qui dantur ꝓ decima:non tamen remittit ius exigendi decimas: nec tollit debitũ
reddendi.hæc ſanct.Tho.qui hæc dicit de decimis ſimpliciter,& indeſtincte,ſiue predialibus,ſi
ue perſonalibus.Et huic.ſ.ſentẽtiæ ſatis concor.dicta Guil.& Archi. in predialib. & dicta Ioan.
An.de quibuſcũq; ſi bene & non ſupſicialiter intelligantur.Archi.vero ſup.c.diſcretioni:extra
de deci.li.vi. poſtquã oſtendit pmulta iura & dicta ſanctorũ in decretis, & decretalibus poſita,
decimas eſſe debitas eccleſiis.Addit tamẽ ſic. In hoc dicebat frater Hugo magiſter in theologia,
quod decimæ prediales debentur ex precepto:ſed niſi petantur,non tenetur dare;ſed ſi petãtur
& non ſoluantur ab illis qui debent,tũc peccat mortaliter:& ſic vidẽtur loqui iura de decimis,
quod sũt cogendi ad ſolutionem p cenſurã eccleſiaſticã:& hãc ſententiã videtur ſequi Hoſti.in
glo.ſup.c.a nobis extra eo.verſic. Quinq; infra canones:hæc Archi.Ioan. vero And. ſuper.c.
a nobis:extra de deci.& primi.in nouella:poſt multa p quæ ꝓbat decimas de neceſsitate ſoluen
das ſic concludit.Quicunq; ergo monitus non ſoluit integraliter decimã negari non põt quin
peccet mortaliter: quia tranſgreſſor diuinæ & humanæ legis nec non & iudici contumax repe-
ritur:vnde & excommunicari poteſt. Et hoc probat Ludouicus impator, iubens ne pretextu

inceſtus clericorũ retineatur.ſ.decimæ : & dic ſic.Qui uero decimã poſt trinam admonitionem
& ſacerdotum predicationem dare neglexerit excõicetur:vt in Lombardia, de decimis.l.vlti.Et
de hoc dicuntur quidam ꝙ in regionibus illis vbi de more non ſoluitur decima nec prædica-
tur, ne exigitur:non peccant mortaliter hoĩes qui non dant deci. quaſi romana eccle. videatur
sup hoc saltem quo ad preterita diſpenſare,ne cõtingat tantam multitu.in hac cauſa dãnari:ar.
j eo.c.In aliquib.& in eo quod legitur:de conſecra.eccle.c.aqua.& de cle.ex.vel interdic.mini.
c.ſi celebra. Alii uero dicũt qđ cũ ad ſolutionẽ decimæ ex precepto quilibet ſic obligatus sẽper
peccat non ſoluens:ar.ex.eo.c.Ex tranſmiſſa.& semp eſt in mora ſicut fur.Et hæc opinio uide-
tur secundũ rigorem Iuris preferenda:prima tamen benignior & efficatior eſt . Et ideo ad vitã-
dum animarũ piculũ expreſſe eſt appellandũ:ar.super de apel.c.ſi.Illud aũt ꝓcerto teneas quod
quantũcunq; clerici delinquant,vel decimis abutantur;nũquã tamen habent de hoc laici diſpu
tare:nec debent pp hoc decimas detinere:vt.j.eo.c.tua nobis.de hoc ibi:& ſic videtur cõcor. cũ
sant, Tho. Ideo vero Neap.in.iii.quolibet:q.xix.ſic dicit quod preceptũ de decimis dandis non
obligat:quia ſit de iure naturæ,vel de iure ſcripto in noua lege, vel in veteri quãtũ ad decalogũ,
& moralia:sed in quãtũ vel iudiciale vel cerimoniale.Et quia huius iudicialia, vel cerimo. tran
ſierunt non obligant. Vnde Aug. dicit in quodã ſermone quod sabata obſer.& deci. dare;& cir
cunciſionem facere:& huius impleta erant:trãſieruntq; oĩa & pfecta ſunt.Sed obligat hoc præ
ceptum de decimis:quia eſt de iure poſitiuo papæ qui preeſſe toti eccle. cuius eſt ſtatuere maxi
me talia quæ uidentur ad cultũ dei ordinata:& ad ſuſtentationem eorũ qui vacãt diuino cultui:
qui ui eſſet quedã conſonantia,& noui & veterum teſtamenti: ſtatuit vt taxatio veteris teſta. de
decimis ſeruantur etiã in nouo,qui poſſet etiam ſtatuere ſi ei uideretur pp aliquã cãm rationabi
lem quod plus vel minus daretur:& tale ſtatutũ omnes obligaret . Conſuetudo aũt non dandi
decimas in aliquibus terris quãdiu tolleratur ab illis qui præſunt eccleſiæ:& maxime à papa pp
cuius ſtatutũ oẽs obligantur excuſat quãtũ ad hoc, quod quãdiu non petunt poſſunt licite te-
nere:sed ſi peterentur maxime de conſenſu Papæ in talibus terris oẽs tenerẽtur dare:hoc.n.eſ-
ſet iam amplius hanc conſuetudinem nõ tolerare ſeu approbare:sed deſtruere. Vnde ſicut legẽ
abrogatam p contrariam legem ſi legislator reuocaret omnes obligaret : renouata ſic conſuetu
dine põt deſtruere non tollerando:& omnes ad ſui ſtatuti obſeruantiam obligaret: cui ſtatuto
videtur derogari per contrariam conſuetudinem,quãdiu fuerit tollerata:& quaſi per conſequẽs
approbata. Inno.aũt multũ rigide incedit in iſta materia dicens,ꝙ in eo ꝙ decimæ non ſoluun-
tur,vel minus plene redduntur nulla conſuetudo valet vel excuſat à peccato; Anto.de bu.dicit,
ꝙ canoniſta non eſt bonus determinator in iſta materia:sed theologus cuius ſcĩa,eſt ius diuinũ:
vnde cum ſint decimæ de iure diuino,& ad theologos magis ſpectet declaratio, & determina-
tio dubiorum circa ius diuinum quã ad canoniſtas:videtur quod theologis ſit ſtandum in ma
teria decimarum magis quã canoniſtis.Dicit etiã quod cum fuerit confeſſus ipſe pluribus ꝓbis
& famoſis uiris magiſtris in theologia,nulla eſt ſibi facta conſcientia de ſolutione decimarum:
ipſe tñ videtur tenere quod ſint ſoluende.Sed nota qđ in hoc omnes concor.quod vbi eſt con-
ſuetudo dandi oĩo,hoĩes tenetur ad dandũ,& debet eis fieri conſcientia. Dicit tamen Hoſti.qđ
compoſitio inter perſonam eccle.& laicos ſuper aliqua parte decimæ ſeu quota de conſenſu pre
lati superioris valet. Raine, etiam dicit,quod ſi quis retinuerit decimas longo tempore : & nũc
veniens ad penitentiam petit ſibi remitti:quia,alias oporteret eum mendicare: ſacerdos ſi videt
ipſum contritum & preces eius inniti veritati:debet ſibi remittere tanquã pauperi, cũ hoc idem
poſtea dare deberet.xviii.q.i.c. qm. Si quis aũt velit ſimpliciter intelligere Cle.illam.ſ.qđ tene
antur conſeſſores facere cõſcientiam confitentib.etiam ſi in hoc non fuerint requiſiti : quia de
hoc alii doc.nihil dicunt tunc videtur ſufficire quã faciat conſcientiam per iſtum modum.ſ.qđ
ſi exigerentur ſint parati dare ad mandatum eccleſiæ alias vt dictum eſt non eſſent in ſtatu ſalu
tis:quia contempnerent preceptũ eccleſiæ: vbi eſt conſuetum dare de toto facere conſcientiam
vt dent:vbi vero de aliqua quota,& parua conſueuit dari:illam dent. Nec tñ videtur ꝙ oporte-
at facere conſcientiam niſi principalib. domus. Nam filii familias ſerui,& huiuſmodi dare non
poſſunt.itaq; pręceptum eccleſiæ de ſoluendis decimis multũ valet,& præcepta eccleſiæ ad quæ
omnes obligantur ſunt plura,vt de obſeruatione feſtorũ,de obſeruatione ieiuniorũ,de confeſ-
ſione ſemel in anno fienda,de cõmunione etiam ſuſcipienda, de auditione miſſæ diebus feſtiuis,
de euitatione excommunicatorũ, de abſtinentia ab eſu carniũ feria ſexta, & sabato in italia, de
ſumenda euchariſtia ieiunio ſtomaco,quo ad non infirmos grauiter , de cauendo atorneamen-
tis.de non faciendo aliquid eorum in quib.eſt Iſta ſententia excommunicationis a iure.& vltra
iſta ſunt alia præcepta ſpectantia ad ſpeciales ſtatus,vt ad clericos,vel religioſos,vel coniugatos,
vel medicos,& de decem præceptis legis diuinæ habes,exe.c.ii.& deuterono.c.v.et Mattei.c.v.

Multa de decimis diximus in iſto cap.sed quia iſta materia importat,& eſt vtilis, de nouo di

co,qđ

eo,qd' in libro geneſis in.c.xxviii.Iacob vouit votum dicens,deo, cunctorūq; dederis mihi,decimas offeram tibi. & in lib. Exodi.c.xxv.legitur,locutuſq; eſt dñs ad Moyſem:dicens.loquere filiis Iſrael:ut tollant mihi primitias,&c. legitur etiã in.c. xxxv. ait Moyſes ad omnem cateruam filiorum Iſrael.iſte eſt ſermo quem præcepit dominus, dicens. Separate apud vos primitias dño,&c. in leuitico etiam legitur in.c.finali:omnes decimæ terræ ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus domini ſunt,& illi ſanctificantur,&c. ſequitur textus,omnium decimarum bouis,& ouis, & capræ quæ ſub paſtoris virga tranſeunt quicquid decimum venerit ſanctificabitur dño.Et aduerte quia legitur,Numeri.c.viii.locutus eſt.dñs ad Moyſem dicens.tolle leuitas ex medio filiorum Iſrael,&c. Sequitur textus,& applicabis leuitas coram tabernaculo fœderis: conuocata omni multitudo filiorum Iſrael,ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael,ut ſint mei:& poſtea ingrediantur tabernaculum fœderis,ut ſeruiant mihi, &c. A uigintiquinq; annis, & ſupra non ingredientur,ut miniſtrent in tabernaculo fœderis, &c. legitur etiam in.c. xxviii. Numeri,dixitq; dñs Aaron omnes primitias sanctuarii quas offerunt filii Iſrael dño:tibi dedi, &c. filiis autem leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis,&c.solis filiis leui mihi in tabernaculo ſeruientibus,& portantibus peccata populi.vide etiam in libro Numeri.c xv. itaque filii leui aſſignantur ad miniſterium tabernaculum.vt in.c.iii.Numeri,& Ritus,& officia leuitarum per familias ſuas diſtribuuntur.vt in c.iiii. Numeri,& in.c.v. legitur omnes quoq; primitiæ quas offerunt filii Iſrael ad ſacerdotem pertinent:legitur etiam,deuteronomium.c.x.eo tempore ſeparaui tribum leui, ut portarent arcam fœderis domini:& ſtarent coram eo in miniſterio,&c. & in.c.xii.legitur.offeretis decimas & primitias, & inde in.c.xiiii. vbi dicitur,decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis,&c. & dicitur in.c.xviii.non habebunt ſacerdotes & leuite,& omnes qui de eadem tribu sũt partem, & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael : quia ſacrificia domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum:dñs enim ipſe eſt hæreditas eorum,& ibi videbis etiam.c.xxvi.& in libro Tobiæ legitur. c.i. Tobias decimas ſuas fideliter offerebat.& omnia primitiua ſua.

Et religioſi curam animarum habentes poſſunt licite ſicut alii ſacerdotes decimas percipere cum ſint ſpiritualia ſeminantes, vt per docto in.c.quoniam. xvi q.i. & portent peccata populi: & notabis quod portare peccata populi eſt.tripliciter, vno modo curam animarũ ſuſcipiendo, vnde Nume.xviii.dicitur.Aaron,& filiis ſacerdotibus.tu & domus patris tui ſuſtinebitis peccata ſacerdotii veſtri. Alio modo pro peccatis orando. vnde Nume. viii. dicitur tradidi leuitas, Aaron,& filiis eius:vt ſeruiant mihi in tabernaculo;& orent pro eis ne ſit in populo plaga. hoc modo monachi,& alii religioſi portant peccata populi.Tertio modo zelo dei purgando, & fidem chriſtiam defendendo ſecundum quemadmodum de leuitis dicitur.exo.xxxii.cum ipſi indicaſſent idolatriam vituli conflatis:conſecratis manus veſtras dño : vt detur vobis beneditio. per hunc modum hoſpitalarii , & religioſi illi deputati ad pugnandum contra hoſtes fidei chriſtianæ conſecratas habent manus domino ut merito poſſint benedictionem decimarum percipere.iſta doctores.poſt Alexandrum, de Ales in.d.c.quoniam.xvi.q.i. ſed dicunt quod nullo modo liceat laicis accipere decimas ſine peccato mortali.

Sed circa decimas duo ſunt conſideranda . ſ. ipſum Ius. accipiendi decimas , & ipſe res quæ nomine decimæ dantur. Ius autem percipiendi decimas ſpirituale eſt , conſequitur enim illud debitum quo miniſtris altaris debentur ſumptus de miniſterio : & quo ſeminantibus ſpiritualia debentur temporalia,quo ad ſolos clericos pertinet habentes curam animarũ, & ideo eis ſolis competit hoc ius habere,& nullo modo laycis.res autem quæ nomine decimarũ dantur corporales ſunt vnde poſſunt in uſum quorũlibet cedere:& ſic poſſunt peruenire, iure percipiendi apud eccleſiam reſeruato.Et an laici in feudum poſſunt habere decimas,vide docto.in d.c.quoniam.xvi.q.i.& vide ſanctum Tho.vbi.ſ.ſed ius decimarum nullo modo poteſt cadere in laicum,fructus ſic.ratione pietatis,& elemoſynæ,ut cũ datur pauperibus, aut religioſis, aut ratione utilitatis eccleſiæ.ſ.defenſionis,ut quandoq; militibus ſunt date ; & querunt doct. an Papa hoc priuilegium poſsit dare laicis omnibus,vt non ſoluerent decimas.vide Cardina. ſancti Sixti in.c.præſcriptionum.xvi.q.iii.& notabis ut.ſ.dixi, quod duplex eſt ius decimarum vnum.ſ.quod ſequitur obſequium eccleſiaſticum , quod ſit in Eccleſia à miniſtris eccleſiæ : & ſeminantibus ſpiritualia , & de hoc eſt in concluſio , quod tale ius cum ſit mere ſpirituale, eccleſiæ competit. Item ius decimarum etiam dicitur ius percipiendi decimas quaſi ratione feudi, & de hoc dixi,& vide in.c. quoniam de decimis; & vide hoſtieñ. Vgofre. in.ti.de decimis in ſuis ſummis. & vide. Cardi. ſancti Sixti.in.c.quod autem.xvi.q.vii. Et miles tenetur reſtituere decimas mala fide retentas , vt in.c.quicunque.xvi.q.vii.& ibi doct. & exodi. xxiii. & numeri. xviii. dicitur ut iam dixi filiis leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio,

quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Item Malachiæ.c.iii.inſerte omnem decimationem in borreum meum, vt ſit cibus in domo mea. tempore vero gratiæ factæ ſunt decimæ in præcepto auctoritate Eccleſiæ. Sed nota qnod ante tempus ueteris legis non eraot determinati miniſtri dinini cultus; Sed primogeniti erant ſacerdotes, qui duplicem portionem accipiebant, & nooerat determinata aliqua pars exhibendi miniſtris diuini cultus: Sed ut aliquis occurrebat vnuſquiſque dabat ei partem exponte, quod ſibi uidebatur, ſicut Abraham quodam prophetico inſtincto dedit decimas Melchiſedech ſacerdoti dei ſummi, ut dicitur Gene.xiiii. & ſimiliter etiam Iacob, Vouit decimas ſe daturum, quamuis oon videatur decimas vouiſſe, quaſi aliquibus miniſtris exhibendis: ſed io diuinum cultum: puta ad ſacrificiorum conſumationem. unde ſignanter dicit.decimas offeram tibi. In lege uero Veteri erant determinati miniſtri diuioi cultus.ideo fuit determinata pars exhibenda eis in præcepto: qnam determinationem ſecuta eſt Eccleſia in tempore gratiæ rationabile Viſum eſt, vt non minus populi nouæ legis exhiberent miniſtris noui teſtamenti, quam populi veteris teſtamenti exhibeant ſuis.itaque qnantum ad determinationē partis ſcilicet decimæ non eſt in præcepto in noua lege: ſed præcepto eccleſiæ. Sed ſolutio decimarum quantum ad ipſam ſuſtentationem miniſtrorum dei eſt in præcepto. Matthæi.x.& Lucæ. x. dignus eſt operarius mercede ſua. & Apoſto. ad Corinthi. c. viiii. epiſto.i.quantum uero ad determinationem certæ partis, ſeruatur determinatio eccleſiæ, vt dixi.ot non minus populus nouæ legis miniſtris noui teſtamenti exhiberet, quam popnlus veteris teſtamenti miniſtris veteris legis exhibebat, & concludendo dic. quod præceptum de decimis non eſt dicendum morale, quantom ad ſuam determinationem, quia ſecundum illum non eſt, ſcriptum in corde homiois, nec cerimooiale, quia non eſt datum principaliter in figuram ſignificationis, ſed iudiciale, quia datum principaliter eſt ſecundum rationem æquitatis mutuæ diſtributionis; ut ſit æqualitas dati, & accepti, ioter ſeminantem ſpiritualia, & dantem temporalia ſecuodum quod poſſibile eſt, itaq; præceptum de decimis quantum ad ſnbſtantiam ſuam ſcriptum eſt io corde hominis. Cuilibet enim dicit conſcientia; quod danda ſunt temporalia ei qui miniſtrat ſpiritualia: ſed non eſt ſcriptum quanta pars ſit danda. Sed Dominus in ueteri lege taxauit decimam partem rationabilicam, & Eccleſia poſt in noua lege, ut diximus. ſed in lege ueteri oon tenebantur homines ad decimas perſonales, in lege noua tenentur ſecundum conſuetudinem loci, & patriæ & indigeotiam miniſtrorum. vide de hoc Archidia.in.c.quocunque.itaque decimæ perſonales non ſunt in præcepto diuinæ legis. Sunt tamen in præcepto eccleſiæ vbi eſt conſuetudo, vt dixi.& vide bis etiam.docto.in.c.i. de decimis.& vide ſanctũ Tho.in.ſecũda.ii.q.lxxxviii.& Minutæ decimæ nõ cadunt ſub præcepto aliquo, niſi forte propter conſuetudinem patriæ, & vide de hoc ſanctũ Tho.vbi ſupra.& vide Card.ſancti Sixti.in.c.reuertimini.xvi.q.i. ad ſextum.& in. d. c. dicit multa de decimis, & ſic licet ioordioate; ſcripſimus omnem ſubſtantiam decimarum dei.

De uſuris, & de monte pietatis, & cambijs, & de intereſſe, & de mora, & de purgatione moræ. Cap. LXVII.

VSura eſt qoicquid ſorti accedit ex pacto, vel iotentione præcedeote, vt in.c.conſulit de vſuris.Poteſt etiam aliter diffiniri, & ſic; Vſura eſt lucrum mutui ex pacto debitum, vel exactum.ita Panor.in rub.de vſuris; & vide Ioao.de imo. in cle.i.de vſuris; & vide Rodolphum in tractatu de uſuris:& uide Anch.in.c.peccati venia, de reg.iur.io.vi.

Et ſi quæratur, in quibus rebus committatur uſura; dic in bis rebus, in quibus conſiſtit mutuum; dicitur Exod.xxii. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat ſecũ, non urgebis eũ, quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Et mutuum quidem conſiſtit in his, quæ ſũt triplicis generis. Nam quædam cooſiſtunt in nomero, vt pecunia; quædam in pondere, vt argẽtum, & aurum: quædam in menſura, ut triticum, vinum. In aliis vero rebus non poteſt conſiſtere mutuum. Ratio eſt, quia in mutuo trãſfertur dominium rei mutuatæ, vnde dicitur mutuum, quia de meo fit tuum, ut in.l.ii.ff ſi cer.pe.Recipiens vero mutuum nõ tenetur reſtituere identitatem eiuſdem ſubſtantiæ, quia vt plurimũ, iſta, quæ mutuantur, conſumuntur vſu; ſed tenetur reſtituere tantundem ſub certitudine eiuſdem valoris, vt.l.cum quid, &.l.vinum.ff. ſi cer. pe. Certitudo autem valoris oon poteſt haberi in aliis rebus oon conſiſtentibus in numero, pondere, vel menſura. Sed io pecunia, & in aliis conſiſtentibus in põdere, & in menſura, reperitur certitudo eiuſdem valoris in aliis rebus eiuſdem ſubſtaotiæ.

In qoibus rebus cõmittatur vſura, vide Rodulphum in ſuo tract.de vſuris.& Anch. in repe. d.c.peccati veoia, de reg.iuris in, vi. Quare autem vſura conſiſtit io his rebus taotom, ratio põt aſſignari, quia in iſtis trãſfertur dominium, & vſus rei.ſ.dominii ipſius rei; quia dominiũ conſumitur

ſumitur

ſumitur ex vſu ipſarum rerum. In aliis rebus ſecus eſt, nam ſi loco tibi domum, vel equum, vſus rei eſt ſeparatus à domino, nec conſumitur dominium rei ex vſu; ideo non facio contra naturã rei. Nam ex illa domo, quam loco, licite poſſum aliquod lucrum capere: ſed hoc non conſiſtit in rebus mutuatis, quia dominiũ in continenti transfertur in me. Ex his habes ſecundum cõmunem opinionem doctorum, quare ex re locata poſſum licite capere lucrũ, & non ex re mutuata. ex his infert Panor. in rub. de vſuris, quòd ſi ego locarem tibi pecuniam, non vt expendas, ſed vt ad pompam retineas in bancho, licite tunc poſſum aliquod lucrum capere: quia tũc uſus rei eſt ſeparatus à dominio, vt not. in c. conquæſtus. de vſuris. & de hoc vide Lud. Rom. in conſi. ccccc. & Iudæis prohibitum fuit accipere vſuram à fratrib. ſuis. ſ. Iudæis: per qđ datur intelligi, quòd accipere vſuram à quocunq; homine eſt ſimpliciter malum; debemus enim omnem hominem habere quaſi proximum, & fratrem, præcipue in ſtatu euangelii, ad quod omnes vocantur: vnde in pſalmo abſolute dicitur; Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. & Ezech. qui vſuram non acciperet, quòd ab extraneis vſuram acciperent, non fuit eis conceſſum quaſi licitum, ſed permiſſum ad maius malum vitandum. ita S. Tho. ii. ii. q. lxxviii. ad primum.

Sed quæro, quare vſura eſt ſic vtroque teſtamento prohibita, & ita deteſtata à iure humano docto. ponunt aliqua rationes in rub. de vſuris; ſed vide Imo. in cle. i. de vſu. & vide Petrũ de Ancha. in c. peccati venia, de reg. in. vi. latisſime per Rodul. in tract. de vſuris, in. lii. carta. Bald. in rub. de vſuris, & in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & ſid. cath. & ibi vide modernos, vbi multa dicunt. & vide in. c. quanto, de vſuris; & dic etiam, quòd vtroq; teſtamento ꝓhibetur, quia contra pietatem, & charitatem, nam debet quis ſubuenire ꝓximo in neceſſitatib. vnde contra charitatẽ peccat nolens mutuare ſine lucro; vnde non diligit ꝓximum, ſicut ſeipſum, quemadmodum tenetur ex præcepto diuino. Et vſura eſt vitiũ quoddam contra naturam rerum, quando pecunia germinat pecuniam, quæ tñ naturaliter non eſt apta germinare, cum ſit tantum in menſura rerum. ff. de contrahen. emp. in. l. i. & in. c. eiiciens. lxxxviii. diſt. & venditur vſus rerum, vbi non eſt. ita Panor. in rub. de vſuris, & Fed. de Senis in conſi. ccciii. & Rom. in conſi. cccxxiii.

Et quod ſupra dixi, vſuram conſiſtere in his tantum, in quib. conſiſtit mutuum, de hoc vide Calderinum, & Abbatem in. c. nauiganti. de vſuris. & vide Ioannem Andream in cap. peccatum de regulis iuris, in ſexto.

Nunquid autem materia vſurarum ſpectet potius ad canoniſtas, quàm ad theologos, vide Ancha. in diſpu. incipiente, antiquis refert. Ana. in. c. in ciuitate de vſuris, Alex. in conſil. i. ii. volu. Et Ioan. mona. in. c. i. de vſuris lib. vi. dicit, quòd Eccleſia hoc caſu vendicat ſibi iuriſdictionem in laicos: quia vſurarii committunt principaliter in Deum, abutendo rerum vſu, ideo ad eius Vicarium ſpectat punitio.

Et ad totam materiam de vſuris vide Bal. in rub. de vſu. & vide B. Tho. in. ii. ii. q. lxxviii. Et iure poſſunt repeti coram iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari ad libitum; eſt ergo tale crimen mixti fori. tex. & doct. in. c. poſt miſerabilem de vſur. & vide in. c. poſtulaſti. de Iudæis, vbi etiam dicitur; quòd Iudæi in vtroq; foro compellendi ſunt reſtituere vſuras. & vide doct. in. c. quanto. de vſuris. Et Iudæi cõmittentes contra eorum legem in moralib. ſubiacent Iudici eccleſiaſtico, etiam quãdo Iudæi, vel alii infideles peccant contra naturam, nam ſicut Deus puniuit tales Gen. 7. ita & eius Vicarius, vide Panor. in. d. c. poſt miſerabilem.

Nunquid autem ſit vſura, ſi quis accipit aurum ad mercantiam faciendam, & reddit argentũ, quia creuit, vide Fel. in. c. excommunicamus, de hæret.

Vt vtrum pecunia poſſit vendi, vel locari, vide vltra ea, quæ diximus ſupra Petrum de Anch. in. d. c. peccati venia, de reg. iur. & vide glo. in. c. i. xiiii. q. iii. Dixi ſuperius, quòd poſſum locare pecuniam, non vt expendas, ſed ad pompam, de mente Panor. ſed non approbo; quia contra charitatem; & quia pecunia contra naturam ſuam germinat pecuniam. vos cogitate.

Et notabis in materia uſurarum, quòd vendens rem plus, quam valet. quia ſolutionẽ differt peccat; niſi dubium ſit, an tempore ſolutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit tex. eſt ſecundum cõmunem intellectum In. c. in ciuitate de vſuris. Et quia in iſta materia quæſtio iſta eſt importantisſima, pono caſum. Quidã mercatores emũt triticum, oleum, ſeu alias merces, quæ tempore venditionis non valent vltra quinq; ſcutos, & promittunt ſe ſoluturos in termino conſtituto ſex ſcutos quæritur, vtrũ talis contractus eſſet vſurarius; reſpondet Papa in. d. c. in ciuitate, quòd licet talis contractus ex forma tali vſurarius non poſſit iudicari, tñ venditores nihilominus peccatum incurrunt, niſi dubium eſſet merces illas plus, vel minus valituras tempore ſolutionis faciendæ, & ideo qui ſic contrahunt, melius facerent, ſi à tali contractu abſtinerent, cum hominum cogitationes deo occultari non poſſint. Ideo ex. d. tex. notant doct. qđ ex contractu emptionis, licet maius prætium debito interueniat ſoluendum certo tempore, poſt venditionem nõ reſultat formalis cõtractus vſurarius; & hoc [illegible] ideo,

ideo, quia vſura regulariter cõmittitur ex mutuo, vt diximus ſupra in diffinitione. ſed vbi fraudem contrahentes habent in mente, tunc uſura cõmittitur, ſi propter hoc ſtatuitur maius prætium, quia ſolutio differtur: fingitur. n. ſolutio facta ab ipſo emptore, & prætium ſibi reſtitutũ, quaſi contrahatur de nouo mutuum cum lucri illius exceſſus, qui erat in prætio: nam plus valet, quod in veritate agitur, quàm quod ſimulate concipitur. C. plus vale. quod agitur & in rubro, & nigro. & in capitu. per tuas. qui fil. ſint legitimi. Et an teneantur reſtituere iſti tales in foro animæ illum exceſſum prætii dico, quòd in foro animæ tales tenentur ad reſtitutionem. Itaque iſti tales debent effectualiter, & realiter reſtituere, ſi volunt conſulere animabus eorum. ita doc. in. c. conſuluit, de vſuris. Et philoſophus naturali ratione doctus dicit in primo polit. quòd vſuraria acquiſitio pecuniarum eſt maxime præter naturam.

Et notabis quòd verus valor rei attenditur ſecundũ tempus emptionis, & uenditionis, vt in c. cum dilecti. de emp. & vend. & l. ii. C. de reſc. vend. cũ ſi. hoc verum niſi dubium ſit tempore ſolutionis prætii ſit minus, vel plus valitura. vt in. c. in ciuitate. de vſur. & venditor non erat alias venditurus tempore contractus ꝓ valore nũc currente: iſtis duobus concurrentib. vt in. d. c. in ciuitate. & in. c. fi. de vſuris, non attenditur valor exiſtens tempore contractus: qđ eſt ſingulariter notandum ſecundum Panor. in. d. c. in ciuitate, ꝓ limitatione illius. c. cum dilecti. de emp. & vend. & illius. l. ii. C. de reſcin. vend. Sed vbi contractus eſt dubius, debemus abſtinere à tali contractu, quia in dubio debemus capere partem magis tutam animæ, ut per doct. in. d. c. in ciuitate, & no. glo. in. c. vnico. de ſcrutinio. facit. c. ſignificaſti, & c. ad audientiam. de hom. & ꝓ intellectu decretalis, in ciuitate, vide Anch. in conſi. cclxxx. & vide Bal. in rub. C. de vſuris. vbi ponit quæſtionem. an ſit vſurarius illæ, qui vendit plus propter dilationem ſolutionis prætii: & ponit, an ſit vſurarius, qui minoris emit propter anticipationem prætii, vt quia emit frumentũ in herbis. Vide etiam Bald. in. l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecun. nup. Et S. Tho. in. ii. q. lxxvii. ad quartum, dicit, contra iuſtitiam eſt, qđ aliquis rem carius vendat, quam valeat, vel vilius emat. Sed illæ, qui negociando rem carius vendit, quàm emerit, neceſſe eſt, qđ vel vilius emerit, quã valeat, vel carius vendat; ergo hoc ſine peccato fieri non põt. ita S. Tho. dicit etiam; nihil ꝓhibet lucrum ordinari ad aliquem finem neceſſarium, vel etiam honeſtum; ſicut cum aliquis lucrum moderatum, qđ negociando quærit, ordinat ad domus ſuæ ſuſtentationem; vel etiam cum aliquis negociationi intendit propter publicam utilitatem ne. ſ. res neceſſariæ ad uitã patriæ deſint; & lucrum expetit, non quaſi finem, ſed quaſi ſtipendiũ laboris. dicit ẽt S. Tho. in. ii. ii. q. 78 ad ſecundum; Si aliquis carius uendit res ſuas ratione mutui, aut uilius emit, qđ eſt alterius; uel etiam dilatione prætium auget, uel ꝓ acceleratione diminuit, peccat contra iuſtitiam, & Ezech. c. xviii. dicit inter alia, quæ ad uirum iuſtum requiruntur; ſi uſuram, & ſuperabundantiam non acceperit: & uidebis Abba. in. c. ad noſtram. de emp. & uend. dicentem, quòd teſtamenta eorum, qui manifeſte uendunt res ſuas plus iuſto pretio propter dilationem, & minori prætio pecunia ſtatim ſoluta, ipſo iure non ualent, tanquam teſtamenta manifeſtorum uſurariorum, iuxta formam tex. in. c. quamquam; de uſuris. in. vl. & ita dicit ſe conſuluiſſe. & uide Rodul. in tract. de vſuris. q. xxx. & uide etiam Abb. in. c. nauiganti. de uſuris. col. iiii. & uide Innoc. in. c. i. ne clerici uel mona & uide gl. notabilem. in. c. quicũq;. xiiii. q. iiii. & ibi uide doct. & in. d. c. nauiganti notant doct. qđ uſurarius eſt cenſendus illæ, qui emit rem de præſenti minus, quàm ualeat; ex eo quia differt traditionem rei emptæ, & ſoluit prætiũ de præſenti; niſi dubium ſit, quòd plus, uel minus ſit ualitura res tempore traditionis. ſed quo ad formam contractus nõ eſt uſura; quia uſura non cõmittitur niſi in cõtractu mutui, ut in. c. conſuluit. de uſur. ſed quo ad intentionem deprauatam eſt uſura, quia perinde ius fingit, ac ſi illam pecuniam mutuaret illi uenditori, ut recipiat illud lucrum, qđ eſt ultra ueram extimationem. ita doct. in. d. c. nauiganti. & ibi etiam notatur, qđ quando venditur res plusquàm valebat, & differtur prætium rei ad certũ tempus, vel terminum; duo debent concurrere ad hoc, ut contractus non dicatur vſurarius; primum, qđ dubium ſit, an tempore ſolutionis prætii res ſit valitura plus, uel minus; ſecundum, quòd iſte uenditor non erat alias venditurus tempore cõtractus. & hoc ratione iam dicta: quia ius fingit, & c. & de hoc videbis doct. in. d. c. nauiganti. & ſi dicatur, quando poteſt dici certum, quòd res valebit plus tempore ſolutionis? dico ſecundum Hoſt. in. d. c. nauiganti. quòd debet attendi cõmunis opinio, & curſus religionis; nam communiter minus valet frumentum tempore meſſium, quam tempore Paſchæ. Et licet quandoque accidat contrarium, tamen propter hoc non eſt recedendum à dicta præſumptione: quia debet conſiderari quod frequenter accidit. l. nam ad ea. ff. de legib. c. literas. de deſponſatione impub. & vide Alex late. in. l. prætia rerum. ff. ad. l. falc. & vide Bar. & doct. in. l. ii. C. de reſcin. vendi.

3. Et vtrum liceat emere rem vilius, & vendere carius, vide Ant. in. c. i. ne clerici, vel monachi. Quid de iſtis, qui contrahunt ſocietatem, & vnus apponit operam, & alius pecuniam. vide glo. in. c. pleriq;. xiiii. q. iii. dicentem. Si quis pecuniam ſuam dedit negociatori, vt inde emat merces,

&

& det ſibi partem lucri, illud licitum eſt, ſi periculum ſpectat ad vtrunque; itaque licitũ eſt, quòd vnus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem, vt. ff. pro ſocio. l. v. tamen. ex pacto, an ſit ad alterum duntaxat periculum pertinere, vide doct. in. d. c. nauiganti, & vide Abb. in. ii. col. & vide eundem Abb. in. c. per veſtras. de dona. inter vi. & vxo. Et dare boues ad zoaticam, vt in multis ciuitatibus ſit, an ſit vſura, vide Rodulphum in tract de vſuris. q. xxiii.

Vtrum doctor mutuans pecuniam ſcholari, vt intret ſecum, & audiat lectionem ſuam, vi. Pan. in rub. de vſuris. & vide Anch. in. c. peccati venia, de regulis iuris. Notabis etiam poſt doct. ex d. c. nauiganti. vt etiam in contractu mutui poſt moram poſſit peti intereſſe lucri veri ceſſantis, & vide etiam doct. in. c. conqueſtus, de vſuris. Item aduerte, quòd non eſt licitum aliquid recipere ex mutuo vltra ſortem ex pacto; ſed hoc intelligendum eſt, quando recipitur pecunia æſtimabile; nam nulla crementa recipi debent ex mutuo quæcunque ſint, & qualiacunque. xiiii. q. iii. c. i. & ii. & . iii. & de hoc dicemus in fine capituli, quia materia intereſſe praticabilis, & vtilis eſt.

Vtrum contractus ſit licitus, quando datur frumentum ad renouandum? de hoc vide latiſſime per Rodulphum in tractatu de vſuris; & vide Imo. in conſilio xxv. & ibi dicit; ſi mutuaui frumentum cum pacto, quòd debitor teneatur illud reddere, quando creditori placuerit, vſura eſt; & illud, quod licitum ſit contrahentibus ſe decipere vſque ad dimidiam iuſti pretii, limita, vt procedat, quando re ipſa interuenit deceptio, non ex propoſito. ita Cald. in. d. c. nauiganti. Itaque nõ euitat peccatum, qui ſcienter emit rem minus, quàm valeat, ſaltem ignorante venditore; tenet & Panor. in. d. c. nauiganti. & Pan. in. c. in ciuitate, dicit; Videtur enim de iure diuino canonico permiſſam deceptionem vſque ad dimidiam iuſti pretii, quando res; & pretium ſunt de præſenti, ſecus, quando differtur ſolutio pretii; quia tunc id quod eſt vltra verum pretium, videtur conſtitutum propter illam dilationem pretii: ſed eccleſia non debet alium decipere. gl. in. c. hoc ius porrectum. x. q. ii. Sed in foro animæ, etiam laicus. Anto. Panor. in. d. c. in ciuitate.

Clericis autem nõ eſt licitum exercere aliqua mercimonia. c. negotiatorem clericum lxxxviii. diſt. & notatur in. d. c. i. ne clerici, vel mona. Si indigeret, poteſt exercere licite aliquod opus. glo. in c. canonum. xiiii q. iiii. & vide in c. i. de celeb. miſſ. & vide doct. in. c. clerici. de vita, & hon. cler. & vide text. in. c. diaconi. il. iii. xciii. diſt. vbi litera diui Hierony. dicit, Mendicat infelix in plateis clericus, Solus epiſcopus incumbit bonis, ſolus vtitur miniſterio, ſolus epiſcopus vniuerſa vendicat, ſolus partes inuadit alienas, ſolus occidit vniuerſos, &c.

Et mutuans frumentum, quod valebat tunc. x. ſi tempore receptionis valet. xx. poteſt recipere cum bona conſcientia; ſecus ſi habuiſſem intentionem deprauatam, quia mutuaui frumẽtum antiquum, vt ſic poſtea haberem nouum. de hoc videbis Panor. in. d. c. nauiganti. in. c. ſi quis clericus. xiiii. q. iiii. & videbis in. l. vinum. ff. ſi cer. pet.

Item notabis, quòd non eſt vſura, ſi quis dederit alicui certam pecuniæ quantitatem cum pacto, vt ipſe, & ſui hæredes reddant certam quantitatem ſingulis annis. ita Innoc. & Hoſt. & communiter omnes doct. in. c. in ciuitate. de vſuris. Item non eſt vſura, vt ſi quis occurrat ſuæ reipublicæ, & reſpublica dat tantum omni anno, & non poteſt ille ſortem principalem repetere, ſed bene poſſunt vendere alteri. Ita omnes doct. in. d. c. in ciuitate, & in c. fi. de vſuris, per dictum Innoc. Nam ciuitas habet reditus, vnde videtur conſtituere annuum reditum ex reditibus ſuis. Item in tali caſu non eſt mutuum, quia ciues compelluntur ſubuenire communitati, & non poſſunt repetere, quando volunt; licet commune poteſt ſe exonerare ab illo debito ſoluendo capitale, Item commune libero conſtituit lucrum facit. c. & ſi quæſtiones de ſimonia. & vide in ca. ſicut. i. q. ii. Et de illa quæſtione, ſiquis emat annuum reditum, quo ad vixerit, item ſi aliquis daret eccleſiæ fundum, cum hoc vt teneatur eum alere toto tempore vitæ ſuæ, & pro alimentis datur tantũ in anno, & poſt mortem fundus ſit eccleſiæ; de iſtis quæſtionibus, & ſimilibus vide Io. and. in. d. c. in ciuitate, & in additio. ad Spec. in rub. de vſuris, & vide Rodulphum in repet. c. conſulit. de vſu. in. ii. p. q. xv. Cyn. & Bal. in. l. ſi pater puellæ. C. de inoſ. teſt. Cy. Bar. Ang. & Saly. in. l. ea pactione. C. de vſur. Paul. & Alex. in. l. de fideicommiſſo. C. de tranſ. Rom. in conſi. ccccxxiii. incip. pro pleniori diſcuſſione. & vide Iac. in. l. ſi pater puellæ. & ibi Alex. C. de inoff. teſta. & vide Panor. in. q. ſua, quæ incipit, Augerio, & latiſſime Anch. in. c. peccati venia. de reg. iur. in. xi. & xiiii. q. princ. Et de illo qui emit poſſeſsiones ab eccleſia, ita quòd poſt mortem ementis reuertantur ad eccleſiã, Arch. dicit; non eſt vſura in. c. plerique. xiiii. q. iiii. qui ita dicit Hoſt. in ſum. ti. de vſu. §. an aliquo, & vide Bal. in. l. ſi ea pactione. C. de vſuris. & vide Bal. poſt Cyn. in. d. l. ſi pater puellæ. C. de inoſ. teſt. Dixi ſuperius, ſiquis occurrat ſuæ reipublicæ; nota de impreſtitis ciuium, an eorum merces de mente ſit vſura, & adde omnino Anch. in. c. peccati venia. de reg. iur. & vide Bal. in. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. & vide Imo. in. l. ſi maritus. ff. ſol. mat. & vide Anch. in diſput. ſua, quæ incipit; antiquis, & modernis temporibus, & late Bal. in. c. i. de iureiur. Et quod tale lucrum ſit licitũ, tenet Bar. in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. cath. & vide Rodulphum in tract. de vſu. in 50 car. vbi examinat octo quæſtiones in materia montis. & vide Pau. de caſt. in. l. ſiquis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. Et de monte pietatis, vide doctiſſimum Caiet. in tract. ſuo de monte pietatis; vbi ipſe dicit,

dicit,quid ſit mons pietatis,quæ eius capitula ; dicit etiam,in quo genere, & in qua ſpecie virtutis,aut vitii operationes ille locentur.recitat etiam primam opinionem dicentium nihil vſuræ,aut iniuſtitiæ inueniri in contractibus montis pietatis ; & determinat,quòd in his contractib. committitur vſura.Et in c.is dicit,peragratis omnibus in his opinionibus, quæ aliquid ad propoſitũ ex moralibus rationibus adduxerunt,reſtat primo nominanda tantum opinio dicens , montem hunc pietatis cum ſuis capitulis non mutuum facere,ſed rem quandam eſſe,& hominibus ineffabilem : & propterea rationibus huiuſmodi,quæ humanos ſcrutantur actus , non omnino committendum eſſe iudicium huius montis.Nos enim eum ſua diuinitate veluti loquentes in aere relinquere oportet.

Remanet deinde eis ſatisfaciendum,qui contractus huius montis ab Apoſtolica ſede approbatos dicunt,aut audiunt.Sciant igitur hi montem quidem pietatis ab Apoſtolica ſede approbarum,ſed non illius capitula,vt exemplo literarum approbationis conjicere potui. Appellatur autem mons pietatis(vt in eiſdem dicitur)ſumma illa pecuniæ piæ collecta,& ſub cuſtodibus depoſita ad perpetuam reuelationem pauperum mutuo mediante.vbi nota, quòd mons ipſe eſt ſimpliciter approbatus,& erectus ab ipſo ſummo pontifice.eius autem capitula ſupradicta ſunt approbata cum hoc adiectiuo.ſ.ſacris canonibus non contraria ; vnde ſi qua capitula ſunt contraria,approbata non ſunt . hæc autem eſſe ea,quæ iniuſtitiam continent,nullus dubitat . Non ſunt igitur approbata illa capitula,quæ iniuſta eſſe in hoc tractatu monſtratum eſt : propter quod ſi ita eſt,non paruum peccatum fuit facere imprimi ſummi pontificis bullas truncatas abſque illa particula.ſ.ſacris canonibus non contraria.Laqueus ſiquidem eſt animarum , in quem ego incidiſſem,vel ſaltem abſque ſuſpenſione non fuiſſem,niſi viua voce audiſſem ſic haberi in originalibus,& calamo ſcriptam particulam illam in bullæ Mantuanæ copia vidiſſem.

Et hæc quoque eadem radice ſatisfit illis,qui ex priuilegiis,& indulgentiis conceſsis à Romano pontifice illis,qui ad montis conſeruationem,aut augmentum manus porrigunt adiutrices , arguunt : iam enim patet,quòd mons ipſe ſanctus eſt,& in ordine ad illum hæc omnia conceduntur ; annexa tamen mala ex hoc non approbantur ; ſed potius tolerãtur ad euitationem maioris mali,quo per publicos vſurarios res pauperum vorantur. hæc ille doctiſsimus Caietanus.

Capitula montis ſunt tres ; ſed de tertio capitulo erat dubium,cuius verba ſunt.

Tertio,quòd vltra pecuniam mutuatam officiales montis exigant ſecundum numerum librarum ſingulis menſibus tot denarios à debitoribus,ita quòd quot libras aliquis mutuo ſuſceperit à monte,tot denarios ſingulis menſibus,quibus illas retinet,teneatur dare.

Item in materia noſtri capituli notabis, quòd ſi quis poſſeſsiones alicuius data pecunia recipit in pignus,ſi ſortem ſuam recipit,deductis expenſis poſſeſsionem libere reſtituat debitori. tex. in.c.plures,de vſuris.& vide in c.quoniam.eo.tit.Sed quomodo intelligatur illud,quod dicitur, quòd fructus pignoris computantur in ſortem,vide glo.& doct.in.c.ad noſtram. il.i. de iureiur. & dominum Anto.ibi ; quia elegantiſsime declarat. Si autem creditor minus habet eo recepto poſſeſsio ad dominum reuertatur,vt in d.c.plures.Et notabis ex illo text.quòd vſura committitur non ſolum,quando expreſſe aliquid datur annuatim , ſed etiam ſi ex pacto creditor lucratur fructus rei pignoratæ . nam cum fructus recipiant extimationem , accedunt nunc ſorti ex pacto præcedenti ; & licet tex.in.d.c.plures,loquatur in genere de poſſeſsionibus fructiferis, idem dicendum in domibus,& aliis rebus : debent enim ſoluta penſione extenuare ſortem . Quicquid enim extimabile percipitur vltra ſortem, vſura eſt,vt in.c.i.xiiii.q.iii.vbi dicitur;Si pluſquam dediſti,expectes accipere,ſenerator es ; & in hoc improbandus , non laudandus ; & ibi in.c.ii.non legitur.Item alii pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula diuerſi generis accipere , & non intelligunt,ſcripturam vſuram appellare,& ſuperabundantiam quicquid illud eſt,ſi ab eo,quod dederint,plus receperint.& ibi in.c.iij.dicit Ambr.plerique refugientes præcepta legis cum dederint pecuniam negotiatoribus,non in pecunia vſuras exigunt,ſed de mercibus eorum,tanquam vſurarum emolumenta,percipiunt : ideo audiant quid lex dicat ; Neque(inquit)vſuram eſcarum accipies,neque omnium rerum.Item eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt,& quodcunque accedit ſorti, vſura eſt : & quod velis,nomen ei imponis,vſura eſt,& de hoc vide Io.de ana.in.d.c.naulganti. Itaque vſura eſt,vbi amplius requiritur,quàm quod datur.vt dixi.& tex.in.c.vſura.xiiii.q.iii.Sed vſura aliquando non committitur,licet vltra ſortem quid accipiatur,vt infra dicemus . Et notabis,quòd fructus rei pignoratæ,ipſo iure attenuãt ſortem.& de hoc videbis tex.& docto.in.d.c. plures,& vide in l.iii.C.in quibus cau.pig.ta.contrahi.& videbis in.l.i.&.ii.C.de pact. pignorũ. & hoc probatur in.c.ad noſtram.il.i.de iureiur. Sed notabis in.d.c.plures, plenam clerici exercentis vſuram ; debent enim deponi ab officio eccleſiaſtico ; de quo in.c.inter dilectos,de exceſ. prælat.Sed Maritus recipiens pignus pro dote promiſſa non tenetur fructus in ſortem computare . tex.in.c.ſalubriter,de vſuris ; & eſt caſus ſingularis,& alibi non probatur. Itaque fructus rei pignoratæ non extenuant ſortem,quia ſuccedunt loco intereſſe ; quia maritus patitur in non recipiendo dotem promiſſam. & ibi dicit Panor.poſt multa,puto,quòd gener à principio poſsit cõ-

uenire

ueniri cum ſocero de percipiendo aliquid annuatim vſque ad ſolutionem dotis, dummodo ſit ſolitus mercari,vel ponere pecuniam apud mercatorem,cum iſte non capiat pro mutuo, nec pro dilatione data,ſed vt ſuſtineat onera matrimonii ; & ſic potius capit, vt intereſſe,nec videtur hoc contra bonum charitatis.& vide doct.in.c.per veſtras,de dona.inter vir.& vxo.

Et ſi creditor habet poſſeſsionem rei pignoratæ, non tenetur computare fructus in ſortem : quia conſolidatur tunc vſusfructus cum proprietate : caſus eſt notabilis in.c.conqueſtus, de vſuris. docto.in.c.i.de feudis.

Dixi,quòd aliqnando vſura non committitur,licet aliquid vltra ſortem aliquid accipiatur,de hoc vide Panor.in.d.c.plures ad finem ; quia generaliter vbicunque percipitur aliquid loco intereſſe,non committitur vſura,vt mutuaui tibi.c.& cum tu non valeres reſtituere,recepi tantam pecuniam ſub vſuris,tunc potero exigere.c.& etiam vſuras,quia non vt vſuram,ſed intereſſe ; nā mihi nullum lucrum accedit : ad hoc vide,quod notatur in.c.dilecti.de ſor.comp. & in c.peruenit,de fideiuſſo.item ſi fideiuſſor ſoluit ſub vſuris.ita Io.and.in.c.damnum.de reg.iur.li.vi.& vide glo.& doct.in.c.conqueſtus,de vſuris, & vide gl.& doct.in.l.curabit,de act.empt.Sed tu vide gl.magiſtralem in c.i.xiiii.q.iii.vbi dicitur ; vſura eſt vltra ſortem aliquid recipere, niſi in quinque caſibus : Primo,in caſu fauore eccleſiæ,ut in c.i.de uſuris, & c.conqueſtus ; vbi uide gl.ponētem aliquos caſus.& uide ibi Panor.ponentem alios caſus,ſequitur glo.Secundo,cum fideiuſſor ſoluit ſortem,& uſuras,poteſt uſuras petere,ut in.c.conſtitutus.de fideiuſſo.Tertio, cum pœna petitur præter ſortem.c.in legibus.xii.q.ii.Quarto,& cum petitur uſura, tanquam intereſſe,ut ff.pro ſoc.l.ſocius qui.& gl.in.c.quoniam.xiiii.q.iiii.ubi dicitur : ad quæſtum prohibemur ſumere uſuras,cauſa lucri captandi,non autem uitandi damnum,maxime in cōtractu bonæ fidei,vbi ex ſola mora ueniunt uſuræ,ut.ff.de uſuris.l.mora.§.in bonæ.Si quis ergo eſt in mora ſoluendi, ab eo poſſunt repeti uſuræ,non tanquam uſuræ,ſed tanquam intereſſe,ut.ff.pro ſoc.l.ſocius.qui, & tunc petuntur usuræ iudicis officio,non iure actionis : licite enim poteſt quis agere ad hoc,ut reddatur indemnis,ut in.c.peruenit,de fideiuſſoribus.& in.c.ſiquis de clericis.xii.q.ii.ubi agitur ad intereſſe.ſequitur gl.Quinto,cum recipit aliquid pro re,quæ non conſiſtit in pondere,numero,uel menſura ; ſicut in locatione.Item ſexto caſu ratione incertitudinis,ut in.d.c.in ciuitate, ſed de incertitudine iam diximus.Ad intelligentiam ſcias,quòd duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti,ſunt,ut mutuum,& commodatum : in mutuo certum eſt,& requiritur, quòd ſit gratuitum alioquin eſt usura.Item ſi commodatum non eſt gratuitum,non quidem eſt uſura,ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato,ſtatim deſinit eſſe commodatum : quia aut recipitur aliquid pro re ipſa : aut pro uſu rei ; ſi pro re ipſa aliquid recipitur,aut eſt pecunia,aut alia res : ſi pecunia,eſt emptio,ſeu uenditio : ſi alia res,erit contractus permutationis : ſi pro uſu rei accipitur pecunia,erit contractus locationis : ſi res alia,erit contractus innominatus ; do, ut des ; uel do,ut facias ; omnes iſti contractus ſunt liciti laicis,etiam cauſa negotiationis, ut in ca.fornicari. lxxxviii.diſt.clerici tamen in quantum poſſunt,debent abſtinere ab emptione,& uenditione ; tamen in caſu neceſsitatis,ut iam ſupra dixi,permiſſum eſt clericis negociari,ut in.ca.i. Ne clerici, uel monachi : & uide in cap.clericus uictum.xci.diſt.& xxi.q.i.c.i.&.c.nunquam.de conſec. diſt. v.& tunc non acquirit lucrum ex negociatione,ſed ex artificio : talia enim lucra licita erant Apoſtolis,ut in.c.i.xxi.q.i.Et de intereſſe dicemus multa ad finem capituli.

Et uſurarii manifeſti repelluntur ab eccleſiaſtica ſepultura,& altaris communione, de quo uide tex.& doct.in.c.quia in omnibus.de uſuris.Et usura eſt prohibita, etiam ſi quis eam exercuerit pro aliquo opere pio faciendo,ut notatur in.c.ſuper eo.de uſuris,& ibi notatur, quòd nō debet quis mentiri pro aliena uita.concordat.c.ne quis.xxii.q.ii.quod eſt contra doct.dantes conſilium contra conſcientiam,ut liberent quem à morte.& uide optimum text.Auguſti.in.c.quod ait.xiiii.diſt.& uide etiam tex.Auguſtini in c.ſi(quod uerius dicitur)xxxiii.q.ii.Et an tex.in.c.ſuper eo.intelligatur in mutuante tantum,uel etiam in recipiente,ibi uidebis,Et quòd recipiens pecuniam ad uſuram non peccet,uidetur ſentire Archi.in.c.ſi fœneraueris.xv.diſt.ubi dicit, quòd turpitudo ſolum uertitur ex parte dantis.Sed tu de hoc melius uide per Archid.in.c. ſi quis uſuram.xiiii.q.iiii.ubi diſtinguit,an recipiens præſtat cauſam, aut non. Sed quòd non ſit peccatum recipere pecuniam ad uſuram,& uſuram ſoluere,tenet glo.in.c.debitores,de iureiur. Sed Archi. in.c.in eum.i.q.i.dicit,quod ille,qui accipit pecuniam ad uſuram ab illo. qui exercet uſuras, & paratus eſt facere,non peccat,ſi hoc facit propter ſuam,uel alterius neceſsitatem,uel propriā utilitatem,alias peccat mortaliter. Et de iſta quæſtione in terminis uide ſanctum Thom.in.ii.ii.q. lxxxviii.art.ult.ubi concludit, quod non peccat capiens ad uſuram, niſi induxerit mutuantem, quia nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum ſub uſuris,licet tamen ab eo, qui hoc paratus eſt facere,& usuras exercet ; mutuum accipere ſub uſuris, propter aliquod bonum, quod eſt ſubuentio ſuæ neceſsitatis,uel alterius.ita S.Tho.de quo vide Panor.in.c.cum eccleſiæ.de ſimonia : & latiſsime per Rodulphum in tract.de uſuris in.iiii.char. Et uſurarii, qui ſunt ſoluendo,coguntur per pœnas Lateranenſis concilii uſuras reſtituere, facultatibus non extantibus de-

bent

bent poſſeſsiones emptæ ex pecunla ſcænebri vendi,& debentibns recipere ſatisfieri, vt in c.cum tu,de vſuris.& ibi doct.quòd bona vſurariorum non ſunt tacite hypothecata illis, à quibus fuerunt pecuniæ extortæ. dicunt etiam,quòd bona vſurariorum in alinm tranſlata titulo oneroſo non ſunt debita illis,quibus ſuit pecunia exiorta; ſecus,ſi ſint tranſlata titulo lucratiuo; Et ibi examinatur quæſtio ſi dos conſtituta ex pecunia fœneratitia debeat reſtitui creditoribus: & vſurarius liberatur a reſtitutione,ſi illi,quibus extorſerat,pure,& ſimpliciter, & ſine dolo remiſerint. de quo vide ibi Panor.in fine.ſed vide Panor.in.c.conſuluit.de vſur.vbi dicit; Vſurarius debet reſtituere vſuras,licet remiſerit,ſi babebat mentem corruptam, omnino nolle ipſas reſtituere. Et hæres vſurarii,ſiue filius,ſiue extraneus tenetur vſuras reſtituere.c.tua nos.de vſuris. & ibi doct.Et de intellectu illius decretalis,vide Rodulpbum in tractatu de vſuris.q.lxxi. & q. lxxii.& vide Bal.in.c.ad noſtram,il.ii.de iureiur.& vide Rodulphum.in.q.lxxiiii.& lxxv.& vide Anton. in.c.debitores.de iureiur.Et vtrum altero hærede vſurarii non potente reſtituere,alter teneatur in ſolidum,vide doct.in.d.c.tua nos.Sed Caietanus in opuſculis,vbi ponit ſex quæſtiones de vſura,dicit poſt examinatam quæſtionem in.q.v. Hæredes vſurarii tenentur ſecundum hæreditarias portiones tantum,non in ſolidum. Vos cogitate.

Sed nota,quòd vſurarius eſt ille,cui debitor libere aliquid vltra ſortem dedit, ſi ipſe habebat mentem deprauatam,vel non fuiſſet aliàs mutuaturus,niſi ſperaſſet aliquid vltra ſortem: & tenetur reſtituere.tex.in.c.conſuluit de vſuris.& ibi doct.& ibi etiam notatur, quòd vſurarius eſt ille qui prorogat terminum debitori aliquo accepto.Sed an ſit vſura,ſi mutuo decem cum pacto, ꝙ alia vice tu mutues mihi decem.ita quod obligatio antidotalis committitur in pactum. Panor. in.d.c.conſuluit.de hoc vide Rodulphum in tract.de vſur.v.char.vide S.Thom.& Caietanum in ii.ii.q.lxxviii.ad ſecundum; ubi dicitur,non poteſt in ciuilem obligationem deduci naturalis obligatio ad antidota; quia talis obligatio ciuilis eſt pecuniæ æſtimabilis,ac per hoc quibuſcunque fiat conditionibus,plus ſorte ex pacto exigitur, & vſura eſt. An vſurarios poſsim appellare, vide tex.& doct.in.c.quam pernicioſum,de vſuris.

Et iurans non repetere vſuras poteſt repetere: de hoc vide tex.& doct.in.c.tuas, de vſur. quia iurans poteſt abſolui à iuramento,ibi videbis.& vide in c.i.de iureiuran.& de tali abſolutione in aliis cauſis vide etiam in.c.cum contingat.de iureiurand.& ibi docto.& Imo.latisſime. & Oldra. in conſilio.cxx.

Notabis etiam in materia vſurarum,quòd vſurarius non poteſt repetere vſuras, quas alius ſibi extorſit,niſi ipſe reſtituat,quas alii extorſit.c.michael.c.quia fruſtra.de vſuris: quia auxilium legis non debet quis inuocare,ſi in legem committit.& ibi etiam notatur,quòd exceptio,quam vnus vſurarius opponit contra alium,eſt dilatoria,& ante litem conteſtatam opponenda. & ibi de verbo.fruſtra.

Et notabis,quòd vſurarii manifeſti dicuntur etiam illi,qui licet non poſsint conuinci teſtib. conuincuntur aliis præſumptionibus,vt in.c.cum diocœſi.de vſuris. Itaque ex illo teſtu probatur quod per ſolam famam, & argumenta poſsit vſurarius conuinci, & condemnari, de vſuraria prauitate.Sed de hoc vide ibi Panormi. & vide doct.Et iudex ex officio procedere poteſt contra vſurarios,ſed non in regno Neapolis: Turpe,& miſerabile,quare? Nam iſta reformatione indigent.& ibi per Panormit. videbis,vſurarium quem fuiſſe,quomodo probetur quando tractatur de validitate teſtamenti ab eo conditi: quia ſecundum Hoſti.poſtquam iudex receptis his argumentis,de quibus in.d.c.cum in diocœſi.ipſum declarauit vſurarium, poteſt dici tũc manifeſtus vſurarius.ibi videbis.

Quæritur in materia vſurarum, vtrum in vſura transferatur dominium; communis opinio eſt dicentium quòd in vſura non transfertur dominium.ita S.Thu.in.ii.ii.q.lxxviii.art iii.dicens hæc verba; Si quis domum,vel agrum alterius per vſuram extorſiſſet, non ſolum tenetur reſtituere domum,vel agrum,ſed etiam fructus inde perceptos; quia ſunt fructus rerum, quarum alius eſt dominus,& ideo ei debentur.

Item mutuans ſub ſpe aliquid vltra ſortem habendi,non aliter mutuaturus, abſque omni tamen conuentione,an ſit vſurarius mentalis,& ſic vſurarius corã deo: breniter poſſet cum diſtinctione ad quæſtionem motam dici,ꝙ aut talis mutuans ſperat aliquid vltra ſortem ex mutuo, & non ex pacto,talis uſurã cõmittit:aut ſperat ex affectu amicabili eius,cui mutuat,& ſic nõ peccat.

Et vſurarius mentalis non teneatur ad reſtitutionem,de hoc videbis in c.conſuluit.de vſur.Et vſurarius mentalis eſt,qui intendit ex mutuo aliquid vltra ſortem,non gratuite dãdum,aliter nõ mutuaturus. Sed cui lucrum ſperatum datur,non ex pacto,ſed propter aliquam tacitã eius petitionem,iſte non eſt vſurarius pure mentalis propter exteriora ſigna, quibus tacite petit aliquid vltra ſortem ex mutuo.Ideo iſte talis tenetur ad reſtitutionem.de bis videbis doctiſs.Caietanum in.iii.tomo.vbi ponit ſex quæſtiones de vſura,& in.iiii.q.tractat,an omnia bona vſurarii ſint obligata eis,à quibus vſuræ extortæ ſunt.de hoc diximus ſupra.& tractatur.in.c.tua nos. de vſuris. & in c.quanquam.de vſuris in.vi.& ſunt duæ opiniones,vt refert Panormi.in.c.cum tu. & in.d.

c.tua

c.tua nos. Antiquorum opinio fuit, quòd omnia bona vſurarũ ſint tacite obligata. Hoſt. Ioã. An. Panor. & moderni tenent oppoſitum, ſed Caietanus dixit in v. q. in d. tractatu in opuſculis ſuis. Inueniemus vtranq; opinionem aliquo modo veram dicere; ibi videbitis. & hoc adde ad ea, quæ ſuperius diximus. Et in materia vſurarum vide doct. in tit. de vſuris. & vide in vi. & in elem. & vide Hoſt. in ſua ſumma. & vide S. Tho. in ii. ii. q. lxxviii. & ibi Caietanus doctiſſimus in ſuis cõmentariis. Et vſurarii hodie puniuntur variis pœnis in foro iudiciali, ſecundũ diuerſitatẽ regionum.

Diximus ſupra, quòd in contractu mutui poſt moram poſſit peti intereſſe lucri veri ceſſantis, de quo per doct. in c. nauiganti. & in c. conquæſtus. de vſuris. Nunc vero volo explanare materiam, quia quotidiana. Sed in primis de cambiis aliqua dicemus, & quid mihi de cambiis videtur. Sed breuiſſime me expediam.

Cambiorum ſecundum conſuetudinem negotiatorum, & mercatorum, genera ſunt quatuor; Quædam vera, & realia, quibus moneta in vno loco, ac tempore recipitur, & alio loco, ac tempore redditur, prout in loco redditionis tempore reſtitutionis marca auri valet. & in his nullum eſt peccatum, ceſſante omni dolo, & fraude. Veruntamen quum hæc ad prolixius tempus fiunt, aut protrahuntur, vt ex diſtantiori tempore plus lucri habeatur, ad vſuram declinant; quia cum temporis, quo pecunia occupata tenetur, ratio habetur; ad eum vſuræ modum digreditur, quo tempus vendi dicitur. Quædam vero cambia ſunt non vera, ſed palliata, & ſolo nomine cambia; quibus indigens Romæ pecunia accipit pecuniam reſtituendam non Neapoli, ſed Romæ iuxta valorem cambiorum Neapoli, in ſequenti feria; ſeu quouis alio modo ficti cambii fiant. Et hæc ſunt manifeſte iniqua, quum vere ſit ibi contractus mutui cum tali intereſſe. Quædam vero cambia ſunt, quibus pecunia Romæ data per literas cambii ſoluuntur alibi, & hæc ſunt licita, ſi ſeruato ſolito, moderato tamen lucro numulariorum, fiunt ceſſante dolo, & ceſſante omni genere colluſionis. Quædam demum ſunt cambia ad minutum, puta cum pro ducato datur decem argentei, aut è contra, &c. Et in his moderatum quoque lucrum in damno iuxta diuerſarum regionum conſuetudinem. Et de iſta materia videbis omnia iſta ad literam per dominum Cardinalem ſancti Sixti, & in opuſculis ſuis in tractatu de Cambiis. in materia vſurarum vide Mathe. de afflictis. in conſtitutione Neapolitana, incipienti. vſurariorum, vbi multa optima dixit in materia. & vide litteram regiam contra vſurarios, in capitulis Regni Regis Caroli. & vide aliam litteram Regiam contra vſurarios in pragmaticis Regni, & videbis aliam pragmaticã Regis Alphonſi primi: cum inſertione bullæ papæ Nicolai quinti, ſuper cenſibus. & videbis contra vſurarios, pragmaticam Regis catholici, & vide pragmaticam contra vſurarios Reginæ Ioannæ, & videbis pragmaticam nouam Imperatoris noſtri Caroli, contra vſurarios, vbi ex officio poteſt procedere iudex contra abuſum antiquum.

§. De Intereſſe.

NVNC materiam intereſſe aggrediamur, vt in iſto capitulo de vſuris promiſimus. Intereſſe materia ſubtilis eſt, & profunda; & de iſta materia videbis Cynum in regula, mora. de regulis iuris in vi. & ibi Ioannes Andreas, & vide doctorem in l. vna. C. de ſententiis, quæ pro eo, quòd inte. profe. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus. ff. de verbor. obliga. & vi. Bartol. in dicta l. vna. & in l. i. ff. de actio. empt. & vi. notabilem glo. in cap. dilecti. de foro compe. & uide Albericum in l. ubi autem non apparet. §. illud dubitationem. ff. de uerborum obligat. & vi. Innocen. in cap. ſacro. de ſenten. excommunica. plene in ſpeculo. in titulo de fructibus, & intereſſe. Archid. in capitulo medicinalis. de ſententia excommunic. libro vi. Hoſtienſ. in ſumma, in titulo de ſententiis, & re iudica. §. quis ſit effectus. Azo. in ſumma, in titulo de ſententiis, quæ pro eo, quòd intereſt, proferuntur. Et iſtis remiſſionibus non ero contentus, ſed ex iſtis plenè colligemus materiam, & primo dicemus, quòd intereſſe eſt triplex, ſecundum communem opinionem, commune, ſingulare, & conuentum. ita Bartol. in l. i. ff. de act. empti. per gloſſ. ibi. Ad euidentiam præmittendum eſt, quid ſit intereſſe, & ſecundum Accurſium in l. unica. C. de ſentent. quæ pro eo, quòd intereſt, profe. Intereſſe eſt damnum emergens, & ceſſans ex eo, quod aliquid fieri ceſſatur; quam deſcriptionem quidam voluerunt impugnare, ſed illa impugnatio eſt fantaſtica ſecundum Bald. & Salicet. Sed pro commodiori doctrina poſſunt ad dictam diffinitionem aliqua addi, vt dicamus; Intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans propter factum, vel omiſſum, quod fieri, vel omitti non debuit. dixi ſuperius, quòd triplex eſt intereſſe commune, ſingulare, & conuentum; & communiter approbatur. gloſſ. in dicta l. una. licet contra gloſſ. inſurrexerunt multi. Sed plures, & diuerſæ ſunt ſpecies intereſſe. quod probatur, primo; Nam iuramentum in litem datur ad intereſſe, ut. ff. de in litem iurando. l. penult. & excluditur ab intereſſe, ut. ff. de iudiciis. l. non à Iudice. ergo ſpecies ſunt diuerſæ; cum oppoſita non poſſunt ſimul ſtare, vt l. Titiæ. ff. de condi. & demoſ. Secundo, quia ex culpa non exhibentis, uel non reſtituentis agitur ad intereſſe commune, & præ-

cium verum per teſtes probandum.v.l.ii.ff. de in litem iuran. & ex dolo agitur ad intereſſe probandum per iuramentum in litem,ut in eo.tit.l.penult.ergo,&c.cum diuerſitas cauſarum diuerſificet ſpecies cauſatorum,vt.ff.de pactis.l.ſi vnus.§.ante omnia.& de exhi.reis iudici. l.cum quæritur, & l.cum de hoc.Tertio,quia ſtipulatio de iudicio ſiſti committitur ad intereſſe,vt.ff.ſiquis in ius voca.non ierit.l.fi.&.ff.de verborum obligatio.l.quoties.

Sed hoc intereſſe eſt vera rei extimatio,vt.ff.qui ſadiſdare cogan.l.ii.in fin. quæ vera extimatio differt à ſingulari,vt.ff.de lega.ii.l.ſi cui.&.ff.de minoribus.l. ſi in exceptione. Ergo intereſſe eſt precium rei cómune,& ſingulare.Quarto per l.ait lex quanti.ad l.Aquili.coniuncta l.ſi ſeruum.eo.tit.Item per text.ff. de furtis. l.qui tabulas.&.l. ſi vendidero.§.i. Ad rationes in oppo. factas reſpondeo, quòd in eis non remouetur intereſſe generaliter, ſed reſpectiue,vt patet ex prædictis.& de hoc videbis Salice. in d.l.vna.in ii.col.vbi dicit poſt multa. Hæc eſt opinio domini mei,qui defenſor fuit gloſſæ;& hanc ſequor,tum quia communis in practica,tum quia verior videtur in iurare. vnde pro ea declaranda,pone,quòd propter contumaciam non reſtituentis iuro in litem, vt in l.qui reſtituere.ff.de rei vendica.& iuro,quòd nollem re carere pro centum; & pono rem valere ſolum octuaginta;an totum ſit intereſſe ſingulare,& reſpondetur,quòd non; ſed uiginti tantum; & octuaginta eſt Intereſſe commune. hoc confirmo,quia res extimata datur in dotem, non vt faciat emptionem,ſed vt oſtendat deteriorationem; & ſoluto matrimonio ſi res apparet deteriorata,petitur extimatio deteriorationis,vt intereſſe mulieris ; & hoc non eſt intereſſe ſingulare, ſed conuentum, licet poſſit eſſe cauſa. ergo ſequitur quòd commune, uel conuentum eſt ſpecies per ſe diſtincta ab intereſſe ſingulari.& prædicta habes.C.de iure dotium , l. ſi inter virum. & l. extimatis.ff.ſoluto matrimonio.vi.Decium de hoc in l.in actionibus.ff.de in litem iuran. vi. Ange. Areti.in.§.præterea inſti. de actio.& vi.Cagnolum in d.l.vnica.xxvi.col. Sed non ſufficit iuramentum contra doloſum,ſi agitur contra tertium,vt ſi agitur contra villam, quæ ad emendam tenetur ex delicto commiſſo in ſuo territorio ex ſtatuto,vel conſuetudine.& de hoc vide Bart. in l.nequid.ff.de incen.rui.nau. Iaſo.in l.ſi quando.C.vnde vi.& Ancha.in conſi. cclxxxvi. Et attende,quòd intereſſe conuentum quandoque poteſt eſſe tantum,quantum commune, & non plus; quandoque minus, quandoq; maius;ut eſt glo.in d.l.una.Intereſſe conuentum,ſeu conuentionale ſecundum glo.& Barto.in d.l.una,eſt precium conuentum , vt in glo.i. dictæ.l.Soci. tamen in Rubri. C.de ſenten.quæ pro eo, quòd in pro. late inſiſtens reprehendit dicens poſt Bald. intereſſe conuentum eſſe intereſſe conuentionaliter declaratum,ſeu quantitatem promiſſam loco eius, quod in futurum intereſſe poſſet;ut ſi non dederis equum, dabis decem;& moderni approbant. Quod uero glo.& Bart.dicunt,quòd precium conuentum eſt, non autem intereſſe conuentum : ſed ſi precium,& intereſſe idem ſunt,ut in glo.i.d.l. unice concluſum eſt , ſi precium conuentum eſt intereſſe,erit conuentum,& in exemplo præfato,ſupraque relato in pœna promiſſa,quæ loco intereſſe ſuccedit.§. alteri.inſti.de inutili.ſtipulat.& l.fin. ff. de prætoriis ſtipula. & ibi uide Paulum de Caſt.& Bart.in dicta l. unica dixit, reſpectu petitionis eſt eſtimatio illius intereſſe, ideo dici poteſt precium conuentum, ſeu quantitas conuenta pro eo , quod intereſt. & in dicta l. fin. de præto. ſtipula. dicit Paulus de Caſt. in ſtipulationibus , quæ committuntur ad intereſſe propter difficultatem probandi intereſſe,utile eſt apponere pœnam certæ quantitatis,quæ loco illius ſuccedit.

Quid ſit ſingulare intereſſe;declarat Bartol. in dicta.l.unica,exemplicando in eo,quod longo tempore ſtuduit poſtillando librum aliquem. Sequitur Salicet.in dicta.l.unica.reducendo ad practicam materiam ſingularis intereſſe. & Curtius in d.l.una,inquit,quòd non poteſt excedere duplum præcii conuenti in caſibus certis, ut eſt tex.in d.l.una. Ex quo elicitur maxima limitatio ad materiam iuramenti in litem,in qua pro intereſſe ſingulari defertur iuramentum uſque in infinitum. l. uidemus.§. iurare. ff. de in litem iuran.ut in effectu non poſſit illud intereſſe excedere duplum.& ita iudex debet taxare.ita Bart.in d.l.una.& Sozinus in Rubr.C.de ſent.quæ pro. quòd in.pro.latius capit poſt antiquos dicens; Singulare intereſſe illud dicitur , in quo mora ſimpliciter commiſſa quilibet non fuiſſet paſſurus idem damnum; ſed tunc demum,ſi in eadem cauſa mecum fuiſſet.idem voluit Bald.in d.l. una , dicens, ſingulare intereſſe illud eſſe, ubi facta relatione rei ad perſonam , plus ualet mihi , quàm alteri,cui non ineſſet eadem ratio affectionis,quæ ineſt mihi. Sequitur etiam Decius in d.l. unica ad finem, & doctores dicunt in d.l.unica.quòd iſtud intereſſe ſingulare eſt duplex, unum affectionis,de quo in iure non habetur ratio ; alterum affectionis.& utilitatis ſimul; de quo habetur ratio, & eſt in conſideratione.& hoc declarauit Bartol. & poſt eum Salicetus in d.l.unica. Itaq; notabis reaſſumendo materiam,quòd intereſſe eſt triplex, conuentum,commune,& ſingulare:conuentum dicitur,vt dixi,de quo conuenit inter contrahentes,ut precium; vt ſi vendidi tibi pro x.ſtichum.commune eſt,ſi forte idem ſtichus communiter tantum valebat. xv. ſingulare eſt , quòd facta relatione ad perſonam , plus valet res puta mihi; quàm alicui alteri,cuius non intereſt, ratione affectionis ſingularis , quæ ineſt mihi , ut dicitur in gloſſ.in dicta l.vnica.

Et intereſſe ſingulare eſt duplex, vt dixi: quia aliud eſt affectionis tantum, & iſtud non conſideratur, nec augetur ex eo condemnatio; ſi non ſit affectio qualis eſſe debet, vt l. ſi ſeruum meum. ad. l. Aquiliam. & in l. pretii rerum. ff. ad l. Falcidi. vbi dicitur; res debet extimari communi extimatiune, non ex affectioue ſingulari, licet propter eam affectionem quandoque actio detur; quæ alias non daretur, vt ff. manda. l. cum ſeruus. de minori. l. ſi emptionem. & l. libertus, qui ſoluendo. ff. de bonis libertorum. Aliquod eſt intereſſe ſingulare, affectionis ſimul, & vtilitatis, vt dixi; & ex iſto actio datur, & augetur condemnatio, vt in d. l. vnica. verſicu. ſancimus. & ff. de in litem iuran. l. videamus. §. i. Item omiſsis multorum opinionibus diuerſis ſciendum eſt, quòd intereſſe recipit aliam diuiſionem; quia quoddam eſt intrinſecum, & hoc eſt ipſius rei conſiderata bnuitas intrinſeca, vel vitioſitas, ſeu malitia intra rem ipſam conſiſtens: quod probatur in l. cum quid. ff. ſi certum petat. & in l. Iulianus. ff. de actin. empti. vbi dicitur; Qui tradit rem vitioſam ſcienter, tenetur ad intereſſe etiam extra rem; ſi ignoranter, tenetur qnanto minoris. Sed hoc fallit in ſeruo fure ſecundum Bartol. ibi. facit etiam tex. in l. bonitatis. ff. de euictioni. & hæc ipſa vitioſitas, vel malitia in re ipſa ſit conſiderata poteſt merito dici intereſſe intrinſecum, quia eſt vitium, ſeu mor bns rei impediens id, ad quod natura rem illam produxit. & hoc eleganter probat text. ſecundum Salicet. qui forte non eſt alibi, in l. i. §. ſed ſciendum ff. de edili. edicto. Aliud eſt intereſſe extrinſecum, & hoc eſt duplex; vnum proximum, alind remotum: proximum à iuriſconlultis uuncupatur circa rem, vt. l. ſi ſterilis. §. cum pernenditorem. ff. de actio. empti. vbi habetur; Intereſſe, quod eſt circa rem, petitur propter moram in non tradendo: & non habetur ratio intereſſe extrinſeci. & ibi vide Bartol. & hoc ideo fortaſsis, quia canſatur à proximo intrinſeco, & immediate; & ex hoc, quia vel res ipſa non traditur, vel non æquæ bnna, vt debetur: ideo ratione cohærentiæ, uel malitiæ, ſeu ratione rei uon traditæ habetur ratio huius intereſſe circa rem, quod eſt ipſins ſolius principalis rei extimatio minuta, vel aucta non inſpecto aliquo corpore diſtanti, vel cohærenti, vt dicto. §. cum per vanditorem. Remotum autem appellamus extra rem, quia non eſt circa rem, & hoc eſt æſtimatio corporum ipſi principali rei cohærentium, vel diſtantium diminutorum, ſeu vitiatorum, vel perditorum ipſius principalis rei vitio. Et poteſt poni exemplum in ſeruo hærede inſtitnto poſſeſſo ab alio, qui fnit in mora tradendi, vt quia in ſe ſit vitioſa; vt dicta l. Iulianus. in principio; vel quia ſit euicta, vt l. venditor ff. de euictionl. vbi dicitur in cauſa enictionls venit omne lucrum, quod emptor feciſſet, ſi res eius effecta fuiſſet, vel etiam non traditorum, & tradi debent, vt in dicta l. Iulianus. §. ſi quid. vbi litera dicit; Quidquid lucratur ſeruus venditoris pertinet ad emptorem: & hoc intereſſe remotnm appellamus, quia non ex re, ſed propter rem venit: & extra rem: quia non intra, nec circa rem. Itaque habemus ex glo. dicta l. vnice, quòd intereſſe aliud eſt intrinſecum, aliud eſt extrinſecum, vt dixi de menae Bartol. quem ſequuntur omnes doctor. in dicta l. vnica. & notabis intereſſe conuentum in totum deberi, vt per gloſſ. in dicta l. vnica. in ix. col. verſiculo; nnnc venio; quia, ut ait gloſſ. ait prætor pacta ſeruabo. l. iuriſgentium. §. prætur ait. ff. de pactis. Item quia contractus ex conuentione legem accipiunt, ut in l. i. §. ſi conuenerit. ff. de poſiti. l. contractus. de regnlis luris. quia, ut dicunt uulgares, pacta rumpunt leges. gloſſ. eſt in cap. i. de regulis iuris. in vi. dicit Curtius in dicta l. vna. col. xxi. & etiam in xi. quòd iſtud intereſſe conuentum non poterit quadruplum excedere, ſicut nec pœna conuentionalis. §. omnes Inſtitu. de actio. qui tameu text. loquitur de pœna legali, quæ non excedit quadruplum; ſecus, in conuentionali, quæ à uoluntate, & conuentione partium dependet, ut per gloſſ. in dicta l. nnica, in uerbo proferuntur: & ita tranſeunt communiter doctor. & uide Imolam, & Iaſonem in l. ſtipulatiu iſta, In. §. alteri. ff. de uerbnrum obligatio. quæ opinio procedit etiam in foro canonico, & in foro conſcientiæ, quando abſque fraude uſurarnm opponitur, talis pœna, etiam quòd excedat intereſſe, licita eſt, & exigibilis ſecuodum Theologos; quia intereſt publicæ utilitati, ut pacta ſeruentur; ut per Angel. in lua ſumma, in nerbo uſura. §. xxxi. uerſiculo. ſextus caſus. & uide doctor. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petat. facit text. in l. i. in principio. ff. de loco pnblico. fru. Vbi interdicta ratione publicæ utilitatis cauſa propoſita tuetur prætor. Ideo male uidetur dixiſſe Bal. in dicta l. unica. col. iii. dum uult, quòd ſi tantnm non interſit, peti non poſsit; opinio tamen Bald. & aliorum, ne conuentum intereſſe poſsit quadruplum excedere, magnam ſapit æquitatem; quia ut in ſimili dicit text. in dicta l. unica. hoc non uidetur naturæ congruum. faciunt etiam ea, quæ Bald. ſcribit in dicta l. una. in x. oppoſitione. accedat text. in l. cum allegas. C. de uſnris. quæ pœnam quadrupli permittere uidetur ceſſante ſuſpitione in legitimarum vſurarum; ultra ergo quadruplum non uidetur permiſſa, & per conuentionem.

Et prædicta concluſio, quòd intereſſe conuentum totnm peti poſsit, etiam quòd excedat duplum, limitari poteſt dupliciter. i. procedat, quando quantitas intereſſe fuit à principio taxata; ſed ſi quis à principio promiſiſſet damna, & intereſſe; iſta promisſio generalis ſecundum terminos, & diſpoſitionem iuris communis intelligi debet, ita quòd non excedat

duplum iuxtà prædicta.argumen.in l.i.§.ſi quis ſub conditione.ff.vt lega. nomi.cauea.reſtringen
do, ut per Decium in dicta. l. vnica. x. col. faciunt, quæ tradunt ſcribentes in l. hæredes mei,
§.cum ita. ff. ad Trebelia. Secundo limitatur concluſio prædicta, quòd quantitas pro inter-
eſſe taxata ſit exigibilis, & non procedat; vbi eſſet ſuſpitio vſurariæ prauitatis. ita Decius poſt
Bald.in d.l.vna.

Sed aduerte, quia difficultas eſt, quando dicatur eſſe ſuſpitio vſurariæ prauitatis, ita quòd taxa
tio intereſſe a principio illi ſit: dicendum eſt, quòd vbi pœna in effectu eſt adiecta dationi quan-
titatis pecuniæ, videtur in fraudem vſurarum adiecta; nam in ſimilibus contractibus & materia,
ſolent vſuræ permitti; & ideo exigi non poteſt; ſecus, ſi ſit adiecta facto, vel dationi ſpeciei.l.cum
allegas.vbi plene per ſcribentes.C.de vſuris.Curt.in d.l.vna.colum.xi.cum ſequenti.Et quando
factum, vel non factum eſt in obligatione, an ſuccedat obligatio ad intereſſe, ſitque in electione
actoris agere præciſe ad factum, vel ad intereſſe, vide gloſſ.in d.l.vnica. ſuper verbo, incerti. quæ
continet materiam altam, & ſubtilem; ac de apicibus iuris. Sed vide ea, quæ doctor. ſcribunt in l.
ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verborum obligat.

Vt autem materiam explanemus, intereſſe eſt triplex, aliud conuentum, aliud commune, aliud
ſingulare. Conuentum intereſſe eſt precium rei, vt dixi; de quo inter ementem, & vendentem
conuenit, vt ſi vendis mihi rem.pro.x.ſolui.x.& ſi non tradis, petam conuentum intereſſe, ſi vo-
lo: & petitur quantumcunque ſit, quia prætor ait, pacta ſeruabo, vt.ff.de pactis.l.iuris gentiam.
§.ait prætor. Et quia contractus legem ex conuentione accipiunt, vt.ff.depoſiti.l.i.§. ſi conuene-
rit, & iam dixi de hoc, Eſt & commune intereſſe, vt ſi vendis domum pro x. quæ valebat com-
muniter xii. ſoluo tibi x. tu non tradis mihi domum: conuenio te ad meum intereſſe, & hoc pe-
titur in contractibus, & quaſi, quantumcunque ſit, vt ff. ad l. Falcid. l. præcia rerum, cum. l.
ſequen.& l. ſeruum ff.ad l.Aquili. vbi dicitur; In actione legis Aquiliæ venit intereſſe commune,
non intereſſe affectionis; & pretia rerum non metimur ex ſingulari affectione, ſed æſtimatione
communi.& vi.Bal.in d.l.ſi ſeruum.

Eſt ſingulare intereſſe (vt ſuperius dixi) quando plus intereſt mea habere, quam alterius; Ec-
ce paupertate coactus vendidi tibi librum, & poſtea factus diues emi à te librum: & iſte liber va
let communiter.xv.ſoluo tibi precium, tu non tradis mihi librum, conuenio te ad meum inter-
eſſe: dicit iudex, quod eſt tuum intereſſe: dico ego intereſt mea in 100. quia ſi habuiſſem, optime
legiſſem, & fuiſſem lucratus centum, vel poteſt notari exemplum; habebam duo prædia, inter
iſta prædia mea lata erat prædiolum tuum, emi à te illud prædiolum; & ſolui tibi precium; tu non
tradis, conuenio te ad meum intereſſe: dixit iudex, quod eſt tuum intereſſe? ego dico, intereſt
mea in 100. quia prædia mea non poſſunt claudi ſine illo, quin aliquis ſiet mihi damnum; nam
intereſt mea habere prædia vicina meis prædiis, vt ff. de lega. ii.l.ſi cui. ubi litera dicit, ſæpe enim
confines, notari poteſt alio modo exemplum: Vendidiſti mihi prædium tuum pro x. non vis tra
dere, conuenio te ad meum intereſſe. dicit iudex, quid intereſt tua? dico ego, intereſt mea habe
re prædia, vel domum, &c. vt C.de adminiſt. tuto. lex, quæ tutores. Aduertite in iſto intereſſe;
quia aut petitur ex contractu, qui habet certam quantitatem, vel naturam; & tunc iudex debet
te condemnare vſque ad duplum communis, non ad totum tuum intereſſe, ne in infinitum ex-
cedat. Aut petitur intereſſe ex contractu incerto, qui non habet certam naturam, vel quanti-
tatem; & tunc petitur quantuncunque ſit, vt in dicta l. vnica. Et ſic notate, quòd intereſſe aliud
eſt commune; aliud eſt conuentum, aliud ſingulare: & hæc diſtinctio, ſeu diuiſio colligitur in
l. i. ff. de contrahenda emptione, & vendit. Sed vt melius ſitis inſtructi, quæro, quæ eſt ratio, qua-
re ſi petitur intereſſe ex contractu, qui habet certam quantitatem, vel naturam, petitur intereſſe
vſque ad duplum communis; Si autem petitur ex contractu incerto, qui non habet certam
quantitatem, vel naturam; tunc petitur quantuncunque ſit? ad quod reſpondetur multis mo-
dis ſecundum doctor. in dicta l. vnica. Sed tu dic breuiter: in primo caſu tenetur venditor da-
re, & dare eſt accipientis facere, vt inſtitu. de actio. §. ſic itaque. vnde non liberatur in præſtan
do intereſſe: ſed qui eſt obligatus ex contractu incerto, tenetur facere, & qui tenetur facere,
liberatur regulariter præſtando intereſſe, vt ff. de re iudica. l. ſi quis ab alio.§. vt teneatur vſque
ad duplum communis; non ad quantuncunque ſit, vt. ff. de iure iuran. l. eum qui. Sed nota, quòd
tota lex vnica, loquitur in ſingulare intereſſe, vbi dixit Bart. de mente illius legis; Prolixitates
antiquæ circa intereſſe ceſſant per iſtam legem, & in caſibus certis venit in totum quod intereſt,
& habetur ratio lucri; & damni. Ideo quæramus, vtrum ſingulare intereſſe poſſit peti ex o-
mnibus contractibus; tu dic excluſis aliis opinionibus, quòd ſingulare intereſſe petitur ex o-
mnibus contractibus, ſiue ſint bonæ fidei, ſiue non; ſiue arbitrarii, ſiue non. Sed vbi petitur
ex contractu, qui habet certam qualitatem, vel naturam, petitur vſque ad duplum communis;
ſed ſi petitur ex contractu, qui habet certam qualitatem, vel naturam; petitur quantuncunque
ſit; & pro hoc eſt, quod dicitur in d.l.vnica, in omnibus contractibus; ergo generaliter debet intel
ligi, vt.ff.de lega.præſtandis.contra tabu.bono.poſſesſione petita.l.i.§.generaliter; & quia vbi lex
non

non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio.ff.de po.in rem actio.Sed quęro, vtrum commune intereſſe veniat in quolibet contractu? diſtingue;aut rem dari eſt in obligatione, aut fieri.Si rem dari,vel tradi eſt in obligatione,puta quia promiſiſti mihi dare ſtichum,vel domum; hic præciſe teneris dare: vnde hoc caſu non venit intereſſe commune; quod dare eſt accipientis facere, vt inſtitut. de actio.§. ſic itaque. ſi dare non poteris, quia res perit, vel eſt deterior facta, condemnaberis ad veram æſtimationem, vt ff. de legat.i.l. ſi domus.§. qui confitetur. & ff. de conditione triticaria.l. ii.§. in hac. & ff. de dolo.l.arbitrio. Si autem promiſiſti rem dare, hic dico, quòd ſi es in mora tradendi, petam intereſſe commune, vt ff. de actio.empti.l.i. & ff. de verborum obligat. l. qui fundum. & ff. ſi cert. petat.l. cum fundum. Si non es in mora, condemnaberis ad fundum, vt ff. ſi certum petat. l. cum fundum. & ff. de verborum obligat. l. ſi ſeruum in principio. Item hoc eſt verum in contractibus nominatis, ſecus in contractibus innominatis, vt ff. de præſcript. verbis. l. naturalis. §.i. Si autem fieri eſt in obligatione, regulariter qui tenetur ad ſactum, liberatur præſtando intereſſe, vt ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. Fallit in caſibus, vbi qui tenetur ad factum, tenetur præciſe facere, vt ff. de procurato. l. ſed defuonctus. Item fallit, ſi nunciaui tibi nouum opus, vt ff. de noui.ope nunt. l. ſtipulatio.§. ſine

Qualiter autem probabitur ſingulare intereſſe,commune,& conuentum, eſt vtile ſcire;ideo ſciendum eſt, quòd docto. in hoc dicunt,quòd aut quæritur de intereſſe conuento,aut communi,vel ſingulari.Si de conuento illud probatur per teſtes. vel inſtrumenta, vt l. fin. ff. de prætoriis ſtipulatio. & dicit Bald. in d.l. vnica, quòd per inſtrumenta emptionum probatur præſens rei valor; ſi illa inſtrumenta ſint de proximo; nec præſumitur ille valor mutatus, vt notatur in l. ſi inter virum.C.de iure dotium.

Si quæratur de communi intereſſe,illud probatur per teſtes de communi pretio deponentes, vt dixi allegando tex.in l.pretia rerum.ff.ad l.Falcidi.& petens debet articulare,& probare,quòd in tali anno pro maiori parte anni in tali loco,in foro publico frumentum emebatur, & vendebatur pro tanto pretio; nec ſufficeret ſimpliciter probare,quòd frumentum in loco publico tantum valuit. probat. tex.in d.l.pretia.in §.fi.& de hoc in l.viuum.ff. ſi certum pet. De foro etiam publico ideo dicitur, quia non ſufficeret, ſi in domibus priuatis plus vendebatur, vt multoties contingit, maxime tempore careſtiæ; & vbi in loco publico non poteſt vendi, niſi certo pretio. Circa quod etiam videre notata in l.ii.C.de reſcind.vendi.& l.ſi fundum per fideicommiſſum ff. de lega.i. Sed æſtimatio rei ſtantis ſecundum præſens tempus de facili probatur;vno modo per iudicem,qui poterit æſtimare.l.ſi.C.de iure do.impetrando.Alio modo per æſtimatores aſſumendos.l.hac editali.§.his illud.C.de ſecun.nupti.Et eſt ponderandum,quòd hæc aſſumptio poteſt fieri poſt dicta teſtificata ſecundum Bald.in d.l.ii.C.de reſcinden.venditio.& Bart.in l.ſi quod ex pamphila.ff.de lega.i.Tertio poteſt fieri,vt ſubhaſtentur alta voce,& facta venditione ſecundum illam,an venditor poteſt dicere ſe deceptum,& ſe timore territum vendidiſſe.ſenſit Bartol. quòd ſic,in l.i.C.de præſcri.xxx.anno.per.l.ſi quos.C.de reſcin. venditio.Sed contrarium videtur verius,quando eſt res vendita iudicis decreto interueniente.C.de prædiis.curi.l.i.li.x.nec obſtat.l.ſi quos,quia loquitur quando clare conſtat de ambitione. Ex his dicit Bart.in d.l. ii. quòd ad probandum ſe deceptum,ſufficit,quòd ad eius petitionem iudex mittat æſtimatores. Sed aduerte,quia illa probatio debet referri ad tempus venditionis.De ſingulari intereſſe,aut quæritur in actionibus,in quibus iuratur in litem,vt ſunt actiones bonæfidei,& arbitrariæ, quādo agitur contra doloſum; & probatur per iuramentum in litem. l. in actionibus.ff. de in litem iuran. aut quæritur in actionibus,quæ non ſunt bonæfidei,nec ſtricti iuris arbitrariæ; & tunc aut deuenitur ad intereſſe propter contemptam maieſtatem prætoris,& poteſt probari per iuramentum in litem, vt l.qui reſtituere.ff.de rei vendica.aut ob aliam cauſam deuenit ad petitionem intereſſe,& tunc contra dolo delinquentem probabitur per iuramentum,vt.l.ſi quando.C.vnde vi. & l.ſemper.§.hoc interdicto.ff. quod vi, aut clam: contra alium vero dolo non delinquentem probabitur per teſtes. Et ſi quæris, qualiter teſtes debent deponere, vt probent hoc intereſſe ſingulare, dicunt docto.in d.l.vnica, quòd teſtes non debent eſſe ſingulares, ſed conteſtes in æſtimatione intereſſe ſingularis:ſunt autem conteſtes ſecundum Bald.in d.l.vnica, quando ſunt eiuſdem peritiæ, & deponunt per eundem modum reſpectu peritiæ; aliàs ſecus, ideo ſecundum omnes non probat teſtis, qui deponit,quòd pro tanto rem emiſſet,& ꝙ ſua tantum intereſſet;ſed debet dicere, quòd pro tanto pretio res empta, vel vendita fuiſſet, & tantum intereſſe cuiuslibet hominis ſcientis rei conditionem,& habentis rei notitiam. Et ſic deponendo dicit Salicetus in d.l.vna, ꝙ de cauſa ſcientiæ deponit arbitrando de ſe ad alios. Ideo teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondebit quilibet,qui ſciret rei conditionem,& factum notum haberet;quòd rem in tantum ſibi caram retineret,nec pro tanto re illa carere vellet,ideo eius tantum intereſſet.Et vt clarius pateat,pone,quòd librum,puta codicem peto,in quo ſtudui longo tempore,& apoſtillas ſcripſi,& memorias in eo feci;ex quibus cauſis intereſt mea vltra commune pretium, & magis quàm alte-

rius;& hoc ratione affectionis,& vtilitatis ex prædictis inſurgentis:& quia non traditur, vel reſtituitur,deuenitur ad petitionem ſingularis intereſſe,& volo illud probare per teſtes. Primo articulabo commune intereſſe,id eſt communem huius libri æſtimationem, puta x. Et ſingulare intereſſe poſtea in hac forma. Item quòd vltra communem æſtimationem decem aureorum intereſt mea in quinque; quia liber ille non eſt mihi traditus,vel reſtitutus;& hoc ex eo quia in illo libro tanto tempore ſtudui, & memoriam feci, & apoſtillas ſcripſi, & in tanta quantitate æſtimo mihi vtile fuiſſe,& eſſe,illum librum traditum,vel reſtitutum mihi fuiſſe;Et tantum deberet vnuſquiſque æſtimare mea intereſſe, & cuiuslibet alterius exiſtentis in caſu meo, qui omnium prædictorum cognitionem,& notitiam haberet. Et ideo computata communi æſtimatione cum hoc ſingulari intereſſe probare intendo mea ſingulariter intereſſe in xv. librum illum mihi traditum non fuiſſe,quia pro tanto illo libro carere nollem. Et ſuper iſta forma ſic tradita, & articulo intellecto teſtes facilius deponent, & intelligent ſuper quo habent deponere; & ſine iſta vel ſimili forma vix ſcient intereſſe ſingulare probare;& ex hac forma poteſt recipere modum capitulandi in aliis caſibus ſimilibus.Et ad formas prędictas poteſt addi;quia ſic communiter empta,vel vendita fuiſſet homini ſcienti conditionem rei.l.mortis cauſa capitur.& ibi gloſſ.ff. de donatio. cau. mor.Adde etiam,quòd tanto,dicitur res plus valere,quanto poteſt facilius vendi,& minore grauamine venditoris.Exemplum;ſi vendi poteſt ſine cautione de euictione, vel fideiuſſore non præſtito; vel ſi vendi poteſt præſenti, vel etiam non præſenti,ſed emptori locupletiori,vel legaliori. text. eſt notabilis in l.iiii.§.melior. ff. de in diem addicti. Vnum tamen notate circa præmiſſa; quòd licet teſtis regulariter non interrogatus de cauſa ſcientiæ,valeat teſtimonium,etiam ſi de illa cauſa nihil dicat,vt notatur in l.ſolam.C.de teſti.non tamen valet eius dictum in materia intereſſe,ſi de cauſa ſcientiæ nihil dicat,ſecundum Bald.& Salice. in d.l. vna. quia ipſum ſingulare intereſſe non poteſt iti ſe ſciri,niſi per cauſas ipſum cauſantes, & quas ipſum intereſſe ſingulare implicat,& ſupponit.& pro hoc facit tex.in d.l.vnica.in verbo, ſubtilitatem. Sed an ſit locus delationis iuramenti.i.iuris iurandi in ſupplementum plenæ probationis, vbi actor probat intereſſe. ſingulare per vnum teſtem; Bald.in d.l.vnica, putat, quòd non; quia in hoc probationis genere ratio teſtis procedit per viam induſtriæ,& non per viam ſenſus corporalis;& ideo non eſt liquida probatio.& hoc dicit gloſſ.d.l.vnice voluiſſe. dum dicit, quòd duo ſunt teſtes neceſſarii; quæ eſt ſuper verbo ſubtilitatam. Salicetus autem reliquit cogitandum; quia videtur ſecundum eum, quòd hanc induſtriam teſtis non habeat, niſi ex ſenſibus corporeis;& ſic iſte caſus, qui non reperitur exceptus,remanet ſub regula aliorum. ideo Cinus,& Bar.dicunt in d.l.vnica,quòd etiam ſi intereſſe non ſit ſic directæ probatum,& iudex ex probabilibus coniecturis hoc intereſſe videret; poſſet ipſe ex ſuo officio implorato in iſto intereſſe condemnationem facere: & dicunt, hoc probari in d.l.vnica.verſiculo, in aliis autem caſibus; & l.non ignorabit. C. de fructi. & litis expenſis. & expreſſius in d.l.ſemper.§.hoc interdicto.ff.quòd vi,aut clam; & l. ſi quid ex pamphila.ff. de legatis ſecundo.adde ad hoc notata in l.ſi duo patroni. ff. de iure iuran. & vide ibi glo. & Bald. vbi dicit, quòd talis præſumptio addita vni teſti facit, quòd iudex in delatione iuramenti debet hunc facere. quod nota. Item aduerte in d. l. vna, quæ vult, quòd vbi quis vendidit rem, non poteſt cogi præciſe ad rei traditionem,ſed liberatur præſtando intereſſe.de quo vide late per docto.in l.ſi traditio.ff.de actio.empti.& per Bartol.in d.l.i.de actio.empti. gloſſ. tamen quæ eſt inſtitu. de contrahen.emptio.§.pretium. ſuper verbo,tradatur; tenet, quòd ſi venditor rem habeat, cogatur tradere; alias ſecus: & hoc tenet Salicetus in d.l.ſi traditio, per multas rationes. tenet etiam in d.l.vnica, quod intelligit Bald. eſſe verum, ſi commode fieri poteſt, id eſt ſi res non ſit ſubiecta euictioni, & de facili poſſit tradi. Nam æquitas hoc dictat; quia ait prætor, pacta ſeruabo; & hoc probatur iure decretorum. cap. qui ſtudet.i.q.i. Et eſt communis opinio. Scias tamen,quòd dictum.d.gloſſæ fallit in condemnato ſecundum Ange.& Bald.in d.l.qui reſtituere.ff.de rei.vendi. vbi eſt caſus limitans omnia iura mundi dicentia, quòd obligatus ad rem tradendam liberatur ſoluendo intereſſe; quia hoc procedit, niſi quis fuerit condemnatus: & hoc operatur virtus ſententiæ,& ſic limitatur.l.ſi rem tradi.ff.de verb.obliga.limitatur etiam.d.lex.i. de actio.empti.quod notate perpetuo.

Attendite etiam ad vnum ſecundum Bal.quòd ſi venditor conſtituat ſe precario nomine poſſidere:indubitanter tenetur prçciſe ad rei traditionem,quia res facta eſt emptoris,dummodo ſatisfactum ſit de pretio: alioquin non,vt.ff.de exceptio.doli.l.ſi pater.§.ſi ex quadrante;eum poſſit venditor retinere iure pignoris.vt.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.empti.&.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de conditio.indebi.Item dicit Bald.in d.l.vnica,quòd ſi de venditione eſt factum inſtrumentum guarentigium,quod habet paratam exequutionem,venditor tenetur præciſe ad rei traditionẽ; quia habet vim ſententiæ per dictam.l.qui reſtituere.quod tene menti; quia vtile eſt.

Aduertendum eſt, quòd tantum fuit, & tam graue odium apud veteres doloſorum & contumacium,vt etiam ſi teſtibus, vel inſtrumentis non liqueret, quanti interſit, credatur ſolo iuramento actoris in litem, vt iam dixi: & eadem pœna coercerentur nefarii raptores, ſeu rerum violenti

lenti

lenti ablatores: cum enim quis tantam iniuriam paſſus ſit, lex in eo ſubleuat; vt non teneatur probare per teſtes, ſed eius ſolo iuramento credatur, quantum illi abſit ex violentia. text. in d. l. ſi quando. C. vnde vi. Vide quomodo ex eo conſtitnes eius, qnod intereſt, diuerſas ſpecies: Pro eadem communi ſententia ſolet adferri tex. in l. qui tabulas. ff. de furtis. Vbi qui tabulas, aut chirographa amonerit, furti tenebitur; non tantnm pretii ipſarum tabularum, ſed eius, quod interfuit, quod ad æſtimationem eins ſummæ refertur, quæ in tabulis fuit, ſcilicet ſi tanti interfuit: & actio, quod metus canſa, datur ad quadruplnm, in quo rei pretium continetur. tex. in l. ſi cum exceptione. ff. quod metus cauſa.

Notate, quòd omnis contractns ſuam ſubſtantiam, legem, & naturam habet, itaque eſt ſciendum, in omnibus contractibns eſſe ſubſtantiam, legem, & naturam, non tamen in omnibus, vt poſtea dicetur. Subſtantia in contractibus eſt illa, ſine qua non poteſt contractus illo nomine, quo vocatur appellari, ſed tranſit in alium; & ſine qua non poteſt ſubſtineri, velnti eſt in contractn emptionis, pretium; ſi enim non ſit pretíum, ſed vtrinque merces, non erit emptio, ſed alius contractus quem vocant, do, vt des. inſtit. de emptio. & vend. §. pretium. l. naturalis. §. i. ff. de præſcrip. verbis. lex contractus eſt id omne, quod inter contrahentes conuenit; conuentiones enim partium dant legem contractui. Eſt præterea natura contractus; & ego putarem naturam eſſe id, quod venit in contractum, etiam ſi à partibus omiſſum ſit; &, quod illi quaſi innaſcitnr: quam quidem habent omnes contractus bonæ fidei. text. in l. ex empto. ff. de actio. empti. cuius rei exẽplum vnum ſufficiet ex cõtractu mutui, cuius natura eſt, vt is, qni mutuum accepit, reddat eiuſdem bonitatis, qualitatis, vel menſuræ, ſi in menſura conſtat, vel eiuſdem numeri, vel non minoris ponderis: idque etiam verum eſt, ſi non dictum ſit inter contrahendum. l. cum quid. ff ſi. certum petatur. naturam etiam reperimus in contractibus illis, qui non habent nomen à lege, pro quibus inuenta eſt actio præſcrip. verbis. quos innominatos vocant, vt in illo; do, vt des. cnius natura bæc eſt; vt ſi non feceris illam rem, quam à te conſequi debeoi meam, & mei dominii poſſim repetere, quod dedi. l. naturalis. §. i. ff. de præſcrip. verbis. In eo autem, quod de natura dictum eſt, conſtituta eſt ſumma differentia inter contractus bonæ fidei, & contractus ſtricti iuris, in quibus nihil ineſt naturæ, & omnia vere ſummi, & ſtricti iuris; in quibus nihil venit, niſi quod expreſſum inter contrahentes conuenit. tex. in l. quidquid aſtringendæ. ff. de verbor. obligatio. & ibi dicit. Bart. per illum tex. Obſcuritas omnimoda vitiat ſtipulationem; & ſi poteſt interprætari, interprætatur pro promiſſore. ſed vbi verba ſunt clara, interprætationem non recipinnt. Illi ergo ſtricti iuris contractus non tenebuntur hac conſtitutione, niſi forte adhuc in illis deducatur certa quantitas, vel ſpecies: habet enim conſtitutio legis vnicæ ſub diſiunctiuam, vel quæ alterutro ſemper contenta eſt; & vt eſt natura contractus aliqua certa, & ſtatuta: ſic & cuique rei ſua eſt natura: idque de natura cuinſque rei eſſe dicimus, quod ex ipſa tanquam procedit, & naſcitur; vt iam diximus. Ita nos ſeparauimus hæc omnia, vt nullus iſta intricatione confundatur. Itaque contractui ſtricti iuris nihil ex natura ineſt, niſi quod expreſſe dictum fuerit à contrahentibus. Et cóntractus certam naturam habentes qui dicantur, Iuſtinianus declarat. in l. vnica. C. de ſenteut. quæ pro eo, quod intereſt, præferun. quæ lex eſt farrago noſtri libelli.

Nunc dicamus aliqua de materia moræ; & de materia intereſſe, videte tractatnm Andreæ Alciati, & inuenietis eum in vnlumine tractatuum in volumine qninto. ſol. clxx. & videte etiam tractatum de intereſſe in dict. volumine quinto Antonii Fumei Pariſienſis in ſol. clxxvii.

Circa materiam moræ notate primo, quòd moræ diffinitio non eſt facilis, imo difficilis propter factorum varietatem; qnia quem eſſe in mora magis eſt facti, quam iuris; quia iura ſunt certa, facta incerta, & ideo ſub regula tradi non poſſunt. Simile eſt alibi inuenire propter infidelitatem hominum quanta fides ſit teſtibus adhibenda; & ideo ſub regula tradi non poteſt. ff. de teſtibus. l. iii. §. verba. vbi dicitur; Verba epiſtolæ hæc ſunt, tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus, &c. ſicut etiam propter varios mores hominum difficilis eſt diffinitio impenſarum. ſcilicet quæ impenſæ ſint repetendæ, & quantæ: & quando quidam ſunt nimis delicati, ve ſunt fatui; quidam ſunt, qui non expenderent aliquid, niſi in cauſam neceſſariam tantum, & vtilem, probabilem. vt. ff. de impenſis in rebus dota. ſac. l. iii. & l. ſeq. & l. quod dicitur. &. ff. de rei vendicatio. l. in fundo. &. ff. de pigno. actio. l. ſi ſeruos. in l. Mora. ff. de vſuris. Et in materia moræ notabis, quòd mora ſua cuilibet eſt nociua, vt in c. mora. de regulis iuris, in vi. vt ecce, ſi debitor eſt in mora ſoluendi, erit ſibi nociua quantum ad plura, quia ad rei interitum caſu contingentem, vt. ff. ſi certum peta. l. quod te. vbi dicitur; ad debitorem ſpeciei poſt moram ſpectat periculum interitus. ſimilis text. in l. ſi in Aſia. §. fin. ff. depoſiti. vbi dicitur; poſt litem conteſtatam rei periculum pertinet ad depoſitarium. ff. de verborum oblig. l. ſi ex legati canſa, vbi dicitur; debitor ſpeciei eius interitu liberatur ante moram, quæ interpellatione contrahitur, ſi fiat maiori, uel tutori pupilli. & in l. ſi ſeruum. eo. tit. dicitnr; re perempta, vel à communi commercio exempta, tenetur debitor, ſi mora, vel culpa præceſſit ipſius, vel eins, qui ab eo cauſam habet. & uide ad hoc text. in l. apud Iulianum. §. i. vbi dicitur; hæres poſt moram tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi

potue-

potuerunt,& de interitu,& omni cauſa ſecundum Bartol.ibi.ſimilis text.in l.cum res.eod.titulo. Item eſt nociua mora quantum ad intereſſe,quod peti poteſt; augetur à die moræ in odium debitoris moroſi, vt.ff.de actio.empti.l.ratio.§.ſi venditorem.& ff.de re iudica.l. ſi Calendis: huius autem occaſione quæri poteſt, an intereſſe ſit in obligatione poſt moram, ita quòd peti poteſt per libellum iure actionis; vel an deducatur in condemnationem per iudicis officium tantum: opinio eſt inter iuris prudentes,determinant enim aliquando.ff.de re iudica.l.ſiquis ab alio.§.vlti.quòd intereſſe non poſſit per iudicis officium in condemnationem deduci.argumen.ff.de verborum obligatio.l.ſi ſeruum.§.vltimo,& l.eum, qui ita.&.ff. de conſti. pecunia.l. promiſſor hominis. quod poſſet habere locum,vbi eſſet in obligatione rem dari; ſed vbi eſt in obligatione factum,tunc poſt moram etiam eſt in obligatione intereſſe dubium, ex tacita promiſſione, ſi non fuit factum quod in conuentione deuenit,vt.ff.de verborum obligatio.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.celſus.& ibi notatur.& in l.ſi pecuniam,vbi dicitur, quòd intereſſe in ſtipulatione venit:& ideo bene ſequitur,quòd poſſit per libellum peti. Et de iſta materia vide Dynum in d.c. mora,de regulis iuris; vbi multa videbis.

Dixi ſuperius,quòd mora non poteſt faciliter definiri,ſed ſecundum Salicetum in l.ſemel mora. ff. ſoluto matrimo. Mora eſt delictum culpabile in debito ſoluendo, vel credito recipiendo commiſſum. Hæc deſcriptio compræhendit tam debitoris,quàm creditoris moram: de qua mora vtriuſque tractat. d. lex ſemel mora. Et iſta materia moræ eſt optima, & materia in iudiciis frequenter agitata: ideo dicemus, qualiter quis conſtituatur in mora; & ponemus fallentias, in quibus abſque interpellatione mora contrahatur. Item dicemus qualiter etiam per interpellationem mora non contrahitur. Et primo notabimus,quòd regulariter per interpellationem conſtituitur quis in mora factam congruo loco,& tempore,vt in d.l.mora. ff. de vſuris & l.quod te. ff.ſi certum peta. l. titia.§.vſuras.ff. de lega.ii.& vi.tex.in l.ſi ex legati cauſa.& ibi Bar.ff.de verborum obligatio.& vide Bar.in l iſta ſtipulatio.eodem tit. Idem dic, quòd vnica ſufficiet interpellatio: quia in iſtis extraiudicialibus vnica interpellatio habet vim peremptorii.gloſſ.ordinaria in c.ſi Epiſcopus.xviii.diſtinctio.& in l.ſi tempora.C.de fide inſtrumen.& Iu.aſt. fiſ.lib.x.& in clemen.i.de hæreti.Bart.in l.qui Romæ.§.ſcia.ff.de verbor.& in d.§.vſuras. & in d.l. mora. & in c.cum nobis olim, de electio.Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adoptio.Ioannes Andreas in cap i.& ii. de iure iuran. itaque vnica ſufficit interpellatio. Sed hoc non procedit,quando inferior vult conſtituere ſuperiorem in mora: nam trinæ requiruntur interpellationes. caſus eſt ſingularis in c.i. de ſupplenda negli.prælato.Antoni.in c.vim cauſa, de officio delega.& in c.ex literis. & ibi Imola,de conſtituti. Et de hoc,& quid in cauſa appella.vi. tractatum Marci Antonii Baueri in primo folio: & inuenies in volumine tractatuum,in volumine primo fo.ccxxxiii. & intitulatur tractatus de mora. Et interpellatio vnica nunquid ſufficiat ad moras in pari ad parem. Et quid de inferiore ad ſuperiorem, ibi videbis. Et ſi collega interpellat collegam,an ſufficiat vna interpellatio. ibi videbis, & multa pulchra ibi inuenies.& ibi dicit,quòd licet per duos actus inducatur conſuetudo,ut per doctor.in c.fi.de conſuetu.l.iii.C.de Epiſco.audi.Bar.in l.de quibus.ff.de legi. & in l.ii.C.quæ ſit longa conſuetudo.Ange.in §.ex non ſcripto.inſtitu.de iure natu.tamen illud procedit,quando inter primum,& ſecundum actum interuenit temporis interuallum, aliàs unus tantum actus reputatur;& impeditus facere actum non excuſatur,niſi de impedimento proteſtetur. vi.ibi in iiii.col.quòd vna interpellatio ſufficiat, intellige in extraiudicialibus: ſed in iudicialibus tres requiruntur interpellationes.l.ad peremptorium.cum ſequenti. ff. de iudiciis.l. tres denunciationes.C.commodo & quam.iudex.l.de vnoquoque.§.i.& l. contumacia.ff. de re iudica. & de hac materia vi.Bartol.in l.b finita.§.Iulianus in iiii.col.ff.de damno infecto.& per Paul.de Caſt. in d.l.ad peremptorium.& per Canoniſtas in c.conſuluit. de officio de legati. & per Alexand. in d.l.de unoquoque.§.i.& plene per ipſum in d.l.contumacia.ubi ponit x.limitationes; in quibus in iudicialibus vnica ſufficit interpellatio: & ibi etiam ponit aliquas fallentias, in quibus iudex non poteſt facere unam citationem pro omnibus, iuxta tex. in l.nonnunquam. ff. de iudiciis. diximus,quòd per interpellationem mora contrahitur,ut per gloſ.& docto.in cap.non eſt obligatorium.de regu.iu. in vi. ſed hoc non procedit, quando in obligatione eſſet adiecta dies. Nam lapſus diei abſque alia interpellatione debitorem in mora conſtituet: itaque ſi promittis dare in diem uſque ad menſam,ſi ante diem non das,elapſa die es in mora; quia dies, in quem tenebaris dare,te interpellat.l.ſi fundum.ff.de uerbo.obligatio.& ff.de actioni.& obligatio.l.traiectitie. & C.de contrahen.& commi.ſtipula.l.magnam.& C.de iure emphir.l.ii.Et hoc eſt uerum,ſiue iſta dies ſit expreſſa ab homine,ut in d.l.magnam, ſiue tacite inſit ex natura rei. l. ſi ſtipulatus eſſem abs te.& ibi Paulus.& docto.ff.de uerbo.obligatio.& ita firmauit Bartol.in l.ſi ſtipulatus.eod.tit. Idem dicas ſi eſſet tacita,aliàs per legem ſubintellecta.l.i.§.exactio.C.de rei vxo.actio. gloſſ. in l. ſi mora.ff.ſolut.matrimo.potuit.C.de loca.l.ii.C.de iure emphit.Et pater promittens pœnaliter filii conſenſum, cum ætatis erit,in mora ſine interpellatione conſtituitur, filio ad maiorem ætatem perueniente:& incidit in pœnam,niſi ratificari fecerit, ita modernus in l.ſtipulatus eſſem.ff.de

verborum

verborum obligat. Bald. tamen, & melius in dicta l. magnam, tenet contrarium. & de hoc videbis dictum Marcum Antonium in d. ſuo tractatu. in ſecunda parte. in i. col. & ibi vi. plures fallentias, ad regulam; dies interpellat pro homine. Sed ſur, raptor, & ſimiles abſq; interpellatione, ipſo iure cenſeotur io mora conſtituti. l. i. c. recentisſime. Et l. merito. ff. de vi, & vi armata. pro quo facit. Nam fur, & moroſus æquiparantur. l. inter ſtipulantem. §. i. ff. de verborum obligat. tempera tamen, niſi ſuper re ſurata eſſet ſequuta ſtipulatio animo nouandi ſacta, nam per eam vitium ſurti purgatur; & eſt neceſſaria noua interpellatio ad conſtituendum quem in mora. l. ſcire debemus. §. fin. dic, vt ibi. Sed in contractibus vltro, citroque obligatoriis oon procedit. Nam ex quo quis parte ſua contractum adimpleuit, alius eſt ipſo iure in mora conſtitutus. l. curabir. C. de actio. empti. vbi dicitur; emptor, qui percepit ſructus rei emptæ, tenetur ad vſuras præcii non ſoluti. & ibi vi. Bald. & Salicet. & de boc vide text. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de verborum obligatio. & vi. Alexand. in l. quod te. ff. ſi certum petat. & vi. dictum Marcum Antonium Bauerium in d. ſuo tractatu in ii. parte. col. iii. Item non procedit in debitore fiſci, nam ex eo, quòd non ſoluit, quod debet, re ipſa conſtituitur in mora. vide Alexand. in d. l. quod te. ff. ſi certum petat. & tu vide Martinum Laud. in tractatu de fiſco. in q. cclv. allegat gloſſ. in l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſuris. & ibi vide Salicet. & Fulgoſium. Et idem in debitore eccleſiæ. gloſſ. ſingula. inſti. de actio. §. item mixta. Bald. in aucten. boc amplius. C. de fideicommi. Inno. in c. breui de iure iuran. Alexand. in d. l. quòd te. ff. ſi certum petat. Idem in debitore minoris. l. in minorum. C. in qui. ca. reſti. in integrum. non eſt neceſſaria. l. ii. C. de vſuris. l. Titia ſeio. §. vſuras. ff. de lega. ii. Idem dicas in eo, qui promiſit aliquid conſiſtens in ſaciendo tractum babens ſucceſsiuum, vt domum facere; nam huiuſmodi promisſio cenſetur in ſe babere tacitam diem, in qua commode fieri posſit; & propterea lapſus huius diei debitorem in mora conſtituet, vt ſtatim ad pœnam, vel intereſſe conueniri posſit; vt per tex. & docto. in l. ſi ita ſtipulatur. ff. de verborum obligatio. vbi legitur; ſtipulatio facti committitur, cum tranſierit tantum tempus, quòd factum potuit explicari: & per caſum repentinum reintegratur dilatio. Idem dicas in eo, qui dixit ſe nolle adimplere id, quod promiſit, vel debet; nam ex hoc cenſetur in mora conſtitutus, nec amplius requirendus erir. de quo per Alexand. in dicta l. quòd te. ff. ſi certum petat. In ſimili dicimus de eo, qui dixit, ſe nolle io iudicium comparere, oon eſt amplius de neceſsitate requirendus. c. eum qui. de dolo, & contu. in vi. gloſſ. & doctor. in l. tres denunciationes. C. quomo. & quan. iudex. & l. diuus. ff. de in integrum reſti. l. contractu. §. fi. ff. de appella. Et nota, quòd in eo, qui promiſit ſe facturum, & curaturum, non requiritur interpellatio, ſed intelligitur quàm primum ſacere posſit, ſingulare ſuit verbum Bald. in cap. i. §. ad hæc. hic finitur lex Corradi, allegat. l. i. C. de priuatis carceribus. & vi. Alexand. in l. quòd te. ff. ſi certum petat. & de hoc vi. in d. tractatu, in ii. parte col. iiii. & ibi dicit, iſta verba, promitto facturum, & curaturum, quid operentur. Item vaſſallus, qui ſcit domino magnum periculum imminere, tenetur non requiſitus defendere. Alexan. in d. l. quod te. Item quando iuramentum eſt in contractu interpoſitum, non eſt neceſſaria interpellatio, vt per Docto. in cap. breui de iure iurando. & vi. Alexand. in l. ii. §. voluntate. ff. ſolu. matrimo. vbi dicit, quòd quamuis ad hoc, vt venditor teneatur de euictione, & teneatur venire ad defendendum emptorem in cauſa euictionis, & ſit neceſſe, quòd per emptorem fuerit ad boc requiſitus, vt per Bartol. in l. denuntiaſſe. ff. de adulte. & in l. abſentem. ff. de procurato. attamen ſi iuramentum eſt appoſitum in contractu, ſi venditor ſciat litem fore motam, abſque alia interpellatione debet venire ad defendendum emptorem, quod dicit eſſe ſingulare, nec per alios tractatum. Sed de boc vide in d. tractatu in ii. parte col. v. & vide Bartol. in l. eum qui. §. ſi iuramento in vltimo verbo. ff. de iure iuran. vbi dixit, quòd quando eodem tempore contrahitur obligatio; & eodem tempore præſtitum eſt iuramentum, iuramentum non habet vim interpellationis, oec debitorem in mora conſtituit, ſed neceſſaria eſt noua interpellatio; quia abſonum eſt in iurare ſecundum ipſum, quòd quis eodem tempore obligetur, & conſtituatur in mora. l. quòd dicimus. ff. de ſolutio.

Item quamuis aduentus diei conſtituit in mora, tamen intelligitur eſſe verum, quando obligatio erat pura, ſed exactio erat in diem collata; ſecus, ſi exactio, & obligatio erat in diem collata; nam tunc diei aduentus non conſtituet debitorem in mora; ne deueniamus in hoc abſurdum, quòd eodem tempore obligetur, & in mora conſtituatur. ita dixit Bartol. in l. ita ſtipulatus. in ii. q. principali. de verborum obligatio. facit quòd dicunt Bartol. & doctor. in l. quoties. eodem tit. quòd aduentus conditionis non conſtituit vnquam in mora; quia etiam prius non eſſet nata nec actio, nec obligatio. l. cedere diem. ff. de verbo ſignific. Sed des per extraneum promiſſa lapſu biennii ſine interpellatione in mora conſtituitur. l. fin. §. præterea. ff. de iure do. & vi. Alexan. in dicta l. quòd te. Et quid ſi dos ſuit promiſſa per mulierem, vi. in d. tractatu in col. iiii. interpellatio nunquid requiſita in diſpenſatione. l. vel ſtatuti, ſeu iudicis aliquid fieri præcipientis, dico, quòd intelligitur, quòd fiat quam primum poteſt, aliàs pœna committitur abſque alia interpellatione. Alexan. in l. ita ſtipulatus. ff. de verbo. & vi. in d. tractatu in d. ii. parte, in vi. col. Retenta iſta parte

pro

pro vera,quòd interpellatione mora contrahitur,tempera,& intellige,quòd ſtatim interpellatus
non cenſebitur conſtitutus in mora,ſed neceſſe eſt,quòd labatur tantum tempus infra quod com
mode id,ſuper quo interpellatur,explicari poſſit:quod tempus veniet arbitrio iudicis moderan
dum,iuxta tex.in l.quod dicimus.& l.ratum.ff.de ſolutioni,& eſt caſus notabilis in l.diuortio.ff.
de nego.geſtis.& vi.gloſſ.in l.Emilius.ff.de minori. Et interpellatio debet fieri congruo tempo
re,vt eſt glo.in l.mora.ff.de vſuris.dicitur autem facta incongruo tempore quando eſſet facta an
te euentum diei,vel conditionis.l.cum filius.§.fi.ff.de verb.obliga.& l.ſi ſoluturus.ff.de ſolutio.
niſi interpellatio conſerretur in tempus congruum.l.in tempus ff.de hæred.inſtituen.l.ſi eum §.
fi.ff.de donatio.inter vir. & vxo.Item dicitur fieri incongruo tempore, ſi fiet quando quis vxo-
rem ducit,ſunus comitatur,miſſam audit,vel celebrat.l.ii.ff.de in ius vocan.notat Bar.in l.non ſo
lum.§.morte.ff.de noui ope.nuntia.& vi.Iaſonem in d.§.morte, in materia proteſtationis incita
toriæ,per duo ſimilia. Primo quia licet actus iudicialis, vt eſt ſententia non poſſit de nocte expe
diri.§.ſedebunt,in auct.de iudicibus. Tamen actus iudicialis,vt contractus poteſt ita de nocte,ſi
cut de die,expediri l.ad teſtium.§.teſta.ff.de teſta. Secundo confirmatur ex eo, quod dicimus in ſi
mili,quod appellatio poteſt interponi de nocte,ſecundum Bal.in auct.hodie,in vlt.col.C.de ap
pella.& in l.i.C.de feriis.& in l.i.§.dies.ff.quando appella.ſit.per gloſſ.in c.ab eo.de appellatio.li.
vi.Et certe videtur dicendum,quòd interpellatio dicitur fieri in tempore incongruo , quando ſit
eo tempore,ſuper quo interpellatio non poſſet tunc temporis congrue explicari.ita tenet Bar. in
d.proteſtatinne incitatoria,dum loquitur, An tempus feriatum dicatur incongruum ad interpel
landum,in d.§.morte. ſed tempus noctis eſt incongruum ad ſolutionem.glo. notabilis in l.mo-
re Romano.& ibi Bar.& Bal.ff.de feriis. Item debitum debet eſſe liquidum;alias autẽ mora com
mitti non poteſt,niſi poſtquam debitum fuerit liquidum.ita Bal.in l. acceptam.C. de vſuri. Ale-
xand.in conſi.xlix.ii.volumi. Sed quando debitor interpellat creditorem, vt debitum recipiat,
non ſufficit ſimplex interpellatio,ſed requiritur oblatio,& conſignatio.l.acceptam,cum ſua ma-
teria.C.de vſuris. & quod habetur in l.ſi mora, ff. ſoluto matrimonio.cum ſimili . Et ſi debitor
non habet, cui ſoluat, vt euitet pœnam , debet debitum coram iudice offerre ; vt per Bart. in l. ſi
reus paratus.ff.de procurato. & vide Alexand.in conſi.xcii.i.volumi.& de hoc vi. in d.tractatu in
fi.col.Quæri modo poteſt,quis ſit effectus moræ.glo.eſt ordinaria in d.l.mora.ff. de vſuris.

Qualiter autem mora committatur, dico , quòd mora committitur interdum re ipſa abſque
interpellatione,vt in contractibus bonę fidei,vt ff.de actio.empti.l.Iulianus.§. ex.vendito.&.C.
eod.tit.l.curabit,vt iam dixi;& in contractibus ſtricti iuris ſapientibus naturam bonę fidei quan
doque,vt in debitis ex vltima voluntate,vt ff.de legat.ii.l.Titia ſcio.§.minori. & C. in qul. cau.
reſti.in integrum non eſt neceſſa.l.in minorum.& etiam in non ſapientibus,ſi res peruenit ad de-
bitorẽ cum delicto,vt in ſure, meticuloſo,& violẽto.l.ſi condicatur.ff.de condi.furtiua.& l.in re
furtiua ff. de vi,& vi arma.l.i.§.rectisſime.& C.ꝙ metus cau l.i.& C.de furtis l.ſubtracto.Inter
dũ cõmittitur mora mediante interpellatione,vt dixi;& hoc dupliciter,quia quandoq; mediante
interpellatione,vt dixi; & hnc dupliciter quia quandoq; mediante interpellatione,vt dixi;.& hoc
dupliciter , quia quandoque mediante interpellatione facta à creditore debitori;& bæc demum;
quãdo debitor adultæ ætatis ſcienter,vel ſcire debens ſe debere,intepellatus legitime id,quod de
bet , ſine iuſta cauſa differt ſoluere ; quandoque è contra per interpellationem factam à debito-
re creditori : & hoc committitur, cum creditor ſine cauſa legitima differt accipere debitum ſibi
pro parte debitoris obligata , vt.ff.de conſtitu. pecu. l. ſed ſi aliqua. &.ff. manda. l. ſi hominem.
& de pericu. & commod. rei. vendi. l. illud. & de ſolutio. l. ſi ſoluturus . & l. qui decem . Simi-
liter committitur mora per euentum diei tacitæ à l. ſubintellecto, vt.C.emphiteo.l.ii.& nota. in
dicta l.ſi mora.

Et nunc accedo ad materiam purgationis moræ, & dico, quòd purgatio moræ fit multis mo
dis ſcilicet oblatione rei debitæ. Item delegatione. item ſtipulatione animo nouandi interpoſita;
ſi tamen res erat præſens. bæc omnia probantur in tex.& glo.l.parui.ff.de conditio.furti. Et ma
teriam purgationis moræ videbis per Salicetum in tractatu ſuo de mora , vbi plenarie pertracta-
uit in materiam purgationis moræ,& illum tractatum inuenies in volumine tràctatuum in pri-
mo volumine.fol.ccxxxv. & ibi videbis in fine,moræ purgatio quos effectus producat.& ibi di-
cit etiam , quòd vſuræ propter moram currentes ea ceſſante ceſſant . Et de materia purgationis
moræ videbis Bart. in l. ſi inſulam.ff.de verborum obligatio . Vbi multa dixit. Et in fine reaſſu-
mendo materiam facit ſolennem diſtinctionem more ſuo , quando mora poſſit purgari tam ex
parte actoris,quàm rei.

Sed mora rei nocet fideiuſſori , niſi fideiuſſor prius conſtituerit creditorem in mora per obli-
gationem,vt per Bar.in l.mota rei.ff.de verbo.& in l.ſi ſeruum ſtichum ſtipu.dicit;mora in facien
do commiſſa non purgatur,ſed mora in negligendo purgatur.Et mora purgatur ex æquitate.Et
moræ purgatio vſque ad quod tempus admittatur,vbi Bart.in l.ſi maior.C.de tranſactio. & ibi
Bar. dicit multa in materia moræ . Sed qui poteſt ſe tueri exceptione legitima,non eſt in mora,

vt per Bart.in l. lecta.ff.ſi certum peta. Sed vbi eſt dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ. in l. traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obligation. Sed moræ purgatio admittitur quoad actionem conſeruandam ex parte actoris intra modicum tempus,etiam vbi dies eſt, & pœna, Bart. in l.ſi ita.§.ſcia cauit.ff.de verborum obligat. Sed quando pœna committitur propter maleficium, purgatio moræ non admittitur. Bartol. in l. vbi pactum. C.de tranſactio. Et omnino vide de hoc Bart. in d.l. ſi inſulam.ff.de verb.oblig. vbi multa dixit in.materia moræ. & ſic me expedio.

Vſura vt iam diximus omni lege eſt prohibita.ſ.naturali,diuinali,& humanali, ſed de nouo dico, & adde ad ſuperius dicta:quòd vſura eſt contra legem diuinam, Et hoc patet ex triplici ſcriptura quæ complectitur legem diuinam.ſ.mnſayca:prophetica, & euangelica. In euangelio dicit veritas ipſa quę mentiri non poteſt. Date mutuum nihil inde ſperanies,Luc.vi.nihil.ſ.quòd precio poſſit extimari vltra ſuam ſortem,nam beniuolentiam, & amicitiam licet ſperare: qnæ non cadunt ſub precio. Quod verbum eſt præceptorium quantum.ſ. ad hoc quòd non ſperetur ſeu expectetur lucrum propter mutuum,quia ibi eſſet vſura: vnde & mortale: Quod aperte declarat Auguſt. ſuper pſalmus dicens. Si feneraueris.i. ſi mutunm dederis pecuniam tuam: à quo plus quam dediſti expectes accipere,non ſolum pecuniam: ſed quicquid aliud ſiue triticum: ſiue vinum:& huins:ſeneratores.i.vſurarius: & in hoc non laudandus: ſed improbandus xiiii. q. iii.c. ſi feneraueris. In prophetis quoque prohibetur ipſa vſura. Vnde pſalmus deſcribens conditiones neceſſarias ad requeſcendum in monte Dei.ſ.ſupernæ patriæ:hanc vnam ponit inter cæteras. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram:qui ergo dat ad vſuram nunquam aſcendit ad mōtem diuinæ gloriæ niſi penituerit plene. Et Neemiæ.v. Increpaui inquit optimates & ingratiatus: & dixi eis: Vſuras ne exigatis,&c. Et Ezechiel.xviii. Inter ſcelera digna morte æterna ponit. Vſuram dicens. Qui ad vſuram non commodauerit.i. amplius quicquam non accepit. Vbi dicit Hiero. Putant quidam tantum vſnras eſſe in pecunia. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei auſert ſuperabundantiam,vt plus non recipias quam dediſti.xiiii.q.iii.c. putant. Et prouer. xxviii. Qui coaceruat diuitias vſuræ. & fenore liberali,&c. In lege moſayca quantum ad partem moralem:quæ ad hoc obligat: habetur Lenit.xxv. Nec accipias à fratre tuo vſuram:nec plns quam dediſti. Nomine fratris intelligitnr quilibet proximus: & ratione originis quæ vna eſt.ſ.à Deo: & ratione finis: quæ vnus eſt.ſ.Deus. Ad ratinnem autem vſurariis reſpondetur.cum.ſ. dicebat: quòd in lege permittebatur vſura: quia illa fuit comparanua permiſſio qua permittitur minus malum:ne ſequetur maius.permittitur autem non quòd coneedatur vt licitum:ſed quia non punitur pœna tēporali:ſed bene punitnr pœna æterna. Permiſſum ergo fuit iudęis vt auaris vſuram exercere erga alienigenas: ne crudeles exiſtentes à fratribus exigerent eos conſumendo. Et illud quod dicitur Deut.xxiii. Non feneraberis fratri tuo ad vſuram:ſed alieno:ſane eſt intelligendum. Per alienum enim autem intelliguntur illi qui erant finitimi eorum: quorum terras eis dominus conceſſerat vt cananei: & ab illis licite recipiebant vſuras: non vt vſuras ſed vt recuperationem iuris ſui:ar. extra eo.c.i.ſic exponit Greg.& vl. ſicut etiam modo à chriſtianis licite acciperentur vſuræ ab eo contra quem agitur iuſtum bellum: eum etiam liceret eum occidere: & ad hoc eſt tex. Ambro. xiiii.q.iiii.ab illo. vbi dicit quòd vbi eſt ius belli & vſuræ:& ab illo exigere vſuras: quòd vbi eſt ius belli & vſnræ: & ab illo exigere vſuras: cui merito vocem deſideras. Et quamuis aliqui hoc expnnant negatiue.i. quia nulli debes velle nocere ita & nulli fenerari: tamen alii intelligunt affirmatiue: vt nota ibi Archi. Nec inconueniens aliquod ſequitur: cum illa non ſit propriæ vſura:ſed ſui ius recuperatio. Si autem talis vt vſuram peteret non excuſaretur à mortali quantumcunque ille haberet de ſuo: ſed ad reſtitutionem non teneretur vſque ad ſui ſatisfactionem. Aut per alienum intelligitur quilibet qui non erat de genere iudæorum, & tunc dicetur quòd illa fuit comparatiua permiſſio: quæ permittitur minus malum ne maius malum fiat: ſicut etiam permiſſum fuit eis dare libellum repudii: & repndiare vxorem ad repudiandum vxoricidium. ſic & vſura fuit permiſſa eis erga alienigenas ne ſimpliciter prohibita maiori crudelitate craſſarentur in ſuos, vt ſui cupiditati ſatisfacerent. Excuſabuntur ego à pœna temporali legis: ſed non à pœna gehennali:ſicut nec a culpa mortali: Vnde vide Chryſoſt. xxi.q. i. hac ratione in fin.c. Quia vſuræ vorago animas deuorat plurimas,& multa habet intricamenta propter fraudes adinuentas,vtra ea quæ diximus multa alia vtilia dicemus,vſura vt dixi regulariter committitur in mutuo. Sed in aliis contractibus ſæpe etiam reperitur vſura,titulo emptionis vel venditionis: vel pignorationis:& huiuſmodi palliationis ſed ibi tamen eſt implicite mutuum. Nam ſi cum vendo tibi cannam panni valentem nunc vnnm ducatnm ex eo quòd vis dilationem vnins anni ad ſoluendum precium: volo propter iſtam expectationem vnum ſolidum plus dicto precio; iſta venditio reſoluitur in mutuum. Ita enim eſt ac ſi modo tu mihi dares vnum ducatum pro precio illitis panni: quę,quia tibi motuo per annum volo vnum ſolidum; ecce vſura explicata: extra de vſuris in ciuitate. Et dicitur mutuum quaſi de meo tuum: quia transfertur dominium rei mutuate in eum cui mntuatur:& ſtat periculo eius: vnde propriæ locum habet in his quæ vſu conſumuntur:vt victualia: vel diſtrahuntur:vt pecunia numerata:& ideo grauari non debet vltra re-

ſtitu-

ſtitutionem capitalis. Secus autem eſt in locatione: & conductione domorum: & agrorum: vel equi: bouis & huiuſmodi. Nam dominium non transfertur in accipientem: ſed remanet penes dominum: & eius eius periculo ſtat: & ideo licite ſperatur, & petitur lucrum pro re locata, vel commodata. Intentum additur quod includit expreſſam pactionem. Nam & ſine pacto & locutione ſola intentione committitur vſura: ſicut ſimonia. Si enim quis mutuat hac intentione vt aliquid recipiat vltra ſortem temporale: esto quòd nil quærat: vſuram committit mente. xiiii. q. iii. ſi feneraueris. Sed ſi nil recipit vltra ſortem ſufficit vt pœnitētia agat de peccato ſuo mortali: ſi aliquid habuit: reſtituere oportet: niſi ſibi remittatur. Si uero quis mutuat principaliter propter Deum vel amicitiam: non propter temporale commodum. Et is qui mutuum accipit ex liberalitate ſua, vt gratus, non principaliter propter mutuū donat ei aliquid hoc ei declarans: ꝙ ei libere donat vſura non eſt: quia illud lucrum, mutuās non intendit: ar. i. q. ii. ſicut. non enim debet eſſe factus deterioris conditionis: ſed melioris propter obſequiū pro ipſo factum in mutuando, vt. ſ. donum ei gratis factum recipere non poſſit: qui prius ſecundum omnes potuiſſet. Principaliter dicitur propter ſecundariam intentionem: quæ non inducit vſuram: dicitur autem intentio principalis hic, cum. ſ. magis mouetur ad mutuandum propter lucrū quòd ſperat ſibi euenire quam propter aliud aliud. Sed intentio ſecundaria dicitur quando & ſi ſperat aliquid ſibi dari ab eo cui mutuauit ex ſua liberalitate: tamen non illud eum mouet: ſed magis beniuolētia: ita quod etiam ſi non crederet ſibi aliquid dari vltra ſortem adhuc tamen mutuaret. Sic enim principaliter ſpes & intentio ad temporale inducit ſimoniam: & non ſecundaria in collatione ſpiritualium: vt habetur expreſſe: diſ. 83. quid prodeſt in glo. & diſ. lix. ſi officia. Ita & in mutuo principaliter intētio ad lucrū inducit vſuram, & non ſecundaria ſecundū Lau. de ridol. & multos alios. Nec ob. c. i. xiiii. q. iii. vbi dicit Aug. ſi mutuo dederis: à quo pluſquam dediſti expectes fenerator es, hoc. n. intelligitur de expectatione cauſatiua principaliter mutui. Similiter non ob. c. ſi. 14. q. 3. ad id quod dictū eſt ſupra de dato ex liberalitate. Nam dictū. c. loquitur cum datur aliquid vltra ſortem exactione actuali: vel ſaltem intentionali mutuantis: & non ex liberalitate mutuū accipientis. Et nota quod intentio principalis ad lucrum non ſolum in principio mutuationis ſed etiam habita poſtea: & ſi à principio nō habuerit: inducit vſuram: puta mutuat quis proximo mere ex charitate: poſt menſem ſubintrat cogitatio mētem eius de lucro ſibi dando ab eo cui mutuauit: & ita inficitur. quòd ſi non ſperaret aliquid reciperet vltra ſortem repeteret mutuatum: ſed propter illud lucrum ſperatum dimittit: certe talis vſurarius eſt: ar. i. q. i. vulneratio. & ſi quid vltra ſortem recipit: quamuis ille daret non exactus. ſed propria ſponte tenetur reſtituere: & hoc niſi mutuum accipiens in reſtitutione eius: & sciret: vel crederet intentionem illius fuiſſe deprauatam: tamen ex mera liberalitate aliquid dat per modum doni: & hoc ſibi declarat quòd vult omnino quòd ſit ſuum, & p. modum doni: tunc enim de peccato penitere habet: ſed ex quo donatum ſibi eſt non tenetur reſtituere. Sed ſi dediſſet: non ex libera voluntate; ſed ne reputaretur ingratus; & ab illo vel ab alio non reperire poſſe mutuum dubitat: ſi mutuans hoc ſcit: vel probabiliter credit: non poteſt recipere quamuis ex charitate mutuaſſet: & ipſe ſponte dediſſet. i. non exactus: & reſtituere tenetur acceptum, ſecundum Lau. de ridol. & eſt ſemper mortale: vſura: quia contra iuſtitiā & charitatem: & diuinam legem contra illud videlicet. Non furaberis. Nomine enim furti intelligitur rapina, vel omnis illicita vſurpatio rei alienæ: quæ ibi prohibetur: vt dicit Aug. xiiii. q. v. c. penalc. Nota ergo primo quod ſi quis mutuat aliquid eorum quæ vſu conſumantur: & victualia: vel diſtrahuntur: vt pecunia numerata non ad oſtentationem tantum: ſed ſimpliciter mutuata cum pacto aliquid recipiendi vltra ſortem: ſiue illud ſit munus à manu: vt deſi. fructus: & quicquid aliud quod precio extimari poteſt ſiue minus ab oſequio: vt ſeruitiū hominis in laborando pro eo: & huiuſmodi: ſiue munus à lingua: vt puta mutuat alicui vt porrigat pro ſe preces pro aliquo officio vel beneficio temporali obtinendo. In omnibus his caſibus vſuram committit. xiiii. q. iii. putant & c. plerique. Item Sanct. Tho. ii. ii. q. lxxviii. & tenetur reſtituere ei à quo accepit id quod habuit ultra ſortem uel ualorem eius. In ultimo tamen caſu cum ſcilicet propter preces porrectas pro ea ratione mutui conſequitur officium aliquod puto quòd debet pauperibus erogare quod inde emolumenti perciperet deductis tamen expenſis ſui laboris ad arbitrium boni uiri. Item per omnia dicendum quando quis prædicta mutuat: & ſi non cum pacto tamen ea intentione principaliter ut aliquid ultra capitale recipiat quod poſſit precio extimari. Tho. ubi ſupra & xiii. q. iii. ſi feneraueris. ſimiliter ſi mutuat eo pacto uel intenientione principali ut ſibi in poſterum remutuet econuerſo: uſura eſt ſecundum Tho. & Hos. ar. extra eo. conſuluit. Licet tamen ſecundū S. Tho. mutuum recipere ſimul aliquid à mutuante. Quamuis enim recipiens ſeruitium mutui teneatur naturaliter ad antidota. i. recompenſandum ſeruitium: extra de teſta. c. cum in officiis. nō tamen ex hoc ſimpliciter eſt obligatus: quia ad hoc cogi non poſſet. Sed ſi hoc ducit in pactum promittens. ſ. remutare ex hoc inſurgit ciuilis actio qua mutuans poteſt cogere eum cui mutuauit ad hoc: & ſic recipit vltra ſortē aliud quam illam obligationem. Arch. poſt Pe. Sed & ſi quis ex mutuo quærat beneuolentiam alterius: eo tamen fine principali ut amicus effectus ſit ſibi utilis

ad

ad acquiſitionẽ tpalium vſura eſt ſcd̃m Lau.de Ri.in trac.quẽ fecit de vſuræ. qui tractatus pluries alleg.in iſto.c.Si aũt principaliter beneuolentiam intendit non eſt vſura,quia pretio nõ extimatur. Tho.& Io.Cal.Item nota ꝙ cũ quis mutuat vniuerſitati licet Spec.dixerit ꝙ ex pacto interueniẽte in contractu mutui inito cũ vniuerſitate poſſet euitare collectas ad quas interim vniuerſitati tenebatur.Tñ Io.an.& Io.de li.& Io.cal.concedunt hoc nõ ſimpliciter,ſed qñ nullæ certe collectæ ſtatute ſunt.Secus aũt in collectis certis,quia tunc vſura eſt,ar.extra eo.nauigãti.Qñ venditur frumentũ,vinum,oleũ in herba,vide Sal.in auct.ad hæc.C.de vſu.& vi.Io.de ana.in.c.nauiganti.de vſu. & ibi dicit ẽt de illo qui tpe meſsis emit,vel vendimiæ emit vilius,& vendit carius. Qui aũt ex beniuolẽtia mutuat nõ pp tpale cõmodum ſitis,qui mutuũ recipit,poſtmodũ aliquid ei gratis,& liberaliter dat nõ eſt vſura,nec pcm̃ hoc receptio.ar.di.18.de eulogiis,& i.q.ii.ſicut.Sed qd ſi facta mutuatione ex beneuolentia debitor aliquid vltra ſortẽ obtulit non volũtariæ,ſed quaſi coacte,puta dubitãs ne ſi hoc non faciat indiſcretus iudicaretur,ita ꝙ alias nec illũ,nec alium inueniret mutuantẽ,vel quauis ſimili cã,nunquid recipiens illud cõmittit vſurã & tenetur reſtituere?Rñt Lau.in.d.tra. ꝙ ſi mutuãs dixit aliqua verba ad inducendũ illũ ad hoc,ex quib.ille ſoluit aliquid vltra ſortẽ, vel ẽt abſq; hoc ſcit,vel credit ꝓbabiliter illum non voluntariæ dare vtiq; vſura eſt,& tenetur reſtituere,ar.xiiii.q.3. vſura.Sed ſi tpe quo recipit mutuans illud pure recipit credens illũ dare liberaliter,& aĩo donãdi diſcretione ductũ,& non vt vſurã,& non coacte dare quãuis tutius fuit reſtituere,puto ꝙ nõ teneatur ad reſtõnem,ẽt ſi poſtea ſciat non liberaliter dediſſe,& per ſe patet quòd nec peccauit,& hoc niſi aliter remordeat eũ conſcientia illa quòd nequiret iuri conformari,quod tñ ſcrupuloſum eſt magis quã laudabile,ex quo timetur non timendũ.Item quæritur vtrũ dans aliquid vltra ſortem vbi nulla pactio interuenit præſumatur gratis,& liberaliter dare,& nunquid recipiẽs præſumatur recta cõſcientia,& non deprauata recipere?Rñ.Lau.de rid.Et ad primũ mẽbrum dicit, ꝙ ſi tpe quo aliud vltra ſortem ſoluitur,debitũ ſortis extinctum erat,alio non dato præſumitur gratis dare. Sed ſi durabat debitũ præſumetur metu repetitionis ſortis id actũ,ar.de iur.iu.c.debitores.Poſſent tñ tot & talia cõcurrere,quòd præſumptio talis ceſſaret,præſumptio nãq; præſumptione retunditur ſeu eliditur.de præſump.c.illud.& multo fortius ſi donantis ſcriptura cantaret quòd libere ſoluit,nõ coactus,cũ tunc non ſit locus coniecturis.& ita iã vidi conſultum per multos doct.famoſiſsimos. Sed ego id verũ credo,niſi per creditorẽ vſurarum ꝓbaretur tale quid,per quod de fraude cõſtaret.Vidi.n.ſæpe per experientiã,quod accipientes mutuo pecuniã ſunt in tanta,& tali egeſtate qđ quicquid volunt creditores faciunt,vt dilationẽ habeant in reſtõne ſortis,& quicquid volunt ſcribunt & cõfitebuntur:illa tñ verba confeſsionis ꝙ liberaliter dedit &c.operabũtur hoc:quòd onus ꝓbãdi cõtrariũ in aduerſariũ tranſibit,& interim illis ſtabitur. Ad 2.mẽbrum dicit, quòd vtiq; præſumitur recta cõſcĩa recipere.Rõ eſt quia quilibet præſumitur ſuæ ſalutis memor:alio non dato.i.q.vii.ſancimus.Talia.n.poſſent cõtraria ꝓbari,ex quib.aliud diceretur.Pone.n.quòd talis conſueuit ad vſurã dare.Item quòd conſueuit qñ ſibi nil dabatur vſura ſortem mutuatũ repetere,vel depoſitũ,& dare illis,qui aliquid dant & huius,quòd iudicabis de tali niſi malũ in cõdenãdo,tñ non ſit iudex ꝓmptus,hoc Lau.In foro tñ principali credetur ſimpliciter verbis ipſius recipientis in huius dubiis, ſʒ in primo mẽbro ſeu caſu opʒ magis reſpicere præſumpt.Item ſi quis mutuat granũ,vel aliud bladũ ad remouendũ antiquum.i.vt nouũ pro veteri recipiat,ſi hoc facit ne ſuũ ſibi pereat,& recipiẽti gratiã faciat,nõ eſt vſura ſcdm oẽs.Sed ſi faciat principaliter vt melius recipiat Io.de lig.dicit ẽt, tunc nõ eſſe vſurã,niſi eſſent circunſtantiæ mentalis vſuræ,puta ſi credit plus valiturum, vel niſi id quod mutuaret eſſet quaſi putrefactũ,& parũ valens.Sed tutior & cõior opi.eſt quòd vſura eſt,ſine illis exceptionib.quia vtile intendit ex mutuo:extra eo.cõſuluit,& hanc opi.tenetur Rayn.Goſ.Hoſti.in ſũmis.Item ſi quis mutuat alteri ea intentione,vel pacto,vt vadat ad molendinũ ſuũ vel furnũ,vel ad apotecã ſuam ad emendũ,alias non mutuaturus,vſurã cõmittit,ẽt ſi non maiori precio ſibi vendit pp hoc,ſeu plus ab eo,quàm ab aliis petit.Rõ eſt,quia cõmuditatẽ, ſeu vtilitatem inde recipit,quæ precio extimari põt.ar.xiiii.q.iii.c.ſi feneraue.extra de vſu.& ibi doc.c.cõſului.Item ſi dñs alicuius agri mutuat ruſtico certã quant.pec.ad hoc,vt colat eius poſſ. ſi rõne mutui vult ſibi renderi aliquid plus de fructu,vel operarũ,quàm faceret,ſi non mutuaret,vſurã cõmittit.xiiii.q.iii. putant,& reſtituere illud plus tenetur.Sed quid cũ mutuans aliquid eorũ,quæ vſu conſumuntur, & diſtrahũtur, vt pecuniã,& victualia,& recipit tpe redditionis rem illã maioris extimationis, puta mutuat vnam menſurã frumenti valentẽ medium ducatum,& eadem menſura redditur ſibi,ſed tunc valet menſura plus medio ducato,eſt ne vſura?Rñt Arch.poſt Hug.xiiii.q iii ſi quis clericus, & Io.de lign.extra eo.in ciuitate.quòd non,ꝓ quo bene facit lex,quæ dicit quod reſtitui debet res eiuſdẽ bonitatis in qualitate.ſ.intrinſeca,ſed non eſt neceſſe quòd ſit eiuſdẽ extimationis, ĩmo ſi actũ fuit quo tpe redderetur,illius tpis habebitur rõ,quo ad extimationẽ,alias habebitur,rõ tpis quo fuit petita, vt no. gl.in.d.c.ſi quis clericus.Si ergo tenetur recipere viliorem ſi facta eſſet vilior quo ad extimationem, ergo non peccabit recipiendo precioſiorem,ſcd'm eũ.Et hoc totũ videtur intelligendũ qñ intentio mutuãtis eſt pura.ſ.ad ſubueniendũ ꝓximo principaliter.Nã ſi intenderet lucrũ in mutuo, puto qa ſperat quod plus valebit tpe redditionis res mutuata quã tpe mutui,& iõ mutuat, vſura eſt.xiiii.q.iii.ſi feneraueṙ.

Quis cum aliquis mutuat certam quãtitatem pecuniæ & recipit promiſsionem de rehabitione tñ ſui capitalis,ſed habens res ſteriles,vel debitores,qui non pñt,vel male pñt,ſoluere vendit illas, vel iura illorũ debitorũ receptori talis mutui pro certo precio quod poſtea ꝑcipit,& tñ re vera nõ fuiſſet ille contentus vendit.alias celebratus niſi pp mutuum factũ,nunquid vſura eſt?Rñ. ſcđm Lau. de Rid.reſcinditur tanquã vſurarius,& in fraudẽ vſurarum conceptus talis contractus,vt no.p bar. & Bal.in.l.cũ allegas.C.de vſu.& multo magis eſt vſura cũ aliquis mutuans alteri pecuniã ſimil. & vendens aliquid mobile,vel ĩmobile plus petit,ab eo iuſto pretio rõne mutui.xiiii.q.iii.c. ſi feneraueris. Quid cũ veniente termino redditionis mutui,vel alias ſolu.pecuniæ debitæ creditor nõ vult concedere debitori prolongatione termini,vel relationẽ iuramenti,ſeu iuraſſet ipſe debitor niſi data pecunia,vel alio æquipollenti?Rñ.ſi hoc agit ſolũ rõe termini prolongati & non ob euitationem dãni ſui,vſuram cõmittit ẽt ſi non expreſſe exigeret,vt habetur extra de vſu.c. conſuluit. Sed ſi hoc agit indẽnitatem,puta quia opꝫ eum accipere ad vſurã,vel vendere rem ſuã viliori precio,quam valet, quod nõ feciſſet ſi recipiſſet pecuniã ſibi debitã,&tunc non eſt vſura illud dãnũ exigere à debitore ꝙ percipit ex carentia illius pecuniæ ſibi debitæ.Non.n.debet grauari ex ſeruitio ĩpenſo ſecũdũ Ray.ſed vtrum talis creditor poſſit exigere àdebitore ſuo non ſolũ dãnum habitum,ſed ẽt lucrum ꝙ feciſſet cum illa pecunia ſi eã recipiſſet ĩ termino debito?Ad quod rñdet Pe.de anc.ſup cle. ex graui.de vſu.& dicit.Credo quòd non ſolũ dãnum emergens,ſed ẽt lucrum ceſſans põt accipere ſi ille erat mercator qui cũ pecuniis conſueuit negociari.Et idẽ videtur dicendũ ẽt ſi non eſſet mercator, ſed tñ intendebat oĩno illam pecuniã exponere negotiantib.licite ad lucrandũ. Secus aũt eſſet ſi pſona eſſet talis quòd ipſam pecuniã retinuiſſet in archa.Et remittit ad notata xii.q.ii.c. ſi quis clericis. & in.c.cõqueſtus.extra de vſu.Item videtur ſentire B.Th.ii.ii.q.lxii.cum iſta tñ cõſideratione, quã ibi ponit,vcꝫ quòd non debet exigere talis creditor,nec ille ſuus debitor tenetur totũ lucrũ reſtituere ſiue dare quòd inde ſpectabat ſuus creditor,cũ illa pecunia negociãdo acquirere,cum illud lucrũ non eſſet certũ,quia ĩpediri poterat,vel forte ẽt de capitali amitti, ſed tm̃ tenetur quãtum potuiſſet valere illud lucrũ in illo dubio.Quæritur ẽt.vtrum gener ſi non recipiat pignus,ſeu cautionem de numeranda dotæ certa die,& interim recipit à ſocero ex pacto certos denarios,puta ad rõnem.vi.ꝓ centenario,& huius:nunquid vſurã cõmittit?Rñ.de hoc ſunt variæ,& contrariæ opi.Nam Io.an.ſuper d.c.ſalubriter,tenet quòd non ſit licitũ,ſed vſura,quam opi.dicit Io.de lig. ꝓ veriori,& ſecuriori poſſe defenden.Sed Pau.de Eleaz.tenet contrariũ.ſ.quòd non ſit vſura, rõ eſt ſcđm ipſum,quia ex quo in fauorẽ matrimonii hoc indultũ eſt ad ſubleuãdũ onera eius,vt.ſ.gener percipiat fructus poſſeſsionis pignoratæ à ſocero ꝓ dotæ non cõputando in ſortem ſi ipſam nutrit, ita ẽt debet iuuari ille alius.Et ad rõnes quæ poſſent fieri in contrariũ,quia.ſ.decre.ſalubriter,ſolũ dicit de poſſ.& quia poſſeſsio ex ſui natura eſt fructificabiliter,non aũt pecunia?Rñdetur ad primã quòd papa quæſitus fuit de poſſeſ.& de ea rñdit.Item rñdiſſet ſi fuiſſet quæſitus de pecunia.Ad aliud rñdetur quòd ſicut nec terra ex ſe fructificabit,ſed cũ labore hoĩs,ſic & pecunia ſimul cũ induſtria hoĩs, & hoc præcipue cũ eã intendebat tradere mercatorib.vel emere poſſ.vel aĩio mõ cum ea licite lucrari. Et quãuis ẽt fructus poſſ.ſubſtant periculo multiplici, & non ſic pecunia,tñ vt plurib.ſic accidit quòd emolumentũ ex ipſa poſſ.recipit.Opin.Pau.videtur ſequi Io.Cal.& Pe.de anc.Sed quia prima opi. tutior eſt,ideo ſcđm Lau.de Rid.ſalubrius eſt eã tenere.extra de ſpõ.iuuenis, &hoc præcipue qñ quis hoc voluntariæ agit in ſui maius cõmodum : vel cũ intendebat pecuniã ipſam reſeruare.Ant.aũt de bu. dicit quòd põt ĩtelligi hic tex.c.ſalubriter,cũ illa dilatio data erat ipſi ſocero &pp hoc dabat pignus. Et hoc caſu puto idẽ ſi eſſet pecunia exoluenda ſi nõ eſt in mora,quia.ſ.ex conuentione differtur ſolutio,tunc non credo quòd poſsit paciſci de intereſſe ſoluendo,quia tale intereſſe pp moram , quæ hic ceſſat propter temporis dilationem,non ergo peti poteſt.Guil.dicit,quód quandoq; volo exigere aliquid pro intereſſe ante morã,vt quia facio pactum de ſoluenda ſorte in paſca,ita quòd interim tamen noĩe intereſſe ſoluatur,hoc caſu non põt dici mora,quia obſtat excep ante terminũ, ideo non põt dici niſi vſura,quia pp dilationem tẽporis dati, vſura eſt.Et ꝓpter hoc dico quòd ſi gener feciſſet pactum pro recipienda ad certum terminum,& interim perciperet fructus quod cõputarentur in ſortem.Item dico in re pignoraticia cuius fructus ſunt certi,quia forte illa res eſt locata ad fictum,vel penſionem,vel talis res eſt domus quã gener locat & recipit penſionẽ, quod oẽs iſtos fructus gener tenetur cõputare in ſortẽ,& ſic limita hanc decre. quia debet intelligi vbi dos fuiſſet ſimpliciter promiſſa,poſtea cum non ſolueretur ad cautelam in eum ſit data poſſeſsio tunc procedit decretalis,quia ſi dicit gener,ego ſubſtineo onera matrimonii da dotem.Ille ſocer dicit,ego non poſſum,certe ſi dicit gener,ſaltem ſuſtineas onera matrimonii,certe ſi tunc datur aliquid loco intereſſe propter onera matrimonii licite percipitur dummodo illa onera ſint certa,ſic intelligo iſtam materiam.& Anto.de but.ſuper.c.ſalubriter. Quærendum eſt etiam ab his qui dant pecunias mercatoribus,vel artificibus,vt inde aliquid lucrentur quomodo dent.Nam ſi eam dant per modum depoſiti,vt.ſ.pœnes eos pecunia cõſeruetur vel etiam cum ea negocientur,vt placeat,ita tamen,quod in omnem euentum,& periculum eis ſit capitale ſaluum,ideſt reſtituẽdum integraliter ad placitum ipſorum,ſed inde aliquid lucri ſperant habere,alias non deponerent,ſed in capſa ſeruarent, quamuis

tis nulla pactio interueniat,vel conuentio,vel petitio,vſurā cōmittunt.xiiii.q.iii. Vſura nec ex-
cuſat eos quòd ex hoc ſe exponunt periculo,quia mercatores penes quos deponūr aliqñ deficiūt
& eis male fortunat.& recedentib.nec capitale aliqñ rehabenti non.n.illud lucrū ſperant rōe pe
riculi,ſed dubitarent de periculo non deponeret,ſed lucrū rōne mutui ſperant ex mutuo,vbi in-
teruenit periculū non licet,vt expreſſe dicit.c.nauiganti,de vſu.Tenetur ergo talia lucra ſic præ-
cepta reſtituere:non obſt.quòd depoſitarii multum cū ipſa lucrati fuiſſent. Nā lucrū induſtriæ
fuit non pecuniæ,& periculo ſubſtāt amiſsionis eius,qui mutuum receperat cuius deponēs no-
lebat eſſe particeps. frequenter ēt in talibus depoſitis fiunt contractus vſurarii,& fraudulenti in
quib.tenentur ipſi depoſitarii ad reſtōnem his à quib.extorſerunt;& iō rōni conſonū eſt vt adiu
uentur ab hīs quib.& ipſi vſuras dederunt ex depoſitione pecuniarū,& ſic videtur quòd ipſi de-
ponentes magis debeant talia lucra depoſitariis reſtituere quā pauperib.erogare;pro ſe.n.retinere
non pñt,cum turpiter acceperint,& vſuraria intentione.Pro maiori huius declaratione. Nota ꝙ
quidam dixerunt vſurā aī ſeu mentalē eſſe pcūm mortale,ſed hanc exercentes ad reſtōnē minime
teneri,ſed ſibi licite poſſe retineri,puta cū quis deponit pecuniā penes mercatorem intendens re-
cipe inde aliquid emolumentū capitali ſp ſaluo,de nullo tñ lucro facit pactionem, ſed ſimplici-
ter dimittit diſcretioni depoſitarii,ſi tñ crederet quòd nil daret nō deponeret.iſtud ꝓprie eſt mu
tuum non depoſitū,& ideo vſura,quia principaliter fit pp ſpem lucri.ar.xiiii.q.iii.c.ſi feneraue-
ris.& c.de pleriq;.vſura igitur mentalis eſt et ſi non pactionalis.Sicut & cū quis mutuat.c.princi
paliter pp ſpem talis lucri,ſine aliquo pacto vſura eſt mentalis, & talē vſurā receptā vltra ſortem
dicunt illi non eſſe de neceſsitate ſalutis reſtituendā.Et opinio fuit Alex.Lōb. non illius de Ales,
& Scoti qui dicitur doct.ſubtilis,ſed certe in hoc nō eſt tenenda eius opinio,quia periculoſa aīe
cum iura & rōnes,& doct.quaſi oēs Theologi,& cano.ſint contra eū ſeu hanc opi. Quæritur de
traditione boū,& primo ſic.Dat quis boues ruſtico cū pacto quòd dare debebat ſibi ꝓ eis.xx.ſe-
xtaria ſeu tumulos grani in anno,nunquid eſt licitū?Rñ.Lau.de Rid. Si locātur opera boum,&
periculū deteriorationis eorū ſubiit ipſe locator licitus eſt contractus,quia boues deteriorātur.
Sed ſi vult locator boues recuperare precio quo fuerant eſtimati cū tradidit,nec vult periculū de
teriorationis ſubire,quāuis periculū mortis naturalis:tūc contractus erit illicitus,ſcdm Io.de li.
qui ad hoc alleg.c.pleriq;.xiiii.q.iii.Iſte tñ caſus plenius declaratur in ſeq.dubio. quæritur ergo
ſecundo eū.ſ.quis locat boues alteri cū hoc pacto quòd vult ſecum participare lucrū,& dānum,
& nihilominus vult.x.ſextaria,vel tumulos grani quolibet anno,eſt ne licitū?Rñ.Lau.de Rid. Di
cendum videtur,quòd iſte contractus poteſt dupliciter ītelligi.Vno modo ſic celebratur vt locet
ille tales boues ruſtico, vt cū illis cāpū ſuū araret vel plauſtrū duceret, vel aliud opus ſibi vtile fa
ceret ad placitū,& emolumentum inde proueniens ſuū foret præciſe.Sed ſi boues in fine anni fa-
cti eſſent deterioris conditionis:& ſic minoris valoris pro medietate ſibi cederet in dānū. Si vero
melioris conditionis,& ſic maiori precii,ꝓ medietate ſibi cederet in lucrū, & tūc non obſt.ꝙ ſe
xtaria.x.grant dederit locatori nihilominus licitus erit contractus,hoc ille.Quod videtur intel-
ligendum vt ipſemet.j.ponit,cū conductor deductis expēſis boum remaneat in aliquo lucro cōi
ter vt ſic illi.x.ſextarii de lucro ꝓueniant.Probat aūt hunc contractum eſſe licitū per iſtā rationē
dicens.Aut vis quòd iſte contractus ſit locationis,aut ſocietatis . Si locationis.ſ.operarū erit lici-
tus ratione deteriorationis,nec ob.quod pro medietate ſubiit dānum deteriorationis , quia ſatis
eſt quòd ꝓ illa dimidia & illius reſpectu nil ſoluit. Soluit.n.x. vbi ſi nihil ſubiret dāni ſolueret
xx.Item ſicut ſtat ad lucrū ita debet ſtare pro eadē parte ad dānum, & ſic non pro ea pro qua nō
ſtat ad lucrum alio non dato,nec mirū ſit pro ea iſto caſu ſolui.x.quia pōt in pluri lucrari,& ſic eſt
veriſimile:cum emolumentū totū ex operib.proueniēs ſuum ſit.videtur.n.ꝓ vna parte ſapere cō
tractum ſocietatis,& ꝓ alia parte contractū locationis operarum,ſicut in ſimili dici conſueuit,in
c.ad qōnes.de re.pm.aut vult dicere quòd iſte contractus ſit mere ſocietatis,& tunc idē.ſ.quòd li
citus eſt,qm̄ capitale ſtat ad lucrū & dānum vtriuſq;.Ad hoc.xiiii.q.iii.pleriq;. cū ibi notat.Nec
ob.quòd ego habeā præcipua.x.in anno,quia & tu habes oē emolumentum ex operib.boum ꝓ
ueniens,vnum ergo cū alio cōpenſatur,arg.de vſu.c.i.præterea ſi plus in ſocietate pono nō mirū
ſi plus percipio.Alio modo prædictus contractus pōt ſic celebrari,vt vꝫ nedum cōicemus adin-
uicem lucrum & dānum capitalis,ſed ēt lucrum,& damnum operarum,& tunc nihilominus idē
videtur dicendum,ſed non ſp.Vnde dic,quod aut tu perſonā operantē,& ego boues,aut ābo po-
nimus pſonam operantē,& vltra hoc ēt ego pono boues.In primo caſu,aut opera pſonæ præpō
derat bobus ſeu eorū valori,aut econuerſo,aut ſunt æquales,primo caſu præſumitur quod ī frau
dem vſurarū,& tanq̄ vſura illi ſextarii dentur annuatim & effectiue,licet nō ex ſui forma vel na-
tura mutuū celebrabitur.Erit.n.ac ſi tibi valorē boū pro dimidia mutuaſſet,ꝓ x. ſextariis. & tu
illū in ſocietate poſuiſſes.ar.de vſu.c.in ciuit.&.c.cōſuluit.& c.fi.& idē dico in tertio caſu.In ſcdo
ſit dico ſecus,niſi iā ex aliis circunſtantiis aliud dicere oporteret,ar.eorū quæ leguntur,& not. de
emp.& vend.c.ad noſtram.& de pig.c.illo vos.& per Io.an. in addi.Spe.in ciuitate.titu.de vſur.
Non eſt.n.contra naturam ſocietatis,quòd qui plus contulit ſocietati,vel pecuniæ,vel operæ,vel

puta in portationem pannorum poſsint licite: recuperare non tamen vſuras quas dederũt cum
hæc fuerit iniuſta datio: & præſertim etiam cum in dando vſuras peccauerint tanquam occaſio
ne peccãdi vſurariis dantes: cũ neceſsitas quæ ponitur. ſ. vt honorabilius viuant, & maiores mer
cationes faciant, non ſit talis neceſsitas quæ ſufficiat ad excuſandum peccatum prædictum. Pa-
tet etiam à ſimili quòd non poſſunt in venditione pannorum expenſas recuperare quas incaute,
& imprudenter feciſſent: patet etiam ex prædictis quod in quarto caſu querebatur. Nam ille qui
ad certum terminum dare debet ſi ante terminum ſoluat vt ei aliquid de debito dimittatur vſu-
ram committere videtur; quia manifeſte tempus ſolutionis pecuniæ vendit vnde ad reſtitutio-
nem tenetur. Nec excuſatur propter hoc ꝙ ſoluendo ante terminum grauatur, vel ad hoc à cre
ditore inducitur: quia eadem ratione poſſent omnes alii vſurarii, excuſari. hoc omnia bea. Tho.
& vide Sanctum Archiep. Floren. in. ii. par. tit. i. § iiii.

· Sed quid cum quis non erat venditurus res in loco illo in quo quis vult emendare ab eo: ſed in
alio vbi carius ille res venduntur: nunquid vendendo ſecundum illud precium loci quo vole-
bat deſerre vſuram committit? Reſpondet Inno. poſt Ray. & dicunt quod non dummodo non
accipiat vltra id quòd accepturus erat ibi quo portare volebat: quia quo iure poteſt carius ven-
dere propter dubium temporis eodem iure poteſt carius vendere propter dubium loci: extra eo.
in ciuitate. Sed hoc ſimul reprobat Hoſti. tum quia non eſt veriſimile quòd aliquis talem emptio
nem faceret niſi multum egeret: & ſic via per talem opinionem paratur figmentis: tum quia la-
boris: & expenſarum itineris habenda eſt ratio, extra de voto, magnæ Io. an. concor. has opinio
nes dicens; quòd ſi ſtatim ille emptor ſoluit precium: puta veram opi. Inn. ſed ſi differatur ſolu
tio precii; tũc videtur procedere ratio Hoſt. & ceſſare ratio, Inn. quia in dubio tpis pòt cõmodũ
prouenire venditori, & emptori: ſed hic nullũ cõmodum. Et hãc diſtinct. approbat. Io. Cald.

Quid ſi quis vendit prædium cum tali conditione quòd vſq; ad tot annos ſi reddit preciũ
rehabeat predium? Reſpondeo ſcd͂m Ray. Hoſt. & Ber. hoc non eſſe mutuum, vnde nec vſura. ſ.
ex forma; & emptor facit fructus ſuos; quia venditio eſt, & hoc intelligas niſi talis venditio fue-
rit facta in fraudem vſurarum, quod poteſt præſumi ſi modicum eſt preciũ reſpectu valoris rei:
extra de emp. & vend. ad noſtram. Item ſi ſit in pacto quod reſtituatur aliquid plus quàm fuerit
precium, extra de pig. illos vos. Itẽ ſi emptor conſueuit exercere vſuras, vt in d. c. illo. Sed ſi ẽptor
intendit realiter emere & iuſto precio; tamen dat illi venditori illam poteſtatẽ reemẽdi; potius
tamen vellet quod ſibi remaneret predium non eſt vſura. Sed quid ſi quis emat fructus ſiue ſe-
getes prouenturas hoc anno, de agro ſeminato? Reſpondeo ſecundum Vl. non eſt vſura ex for-
ma contractus, poteſt tamen fieri in fraudem vſurarũ: quia ſi veriſimiliter ſcit quod fructus colli
gendi & computato dubio quo poſſunt impediri, valebunt tunc plus, quàm illud quod nunc da
tur, fraus vſura eſt. Si aũt probabiliter dubitatur vtrum plus vel minus debeant valere nõ eſt vſu
ra. Idem Hoſti. & Vl. Et eodem modo dicendum ſi quis emat fructus prouenturos vſq; ad tres,
vel quatuor, vel plures annos. Quid aũt cum quidam habuit recipere ab aliquo certũ in certo ter
mino: Venit tertius emens ipſa iura contractus contra debitorẽ pro precio. 90. quæ nunc ſoluit,
nunquid emptor cõmittit vſuram? Rñden ſi iſte emit, tamen minus quantum nunc eſt intereſſe
ſuum; aũt quantum vere eſtimandũ, ſiue timendum ne ille debitor ſoluat, aut quantus eſt futurus
labor rehabendi non eſt vſura. Si vero alias vult diminuere precium ſolum propter hoc qđ nunc
ſoluit: ſed in futuro rehabebit plus, eſt manifeſte vſura, & nota quod talis pactio iurium præ-
fert im quando immineret de hoc litigium ſi fiat pro minori precio non valet nec iſte creditor po
terit plus petere ab iſto debitore quàm in veritate ſoluitur ẽt ſi reſidium fuerit ei donatũ. C. mã.
l. per diuerſas. & l. ab anaſthaſio. Quod ꝓ bono cõi ſtatutum eſt, ne litigia emerentur, vel moue-
rentur. Alius contractus celebratur hodie ſub tali forma & modo. Petrus indigens pecunia ven-
dit Frãc. c. duc. auri anni & perpetui redditus, ſuper omnib. bonis ſuis, vel ſuper aliquibus in ſpe
cie, & ad hoc bona illa obligat, & fit contractus pretio cõpetenti ſecundum cõe precium illarum
regionũ, vel paulo plus, vel minus. & expreſſe agitur quod venditor ꝓ eodem precio poſſit in to
tum vel in partẽ redimere. iſtam. q. tract. Inno. & alii duct. in. c. in ciuitate. ibi videbis, & videbis
etiam S. Antoninum. in. ii. par. tit. i. § xiiii. Item quæritur cum quis debeat alicui dare cẽtum hinc
ad annum, ſi creditor petit nunc ſibi dari lxxx. & alia. xx. remittit, vtrum ſit vſura, dico quod eſt
vſura, quia accipere aliquid vltra iuſtũ precium in venditione rei ratione expectationis tempo-
ris vſura eſt. vt in. ca. in ciuitate. & ſimiliter pro rogare terminum ſolutionis nunc fiendæ, & pro
hoc recipere aliquid vltra debitam quantitatem eſt vſura. vt in. c. conſuluit. de vſuris. & hoc quia
venditur tempus quod cummune omnibus eſt. & mutuum eſt implicitum cum lucro intento, vt
in. d. c. in ciuitate. Alia autem diſtinctio de tempore communi, & proprio nõ ſufficienter euacuat
argumenta. vide ſanctum Antoninum, in. ii. par. tit. i. § xiii.

De materia montis in Florentia, in Venetiis, & locorum Genuæ. Vtrum licitum ſit recipere ta
les redditus quos communitas concedit annuatim ſoluentibus præſtantias, & an liceat emere ta
lia iura. vide ſanctum Antoninum, in. ii. par. tit. i. c. xi.

Quis antem ſit index competens in cauſa vſurarum.Archid.in.c.quid dicam.xiiii.q.iiii. ponit diuerlas opiniones: Vbi approbat opinionem Lau.Hug.& Goſ.quæ habet,quòd contra laicum laicus iudex: contra clericum eccleſiaſticus: & hoc etiam placet Io.Cald.Sed gl. in.c. diſpendio ſam.de iud.in clem. Videtur ſentire contrarium.ſ.quod ſolus iudex eccleſiaſticus habet iudicare Pau in cle.i.de vſu.dixit opinionem Lau.& ſequentium veram, vbi non refertur quæſtio an id, quod petitur ſit uſura.Et ſic non eſt quæſtio de prohibito,& conceſſo; ſed de ſoluto tãtum, vel non ſoluto. Sed ſi eſt quæſtio an id quod petitur ſit vſura, vel ſub nomine vſurarum recludatur vel non; tunc vera eſt opinio illa.Hanc approbat Io.de lig.& Fede.de Senis.Item videtur ſentire Bal.de Peruſio.Sed quæritur ad quos magis ſpectet determinatio dubiorum de vſuris, ad Theologos,vel canoniſtas? Ad hoc reſpondet Pet.de anch.in quadam quæſtione diſputata,& tenet ꝙ ſpectet ad canoniſtas.Dicit enim quòd interpretatio iuris naturalis, & diuini quatenus tẽdit ad moralitatem. & dirigit actus noſtros in deum,pertinet ad canoniſtas,ſed quatenus ius diuinum tendit ad ſpiritualitatem,& tuitionem fidei contra infideles pertinet ad theologos: & ſic concludit quòd magis ad canoniſtas,& iuriſtas,quàm theologos ꝑtinet determinatio de dubiis circa vſuram. Sed non ſolum beatus Thom.in quodam quolibet,ſed etiam Anto.de butr. qui fuit magnus decretaliſta,dicit contrarium.ſ.quòd declarationes materiarũ, quæ reſpiciunt ius diuinum magis ſpectant ad theologos,& in hoc canoniſtæ debent ad eos recurrere, vſura autem eſt contra ius diuinum, & ideo magis ad theologos pertinet declarare dubia de vſuris: Præterea ad bonitatem fidei pertinet non ſolum credere,ſed etiam operari: ſecũdum illam. Si ergo ad ipſos theologos ſpectat etiam interpretari ius diuinum in his,quæ ſunt fidei,vt dicit ipſe Pet. cum vſura ſit contra opera fidei: ergo ſpectat ad theologos: erga &c.Bene eſt verum quòd quantum ad ea; quæ inſtituta ſunt per leges,& canones contra vſurarios declaratio dubiorum magis ſpectet ad legiſtas,& canoniſtas.Sed aduertite,quia ius canonicum,omnia dubia declarat in materia vſurarum,& ſic in foro pœnitentiali,& in foro iudiciali recurrendum eſt ad decreta, & capitula, & ſacri theologi in materia vſuræ ſemper allegãt deciſiones iuris canonici, quia ſine ipſis nihil poſſunt decidere.

De cambiis diximus ſupra,ſed nunc de mente doctorum,& de mente S.Antonini,in.ii.par.in tit.i.c.vii.§.xlvii.dicimus,& adde ad ea quæ ſuperius diximus,quòd cambia fiunt tripliciter,vno modo fit ſic. Campſor cambiendo recipit vnum denarium pro florẽdo, quòd dicitur cambium minutum,eſt ne vſura? Videtur quod ſic,quia quæritur fructus de pecunia quæ non parit. art. diſt.xlviii.ſicut hi.Io.de lig.dicit quod non videtur bene excuſabilis, niſi attento intereſſe: quia attento ſubiecto,pecunia eſt inuendibilis niſi propter curſum monetæ.Cõcludit finaliter,quod vbi quis plus recipiat non eſt bene totus in conſcientia.Sed Laur.de Ridol.dicit, quòd ſi verum foret huius cambia non fore licita, nimii damnarentur. Vnde puta talia eſſe licita dummodo ſine fraude celebrentur,nec hic interuenit mutuum,vnde nec vſura, nec inſuper quòd contra conſcientiam ædificet.Si.n.tibi cambio florenum dando tibi monetam, vel dando tibi florenum accipio monetam, & in primo caſu recipio mihi vnum denarium veri valoris; in ſecundo, volo vnum denarium à te vltra verum valorem: iam id non retineo,vel volo,ut tibi pecuniam uẽdẽs quæ eſt inuendibilis ſecundum Arch.xiiii.q.iiii.c.i.Nec ad pecuniam reſpectum habeo; ſed ad intereſſe meum ratione laboris: operarum penſionum,ſalariorum factorum,& diſcipulorũ,quæ pro huiuſmodi arte exercendo ſubeo,quæ de proprio non eſt decens vt ſubeam, nec in caſſum laborare,vel operari debeo in tui,& aliorum vtilitatem. Expenſarum quippe laboris, & itineris ratio eſt habenda,extra de voto.c.magnæ.& iſta videtur fuiſſe ſententia Io.de lig.ſi recte attendatur.Poteſt tamen in huiuſmodi cambiis committi peccatum multipliciter, nõ ſolum cum fit hoc ex auaritia,ſed etiam cum dantur monetæ falſæ,vel inciſæ,vel diminutæ mixtæ,vel etiam cum nimis capiunt pro huiuſmodi cambio.Quantum autem ſic ſumi poſſit non poteſt dari regula generalis,determinate quantitatis vbique.

Fit & aliud cambium quòd dicitur cambium per litteras,& fit per iſtum modum. Recipit cãpſor centum in loco vno,puta Venetiis à Pet. reſtitui facit ipſi Pet.vel alteri pro eo in alio loco: puta Florentiæ 100.ſex florenos,vel ſeptem,ſecũdum quòd plus vel minus valet de hoc ergo quæritur vtrum ſit licitum? Reſpondet Lau.de Ridol.quòd ſic. Non enim uenditur pecunia quæ eſt inuendibilis,ſed tamen hic ſoluitur quantum ibi numeratur.Nam tantum valet alicubi florenus cum uno denario quantum alibi ſine denario.Curſus enim monetæ operatur exceſſum in valore ſecundum locorum diuerſitatem,plus enim valet florenus Florentinus Florentiæ,quam alibi,& plus ducatus Romanus Romæ quam alibi.Operatur hoc & monetarum diuerſitas,quandoque enim tantum valent Venetiis centum ducati, quantum Florentiæ centum ſex vel centum ſeptem floreni,uel plus,uel minus: non enim plus ſoluitur,ſed tandem.Eſt & alia ratio.ſ.periculi cui ſubiicitur campſor.Aliquãdo in miſſione monetarum de loco ad locũ,& ideo ſi minus aliquid ualet quod recipit à campſore,in vno loco,quàm illud quod reddetur in alio,illud plus ſit ratione periculi,& ut ſubueniatur ſalariis miniſtrorum,& penſionum,& aliorum huiuſmodi arte neceſſariorum.

riorum.vt non fruſtra operas ponat,& ſudorem proprium in aliorum vtilitatem.Ad quod bene
facit quod ſcripſit S.Th.ii.ii.q.lxxvii.ar.iiii.Non eſt ergo vſura,uel contra conſcientiam.

Eſt & tertium genus cambii quod dicitur cambium per Venetias,ſiue cambium ſiccũ,vel cam
bium ad lib.groſſorum ;& fit per hunc modum.Ego egens Florẽtiæ.x. libris groſſorum recipio
à te campſor Florentino ibidem florenos centũ ſex,vel plus, vel minus ſicut tunc Florentiæ cam
bia currunt,& valent.x.lib.groſſorum,& inde ad vnum menſem teneor tibi ad reſtituendum,ta
men quantum infra.x.dies computandos à die celebrati contractus valent x.lib.groſſorum in ci
uitate Venetiarum quæ aliquando valent plus aliquando minus,& ſic aliquando perdit,aliquan
do lucratur cambiens: licet vt in plures lucretur.Et vt intelligas terminum prædictum.x.libræ
groſſorum intelliguntur c.ducati.Quærntur ergo vtrum licitus ſit talis contractus? Reſpondet
Lau.de Ridol.arguit pro & contra: & dicit ſic.Aut vis dicere quòd hic interuenit mutuum; aut
quòd permutatio,ſiue cambium. Si dicis quòd mutuum cum reddatur idem quòd mutuatur.ſ.
tot libræ groſſorũ hinc ad menſem quot modo mutuatur ; reſtat per conſequens quòd hæc nul
la committatur vſura : nam nulla ſuperuenit abundantia ſiue incrementũ.xiiii q.iii.c.i. &.q.iiii.
ſi quis oblitus.Nec ob.immo poterit contingere quòd incrementa ſuſcipiat,cum ſi hodie pro.x.
lib.groſſorum centum ſex florenos numeret hinc ad decendum.i.ad decem dies, forte valebunt
centum ſeptem; & ſic inde ad menſem recipiet vnum vltra ſortem mutuatam. Quoniam & ſi
vnum plus tunc temporis valebunt dictæ x.libræ groſſ.& ſic vnum recipit plus : non tamen ſe-
quitur quòd vltra.x.lib.groſſ.recipiat,immo x.tamen.Tolle exemplum in ſimili.Tu vides, quòd
valor floreni alteratur,& variatur de tempore in tempus,ex cauſis diuerſis, nam aliquando valet
tres libras,& ſedecim ſolidos,aliquando plus,aliquando minus.Pone ergo quòd ego hodie tibi
mutuem vnum florenum,pro quo tibi trado monetam,& ſic libras tres, & ſolidos ſedecim, vel
in auro; & cambiis & percipis ſolum libras tres, & ſolidos ſedecim; teq; facio debitorem in v-
no floreno.Inde ad menſem reſtitui vnum florenum in auro,vel in moneta, & quia tunc valet ſo
lidos decem & ſeptem,dicetur ne ille ſolidus quem plus percipio de floreno in auro reſtituto qui
valet tunc decem,& ſeptem ſolidos,vel reſtituto in moneta ad dictam rationem ſolidorum decẽ
& ſeptem,vſurarius? Abſit à ſeculo, tantum.n.percipio quantum mutuaui.ſ.vnũ florenum, vel
eius valorem. Quia autem plus valeat tunc ille florenus nec tibi nocet nec mihi prodeſt.Nam ſi
emiſſem de illa pecunia tibi mutuata tempore contractus mutui vnum florenum, & vſque in bo
diernum diem ſeruaſſem iam ex illo totidem.i.tres libras,& decem ſeptem ſolidos reciperem.
Sequeretur etiam hoc inconueniens quòd ſi mutuaui ex charitate & pure, vnum modium grani
tunc valentem ſex,hodie valentem ſeptem,tanto minus de grano reſtituere tenearis; & ſic ex gra
titudine,& charitate mea incommodum reportare potero. Volebam.n.illud ſeruare in id tẽpus,
quo tu mihi reſtituis : quòd ſi feciſſem illud plus quòd tunc valet vendidiſſem;& quia ſeruiui ti
bi mutuando illud,ſi minus quàm tunc valeat dabis,tunc me damnificabis. Ad prædicta optime
facit quòd ſcribit Hug.& Arch.poſt eũ in.c.ſi quis clericus.xiiii.q.iiii. Si autem uis dicere quòd
hic interuenit permutatio ſiue cambium : longe fortius videtur procedere concluſio memorata,
ſ.quòd non ſit vſura.Cum.n.uſura proprie committatur in contractu mutui; cum hoc nõ ſit mu
tuum,ſed permutatio vel cambium,& ſic contractus vicinus emptioni, ergo non eſt uſura. Sed
contra primum.ſ.cum dicitur hic interuenire mutuum : videtur eſſe tex.in.c.nauiganti.in princ.
cum ibi notatur in gl.Lau.& poteſt huic addi,quòd cum dicebatur ; quòd idem redditur,quòd
mutuatur.ſ.tot lib.groſſ.ergo nulla uſura.Reſpondetur quòd illa.x.lib.groſſ.ſperat campſor re-
cipere in maiori valore,quàm dederit ;alias non mutuaret,licet quandoque non illum recipiat t
& ſic eſt ibi uſura,cum interueniat mutuum cum intentione lucri.xiiii.q.iii.c.i.Exempla etiã quæ
ibi ſubduntur de floreno mutuato,vel modio grani ſunt diſſimilia à caſu noſtro : quia enim mu-
tuans illa ex charitate mouetur ad mutuandum,& caſu contingit illum florenum uel modiũ gra-
ni plus ualere quando ſibi redditur,quàm cum mutuauit,ideo abſque uſura percipit, cum nõ in
tenderet lucrari,ſed proximo ſeruire,& in tali caſu loquuntur Arch.& Hug.ſuperius allegati. In
caſu autem noſtro lucrum principaliter intendit,& ideo uſura.

Et his poteſt addi quòd cum arguebatur.ſ.uſuram hic non eſſe, quia uſura committitur in cõ
tractu mutui,& hic non eſt mutuum,ſed cambium uel permutatio. Reſpondetur,quòd uſura ex
fraude reperitur etiam in alii contractibus cum eſt ibi mutuum implicitũ vnde quæritur lucrũ,
& ſic eſt in propoſito. Tandem poſt multa ipſe Lau.hanc quæſtionẽ ſic concludit,quia ſub ſpem
lucri,& intentione plus percipiendi,quàm ſit quòd tunc mutuatur, & quia ut plurimum ſic con
tingit, & alias non mutuaret ipſe mutuans,talia perpetrantur,conſulo ut omnes obſtineant,art.
eod.tit.in ciuitate.

Exercetur inſuper Romana curia alius contractus à campſoribus,quem cambium eſſe nuncu
pant,ſed usura eſt.fit autem ſic,curialis petit à campſore ſub mutuo,puta,mille florenos,reſtituẽ
dorum Hiſpaniæ,inde ad ſex menſes,in moneta ibi currenti,ſed vltra lucrum cambii exurgens ex
varietate ualoris monetarum in diuerſis locis,exigit ab eo xx.uel xxv.pro centenario, quæritur
vtrum

vtrum ſit licitum,& quòd liceat, quærunt aliqui probare ad excuſandum peccatum tripliciter, primo ratione moræ,ſecundo nomine intereſſe. Tertio ratione periculi, ſed fatẽdum eſt eſſe vſuram expreſſam; quia ibi lucrum ſperatur ex mutuo,quòd pertinet ad rationem vſuræ.xiiii.q.iii.c.ſi feneraueris.c.conſuluit.de vſuris. & ad rationes eorum.res pondetur, primo,quòd in caſu dĩcto non eſt dare moram cum nondum aduenerit tempus ſolutionis fiendæ, Ad ſecundum quòd illud habet locum de intereſſe,quo ad damnum emergens : puta ſi mutuana ipſe acciperet ad vſuram,& de intereſſe,& moræ.j.diximus.Ad tertium dico,quòd campſores Romanæ curiæ ita cautos ſe faciunt per diuerſas vias,& per diuerſas fideiuſsiones,ſunt ſecuri,& cauti de capitali, & intereſſe, vt propriis oculis vidi,ſed ſi eſſet periculum etiam non excuſaret, cum ratione mutui hoc petant,argumen.extra de vſuris.c.nauiganti.eſt ergo lucrum ſenebre,& reſtitutioni obnoxium Num materiam intereſſe agrediamur.

De amente,& demente,& furioſo,de mente capto,& inſano, de ſtulto,& fatuo. Cap. LXVIII.

DIcimus,quòd qualitercunque quis ſit à mente alienatus,non poteſt exercere actum dependentem à conſenſu.tex.in.l.furioſum.C.qui teſta.ſac.poſſ.c.dilectus, de ſponſalib.l.in negotiis,& l.furioſi.ff.de reg.iur.vbi legitur; Furioſi nulla voluntas eſt, & eſt loco abſentis, vt ibi in gl.& æquiparatur mortuo,vt per Alex.& Iaſ.in.d.l.furiosum. & vide ea, quæ notantur in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff de acq.hær.Et furioſus,& mente captus idem ſunt; quamuis mente captus ſit nomen magis generale,quàm furioſus:ideo delicta ab alienatio mente commiſſa non puniuntur.l.diuus.ff.de off.præſ.quia ſatis ſuo furore punitur.& ratio eſt,quia delictum non committitur ſine dolo.Et idem iudicandum eſt de mente capto, ſicut dicitur de furioſo. ita Alex.in conſi.liiii.Corn.in conſi.xxii.quia mente captus æquiparatur furioſo.l.ii.& ibi Bald.C.de curatore furioſi,Ang.in.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.c.iudicas.iii.q.ix.vbi etiam notatur,quod ad excuſandum quem à delicto propter inſaniam mentis requiritur probatio concludens, inſaniam adeſſe tempore commiſsionis delicti.quod eſt notandum ſecundum præpoſitũ in.d.c.iudicas,pro formandis articulis in materia tali; quia articulus non concluderet, quòd talis non erat ſanæ mentis,niſi ſpecificaretur de tempore delicti; quia probatio debet neceſſario concludere.l.non hoc.C.vnde cognati.Et ſanæ mentis quilibet præſumitur, non mente captus,nec demens.l.nec codicillos.C.de cod.& ibi Bal.& doct.& canoniſtæ in clem.i.de homic.& in l.fin. de ſucceſſ.ab inteſt.tamen præſumptiones prædictæ ceſſant,quando probaretur contrarium,vt in.d.l.nec codicillos.Et tradunt omnes doct.in.d.c.ſi.& in.d.l.furioſum,& ibi Corn.C.qui teſta.face.poſſ. Et aduerte,quòd furioſus dicitur ille,qui eſt cum rabie furoris euidentis; ſed mente captus dicitur cui mens,& conſilium deficit,tamen nullum furorem oſtẽdit,ita Bal.in.l.furioſi.C.de nupt.& in.l.humanitatis.C.de impub.& al.Alex.in conſ.liiii.Iaſ.in.d.l.furioſum.Et qui nomen ſuum ignorat,& qui non reſpondet ad propoſitum,iudicatur inſanus,vt per Iaſ.in.d.l.furioſum. Et vide Barb.in.c.ſi.de ſucceſſ.ab inteſ.& Bart.in.d.l.nec codicillos.C.de codicillis, & in.l.ſi quidem C.ſol.ma.& vide Bar.& Bal.in.l.mutuum.ff.de acq.hær. Alex.in.l.ſi poſt dotem.§. ſi maritus.ff.ſol.mat.Sed ſi furioſus habet dilucida interualla,poteſt in illis interuallis condere teſtamentum; & ſi non apparet quo tempore factum fuerit tale teſtamentum,ex verbis teſtamenti poterit cognoſci,& perpendi,an tempore teſtamenti erat ſanæ mentis,an non;vt in.d.l.furioſum.

Et ille dicitur non ſanæ mentis,qui non habet memoriam ordinatam.tex.in.c.filii, de hær.in vi.faciunt notata in.c.i.de clerico ægrotante,eod.lib.vbi notatur, quòd ille dicitur demens, qui neſcit exprimere,quod vult,deprehenditur etiam dementia ex loquela inordinata, vt ſupra tetigi.Sed qui ſapienter ſcribit,vel loquitur,præſumitur tunc temporis fuiſſe ſanæ mentis:& ad hoc allego bonum tex.in.c.legimus.xciii.diſt.vbi legitur; fatuus fatua loquitur.facit tex.in.c. cõuentior.xxxiii.q.viii.& in.l.quidam in ſuo.de condit.inſtit.

Et ex proiectione lapidum more inſanorum deprehenditur dementia.l.ii.C.de iudæ.l.ob quæ vitia.ff.de ædil.edic.Itaque qui loquitur verba irriſoria,& contemnenda, præſumitur fatuus. ita Are.in.l.i.ff.de verb.obl.& Alex.in conſi.liiii.ad ſi.Itaq; furor,& inſania percipitur ex ſermonib. quæ conueniunt furioſis,fatuis,vel dementibus,vt in.d.l.quidam in ſuo,cum concord.quia licet furor,& inſania mentis non videatur,tamen perficitur(vt dixi) ex ſermonibus conuenientib.furioſis,vel fatuis.ita concludit Corn.in conſi.xxvi.Et fatui à fando dicuntur,vt per Bar. in tract.de teſtib.col.xxi.vbi dicit; fatui verò dicuntur à fando,hoc eſt loquendo; quia loquendo ſuam fatuitatem oſtendunt : & prædicta ſecundum vocabulorum proprietatem,licet in iure quandoque iſtis vocabulis abutamur,dicit etiam Bar.menti capti vero dicuntur,qui ſtante ſenſus integritate carent iudicio intellectus propter ſenſus defectum.Quidam dicuntur ſtulti, quidam fatui appellantur : ſtulti dicti ſunt à ſtupore,quia ſtupenda non ſtupent, vel non ſtupenda ſtupeſcũt.

Et

Et dupliciter dicitur mente captus,& cum ſæua dementia,& quaſi rabie, & cum quieta amentia.Dicitur.n.amens ab à quod eſt ſine, & mens,quaſi ſine mente; & demens quaſi deorſum mente,& ſic non compos mentis.gl.in.§.præterea iuſti.qui non eſt.per.ſi.teſt.Fulg.in cõſi.lxxx. Bal.in.l.humanitatis.C.de impub.& aliis.& addit Bar.vt ſupra.Probantur hæc per eos, qui viderũt eos aliena loqui ; vt ſi per vicos more inſanorum viderunt loqui deridentia.

Et probatur furor,ſi aliquis fuit reputatus per plures menſes pro furioſo, ſeu demente à conſanguineis ſuis,& vicinis eundem cognoſcentibus;vt per Alex.in conſ.liiii.vel ſi fuit detentus in carceribus à conſanguineis ſuis.Alex.in l.ſi poſt dotem.§.ſi maritus.ff.ſol.mat.vel ſi probatur ꝙ communiter haberetur pro mente capto.ita Dec.in conſi.lxxxvi.ſ.par.vbi multa allegat, late ẽt dixit in conſ.ccccxlviii.iiii.par.tex.ſing.ad hoc in.c.indicas.iii.q.ix.vt infra etiam dicemus.

Et ſufficit,quòd teſtes deponant de ſermonibus, & geſtis non conuenientibus viro prudenti, ſed furioſo,vel mente capto ; dummodo teſtis aſſignet cauſam, & rationem dicti ſui ; per quam cõſiderato ſermone,ſeu actu,de quo deponitur,inducatur præſumptio ; quòd ille, qui ita ſermonem protulit,vel actum geſſit,non fuerit ſanæ mentis,ſed potius in demẽtia,ſeu furore, vt per Inno.& doct.in.c.cauſam.de teſti.Ideo ſi teſtis deponit quem furioſum,vel inſanum, debet deponere per ſenſum proprium etiam non interrogatus,vt per Innoc.in.d.c.cum cauſam.& per Bar. & Bal.in.l.ſolam.C.de teſtib.& per Iaſ.in.d.l.furioſum.quia furor,& inſania intellectu cognoſcitur,non ſenſu corporis,quia eſt quid inuiſibile,& in ea,quæ non percipiuntur ſenſu corporis,nõ creditur teſti.niſi reddat cauſam ſcientiæ per ſenſum corporis,etiam nõ interrogatus,vt dixi. vnde ſi teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondet,quia vidit,non probat furorem, nec inſaniã ; nam iſta accidentia animi non poſſunt percipi momento, ſed ex curſu ſuper multitudine actuũ, & conſideratis adminiculis per iudicium intellectus,Nam eſſe furioſum, & mente captum ſunt paſſiones cerebri,quas cognoſcit phyſicus.

Sed ſi teſtis interrogatus,ſi Titius erat furioſus,dicat,quòd ſic,ideo quia vidit ipſum furientẽ bene probat,vt per Iaſ.in.d.l.furioſum,quia furor per viſum percipitur,& probatur per actus,& ſigna,vt dixi.Et ſi teſtis dicit,quia eſt publica vox,quia audiuit publice dici,non probat;quia debet dicere,audiui à maiore parte ciuitatis.ita Bar.in.l.de minore.§.tormenta.ff. de quæſtionib. Sed probatur,quem furioſum eſſe,ſi publice,vel communiter habebatur pro furioſo ; vel quod viſus eſt proiicere lapides,vel panem,more inſanorum,vt ſupra dixi allegando Alex. in ſuo elegantiſsimo conſi.liiii.vol.i.Et furor,& dementia ex variis cauſis ſurgere poteſt,vt ff.de ædi.edi.l.i.in fi.cum duabus ſequen.

Sed aduerte,quòd difficile eſt probare,quem eſſe mente captum,vel furioſum,& de directo ꝓbari non poteſt,quem eſſe furioſum,vel dementem;quia ſenſu corporis non percipitur, vt dixi, per Card.in conſi lv.quia in tali caſu dicuntur teſtes iudicare potius,quàm deponere. Et teſtes poſſunt de facili errare,ideo in tali caſu non creditur teſtibus,niſi cauſam dicti ſui faciant manifeſtam,vt per Innoc.in.d.c.cum cauſam.Et ſic furor non probatur per uiſum ſimpliciter, quia cõmunis opinio eſt in contrarium,per ea, quæ ſuperius diximus;& per Dec.in conſi.ccccxlviii.iiii. volumine.

Et in dubio quis ſanæ mentis præſumitur,non mente captus.l.nec codicillos.C.de codicillis, vt ſupra dixi.Itaque magis creditur teſtibus deponentibus de ſana mente, quàm deponentib.de inſania,quia teſtes, quibus ius commune aſsiſtit,& qui concordant cum iure communi, præferuntur aliis,qui iure communi aduerſantur,vt per Innoc.in.c.auditis.de præſcriptionibus.& per Deci.in.d.ſuo conſi.ccccxlviii.iiii.par.& probat teſtis,ſi dicit,vide furere,& acta furoris facere, & probat teſtis,ſi dicit de ſana mente,quia fuit præſens actui per eum geſto. ita Cor.in conſ.lxxxv. ii. par.Et qui non poteſt articulate loqui,ſimilis eſt mortuo.Bar.Alex.in conſi.xii.i. part.

Sed qui ſemel fuit furioſus,ſemper præſumitur furioſus,ſi per plures menſes permanſit in furore.tex.eſt ſing.ſ.c.indicas.iii.q.ix.vbi fuit caſus ; Hermanus epiſcopus fuit furioſus, & quia per plures menſes fuit furioſus,conſtabat pontifici:qui Hermanus poſtea homicidium, vel aliud ſcelus commiſit.de quo accuſatus coram archiepiſcopo appellauit ad papam. Archiepiſcopus autẽ indignatus rogauit papam,vt de crimine cognoſceret, papa dicit in tex.quòd non poteſt facere tribus rationibus ; quia Hermanus erat abſens,& quia non dixerat ei, qui fuerunt illi exceſſus, ſuper quibus accuſabatur,nec vtrum tempore delicti fuerit ſanæ mentis,vel non. Ecce tex.ſingularem,quòd quando quis publice habetur pro furioſo,ſemper præſumitur furioſus, & quia furor epiſcopi erat taliter notus,quòd peruenerat ad aures conſiſtorii Romani pontificis, vt patet in tex.ideo archiepiſcopus debebat probare epiſcopum deliquiſſe tempore,quo erat ſanæ mẽtis. hoc adde ad ea,quæ ſuperius dixi,tamen dicta præſumptio recipit probationem in contrarium, quia eſt præſumptio iuris,& non præſumptio iuris,& de iure,ideo dato, quòd mille teſtes probarent talem fuiſſe prius furioſum,& duo probarent eundem tempore quo actum geſſit,fuiſſe ſanæ mentis,illa ſecunda probatio præualet:& non diſcordant dictæ probationes,vt per Corn.in d.ſuo conſi.lxxxv.Sed declarando doctrinam Bar.in.l.ii.ff.de bon.poſſ.furioſo infanti delata,dic

quòd

quòd ſecundum Iaſ.poſt Alex.in.d.l.furioſum,intentio Bar.eſt iſta,quòd ſi probatur aliquẽ eſſe furioſum non ſemper,ſed aliqno momento temporis,puta vna,vel duabus horis,vel vno die,vel duobus,tnnc ex tali furore,qui non fuit ſucceſsiuus,vel probatur,aut probatur aliquem habuiſſe furorem ſucceſsiuum,licet aliquando aliqua interualla habuiſſet,tunc quicquid egit, præſumitur feciſſe tempore furoris, ſi per plures menſes permanſit in furore, & communiter haberetur pro furioſo,vt dixi allegando Alexan.in conſi.liiii.& tex.in.d.c.indicas,& Bar.in.l.fi.ff.de bonorum poſſ.furioſo infanti cnmpetenti.& Are.in.l.ii.ff.de teſta.& Corne.in.d.l.furioſum. Sed non præſumo ſurioſum ſemper ſurere,maxime ſi ſuerit probatum quod medii temporis qualitas fuerit furori contraria.Itaque ſi apparet,quòd furioſus poſt tempus furoris fuit in ſana mente, ante actum factum attenditur qualitas actus,nam ſi actus eſſet cōueniens hominis ſanæ mentis, onus probandi incumberet ei. qui allegaret furorem in tali caſu.& iſta eſt communis opin.tenet Bar. in tract.de teſti.xx.col.& in l.fi.ff.de bon.poſſ.infanti forioſo.Areti.in.l.i.ff.de verb.obl.Iaſ.poſt Alex.in.l.ſurioſum.C.qui teſt.fac.poſſ.& Io.and.in.c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.dicit, ſi aliquis nō eſt compos mentis,qui hoc dicit,id probet,quia ei qui,dicit,incumbit probatio.l.ei,qui dicit.ff.de proba.gl.in.c.Conſaldus.xvii.q.ii.

Sed aduertant iudices,quia difficile eſt probare furorem,vel priuationem ſenſus, vel intellect. Bal.in.d.l.ſurioſum.& Ioan.and.in.c.filii.de hæret.in.vi.dicit,aduertite iudices. qnia multi furorem fingunt,vt excuſentur.& Bar.in ſuo tract.de teſtib.in.xx.col.dicit, an quis furorem fingat, poteſt dubitari.& addit,ex ſuſpictionibus ergo ſimulatio arguitur,& ex vita præambula.de quo videbis bonam gl.in.d.c.indicas.iii.q.viiii.& ſæpe quis apparet ſurioſus,vel demens,& tamen nō eſt,ſed ſic ſe fingit ex aliqua cauſa.l.obſeruare.ff.de cur.furio.vbi dicit tex. ſuper hoc debet fieri pleniſsima cauſæ cognitio,vt per Card.in conſi.lvi.& Bar.dicit in.d.l.obſeruare, iudex.n.debet adhibere medicos,vel alios prudentes viros.Sed eſt aduertendum,an teſtes ſing.probent in probando ſurorem,& dementiam;nam aliqui dixerunt,quòd teſtes ſing.probant.Sed veritas eſt ꝙ teſtes ſing.non probāt.ita Dec.in.c.licet cām,de prob.ubi ipſe dicit,quòd actus in genere non ꝓbantur per teſtes ſing.cum verum ſit dicere,quòd meo actu teſtes non concordent; & mediantibus teſtibus ſingularibus non videntur probari actus particulares, ex quibus inferatur actū, de quo quæritur.Et aduerte,quòd iſta doctrina Decii eſt in lecturis,& in ſcolis legendo, vbi ceſſat ambitio pecuniæ,ſed non ſic in conſiliis,tenet etiam Alex.in conſi.c.vbi allegat Inno. ita tenere in.c.qualiter,& quando.ii.de accuſa.Sed magna coniectura veritatis coadiuuat atteſtationes teſtium,vt per Corn.in conſi.lxxxv.& presbyteri laicis præferuntur.c.clerici.lxxxi.diſt.& in qualitate teſtium quatuor clerici æquiualent ſex laicis.gl.in.c.monachus.lxxvii.diſt Are. in.l.i.ff.de verb.ob.& multa alia adducit.& vide Dec.in conſi.ccccxlviii.p.iiii.vbi ſe remittit ad ea, quæ dixit in.d.c.licet cauſam,de proba.Et mentis ſanitas comprehenditur ex ſermonibus.Bar.in.l.his, qui.§.diuus.ff.de tuto.& cur.da.ab his.

Et ſi aliquis laboret in extremis,non ideo eſt mente alienatus,quia cum corporis ægritudine compasſibilis eſt prudentia,vt in.c.i.de renunc.& nonnunquam infirmitas corporis fortitudinē cordis augmentat,vt in.c.niſi cum pridem.§.alia.eo.tit.& l.Sanum.C.de tranſla.l.ſenium C. qui teſt.fa.poſſ.Et de conſtituto in extremis,quòd non præſumatur inſanus mente,caſus eſt in c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.de quo vide Card.in conſi.xxx.& Panor.in.d.c.fi.

Et imputatur ſurioſo,ſi culpa ſua deuenit ad furorem,ut per gl.in.c.i.vi.diſtin.Et omnia vera ſunt,niſi quis ſimulet ſe furioſum,quo pœnam euitet;oportet.n.vt iudex induſtrioſus ſit.

Vltimo pro complemēto regulæ notabimus,quòd ſi aliquis commiſit homicidium, propter quod debeat decapitari,ſi poſtea realiter efficitur ſurioſus,non debet puniri in perſona, ſed in bonis;vt videbis per Iaſ.in.d.l.furioſum.etiam ſi poſt condemnationem efficiatur furioſus; vt ibi ꝑcum.Et nota etiam,quòd pœnitentia imponitur alicui, ſi furioſus poſt delictum commiſſum ad ſanam mentem conuertatur. Vide tex.& gl.in.c.ſi quis inſaniens.xv.q.i.Et hoc toleratur, ne diſciplina eccleſiæ deſeratur.& vide Lucam de penna in l.ſi apparitor.col.fi.de coarctali,li.xi.Sed quia factum à furioſo videtur factum à caſu ſine facto perſonæ;vt dicit tex.fi.in fi.ſ.de admin.tut. vide gl.& doct.in.d.c.inſaniens.& vide Card.in clem.ſi ſurioſus.de hom.dicentem,quòd is, qui allegat furorem,debet probare furorem,quia præſumitur ſanæ mentis,tamen ſi dicetur, quod aliqñ fuit furioſus,ei,qui dicit nunc furioſum,incumbit probatio,vt in.d.c.indicas.iii.q.ix.& vi.in.c.ſemel,de reg.iuris,in ſexto.Quid autem dicendum ſit de illo,qui per ebrietatem maleficium committit,an puniri debeat(ſimilis enim eſt ſurioſo.)vide Dom.Hier.Gigan.in tract.de cri.læſæ maieſt.q.lii.vii.not.

Multa de ſtultitia,& ſurioſo diximus, Nunc dico,quod ſtultitia eſt contraria dono ſapientiæ, ſecundum S.Tho.in.ii.ii.q.xlvi.ar.iii.& eſt filia luxuriæ,& ad ipſam pertinet quod homo habeat faſtidium de deo,& de donis eius.Vnde illa duo vitia quæ numerat Greg.xxxi.morali.inter filias luxuriæ.ſ.odium dei,& deſperationem futuri ſeculi pertinent ad ſtultitiā,quaſi due partes eius. Pro huius materiæ declaratione dicit,S.Tho.vbi ſupra quod nomen ſtultitiæ à ſtupore videtur

ſumptum

ſumptum eſſe.vnde Iſidorus dicit in libro etymologiarum quòd ſtultus eſt, qui propter ſtuporem non mouetur.Et differt ſtultitia à fatuitate,quia ſtultitia importat hebetudinem cordis, & obtuſionem ſenſuum· Fatuitas autem importat totaliter ſpiritualis priuationem ſenſus, & ideo conuenienter ſtultitia opponitur ſapientiæ. Sapiens enim ſecundum Iſidor. dictus eſt à ſapore, quia ſicut guſtus eſt aptus ad diſcretionem ſaporis ciborum,ſic ſapiens ad cognoſcendum qualitatem rerum & cauſarum circa ſpiritualia. Et ſic ſtultitia opponitur ſapientiæ ſicut contraria. Fatuitas autem ſicut pura negatio. nam fatuus caret ſenſu indicandi; ſtultus autē habet ſenſum hebetatum,ſapiens autem ſubtilem.Inſipiens autem,vt dicit Iſid.cōtrarius eſt ſapientiæ eo quòd eſt ſine ſapore diſcretionis & ſenſus. Vnde idem videtur inſipientia, & ſtultia. Præcipue autem videtur ſtultus quando quis deficit in ſcientia indicii,quæ attenditur circa altiſsimam cauſam.ſ. deum qui eſt finis vltimus,& ſummum bonum. Quod autem patiatur quis ſtuporem ſeu hebetudinem in iudicando circa vltimum finem poteſt eſſe dupliciter.Vno ex naturali indiſpoſitione ſicut accidit in amentibus,& talis ſtultitia non eſt peccatum,quia non eſt voluntaria.Alio modo in quantum quis immergit ſenſum ſuum rebus terrenis ex quo redditur ſenſus eius ineptus ad percipiendum diuina ſecundum illud.i. Co.ii. Animalis homo non percipit ea quæ dei ſunt, & homo habenti guſtum infectum humore non ſapiunt dulcia,& talis ſtnltitia eſt peccatum.Vnde dicitur Prouer.i.Proſperitas ſtultorum perdet eos,nullus autem perditnr niſi propter peccatum. Non obſtat ſi dicatur quòd peccatum eſt voluntarium,ſed ſtultitia eſt inuoluntaria, quia nullus vult eſſe ſtultus:quamuis enim nullus velit ſtultiam,vult tamen ea ad quod conſequitur eſſe ſtultum.ſ.abſtrahere ſenſum ſuum à ſpiritualibus,& immergere terrenis. Nam & idem contingit in aliis peccatis. Nam luxurioſus vult declarationem ſine qua non es peccatum,vellet enim frui delectatione ſine peccato. Et quia ſtultia ſecundum quod eſt peccatum,prouenit ex hoc, quod ſenſus ſpiritualis eſt hebetatus,vt non ſit aptus ad iudicanda ſpiritualia. Maxime autem ſenſus immergitur ad terrena per vitium luxuriæ,quæ eſt circa maximas delectationes quibus ratio maxime abſorbetur.Ideo maxime naſcitur ſtultitia huius ex luxuria:vnde dicitur Prouerb.vii. Statim eam ſequitur.ſ.meretricem ignorans,quòd ad vincula trahatur ſtultus.Gre.Qui ſtultus fuit in culpa ſapiens erit in pena,diſtin.xxxviii.c.qui ea.vbi litera dicit. Qui ea quæ dei ſunt ſapiunt à domino ſapiuntur, & qui ea quæ dei ſunt neſciunt à domino neſciuntur,paulo atteſtante, qui ait.Si quis ignorat ignorabitur.Idem quicunque ſtultus eſt in culpa,erit ſapiens in pœna.

Eſt enim triplex ſtultitia,prima ſpiritualis,& gratioſa,Secunda ſpecialis, & criminoſa, Tertia generalis,& opprobrioſa,

De prima ſtultitia Apoſt.i.ad Corinth.c.iii.ait,Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo ſtultus fiat,vt ſit ſapiens.Sapientia enim huius mundi,ſtultitia eſt apud Deum. Vbi Ambr. in glo.ſic ait.In ſcripturis diuinis ſapientia pro aſtutia, & calliditate ponitur,ergo ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo,ideſt aſtutia mundi: ſtultus,ideſt mundanam ſapientiam, hoc eſt faſtum,& elationem de illa deponat vt ſit ſapiens quaſi dicat, vt non ſolum videatur, ſed vere ſit ſapiens,& quare: quia ſtultus ſeculo prudens eſt Deo,hæc ille. Ergo hæc conſiſtit in contemptu terrenorum,& mortificatione vitiorum,quæ videtur ſtulta apud mundi ſapientes.in Corin. i.Quæ ſtulta ſunt mundi eligit Deus.vnde Gregor.in.x.morali.tractans illud Iob. Deridetur iuſti ſimplicitas & quaſi lampas contempta ait.Sapientia iuſtorum eſt nil per oſtentationem fingere = ſenſum verbis aperire,vera vt ſunt diligere: falſa deuitare: bona gratis exhibere: mala libentius tollerare,quàm facere: nullam iniuriæ vltionem quærere. Sed hæc iuſtorum ſimplicitas irridetur: quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur.Omne,quòd innocenter agitur ab eis proculdubio ſtultum reputatur.Et quicquid in operæ veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat. Quid nanque videtur mundo,quàm mentem verbis oſtendere,nihil callida machinatione ſimulare,non vllas iniuriis contumelias reddere,pro maledicentib.orare: paupertatem quærere,poſſeſſa relinquere,rapienti non reſiſtere,percutienti maxillam alteram præbere? vnde bene huius mundi dilectoribus ille egregius Dei ſapiens,ſcilicet Moyſes ait. Abhominationes Aegyptiorum immolabimus Deo noſtro. Oues quippe Aegyptii edere dedignantur, Sed quòd Aegyptii abhominantur hoc Iſrahelitæ domino offerunt,quia ſimplicitatem cōſcientiæ,quam iniuſti quique velut infima abiectaq; deſpiciunt: hanc iuſti in virtutis ſacrificium vertunt. Et excolentes iuſti puritatem ac manſuetudinem Deo immolant, quam abhominantes reprobi fatuitatem putant,hæc ibi. Pertinet ergo ad iſtam ſcientiam, & ſpiritualem ſtultitiam quòd homo non moueatur iniuriis altorum: ex eo videlicet homini non ſapiunt terrena, ſed cœleſtia ſola,& hæc eſt vera ſapientia. Nam quòd aliquis non cōmoueatur iniuriis ex eo quòd eſt ſimpliciter circa omnia ſtupidus hoc pertinet ad ſtultitiam ſimpliciter ſicut in amentibus, qui non diſcernunt quid ſit iniuria, & ſimiliter quod contemnat terrena, ex eo videlicet quod impediunt perfectum ſalutis affectio illorum & occupatio, & quia vilia cognoſcuntur reſpectu cœleſtium pertinet ad ſanctam ſtultitiam. Et etiam loqui de diuinis,& ſpiritualibus magnifice vltra humanum modum.Vnde cum Paul.loqueretur cum Herode & quibuſdam aliis magnatibus de vi-

ſione quam habuerat, & doctrina Chriſti, dicit el quidam. inſanis Paule, multæ litteræ ad inſaniam te aducunt, quibus tamen ipſe reſpondit, non inſanio, ſed verba ſobrietatis ego loquor. Actuum xxvi. Sic & prædicatio apoſtolorum de Deo incarnato, & crucifixo ſtultitia reputabatur, ſapientibus mundi. i. Corinth. Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Hæc ſancta ſtultitia hominem ſibi ipſi ſtultum reputare facit, Prouerbi. vigeſimonono. Dixit vir cui locutus eſt dominus. Stultiſsimus ſum virorum, ſapientia non eſt mecum. & Seneca. Si quandoque fatue delectari volo non eſt mihi longe quærendum merideo, epiſtola trigeſimaſexta.

Secunda ſtultitia quæ eſt ſpecialiter, & criminoſa filia luxuriæ contrariatur ſapientiæ veræ, quæ ſcilicet accidit pro cauſa altiſsima, & fine vltimo ipſum Deum, ſecũdum quòd philoſophus, dicit in. i. Metaphyſ. quòd ad ſapientem pertinet conſiderare altiſsimam cauſam, ſcilicet Deum, per quam de omnibus iudicat, & ad quam ordinat omnia, & per regulas diuinas diuinæ, ſcilicet legis, vel internæ inſpirationis de ſe, & aliis interius exteriuſque deponit. Et eſt ſapientia quæ deſurſum eſt Iacob. cap. i. Hæc ergo quæ ſapientia mundi dicitur accipit pro altiſsima cauſa, & vltimo fine, vel aliquem finem malum, ſicut homo dicitur ſapiens ad male agendum, ſicut abuſiue dicitur, bonus latro, qui per aptas vias ſcit peruenire ad ipſum finem conſequendum, ſcilicet furandi, vel accipit pro vltimo fine aliquid bonum terrenum, vt diuitias, vel aliquid bonum corporeum. Vt delectationes carnis.

Primam appellat Iacob. ſapientiam diabolicam, ſcilicet quæ ordinatur ad malefaciendum.

Secundam terrenam, quæ ordinatur ad diuitias. Tertia animalem quæ ordinatur ad delectationes corporis, terrena animalis, & diabolica, ſcilicet eſt iſta ſapientia. Sed veræ ſtultitia eſt. Vnde & diuiti, qui conſtituerat finem ſuum in terrenis dictum fuit à Deo, vel angelo. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, ſcilicet dæmones, quæ autem paraſti cuius erunt. Luc. duodecimo. Et de luxurioſo dicitur Prouerbi. ſeptimo. Ignorat quòd ad vincula trahitur ſtultus. Et de aſtutis ad male faciendum, dicitur Hieremi. quarto. Filii inſipientes ſunt, & vecordes, ſapientes ſunt vt faciant mala; bene autem facere neſcierunt. Hæc autem ſtultitia hominem decipit, quia extimat in creaturis requiem inuenire, ſed non quietem inuenit, ſed anguſtias Prouerbi. quinto. In multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur. In peccato detinere facit, quia non videt periculum ſuum, ſicut freneticus gaudet in freneſi, ac ſi ſanus eſſet, vnde dicitur Prouerbi. decimoquarto. Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus autem tranſilit, & confidit. Correctionem ſeu flagella ſentire non ſinit, Prouerbio. xvii. Plus proficiat apud prudentem vna correctio, quàm centum plagæ apud ſtultum. Virtutem eneruat. Eccleſiaſt. vi. Vnde Seneca in epiſtola decima. Stulto nulla re opus eſt. Nulla enim re vti ſcit, ſed omnibus eget. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. Ignominiam generat, Prouerbi. iii. Stultorum exaltatio ignominia. Seneca in epiſtola.

Humilis res eſt ſtultitia, abiecta, ſordida, ſeruilis, multis affectibus, & ſeuiſsimis ſubiecta &c.

Tertia ſtultitia eſt generale vitium. Sicut enim ſapientia in ſcriptura ſacra communiter pro virtute ponitur, ac etiam ab ethnicis moralibus ſecundum quod dicit Seneca, quòd ſapiens non conturbabitur quicquid acciderit ei. Sic econtra ſtultitia vitium eſt, & ſignificat quicunque, ſcilicet mortale per quod quis poſtpoſito ſummo bono inhæreret creaturæ, vt vltimo fini & ſummo bono.

Quis enim non ſtultum diceret eum quòd vnum obolum præponeret omni theſauro mundi. Talis eſt quicunque peccator. præponit enim pecuniam delectationem veneream, potentiam, & huius, quæ vana ſunt, & tranſitoria, Deo & mandatis eius, & fœlicitate ſupernæ. Venerunt inquit Sapiens mihi omnia bona pariter cum illa, ſcilicet ſapientia quæ Deus eſt, ſeu virtus infuſa. Et de huius dicitur Eccleſiaſt. i. Stultorum infinitus eſt numerus. Quamuis autem quodlibet peccatum poſſet dici ſtultitia, præcipue tamen ſcriptura nominat aliquos peccatores ſtultos. Et prima ſtultitia eſt in non conſiderando Dei circunſpectionem, Pſalmus nonageſimus tertius. Stulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem, non audiet, ſcilicet verba veſtra, aut qui finxit oculum non conſiderat, ſcilicet corda veſtra, & opa. Qui corripit gentes non arguet vos, ſcilicet de iniquitatibus veſtris. Secunda eſt in præferendo ſuam cogitationem aliis, Prouerbi. xix. Sapientior ſibi videtur ſtultus ſeptem viris loquentibus ſententias. Et vt dicit Gregorius. Stultus eſt enim, qui in eo ſe primum extimat, vt bona quæ viderit, ſcilicet in aliis diſcere contemnat, diſtinctione vigeſimaſecunda, capitulo de Conſtantinopolitana, & Iob quinto. Vidi ſtultum firma radice, ideſt fixum in temporalibus affectu, & maledixi pulchritudini eius ſtatim, ideſt cognoui illam apparentiam proſperitatis cito deficiendam, Prouerbiorum decimumſeptimum. Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, quaſi dicat nihil ex quo non vtitur eis ad quod ordinatæ ſunt.

Nona eſt ſtultitia incredulitatis, ſcilicet non credere, quæ à ſanctis viris prædicta ſunt. Lucæ vltimo. O ſtulti, & tardi ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Magna ſtultitia eſt non credere viris ſapientiſsimis, & optimis; ſicut fuerunt auctores fidei, & martyres Sancti, ac doctores eccleſiæ, & credere philoſophis gentilibus, ac Poetis, & Hiſtoriographis, & mercatoribus, qui omnes abundant falſitatibus in ſuis dictis.

Decima

Decima ſtulticia eſt prædicationis infructuoſe Treñ.ii. Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam reuocarent. Prophetæ ſecundum Greg. dicuntur ibi prædicatores: quia procul. ſant.i. ea quæ ſpectant ad futuram vitam: hi vident eis falſa, dum ſub ratione veri cultus diuini & ſane doctrinæ prædicant falſa. Stulta dicunt dum ea quæ non pertinent ad ſalutem docent curioſa & inutilia. Vnde Apoſt ii.ad Timo.ii. Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita. Vndecima ſtulticia eſt locutionis indebite Iſa.xxxii. Fatuus fatua loquitur. xv. Os fatuorum ebulit ſtulticiam: ſicut fecit Nabal viris Dauid, propter quod Dauid propoſuerat occidere eum propter improperium illis dictum. Sed Abigail vxor eius eum placauit, dicens de ipſo Nabal. Stulticia eſt in eo: & ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt. i.Re.xxv. & i.Regũ.xiii. dixit Samuel Sauli ſtulte egiſti, nec cuſtodiſti mandatum domini. & per Propheta Annani, fuit dictum Regi Iſrael, quia habuiſti fiduciam in Rege Syriæ, & non in domino Deo tuo ſtulte igitur egiſti. &c. Matth. vii. Omnis qui audit verba mea, inquit Chriſtus: & non facet ea ſimilis erit homini ſtulto qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia & venerunt flumina: & flauerunt venti in domum illam & facta eſt ruina eius magna. omnia adde ad ea quæ ſuperius diximus.

Corpus domini an poſsit ab amentibus recepi, vide doctor. & text. in qui recedunt. xxvi.q. vi. & ibi vide glo. dicentem. Si quis fuerit amens à natiuitate: talis poteſt baptizari & corpus Chriſti in neceſsitate recipere.

De teſtamentis, & de ſubſtitutionibus, & de iure accreſcendi, & de tranſmiſsionibus. Cap. LXIX.

TEſtamentorum vſus, & vetuſtus eſt, ita maxime neceſſarius, & publica ratione cõparatus, ad hoc, ne qui ſine propinquorum ſerie decederet, hæredem non habere cogeretur, aut ſi vel maxime ſint, qui ſanguinis iure neceſſarii exiſtant, eos tamen hæredes admittere oporteat, quos tam longe à bonis ſuis abeſſe mallet, vt qui longiſsime. Et teſtamentum dicitur teſtatio mentis, ſeu voluntatis iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit. l.i. ff. de teſta. & inſtitu. de teſta. in princi. Et teſtamenti factio debet eſſe libera ab omni exactione hominis, non legis. ita Bald. in l. humanitatis. C. de impu. & aliis. & legitur in l.i. C. de ſacroſanct. eccle. nihil enim eſt, quòd magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus. i. diſpoſitio in ſcriptis. ſequitur textus; & licitum, quòd iterum non dedit arbitrium. i. ſine ſcriptis.

Dicitur teſtamentum, In quo continetur hæredis inſtitutio, etiam ſi teſtator illud appellauit contractum, codicillum, vel donationem. l. teſtamentum. & ibi Bald. C. de teſta. vbi dixit; nota, quòd non curamus, quomodo loquatur teſtator, dummodo appareat de mente, vt ſi teſtator vocat ſeptem teſtes, & dicit, vos eritis præſentes huic contractui, & hæredem inſtituit, erit teſtamentum; ſed ſi neceſſaria prætermittuntur, viciatur teſtamentum, & contractus; quia omiſsio modi, & formæ ſemper vitiat etiam actum quantuncunque fauorabilem, vt. ff de verbo. oblig. l. qui Romæ. §. Flauius hermes. & ibi notat, quòd abundans cautela non nocet. Et idẽ in iudiciis, quòd nunquam nocet ſeruare ordinem, etiam vbi poteſt prætermitti, vt notat Innocen. in c. nouit. de iudi. quandoque tamen ex abundanti cautela præſumitur dolus, & ſcientia, ut notatur ff. de condi. inſtitu. l. ſi quis ſub conditione hæredes. Item quandoque ſuperflua vitiant, quando non ſunt ſupra actus naturam, ſed contra actus naturam. l. actus legitimi. ff. de regu. iuris. l. græce. §. illud. ff. de fideiuſſo. & eſt ratio, quia eſt ibi peccatum formæ, & forma eſt indiuiſibilis, & inſeparabilis; & ideo vtile per inutile vitiatur ſecundum Bald. & allegat Iaco. Butri. Quot olim erant genera teſtamentorum, omitto; hodie vero hæc eſt ſufficiens diuiſio teſtamentorum; quia aliud eſt nuncupatiuum, aliud eſt in ſcriptis conditum. Et eſt nuncupatiuum, quod conſiſtit in nuncupatione teſtatoris, non in ſolennitate ſcripturæ: ſeptem tamen teſtes neceſſarii ſunt, & hæredis nuncupatio, vt. C. de teſtam. l. hac conſultiſsima. &. §. per nuncupationem, inſtitu. de teſtam. Item teſtamentum debet fieri vno contextu nullo alieno actu interpoſito, niſi fiat ex neceſsitate inexcuſabili, quæ eſt, vel medicaminis datio, vel breuis infirmitatis paſsio; vt in l. cum antiquas. C. de teſta. & in l. hæredes. §. vlti. ff. de teſt. Illud autem, quod in ſcriptis fit, ſimiliter exigit numerum ſeptem teſtium, & ſubſcriptiones, & ſignacula teſtium: & eſt inducta ſolennitas ſcripturæ à iure prætorio cum ſignaculis teſtium; à iure autem ciuili antiquo inductus eſt numerus ſeptem teſtium; per conſtitutiones autem (vt dicunt doctor.) ſunt inductæ ſubſcriptiones teſtium. Item neceſſarium, eſt quòd teſtator ſubſcribat, vel octauus teſtis pro eo, niſi teſtator totum teſtamentum ſua manu ſcripſit, & hoc ſpecialiter expreſſit, quòd ſua manu hoc teſtamentum conſcripſit. Si autem nullum ſcire velit ea, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, poteſt ſignatam,

vel ligatam tantum,hoc eſt clanſam,inuolutamque proferre ſcripturam à quocunque factã,camque rogatis ſeptem teſtibus numero puberibus omnibus ſimul offerre ſignandam, & ſubſcribendam;dum tamen coram eis teſtator ſunm eſſe teſtamentum dixerit: & eo facto teſtes vno,eodemque die,& tempore debent ſubſcribere,& conſignare teſtamẽtum.Et dicunt eſſe ſubſcriptiones, & ſignacula teſtium finis teſtamenti:& probantur hæc omnia per tex. & doct.in l.hac conſultiſſima.& l.cum antiquitas. §. vltimo.& l.inbemus autem.C. de teſta. & Inſti. de teſta.§. poſt vero ex edicto.In ſubſcriptione autem teſtium debet contineri,quis,& cuius teſtamentum ſignauerit, vt.ff.de teſta.l.pe. Signare autem teſtes poſſunt teſtamentum etiam vno anulo, vt inſtit.de teſtament.§.anulo.&.ff.de teſtam.l.ad teſtinm.§.ſignnm autem.

Eſt autem regulare qund dictum eſt,in teſtamentis ſeptem teſtes exigendos;quandoque enim exignntur octo,vt in teſtamento cæci.vt C.qui teſta.fa.po.vel non.l.hac conſultisſima.& ibi docto. Et requiritur,quòd cæcus conuocatus ſeptem teſtibus,& notario dicat, ſe velle teſtari ſine ſcriptis;& debet iſta verba ante omnia proferre,vel ſimilia;& hoc eſt ſpeciale in cæco.ita doct. & Iaſo.in l.hac conſultisſima.& ibi dicit Iaſon,quòd opinio doctorum tenenda eſt,quia fauet teſtamento.Item quandoque in teſtamento ſufficiunt duo teſtes: & quandoque etiam valet nullo teſte adhibito,vt in teſtamento militari,vt per tex.& doct.in l.ſi à patre.& in l. milites. C. de mili. teſta.Item ratione priuilegii indulti à principe ſufficit, ſi tantum duo interueniant teſtes. Nam & ſubſcriptionem teſtium remittere poteſt Imperator, vt in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & ibi quærit Bald. priuilegium patriæ conceſſum qualiter habeat locum: & quid, ſi fuit conceſſum ciuibus illius patriæ:& quid ſi ſumns in dubio ſit datum ciuibus,& patriæ.ibi uidete.& ibi dicit, quòd illi conuenit potisſime nomen patriæ,qui inde ducit originem.

Item teſtamentum ruſtici non requirit ſeptem teſtes,vbi tot non inueniuntur in locis illis,ſed ſufficient quinque,ſed & tunc,ſi omnes literati ſunt,licet ſcientibus pro ignorantibus ſubſcribere:hoc etiam caſu opottet illis ſcripturæ innoteſcere voluntatem, vt iſti tres iurati poſt mortem teſtatoris deponant talem fuiſſe voluntatem eius,vt in l.fi.C.de teſta.& ſi ruſticus eſt in loco;vbi non poteſt habere ſeptem teſtes,puta in carcere tyranni,vel latronum, ſufficiunt quinque teſtes: cum ratio diuerſitatis non posſit reddi.argum.ff.de verbo.obliga.l.à Titio. Et eadem rationa cũ d.lex vltima loquatur in teſtamento in ſcriptis.& dicit ibi Bald.quòd in tali caſu,vbi non poſſunt haberi ſeptem teſtes, ſufficiunt quinque argu.l.iubemns.§.qnemadmodum.C. de teſta. Et nota, quòd iſtud priuilegium conceditur omnibus teſtatoribus, qui non poſſunt habere plures teſtes, quàm ex loci qualitate, vel ſimili caſu.ita Bald.in d.l.vltima. Et illi,qui habent teſtamenti factionem pasſiue,poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento; ſed non omnes, quia non mulier.ff.de teſtib. l.ex eo.neque impubes,neque ſeruus, neqne mutns, neque ſurdns, neque furioſus, niſi tempore intermisſionis,nec is,cui bnnis eſt interdictum,ſed ſeruus cum tempore teſtamenti ſignati cmmuni opinione liberi loco ſnerit habitus,valet,& teſtamentum valebit:probantur hæc inſti. de teſtam.§.teſtes. l. fi.C. de teſtam. conditio enim teſtium expectanda eſt tempore teſtamenti, & non mortis,vt.l.ad teſtium.ff.de teſta. §. i.puto,quòd ſeruns adbibitus in teſtamento teſtis,poſſit in iudicio produci in teſtimoniũ, vt.C.de teſti.l. qnoniam liberi. Si dicas quid ergo prodeſt, quod valet teſtamentum? reſpondeo multum; qnia poteſt probari per ſcripturam publicam, vel forte confitetur aduerſarius taliter conditum eſſe teſtamentum: ſpectatur ergo conditio teſtium tempore teſtamenti quantum ad ſeruitutem,vel libertatem veram,vel putatinam; non tamen dico fidem habendam teſti, qui tempore teſtamenti erat bonæ famæ,nunc autem cum producitur,eſt infamis. In hermafrodito an posſit eſſe teſtis in teſtamento, qualitas ſexus incaleſcentis indicat in eo,vt.ff.de teſti.l.repetundarum.§.i.ff.de ſtatn.homi.l.quæritnr. Et legatarii poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, & fideicommiſſarii,& qni ſunt in eorum poteſtate.vt inſti.de teſta. §.legatarius.quod intellige,ſi agatur hæreditatis cauſa inter hæredem,& filium.Nã ſi agatur cauſa vnius legatarii poterunt ei teſtificari. Ille etiam, qui ſcripſit teſtamentum numero ſeptem teſtium habetur,vt in l.domitius.ff.de teſta.hæres antem ſcriptus, vel is,qui eum habet in poteſtate,vel qui eſt in poteſtate eiuſdem hæredis,vel qui vna cum hærede eſt in poteſtate vnius,nõ poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento.Item nec poſſunt adhiberi,qui ſunt in poteſtate teſtatoris; ſed filius familias poſt misſionem, ſi de caſtrenſi faciat teſtamentum; nec pater eius teſtis adhibetur, nec is, qui in poteſtate eius eſt, eſt enim reprobatum in ea re domeſticum teſtimonium: ſecus ſi non faceret teſtamentum de caſtrenſi peculio ante misſionem;tunc enim pater, & frater pòterũt adhiberi,vt inſti.de teſta.§.in teſtibus.&.§.ſed ſi filins,&.§.ſed neque. Et nota, quòd omnes poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento;qui non vetantur à iure,vt.ff. de teſti.l.i.

Sic autem ordinatum teſtamentum,vt ſupra dictum eſt,tenebit vſque quo irritetur, & rumpatur. Aduerte tamen, quòd teſtamentum parentum inter liberos vtriuſque ſexus non requirit ſolennitatem ſeptem teſtium, nec aliam ſolennitatem teſtamentornm. Nam ſi teſtamen. vel codicilli non dicantur completa; ſi tamen quocunque modo ſcriptutæ, uel quibuſque uerbis,

vel

vel indiciis declaretur eorum voluntas,ſeruabitur inter liberos,non vt teſtamentum,ſed vt vltima volnntas; liberi enim ab inteſtato ſuccedunt: quantum verò ad extraneas perſonas nulla habetur hniuſmodi diſpoſitio imperfecta,vt C.fami.hærciſc.l.vlti.& C.de teſta.l. hac conſultisſima.§.ex imperfecto. Sed hodie teſtamentum in ſcriptis minus ſolenne inter liberos conditum ita demum valet, ſi ſeruatur forma ſcripta in aucten.quòd ſine.C.de teſtam. & tunc in eo legata, & fideicommiſſa,ac libertates quibuſcunque relinqui poſſunt.& ibi vide Alexand.& Salicet. Aduerte tamen,quòd teſtamentum factum inter liberos non reuocatur per alind teſtamentum;niſi ſecundum teſtamentum ſit ſolenne, & teſtator in ſecundo declarer, ſe nolle illud prius teſtamentum valere,vt in aucten.hoc inter liberos.C.de teſtamen.& ibi Alexand.Sed rumpitur teſtamentum per agnationem poſtbumorum, de quibns dicitur; de liberis, & poſthum.C.&.ff.& Inſti. qui.mo.teſta. infirmentur, in prin. Item quandoque prius teſtamentum perſectum rumpitur per poſterins imperfectum, hoc eſt cnm in primo inſtituti ſunt, qui non poterant ab inteſtato ſuccedere,in ſecundo autem inſtitnuntur,qui ab inteſtato vocantur ad hæreditatem:in qua volũtate.v.teſtium iuratorum depoſitiones ſufficient,vt in l.hac conſultisſima.§.ſiquis.C.de teſta.adhuc ſecundnm teſtamentum non valet,vt teſtamentum, ſed vt voluntas inteſtati,vt per Alexan. in d.§.quis.ſed eo ſolo non rumpitur teſtamentum primum,quòd poſtea teſtator noluit id valere:itaque ſi quis cepit poſterius ſacere,& non perfecit caſu peruentus, aut quia penituit, non primum teſtamentum infirmatur, vt Inſti.qui.mo.teſt.infir.§.ex eo autem.Si tamen à tempore conditi primi teſtamenti elapſum eſſet decennium,& poſtea teſtator dicat,ſe nolle valere coram tribus teſtibus, exprimendo id, vel inter acta, fiet irritnm teſtamentum tam ex contraria voluntate,quàm ex curſu temporis,vt in l.ſancimus.C.de teſtam. vbi dicitnr; curſus decennii teſtamentnm non tollit,niſi contraria voluntas ſolennis interuenerit,vel etiam non ſolennis,roborata tamen tribus teſtibus; itaque tempus non eſt modus ſubuertendi teſtamentnm. Ideo notabimus, quòd teſtamentum ſolenne tollitur per non ſolenne cum curſu decennti; ſed teſtamentum primum non poteſt reuocari,ſi ex verbis teſtatoris hæreditas non poteſt adirt,vt per Bald.in d.l.ſancimns,& ibi dicit,ſi teſtamentum habẽs clauſulam derogatoriam poteſt reuocari per ſecundum. ibi videbis. Et teſtamentum furioſi non valet,& qualiter ſuror probetnr,dic, vt in l. furioſnm. C.qui teſta.face.& diximus in l.in negociis ſupra iſto titulo.

Sed teſtator non poteſt ſe obligari ad iudicii immutabilitatem, quia eſt contra bonos mores, vt C.de pactis.l.fin. Et voluntas teſtatoris ambulatoria eſt vſque ad mortem.l. cum hic ſtatus.§. i.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.quòd ſi iterum.de adi.legat.l.ſi quis in principio, de lega.iii.addo bonum text.in generali lege.C.de ſacroſanc.eccl.& voluntas teſtatoris ſeruanda eſt.l.in conditionibus.ff.de condi.& demoſtra.l.nemo poteſt.de lega.i.& ibi Bar.niſi ſit inepta.l.ſeruo.§.nuptias. de lega.i.Item niſi ſit contra legem,vt quia domus deſtruatur.l. filius.§. ædes.eod.tit. Cardin.in clemen.ii.de religio.domi.Et qualiter,& quibus modis probetnr voluntas teſtatoris, vide Bart. in l.ii.ff.de vnlga.& pup. & Alexan.in conſi.lxxxi.iiii.pa. & in d.l.Nemo.legitur; Nemo poteſt in teſtamento ſuo cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. ſimilis text.in aucten. de iure iura.a mo.preſti.col.v.in principio.

Et quia lex dixit,In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpetrantur, neceſſe eſt, vt aliqua in materia teſtamentorũ dicamus:& quia aliqua de teſtamentis ordinandis diximus;nunc dicamus, quæ perſonæ poſſunt hæredes inſtitui,& quæ non. Videndum itaque eſt, quid ſit hæredem inſtituere;nihil enim aliud eſt,quam ſibi aliquem hæredem ſtatuere;nam vna,& eadem perſona videtnr eſſe hæredis,& defuncti,vt in d.auct.de iu.iuran.a mo.præſtit. in princi.vbi dicitur; cum vtique noſtris videtur legibns vnam quodammodo eſſe perſonam hæredis, & eius, qui in eum tranſmittit hæredttatem,fit inſtitutio hæredis verbis directis, vt eſto mihi hæres, vel illum hæredem facio,vel inſtituo,vel volo,vel mando,vel eſt,vel erit,vt in l.quoniam.C.de teſta.vbi legitur,hodie in inſtitutione hæredis non requiritur ſolennitas verborum,ſed ſufficiunt quælibet verba voluntatem teſtatoris exprimentia ſecundum Alexand.ibi poſt docto. Fit inſtitutio hæredis in teſtamento tantum,vel ante legata,vel poſt legata,vel ante exhæredationem, vel poſt, quia inſtitutio caput eſt, & fundamentnm totius teſtamenti,vt ff.de teſta.l.i & Inſti.de legatis.§.ante. In codicillis ergo hæreditas directe neque dari,neque adimi poteſt,vt Inſti. de codicillis.§.pe. & vlti.& Iaſo.in l.i.C.de codicillis, dicit; Nota regulam,quòd hæreditas non poteſt de directo dari,nec adimi in codicillis:Et eodem modn non poteſt dari per donationem cauſam mornis; fallit in patre diſponente inter liberos,vel venientes ab inteſtato.Idem videtur in codicillis relictis ad pias cauſas.ita Bald.in repeti.l.i.C.de ſacroſanct.eccle.& vide Ang.& Imo.in l.ii. ff. de in ius vocan.& vide Iaſonem in d.l.i.C.de codici. Et teſtator poteſt decedere cum pluribns codicillis, & omnes nalent:& ſi reperinntur duo codicilli eadem die facti, & in uno legatur una res Petro, & in alio legatur eadem res Ioanni,ambo concurrent. de quo uide Iaſo.in l.ii.C.de codici.Et in codicillis mulier poteſt eſſe teſtis, ſed non in teſtamento, ut per doctor. in l. ſiquis. C.de codici. Item in inſtitutione facienda certum hæredem demonſtrari oportet, quoties enim non apparet,

quis ſit inſtitutus hæres, inſtitutio uou valeret. Cnm teſtator plnres amicos eodem nomine habet,& ad deſignationem nominis ſingulari nomine vtitnr,non valet inſtitntio, niſi ex aliis apertisſimis probationibus conſtaret,pro qua perſona teſtator ſenſerit,vt ff.de hæred.inſtituen.l.quoties.§.hæres,& l.in tempore.§.qnoties. Et ſatis eſt,hæredem demonſtrari nedum nomine proprio,ſed etiam ſigno indubitabili,quòd pene nibil a nomine diſtat. Et qnælibet perſona poteſt hæres inſtitui, & habet teſtamenti factionem in paſsina ſignificatione, quæ non vetatura iure capere:ſed non poſſnnt inſtitui hæretici, baptiſmatis iteratores,apoſtatæ,collegia illicita.It ē non poſſnnt inſtitni nati ex damnato coitu; ſecus in his,qui nati ſunt ex concubina,vt dicitur.C.de naturalibus libe.& de hoc vide Bar.in l.cum ſenatus.ff.de reb.dubiis.& vide doctor.in l.1. C.de ſacroſanctis eccle.Item deportatus non poteſt hæres inſtitui.l. qui deportantur. C.de hære.inſti.& ibi vide Bal. vbi dicit,quid de bannito? & bannire quid ſit? & dicit, quòd banniti capti non poſſunt teſtari;& ſi bannitus ſuccedit patri an fiſcus auferat ei hæreditatem,ibi videbis per Bald. & quando deportatus ſit inſtitutus hæres,ad quem pertinet iſta hæreditas, vide Bal.vbi ſupra & vide Iaſo. in l.i.C.de hære.inſti.& ibi dicit, an banniti noſtri temporis æquiparentur deportatis. Et quando teſtator inſtituit ſeruum,præſumitur inſtituiſſe domini contemplatione,non ſerui ita docto.& Iaſo.in l.cum proponas.C.de hære.inſti. Nota etiam, quòd poſthumus debet hæres inſtitui,vel exhæredari,vt per totum ti.C.de poſthumis hæredibus inſti.vel exhæredandis.eſt autē poſthumus,qui naſcitur poſt mortem patris,ſed improprie quilibet dicitnr poſthumus, qui naſcitur poſt teſtamentum,vt in l.iii.ff.de iniuſto,rup. teſta.ſed hodie poſthumus non poteſt exhæredari,cum certnm ſit,nullam ingratitudinis cauſam poſſe,vel potuiſſe committere,vt in auten. non liceat parentibus.C.de libe.præ.vel exhæ. Et ſi poſthumus eſt præteritus,natiuitate poſthumi rumpitur teſtamentum, vt in auten. ex cauſa.eod.tit.C.in i.l.C.de poſthum.hære. &c. & etiam omnino in tali teſtamento diſpoſita corruunt. Et quia quandoque contingit liberos proprios præteriri,vel exhæredari,ſcribitur Rubrica.C. de liberis præteritis, vel exhæredatis. vbi materiam videbitis.ſed præterire eſt omittere aliqnem eo non inſtituto,vel exhæredato,vt inſti. de hæred.quæ ab inteſt. def. §. eadem hæc. Exhæredare autem eſt filium conſtituere alienum à ſubſtantia,vel hæreditate ſua;ſiue dicat exhæredo,ſiue dicat aliennus à mea ſubſtantia eſto,vt in l. ſiquis.C.de libe.præte.vel exhæ. ſed hodie (vt dixi) filius non poteſt exhæredari, niſi probetur ingratus; & ingratitudinis cauſam nominatim inſerat teſtamento: & cauſæ ſunt quatuordecim, vt in auten.non liceat parentibus.C.de liber.præ.vel.exhæ.ibi videbis. Ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis irritum eſt teſtamentum quantum ad hæredis inſtitutionem; cætera nanque firma permanent,vt in auten.ex cauſa.eod.tit.

Diximus de hæredibus inſtituendis; ſed quia multoties teſtator inſtituit hæredem, & ſubſtituit alium;ſequitur Rubrica de inſtitutionibus,vel ſubſtitutionibus. C. & ff.de vulga.& pupil. Eſt autem inſtitutio primus gradus,ſubſtitutio vero dicitur ſecundus gradus,vel tertius omniū eorum,qui in locum inſtitutorum deficientium,vel non adeuntium reſtituuntur.

Et quia iſta materia ſubſtitutionum eſt multum vtilis, aliqua dicam cauſa introductionis.

Et primo ſciendum eſt,quòd ſubſtitutionum materia eſt ſubtilis,& vtilis valde,quæ ꝑ quàm plnres magnos doctor.antiquos,& modernos tractata eſt,ſed dominus Bar.ſubtiliter explicat in titu.ff.de vulgari, & pupil. quamlibet ſubſtitutionem per ſe explicando: Et quia inter doctores variatio interdum,ac contradictio reperitur,laborabo,vt dictis omnium recenſitis poſſimus videre veritatem.Et primo (vt ſuperius dixi) dico,quòd ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio.ita gloſ. in Rub.ff.de vulga.& pupil.& ibi docto. Et ſi quærimns, quot ſunt ſpecies ſubſtitutionum, reſpondeo,quòd duæ,ſcilicet directa,& fideicommiſſaria,ſiue obliqua: & directa ſubdiuiditur in quinque,quia quædam eſt vulgaris,quædam pupillaris,qnædam exemplaris,quædam breuiloqua Reciproca, quædam compendioſa: de directa tractabimus hic; & de fideicommiſſaria, ſeu obliqua videbitis in titulo ad Trebellianum.

Et primo de vulgari dicamus;& vulgaris dicitur,quia poteſt fieri à quolibet,& cuilibet,vt per gloſſ.& doctor.in Rubri. Inſtit.de vulgari ſubſtitutione. & Cinus in l. precibus. C. de impu. & & aliis,dicit,quòd ideo dicitur vulgaris,quia quilibet poteſt vti verbis, ſi hæres non erit Petrus, Alphonſus ſit hæres. Et ſubſtitutio vulgaris eſt duplex.ſ.tacita, & expreſſa: expreſſa eſt,quæ colligitur ex verbis expreſsis, vt l.i.§.i. de vulga.& pupill.ff. & l.cnm proponas.§.i.C.de hære.inſti. idem dicit gloſſ.Inſti.de pupilla.ſubſt.in glo.magna:quæ autem ſit tacita.in d.glo.notatur,quòd ſubſtitutiones,quæ continentur in breuiloqua ſunt tacitæ.idem notatur in l.iam hoc iure verſic. quis.ff.de vulga.& pupilla. Item dico,vt melius intelligatur, quòd vulgaris diuiditur: quia alia eſt expreſſa, quæ fit verbis negatiuis, ſi ille mihi hæres non erit, alius ſit hæres; vt Inſti.de vulgari ſubſti. in princi. Alia tacita, quæ fit verbis affirmatinis, vt hæc: vos inuicem ſubſtituo; vel ita, quiſquis mihi hæres erit,ſit hæres filio meo: vel ita, Titius hæres eſto Petri; cnm inſtitniſſet Petrum,vt C.de hæredi.inſtit.l.fi.& ff.de hæredibus inſtituendis.l.cum in teſtamento.§.hæc verba. &.ff.de vulga.& pupil.l.qui liberis.§.vlti.& vide Bal.in d.l.fi.in ii.col.ad finem.

De

De tacita vulgari ponamus exemplum, cum ita dicit teſtator, Petrus, & Titus, vterque eorum viuet, hæres mihi eſto. Nam ſi vterque eorum viuat, ambo poſſunt eſſe hæredes; altero mortuo is, qui ſupererit, hæres erit: quia tacita ſubſtitutio ineſſe videtur ſubſtitutioni. vt. ff. de hære. inſtituen. l. Titius, & Seius. Item ſub expreſſa pupillari continetur tacita vulgaris, vt ff. de vulga & pu. l. nam hoc iure, vt dicemus infra. Eſt autem effectus vulgaris expreſſæ, & tacitæ, vt quis directo ſit hæres ipſi teſtatori, ut inſti. de pup. ſubſti. ibi, quo caſu, &c. unde bona tantum teſtatoris, non hæredis inſtituti capitu. Et expirat hæc ſubſtitutio vulgaris ab hæreditate. adita, ut in l. poſt aditam. C. de impu. & aliis. & ideo dixit ibi Bald. quod aditio hæreditatis ſtatim trahit ſecum ſuum effectum: cum enim ita fiat ſubſtitutio, ſi Titius non erit hæres, Petrus hæres eſto; & Titius extitit hæres: ergo Petrus non poteſt eſſe hæres. ſ. conditione deficiente. Sed quidam dicunt per au cten. de hæredibus, & Falci. §. ſi vero inſtitutio. col. i. hoc correctum eſſe; ſed nihil dicunt ſecundum docto. quia ibi non vocatur ſubſtitutus ex ſubſtitutione, ſed ex legis beneficio. Pupillaris ſubſtitutio alia eſt expreſſa, vt hæc; ſi filius meus mihi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ille ſit hæres; vt Inſti. de pu. ſubſti. in princi. & de hoc Bar. in l. moribus. ff. de vulga. & pupilla. eſt alia tacita, ut illa; quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo; vt Inſtitu. de pupi. ſubſti. §. ſubſtituitur. vel cum pater filio impuberi ſubſtituit in vulgarem caſum, intelligitur ſubſtituiſſe etiam in pupillarem, ut in l. quamuis. C. de impube. & aliis. vbi dicit Bal. nota, quòd tacita voluntas teſtatoris facit tacitam pupillarem in expreſſa vulgari; quia regula talis eſt, in expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris; ſed hoc fallit, ſi apparet alia voluntas defuncti ſecundum Odoffre. in d. l. quamuis. vbi dicit: hæc lex ponit regulam, & inſtantiam regulæ. Quandoque etiam ſub vulgari non continetur tacita pupillaris, puta vnus filius erat pubes, alius impubes, uel unus in poteſtate, alter emancipatus, vt ff. de vulga. & pupil. l. iam hoc iure, & l. hæreditatem, & l. quamuis. C. de vulga. & pupil. Sed tu vide Bart. in l. iam hoc iure. §. fin. vbi quærit, ſubſtitutio vulgaris facta ſeparatim pluribus etiam diſparibus an contineat tacitam pupillarem? ſed ibi dicit Paul. de Caſtro; nota, quòd ſi habeo filium impuberem, & eum inſtituo, & volo inuicem ſubſtituere; & etiam volo, quòd in perſona impuberis contineatur vulgaris, & pupillaris, non debeo facere vnicam ſubſtitutionem, ſcilicet ſub vno conceptu verborum, & vnico verbo patri; ſed debeo facere duas ſub duplici contexu, & uerbo; uidelicet ſubſtituere impuberem puberi, & puberem impuberi ſub duplici verbo, & duplici oratione; & nihilominus dicentur reciproce ſubſtituti: & illa, quæ facta eſt impuberi, non regulatur, nec reſtringitur ſecundum illam, quæ facta eſt puberi, ſed intelligitur de per ſe: non ſic, quando ſimul, & ſub vnica oratione, ſimile videmus, quòd ſi duobus ſubſtitutis tertius ſubſtituatur eis ſub vno conceptu, uulgaritur non admittitur ſubſtitutus, niſi exiſtat conditio in perſona utriuſque, ut in d. l. quamuis; & tamen ſi cuilibet eſſet facta de per ſe, & ſic eſſent duę, bene admitteretur, ut in l. pe. ff. de iniuſto, rup. & ibi etiam uidebis Pau. quia quælibet intelligetur de per se, & non regulatur ab altera.

Quid iuris, ſi conciperet vulgarem in perſonam impuberis, an concipiat tacitam pupillarem, ſicut compræhendit è conuerſo? dic, quòd ſic, vt eſt gloſſ. & ibi Paulus in l. iam hoc iure. §. quod ius. ff. de vul. Sed quid, ſi non fuit uſus niſi vnico verbo; puta, impuberem puberi, & puberem impuberi ſubſtituo. ibi videbis per Pau. de Caſt. Et dicitur pupillaris ſubſtitutio, quia ſoli pupillo fit, & impuberi; & ita, ſi ſit in poteſtate: non diſtinguo, ſit inſtitutus à patre, an exhæredatus; vel vtrum erat natus, an poſthumus naſciturus in poteſtate teſtatoris, vt vtrum, ſit filius, an nepos ex filio: nepoti tamen ex filio ita pupillariter ſubſtituo; ſi non ſit recaſurus in poteſtatem ſui patris. Sed & ſi pater præcedat nepotem, ita demum ſubſtitui poteſt ei; ſi hæres inſtitutus eſt, vel exhæredatus; pupillum accipe maſculum minorem. xiiii. annis, fœminam minorem. xii. ut. ff. de vulga. & pupilla. l. i. §. pe. & l. ii. primo reſponſo, & ibi Bar. & Inſti. de pupilla. ſubſti. §. maſculo, & §. non ſolum. Et nota neceſſaria ad ſubſtitutionem pupillarem; primo requiritur, quòd ſit de liberis ille, cui fit, vt dixi: intellige legitimis, & naturalibus, vel legitimis tantum, uel legitimatis; alias ſi non eſſet in poteſtate, non valeret, vt dixi; ſed contrahitur ad fideicommiſſariam. vide Bartol. in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. & pupillari. & etiam ſi filius legitimatur poſt mortem patris, ualet ſubſtitutio pupillaris, & legitimatio retrahitur. de hoc uide Bartol. in dicta l. & in aucten. qui. mo. naturales efficiantur ſui. §. illud. & §. nulla. colla. vi. vbi dicitur, quòd legitimatus per principem nil differt à legitimo, & naturali. ibi videbis. & requiritur, quòd ſit de liberis tempore quo fuit ſubſtitutus, licet tempore teſtamenti paterni non eſſet, ut ſi poſt inſtitutionem factam de extraneo adoptetur. & poſtea ſibi fiat ſubſtitutio. & ita intelligitur verſiculus; ſed ſi extraneum, ſecundum Paul. de Caſtro in dicta l. ii. Requiritur (vt dixi) quòd ſit impubes, Nam quia tunc non poteſt ſibi teſtari, lex prouidit, vt pater poſſit ſibi teſtari: requiritur etiam, quòd perſeueret pupillus vſque ad mortem; & ipſo effecto pubere euaneſcit, vt in l. verbis ciuilibus. de vulga. & pupilla. quia cum poſſit teſtari per ſe, non indiget teſtamento paterno; Et ſufficit, quòd teſtetur vltima die, vt in gloſſ. in dicta l. ii. poſſet etiam ſubſtitutio pupillaris fieri ad minus tempus, vt ſi deceſſerit hinc ad tres annos; & tunc ſi decedat poſt ſubſtitutionem, euane-

ſcit,vt.l.ſi ita.ff.de vulga.& pup.quia inſtitntio limltata tempore,vltra illud non habet effectum, vt ibi. requiritur etiam (vt dixi) quòd ſit in poteſtate teſtatoris: & in hoc differt iſta ab exemplari,ln qua non requiritur, vt in l. hnmanitatis.C. de impube. & aliis. Item ſi filius non eſſet in poteſtate ratione dignitatis adeptæ, quæ liberat à patria poteſtate, poſſet ſibi ſnbſtitui; quia perinde eſt,ac ſi eſſet in poteſtate, quantum ad commoda ſua,vt in auten.conſtitutio,quæ dignitatibus.coll.vi.§. illud quoque. vbi dicitur; qni liberatur à patria poteſtate per dignitatem, non perdit iura filiorum. Et nota ſecnndum Pau.poſt Bald.in d. l.moribus,quòd licet ſubſtitutio pupillaris ſit fauor filii;tamen propter eius præteritionem vitiatur,ſicut & illa,quæ tendunt in eius odium,vt inſtitutio facta de extraneo: & hoc propter neceſſariam conſequentiam; quia non poteſt per ſe ſtare ſine principali,vt dicitur in d.l.moribus.& ibi Bart.

Requiritur etiam,quòd teſtator fecerit ſibi teſtamentum,vt in verſiculo,quiſquis in d.l. moribus. Requiritur etiam, quòd adeatur ex eo teſtamento hæreditas, & ſic confirmetnr pupillaris ſubſtitutio. Et nota,quòd gloſſ.in d.l.moribus dicit,quòd perſeueret in poteſtate vſque ad mortem,per tex. in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.& pupilla. Si autem pater voluerit ſubſtituere pupillariter filio impuberi in longius tempus,pupillari ætati finietur pupillaris ſubſtitutio adueniente pubertate,vt l.pupillari.ff. de vnlga.& pupi.hoc ordine facienda eſt ſubſtitutio pupillaris; vt prius quis ſibi ſcribat hæredem, deinde eadem hora, vel alia quacunque filio ſubſtituat: nec debet conuertere ordinem ſcriptnræ; ſi enim non ſibi, ſed filio faciat, non valet. Et ſi pater exhæredauerit filium impuberem,non valet teſtamentum;ſi autẽ inſtituerit eum, valebit teſtamentum,vt ff.de vulga.& pupilla.l.i.§.vltimo;& l.ii.§.prius,& §.ſed & ſi quis;& l.ſi quis enm.§.ſi ſno. Et aduerte,quòd effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt,vt quis directo fiat hæres impuberi, tanquam ſi ille pupillus hæredem ſibi feciſſet ſubſtitutum, vnde & duo teſtamenta videntur, vnum patris, alterum filii,aut certe ſecundum doct. vnnm eſt teſtamentum propter vnnm ordinem; & pertinent ad ſubditos pupillares bona, quæ pupillis poſtea obuenerunt, neque enim ſuis bonis tantum teſtator ſubſtituit,ſed impuberis;cum & exhæredato ſubſtituere quis poteſt. Et intellige in impubere doli capace; nam impubes,qui non eſt doli capax,non poteſt exhæredari,quia non poteſt committere cauſam ingratitudinis. Et intellige,qnæ ſuperius dixi, vt per Bart.in d.l.moribus.in iii.col. Et effectus ſubſtitutionis pupillaris eſt, quòd pater facit filium hæredem ſnum, & neceſſarium,quod eſt vtile.& alios effectus videbis per Bar.in d.l.ii. Et expirat pupillaris ſubſtitutio, & pupillare teſtamentum, ſi non eſt adita hæreditas patris; ſed ſi omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideatur hæreditas,conſulitur ſubſtituto,& legatariis,in quorum fraudem inſtitutus non ex teſtamento, ſed ab inteſtato poſſidet hæreditatem. Sed & quandoque inſtitutus compellitur adire hæreditatem, cum ſubſtitutus in pupillari ſubſtitutione rogatus eſt hæreditatem reſtituere ex Trebel.ſenatusconſ.& impubes iam deceſſit.licet autem dixerim non adita hæreditate paterna expirare pupillarem ſubſtitutionem;ſi tamen is,qui repudiauit,minor erat,& in integrum reſtitutus eſt,vt liceat ſibi adire,proficiet pupillari ſubſtitutioni,ut teneat.vt.ff. de vulga.& pupi.l.ii.§.adeo autem.& ibi vide Bar.Item expirat pupillaria ſubſtitutio expugnato paterno teſtamento in totum per quærelam in officioſi teſtamenti.de hoc uide tex.in l.ex duobus.§.fi. & l.& ſi contra tabulas.ff.de vulga.& pupilla.& ibi vide Bar.Quid ſi teſtamentum rumpitur per contra tabulas, & ſic de iure prætorio? non rumpitur ſubſtitutio pupillaris,vel legata:ſecus ſi teſtamentum rumpitur per quærelam,& tunc non tollitur teſtamentum ipſo iure, ut ibi uidebis. Et dic,quòd per quærelam ipſo iure reſcinditur teſtamentum; quia quærela eſt de iure ciuili; & per contra tabulas non reſcinditur teſtamentum ipſo iure,vt dixi; quia illa eſt de iure prætorio, & prætor non potuit aliquem facere hæredem, vt inſti.de bono. poſſeſsio.§. quos autem. Multo ergo minus potuit facere,vt quis deſinat eſſe hæres.

Item expirat pnpillaris ſnbſtitutio rupto paterno teſtamento per alium ſecundum, in quo pater fecit,vel non fecit pupillarem ſubſtitutionem. Et ſubſtitutio pupillaris facta puberi an trahatur ad fideicommiſſum,vide Bar.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& pupilla.Et aduerte,quòd pupillaris ſubſtitutio continet in ſe tacitam vulgarem.l.iam hoc inre.de vulga. & pnpil.vbi dicitur; ſubſtitutio facta impuberi vulgariter continet tacitam pupillarem,& facta pupillariter continet vulgarem tacitam. Et expreſſa pupillaris excludit matrem pupilli,& alios aſcendentes.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inofficio.teſta.& l. precibus.C. de impu.& aliis.& l.Lucius.de vulga.& pupi. Bart.in d.l.ii.& vi.docto.in l.humanitatis.C.de impu. & aliis. & uide tex. in c.ſi pater,de teſta.in vi.qnæ eſt diſpoſitio nouiſsima.Sed tacita pupillaris non excludit matrem pupilli, vt per docto.in l.fi.C.de inſti.& ſubſti.& in l. precibus. C. de impu. & aliis. & Bar.in d.l.ii.in v. col. Vbi ipſe dicit eſſe verum in tacita pupillari ſubintellecta à iure, ut in d.l. Iam hoc iure. quia nullo modo fuit expreſſa. Sed ſi nos loquimur de tacita pupillari ſpecialiter, quæ expreſſa eſt verbis generalibus,& illa,quæ continetur in reciproca; vel alia,quæ continetur in ſubſtitntione compendioſa;de his omnibus vi.Bar.in l.centurio.de vulga.& pupilla.& vide doct.in d.l.fi. de inſti. & ſubſti.C.& in d.l. precibus. Et de ſubſtitutione pupillari partem tacita, partim expreſſa vide

Bar.

Bar.in d.l.ii.in v.col.Vnum tamen non tradas obliuioni, quòd tacita pupillaris excludit matrẽ, quando probatur teſtatorem ita uoluiſſe.vide tex.ad hoc & docto.in l.in teſtamento.C.de teſta. militis.Et eſt gloſſ.commn.approbata in d.l.precibus.& de hoc in l.iam hoc iure.Et de præſumpta voluntate teſtatoris conſtabit aliquibus coniecturis,vt Bart.per exempla declaret in d.l.ii. in viii. col.Et mater defuncti ſubſtituta vulgariter pupillo ex tacita pupillari excludit matrem pupilli.de hoc videbis Bar.allegautem doct antiquos in d.l.ii.in viii.col.

Sed quando filius liberatur à patria poteſtate per ingreſſum religionis an extinguatur pupillaris ſubſtitutio, vide Bart.in d.l.ii.& ibi dicit an impuberi militi poſsit ſubſtitui pupillariter. & ibi dicit,quòd ſi pupillaris ſubſtitutio euaneſcit per emancipationem,iura fideicommiſsi non remanent firma. Sed ſubſtitutio pupillaris facta in teſtamento minus ſolenni valet fauore liberorum,vt probatur in l.Iulianus,de acqui.hære.ff.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto. & ibi doct. C.de teſta.ſed hoc verum,ſi aliquis de liberis eſſet ſubſtitutus. vide Bar.de hoc in d.l.ii. vbi dicit, an valeat datio tutoris in teſtamento imperfecto: de qua quæſtione etiam videbis docto. in d.§. ex imperfecto. & videbis etiam in l.qui a patre.ff. de confirman.tuto.Et tacita pupillaris non excludit matrem,niſi quando alius filius teſtatoris eſſet ſubſtitutus,vel ex aliquibus præſumptionibus appareret,& de hoc videbis Bart.in l.Lucius,de vulga.& pup.& uide Pau.de Caſt.in l.precibus.C.de impube.& aliis.

Sed quæritur,quæ eſt ratio,quare expreſſa pupillaris excludit matrem,& non tacita? Reſpondeo,quia in expreſſa pupillari certa eſt voluntas defuncti;quia dixit,ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, Petrus ſit hæres; vnde ei ſtatur,vt in l.i.C.de ſacroſanctis eccle.in tacita pupillari non eſt expreſſa voluntas defuncti; & in dubio vocamus matrem potius, quàm ſubſtitutum; quia in dubiis,&c.ff.de re.dubi.l.quoties.ita Odoffredus in d.l.precibus. Sed ſi mater repudiat hæreditatem filii ab inteſtato, non veniunt alii venientes ab inteſtato,ſed ſubſtitutus ex ſubſtitutione tacitæ pupillaris,quæ in vulgari continetur.Bar.in l.centurio in i.col.

Aduerte tamen,quòd ſi pater eſſet turpis perſona,non poteſt pupillariter ſubſtituere; quia ſi ei non committeretur adminiſtratio bonorum filii uiuentis, nt l.fin.C.de ſenten.pas.el.ff.ſolu. matri.l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.multo magis cum ibi ſit maius periculum.facit ſecundum Bar.in d.l.ii.l.i.vbi pupilli.edu.debeant.& l.vtilitatem, de confirmando tutore. quod tene menti ſecundum Bart.ibi.

Exemplaria,vel exemplaris ſubſtitutio fieri poteſt à parentibus vtriuſque ſexus in perſonis liberorum cuiuſcunque ſexus furioſis,vel mente captis:& cum tali determinatione ſubſtitutio eſt facienda,vt ſi quidem iſte mente captus habeat deſcendẽtes ex ſe,illi omnes,vel quidam,vel vnus: ſubſtituantur ei;ſi non habeat,ſubſtituantur ei fratres eius omnes,vel quidam,vel vnus:ſi nec eos habeat, ſubſtitui poteſt ei quilibet extraneus.

Et ideo dicitur exemplaris,quia fit ad exemplum pupillaris, vt cum dicit pater; ſi filius decedat in pupillari ætate,ille ſit hæres:& ita hic dicit; ſi filius decedat ante,quàm perueniat ad ſanitatem mentis,vel celebri,ille ſit hæres:& ſicut pupillaris expirat adueniente pubertate,& hæc expirat adueniente ſanitate,vel nato poſtea filio ex eo,vt.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.l.humanitatis, C.de impub.& aliis.In multis tamen differunt;illa enim fit pupillis tantum,hæc maioribus.Item fit illa à patre,qui habet impuberem in poteſtate, vt diximus; hæc autem fit à quolibet parentẽ habeat,vel non habeat liberos in poteſtate. Ante legem, humanitatis, non poterat pater facere, niſi impetraſſet à principe,vt in d.l.ex facto.hodie poteſt ſine alia impetratione,auctoritate.l. humanitatis.& de materia iſtius legis videbis repetitionem Bar.in d.l.ex facto.& videbis Bal.& docto.in d.l.humanitatis.Sed aduerte ad vnum mirabile ſecũdum Paulum in d.l.humanitatis,quòd eum tam mater,quàm pater poſsit tali filio ſubſtitutionem facere, quòd eadem perſona poterit decedere cum pluribus teſtamentis validis, ut ſi pater in ſuo teſtamento eam faciat, & mater in ſuo; in tali caſu ſubſtitutus à patre habebit legitimam à patre relictam;& ſubſtitutus à matre habebit bona matris;& cætera bona erunt communia inter inſtitutos.ita dicunt,vt refert Paulus, fuiſſe diſputatum ſimile in filio arrogato.l.ſi arrogator.ff.de adoptio.

Sed aduerte bene,quòd compendioſa ſubſtitutio fieri poteſt à milite,ita.ſ.ſi filius meus quandocunque deceſſerit,ille ſit hæres: & hæc ſub tali compendio verborum continet expreſſam pupillarem; ſi filius decedat in pupillari ætate; ſi autem decedat pubes,verba directa illius ſubſtitutionis trahuntur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem,vt in l.præcibus.C. de impube. & aliis, quòd mirabile eſt,cum aliàs miles habeat priuilegium ſubſtituendo directo puberi,licet iam extiterit hæres.vt C.de teſta.mil.l.in teſtamento.&.ff.de teſtamen.mili.l.in fraudem.§.miles.& l.miles.& l.miles ita hæredem.§.i.ſed forte fauore matris, quæ erat in medio, directa trahitur ad fideicommiſſariam poſt pubertatem.Quid ſi paganus faceret cõpendioſam ſubſtitutionem per verba ſuperius dicta? certe ſi pupillus decedat in pupillari ætate, ſubſtitutus ſuccedet iure directo, & mater impuberis repellitur omnino. Si autem pupillus fiat pubes, & poſtea decedat, ſubſtitutus omnino repellitur,& venientes impuberi ab inteſtato ſuccedunt in totum.vt.ff.de vulg.& pupi. l.verbis ciuilibus.& l.centurio.

Si

Si autem teſtator ita ſubſtituit; ſi filius meus quandocunque deceſſerit,illum ſubſtituo.hanc doct.reputant fideicommiſſariam, quia verbum ſubſtituo,adaptatur ad fideicommiſſum, vt.l. generaliter.§.i.C.de inſtitu.& ſubſtitu.& ibi vide Bal.& Paulum de Caſt. Si vero quis ita ſubſtituerit; ſi filius meus quandocunque deceſſerit ſine liberis,ille ſit hæres,vel illum ſubſtituo; hinc ſemper interpetratur fideicommiſſariam; quia talibus verbis non directa, ſed fideicommiſſaria conſueuit & de iure, & de facto fieri;niſi vera directa traheretur ad fideicommiſſariam, uullo tempore valeret magis,quàm alia; quia & illud verbum,ſine liberis,innuit,quòd etiam in pupillari ætate ſubſtituerit per fideicommiſſum; quia tunc liberos habere non poteſt. Et quòd directa verba trahantur ad fideicommiſſariam,probatur.vt ff.ad Trebel.l. Sceuola. & his caſibus ſuccedit mater,vel quilibet ab inteſtato hæres,& reſtituit bona detracta Falcidia.Si vero quis ita dicat; ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,vel poſtea,ſine liberis,illum ſubſtituo, duæ ſunt ſubſtitutiones,pupillaris expreſſa,& fideicommiſſaria, propter diſtinctionem, & alternationẽ ipſorum, ad quæ ſingula verbum, ſubſtituo,aptatur diuerſis modis. Aduerte uunc, quia ſubſtitutio compendioſa directis verbis facta inter tempora pubertatis trahitur ad bona patris,& filii; poſt tempora pubertatis valet quantum ad bona patris.d.l.centurio.& ibi Bar.& ibi dicitur,quòd in ſubſtitutione compendioſa poſt tempora pubertatis veniunt fructus. Iu l.centurio Bartolus tractat materiam ſubſtitutionis compendioſæ factæ à pagano, quæ eſt vtilior materia; & diuiditur in tres principales quæſtiones.ſ.quando fuit facta per verba mere directa.Item quando eſt facta per verba mere obliqua.Item quando per verba communia.

Et dicitur cõpendioſa ſubſtitutio illa,quæ confertur poſt mortem inſtituti;puta,ſi,vel quandocunque deceſſerit, & poſt aditam hæreditatem: & ideo dicitur compendioſa, quia ſub compendio verborum complectitur plura tempora; & eſt apta compræhendere plures ſpecies ſubſtitutionum directarum,pupillarem militarem,ſi fiat à milite; pupillarem, vel exemplariam, & militarem,ſi fiat à mente capto;& etiam aliquando fideicommiſſariam, ſi fiat per verbum commune,licet aliquando non comprehendat,niſi vnam,puta pupillarem,vt in tali caſu legis: verbis ciuilibus.ff. de vulga.& pupi. Et compendioſa contiuet etiam vulgarem ſecundum communem opinionem,vt per Pau.in d.l.verbis ciuilibus.

Ad euidentiam iſtius materiæ præmitto, quòd quædam ſunt verba, & illa ſuut,quæ ſonant, vt quis capiat de manu alterius,& ſic factum alterius,quaſi teſtantis requiritur l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.& pupil.& quaſi per totum titulum, ad Trebelliauum.& l.fundi Trebatiani, de vſufruct.lega.

Quædam ſunt verba cõmunia,vt ea,quæ poſſunt habere vtranque ſignificationem, vel quòd quis de manu ſua accipiat, vel de manu alterius,vt ponit gloſſ.in l.centurio, de vulga. & pup. Et verbum ſubſtituo non eſt verbum directum,ſicut inſtituo,quia eſt verbum magis generale,quia quocunque modo quis in alterius loco ponatur,dicitur ſubſtitutus. Præmitto etiam, quòd verbum perueniat,eſt directum,vt in l.ii.§.perueniſſe.de hære.vendita.& l.hæredes mei. ad Trebe. & Innoc.in c.Raynutius,de teſta.& Bar.dicit in l.centurio,quòd ſit commune; quia in obliquo, & directo reperitur. Et verbum, pertineat,eſt verbum commuue, vt per Bar.ibi. & verbum habeat,eſt verbum commune; & verbum remaneat,eſt commuue. Item verbum redeat.Bartol.ibi. Item verbum ſuccedat, eſt verbum commune. & verbum reuertatur, eſt commune. & verbum deuoluatur,eſt commune.omnia iſta ſunt verba Bartol.in l.centurio. Item verbum accreſcat,eſt directum.vltimo quærit de verbo moriatur,& dicit,quòd ſit commune.

Et vt melius intelligatur materia ſubſtitutiouum; antea quam veniamus ad ſubſtitutionem breuiloquam, ſeu reciprocam, dicemus aliqua,vt compræhendamus omnia, quæ per doctores antiquos,& modernos traduntur; vt poſſimus merito dicere; arbor, & immenſas præbens ſpatiantibus vmbras,euulſa eſt,noſtro nunc ſituata ſolo.

Et primum eſt,quòd teſtamenti duo dicuntur gradus eſſe; primus dicitur inſtitutio,ſiue vnus ſit inſtitutus, ſiue plures ſint inſtituti. Secundus gradus teſtamenti dicitur ſubſtitutio, ſiue ſit vnus ſubſtitutus, ſiue plures. Item ad euidentiam notabis,quòd in ſubſtitutione plures ſunt caſus; ſed ſubſtitutionum alia obliqua, ſeu fideicommiſſaria, alia directa. Item directa,alia vulgaris,alia pupillaris, alia exemplaris, alia compendioſa,alia breuiloqua, ſiue reciproca,alia compendioſa,vt iam diximus;ſed nunc per modum ſummarii omnia colligemus. Obliqua ſubſtitutio eſt,quando ſubſtitutus ſuccedit teſtatori non directo, ſed alia perſona mediante, ut ſi Petrus inſtituit te hæredem,& rogat te,vt reſtituas mihi hæreditatem;ſuccedo Petro,ſiue tu ſponte adeas, ſiue non;quia iudex coget te adire. vnde ſuccedo Petro mediante te quia fideicommiſſarius uon eſt hæres,ſed loco hæredis habetur.vt Inſti.de fideicommiſſa.hære.§.reſtituta. Directa ſubſtitutio eſt,cum ſubſtitutus ſuccedit teſtatori nulla perſoua mediante, vt inſtituo Petrum hæredem, & ſi non erit hæres, Hector ſit hæres: ſi non erit hæres Petrus,directo Hector ſuccedit,ut inſtit. de vulg.& pup.in prin.Circa obliquam ſubſtitutionem,quam fideicommiſſariam nuncupamus, dico; aut quis inſtituitur eo, quòd rogatur reſtituere pure, vel in diem, vel ſub conditione, aut

quic,

quicquid ſupererit tempore mortis ſuæ. In primo caſu.ſ. cum quis rogatur reſtituere pure, vel in diem.i.vſque ad annum,vel ſub conditioue,puta ſi Petrus venerit ex Hiſpania; ſi ſponte adiit, reſtituet dodrantem,& quartam ſibi retinet, ſi Paganus erat teſtator. vt.ff. ad Trebe.l.i. Si miles erat teſtator,hæres totum reſtituet,vt in d.l.i.

Is,qui non vult adire,cogitur adire à iudice;& tunc totum reſtituit.vt in d.l.i.§.quia.& l.ille, à quo.§.tempeſtiuum.Si autem rogatur reſtituere quidquid ſupererit tpe mortis ſuæ,quadrantē reſtituit,dodrantē ſibi retinet,vt C.ad Trebe.Sed ſi tpe mortis ſuæ vltra ſupereſſet,reſtituit,vt ff.ad Trebe.l.Titius.Si aũt ſubſtitutio eſt directa, iterũ diſtinguamus;vt ſupra,quia ſubſtitutionũ directarũ alia vulgaris,alia pupillaris,alia exēplaris,alia breuiloqua,ſiue reciproca,alia cōpēdioſa.

De iſta vulgari iam diximus,ſed vt melius memoriæ commendetur,dico,quòd dicit vulgaris, quia pōt fieri cuilibet de vulgo, & à quolibet,quia habet teſtamenti factionem:nam quidā ſunt qui non pñt facere teſtm̃,vt ff. de teſta.l.i.& cuilibet pōt fieri,& quilibet pōt facere,habeat in poteſtate,vel nō;ſit extraneus,vel nō,vt inſtituo hæredē Petrum,& ſi nō erit hæres,talia ſit hæres,vt C.de hære.inſti.l.cũ proponas.Iſta ſubdiuiditur;quia alia eſt expreſſa,alia tacita;expreſſa, quæ fit verbis negatiuis,vt Petrum inſtituo mihi hæredē, ſi non erit mihi hæres, ille ſit hæres.vt Inſti. de vulg.& pu.in prin.vt diximus.De tacita vulgari pono tale exemplũ; in pupillari expreſſa cōtinetur tacita vulgaris,verbi gratia;filiũ meũ impuberē inſtituo hæredē, ſi deceſſerit in pupillari ætate,Petrus ſit hæres,intelligitur tacita vulgaris; vel ſi non erit hæres,ille ſit hæres. vt ff. de vulg. & pu.ſub.l.Nā hoc iure.poſſumus ponere alia exempla nō ita clara,vt ſi dicit teſtator;quiſquis erit mihi hæres,ſit hæres filio meo;ac ſi aperte dicat,ſit hæres filio meo, ſi moriatur;vel ſi non erit hæres,ſit hæres ei.vt ff.de vulg.& pu.l.qui liberis. Item ſi teſtator inſtituit primo Petrũ hæredē, & dixit;Frāciſcus Petri hæres eſto vt C.de hęre.inſti.l.fi.Itē eſt exemplũ de tacita vulgari,cum teſtator dixit;Petrus Hector,ſi vterq; eorũ viuet,hęredes mihi ſunto.hoc eſt dicere,ſi ambo viuēt tpe mortis meæ,ſint mihi hæredes,ſi alter tm̃ viuet, ille ſit hæres.vt ff.de hære.inſti.l.Titius,& Seius, vbi dicunt,ſi inſtituo duos hæredes hoc modo,vter eorum uiuat,& ambo uiuant,ambo ſunt inſtitui; ſed ſi alter tm̃ uiuat,ille ſolus eſt inſtitutus in parte,& in parte mortui tenetur ſubſtitutus. Et nota,quòd iſta uulgaris,ſiue expreſſa,ſiue tacita,excludit matrē,ſi inſtituit filiũ hæredē,& ſubſtituit ei uulgariter expreſſe,uel tacite,quia uocatur ſubſtitutus,ut in l.precibus.& dixi ſupra late de hoc. Et effectus ſubſtitutionis uulgaris eſt,quia ſubſtitutus ſuccedit directo,unde ſi dicat teſtator:Petrum inſtituo mihi hæredē,ſi nō erit hæres,Frāciſcus ſit hæres, ſi Petrus erit hæres,Frāciſcus ſuccedit directo,ut inſti.de uulg.& pu.§.ſingulis.ibi quo caſu.&c.Et ueniũt(ut dixi)in hac ſubſtitutione bona patris tantũ teſtatoris,non hæredis & hoc ſi extraneus ſit ſubſtitutus, ſi aũt ſubſtituti ſunt de inſtitutis,tunc uocatur pro ea parte,qoa inſtituti ſunt: ſi autem ſubſtituti ſunt nominibus propriis,tunc uocantur uiriliter.ut ff.de uul.& pu.l.qui liberis.& ff.ad Trebe.l. nunquā.& l.quoties.Et iſta expirat(ut dixi)adita hæreditate: & extraneus hæres dicitur in iſta materia ille,qui non eſt in poteſtate teſtatoris.docto.in Luna.C.de rei uxoriæ actio.§.accidit.Inſtitu.de hæred.qualit.differentia.§.ſui.dixi, quòd expirat ſubſtitutio uulgaris adita hæreditate, quia ex quo fit ita; ſi Petrus non erit hæres, Franciſcus ſit hæres, ſi Petrus erit hæres, Franciſcus non erit hæres,ut in l.poſt aditam C.de impube.& aliis. Fallit in duobus caſibus; ſi Petrus adiuit, & monitus à iudice,ut impleat uoluntatem defuncti,& non impleuit, uocatur tunc ſubſtitutus. ut in auct.de hæredi.& Falcidia.§.ſi uero nulla.&.§.ſi uero inſtitutio.colla.i.uerſic.quod eſt uerius, ſecundum docto.ibi uocatur ex benignitate legis.ideo quia inſtitutus eſt indignus,quia uoluntatem defuncti non impleuit infra annum,monitus à iudice. Sed ſi teſtator expreſſe iuſſit, non eſt neceſſaria monitio iudicis, ut in aucten.de nuptiis.§. diſponat teſtator, & erit lex.colla.iiii.& in l.i.C.de ſacroſanct.eccle. Item fallit in alio caſu; ſi teſtator inſtituit minorem, ſed minor adiuit, expirat uulgaris ſubſtitutio: ſed ſi reſtituitur minor contra aditionem,uocatur ſubſtitutus.l.ſed ſi ſine.§.ſed quòd Papinianus.ff.de minori,niſi dixiſſes, quòd ibi non uidetur adiſſe minor; quia non uidetur poſſeſſionem adeptus is,qui ita nactus eſt,ut eam retinere nō poſſit.ut ff.de acquir.poſſe.l.non uidetur uel ita uocatur ſubſtitutus ex ui reſtitutionis. Reſtat ut dicamus de pupillari,licet de illa iam late diximus;nunc de illa breuiter ſubſtantiam colligamus. Dicitur pupillaris ſubſtitutio illa quæ fit filio impuberi maſculo,uel fœminæ in poteſtate exiſtenti,& non alii.ut.ff. de uulg.& pup.l.moribus.in princi.& poteſt facere pater,non mater, quia non habet filius in poteſtate,ut in d.l.moribus.& auus,uel proauus paternus,qui habet in poteſtate. Iſta ſubſtitutio pupillaris ſubdiuiditur,quia alia expreſſa,alia tacita: expreſſa pupillaris fit his verbis;filiũ meum pupillum inſtituo mihi hæredem,& ſi deceſſerit in pupillari ætate, Petrus ſit hæres meus. Et iſta excludit matrem pupilli,quia hoc voluit teſtator,cui parendum eſt.& ita loquitur lex.precibus. C.de impu.& aliis.de ſubſtitutione facta in ſecundum caſum.vt inſtit.de vulga.& pupill.ſubſtitu.§.liberis. Tacita pupillaris eſt,ſi teſtator dicat;filium meum impuberem inſtituo hæredem;& ſi non erit hæres,Petrus ſit hæres, vel ſi deceſſerit in pupillari ætate: iſta ſubſtitutio omnes excludit excepta matre, ut in l.fi.C.de in Fit.& ſubſtitu.vt iam dixi. Et iſta pupillaris, ſiue expreſſa,

ſiue

ſiue tacita ſit expirat aduenienre pubertate, vt. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. in pupillari. Item expirat ſi patris teſtamentum rumpitur per quærelam in totum; ſi pro parte, remanet pro parte, vt ff. de inofficio. teſta. l. Papinia. §. ſed nec impuberis. Item rumpitur in alio caſu, vt ff. de vulga. & pupilla. l. ſi pater filium; ſecus ſi rumpitur per contratabu. vt l. ex duobus, & l. etiam ſi contra tabulas. eod. tit. & rationem iam dixi ſuperius. Item expirat capitis diminutione, ſiue media, ſiue maxima, ſiue minima; nam ſi pupillus deportatur, vel datur in arrogationem, expirat ſubſtitutio. Sed hoc caſu ſcilicet cum datur in arrogationem, caueat arrogator reſtituere bona ſubſtitutis, vt ff. de adoptioni. §. i. cum l. ſequenti.

Effectus ſubſtitutionis pupillaris eſt iſte; quia ſubſtitutus pupillariter habet ex vi ſubſtitutionis omnia bona impuberis, quarta debita iure naturæ non detracta; quia eſt prouiſio, non autem onus, vel grauamen, vt inſtitu. de vulga & pup. in princi. & de inoffi. teſtam. l. ex tribus. §. liberis. vnde dicitur, quòd duo ſunt teſtamenta ſcilicet patris, & filii, licet ſolus pater ordinauerit, vt Inſti. de vulga. & pupi. §. igitur. & ff. de vulg. & pu. l. moribus. §. prius. Sed fallit in arrogato. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. eod. tit. & regulariter non licet ſubſtituto adire bona pro parte, & pro parte non. vt. C. de iure deliberan. l. quidam. Eſt alia ſubſtitutio exemplaris, vt iam diximus. Sed vt melius memoriæ commendetur, aliqua ſummatim dicemus. Exemplaris ſubſtitutio fuit introducta ad exemplum pupillaris, quia ſicut pupillaris eſt ad prouiſionem impuberis, quia pater fecit ei teſtamentum, ita pro furioſo; & habet fieri hoc modo; dicit teſtator; filium furioſum inſtituo, & ſi deceſſerit in furore, Petrus ſit hæres. vt ff. de vulga. l. ex facto. & l. humanitatis. C. de impu. & aliis. differt à pupillari, vt dixi, quia ſicut pupillaris expirat adueniente pubertate, ita exemplaris expirat deſinente furore, vt in d. l. ex facto. & in d. l. humanitatis. differt etiam, quia pupillarem facit ſolus parens, qui habet in poteſtate; exemplaria facit omnis parens, ſiue habeat in poteſtate, ſiue non, vt in d. l. humanitatis. Item differt, quia parens, qui facit exemplariam, ſi filius furioſus habet liberos, debet ei illos liberos ſubſtituere; ſi habet fratres, tunc fratres: ſi non habeat filios, vel fratres, extraneos ſubſtituit vt in d. l. humanitatis. hæc ſufficiant.

Eſt & alia ſubſtitutio, quæ dicitur compendioſa, quia fit cum compendio verborum, vt filium meum inſtituo mihi hæredem; & quandocunque deceſſerit, ille ſit hæres; vt in l. precibus. C. de impube. & aliis. Et in iſta ſubſtitutione aliqua ſuperius dixi, & nunc de nouo dico, quod diligenter aduertatis virtutem verborum; quia iſtæ ſubtilitates (vt dicunt doct.) fuerunt introductæ per errorem tabellionum. Et vos dicetis ita, quòd ſi ſit inſtitutio his verbis; filium meum inſtituo, & quandocunque deceſſerit, Petrus ſit hæres; ſi fit à milite, continet in ſe vulgarem, ſiue ante aditam hęreditatem, ſiue poſt; & continet in ſe expreſſam pupillarem, ſi deceſſerit in pupillari ætate: & ſi deceſſerit poſt pubertatem, continet etiam fideicommiſſariam; & habet iſtum effectum, ſi filius non eſt hæres, vocatur ſubſtitutus, matre excluſa: ſi eſt hæres, deceſſit in pupillari ætate, ſicut expreſſa, excludit matrem, ita eſt iſta ſubſtitutio, vt iam dixi. & eſt text. ad literam in d. l. precibus. C. de impub. & aliis. Si decedit pubes factus, vocatur mater ab inteſtato, ſed reſtituit ex cauſa fideicommiſſi, deducta quarta debita iure naturæ, & deductis bonis filii, quæ habebat tpe mortis patris; deductis ēt bonis poſt mortem patris quæſitis; vt d. l. precibus. Si autem paganus facit dictam ſubſtitutionē, & vtitur prædictis verbis; ſi moriatur ante aditā hæreditatē, ſiue in pupillari ætate, vocatur ſubſtitutus; ſed poſt aditam hæreditatem vocatur ſuccedens ab inteſtato, excluſis ſubſtitutis; quia non poteſt paganus facere directā ſubſtitutionē poſt aditā hæreditatem; ſed fauore matris trahitur ad fideicommiſſum, vt ff. de vulga. & pup. l. centurio. & l. verbis ciuilibus.

Si autem compendioſa fiat his verbis, filium meum inſtituo, & quandocunq; deceſſerit, illum ſubſtituo: hoc caſu iſtam interpretamur fideicommiſſariam; vnde ſi decedit in pupillari ætate, vel poſtea, vocantur ſuccedentes ab inteſtato, detracta quarta; ſed reſtituunt ſubſtitutis, vt ff. de vulga. & pup. l. cohæredi. §. cum filiæ; nam verbum ſubſtituo ad fideicommiſſum trahitur, vt. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. §. cum autem. nam in dubiis, in benigniorem partem interpretamur. vt ff. de rebus dubi. l. quoties. & hæc eſt benignior pars ſecundum doct. vt vocentur venientes ab inteſtato, & reſtituant ſubſtitutis. Sed ſi fiat his verbis; filium meum inſtituo hæredem, & quandocunque ſine liberis deceſſerit, Petrus ſit hæres, vel Petrum ſubſtituo; & hanc interpretamur fideicommiſſariam; quia veriſimile eſt, quòd pater poſt pupillarem ætatem voluerit ſubſtituere: quia non poteſt impubes habere filium in pupillari ætate, niſi miraculoſe. Itaq; verba directa trahuntur ad fideicommiſſum, vt ff. de lega. iii. l. cum quis. §. nuptura. Si ſubſtitutio fiat his verbis; quandocunque in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea, Petrus ſit hæres, interpretamur duas eſſe factas, vnam pupillarem, & vnam fideicommiſſariam, vnde ſi decedit in pupillari ætate, vocantur ſubſtituti; ſi poſt, ſuccedit mater eius, ſed reſtituit ex cauſa fideicommiſſi, vt in d. l. centurio. & in d. l. his verbis. verum tamen quia iuris periti non ſemper ſunt cum tabellionibus, doctores docent tabelliones talem practicam, vt ipſi dicunt, cum ſcribunt teſtamentum, filium meum Petrum mihi inſtituo hæredem, & ei ſubſtituo vulgariter & pupillariter, & compendioſe, & per fideicommiſſum. Et nota, quòd in dubio verbum ſubſtituo, trahitur ad fideicommiſſum. & hæc ſufficiant.

Et addetis ad ea,quæ ſuperius dixi de ſubſtitutione compendioſa.

Item eſt alia ſubſtitutio,quæ dicitur breuiloqua,ſiue reciproca; & iſta habet fieri, cum teſtator duos filios impuberes habet in poteſtate,& ita dicit;vos inſtituo mihi hæredes, & vos inuicem ſubſtituo,vt ff.de vulga.& pupill.l.iam hoc iure.& l.Lucius.Et dicitur breuiloqua, quia breuioribus verbis fieri poteſt. Sed in iſta ſubſtitutione aduertite, quia diſtinguitur; aut inſtituit eos; qui non ſunt in poteſtate,vt ſunt puberes; quia inſtituit puberes,& dixit;vos inuicem ſubſtituo, & iſta continet duas vulgares in perſonâ cuiuslibet, ut in d.l.iam hoc iure, in principio. Nam dum dicit,vos inuicem ſubſtituo,intelligitur facta pro virilibus partibus,quibus erant inſtituti; niſi appareret aliam eſſe voluntatem defuncti,vt in duobus caſibus notatur in l.i.C.de im pu.& aliis.& l.eurpia.ff.de legat.i.Sed ſi inſtituuntur duo filii,ſi ambo ſunt impuberes,idem eſt, vt.ff.de vulga.& pupil.l. in pupillari. Si autem vnus eſt pubes,& alter impubes, hæc continet duas vulgares. Ratione autem inæqualitatis non continet pupillares. quia non poteſt ſubſtitui puberi pupillariter,vt in l.hæreditatem.C.de impube.& aliis. Vnde conſilium eſt in hoc caſu ſecundum doct.ſi aliquis habet filium puberem,& impuberem,& vult puberem in omni caſu vocari,quòd dicat;filios meos inſtituo; ſi impubes non erit hæres,vel erit,ſed ſi deceſſerit in pupillari ætate,pubes ſit hæres;ſi pubes non erit hæres,impubes ſit hæres. Vnde in perſona vnius continet vulgarem tantum,vt per doct.in l.in teſtamento.C.de teſta.militis.& in l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupi.Si autem ambo ſunt impuberes,& teſtator dicat; vos inſtituo, & vos inuicem ſubſtituo;hic dicemus ſecundum doct.quòd continet duas vulgares expreſſas, & duas pupillares expreſſas,vt in l.Lucius.de vulga.& pupilla.ff.vel ſecundum doct.ſi inſtituuntur duo impuberes,& inuicem ſubſtituuntur,continet duas vulgares tacitas, & duas pupillares; nec poteſt dici de vna magis,quàm de alia.vnde ſi alter decedit in pupillari ætate, vocabitur ſuperſtes excluſa matre, vt in d.l.Lucius.Et ad euidentiam debetis ſcire ſecundum Bald.in d.l.Lucius.quòd hæc ſubſtitutio non eſt ſubſtitutio de per ſe, ſed eſt quędam adiectio ſubſtitutionis; nam iſta ſubſtitutio continet vulgares,& pupillares,& exemplarias,vt per Bartol.ibi vidiſtis ſuperius.& ſic eſt nomen accidentale non ſubſtantiale; & iſta ſubſtitutio in textu vocatur reciproca,vt l. iam hoc iure.ff.de vulga.& pupilla.ſed per doct.vocatur breuiloqua,vt videtur in d.l.Lucius.& in l.precibus.C.de im pu.& aliis.& Inſti.de vulga.& pupi.in glo.magna.

Et dico,quòd vocatur reciproca,quaſi repetita; quia de vno in alium repetitur;dicitur breuiloqua;quia breuibus verbis fit,vt notatur in gloſſ.in d.l.Lucius.Et dico (vt iam dixi) quòd hęc ſubſtitutio fit per hæc verba; vos inuicem ſubſtituo,vt probatur in d.l.Lucius, & in d.l.iam hoc iure.& l.hæreditatem.C.de impu.& aliis,& in l.teſtamento.C.de teſtamen.mili.Item fit his verbis ſecundum Bart.vter eorum viuet.Item fit per hæc verba; Vos inuicem ſubſtituo, vel inuicem inſtituti,& ſubſtituti ſunto.Item fit per verbum deueniat,ſeu perueniat,vt vos inſtituo hæredes meos,& ſi quis eorum deceſſerit;volo bona mea ad alium deuenire,ſeu peruenire. Sed Guili. & Rayne.ſecundum Bar.dicunt hanc eſſe fideicommiſſariam.Sed nota regulam:illa dicitur breuiloqua,ſeu reciproca,quandocunq; in vna conceptione verborum plures hinc inde inſtituuntur, & ſubſtituuntur,vt ex ſupra dictis patet.Et multa alia ponit Bar.in d. l.Lucius. vbi videbis. Et de ſubſtitutione breuiloqua duobus impuberibus facta an expiret pupillaris,quo ad vnum,ſi primo factus eſt pubes,vide Pau.in d.l.Lucius. Et nota, quòd filius naturalis, licet exiſtente filio legitimo non poſſit inſtitui,niſi in vnica,poteſt tamen vulgariter ſubſtitui legitimo, & naturali in totum,ſed non ſpurio.de hoc vide Pau.de Caſtro in d.l.Lucius.vbi dicitur, quòd datio ſubſtituti vulgaris,vel etiam cohæredis non impedit tranſmiſſionem hæreditatis, quæ fit ratione ſuitatis. ibi videbis, quia reprehendit Bar. in iſto puncto. Et pro complemento ſubſtitutionum dico, quod in materia ſubſtitutionis vulgaris Barto.in l.i.ff.de vulga.& pupillari,facit ſolennem repetitionem: & de materia pupillaris in l.moribus.eod.tit. & de materia ſubſtitutionis exemplaris in l.ex facto eod.tit.& de materia ſubſtitutionis compendioſæ in l.centurio.eo.tit. & de materia ſubſtitutionis breuiloquæ,ſiue reciprocæ in l.Lucius.eod. tit.Et aduerte,quòd in ſecundo volumine tractatuum in fol.cxxix.inuenies tractatum Bald.in materia ſubſtitutionum. & in eo.volu. fol.cxl.inuenies tractatum Lanceloti Polyti.& in eod.volumine fol. clxxviii.inuenies tractatum Vdalrici Taſii.& in eod. volumine fol. cxci. inuenies tractatum ſubſtitutionum Antonii Fumei. & vide Ripam in repetitione l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellianum. & vide eundem in l.i. & in l.moribus.& in l.centurio.& in l.ex facto. & in l.Lucius.ff.de vulgari,& pupillari.

Sed ſemper memoriæ commendabis,quòd in teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur,vt in l.in teſtamentis.ff.de reg.iuris.Idem dicitur,in cap.cum dilecti.de donatio.Nam agitur de intereſſe publico,quòd teſtamenta habeant locum l.vel negare.ff.quemadmo.te ſta aperian.l.Gallus.§.quòd ſi is.ff. de libe. & poſthumis. Et quando agitur de intereſſe publico lata interpretatio fieri debet.l.ii.§.exercitium.& ibi Bar.ff.de his,qui no.infami. l. quemadmodum. & ibi Bar.de agrico.& cenſi.l.i.xi.ideo in fauorem teſtamenti iudicari debet l.ſiue pars.ff.de inoffi. teſta.c.fi.de re iudica. Et nota,quòd Panor.& doct.in d.c.cum dilecti dicunt per illum tex.quòd

in

in contractibus fit plena interpretatio, in vltimis voluntatibus plenior, in donationibus, vel beneficio pleniſſima; & ideo licet lex dicat, quòd legatum eſt quædam donatio à teſtatore facta, non ſortitur per omnia naturam donationis. quod bene nota. Et quod dixi, quòd in beneficio fit pleniſſima interpretatio, dic vt per Bar. in ſua ſolenni diſtinctione in l. beneficium. ff. de conſti. princi. Et aduerte, quòd dicit Panorm. in d. c. cum dilecti, quòd euidenter dicitur fieri, quòd fit per veriſimiles coniecturas; & ventrem inſtituens plures comprehendit l. qui filiabus. §. i. de lega. & ibi doctor. & vide Federi. de ſenis. conſi. xli. Sed aduerte, quòd ſauorabilior interpretatio fit in teſtamentis, quam in legatis, vt notatur per gloſſ. in l. ſi plures. ff. de condit. inſtit. ſed Bar. in l. cum auus. ff. de condit. & demoſtra. Videtur legem iſtam intelligere reſpectu inſtitutionis: quia inſtitutio eſt caput teſtamenti. §. ante hæredis. Inſtitu. de lega. Et iſta regula ſecundum Decium non videtur habere locum in legatis, quæ ſtricte debent interpretari l. nummis. de lega. iii. l. apud Iulianum. §. ſcio, de lega. i. & non obſtat tex. in l. titiæ textores, de lega. l. vbi videbis per docto. & per Decium in d. l. in teſtamentis. Sed legatarius capit à manu hæredis poſſeſſionem rei legatæ, vt in l. i. §. rectius. C. commu. de lega. & ſubtrahens rem legatam per hæredem apprehenſam perdit illam, vt in l. non dubium. C. de legat. & ſi ante aditam hæreditatem datur hæredi remedium. l. i. C. quorum lega. Et remedia quæ dantur legatario vide in d. l. i. C. commu. de lega. Sed & quod diximus; eſt verum, niſi legatarius accepiſſet rem legatam ex permiſſione expreſſa teſtatoris, vt ff. de lega. iii. l. Titio cum teſtamento. §. i. Vel etiam tacita, quia fecit legatarium executorem ſui teſtamenti; nam tunc ſibi ipſi poteſt ſoluere, vt in l. fiſtulas. ff. de contrahen. emptio. & vide Salicet. & docto. in d. l. non dubium. & vide Iaſonem, vbi multa vtilia dicit, & præcipue, quòd fallit in eo, cui relicti ſunt fructus annui certi fundi; nam licet hæres teneatur facere coli, & ſeminari fundũ, non autem legatarius, vt eſt text. ſingu. in l. fundi Trebatiani. ff. de vſufructu legato; tamen ſi hæres negligeret, poteſt legatarius propria auctoritate capere poſſeſſionem talis fundi. ita etiam notat Bald. in l. vna. §. excepto. C. de cadu. tollen. Et teſtator poteſt dare licentiam in teſtamento tutori, quòd poſſit adminiſtrare propria auctoritate abſque hoc, quòd decernatur per iudicem. Et nota, quòd in teſtamento filii appellatione in iis, quæ fauoris ſunt, & nepotes, & omnes liberi intelliguntur. l. filii appellatione. §. ſed & Papyrius. ff. de verb. ſign. Itaq; de legatario dic, quòd non poteſt propria auctoritate occupare legatum, vt dixi. l. i. §. i. & ibi docto. ff. quorum lega. & in l. i. C. eo. ti. & ibi Bart. & Bald. & alii. Bart. in l. extat. ff. quòd me. cau. aliàs priuatur legato, vt dixi, per text. in l. non dubium. C. de legat. niſi hæres fuerit iuſſus non moleſtare legatarium in poſſeſſione rei legatæ. Angel. ſingulariter in l. eius rei. ff. de rei vendicat. Sed vxor propria auctoritate poteſt occupare legatum ſibi lactum à viro, quando non imminet Falcidia. ita Bal. in l. i. ad finem. C. quo. lega. Item aduerte, quòd ſi teſtator legauit domum, & dixit, libere; videtur velle, quòd capiat de manu ſua, non per alium. ita Bar. notanter in l. præcibus. C. de impube. & aliis. iiii. col. Et legatarius debet mitti in poſſeſſionem bonorum legatorum pro rata ſibi legata. gloſſ. notabilis in l. i. in fi. C. commu. de lega.

Sed legatarius fundi non poteſt petere ſibi tradi inſtrumentum emptionis, ſed ſibi caueri de eo ſibi præſtando, quando opus fuerit. Bar. in l. quæſitum. §. Papinianus, de fundo inſtructo, & notatur in l. inſtrumenta. C. de fideicommiſſ. quia intereſt hæredis retinere inſtrumenta. & nó obſtat tex. in d. §. Papinianus. Vbi omnino. vide Bar. Et ſic remanet expedita materia noſtræ legis; & bene procedit cõparatiue ad contractus, quia plenior fit interpretatio in teſtamentis, quam in contractibus, vt in d. c. cum dilecti, de donatio. Et ſi feci teſtamentum, & dixi, ſi contingat me facere aliud teſtamentum, volo illud non valere, niſi ibi bem contineatur; arma, virumq;, &c. Poſtea facio illud teſtamentum, debes dicere non obſtante alio teſtamento, in quo continentur verba derogatoria huius teſtamenti: & ſufficit. Paul. in l. ſi mihi, & tibi. §. fi. ff de lega. i. Sed non debemus fidem accommodare in fraudem legis. Tacite quis in fraudem legis dicitur fidem commodare, quando nec in teſtamentis, neque in codicillis rogaretur aperte, & clare, ſed domeſtica cautione, & chirographo ad præſtandum relictum ei, qui capere non poteſt: ſi autem in teſtamento rogetur obſcure, vel ambigue, ſimiliter videtur tacite rogatus. Qui ergo palam fidem ſuam accómodat, non punitur: & ita præualet quod palam factum eſt, vt ff. de iure fiſci. l. non intelligitur §. i. primo reſponſo. & §. tacite autem. & l in fraudem. ff. eodem. vbi dicit Bar aut relinquitur non capaci palam, & tunc relictum non valet, quantum ad ipſum non capacem, ſed remanet apud eum, à quo relinquitur; nec enim debet pati pœnam ex eo, quòd ipſe non delinquit; ſed quando delinquitur clam, & aſſumit ipſe tacitam fidem de reſtituendo non capaci, tunc delinquit, & facit fraudem, ideo meretur pœnam; quia applicabitur fiſco. ita Bar. Et notabis in materia teſtamẽtorum, quòd teſtamentum eſt actus indiuiduus: ideo pro parte valere non poteſt, vt notat Cinus in l. furioſum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. Bald. in l. ſi is, qui. ff. de teſtam. Bart. in l. fideicommiſſa. §. i. ff. de legat. iii. & vide Socinum in regulis ſuis, in regula. cccc. ponentem plures fallentias, ad l. ius noſtrum. ff. de reg. iuris. & propter dictam legem, ius noſtrum, ius accreſcendi introductum fuit, ideo aliqua breuiter de materia iuris accreſcendi dicemus.

Pro intelligentia iouestigaodum eſt,quæ fuerit ratio,quæue cauſa ioductiua iuris accreſcendi; & ſecundum gl.fi.l.ſeruus communis ab extero.ff.de acq.hæ.fuit cauſa, oe quis pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decederet; hoc enim ius ooſtrum non patitur,vt io l.noſtra.quamuis Alex.& Iaſ.vt ipſe refert in l.re coniuocti.de leg.iii.& Soc.in.l.ſi mihi, & tibi.ff.de lega.i.hanc rationem aliquibus mediis improbare coneotur; nihilominns Odoſ.Bar.Ro.Deci.& fere omnes moderni communiter approbant iſtam ratiooem,neq; ab illa recedendum eſt. de quo vide Ruyn.in d.l.ſi mihi,& tibi,in vltima col.& vide Dec.io.l.i.C.quan.non pe.par.pe.ac. quæ dicta ſuot in pagano,ꝙ ius accreſcēdi priocipaliter ex legis diſpoſitiooe veniat, habet etiam locum in milite; niſi de illius contraria appareat voluotate; vt per Cagnol.in repe.l.i.C.quan. oó pe.par. & ibi dicit,quòd iuris accreſcendi locus eſt in ſucceſsione ab inteſt.hinc eſt,ꝙ ceſſante voluntate teſtatoris,vt quia prohibuit ius accreſcendi in legatis,& fideicom.ceſſat ipſum ius accreſcēdi: lex enim ſeqnitur voluntatem defuncti, quemadmodum venator leporem.Bal.in.l.pen.C. de neceſſer.hær.inſti.& legiſlator dixit in auct.de nup.col.iiii.diſponat teſtator,& erit lex.

Et de natura coniunctorum debes ſcire,ꝙ triplex eſt coniunctio,vt no.gl.in l.i.§.fi.de vſuf.accreſceo.ſ.verbalis tantnm,vt dico lego fundum Titio,& Sempronio æquis portionibus; nam ex eo; quòd vna,& eadem oratione lego ambobus, dicuntur verbis commuoibus iūcti.l.plane.§.ſi cooiunctim,de leg.i.quia portiones cnilibet ſunt relictæ,& portio relicta vni, non eſt alteri relicta; & inter iſtos dicitur habere locnm ius accreſcendi,ſi portio vnius deficiat,vel repudiatione,vel morte; quia moriatur ante diem legati cedentem,& coniuoctus dicitur habere portiooē illius,& ſic dicitur eam lucrari ab illo.Itaqoe qui venit per ius accreſcendi ad portionem coniuncti deficientem,dicitur venire ad lucrum,& ooo debet recuſare oous. & hoc in cōiuoctis verbo tantum. Secundo dicuntur coniuncti re tantum,qui appellantur diſiuncti in l.vna,de cado. toll. C.ſin autem diſiunctim,vt ſi legatur duobos eadem res in diuerſis portionibus, puta lego Petro fundum Albanum,poſtea dico,& eundem fuodum lego Franciſco.l.ſi Fortidiannm. C.de legat. Et inter iſtos oon dicitur eſſe ios accreſcendi,ſed ius non decreſcendi:quia cuilibet fuit legata res tota,licet concorſu faciant ſibi partes,ſi ergo deficiat legatum in perſonam vnius, alter oihil dicitur lucrari ex perſona illius,ſed iure ſuo totum fuodum retinet, non ſibi facta diminutione pee cooiunctum,in cuius perſona legatum deficit,& merito noo tenetur ad onus,illi iniūctum, quia in coniunctis re taotum noo tranſit dominium rei legatæ ipſo iure in quemlibet,ſed eſt in ſuſpēſo quouſque aliquis ipſorum præueniat; & tuoc tranſit illum ſolum, & ſi concurrent io petēdo tunc ſcinditur domioium.ita Pau.de caſt.io.l.vna.de cad.tollē.io.§.bis ita. & in.§.ſin autem. ita Ang.ante Pau.in d.§.ſin autem. Si vnus ex diſiuoctis petit totum, alter poſtea veniens aufert ab eo partem.l.plane.§.ſi coniuoctim.ff.de leg.i.

Sed aducrte,qoòd tria requiruotur ad hoc, vt portio deficieos accreſcat cum ooere.ſ.quod ſiot cooiuncti verbis,item quòd portio deficientis ſit caduca,vel io cauſa caduci, ſecus ſi pro nō ſcripta.Item ꝙ onus non ſit nominatim iniunctum ei,cuius portio deficit,ſed omnibus. Pau.& doc.in.d.§.ſin autem diſiunctim.Si tamen illnd onus ſuiſſee iniunctum,vterq; ſimul teneretur totum ſubire.l.ſi duobus.§.i.de leg.i.vbi hæres nihil habebat ex perſona illius,qui ſuarat ſecum grauatns,& tamen ad totum onus tenetur,quia ſimul ſuerat eis iniunctum. Et vnum non tradamus obliuioni,qnod no.Pau.in d.§.ſin aūt,ꝙ non debemus exteodere verba legis,vel ſtatuti, vel teſtatoris,ſi facile fuit conditori exprimere,& non expreſsit. Tertio dicitnr coniunctio re, & verbis; vt ſi in eadem oratione relinquatur duobus fundus,vel domus ſine illis verbis,æquis portionibus;nam cuilibet videtur io totum legatns fundus de virtute verborum, poſtquam teſtator portiones noo diſtribuit,& ioter iſtos oon habet locum ius accreſce.ſed ins non decreſcēdi; oam cooiunctus pp cooiunctionem verbalem,non propter realem tenetur,ad onus iniunctum illi,in cuius perſona legatum deficit,vt notatur in d.§.ſinaotem. Iſtæ aūt cōiunctiones poſſunt fieri tā in inſtitutionib.hæredum,quā in legatis,& in inſtitutionib. conionctio oon eſt illa quæ habeat inducere ius accreſcendi; qm̄ in hæredib.& inter oēs diſiunctos locum habee ius accreſc. ne teſtator decedat ꝑ parte eeſtatns,& pro parte intaſtatus,vt in l.noſtra. & in §.his ita.l. vnicæ.C. de cad.tol.& in l.ſi ſeruus cōis.ff.de acqui.hær.Item facit,vt ſi deficiat portio vnius ex coniunctis potius accreſcat coniuncto,quàm diſiuncto; ſed portio diſiuncti accreſcit oībus.In legatis vero coninnctio inducit ius accreſc.quia ioter oēs diſiunctos non habet locnm.l.proculo. de leg.ii.ēt ſi eſſent coniuncti coniunctione legali,quæ quantū ad hoc non attenditur, ſed attenditur cōionctio teſtatoris,ideo dicit tex.& ibi Pau.in.d.§.his ita;ꝙ portio vnins ex hæredib.deficiens cohæredibus ēt iouitis accreſcit ꝑ hæreditariis portionibus,ſiue oēs ſint coninncti, ſiue diſiuncti, ſed ſi quidam coniuncti,qnidam diſiuncti,portio cooiuocti accreſcit coniuocto, ſed portio diſiūcti accreſcit omnibus cum onere;& ſic portio deficiens ſit pro ooo ſcripta.hæc omnia dicnotur per tex.& doc.in d.§.his ita.Itaq; colligemus tres differeotias inter hæreditatē,& legata,primo,quia portio hæreditatis deficiens accreſcit etiam cohæredi,etiam omnioo diſiuncto, vt in d.§.his ita. ſecus in legatis; vt per doct.in.d.l.proculo.de leg.ii.quæ principaliter ad hoc allegatur.

Secundo,quòd accreſcit cum onere,etiam ſi ſit pro non ſcripta; ſecus in legato,vt in §.in primo. legit vnicæ.C.de caducis tollendis,vbi dicunt doctor.portio hæreditatis pro non ſcripta accreſcit aliis coniunctis,vel diſiunctis cum onere; ſecus in legato pro non ſcripto. Ratio diuerſitatis eſt,quia onus iniunctum hæredi videtur potius iniunctum hæreditati,quàm perſonæ, ſed hæreditas extat,licet perſona non extet. Sed onus iniunctum legatario cenſetur potius iniunctum perſonæ,quàm ipſi legato,vel rei legatæ. Et iſtam rationem allegant doctor.ex.§.ſed vt manifeſtetur in dicta.l.vnica.in differentia, quam facit inter onus iniunctum hæredibus, vel legatariis; & ſi vni nominatim onus iniunctum fuit,etiam tranſit cohæredi, vt per Paulum in §.in primo. d.l. vnicæ,de caducis tollendis.Sed inter legatarium, & fideicommiſſarium non eſt locus iuri accreſcendi; quia ſi legatarius rogatus eſt de reſtituendo partem, & ipſe totum repudiat, portio ſua non tranſit in fideicommiſſarium,ſed remanet penes hæredem.tex.nota. in.l.imperator.ff.de lega.ii.& vide ibi Pau.

Et qualiter inter legatarios ſit coniunctio realis,& diſiunctio verbalis,dic,quòd quando ſunt duo teſtamenta,ſcilicet patris,& filii; tunc inter collegatarios iſtorum teſtamentorum eſt coniunctio realis,licet non verbalis,& inter eos eſt ius non decreſcendi,per tex.in.l.plane.§. ſi coniunctim.ff.de lega.Sed ſi eadem res legatur duobus in teſtamentis diuerſorum,non dicuntur cóiuncti,nec faciunt inter ſe partes; imo quilibet poteſt petere inſolidum,& vnus conſequitur rẽ, alter extimationem; nec inter eos eſt ius accreſcendi,vt per doct.in.d.§.ſi cóiunctim. & ibi dicit Pau.quid,ſi legatur Petro,& ſeruo proprio ſine libertate,an legatum valeat? & dic, quãdo vnus eſt inſtitutus pure,alter ſub conditione diſiunctim, quòd pure inſtitutus interim habeat totum ſed in iure accreſcendi competenti coniunctis non habet locum in venienti iure ſpeciali. Iaſo.in d.l.re coniuncti.per tex.in.l.mulieri,& titin.ff.de condi.& demon.& ibi vide Barto.Et nota caſum,in quo ius accreſcendi præfertur vulgari ſubſtitutioni, de qua per Paulum in l.ſi.C. de inſtitu.& ſubſti.Et nota,quòd ius accreſcendi eſt ius accumulans portiones deficientium, vel nó petentium portionibus petentium.Nota etiam,quòd ius accreſcendi eſt duplex; quoddam eſt particulare,quoddam vniuerſale:& vniuerſale aliquando eſt directum,aliquando obliquum;directũ quandoque eſt de vna hęreditate ad aliam.l.qui patri.ff.de acqui.hær.quandoque de eadem hæreditate ad ſeipſam,vt per tex.in.d.l.ius noſtrum.quandoque de certa re ad vniuerſalem hæreditatem l.i.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſti.quandoque de tempore ad tempus.l.hæreditas ex die.ff. de leg.iii.Nota etiam,quòd inſtitutiones,ſiue legata aliquando ſunt caduca,aliquando vero dicũtur pro non ſcripta. Caduca dicuntur illa,quæ poſt mortem teſtatoris deficiuntur ſeu repudiantur; quaſi caduca,quæ ante obitum teſtatoris deficiunt legatario,vel hærede præcedente; ꝓ nó ſcripta dicuntur ea,quæ relicta fuerunt incapacibus,vel non exiſtentibus in rerum natura. Et ſic caduca dicuntur,quæ poſt perfectum eſſe deficiunt,quaſi caduca,quæ originem eſſentiæ,ſed nó perfectionem habuerunt,pro non ſcripta;quæ nec originem, nec alicuius eſſentiæ ſignificationem vnquam habuerunt,vt per text.& docto.in dicta l.vnica.§.ſed.C.de caducis tollend.Nunc, vt iſtam prolixam materiam expediam,remiſsionibus ero contentus. vide doct. & Cagnolum, & Decium in l.i.C.quando non peten.par.pe.accreſc.& vide in d.l.vna,de cad.toll. & videte Barto.in ſua ſolenni repetitione in.d.l.re coniuncti,de leg.iii.& ibi vide Iaſ.& Ripam multa dicentẽ; ſed Bartol.cunctos ſcribentes præceſsit in iudicio,& æquitate,& in veritate, vt per Panor.in ca. cum nobis,de præſcript.

Sed vltimo notabis in materia iuris accreſcendi,quòd etiam habet locum inter duos reos,quibus liberatio eſt relicta.Item Socius non capax capit per ſocium capacem.l.ſi is.ff.de lib.lega. Et in bonorum poſſeſsionibus locum habet ius accreſcendi.l.iii.§.ſi.ff.de bonorum poſſeſsionibus, & vide tex.in l.ſi duobus filiis.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabu.Et an ius accreſcendi habet locum in contractibus,vide Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.ff.de verborum oblig.& in l.ſi mihi, & Titio. & ibi Aret.enumerat plures caſus,in quibus non habet locum ius accreſcendi.& vide Soc.in regu.cccc.Itaque ex lectura noſtra concludemus, quòd paganus non poteſt mori pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,& amplia iſtam regulam,vt per Decium, etiam ſi teſtator diſponat in contrarium; quia teſtator in inſtitutione non poteſt prohibere ius accreſcendi ad iſtum effectũ, vt decedat pro parte inteſtatus.ita Bar.in.l.ſi duo.ff.de hæred.inſti.arg.l.nemo poteſt, de legat.i. de hoc videbis per Alex.in.l.quoties.C.de hæred.inſtit.& in l.ſi quis priore.ff.ad Trebel.Et ampliatur etiam in ſubſtitu.pupillari,quam facit pater pro filio,vt per Bal.in l.ſed & ſi plures.ff.de vulga.& pupilla.vbi per illum tex.dicit,quòd ſicut pater non poteſt mori pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,ita filius,cui pater pupillariter ſubſtituitur.hoc ſequitur Corneus in conſil. xxxvii.lib.v. Ampliatur etiam,vt idem ſit in hærede,qui non poteſt hæreditatem pro parte accipere,& pro parte recuſare.l.i.& ii.ff.de acqui.hære.Et in tantum hoc procedit, quòd etiam filius hæres inſtitutus non poteſt legitimam retinere,& reſiduum hæreditatis repudiare, vt per Cyn. in l.hæres inſtitutus.C.de impub.& aliis ſubſtit.& ibi Bald.& Pau.& de hoc vide Are.in conſil. clx.colum.ii.ſed regula noſtra fallit in milite,vt colligitur ex textu in.§.non autem Inſtitut. de teſtam.

ſtamen.milit.& in l.ſi miles vnum, & in l.ſi duobus.ff.de teſtamen.mili.& in l.certi.C.de teſt.militis: vbi legitur; certi iuris eſt militem ad tempus etiam hæredem inſtituere poſſe. & vide alias fallentias per Soci.in reg.cxiii.& cxiiii. Et vltimo regula noſtra fallit, quando quis aliquis alicui non poteſt totum relinquere, ſed tantum partem, quia in illa parte erit inteſtatus, vt per Bar. per illum tex.in.l.i.C.de ſecun.nup.& nota in l.ſi is, qui.ff.de vulg.& pup.vbi Alex. poſt alios reprehendit glo.in.d.l.ius noſtrum; quæ tenet, quòd totum acquiratur, licet poſtmodum auferatur ſibi illud, quod erat prohibitum. & vide Bar.in.d.l.i.

Et an habeat locum ius accreſcendi in conceſsione feudali; vide Ripam in d.l.re coniuncti.& vide Curt.iuniorem in tract.ſuo feudali in.ii.par.in.iii.principali dubitatione.

Et quia diximus ſupra multa de teſtamentis, nunc alia in materia tranſmiſsionum dicamus, quia vtilis, & quotidiana eſt, & neceſſaria. Et ad eius euidentiam præmitte, quòd regulariter hæreditas non adita non tranſmittitur.l.vnica.§.in nouiſsimo.C.de cad.toll. Et eo modo etiam bonorum poſſeſsio non agnita infra tempus debitum non tranſmittitur, vt in l.emancipato.C.qui admit.ad bon.poſ.& l.iii.§.acquirere.ff.de bon.poſſ. Sed triplex ſpecies tranſmiſsionis reperitur & ſic triplici modo poteſt ſucceſsio non adita tranſmitti contra regulam prædictam, & licet tres ſpecies tranſmiſsionis declarat Bar.in.l.iii.C.de hæred.inſti.& in l.cum antiquioribus.C.de iure delibe.in præſentia aliter declaro communes theoricas doct. præcipue Bart.quem videas in.l.ventre præterito.ff.de acqui.hær.& Iaſ.in.d.l.emancipata. Prima igitur ſpecies trãſmiſsionis eſt illa, quæ fit ratione ſuitatis; nam mortuo patre filius in poteſtate tranſmittit hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque etiam extraneos.l.apud hoſtes.C.de ſuis, & legit.hæredib.l. ex militari.§.fi.ff. de teſt.mili.& late Bar.& latiſsime Iaſo.in l.ſi infanti.C.de iure delib.& Bar.& moderni in d.l.ventre præterito. Et ratio eſt, quia mortuo patre filius ſuus, qui eſt in poteſtate, abſque alia aditione ipſo iure efficitur hæres, perindè ac ſi actualiter adiuiſſet.§.ſui.Inſtit. de hære. quali. & dif.l.i.§.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſ.cau.teſtamenti.l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.l.ſi filius, qui patri.ff.de vulg.& pup.Intellige ſane tamen, niſi filius in vita expreſſe repudiaſſet hæreditatẽ patris: quia tunc tolletur ſuitas, & nihil tranſmitteret ad hæredes.l.vnica.C.de his, qui ante apertas tabulas.ita Bar.in d.l ventre præterito.& ibi Ang.Imol.Romanus, & Bart.in.d.l.ex militari.§.fi.& Bal.in d.l.vnica.C.de his, qui ante apertas tabulas. In hoc tamen cadit ſubtile dubium, nũquid ſicut ipſemet filius, qui repudiauit hæreditatem patris expreſſe, poteſt abſtenſionem ſuam reuocare infra tres annos.l.fi.C.de repudianda hæreditate. ita tranſmittat ad hæredem potentiã reuocandi abſtenſionem, vide Iaſonem in l.qui ſe patris.C.vnde liberi.& ibi vide Alexan. & vide Raph.Cuma.in.l.ſi quis ſuus.ff de iure delib. Item intellige, niſi mortuo patre ſtatutus ſit terminus filio ad deliberandum, an velit eſſe hæres patris; quia ſi decedat infra talem terminum, cenſetur tanquam extraneus; & non tranſmittet ex potentia ſuitatis ad quoſcunque. Si autem non eſſet ſtatutus terminus à iudice; quo caſu à iure habet annum ad deliberandum; ſed ſi tunc moriatur infra illum annum, ſecus eſt, ita ſingulariter Bar.in.d.l.ex militari.§.fi.& vide Bal. & Ang. in d l.cum antiquioribus.& ibi Alex.& Iaſ.& late Rom.in.d.l.ventre præterito.ff.de acqui.hær. Item nota, quòd quemadmodum mortuo patre inteſtato filius in poteſtate ex potentia ſuitatis tranſmittit hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque, vt dixi; ita eodem modo ſi pater fecit teſtamentum, & habens plures filios, & vnum pupillum habentẽ bona aduentitia matris, ſubſtituat illi filio pupillo pupillariter alium fratrem; eodem modo ſicut tranſmittit hæreditatem patris non aditam, ita tranſmittit ſucceſsionem fratris impuberis non aditam, cui erat ſubſtitutus pupillariter: & hoc per eandem potentiam ſuitatis, quia quantum ad hoc cenſetur patris. tex. eſt in l.ſed & ſi plures.§.quos poſſunt.& ibi Bar.& doct. ff.de vul.& pup.& idem Bar.in.l.ii.eo.ti. Eodem modo condito teſtamento tranſmittit filius ius petendi ſupplementum legitimę, quando in teſtamento eſſet ſibi minus relictum legitima, quia ſi filius mortuo patre decedat non petito ſupplemento legitime, tranſmittit ad quoſcunque hæredes facultatem petendi legitimam, ſicut ipſe viueret ad ſimilitudinem, nam pro ſupplemento legitimæ competit filio condictio ex l.& ſic actio perſonalis.l.omni modo.& l.ſcimus.C.de inoff.teſt. Ergo ad ſimilitudinem aliarum actionum perſonalium, quæ tranſmittuntur ad hæredes.l. pro hæreditariis.C. de hæreditariis actionibus, debet etiam iſta tranſmitti.ita Saly.in.l.ſcimus, de inoff.teſta. & eſt de mente Bal.in.l.ſi arrogator.ff.de adop.& in l.ii.C.de lib.præt.quod bene notate. Nunquid filius emancipatus hodie ex potentia ſuitatis tranſmittat hæreditatem patris non aditam ad quoſcunque, quia emancipatus hodie ſuccedit ad ſimilitudinem ſuorum.l.meminimus.C.de legi.hæredib. Item ſublata eſt differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis in auct.de hæred.quæ ab inteſt.§.nullam.vbi dicitur, ſi non ſunt fratres, nec filii fratrum, vocantur cæteri agnati, & cognati ſecundum gradus prærogatiuam in capita, ſublata differentia agnationis, & cognationis.tangit Bar. in.d.l.ventre præterito, & relinquit cogitandum.

Veritas, & communis opinio eſt, quòd etiam hodie emancipatus non tranſmittit ex potentia ſuitatis; quia licet hodie ſit ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, quantum

ad ſuccedendum ab inteſt.vt per gl.& doct.in l.emancipati.C.de collat.tamen in aliis non ſunt ſublatæ differentiæ:vt in propoſito quantum ad ius tranſmittendi,ita Ange.in l. emancipata.C. qui admit.in lect.Florentina,& Bal.in auct.in ſucceſsione.C.de ſuis,& legi.hær.& in l.ſi fratris, C.de iure delib.& in l.gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.& ibi Pau.de caſt.& modernà in l.emancipata.C.de colla.& Ang.dicit in l.antiqui.ff.ſi pars hæreditatis petatur; quòd iſta eſt communis opinio; quam opin.tenent communiter alii in d.l.ventre præterito,& Imo.in.l.iam dubitari.ff.de hęre.inſti.in.l.cum quidam.§.ſuum.ff.de acqui.hære. Sed bonorum poſſeſsio non adita in bonis patris non tranſmittitur ex potentia ſuitatis,eo quia ſuitas non poteſt hoc facere cum illa requirat cognitionem iudicialem in præſentia iudicis.l.ſi.C.qui admi.Et hoc eſt ſubtile,& non tactum à doctoribus,ſecundum Alex.in d.l.emancipata.C.qui admit. Secunda ſpecies tranſmiſsionis eſt,quæ fit ratione ſanguinis beneficio,vt in l.vnica.C.de his,qui ante aper.tabu. nam ſi moriatur aliquis deſcendens,quiſquis ſit,hæreditate aſcendentis non adita, nec repudiata,illam tranſmittit ad quoſcunque deſcendentes,Bar.in.d.l.ventre præterito.Et iſta ſpecies trãſmiſsionis ſe habet cum præcedente tanquam excedentia,& exceſſa; nam tranſmiſsio ex potẽtia ſuitatis fit ad quoſcunque etiam penitus extraneos hæredes,ſed illa, quæ fit beneficio.d.l. vnicæ ſolum fit quantum ad deſcendentes,ſed non extraneos. Iſta autem excedit illam in alio,quia illa non habet locum,niſi in hæreditate patris habentis filium in poteſtate: iſta autem tranſmiſsio d.l.vnicæ habet generaliter locum in hæreditate cuiuſcunque aſcendentis, & conſequenter matris,& lineæ maternæ.Et ſic ſuitas non eſt illa,quæ operaretur iſtam ſecundam tranſmiſsionem, ſed ſolum qualitas ſanguinis.Et circa hoc cadit pulchrum dubium, nunquid d. lex vnica habeat locum in ſucceſsionibus prætoriis,& conſequenter nunquid bonorum poſſeſsio non agnita per emancipatum in bonis aſcendentis tranſmittatur beneficio d.l.vnicæ, & conſequenter nunquid iſto caſu limitetur lex.quem paſſum tangit gl.ii.& ibi vide doc.in d.l vnica,& vide etiam Iaſ.ibi. Et notabis circa trãſmiſsionem,quæ fit ratione ſanguinis,ꝙ hæreditas aſcendentium etiam non adita tranſmittitur ad poſteros per liberos inſtitutos morientes etiam clauſis tabulis, quod obtinet in legatis,& fideicommiſsis,vt in d.l.vnica.C.de his,qui ante aper.tab. Itaque deſcendentes tranſmittunt hæreditatem aſcendentium vtriuſque ſexus etiam non aditam ad ſuos deſcendentes,ſi non fuit per eos repudiata.Et ſi deſcendentes fuerunt eorum tranſmittentium hæredes, eſt caſus ſpecialis,in quo hæreditas non adita tranſmittitur,vt in d.l.vnica.Et ſic vt ex dictis colligitur,quinque requiruntur ſecundum Paulum in d.l.vnica,licet glo.dicat,quòd duo; videlicet ꝙ hæreditas ſit aſcendentis,& quòd ipſe tranſmittens ſit eius deſcendens;& quod ille,in quem trãſmittitur,ſit de deſcendentibus tranſmittentis:& quod ſit hæres eius;& quòd hæreditas nõ fuerit repudiata.Et altero iſtorum deficiente ceſſat diſpoſitio legis vnicæ; nec curatur, an ſit aſcendens ex linea maſculina,vel fœminina nec etiam ſi ſciuerit,vel ignorauerit hæreditatem ſibi delatam; licet ſecus in re deliberandi,quòd non tranſmittitur per illum,qui neſciebat, quòd hæreditas erat ſibi delata,nec etiam curat,an ille deſcendens,in quem tranſmittitur,fuerit natus,vel conceptus viuente,eo de cuius hæreditate agitur, an poſt mortem, quia non venit ex perſona ſua, ſed ex perſona tranſmittentis,ſecus quando quis vult venire ex perſona ſua, ſed ex perſona tranſmittentis: ſecus quando quis vult venire ex perſona ſua.l.i.§.ſi quis proximior.vnde cognati, & l.Titius,de ſuis,& legit.hæred.& vide tex.& ea,quæ ſcribuntur in l.ſi auia.C.de iure deliberã. Et ſubſtitutio vulgaris non impedit tranſmiſsionem hæreditatis in caſibus,in quibus hæreditas nõ adita tranſmittitur,& ſic hæres tranſmittentis præfertur ſubſtituto vulgari.ita Pau. in d.l.vnica, & legata pura,vel in diem an tranſmittantur ad quoſcunque hæredes,poſtquam dies eorum ceſſit,& quid in fideicommiſsis,ibi per Paulum.

Et nota,ꝙ licet ille deſcendens,in quem fit tranſmiſsio,adeat hæreditatem ipſius tranſmittẽtis, non propterea efficitur hæres in hæreditate tranſmiſſa; ſed requiritur noua aditio; quia nõ fuit tranſmiſſa,vt adita,ſed vt adeunda.l.ſi quis filium.§.i.ff.de acq.hær. Et idem vbicunq; fit trãſmiſſio hæreditatis non aditæ,præterquam in caſu.l.ſi infanti.C.de iure delibe. vt ſuperius diximus. Et ſi aliquis eſt ſubſtitutus ſub conditione,ea pendente hæreditas non eſt delata,ergo non potuit tranſmitti. Sed ſi relictum eſt ſub conditione dies nũ ceſsit,vt per Pau.in d.l.vnica.Quid ergo inducit in legatis,& fideicommiſsis,de nouo d.l lex vnica,cum legata, & fideicom. tranſmittantur ad quoſcunque fuerint relicta,ſi eorum dies ceſsit? Reſpondeo ſecundum Pau.de caſt. ꝙ ante d. l.vnicam non cedebat dies clauſis tabulis,niſi quando erat relictum deſcendenti ab aſcendẽte; in quib.lex antiqua erubuit iugum imponere,ſed hodie eſt generale. Itaq; hæreditas põt adiri clauſis tab.& ſi non fuerit adita,non tranſmittitur iure ſuitatis ad hæredem,niſi in caſu d.l.vnicæ.C. de his,qui ante aper.tab.& in caſu d.l.cum antiquiorib.C.de iu.delib.& fallit dicta regula in caſibus ſupraſcriptis ex mente gl.& Bar.in d.l.ventre præterito,& .ś.videbis explanatã totam materiam tranſmiſsionũ. Item dies legatorũ pure,vel in diem certum legatorũ cedit,quoad trãſmiſſionem à morte teſtatoris,niſi ſint legata nõ tranſmiſsibilia,vt libertates,vel vſufruct. quia tunc non põt cedere,quo ad tranſmiſsionem nec à morte teſtatoris,nec ab adita hæreditate, ſed quan

cum

tum ad petitionem bene cedit ab adita hæreditate, vt in.d.§.in nouiſsimo.& dictus.§.ſecundum Paulum ibi,intendit corrigere.l.antiquam,quæ inuenerat materiam caducãdi, ſtatuendo, quòd non poſsit adiri clauſis tabulis; & dies legatorum non cederet,niſi ab adita hæreditate, vt ſi interim decedat, hæreditas, vel legatum efficiatur caducum,& applicatur fiſco, vt in.d.l.vnica, de caduc.tol.cum lex propria,& curator furioſi poteſt agnoſcere bonorum poſſ.delatam furioſo,& ſi decedit in furore an tranſmittatur bonorum poſſeſsio,dixi ſupra.

Et tranſmiſsio iuris deliberandi non rumpitur propter furorem, vel freneſim ſuperuenientem hæredi ſcienti.Bal.in.d.l.ſi infanti.C.de iure delib.Et tranſmiſsio non habet locum,quando ſupereſt perſona,in qua eſt maior ratio,& fauor ſuccedendi,quàm perſona,in quam facienda eſt tranſmiſsio.Bal.in.l.vnica.C.de his,qui ante apertas tab.& in l.ii.poſt Cyn.C. ad orficianum Bar.in.l.ſi ex pluribus.C.de ſuis,& legi.hære.Et in d.l.vnica dicit Bar. quòd tranſmiſsio eſt fortior, quàm ius accreſcen.Et tranſmittere eſt merus fauor.Bal.in.l.ſi fratris.C.de iure delibe. Et tranſmiſsio hæreditatis non aditæ impeditur per ſubſtitutionem vulgarem.Bal.in.l.iii.C.de hæredib.inſti.in.l.apud hoſtes.C.de ſuis,& leg.hær.Et non impeditur tranſmiſsio per cohæredem extraneum.Bal.in.d.l.iii.de hæred.inſti.& in.d.l.vnica.C.de his,qui ante aper.tab. Sed aduerte, quòd hæreditas tranſmittitur ad ſubſtitutum cum onere legatorum.l.qui quadringinta.& ibi Bar.ff.ad Trebell.Et hæreditas patris etiam non adita per filium tranſmittitur ad matrem, ſicut materna ad patrem.ita Bar.in.l.lucius.ff.de iure fiſc.& de hoc per Bal.(vt iam dixi)in l.vna.C.de his qui ante apertas tab.& ſi hæres medius eſt extraneus,vide Bal.in.l.ſi auia.C. de iure deliber. Hæreditas infantis an tranſmittitur ad matrem,vel ad auiam paternam,vide Bal.in.l.i.C.de his, qui ante apertas tabulas,& vide Bar.in.l.ii.§.ſi quis ex liberis.ff.ad Tertullia. & in l.ſi filius.ff.de vulg.& pup.& vide Bal.in.d.§.in nouiſsimo,& in l.apud hoſtes.C.de ſuis,& leg.hæred.Et hæreditas non agnita tranſmittitur ad deſcendentes.ſ.inſtitutos,vt iam dixi.& vide Barto. in.d.l.i.de his,qui ante aper.tab.Item intelligitur.ſ.natus poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur, vt per Bar.ibi poſt glo. Notabis etiam,quòd hæreditas tranſmittitur,etiam ſi hæres ignorat ſe hæredem,& interim decedat.gl.poſt Bar.in.d.l.ventre præterito.quod verum eſt,etiam ſi ſint venientes ab inteſtato.Bar.ibidem.Sed hæreditas adita coram iudice incompetenti habetur pro non agnita,& ideo non tranſmittitur.ita Pau.decaſt.in.l.puberem.C.de iure delib.Sed hæreditas extranei delata infanti,& non agnita non tranſmittitur per infantem.Bal.in l.ſi infanti.C. de iur.delib.niſi ad patrem,qui poteſt adire è iure ſuo ſibi competenti,mediante perſona filii. Bar.Bal.in d.l.ſi infanti.Item poteſt adire pro infante viuo,& eius nomine.ibidem. & vide de hoc Alexand. in.l.infantis,C.qui admitti.& vide Saly.ibi.Sed an poſsit adire pro maiore infante ſine conſenſu ſuo vide Bal.ibi in d.l.infantis.Et hæreditas patris per furioſum non agnita trãſmittitur ad hæredem,etiam extraneum,ſecus,ſi ſit hæreditas extranei.l.antiſtius.§.fi.& ibi Ang.de acquirend. hær.l.fi.§.pen.C.de cur.furioſi.Bal.in l.potuit.C.de iure delib. Tertia ſpecies tranſmiſsionis eſt, quæ fit beneficio legis,cum antiquioribus.C.de iure delibe.quando aliquis ſciens hæreditatem alicuius ſibi delatam eſſe,infra annum,quem habet ad deliberandum,an velit eſſe hæres, vel ne t ſi decedat intra talem annum pendente adhuc deliberatione,& ſic nec adita nec repudiata hæreditate,tranſmittit illud ius deliberandi ad quoſcunque hæredes infra illum annum tantum, & & conſequenter potentiam adeundi.Et ius deliberandi currit ſolum ſcienti tãtum, vt in d.l.cum antiquioribus.de quo per Bar.in.d.l.ventre præterito.Et iſta tranſmiſsio eſt vtilior, & plenior, quò ad aliquid,quam ſint duæ præcedentes,nam iſta tranſmiſsio non ſolum habet locum in hæreditate patris,pro vt prima tranſmiſsio,& in ſucceſsione cuiuſcunque aſcendentis, pro vt ſecunda tranſmiſsio,immo habet locum generaliſsime in quacunque ſucceſsione cuiuſcunque, etiam penitus extranei,tam ab inteſt.quàm ex teſtamento.Et ex hoc reſultat alia vtilitas, quia ad hoc, vt competant duæ præcedentes trãſmiſsiones oportet probare,aut defunctum fuiſſe filium in poteſtate,aut fuiſſe ex deſcendentibus illius,ex cuius hæreditate agitur.In iſta tranſmiſsione non expedit probare de hoc,ſed ſolum,quòd ille deceſsiſſet ſciens infra annum deliberandi, vt declarat Bartol.in.d.l.cum antiquioribus,ſed in aliis duobus duæ præcedentes ſunt vtiliores,primo quia illæ tranſmiſsiones ſunt,& fiunt perpetuo vſque ad xxx.annos,ſed illa tertia tranſmiſsio non trãſmittit,niſi reſiduum illius anni,quod ſupererat hæredi defuncto ad deliberandum.Item ad hoc vt habet locum illa tertia tranſmiſsio dictæ legis,cum antiquioribus,requiritur, quòd decedens expreſſe ſciuerit hæreditatem ſibi fuiſſe delatam ex teſtamento, vel ab inteſtato, alias non poſſet dici,quod deliberaret,ſi neſciret, vt in dicta cum antiquioribus,verſiculo ſciens. Sed duæ tranſmiſsiones præcedentes habent locum, ſiue tranſmittens ſciret hæreditatem ſibi delatam, ſiue non.

Nunquid autem iſta tertia tranſmiſsio,quæ fit beneficio d.l.cum antiquioribus,habeat locum in bonorum poſſeſsione,& conſequenter in ſucceſsionibus prætoriis,tangit Cynus in leg. qui ſe patris. C.vnde liberi, & ſub dubio forte tenet, quòd non; cum requirat agnationem in præſentia iudicis.l.finali.C.qui admitti, & ibi Paulus, & in dicta l.cum antiquioribus. & Salyce.in.l.ſ.

de reſtitutione militum. Et pro hoc bene videtur facere, quia in ſucceſsionibus prætoriis regulariter non dantur, niſi centum dies. l.ii.C.qui admitti, niſi in aſcendentibus, & deſcendentibus, ergo non poteſt conuenire remedium de anno, per.d.l.cum antiquioribus, arg.l.quod cōſtitutum ff.de teſt.mil. Et Ang.in repe.d.l.qui ſe patris.in.xx.col.dicit, quòd lex, cum antiquioribus habet locum in ſucceſsionibus prætoriis, in quibus datur annus, vt in aſcendentibus, & deſcendentib. non in aliis, quem reprehendit Lud.Rom.ibi, quod imò d.l.cum antiquioribus, habet locum & in ſucceſsionibus prætoriis anno, ſi annum habet, alias c.diebus. firmat expreſſe Cy. in.d.l.cum antiquioribus, in.i.q.& Raph.Fulg.& Alex.& idem Fulgo.in l.licet.C.de iure delib. & Alexā.in d.l.emancipata.C.qui admitti.& ibi habes tex.ſing.in verbo, nullam; quòd licet filius ad ſucceſsionem patris poſsit de iure prætorio venire ex triplici capite, & infra tres annos, vt declarat Iaſ. in l.i.C.qui admitti, tamen ſi filius in vita non agnouerit bonorum poſſ.ex aliquo iſtorum capitum, nullam vendicationem ex nullo capite ad hæredes tranſmittit, tex. eſt in.d.l.emācipata.C. qui admitti.& ex illo tex.notabis regulam, quòd bonorum poſſeſsio non agnita non tranſmittatur ad hæredes, vt in.d.l.emancipata.& in.l.iii.§.acquiritur.ff.de bon.poſſ. ſicut iam diximus de hæreditate de iure ciuili, quæ non adita non tranſmittitur, vt in.d.l.vnica.§.in nouiſsimo, de caduc.tol. Sic etiam in ſubſtitutione, quæ eſt ſecunda inſtitutio.l.qui liberis.§.hæc verba, & l.ſed & ſi plures.in princ.ff.de vul.& pup. Et eſt tex.melior, quàm ſit in toto mundo. in l.ſi ex plurib.ff. de ſuis, & legitimis hæred.& ibi dicit tex.aliud eſſe in iure accreſcendi, quod tranſmittitur, licet non aditum in vita, quia ipſo iure accreſcendi etiam inuito, & ideo non requiritur alia acceptatio, quo ad tranſmittendum, & per hoc infertur, quòd quando ſubſtitutio eſſet iuncta cum iure accreſcendi, tunc ſubſtitutio quamuis non agnita de per ſe non tranſmittatur, tamen propter ius accreſcendi annexum tranſmittitur. tex.ſing.in.l.ventre præterito.ff.de acqui.hær.& Bart. ibi, & omnes dicunt, non reperiri alibi.& Bar.in.l.vnica.C.de cad.tol.§.ſin autem, commendat illū tex. pro mirabili, & ſingulariſsimo. Quæ ſit ratio, quare bon.poſſ.agnita non tranſmittat, nec etiam hæreditas de iure ciuili, nec ſubſtitutio, vide Alex.& Iaſ.in.d.l.emancipata. Notabis etiam (vt dixi) quod ad hoc vt habeat locum tranſmiſsio iuris deliberandi, requiritur, quòd trāſmittens ſciat hæreditatem ſibi delatam, primo quòd ſit delata, ſecundo, quòd non ſit adita, vel repudiata. Item quòd annus non ſit elapſus à die ſcientiæ. Et an dicta ſcientia requirat tempore mortis: quia tex. dicit ſciens deceſſerit, & ſcientia tutoris an ſufficiat ad cauſandam hanc tranſmiſsionem, & ſi tutor ſciui, & annus incœpit currere, & poſtea moritur tutor, de hoc vide Philipp. Corne.in.l.cum antiquioribus.C.de iure delib. Et aduerte, & no.tex.in iſta materia, in.l.ſi infanti.C.de iure delibe. vbi eſt tex.& ex mente Alexandri dicitur, hæreditatem infanti delatam aſcendens per lineam paternam, ſiue in eius poteſtate ſit, ſiue non, ſolus poteſt adire tam viuo infante, & illius infantis nomine, quàm eo mortuo, & tunc ſuo proprio nomine, tanquam ad ipſum tranſmiſſam. Si vero talem aſcendentem non habet, ſed habet tutorem, tūc tutor poteſt adire tutorio nomine, viuente infante, ſed eo mortuo hæreditate non adita, non tranſmittitur hæreditas, & perinde eſt, ac ſi hæreditas non fuiſſet delata infanti, & idem ſi tutorem non haberet. delatam vero pupillo maiori nec ſolus pater, nec ſolus tutor adire poteſt, ſed ipſe pupillus cum illorum conſenſu, & ſi neutrum eorum habet, tunc auctoritate iudicis.& Bar.in.d.l.ventre præterito, examinando glo. ponit regulam, quòd hæreditas non adita non tranſmittatur, vt dixi.& C.de iure delib.l.ſi fratris. vbi dicitur, filius in poteſtate ſtatim mortuo patre efficitur hæres ipſo iure, & hæreditatem tranſmittit ad hæredes, etiam ſi de immixtione aliter non appareat, & ſic excludūtur alii venientes ab inteſt.à ſucceſsione patris, ſecus, ſi eſt emancipatus.& l.quoniam.eo.ti.vbi dicitur, hæreditas fratris non adita tranſmittitur.& ibi dicit Paulus, quòd legatum tranſmittitur ad hæredem etiā nō agnitum, ſicut & cætera legata, vt plene per Bar.in.l.ex facto.ff.de hæred.inſti.& dicit ibi Barto. per hanc legem, quod quatenus illa inſtitutio ſapit naturam hæreditas, non tranſmittitur ad hæredem, & vide Pau.in d.l.quoniam.& licet regula ſit, quòd hæreditas non adita non tranſmittatur, fallit iſta regula in quibuſdam caſibus, de quibus per gl.& Bar.& doct.in.l.ventre præterito. ibi videbis.& ibi quærit Bar.quid de hæreditate materna, vtrum non agnita tranſmittatur? concludit, quòd non, per tex.in.l.ii.C.ad orficia.& per regulam in d.§.in nouiſsimo, & non, quòd impeditus adire propter iuſtam abſentiam, ſi decedat interim, ius petendi reſtitutionem ad adeundum ſuo hæredi relinquit. tex.notabilis in l.Pantonius.ff.de acqui.hære. Sed quandoque abſens ab hæreditate, vel bon.poſſ.excluditur temporis curſu, & tunc hæres poteſt petere reſtitutionem ex perſona defuncti ſine dubio, quia etiam ipſi defuncto competebat, vt in.l.i.C.de re mili. quandoque abſens excluditur morte, & tunc ſi hæres vult petere reſtitutionem, non poteſt de ſtricto iure, ſed de benignitate principis, contrarium ſtatuitur in abſente cauſa reipublicæ, vt in d.l.Pantonius, in princ. aut vult impetrare reſtitutionem non ex perſona defuncti tantum, ſed ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, & poteſt, vt in.l.i.ff.ex quib.cau.maio.in integ. reſtituantur. ita Bar.quem videas in d.l.Pantonius.ff.de acqu.hæ.& dicunt doct.in.d.l.iſta, ſi vxor inſtituatur donec vixerit, vel ad vitam ſuā nullo alio dato cohærede inſtituto, aut alio poſt mor-

tem

tem vxoris;iſta erit hæres perpetuo,& tranſmittet poſt mortem ſuam hæreditatem illam ad ſuũ hæredem.Sal.in.l.extraneum.C.de hæred.inſti.& ſic remanet expedita materia tranſmiſsionũ.

De petitione hæreditatis,& quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeßionem mittamur. Cap. LXX.

PEtitio hæreditatis eo loco inſtituenda eſt,vbi habet domicilium is,qui poſsidet, & etiã ꝓponitur,vbi res ipſæ ſitæ ſunt,ſicut ſuperius diximus in regula de actione reali'. Miſsio autem in poſſeſsionem ſi petatur per iudicis officium,ibi conſultius per officium iudicis peteretur,vbi res ſunt.Iudex autem,in cuius iuriſdictione non ſunt,mittere non poſſet per ſe, ſed eo addito ; puta iure domicilii rei pronunciare poſſet ; dein de deſtinare literas ad eum,in cuius territorio res ſitæ ſunt,vt.ff.de bonis auctoritate iudicis poſsi.l.cum vnus.§.penu.'Pro miſsione autem in poſſeſsionem imploratur officium iud.vt cum quis eſt inſtitutus hæres in teſtamento nõ cancellato,nec in aliqua ſui parte vitiato,mittitur in poſſeſsionem, primo quam ſubſtitutus ; & ſic per ordinem de ſingulis,qui gradu præcedunt,vt habetur in.l.quamuis.C.de edic.'diui adr.tol.quandoque tamen inſtitutus cum ſubſtituto mittetur,vt.ff.de hæred.inſti.l.ſi pater.Fiet miſſio in poſſeſsionem rerum earum,quæ teſtatoris fuerunt tempore mortis,vel per eum detinebãtur,vt quia commodatæ erant,vel depoſitæ,aut pignoratæ,cum & hæ veniant in petitione hæreditatis,vt.ff.de pet.hæ.l.&non tantum.Et quod ſupra diximus de teſtamento non cancellato.

Dic,quòd teſtamentum debet eſſe tale,quòd in prima figura ſine vituperatione appareat, nã vitium,quod ſubiacet oculis corporalibus, impedit miſsionem rerum hæreditarium, ſecundum Azo.in rub.de edicto diui Adr.Vitium autem incorporale,quod non ſubiacet viſui,vt ſi dicatur filius defuncti in teſtamento præteritus,& ita dicatur teſtamentum ipſo iure nullum,vel ſi dicatur falſum,vel ſi dicatur inofficioſum,vel alio vitio viſibili ſubiectum,vel ſi dicatur defunctus eſſe ſeruus,non impedit miſsionem,vt in l.quamuis.C.de edict.diui Adria.vt infra dicemus. Item etiam,ſi ageretur hæreditatis petit.vel petitorio iudicio,non prætermitterentur , immo ante alia principaliter cognoſcerentur,vt C.de pet.hær.l.liber.Sed in iudicio poſſeſſorio ſecus,niſi poſſeſſor probaret incontinenti,& euidenter inuiſibilia vitia teſtamenti,vel aliquas rationes,quibus repellere hæredem,vt.ff.ad exhibendum.l.iii.§.ibidem. & de Carboniano edicto.l.iii.§.cauſæ cognitio.& l.ſi is,à quo.ff.vt in poſſeſsione legatorum.Et ſi hæres ſit inſtitutus in teſtamento nuncupatiuo poſt aditam hæreditatem,quæ ſolo animo fit,agetur adipiſcẽdæ poſſeſsionis rerum hæreditariarum per interdictum,quorum bonorum.vt.ff.quorum bonorum.l.i.Si autem hæres ſit inſtitutus in ſcriptis,fit miſsio per tex.in.l.fi.C.de edict.diui Adri.toll. & Petrus de bella pertica in l.i.C.vbi hæreditate agitur ; dicit,quòd poſſeſſorium & ſcriptũ in rem;& ideo reus gratia poſſeſsionis ſortitur forum,ſed vbi poſſeſſorium eſt perſonale , vt ſi deiecisti aliquem de fundo ſuo, tunc non ſortiris forum gratia rei,ſed gratia delicti,& ſic dicit,quòd vbi res ſunt,poteſt reus cõueniri,cum petitio hæreditatis ſit in rem ſcripta,& gratia rei ſortiatur quis forum , & hoc tangit ad ea,quæ dixi in princ.Et nota,quòd ſi duo faciant controuerſiam,& quilibet eorum dicat ſe hæredem inſtitutum in ſolidum,& poſterius,certe ei poſſeſsio acquiritur,qui potiora iura oſtenderit,vt in l.vlti.§.ſi autem quis.C.de edict.di.Adr.toll.

Et nota,quòd hæres non dicitur poſsidere,niſi apprehendat poſſeſsionem , vt.ff.de acquirenda poſſeſsione.l.cum hæredes. Et exiſtentia ſui hæredis facit quem ſuum hæredem, ſed non poſſeſſorem.ff.de vſucapion.l.ſi homo'. Ideo ſequitur , quòd omni hæredi tam ſuo , quàm neceſſario,quàm extraneo eſt neceſſarium beneficium.l.fi.C.de edi.diui Adr.to. cum maximum commodum ſit habere poſſeſsionem,in qua conſiſtit emolumentum fructuum.vt no.ff.de acqu.poſſ.l.i.§.ex contrario,& l.certum.C.de rei vend.& ibi Cyn.Bal.ponit quatuor caſus,in quibus licet occupare hæreditatem propria auctoritate,quos vide per eum in d.l.fin.in.i.col.Sed quando aliquis vult accedere cum licentia iudicis,citantur citandi,& ſi nemo poſsidet,nemo eſt de neceſsitate citandus,& hæredi ſcripto oſtenſo teſtamento,vt ſuperius diximus,dabitur poſſeſsio bonorum,vbi non eſt contradictor ; aliàs dabitur poſſeſsio habenti iura priora,ſublata annali except. ita Bal.in.d.l.fi.in iii.col.& vide Bal.in.ix.col.vbi dicit ; quæ cauſæ ſint aptæ ad contradicendũ.

Et quæro,rebus exiſtentibus extra territorium, quid agendum ? & dic, quod ſi pronuntiatio dimittendo fit cum legitimo contradictore,fiet miſsio ad literas pronuntiantis,quia inter partes facilius,& iura ſuum vigorem extendunt vbique,vt l.cum vnus.§.is,qui.ff.de bon.autori.iud.po. abſque literis vero fieri non poſſet,quia de alieno proceſſu non poteſt quis ſe intromittere , niſi rogatus,ſeu inquiſitus,quia tunc imaginem gerit illius.Si autem nemo contradicit,non poteſt iudex,qui non diſcuſsit,mandare aliquid alii iudici,per ea,quæ no.Inn.in.c.ſolet,in fine,de ſenten.excom.Et nota iſtam pronuntiationem eſſe priuilegiatam,vt ab ea appelletur.& Bal.dicit,quod ſi interloquendo emanauit,poſſit querela poni ſuperiori,ſecus ſi diffinitiue eſt pronũtiatum,quia

ius

ius facit inter partes.l.ſi prætor.ff.de iudic.

Et qualiter probetur miſsio,& miſsio qualiter poſsit fieri,& quomodo contradictor debeat dicere cauſam ſuæ contradictionis,vide Bal.in.d.l.fi.in fi.&pen.col.Et Petrus de bella pert.dicit etiam in l.quamuis.C.de edict.di.Adr.referendo Azonem, quòd nulla exceptio prodeſt contra hæredem ſcriptum,vt non mittatur in poſſeſsionem,niſi paratus ſit incontinenti probare,qui eã opponit,& dicit,quòd illa exceptio non eſt aliter admittenda,neque à filio præterito, qui ſit . in poſſeſsione.

Et Alex.in.d.l.quamuis,dicit,quòd exceptio,quæ venit incontinenti probanda , non videtur requirere altiorem indaginem.& dicit etiam ibi Alex.quòd exceptio dolo facis,quia petis, quod reſtitutus es,habet locum in iudiciis poſſeſſoriis,quando excipiens offert probare incontinenti exceptionem.Sed iſtud limitatur aliquibus modis per Ang.& Pau.de caſt.in.d.l.quamuis.& Petrus dicit,quòd non habet locum iſta exceptio in interdicto adipiſcendæ.& Alex.de hoc ſe remittit ad ea,quæ dixit in l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acqui.poſſ.& Alex.in.d.l.fi.dicit, quòd teſtamentum habet executionum paratam.& ad hoc Bar.ponderat illum text.

Et inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam ſecundum Bar.in.l.ſiquis, in verbo illico.C.depoſi.Ang.etiam in auct.de hæred.& falcid.§.illud.dicit,quòd legatarius , vel fideicom. petunt contra hæredem executionem teſtamenti pro legato,vel fideicommiſſo. Eſt notabilis gl. in verbo,decreto.alium caſum ponit Bar.in.l.ii.ff.de iureiur.per illum text.ſ.quando promiſſor deferret iuramentum ſtipulatori iuranti ſe debere recipere,quantum in ipſo contractu ſtipulationis eſt deductum.de quo vide Bal.& Saly.in.l.i.C.de reb.cred.& vide Bal.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.ff.de iu.iur.& Pau.de caſt.in l.poſt rem.ff.de re iud Alium caſum vide per Imo.& Pau.in.l.ait prætor.§.i.ff.de re iud.ſ.quando inſtrumentum continet præceptum factum à notario ei,qui ſe in contractu obligauit ; & ſe debere confeſſus eſt : attento,quòd notarius de iure cõmuni eſt iudex cartularius habens iuriſdictionem in volentes ; iuxta no per doct.in.l.i.ff.de iud. cum ſi. Dicit etiam Alex.in.d.l.fi.quòd cancellatio reddit ſcripturam ſuſpectam; & ſic inſtrumenta,quæ habent executionem paratam,non debent eſſe cancellata.ita Pau.allegando Bal.in.d.l.fin. & dicit hoc deberi intelligi,quando cancellatio eſſet in parte ſubſtantiali.vide Bart.in.l.i.in fi.ff. de his,quæ in teſt.delen.& vide Pau.in.l.noſtram.C.de teſta.Et de ſcriptura ſuſpecta vide Bal. in conſi.xi.ii.par.Et in quantum Iaſ.quærit in d.l.fin.quid ſi originale habet interlineationes diuerſarum manuum.vi.Lud.Rom.in ſingularib.fol.8.&ibi vide,quid ſi in inſtrumento exhibito deficiat dies,& in originali non deficiat.Et vide Bal.in.d.conſi.incipiente,in Chriſti nomine.pũctus in q.Laurentii,&c.& vide Iaſ.in princ.iii.col.& vide in,vi.col.vbi dicit, quòd raſura inſtrumenti regulariter vitiat inſtrumentum.vide Spec.in tit.de reſcr.præſenta.in.§.dicto, verſic.item excipitur.doct.in.c.cum inter dilectos.de fide inſtru.Abb.in.c.cum venerabilis, de religioſis domibus.Et eſt notandum,quòd fideicommiſſarius habet remedium d.l.fin. poſtquam in eum ſit tranſlatum ius hæreditarium.ita Alex.referendo Bar.& alios.Iaſ.in.iii.col.tenet etiam , quando fideicommiſſario vniuerſali eſſet facta reſtitutio,quia ante reſtitutionem nullum ius habet,& hæredi,qui ſemel cecidit à poſſesſione rerum hæreditarium, non competit amplius petitio hæreditatis,nec bonorum poſſ.Item in fideicommiſſario vniuerſali.Iaſ.vt ſupra.

An hæres petendo ſe mitti in poſſeſsionem,& oſtendit teſtamentum iudici,habeat neceſſe ꝓbare mortem teſtatoris.Bar.in d.l.fi.tenet.quòd non , ex quo habet inſtrumentum teſtamenti ; & ſic præſumptionem pro ſe , quòd teſtator ſit mortuus ; quia viuo teſtare notarius non debet dare copiam teſtamenti hæredi . allegat l.ii.§.ſed ſi dubitetur,cum l.ſeq.ff. quemadmodum teſt. aperiantur.Saly.& Pau.tenent cum Bar.ſed Alex.reprobat Bar.ſecundum eum requiritur ſaltem ſemiplena probatio mortis,quæ in ſummariis,vel in iſtis executiuis ſufficit, vt declarat Bart.in.l. ii.§.fi.C.vbi in rem actio.vel ſaltem requiritur iuramentum hæredis,vt in l.theſaurus.ff. ad exhibendum.Iaſ.ibi tenet cum Bar.in iudicio poſſeſſorio,quod eſt modici præiudicii, ſed ſi vellet facere declarari ſe hæredem,& ſic in petitorio,deberet probare teſtatorem eſſe mortuum. Et qualiter,& per quos modos poſsit probari,vide doct.in l.ſi quidem.ff.ſol.ma.& in d.l.ii.§. dubitetur, & quilibet præſumitur viuere tempus,centum annorum,vt in l.fi.C.de ſac.ſan.eccle.

Et nota,quòd ſubſtituto vulgari, vel pupillari,& ſubſtituto venienti ex tacita pupillari contenta ſub expreſſa vulgari competit remedium poſſeſſorium d.l.fi.vide Iaſ.in.iiii.col.& Bar. tenet etiam,& bene loquitur,vt refert Alex.in.d.l.fi.in.iiii.col.vbi etiam tenet quòd etiam competit remedium d.l.filio non inſtituto à matre,quæ poſt natiuitatem filii mortua eſt iſto filio præterito; qui tamen pro inſtituto habetur,tex.notabilis in l.iii.ff.de inoff.teſtamento,& ibi vide Bal. tenentem iſtam opinionem.

Et dicit Barto.quòd etiam epiſcopo pro pauperibus competit beneficium d.l.& idem ſecundum Bar.in executore,maxime pauperum.tenent Innoc.& alii in c.cum tibi,de teſta.Bar. & omnes in l.hæreditas ad ſtatium.ff.de hær.inſtit.& in l.centurio.ff.de vulg.& pup. dum tractat de compẽdioſa facta pauperibus . Sed nota, quòd iudex debet eſſe competens ad mittendum hæredem in

poſſeſ-

poſſeſsionem, quia debet habere merum, & mixtum imperium, & requiritur, quòd bona ſint in territorio Ino; aliâs, vt iam diximus, ſcribet iudici illius loci, in quo bona ſita sũt. & vide de hoc Iaſ. in. v. col. Sed nota, quòd appellatione hæredis largo modo continetur bonorum poſſeſſor, & ſic competit ei remedium d. l. vt per doct. ibi. & in. d. l. fi.

Dubitat Bal. an competat dictum beneficium venientibus ab inteſtato, poſtquam probauerunt per teſtes redactos in ſcripturam, quòd eis delata erat hæreditas ab inteſtato; & dicit, quòd videtur, quòd ſic ex æquitate, qua dicimus competere inſtituto in teſtamento nuncupatiuo; quia venientes ab inteſtato habent tacitam voluntatem defuncti. l. conficiuntur. & l. ſi quis cum nullum. ff. de iure codicillorum. dicit tamen Bal. non audex hoc firmare, quia nulla lex hoc dicit. ſed Alex. in. vi. col. tenet cum Bald. & Iaſo. in. vii. col. & allegant plura fundamenta. Et eſt notandum quòd ſcriptura priuata teſtamenti in ſcriptis ſolenniter conditi valet, quando non eſt vitioſa. ita Alex. In. v. col. Item nota, quòd fideicommiſſarius vniuerſalis, cui pure debet reſtitui hæreditas, ſi ſit in poſſeſsione rerum hæreditariarum, eſt legitimus contradictor ad impediẽdum poſſeſsionem hæredi ſcripto; ſecus, ſi non poſsideret. ita Alex. in. d. l. fi. in ix. col.

Et nota, quòd quando ſunt duo teſtamenta eodem die confecta, nec apparet de prioritate, neque de poſterioritate, & in vno eſt inſtitutus vnus, & in alio alius, nemo eorum erit hæres, ꝑpter nimiam incertitudinem. Iſta eſt communis opinio ſecundum Alb. in. d. l. fi. ſaluo, niſi vnus eorũ poſsideat, alius non, vel niſi in vno teſtamento eſſent inſtituti venientes ab inteſtato, ſecundum Bar. ſed meo videri hoc eſt paruæ vtilitatis, quia forſitan eſſet vtilius venientibus ab inteſtato ſuccedere ab inteſtato, quàm ex teſtamento. Sed dic, quòd ſi in vno teſtamẽto eſſet aliquid relictum piæ cauſæ, in alio non; illud teſtamentum præſumitur vltimum, & præualet. ita Iaſ. in. d. l. fi. in fi. col. allegando Lud. Rom. in auct. ſingulariter. C. ad l. falc. & ibi vide, quid in duobus reſcriptis; quid ſi reperiantur duo inſtrumenta; quid in duobus codicillis. & de duo. reſcrip. ſub eadem data inuicem contrariis, tex. eſt in. c. ſi à ſede. de præben. in. vi. & ibi vide doct.

Et nota, quod exceptio præſcriptionis excludit iam petitorium, quam poſſeſſorium, ita Bart. poſt gl. in. d. l. fi. Et nota, quod apertura teſtamenti debet fieri ſecundum conſuetudinem loci, in quo celebratus eſt actus aperturæ, ita tex. in. l. ii. C. quemad. teſta. aperi. Et petitur aperiri officio iud. in. l. i. eo. tit. & qui petit aperiri, debet iurare de calumnia, aſſerendo putare ſua intereſſe. tex. in l. fi. eo. tit. & dicit Pau. de caſt. in. d. l. i quod ſi qui petit, non vult facere expenſam, niſi ſit certus aliquid ſibi eſſe relictum, quod iudex poteſt compellere notarium ad oſtendendum ipſi iudici. Et ſi aliquid eſt relictum, faciat dari in publicam formam illam particulam, quæ ad illum pertinet, cum die, & conſule taliter, quod fidem faciat. & ita dicit de facto ſeruari.

Et nota, quod inſtitutus ſub conditione non poteſt petere ante conditionis euentum poſſeſsionem rerum hæreditariarum. tex. eſt in l. i. C. de edi. ct. di. Adri. tol. Et nota, quod in iudicio quã tuncunque ſummario perſona, cum qua litigatur, debet plene legitimari, licet cauſa ipſa requirat ſummariam cognitionem. ita Bar. & Saly. in. l. quamuis. C. de edict. di. Adr. & Alex. ibi ad finem, & Bal. in extrauaganti, ad reprimendum.

Et quia ſuperius diximus, quod raſura inſtrumenti vitiat inſtrumentum, vide tamen plures limitationes per Iaſ. in. d. l. fi. Et eſt notandum, quod ſi hæres poſsidet aliquas res hæreditarias, & aliquas non, debet petere confirmari in poſſeſsionem earum rerum, quas non poſsidet. & de nouo mittatur in poſſeſsionem earum rerum, quas non poſsidet. & iſte erit in practica totus modus agendi. ita Alex. In. d. l. fi. in fi. reprobando Cyn.

Quid in eo hærede inſtituto, in quem auctoritate ſtatuti ipſo iure intelligitur tranſlata poſſeſſio? & quid de patre, cui defertur hæreditas repudiata per filium? vide Alex. in. d. l. fi. in iiii. col. Et eſt notandum, quod ſi duo contendunt de hæreditate, conſilium eſt, quod quis præueniat in occupando bona, ſed ſi ſimul concurrunt, ne partes veniant ad arma, iudex inhibebit vtrique, ne ad poſſeſsionem accedant. ita Inno. in. c. præſentia, de probationib. & Spec. in tit. de ſequeſtratione poſſeſſ. & fruct. ver. ſed nunc idem, dicit, ne partes veniãt ad arma, res litigioſa debet ſequeſtrari. Ego intelligo hoc eſſe verum, ſi neuter poſsidet; ſed ſi vnus poſsidet, propter metum armorũ non eſt recedendum à recto tramite iuris ita Bal. in. l. fi. C. de ordine cog. & in c. ii. de vita, & hone ſta. clericorum, & in c. i. de ſequeſtrati. poſſeſſ. & fruct. & vide Bald. in. l. ordinarii. C. de rei vend. & vide Hippol. de Marſ. in pract. ſua, in fol. liii. & vide Iaſ. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. pe. vbi ipſe ſecundum Pau. & Alex. quærit, an iudex poſsit cogere partes litigantes ad faciendum cõpromiſſum in amicum communem, & licet de iure nemo cogatur facere compromiſſum, ipſe tamen Iaſon. ponit ibi aliquas limitationes, & non refero, licet ſint ſingulares, quia non ſunt præſentis ſpeculationis.

Et nota ſecundum Pau. de caſt. in. d. l. fi. quæ requirãtur ad hoc, vt fiat iſta miſsio. Primo, quod de teſtamento ſit confecta ſcriptura, & ſic teſtamentum in ſcriptis, & ſufficit, quod producatur coram iudice, & aperiatur ſecundum formam ſuperius iam dictam abſque eo, quod teſtes ibi deſcripti recognoſcant ſuas ſubſcriptiones, & ſigilla, quantum ad effectum poſſeſsionis. Sed hoc non ſuffice

ſufficeret,ſi hæres ageret petitione hæreditatis,ſed quia miſsio iſta eſt modici præiudicii, ſufficit quod prima facie appareat teſtamentum ſolenne, quia ſufficit ſummaria cognitio non plenaria. Intellige etiam ſecundum Pau.quando confecta eſt ſcriptura notarii.Si autem nulla eſt confecta ſcriptura,non poteſt fieri miſsio,niſi primo examinentur teſtes, & eorum dicta publicentur auctoritate iudicis,vt habetur in l.publicari.C.de teſta.Et requiritur, vt iam dixi, quòd bona,in quibus fit miſsio,tenerentur per defectum tempore ſuæ mortis.quod Itellige iure dominii, ſiue iure poſſeſsionis,ſiue detẽtionis,vt ſunt res depoſitæ,& commodatæ,quia etiam pro illis datur petitio hæreditatis,vt in l.& non tantum.ff.de pet.hær.Et etiam fiet miſsio in bonis, quæ colonus,vel inquilinus,vel precario poſsidens poſsidebant nomine defuncti, quia poſſeſsio ciuilis erat,vt in precario,poterat tamen reuocari,& ſic fingebatur eſſe.Et requiritur, ꝙ de tali miſsione conficiantur ſcripta publica apud acta; & ſicut acta iudiciaria debẽt apparere per ſcripturam, & alias non poſſunt probari,niſi proponeretur,quòd ſcriptura fuit confecta,& perdita, vt in capi. quoniam contra falſam,de probationibus iuncto eo,quod habetur in l.quoties,in fi.ff.de probationibus.ita eſt detenuta,quæ conceditur auctoritate dictæ l.fin.& vide de hoc Pau.in.d.l.fin.in ii.columna.

Et in quo differat poſſeſſorium d.l.fi.ab interdicto,quorum bonorum,quod etiam eſt adipiſcẽdæ,vide Pau.de caſt.ibi,in.v.col.vbi dicit inter alia,quòd interdictum, quorum bon.eſt de iure prætorio; & interdictum.d.l.fi.eſt de iure ciuili,& habent ſe tanquam excedentia, & exceſſa.

Et nota,quòd contra petentem iſtud interdictum poteſt opponi exceptio præſcriptionis, & eſt ſpeciale in iſta exceptione,quia redarguit hæredem de negligentia.vide Paul.in.vj.colu.d.l.& Pau.in col.v.quærit,in quo differat iſtud interdictum à petitione hær.& dicit,& dic,vt in gl. excepto vno.in quantum dicit in poſſeſſorio non veniunt,niſi corporalia.

Reſtat nunc,vt magis late aliam partem regulæ aggrediamur.ſ.de pet.hær.quia ea, quæ in vltimis dicuntur,melius memoriæ commendantur iuxta formam tex.in c.liquido,de conſe.diſt.ii. Ideo notabimus,quòd petitio hæreditatis quandoque eſt directa,quandoque vtilis.Et pet.hæred.directa datur ſuccedenti ex teſtamento,vel ab inteſtato per legem, vel ſenatuſconſ. Item datur petitio hæredi.ſuccedenti per ſe,vel per alium,vt.ff.de peti.hær.in l.i. ii.iii.

Et eſt notandum,quòd propoſito libello petitionis hær.faciendæ ſunt interrogationes poſſeſſori,qualiter poſsideat,vt l.i.in principio.& l.de ætate.§.ii.ff.de interrogatoriis action. Et debet interrogari poſsidens,an credat ſe hæredem.Si reſpondeat,credo,proceditur in pet. hæred.quia poſſidet pro hærede.Si reſpondeat,non poſsideo pro hærede,ſed habeo titulum,& probauerit, non procedetur in pet.hær.ſi non probauerit,præſumitur,ꝙ pro poſſeſſore poſsideat, & ſic ſecũdum Azo.intelligitur,quod dicitur in l.cogi.C.de pet.hær.& ſic ille cogitur dicere, vtrum pro hærede,vel pro poſſeſſore poſsideat,vel ſecundum Azo.videtur,quòd debebat interrogari, poſsides pro hærede,an pro poſſeſſore? an non? & ſatis erat,ſi reſpondeat,poſsideo pro hærede, vel ꝓ poſſeſſore,vel non poſsideo,& ſerua,vt ſi de mendacio conuincatur,amittat poſſeſsionem, ſi dolo,aut lata culpa mentiatur.vt ff.de rei vend.l.pen.alioquin penitere poteſt cum non ſit lis conteſtata,vt.ff.de interrogatoriis actio.l.de ætate.§.vlti.Et nota,quòd in petitione hæred.non eſt neceſſe exprimere,an ſit hæres ex teſtamento,vel ab inteſtato,nec eſt neceſſe exprimere,an ſit hæres immediate per ſe,an vero per mediam perſonam,quæ petitio hæred.eſt in rem. & vniuerſalis admittitur petitio cauſa non expreſſa; vt l.ſed & ſi lege.§.petitio.ff.de pet.hær.& l.ſi mater,in prin. & ibi vide Bar.Sed ſi iudex videret multum intereſſe rei conuenti, poteſt cogere actorem ad declarandum per l.defenſor.§.illud.ff.de interrog.actionib.& tenet Bar.in.l.iii.ff.de pet.hær. & vide Iaſ.§.actionum.Inſtit.de actionib.in.xxiiii.col.Et nota,quòd non tenetur quis in petit. hær. ſpecificare res hæreditarias; immo ſufficit petere hæreditatem rebus non ſpecificatis.gl.eſt notabilis in l.i.in princ.ff.de eden.quam ſequuntur cõiter omnes doct.& etiam cõprehenduntur ea, quæ poſt libellum productum cœpta ſunt poſsideri per reum conuentum,& ſic ea, quæ non fuerunt ſpecifice petita.vide Saly.in.l.edita.C.de eden.Accedat, quod in ſimili dicimus in dote, ꝙ etiam eſt iudicium vniuerſale,ſicut petitio hær.& per Bar.& doct.in rub.ff.ſol.matr. Et in dote procedit libellus,ſi aliquis ſimpliciter petit condemnari ad reſtituendam dotem non facta ſpecificatione alicuius rei dotalis, vt per Bar.Bal.& Sal.in l.fi.C.de ſent. quæ ſine certa quantitate ꝓfe.Et petitio hære.competit,ſiue quis ſit hæres in ſolidum,ſiue pro parte,vt l.licet minimam, cũ ſi.ff.de pet.hæred.dummodo illa pars ſit tota hæreditatis,& ſic contineat iura actiue, & paſsiue, vt late per Bar.in.l.ſiquis ſeruum.§.fi.ff.de leg.ii.

Pau.de caſt.in.l.regulariter.ff.de pet.hær.ponit formã libelli,& dicit,quòd declaretur hæres; nam hæc actio eſt mixta,& ſicut in rei vendi.c.quis petit declarari ſe dominum, ita & in iſta petit declarari ſe hæredem, & hoc venit iure actionis.Item petit condemnari aduerſarium ad reſtituendum,quod poſsidet,vel in totum,vel in parte; ſi eſt hæres pro parte,quantumcunque res ſit modica,& pars hæreditatis,quam prætendit habere,ſit magna; nã ſi valet mille,& res,quæ poſſidetur,valet decem; non petit condemnari,niſi in dimidia ipſius rei. Et hæc actio datur contra

illum,

illum,qui poſſidet pro hærede,vel pro poſſeſſore,vt iam diximus.Et pro hærede dicitur poſſidere,tanquam hæres,cum non ſit.Et qui non aſſerit ſe hæredem,nec allegat titulum, datur contra illum dicta actio,ſi rem hæreditariam,licet minimam,vel aliquod ius incorporale poſſideat, nã iſta duo requiruntur ad hoc,vt iſta actio cõtra aliquem detur,vt notatur in l.regulariter. Et hæc actio non datur contra titulo poſſidentem,vt l.hæreditatem.C.in quibus cauſis ceſſat longi tempori præſcript.

Et incorporalia aliquando proprie poſſidentur,aliquãdo improprie, aliqñ impropriiſsime; & iura incorporalia quaſi poſſidentur.Et dicitur poſſeſsio improprie,quando non cohæret reb. corporalibus,vt ſunt actiones,quas quis habet contra aliquem,proprie,quando cohærent rebus corporalibus,vt ſeruitutes,impropriiſsime,vt ſunt actiones,quibus quis alicui tenetur.Et quantum ad iſtam materiam contra ipſum datur hæc actio,ſicut debitor hæreditarius, vt in l.nec vllam,in fi.ff.de petit.hære.Ergo neceſſario oportet dicere,quòd habeatur pro poſſeſſore, cum nõ detur,niſi contra illum,qui poſſidet,vt in l.regulariter.ff.de pet.hæred.& ibi eſt glo.quæ ſemper allegatur,quòd actiones non proprie poſſidentur,nec quaſi poſſidentur, ſed improprie, & impropriiſsime.Ideo pro eis non datur interdictum pôſſeſſorium,vt in l.ii.ff.quorum bonorum, & dicit Pau.de caſt.quòd per hoc legiſtæ reprehendunt cano.qui dicunt, reperiri quaſi poſſeſſoriũ in actionibus perſonalibus,vt in.c.quærelam,de elect.ſed illud procedit ſecundum Pau.in actionibus perſonalibus competentibus ad aliquid annuum,vel menſtruum præſtãdum ; non ſic, qñ præſtatio non eſt annua,vel menſtrua.Ita loquitur gl.in.d.l.regulariter.Ideo deciſio canoniſtarũ eſt bona,& vtilis; quia ſi ille,qui eſt in quaſi poſſeſsione annuæ præſtationis,turbetur, vel ſpolietur in ea,habet vtile interdictum,vti poſſidetis,vel vnde vi.vt in illo c.quærelam.& vide doc. in l.certis annis.C.de pactis.& omnino vide Innoc.in.c.in literis,de reſti. ſpo.

Et eſt notandum, quòd petitio hæred.vtilis datur contra illum,qui poſſidet cum titulo, ſi titulus non eſt habilis ad transferendum dominium,vt in l.nec vllam;& in l.Neratius.ff. de petit. hær.Et quia ſuperius diximus,quòd petitio hær.non datur contra titulo poſſidentem, vt colligitur ex d.l.nec vllam,eſt neceſſe aſsignare rationem,quia eſt principale fundamentum totius materiæ,gl.in.l.hæreditatem.C.in quibus cauſis ceſſat long.temp.ponit vnam rationem, quia qui aſſerit titulo poſſidere,non contradicit agenti,nec negat ipſum eſſe hæredem, ſed dicit rem, quam ipſe poſſidet,non pertinere ad alium,ſed ad ſe; quia emit a tali, vel fuit ſibi donata, ſed quando non allegat titulum,ſed aſſerit ſe hæredem,contradicit agenti; & iudicium non eſt niſi inter dicẽtem,& contradicentem : & vbi non eſt contradictio,non eſt proprie iudicium, quia actor principaliter aſſerit ſe eſſe hæredem, & hoc petit declarari,Et in hoc deberet eſſe contradictio,vt eſſet ꝓprium iudicium.Iſta ratio eſt bona,ſed non perfecta; ideo docto.aſsignant aliam rationem, quia qui allegat titulum,allegat potentius ius,& fortius,quàm ille qui aſſerit ſe hæredem, & agit hac actione,vbi non ſolum veniunt res,quæ erant in dominio defuncti, ſed veniunt ea, quę fuerunt in hæreditate reperta,vel quia commodata defuncto,vel penes eum depoſita,vt in l.& non tantũ ff.de pet.hæredit.Et ſufficit probare,quòd res,quam petit,tenebatur, & poſſidebatur per defunctum tempore mortis.Iſtud eſt facile probare,ſed ille,qui allegat titulum,allegat dominium, vel quaſi dominium ; vnde cum poſſit eſſe,quòd res,quæ petitur,fuerit in hæreditate reperta, tamẽ non erat defuncti,ſed erat illius,qui nec poſſidet ex titulo,quem allegat; non ſequitur, tu es hæres.& iſta res fuit in hæreditate reperta,ergo debes me vincere, cum ego allegem potentius ius, quam tu, ideo ne fruſtra litiges,repelleris ab agendo.Et tunc titulus excludit hanc actionẽ,quando eſt ſufficiens ad tranſlationem dominii,vel quaſi; aliàs,ſecus: vt in titulo commodati, vel depoſiti.ita Pau.de caſtr.in.l.regulariter,in.iii.colum.ff.de petitione hæredit.ſed Iaſ.in §.actionum, Inſtitu.de action.in xxviii.colu.non referendo Pau.de caſtro in dicto loco contra morem ſuum, dicit,quòd rationes,quare petitio hæreditat.non datur contra titulo poſſidentem, vnam ponit gloſſ.in l.hæreditatis.C.de petitione hæredit.aliam ponit glo.in.l hæreditatem, C.in quibus cauſis ceſſat long.temp.& ambas reprehendit Bartol.in.d.l.hæreditatis. & ibi aſsignat veram rationem,quæ communiter tenetur,& fuit ratio antiquorum,& tenet Cynus in l.cogi.C. de petitio. hæred.quòd ille,qui agit petitione hæreditat.fundat ſe ſolum in titulo ſuo. Si igitur conuentus poſſidet,& habet titulum,ſicut ipſe. vnde cum habeat iſtud plus,quod poſſidet, merito non debet conueniri petitione hæredi.& etiam ſupraſcriptam rationem ponit Bartol. in l. pro hærede, in principio.ff.de petitio.hæreditat. & vide ibi Iaſon. ponentem aliquas limitationes ad dictam regulam in dicto.§.actionum.in vigeſimanona,& trigeſima columna. Sed miror de antiquitate, quæ lucernam,& tot paginas inaniter conſumpſit. Nam ſi aliquis diceret,quare petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem? reſpondeo, quia petitio hæreditat. fuit introducta à iure ciuili; & ſi daretur contra talem, eſſet tollere defenſiones, quæ iure ciuili competunt iuſto titulo poſſidenti. Nota bene hoc,quia alia potius videntur eſſe ſomnia,quàm prudentium opiniones.

Et hæc actio datur contra poſſidentem pretia rerum hæreditariarum, vel exacta debitoribus

hæreditariis.Item datur contra habentes actionem occaſione rerum hæreditariarum, vt teneantur cedere, ſi erant bonæ fidei poſſeſſores.de hoc vide textum in l.etiam.§.item à debitore.& vide ibi Bar.& Pau.ff.de petitio.hæredit.& feudum, vel emphyteoſis an veniant in petitione hæredit.vide Barto.& Pau.in l.item videndum.§.nunc videndum.An autem poſſeſſor hæred.ſi rem aliquam alienauit, nunquid preciſe teneatur ad rem hæreditariam? vide Bartolum in l. imperator.§.ſi.ff.de leg.ii.

Et an conuentus pet.hær.poſsit pendente lite vendere aliquam rem ſine licentia iudicis, ita q alienatio valeat, vide notabilem tex.in.l.diuus Pius,in princ.ff.de pet.hær.vbi dicitur, quòd pôt alienare res hæreditarias,ſi præſtitit ſatisdationem.

Et ſunt hæc notanda, quod incorporalia veniunt in iſta actione, cum illa natura tantum, quã habent naturaliter, non accidentaliter.Et ideo vnũ ſimplum, quod à principio debebatur, veniet in hæreditatis pet.non aliud, quod eſt ex inficiatione, vt l.item veniunt.§.cum prædiximus, & l.illud.§.actiones, & l.euicta.ff.de petit.hære.

Item in iſta actione veniunt res principales, & omnis rei acceſsio.Et vna eſt hæc actio pro rebus & fructibus, quia eſt vniuerſalis.Et quidam dicunt, quòd bonæ fidei poſſeſſor in hac actione nõ facit fructus ſuos, ſed vide tex.in l.item veniunt.§.item, vbi dicitur, quòd fructus induſtriales à bonæ fidei poſſeſſore percepti, veniunt in hac actione iure actionis.ſ.petitionis hæredita.licet in rei vendicatione aliter ſit.vide ibi Pau.de caſt.in.l.item veniunt ff.de petit.hæred.& ibi vide l.ſed & ſi lege.§.vltimo.& l.quòd ſi ouis, & l.ancillarum, cum ſimilibus, & accipe fructus impenſa deducta, vt ff eodem.l.ſi à patre.§.vltimo.Item veniunt omnia, quæcunque occaſione alienationis rerum habuit poſſeſſor, vt puta pœnam, vel vſuram.Item venit damnum datum à poſſeſſore, vt.ff.de peti.hæredi.l.ſi à patre.§.ſi poſſeſſor.Item veniunt in hac actione, quæ poſſeſſor exegit à debitoribus hæreditariis nomine ſuo, non nomine veri hæredis, tex.in l.ſed & ſi lege.§.peti.ff.de pet.hæredit.& vide Azonem in ſumma.in rub.de petitione hæred.& vide l.iiii.§.debitor.ff.de tranſactionibus.Item veniunt ea, quæ quis dolo deſiit poſsidere, ſi extant.Si vero ſunt deperdita, vel diminuta, tenetur ad pretium commune; quia in rerum natura deſiit eſſe diminutum, vt ff.de petitione hæred.l.ſi poſſeſſor.§.vltimo.& l.deperditum.Et hoc in rebus hæreditariis, quæ non onerabant hæreditatem, vel non erant ſteriles; nam in his, ſi quidem vendantur poſt litem motam, vel ante, venit tantùm precium acceptum, vt.ff.de peti.hær.l.itẽ veniunt.§.à quo.& l.ſi poſſeſſor, §.i.& ff.de rei vend.l.item ſi verberatum.§.ſi quis rem.Item veniunt vſuræ fructuum; & omnia prædicta veniunt præſtanda à malæ fidei poſſeſſore: in bonæ fidei autem approbatur regula, quæ non fallit, id eſt quòd nullo caſu teneatur aliquid præſtare in pet.hær.niſi in quantum ſit locupletior tempore rei iudicatæ, vel litis conteſtatæ.

Bonæ fidei autem eſt, qui habet iuſtam cauſam putandi ſe hæredem, vel etiam iniuſtam errando, puta in iure, vt ſatis ſit, quòd non verſatur dolo.vt.l.item veniunt.§.omnes, & l. ſed & ſi lege ſcire.§.conſului.ff.de pet.hær.& l.igitur.§.ii.ff.de libe.cauſa.

Reſtat nunc, vt dicamus, quid de illo, qui dolo deſiit poſsidere, & res extant non deperditæ, vel diminutæ; conuentus nullo modo poteſt reſtituere; contra illum iuratur in litem.ita Azon. in rubri.de petit.hæred.Sed tu vide doctor.in l.poſſeſſor.§.reſtituere.ff.de peti.hæred.& ibi dicit Pau.de caſtr.

Nota mirabilem deciſionem, quòd iuramentum in litem non defertur ſuper re non extante, licet reus fuerit in dolo; quia nõ ſufficit dolus præteritus, vt deferatur, ſed requiritur dolus præſens.Et nota declarationem ad §.idem placere, vbi dicitur, quòd conuenitur ad precium ille, qui poſt petitam hæreditatem vendidit.Nam poteſt conueniri etiam ad res ipſas cum fructibus, & poteſt iurari in litem contra ipſum re extante propter delictum præteritum, licet in præſenti non ſit in dolo: quia facit, quòd facere potuit, vt recuperaret, & non potuit, vt in.d.§.reſtituere, & ff.de pignorib.ſi fundus.§.in venditione.Sufficit ergo dolus præteritus, ſi res extat; ſecus, ſi nõ extat. & hoc vult in effectu tex.in.d.§.reſtituere.

Et ibi quærit Pau.quare ſuper re, quæ non extat, non defertur iuramentum in litem? reſponde ſecundum Pau.quia ſuper illa, quæ non erat, non poteſt haberi affectio, cum non poteſt reſtitui: quando autem erat, poteſt reſtitui; & ideo, vt reſtituatur, iuratur contra doloſum, vt ſit ſolitus ad reſtituendum.& vide de hoc Pau.in.l.ſed & ſi lege.§.ſi ante litem.ff.de peti.hæredi.vbi dicit, quòd ad deferendum iuramentum in litem, non requiritur contumacia in non reſtituendo ad mandatum iudicis, ſed ſufficit dolus in deſinendo poſsidere.Sed in actionibus ſtricti iuris videtur requiri dolus in non reſtituendo ad mandatum iudicis, nec ſufficit primus dolus, vt.ff.de rei vendi.l.qui reſtituere, in fine.& vide Pau.de caſt.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran.Et nota, quòd qui dolo deſiit poſsidere, tenetur vtili actione, quæ ſuccedit loco directæ: quia vere nõ poſsidet, ſed habetur pro poſſeſſore, ſed hæres eius tenetur actione in factum.vide doct.in l.nec vllam.§.is autem.ff.de petit.hæred.Et hæc actio quandoq; dicitur directa, quandoque vtilis, vide doc.in.l. etiam.§.i.ff.de petitio.hær.

Et

Et nota, quòd poſſeſſor bonæ fidei efficitur malæ fidei per litis conteſta. immo per litis motionem ſecundum glo.& Sali.in l.i.C.de peti.hære. & bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis an faciat fructus ſuos, vide Pau.in d.l.i.C.de petitio.hære.

Et nota, quòd ſi petitor hæreditatis ſoluit creditoribus hæreditariis, in caſu ſuccumbentiæ ſubuenitur officio iudicis mercennario, vel negociorum geſtorum actione.de quo vide Pau.de Caſt. in l.fi.in fin.colum.C.de peti.hære. Item nota, quòd controuerſia dicitur ante litem conteſtatam. gloſſ.eſt in d.l.diuus Pius.ff.de peti.hære. Idem in quærimonia, vt in l.iii.C.fi.reg.&.ff de procuratoribus.l.non ſolum.§.ſi ſtatus.& notat Cinus in l.ſiquis maior.C.de tranſactionibus.

Et nota, quòd vitium litigioſi in vniuerſalibus contrahitur per ſolam citationem. tex.eſt in d.l.diuus Pius.& etiam in ſingularibus iudicis, ſi ſit quæſtio de dominio, vt in auten. de litigioſis §.i.& illa auten.eſt poſita in titulo de litigioſis. Hoc nota ad ea, quæ ſuperius dixi de malæ fidei poſſeſſore.& notabis etiam, quòd quæſtio hæreditatis deſertur, quouſq; quæſtio de falſo teſtamento expeditur. Nam ſicut poſſeſſor hæreditatis debet ſatisdare, quando mota eſt controuerſia ſuper hæreditate, ita quando eſt mota ſuper falſo teſtamento, quæ eſt præparatoria ad petitionem hære.tex.eſt in l.diuus Pius.§.diuus.

Et nota, quòd iudicium vniuerſale non impedit iudicia particularia. vide docto.in l.ſi teſtamentum;& in l.ſiquis libertatem.ff.de peti.hære. Et nota etiam ea, quæ tradunt doct. in l. ſi bonæ fidei, vbi dicunt, quòd iudicium vniuerſale poteſt moueri per tertium. Et nota, quòd emens hæreditatem à fiſco poteſt hac actione conueniri, vide doct.in l.ſiquis ius.ff.de peti.hære. & vide ea, quæ dicunt in l.nec vllam.§.item ſiquis fiſco.eodem titulo.

Et nota, quòd in reſtitutione hæred.habetur ratio impenſarum factarum in infirmitate, & ſepultura defuncti, & probatur per ſacramentum, vbi expreſſa ſit veriſimilis arbitrio boni viri.vide doct.& Salicet.in l. in reſtituenda.C.de peti.hæredi.& vide tex.in l.fin.in §.in computatione. C.de iure delibe.vbi vide Alexandrum & doct.& vide tex.in l.ſi quis pro redemptione.C.de donatio. Item nota, quòd ſi poſſeſſor ſine titulo dubitans conueniri hac ratione, acquirat titulum ab aliquo tertio, non euitat actionem, quæ iam nata erat. vide doct in l.ſi rem, & precium.ff. de petition.hæredita.& iſta quæſtio fuit diſputata in l cogit.C.de peti.hæred.

Et quia ſuperius diximus de malæ fidei poſſeſſore, & probatio eſt difficilisſima, cum animus hominis ſoli Deo ſit notus, vide modum probandi per Paul.de Caſt.in l.ſed & ſi lege, § quòd autem.ff.de peti.hære.& ibi vide multa per doct.circa malæ fidei poſſeſſores. Eſt autem actio peti. hæred.ciuilis, quia ſenatusconſultum induxit, vt.ff.de petit.hæred.l.item veniunt.§ pridie. &.ff. de legibus, & ſenatusconſul. ius ciuile. vnde & centumuiralis dicitur hæc actio, quia ſenatores centum erant numero, vt in l.vlti.C.de peti.hære. Prætor tamen, quia nihil intactum reliquit, ſuper ea tractauit, vt.ff.de peti.hære.l.diuus.& in l.i.in princ.ff. ſi pars hære. peta.

Nota, quòd poſtquam hæres ſemel eſt adeptus poſſesſionem rerum hæreditariarum, non poteſt amplius in futurum intentare dictam actionem. Ratio eſt, quia iam eſt dominus, non hæres, & ſi cecidiſti à poſſesſione, competunt tibi alia remedia.vi.Bar.in l.i.ff.de fideicōmiſſa.hære.peti.

Et an petitio hære.tollatur longo tempore, & quo tempore præſcribatur, vide doct.in l.hæreditatis.C.de peti.hære.& vide Bal.in l.licet.C. de iure delib. vbi dicit, quòd iſta actio durat xxx. annis.& vide eum in l.fi.de edicto diui Adria.& Alexan.in l.i.C. quando non peté.par. Et qualiter formandus ſit libellus in iſta petitione hære.ponit Spec.in tit.de iudiciis; & dicit coram, &c. ago contra.p.qui posſidet, ſeu tenet hæreditatem. T. cui ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccesſit, vnde ago contra eum, quòd ipſam hæreditatem, ſeu bona. T. mihi reſtituat, & eum peto ad id ſententialiter condemnari: peto etiam fructus perceptos, & qui percipi potuerunt; & ad hoc ago petitione hære. Et tu diligenter nota iſtam formam ſubſtantialem, & concluſiuam in iſta actione. Sed aduerte doctrinam Pau. de Caſtro in materia iſtius libelli, quæ etiam eſt valde vtilis, & concluſiua. Et ſic remanet ad honorem Dei expedita tota materia præſentis capituli.

De crimine læſæ maieſtatis, & perduellionis, ſeu rebellionis. Cap. LXXI.

OFfenditur Imperator facto aliquo committente crimine in eum, nempe iſtud crimen excedit inter omnia crimina. Eſt autem crimen læſæ maieſtatis, vbicunq; quis contra vrbem aliquid molitur, vel quòd profugit ad hoſtes, quòd hoſtes qualitercunq; iuuat, vel armis; vel pecunia, vel conſilio, vel quòd ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel quòd ſeditionem mouet in ciuitate, vel quòd magiſtratus occidantur, vel principes, vel qui circa latus eius militant; vel qui arma ſumit, vel occupat loca contra rempublicam; vnde vocatur hoc crimen perduellionis ea ratione, quia perduelles dicuntur hoſtes. vt.ff. de verborum ſignifi. l. ſi quos nos hoſtes. Dicitur ergo crimen perduellionis.i.hoſtile, vt ex prædictis patet. Et dicitur.ff. ad l. Iuli. maieſtat. l. i. ii. iii. & iiii. Vide de hoc Azonem in ſumma. Quotuplex ſit autem maieſtas, & alia plura de maieſtate. vide Do. Hieronym. Gigant. in ſuo tracta. de crimine læſæ maieſtatis

in rubrica.quotuplex ſit maieſtas per tot. libro primo. Et crimen læſæ maieſtatis eſt proximum ſacrilegio,vt notatur in l.i.ff.ad l.Iuli.maieſta.in principio.Et qui mittit nuncium,vel literas hoſtibus contra principem incidit in crimen læſæ maieſtat.vt notat Bart.in d.l. i. in finalibus verbis.idem voluit Nicol.Boer.in ſuo tractat.de ſeditio.in vi.præſuppoſito,col.iiii.num.xv.Et omnes ſupradicti enumerantur capite primo læſæ maieſtatis.& vide tex.in l.iii.ff.ad l.Iuli.maieſtat. cuius verba ſunt; Lex xii.tabularum iubet eum,qui hoſtes conditauerit,quiue opem hoſti tradiderit,capite puniri. Lex autem Iulia maieſtatis præcipit, eum, qui maieſtatem publicam læſerit, teneri,qualis eſt ille, qui in bellis ceſſerit, aut arcem tenuerit ; eadem lege tenetur & qui iniuſſu principis bellum geſſerit,delectumue habuerit,exercitum comparauerit; quiue, cum ei in prouincia ſucceſſum eſſet,exercitum ſucceſſori non tradiderit; quiue imperium, exercitumue populi Romani deſeruerit; quiue priuatus pro poteſtate,magiſtratumue quid ſciens dolo malo geſſerit. Committitur autem hoc crimen, cum quis ſtatuas principis conflauit, vt l.qui ſtatuas. & l.non contrahit.& l.cuiuſcunque,in fin.ff.ad l.Iul.maieſtat.

Item hac lege tenetur,qui crimine accuſatum de cuſtodia ſecit exire,vt in l.iiii.ad fin.ff.ad l.Iulia. maieſtat.ad fin. Et vide ibi Bart.vbi ipſe dicit;qui abſtulit reum confeſſum, condemnatum, vel condemnandum è manibus familiæ,punitur lege Iulia maieſtatis,vt in d.l.iii.quòd tene menti. Hoc tamen videtur intelligendum, quando talis reus tenebatur pro crimine læſæ maieſtatis; vt tenet gloſſ.ibi in verbo reum. quam ſequitur Lucas de Penna in l.quotiens, in i.colum.C.de exactoribus tribu.libr.x.quod eſt ſatis notandum. Si vero reus non erat confeſſus, nec condemnatus,punitur ad mortem,vt in caſu l.fina.C.de maledict.& Math.

In aliis autem caſibus.qualiter punitur eripiens,vide tex.in auct.vt omnes obediant iudici prouin.§.arripiat. colla v.Sed ſi quis interſecit captum à familiaribus, vide Bart. in l.in laqueum ; & l.eiuſdem.§.fin.ff.ad l.Cornel.de ſicar.& Ange.in d.l.iiii.dicit;

Nota,quòd mutuans pecuniam rebellibus, aut aliquo modo iuuans incidit in maieſtatem, vt eſt textus in l.cuiuſque dolo.& ibi Bartol.ff.ad l.Iul. maieſtat. pecunia enim eſt belli neruus, vt per Ioann. Pirrum in tractat.de maieſtat. Roma.parte ſecunda in rubri.de quæſtio. magiſt. nume.iii.vide etiam, in hac materia Dominum Hieronym. Gigant. Iurec. in ſuo aureo tract. nouiter impreſſo de crim. læſæ maieſtatis notat ſub Rubrica qualiter, & à quibus crim. læſæ maieſtat.committ.quæſtione xxxiiii.libro primo.vide omnino quia multa inuenies notatu digna; Et nota,quod ſi imperator dat ſaluum conductum,vel ſecuritatem,frangens dictam ſecuritatem incidit in maieſtatem. vide Bartol.& Ange.in l.i. ff.ad legem Iuliam maieſtatis. & ibi dicit Angelus; adde,quòd hanc ſecuritatem nemo dare poteſt niſi princeps. Et nota,quòd aſſerens ſe magiſtratum, qui non eſt, incidit in maieſtatem: tenetur etiam crimine falſi,vt in l.eos.ff.de falſis. Et vide tex.& ibi Angel.in l.iii.ff.ad l.Iuliam maieſtat. Item tenetur,qui obſides ſine iuſſu principis occidit.vt in l.i.ff.ad l.Iuliam maieſtat.

Et qui ſucceſſori ſuo denegat præbere baculum, vt poſſit officium exercere. vide de hoc Angel.in l.ii.eodem titulo.

Eſt & aliud crimen quaſi læſæ maieſtatis,vt priuati carceris exercitio, & in falſa moneta. vt.C. de priua. carce. & de falſa moneta.l.vltima. Sunt autem in hoc crimine multa ſpecialia; nam omnes; qui aliàs repelluntur ab accuſatione,hic admittuntur: puta milites,minores, infames, pauperes, familiares, parentes contra liberos; & contra ; liberti contra patronos,& mulieres.Nam coniurationem Catilinæ Iulia mulier detegit, vt l.famoſi.ff.ad l.Iuliam maieſtat. Sed famoſi inimici in nullo crimine admittuntur,quantuncunque exceptuato.vide Angel.in d.l.famoſi. Et allegat tex.in cap.perpetuas.de ſimonia,per quod capitulum dixit Bar.vt Ange.refert,quòd quantuncunque iſti infames admittantur ad accuſandum,& per conſequens ad teſtificandum, tamen non admittuntur ad teſtimonium,niſi tantummodo ſuper crimine directo,ſed non poterunt teſtificari ſuper adminiculis. Et dixit hoc eſſe tenendum menti perpetuo. Sed hoc non credo, dicit Ang.niſi quando adminicula non reſpiciunt de litis ſubſtantia.

Et conſpirans contra principem, vel eos, qui ſunt circa latus principis,incidit in crimen læſæ maieſtatis,ſola ordinatione, & tractatu ; licet non ſequatur euentus. vnde vltore gladio debent puniri,& omnia bona ſua efficiuntur fiſci.textus eſt in l.quiſquis,in prin.C.ad l.Iuliam maieſt.Et filiis eius miſericordia reſeruatur vita, ſed nulla bona poſſunt habere, vel accipere ex aliqua ſucceſſione inteſtati,vel teſtati,& perpetuo ſunt infames, & ab omnibus honoribus, & officiis excluſi.text.eſt in dicta l.quiſquis. §. filii vero. Et ſupplicans principi pro eis punitur pœna perpetuæ infamiæ.tex.eſt in l.quiſquis. in §.denique. Cum filiabus eius diſpenſatione proceditur, vt poſſint ex bonis maternis obtinere Falcidiam.vide tex.in l.quiſquis. Et an pœna infamiæ,& incapacitatis habeat locum in filia fœmina,vide Claud.in d.l.ſiquis id, quod.ff.de iuriſd.omni. iudi. & iſta lex habet locum in filiis iam natis : & iſta eſt communis opi. vide Claud. in d. l. ſiquis id,quod.ff.de iuri.omni.iudi.§.ad filias.Et poſt illud crimen attentatum pater non poteſt emancipare filium, nec aliquam alienationem facere text. eſt in dicta l. quiſquis.§. emancipationes.

Et vxores iſtorum non debent perdere dotes, immo recuperant eas: donationes nuptiales in caſu, quo erant ſeruandæ liberis, applicantur fiſco, in quibus filiæ poſſunt petere legitimam. tex. eſt in d.l. quiſquis. §. vxores. Item conſcii, ſatellites, & miniſtri in pœna ſunt ſimiles delinquenti. tex. eſt in d.l. quiſquis. §. id quod. Item reuelans coniurationes huiuſmodi in initio premiatur; ſed ſi poſt aliquod tempus reuelet ſecretum, ſibi parcitur. tex. eſt in d.l. quiſquis. §. finali.

Et ſi mater commiſit crimen læſæ maieſtatis, filia priuatur onere, & commodo ſuccedendi, ſicut priuatur filius. vide Ang. in verbo. hai tradito. in verſic. & aduertendum. vel dic ſecundum Iacobum Butrigarium in dicta l. quiſquis. §. ad filias. Vide eundem Dominum Hieronym. Gigan. in ſuo tractat. de crim. læſæ maieſtat. de pœn. quas filii, incur. patre, cum crim. læſæ maieſt. quæſt. xvii. lib. iii. Quando pater delinquit, filia habet ſolam Falcidiam; eandem tamen habet, quando mater delinquit. Et hæc eſt vera opinio ſecundum eum.

Et nota, quòd illi, qui faciunt collegia illicita, & ſunt auctores huius, tenentur lege Iulia maieſtat. l. qui illicitum. ff. de collegiis illicitis. Quæ autem ſit pœna aliorum de collegio, vide ibi in l. collegia. Et nota, quòd filius eius, qui proditionem facit contra principem, licet in bonis non ſuccedat, cenſetur tamen hæres eiuſdem proditionis: & ſic de ſimili proditione contra eum eſt præſumptio, & dignitatibus, & honoribus eximitur. Et hoc, quando deliquit contra perſonam principis; & à ſucceſſionibus parentum priuatur. Sed quando non delinquit contra principem, ſed circa alia capitula poſita in l. i. & ii. ff. ad Iulia. maieſt. vide Sali. in d.l. quiſquis, in princip. §. filii. et vide Ange. in verbo. hai tradito. in verſic. vbi loquitur de vicario principis; & licet ſit crimen, non contra filios delinquentium. & alleg. Salice. in d.l. quiſquis.

Et appellatione filiorum comprehenduntur deſcendentes. ſ. nepotes, & ſimiles. & vi. ibi Ang. qui multa dicit. & omnino vide eum. Et circa filios illegitimos dicit idem, ſi ſunt nati ex certo coitu. vide Bal. in d.l. quiſquis, in ii. col. Et regula dictæ legis intelligitur de filiis, & baſtardis, & de ſpuriis. vi. Bal. in d.l. quiſquis, in ii. col.

Et filii conſpirantium in principem non poſſunt capere aliquam hæreditatem, vt dictum eſt. Et vtrum talis hæreditas vadat ad fiſcum, vel ad alium ſucceſſorem, vide Bald. in dicta l. quiſquis, ad finem. & vide doctor. in l. i. C. de hæredib. inſtituend. vbi concludunt, quòd eſt commun. opinio. quòd talis hæreditas vadat ad alios ſucceſſores. & Salicet. in dicta l. quiſquis. in iii. colum. dicit; Scias, quòd hæc lex præſtat argumentum, quòd de iure bannitis non poſſit pecunia, vel alimonia præſtari. Nam banniti cenſentur hoſtes, & inimici ciuitatis, à qua banniuntur. argum. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capitis diminutione. Sed hoſtibus, quis non poteſt opem præbere, vt in l. iii. ff. ad l. Iulia. maieſtat. cetera vide ibi per Salicet. Et crimen læſæ maieſtatis poſt mortem obiici poteſt, & ſerui torquentur in caput domini. l. meminiſſe. C. ad l. Iul. maieſt. Et poſt mortem rei crimen læſæ maieſtatis poteſt inchoari. Et criminoſus huius criminis in ipſo criminis exordio perdit ipſo facto omnium ſuarum rerum adminiſtrationem; & per incertitudinem ſucceſſoris bona interim ſequeſtrantur. vide tex. in l. fina. & ibi vide Bald. & Salic. C. ad l. Iul. maieſtat. & vide Cinum; & vide Ange. in verbo. hai tradito. in verſic. & bene ſcias. tamen ipſo iure bona non ſunt confiſcata a die commiſſi delicti. Et vide Boniſacium Vitellinum in tractatu maleficiorum, in rubri. ad l. Iuli. maieſtat. vbi ipſe dicit, qui teneantur crimine legis Iuliæ maieſtat. & vide Ange. in tracta. maleficiorum, in verbo. hai tradito. verſic. i. vbi ipſe dicit; proditio patriæ eſt crimen enorme, & in eo unu appellatur, tamen in eo non proceditur ad torturam, niſi præcedentibus indiciis..

Et notabis ad euidentiam præſentis capituli, quòd fidelitas eſt triplex, vna, quæ debetur proximo, alia patri, alia domino: fidelitas, quæ debetur proximo ſcilicet non offendere eum, nec inſidiari. vt ff. de iuſti. & iure. l. vt vim. Non autem tenetur eum defendere, vt notatur ff. de regulis iuris. l. culpa caret. Alia eſt fidelitas, quæ debetur patri, quem quis etiam tenetur defendere verbo, & opere. & debet patri indicare, quæ inſidiantur contra eum. ff. ad l. Pompeiam, de parrici. l. i. ad finem, & ſequenti. debet etiam reuerentiam, vt in titulo de obſequiis. Tertia eſt fidelitas maior, qua quis tenetur domino ſuo, cui non ſolum tenetur eum non offendere, ſed indicare verbo, & defendere facto, vt x. colla. de forma fide. cap. i. & de noua forma fideli. capit. i. Ita debet quiſquis principem non offendere; & ſi ſciuerit, indicare & patet, quia conſcii tenentur; vt in l. quiſquis. ff. ad l. Iulia. maieſtat. in fine. Tenetur etiam defendere eum, vt ff. de re militari. l. omne delictum. Et fidelitas habet duas habenas, vna in faciendo, quæ quis debet; alia in non faciendo, quæ non debet. Et fuerunt hæc duo præcepta facta primis duobus parentibus, ſuper quibus pendent leges, & prophetæ. vide de hoc Bartol. in extrauaganti, ad reprimendum. in principio. Et fidelitas à fide dicitur, ſecundum Ianuenſem in ſuo dictionario. Et fidelis à fio fis dicitur ſecundum eum; quia per fidem fit, quod eſt debitum, vel promiſſum. Et iuxta hoc fides, & fidelitas idem ſunt. Et ſic ſumitur fides in c. Regum, & in cap. ſequenti. xxiii. q. v. Fides enim eſt genus habens multiplices ſpecies, vt notatur per gloſſam in rubrica, de ſumma trinitate, & fide catholica. & ibi doct. Aliquando fides idem eſt, quod fidelitas debita ad cauſam feudi.

Et ſic diffinitur; Fides,ſiue fidelitas eſt habitus qnidam, per quem debita, aut promiſſa fiunt, aut complentur. Et ſic ſumpta diuiditur in duas ſpecies; nam quædam eſt fidelitas debita ad cauſam feudi; alia eſt debita per ſubditum ſuo ſuperiori ad cauſam dominationis,cuſtodiæ,& protectionis. Prima ſic diffinitur; Fidelitas eſt ius quoddam , per quod tenetur vaſallus ad omnia ex natura fidelitatis feudalis,vt patet in c.i.de noua fidelitatis forma.& xxii.q. vlti. c. forma. Secunda ſic diffinitur; Fidelitas eſt habitus,ſiue ius quoddam,per quod inferior tenetur ſuo ſuperiori domino. Et probatur in c.i.ad finem,qualiter vaſallus fidem iurare teneatur.

Et fidelitas in duobus principaliter conſiſtit; Primo,in vera vnitate, & dilectione ſincera ſubditorum. ſecundo conſiſtit in exteriori actione , vt infra declarabitur. Et regnum quodlibet eſt vnum corpus , cuius caput eſt Rex ; ſuppoſita eius ſunt illius membra. Et probatur hoc in c.nouit,de his,quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli; vbi habetur:vniuerſitas, vel collegium dicitur quoddam corpus fictum,& repræſentatũ.Et canonici dicuntur fratres epiſcopi,ſicut Cardinales dicuntur fratres papæ,vt in c.i.de offici.deleg.lib.vi.Et ea,quæ ſuperius diximus , etiam probantur in c.quoniam plerique,de officio ordinarii.& in c.cum non liceat,de præſcrip. Et in vno quoque regno non poteſt eſſe niſi vnum principale caput.i. vnus Rex,vt in c.in apibus.vii.q.i.Et vaſallus tenetur iuuare dominum contra parentes,& fratres,& filios ſuos. vt in c.i.de noua forma fideli.& in d.c.forma.xxii.q.vltima.

Et rebelles ſunt omnes illi,& ſinguli,& etiam infideles,qui quomodocunque publice,vel occulte contra noſtrum honorem, & fidelitatem rebellionis opera faciunt , & contra noſtri imperii proſperitatem aliquid machinantur,& contra nos, ſeu officiales noſtros in his , quæ ad commiſſum eis officium pertinent,rebellando. Verba ſunt Imperatoris Henrici in extrauaganti;qui ſint rebelles. & vide Bar.in commento ſuo in dicta extrauaganti,vbi dicit,rebellando,reſiſtendo vel non obediendo,licet ipſi bellum non inferant;Et ſic propter inobedientiam,vel reſiſtentiam rebelles ſunt; & ſi ſolum reſiſtat odio perſonæ principis,rebellis eſt. Et nota bene , quòd omnis ſubditus reſiſtens officiariis regiis in his,quæ ad officium eorum pertinent, rebellis eſt Regi , & regno, vt in dicta extrauaganti.pro quo facit illud Lucæ.x.Qui vos ſpernit , me ſpernit. Et facit illud primo Regum.c.viii.circa principium ; Non enim te abiecerunt , ſed me , ne regnem ſuper eos.vide Lucam de Penna in l.nihil,in primo de Palatinis.lib.xii. qui loquitur circa officiales Regis.Et qui retinet aliquam munitionem,villam,vel caſtrum,rebellis eſt,ſecundum Bartolum ibi. Et de iſtis loquitur textus in l. amisſione.§.quæ deficiunt.ff.de capitis diminutione. Et ſic collige,quòd rebellio eſt reſiſtentia,vel inobedientia aduerſus principem,faciendo,vel omittendo.Et reſiſtentia,vel inobedientia facta principi eſt proterua,& damnabilis,omnique venia , & remiſſione indigna,vt in d.l.quiſquis. Et probatur in c.inter,de maioritate,& obedientia.Itaq; veniæ, aut dilationi non eſt locus cum eis,vt in c.i.de pœni.diſt.vi.ad finem.

Et quomodo in crimine læſæ maieſtatis procedatur,vi.tex.in extrauaganti,ad reprimendum, vbi cauetur; In quocunque læſæ maieſtatis crimine,& maxime vbi contra Romanorum Imperatores,vel Reges aliquid,quod dictum tangat,aſſeratur commiſſum, poſſet procedi per accuſationem,inquiſitionem,ſeu denunciationem ſummarie, & de plano , ſine ſtrepitu , & figura iudicii, prout illi , qui iuriſdictioni præeſt, videbitur expedire: ad hoc,ſi qua communitas, corpus,collegium,uel alia quæuis perſona cuiuſcunque ſtatus,dignitatis , vel conditionis exiſtat , ſuper dicto crimine per nuntium, vel per litteras , ſeu etiam per edictum publice propoſitum citata , vel citatum neglexerit in termino perſonaliter,vel legitimo comparere; contra ipſam, vel ipſum perinde, ac ſi præſentialiter omnibus intereſſet , vel lis foret legitime conteſtata , tam ad receptionem teſtium,& eorum publicationem, & ſequentia,quàm ad diffinitiuam ſententiam,& eius executionem procedatur. & Bart. dicit ibi ſpeciale eſt in hoc,quòd ad accuſandum admittuntur infames. Et etiam dicit; cauſa commiſſa ſummarie debet totam ſubſtantiam compræhendere. Et ſummarie intelligitur breuiter.Expeditur autem iſte proceſſus breuiter;quia licet alias non poſſint dilationes breuiari, niſi cauſa cognita, tamen abbreuiandi illa ſola eſt cauſa ſufficiens , quòd cauſa debet agitari ſummarie,vt probationes legitimæ pereant; hoc enim impediret cauſæ cognitionem;quod non poteſt,quia cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia iudicii, vt c.comminationes , vel epiſtolas l.iudex, & l.fin.Et notatur.C.de ſententiis.l. prolatam. Sed ea , quæ ſunt de ſubſtantia, non poſſunt omitti per hoc, quòd dicit ſummarie. ita Bart. in dicta extrauaganti , ad reprimen. §.ſummarie. Et notatur in clement.ſæpe,de verb.ſigni.

Et de clauſula,ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta,vide Ludouicum Romanum in conſi.cxci.ad finem. & in conſilio cccccxcvii. ad finem. Et in his caſibus , in quibus ordinarie agitur , quis citatur peremptorie. Item in iſtis caſibus, vbi agitur ſummarie, qđ patet in interpoſitione primi decreti,& ii,qđ ſummarie fit , oportet, quòd præcedat peremptoriũ. vt.C.de his,qui ad eccleſias cõfugiunt.l.præſenti.§.ſed ſi hoc facere.& C. quomodo, & quando iudex.l.conſentaneũ.& vi.Bar.in loco iam allegato.Et quando proceditur cõtra abſentẽ, ſemper dicitur ſummarie. vi. Bart. in d. §. ſummarie, in iii.col.Et ibi dicit Bart.vbicunque ſententia data

tribuit

tribuit ius finale, nec poteſt per aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel aliud remedinm; tunc requiritur cauſæ plenaria cognitio regulariter, vt in l. iudices. C. de iudici. Et fallit in caſn legis de ſubmerſis. C. de naufragio. Item in caſu conſtitutionis, ad reprimendnm. Item in caſibus, qui ponuntur in Clementina, diſpendioſam, de iudiciis. Item in caſibus, quibus ſententia poteſt ferri contra abſentem, & negotium liquidare, vt. C. quomodo, & quando iudex. auth. qui ſemel. & C. vbi de crimine agi opor. authen. qua in prouincia. Et videbis Bar. in tota extrauaganti, ad reprimen. quia mirabiliter ipſam commentauit.

Et quis dicatnr proditor, vi. Bal. in c. i. quibns modis feudum amittatur. & vide Bald. in auth. nulla communitas. C. de Epiſco. & cleri. & vide Alex. in additioni. ad Bar. in l. reſpiciendum. §. delinqunnt. ff. de pœnis. & vide Anchara. in c. i. de homicidio. vbi ipſe dicit in principio. Et vide Dominnm Hierony. Gigant. in ſuo tractat. de crim. læſæ maieſt. diſuſe hanc materiam tractantem in rub. de proditoribns, lib. iii. q. i. Si quis veniens tecum, tanquam ſocius itineris, te percusſit, dicitnr boc feciſſe proditorie, vt in l. fi. C. de delato. lib. x. Vel ſi ſedens tecum in menſa te percusſit, dicitur proditorie agere. ita Bar. in d. §. delinquunt. vbi ipſe dicit; Iſtud delictum committitnr duobus modis; vno modo inſultando: eſt autem inſultns in alinm ſaltus; vt probatur in l. i. §. cum arietis. ff. ſi quadru. panperiem feciſſe dicatnr. & l. is, qui aggreſſorem. C. ad l. Corneliam, de ſicariis. Alio modo committitur ex propoſito proditorie: eſt autem prodere vnnm actibus oſtendere, aliud mente gerere; vt notatur. ff. de preuarica. l. i. & ff. ad l. Iuliam maieſt. l. iiii. in principio. Sed ſi eſſes mihi inimicus. ita quòd eſſet rancor inter te, & me, tunc te proditorie non percutio: quia illud, quod facio, actibus oſtendebam: & ille etiam dicitur proditor, qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat. ita Petr. Anchar. in Clement. de ſtatu monacho. & Felinus in c. de homici. dicit; exponitur proditorie, quando aliquis vnum habet in verbis, aliud corde. Et ibi dicit in occidente veneno, vt in l. i. C. de maledi. & Math, & Bal. in l. nemo. C. de ſumma. trini. dicit, quòd talis eſt proditor. Item in mouente bellum ſine diffidatione ſecundum Ioan. Andr. in c. i. de homicidio, in vi. Item in permittente tranſire gentem inimicam, & non reuelante, ſecundum gloſſ. in l. ſi quis a barbaris. C. de re mili. libro. xii. Idem in conuiuantibus, qui ſe occulte offendunt, ſecundum Bal. in c. i. quibns modis feudum amittatnr. Et alios modos vi. per doct. in c. clericus xlvi. diſt. & vide Bal. in l. ii. C. quæ res exporta. posſint. & vi. Bal. & Ange. in l. i. in prin. ff. de bis, quibus, vt indig. & in l. fi. C. de ſumma trini. & fide ca. & vide Card. in Clemen. i. ver. quia vero. de ſtatu monachorum, vbi ipſe dicit. Proditor eſt, qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat. Et proditor populi incidit in boc crimen, ſicut proditor principis; & punitur ſecundnm formam tex. in l. quiſquis. ff. ad l. Iul. maieſta. vbi videbis Alexan. in additio. ad Bar. & vide Bal. in l. fi. C. de abolitio. & vide Salicet. in d. l. quiſquis. Et vide de boc in c. i. vt lite non conteſtata.

Et filius condemnati non priuatur beneficio eccleſiaſticó iam quæſito. vide Alex. vbi ſupra. & vide gloſſ. ſingularem in c. ſatis peruerſnm. lxvi. diſt. quod eſt verum, ſi eſt crimen læſæ maieſtatis temporalis: ſecus, ſi diuinæ, & ſpiritualis; quia tunc priuatur. vide de hoc Abb. in c. vergentis, de hæreticis. Et vide ea, quæ notantur in c. quicunque, de hæret. lib. vi. Et vide Ioan. de Anania, in d. c. vrgentis, in ii. colum. Sed omnino videbis Henri. in d. c. vrgentis, in vltima colum. vbi ipſe dicit; Filii hæreticorum priuantur ipſo iure beneficiis ſuis eccleſiaſticis iam obtentis, & inhabiles reddnntnr ad habenda vſque ad ſecundam generationem per lineam maſculinam, vt in cap. quicunqne. §. hæreti. & cap. ſtatutum. ii. de hæreti. lib. vi. hoc eſt filii, & nepotes, vt ibi; & in cap. commiſſi. §. priuandi, eod. tit. & vide Ange. in d. l. quiſquis.

Et filii eorum, qui commiſerunt crimen læſæ maieſtatis eccleſiaſticæ, puta in papam, vel Cardinalem; tunc ſunt priuati ipſo facto à beneficiis habitis; Et inhabiles ad habenda vſq; ad ſecundam generationem, ſicut & filii bæreticornm; vt in c. felicis. §. qnòd ſi quis. de pœn. lib. vi. De illis vero, qni committunt in Epiſcopum, vide tex. in Clem. ſi quis ſuadente, de pœnis. Et filii eorum, qui commiſerunt crimen maieſtatis temporalis, non priuantur ſuis beneficiis, vt eſt glo. in d. c. ſatis peruerſum. Nam cum ſint clerici, exempti ſunt à iuriſdictione principis ſecularis, vt in c. duo ſunt. xcvi. diſt. & i. q. iiii. §. contrarium. Et eadẽ ratione admittuntur ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda, ſi tempore commiſſi criminis per patrem, eſſent eccleſiaſtici: ſecus, ſi laici, licet poſtea fierent clerici; quia tnnc eſſent infames per d. l. quiſquis. & vi. q. i. c. quæro. §. verum.

Et infames non admittũtur ad beneficia eccleſiaſtica, & promoti deiiciuntur. vi. q. i. c. infames c. vrgentis, de bæreti. & ibi vide Henricum.

Et nota ſecundum Henricnm in loco iam allegato, quòd clericus delinquendo, ſeu machinando contra principem temporalem non incidit in l. Iul. maieſt. cum princeps ſecularis nõ ſit ſuperior clericis, vt de re iudi. c. paſtoralis. §. rurſus. Sed ſi clericns feudatarius ſubditus eſt domino tẽporali, & machinando, & delinquendo contra ipſum incidit in l. Iu. ma. text. in c. verum, de foro compe. & c. ceterum. de iudi. Et iſtud crimen læſæ maieſt. eſt peſſimnm omnium peccatorũ, vt in auth. de nnptiis. colla. iiii. §. mitiores. & ibi dicit Ange. Nota; ꝙ facere machinationem contra imperium, vel falſitatem committere deteſtabilius crimen eſt, quàm crimen homicidii, veneficii, &

adulterii.& in auꝺen. vt liceat matri & auiæ.§.quia vero plurimas.colla. viii. etiam erat licitum olim mulieri indicare proditionem viri,& vir nullam ex hac cauſa repudii habebat occaſionem.

Et vltimo notabis,quòd quotieſcunque aliquis ſubditus exercet actum inobedientiæ contra proſperitatem regni,aut imperii, tanquam rebellis committit crimen perduellionis in primo capite.Sunt & alia crimina à primo capite legis Iuli.maie. vt in l. i. ii.iii. & iiii. ff. ad l. Iul. maieſta. & c.puniunt.vt in l.iii.ff.ad l. Iul. ma. Et limita tex.in l.quiſquis.ff.ad l.Iuli.maieſta.procedere, vbi crimen eſt attentatum ſpecialiter in perſonam principis,vel in perſonam eorum, qui ſibi aſſiſtunt; ſed vbi attentatum eſſet in aliis capitulis non in primo, habet locum pœna.l. amiſſione.§. qui deficiunt.ff.de capitis diminutione.vbi dicit Bar.Ille,qui eſt bannitus imperii, æquiparatur deportato, & perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis. Et ita intelliguntur iura noua quæ dicunt; banno imperiali ſubiaceant,hoc eſt iura ciuilia perdant;vt in auꝺ. item nulli, de ſacroſanc.eccleſiis. Et an bannitus poſſit teſtamentum condere,& an poſſit inſtitui,& ſimilia facere,vide Bar.ibi Alexan. in addictionibus.& vide Ioannem Andr.in cap.ſtatutum, de reſcript. in vi. vbi ſecundum Alex. ponit aliam limitationem ad dictam l.quiſquis.vide ibi Alexand.in addictionibus.

Sed nota vltimo, quòd ſi quis commiſerit crimen læſæ maieſt.& fuerit rebellis, capite punitur,vt in l.iii.in prin.ff.ad l.Iuli.maie.ibi videbis.Et ſi commiſerit contra caſum dictæ l.quiſquis, dic vt in dicta l.Et nota bene,& non tradas obliuioni tex.in extrauaganti,qui ſint rebelles; quia in illo tex.& in l.i.& ii.iii.& iiii.ff.ad l.Iul.maieſta.& in l.quiſquis,eſt tota vis præſentis materię. Et de modo procedendi multum memoriæ commendabis tex.in extra. ad reprimendum. Et ſic ad honorem Dei remanet expedita materia.In iſto crimine ante ſententiam perditur adminiſtratio bonorum.C.ad l.Iul.maieſt.l.pe. & fi. Card.in cap.quia diligentia.de electio,in crimen læſæ maieſtatis non incurrit non ſubditus. Quid ſi ſolum eſt ſubditus ratione feudi,& non habet originem,nec domicilium? & quid,ſi eſt clericus,Epiſcopus,quando incurrit crimen læſæ maieſtatis,vide in tractatu de Imperatore in q.cxviii. & de crimine læſæ maieſta. vide in volum. tractatuum,vo.vi.fo.lxxxv.& vide capitula Regni Neapolis,ſcilicet c. Apud tranum.c.die mercurij.C. bona proditorum. Videas etiam omnino benigne lector, Aureum tractatum nouiter Venetiis impreſſum,De crimine læſæ Maieſt.I.V.D.Domini Hieronymi Gigan.Foroſempro.In quo multa pulchra atque vtilia in hac materia inuenies, Et ſit ſic finis huic tractatui, cum laude omnipotentis Dei,eiuſque matris ſemper Virginis Mariæ.

An liceat principi Chriſtiano vti auxilio infidelium. *Cap. LXXII.*

AN liceat principi Chriſtiano vti auxilio infidelium,ſine peccato,in bello indicto contra fideles? dico: quòd non: quia Aſa rex Iuda fuit per prophetam Anani repræhenſus de fœdere inito per ipſum,& regem Syriæ contra regem Iſrael nomine Baaſa.Et dixit ei propheta:quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ: & non in domino Deo tuo;ſtulte igitur egiſti: & propter hoc ex præſenti tempore aduerſum te bella conſurgent: oculi enim domini contemplantur vniuerſam terram:& præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum: tota iſta litera habetur,in c.xvi.Paralip.ii.& c.xviii.Regum, & eſt aduertendum, quòd Baaſa rex Iſrael deſcendit in Iudam:& muro circundabat Rama:vt nullus tute poſſet egredi de regno Aſa:& rex Aſa miſit aurum de Theſauris ſuis ad Benadab,regem Syriæ dicens:Pater meus & pater tuus habuere concordiam:quamobrem mitto argentum,& aurum,vt rupto fœdere quòd habes cum Baaſa rege Iſrael, facias eum a me recedere: & rex Syriæ miſit principes exercituum ſuorum qui percuſſerunt vrbes Iſrael:quod cum audiſſet Baaſa:deſiit ędificare Rama:in quo tempore Anani propheta dixit ad Aſam regem ea quæ ſuperius dixit,itaque præuaricatio regis Aſa fuit,quia diffiſus de diuino auxilio recurrit ad auxilium infidelium,& per prophetam etiam fuit dictum Ioſaphat, cum in domum ſuam reuerteretur pacifice poſt mortem Achab, impio præbes auxilium? & his qui oderunt dominum amicitia iungeris? vt habetur Paralip.c.xix. & licet Machabei inierunt pacem cum Romanis: vt mutuo ſe iuuarent,vt Machab.i.c.viii.& c.xiiii. illa confœderatio erat contra infideles,& pro conſeruatione legis & patriæ,& ne periret totus populus fidelium,& non contra fideles: vt in caſu noſtro, & ſi Abraham fœdus iniuit cum infidelibus, non fuit fœdus initum contra fideles. Sed contra infideles in fauorem fidelium:vt habetur Geneſ.c.xiiii.facit text. in c.Iulianus,xi.q.iii.vbi legitur:quòd Imperator Iulianus Apoſtata: habuit ſub ſe milites Chriſtianos:& cum diceret eis:producite aciem cum defenſione reipublicæ: obediebant ei. cum autem diceret eis producite arma in Chriſtianos, Tunc recognoſcebant Imperatorem cœli: ſimilis text.in c.non ſemper,& c.ſi dominus,ea.c.& q.vbi etiam notatur, quod non licet principi Chriſtiano pacem aut confœderationem facere cum infideli,in adiutorium infidelis contra Chriſtianos,quia tunc potius debet ſuſtinere omnia mala quam hoc facere cum facilius ſcandalum naſci permittitur:quam veritas relinquatur,vt in c.magne.de voto,& c.inter verba xi.q.iii. bonus tex. cum glo.in regula,qui ſcandalizauerit de reg.iur.Et Chriſtus omnes eiecit de templo,vt in euangelio

gelio Ioannis legitur C. ii. vbi oſtendit apoſtolis non eſſe omittendam veritatem propte ſcandalum Iudæorum euitandum:& ita intellige omnia quæ Oldra. dixit in ſuo conſi. lxxi. itaque nunquam vt dixi cum infideli ſeu pagano fœdus inire, ſeu confœderationem facere fideli principi licet, nec ab eo adiutorium aſſumere: neque ei adiutorium præbere; & ita dominus dixit Moyſi Deutero. c. vii. non inibis cum eis. ſ. infidelibus fœdus: nec miſereberis eorum: iraſcetur que ſuror domini & delebit te cito; quin potius hæc facietis eis: Aras eorum ſubuertite, & confringite ſtatuas: lucosque ſuccidite: Sculptilia comburite. &c. & legitur etiam in libro Exod. c. xxiiii. non inibis cum eis. ſ. infidelibus fœdus: non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant: ſed dico: quod Machabei pro ſuæ defenſione legis, & patriæ fecerunt confœderationem cum infidelibus: ſed non contra fideles vt ſuperius dixi, & Dauid non fecit confœderationem cum infideli contra fideles: ſed fugiendo arma Saulis, & ne incideret in manus eius; Abiit ipſe & ſexcenti viri cum eo ad Achis regem: & ſic poſtquam fuit nunciatum Sauli: quod fugiſſet Dauid non adiit quærere eum, itaque fuga Dauid fuit humilis: & ſine leſione legis, & patriæ, vt legitur, in. i. Reg. c. xvii. & c. xxix. & fuga eius fuit figura Chriſti, & ſic fugit ducente diuino ſpiritu: Et eſt aduerrendum quod Dauid nunquam determinauit ſe ad bellandum contra filios Iſrael quia peccaret: ſi impugnaſſet populum fidelem pro infidelibus, & ideo nunquam dixit nec aſſeruit Regi Achis: quod ipſe pugnaret contra regem Iſrael, & ſuos: ſed tantum dixit: tu ſcis, quæ facturus eſt ſeruus tuus, vt legitur. i. Reg. c. xxviii. quæ verba ſunt manifeſte indeterminata: vnde in boc veriſimiliter extimandum eſt, quod Dauid qui in factis ſuis à Deo ſingulariter dirigebatur, vt in proceſſu geſtorum ſuorũ ſatis patet, videns ſe in hac dubietate ſeu perplexitate: quia ſi adiuuiſſet Philiſteos, aduerſaretur populo Dei. ſin autem non adiuuiſſer Regem Achis: eſſet ſibi manifeſte ingratus: idcirco diuinæ prouidentiæ ſe commitebat ſicut in cæteris ſuis cauſis: vnde ſuper boc expectabat diuinam directionem, ſeu inſpirationem: ad hoc quod ipſe excuſaretur à committendo proditionem contra regem Iſrael: & exercitum eius: ſimiliter excuſaretur: ne eſſet ingratus regi Achis; qđ etiam miraculoſe fuit factum: vt patet in litera. i. Reg. c. xxix. Nam diſponente Deo de voluntate Philiſtinorum receſſit ab eius conſortio, ſine aliqua nota ingratitudinis: nec etiam pugnauit cõtra exercitum fidelium: ſed potius contra hoſtes Dei. ſ. Amalechitas (& ſicut dixi) ducente Deo ad locum ſuum reuertitur Dauid: ne forte bellando contra fideles aliquos bonos interficeret: & à Deo factum eſt: vt Amalechitas, qui manum Saul euaderant: & ciuitatem Sicelech in odium Dauid incenderant: deleret, & prædam ab eis captam recuperaret: vt ex præda illi aquiſita amicos ſibi agregaret: qui iuuarent ipſum poſt mortem Saulis ad obtinendum regnum: vt legitur. i. Reg. c. xxx. Et aduerte: quia excuſatio Dauid extra terram Iſrael non fuit eo quod timeret occidi à Saule: Cum ſciret certitudinaliter ex diuino promiſſo ſe poſt ipſum regnaturum: Sed non debebat Deum tentare omittendo ſcienter ea quæ erant ad conſeruationem vitæ propriæ, & ſuorum, & Saul in terra Iſrael multos perſequebatur, imponendo eis quod receptarent Dauid: & viros eius: quorum damnis & perſecutionibus Dauid debebat præcauere, & vt legitur. i. Reg. c. xxvii. Dauid & viri eius agebant prædas contra infideles, & non contra fideles: nec relinquebant viuentem virum, nec mulierem: & Achis dicebat, in quem irruiſti hodie? & reſpondebat Dauid, contra meridiem, &c. & licet illæ terræ de quibus prædas accipiebant eſſet verſus illam partem: non tamen de filiis Iſrael: & tali modo loquendi vtebatur, vt rex Achis crederet: ipſum filios Iſrael deprædaſſe: nec ipſe Dauid peccauit, dictos infideles interficiendo: quia manebant intra terminos terræ promiſſionis: quorum habitatores, fuerunt à domino condemnati ad mortem; vt patet in lib. Ioſue, & Deuteronomium, & Numeri, & prædictum fuit Abraham Geneſ. xv. Nondũ enim completæ ſunt iniquitates Amorreorum. q. d. quando implebuntur, tunc occidentur: & filii tui poſſidebunt terram: & vide de hoc tex. in c. xxxiiii. numeri, & ibi commentatorem. Item eſt aduertendum: quod confœderatio fidelium & infidelium contra fideles non poteſt ſtare ſine detrimento religionis: & leſione legis catholicæ: ideo eſt dãnabilis, & reprobata: cum nullus Rex poſſit iungere amicitiam cum infideli, ſine diuiſione & turbatione fidelium: quia facilius religio Chriſtiana delebitur ab infidelibus: præcipue quod in concilio probibitum fuit, quod nullus merces probibitas Sarracenis portet, per ſe nec per alium: & in c. quod olim de Iudæis dicitur. Omnes illos excommunicationi ſupponimus: qui iam amplius cum Sarracænis mercimonium habuerunt, vel per ſe, vel per alios: nauibus, ſeu quocunq; alio ingenio eis aliqua rerum ſubſidia, ſeu conſilia quamdiu inter nos & illos guerra durauerit duxerint impendenda. Veſtræ igitur diſcretioni mandamus quatenus neque per vos, neque per veſtras naues, nec alio quocunque modo, aut ingenio eis mercimonia, conſilia, vel alia ſubſidia tranſmittatis: neſi aliqui in ſua malitia indurati; ſecus agere præſumpſerint; non ſolum ipſo iure incidant excommunicationem illam; verumetiam iram Dei viuentis incurrant. & legitur etiam in c. ſignificauit, eo. ti. portans, vel mittens merces prohibitas excommunicatus eſt. iſta iura ſpecialiter prohibent commertium, & confœderationem cum infidelibus: Et ſi aliquis diceret infideli ero tibi, & amicis tuis amicus, & inimicis tuis inimicus, & aduerſarius: iſte talis erit ſciſmaticus: quia ſciſma eſt illicita diſceſſio illorum:

rum: quorum vnitas eſſe debet: vel ſic: ſciſma eſt illicita diuiſio per inobedientiam ab vniuerſitate eccleſiæ facta. Et cum eccleſia prohibeat talem confœderationem, & vnionem cum infideli pro conſeruatione ſuæ vnionis, vt in d.clemen.vna.§.porro.& in d.c.ſignificauit,& c.ꝙ olim.de Iudæis. Si quis contra conſtitutionem eccleſiæ in læſionem, & detrimentum religionis, tale fœdus iniret: ſciſma eſt; & in vnitate religionis ſciſſura eſſe non poteſt.vt in c.ſciſma xxiii.q.i.& ſciſma differt ab hæreſi in principio: nam hæreſis in ſui principio habet peruerſum dogma, ꝙ non habet ſciſma, ſed ſi perdurat cadit in hæreſim, vt in c.inter hæreſim,& ſciſma.xxiii. qō.iii. & tales ſunt extra charitatem.c.audi.xi.q.iii.& c.dixi xxiiii.q.iii. Et aduerte: quia rex Chriſtianorum nō ſolum non poteſt fœdus inire cum infidelibus contra fideles (vt dixi) ſed neque etiam poteſt inire pacem, vel longas inducias cum infidelibus, ſine conſenſu Summi Pontificis, & Imperatoris: quia Sarraceni ſunt hoſtes fidei, & Chriſtianorum propter nomen & religionem Chriſti: & non eſt eis indulgendum: vt in c.noli.xxiii.q.i. & tanquam hoſtes fidei ipſo iure ſunt diffidati: vt in l. hoſtes.ff.de capti.& poſtl.reuer. Et dominus dixit per prophetam Eſayam.c.lviii. Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes.ſimilis.tex.in c.autoritate.xv.q. vi. Itaque eſt criminoſum inire pacem cum hoſtibus religionis, & fidei; iuxta tex.in l.i.cum ſequenti.ff.ad l.iul. maieſt.& etiam eſt probibitum de iure diuino: vt legitur Paralip.ii.c.xvi.& c.xix.& de iure etiam Pontificio, (vt ſuperius dixi) & probibitum eſt, præſtare auxilium ſceleratis, l.per omnes.C.de fenſo.ciuit.& tenentur principes ſeculares auxilium præſtare ad coercendum hoſtes eccleſiæ: vt per Ioan.And.in c.fina.de dila.& tex.in c.dicat aliquis.§.præterea.xxiii.q.v. Et nulli ſunt duriores quam hoſtes fidei: & ſi principes ineunt pacem, aut fœdera cum infidelibus: facilius religio Chriſtiana expugnabitur ab ipſis infidelibus: vt dixi, & licet Imperator ſit princeps principum, vt in clemen.vnā.de iur.iur. non poteſt inire pacem, aut confœderationem, cum infidelibus, & ita iurat: vt eſt tex.not.in d.clemen.vna.§.porro,& Card.in d.§.porro.dicit: Generalis eſt hæc prohibitio omnibus Chriſtianis: vt tales.ſ.infideles euitent: vt in c.caue.xxviii.q.i.& c.ſepe.facit tex. ſingu.in c.ſi inimicus: Omnes debent eum vitare: nec debent ſpectare, vt ipſi moneantur à papa, & in c.ſi inimicus.xciii.diſt.legitur, Si vero quis amicus fuerit iis quibus papa non loquitur: vnus eſt ipſe ex illis qui exterminare eccleſiam Dei volunt: & cum corpore videatur eſſe nobiſcū mente tamen, & animo contra nos eſt, & eſt nequior hoſtis hic, quam illi qui foris ſunt: & euidēter inimici ſunt: hic per amicitiarum ſpeciem, quæ inimica ſunt gerit & eccleſiam diſpergit & vaſtat: ideo communicare cum talibus non debemus: quia nulla peſtis efficatior eſt ad nocendum, quam familiaris inimicus: vnde non eſt deterior hoſtis quam fictus amicus: non odium grauius, quam ſimulatus amor: & nullus poteſt facere pacem ex religione Chriſtianorum niſi ſit caput, vel princeps, aut dominus belli aduerſus hoſtes fidei: vt papa, & Imperator. per tex.ſing.in c.Res. xxiiii.q.v. vbi dicit tex. Res autem omnes aliter tute eſſe non poſſunt; niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent: & regia, & ſacerdotalis defendat autoritas; & iſtam ſuperioritatem imperator habet à iure; quia eſt princeps principum; vt in clemen. Romani principes. de iur.iur. & dominus vniuerſalis Chriſtianorum, vt per docto.in c.venerabilem; de electio, & Panor. in c.nouit. de iudi.dicit, quod Imperium eſt a Deo, & à papa immediate: & Imperator recipitur in filium papæ: vt per Card.in c.eccleſia.de iur.iur.& in clement.ſi.de cenſibus, & Imperator dicitur etiam, vicarius Chriſti in temporalibus, vt per Bald.in l.i.C.de iur.anu. & vnicus eſt in orbe qui præſit cunctis regibus; vt per tex.in l.deprecatio, ad l.rodi.de iactu.& in l.bene a zenone, de quadri.præſcrip.& in l.leges.C.de legibus, & Card.in clemen.vna.§.fin.de iur.iur.& per Abbat. in c.nouit. de iudi.& in c.venerabilem, de elect.& vnum enim oportet eſſe principatum ad quem omnes recurrant: vt in c.in apibus.vii.q.i. Cuius verba ſunt. In apibus princeps vnus eſt; & grues vnam ſequuntur: Imperator vnus, & de hoc vide Inno.& Hoſt.in c.licet, ex ſuſcepto, de foro competenti, & quia Iacobus filius naturalis Ioannis regis Cypri, Alexandriam nauigauit: & contra Federicum filium Ducis Sabaudiæ, maritum ſororis ſuæ, nomine Carlotæ, Soldani opem implorauit, adiurato Deo altiſſimo, talibus verbis, Ero amicus amicorum Soldani: & inimicorum inimicus: non admiſit ſancta Romana eccleſia oratores ſuos, tanquam regios & multum increpatos abſq; honore remiſit; quia re vera, nihil aliud Iacobus poſt confœderationem infidelium quærebat, quàm Chriſtiani regis apud ſedem Apoſtolicam nomen vſurpare, ſed contra illi euenit quam putabat, vt refert papa Pius ſecundus Pontifex Maximus, in hiſtoria rerum vbique geſtarum, in finali particula. Itaque nullus poteſt facere pacem cum infidelibus inconſulto papa, & inconſulto Imperatore, per tex.ſing.in d.c. Res. Sed ſi papa videt infideles potentes & paratos venire in bellum contra Imperatorem: & videt religionem in periculo; faciet amicitiam cum infidelibus: ad hoc vt Chriſtiani viuant quieti in pace, nam vt ait tex.in c.ſi nulla.xxiii.q. vii. Deum videtur homo tentare: qui ſuæ, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat: & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet, & ſi non eſt licitum Imperatori neque regi Chriſtiano componere pacem cum infideli, nec fœdus inire: quomodo erit licitum inuocare auxilium infidelium contra Chriſtianos, inconſulto Romano Pontifice & inconſulto Imperatore: qui eſt caput in temporalibus: & pro-

tector

rector & aduocatus: & defenſor eccleſiæ: Et aduerte quia legitur in c.xxiii.actuum Apoſtolorũ. Apoſtolus poſuit diuiſionem inter Saducæos & Phariſæos de reſurrectione mortuorũ, qui alias erant vniti in perſecutionem Chriſtianorum: & ibi dicunt ſcribentes: quòd ſicut vnitas bonorum vtilis eſt: ſic vnitas malorum eſt nociua bonis. euius cauſa in conſeruationem, ac vtilitatem bonorum, videtur permiſſum a bonis diuidere malos: vt fecit Apoſtolus, & ſic vnitas & concordia cum infideli reprobata videntur: & (vt ait Gregorius in moralibus) Sicut noxium eſt: ſi vnitas deſit bonis: ſic eſt periculoſum ſi non deſit malis. vnitas quippe corroborat peruerſos dum concordant. & tanto magis incorrigibiles quanto vnanimes; ideo concordia & vnio eſt in detrimentum & vexationem fidelium, ſed non eſt reprobata: quando talis confœderatio fit contra infideles, & tendit in beneficium fidelium, & in vtilitatem religionis: vt fecerunt Machabæi, in libr.i.Machabæo.c.viii.& c. xiiii. Et Dauid fecit amicitiam & confœderationem cum Areuna gentili: & per eum Dauid habuerat partem ciuitatis Hieruſalem, vt dicit commentator.ii.regũ. c.fin. Et iſte Areuna erat binominus, quia etiam vocabatur Ornam: vt habetur, Paralip.i.c.xxi. Et ſic fuit licitum Imperatori noſtro inire pactiones cum infideli Rege, ſedente pro tribunali in regno magnæ Cartaginis: quoniam non dimiſit eum verum dominum: ſed vt ſeruum perpetuum regum Hiſpaniarum, vt ex euidentia facti & capitulorum initorum apparet:& pactiones fuerunt initæ in conſeruationem ac vtilitatem, bonorum, & in diuiſionem infidelium exemplo Apoſtoli, vt ſuperius dixi, Et reſumendo ſubſtantiam totius capituli dico, quòd in præſenti calamitate poſtquam per curriculum tot annorum bellum publicum eſt indictum ab Imperatore catholico, contra Sarracenos, & contra magnum regem Turcarum: non licet fidelibus fœdus inire cum infidelibus: vt ſuperius pleniſſime fundaui: & puniri debent, exemplo Ioſuę: quando reuerſus cœpit ciuitatem Aſor. ipſamque vrbem peremit incendio; percuſſitque omnes animas quæ ibidem morabantur. & regem eius percuſſit gladio, quod fecit. quia Rex Aſor induxerat alios reges ad pugnandum contra filios Iſrael, vt legitur Ioſuę, c.xi. & vt ait Apoſtolus in c.i.ad Romanos: Non ſolum digni ſunt morte qui talia faciunt ſed qui conſentiunt facientibus, & de hoc vide Ioan.And.in additio.ad Specul.in tit.de Iudæis, & Feli. in c. ad liberandum, de Iudæis, & tu vide Corſetum, in tractatu ſuo de poteſtate regia.in x.volumine tractatuũ, in vltima parte, in octuageſima quæſtione tertia, & vide text.in l.i.ff.de receptatoribus, & vide tex.in l.i.C.de his qui latrones occultauerunt. Et minime maiores noſtri lugendum nec funerandum putauerunt eum, qui ad patriam delendam venerit, vt in l.minime ff.de religioſis, & ſumptibus funerum, & qui contra eccleſiæ pacem ſunt, ſi dignitatem aut cingulum militiæ habent nudentur eis.c. qui contra.xxiiii.q.i.Ideo clementiſſime inuictiſſime catholice rex, non permittat regia maieſtas deleri gregem ſuæ maieſtati commiſſum, non ſolum, defendendo religionem gladio bellico ſed intra fines Sarracenorum ſuos conatus infringendo, vt animos eorum contundat: Iugumque ſeruitutis à Chriſtianorum ceruicibus ſubmouendo: Turcas ſubiugando: & iugo ſeruitutis etiam opprimendo: ſtatum religionis Chriſtianæ componendo; nam iudicio meo, Omnis in ferro eſt ſalus, quia bellum iuſtum eſt, actus vindicatiuæ iuſtitiæ. Ideo habens iuſtum bellum efficitur iudex hoſtium ſuorum: cum iuſte debellare, ſit iuſte iudicare: & habens iuſtum bellum gerit perſonam iudicis procedentis aduerſus extraneos perturbatores reipublicæ; quia plenus iuſtitia eſt, qui Chriſtianitatem bello tuetur ab impugnatoribus, vt in c.fortitudo xxiii.q.iii.& iniuria ſubditorum armis eſt propulſanda, & Deum prouocamus ad iram, cum mala puniri differuntur, vt in c. ſi ea. xxiii. q. iiii. cuius verba ſunt: ſi ea de quibus vehementer Deus offenditur inſequi vel vleiſci differimus ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus: & in ſimili correctione Deus omnipotens placatur, vt in c.ſi aliquos.xxiii.q.iiii. Ideo amore iuſtitiæ vindicta ſemper eſt inferenda: non amore ipſius vindictæ: & non vt odium exerceatur ſed vt prauitas corrigatur. vt in c.ſi.xxiii.qõ.iiii.ſimilis tex.in c.non ſolum.xxiii.qõ.v. vbi litera dicit. Reges miniſtri ſunt & vltores iræ Dei his qui malum operantur: vnde non ſine cauſa gladium portant. Itaq; mali ſunt puniendi per reges, & quandoque occulto iudicio diuerſis modis, & hoc probatur in d. c.non ſolum, & in xxiiii.capitulis ſequentibus. quia arma inſtituta fuerunt vt vita hominum corrigatur: vt in c.non fruſtra.iuncta.glo.ea.q.& cau. Ideo tenet eccleſia, quod miniſter Dei eſt qui malos percutit, vt in c.qui malos.xxiiii.q.v.& iniuria à ſociis repellẽda eſt, (vt dixi) vnde ſanctus Moyſes cum vidiſſet Hæbreum ab Egiptio iniuriam accipientem defendit; ita vt Aegyptium proſterneret, atque in arena abſconderet. vt legitur, in lib.Exo.c.ii.& in c.non inferenda. xxiii.q. iiii. Ideo impræſentiarum licitum eſt regiæ maieſtati conuocare vaſallos, & ſubditos, & confœderatos, & amicos ad propulſandam Chriſtianitatis violentiam: per ea quæ in iſto meo capitulo continentur, & per doctores in l.vt vim ff.de iuſti.& iur. & per doctores etiam, in l.prohibitum, de iur.fiſci, lib.x.cum ſimi.& per tex.& doctores.in l.i.C, vnde vi, quia, finis belli eſt vt ſine iniuria in pace viuatur, & finis belli eſt, pax & tranquillitas vniuerſi: vt in c.noli.xxiii.q.i. Ideo aduertat Regia Maieſtas, & defendat totis viribus gregem ſibi commiſſum, exemplo Chriſti, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis: & exemplo Petri qui pro Chriſto, ideſt pro eccleſia corporaliter

liter pugnauit, vt in c.pro membris xxiii.q.iii. & in præſenti calamitate merito nos poſſemus dicere: Succurre periclitanti eccleſiæ religioſiſſime catholice ó bone rex, compeſcendo inanem Sarracenorum audaciam, Turcharumque vim, ac tyrannidem, à Chriſtianorum humeris depellendo, quia nihil eſt tam difficile & ardnum, quòd te duce conſequi poſſe diffidat Chriſtiana religio. Ideo ſumma ope ſcripſi ad quid bella omnia ordinantur, quia ſecundum philoſophum, non bellamus vt bellemus, ſed vt pacem habeamus, & in c.apud xxiii.q.ii.littera beati Auguſtini dicit. Apud veros Dei cultores, illa bella pacata ſunt quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur & boni ſubleuentur, Et finis belli eſt pax & tranquillitas vniuerſi, & finis belli eſt, vt ſine iniuria in pace viuamus: ideo habens iuſtum bellum efficitur iudex hoſtium ſuorum, & gerit vicem iudicis procedentis, contra perturbatores Chriſtianæ Reipublicæ (vt ſuperius dixi) Itaque militare non eſt peccatum ſed propter prædam militare peccatum eſt, vt in c.militare.xxiii.q.ii.poteſt ergo bellum ex nequicia hominum & ex cupiditate eorum ordinari ad lucrum, vel ad aliam aliquam ſatisfactionem iræ vel concupiſcentiæ, ideo dicit littera Auguſtini, in capitulo quid culpatur.xxiii. q. ii. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas implacatus atqne implacabilis animus, feritas rebellandi: libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hęc ſunt quæ in bellis iure culpantur. bella tamen ſi iuſte geruntur, & debite fiant, ordinanda ſunt ad pacem, & ad quietem, & correctionem hominum, & ad commune bonum, Quare ſicut per phlebotomiam & porionem ſuperfluitas humorum eſt eiicienda per quam turbatur ſanitas corporis: ſic per bella ſunt hoſtes conculcandi, & occidendi, & ſpoliandi, per quos impeditur commune bonum & pax religionis, quia quando bellum iuſtum eſt omnes capiuntur & ſpoliantur, & ſpolians dominus rei fit. Et ſi reges intendant commune bonum, & pacem ciuium debellando inimicos: quando pax aliter haberi non poteſt, merebuntur pacem illam æternam, in qua eſt ſuprema requies, quam Deus ipſe ſuis promiſit fidelibus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

Et per ſuperius dicta dedimus reſponſum Ioanni maiori parienſi, ad omnia quæ ipſe dicit in 4.ſententiarum.in folio.cxxi.in libro meo, vbi ipſe dicit, fidelis poteſt quęrere opem infidelium contra infideles, dicit etiam licet nihil alleget, poſſnnt etiam fideles in aliquo euentu implorare opem infidelium contra fideles, cauendo ne id cedat in iacturam reipublicæ Chriſtianæ, hoc eſt vocando eos in paruo numero, ſic vt poſſemus eos oprimere ſi forte contra Chriſtianos inſurgerent, & prouidendo ne eorum aduentus fieret pernicioſus quo ad ſequelam: ita vt aperiretur eis uia in limitibus nos inuadendi, & cogendo eos ne contra fidem blaſphemarent, hæc ille.

De gula. *Cap. LXXIII.*

IN ſermone Epiſcopali diximus de ieiunio, Nunc de gula dicamus in iſto capitulo. Gula eſt vnum ex ſeptem capitalibus vitiis. De quo vitio inquit Ambroſius. Gula à paradiſo regnantem expulit. diſtinctio. xxxv. cap. ſexto die. Poteſt autem ſic diffiniri. Gula eſt inordinatus appetitus cibi, & potus. Dicitur autem gula appetitus inordinatus ſecundum beatum Thom. ſecunda ſecundæ quæſtione centeſima quadrageſima octaua, articulo primo, in eo quòd recedit ab ordine rationis in quo conſiſtit bonum virtutis. Et quia ex hoc aliquid dicitur peccatum eſſe quòd virtuti contrariatur, imo gula eſt peccatum. Sed ſciendum eſt ſecundum beatum Thom. vbi.ſ.quòd duplex eſt appetitus. Vnus quidem naturalis qui pertinet ad vires potentiæ vegetabilis in quibus non poteſt eſſe virtus & vitium: eo quòd non poteſt ſubiici rationi. Vnde & vis appetitiua diuiditur in nutritiuam, digeſtiuam, & expulſiuam; quæ pertinét ad vegetatiuam et partes eius. Et ad talem appetitum.ſ.naturalem huius vegetatiuæ pertinet, eſuries, & ſitis, vbi non eſt peccatum. Vnde Gregor. ſæpe ſine culpa agitur quòd venit ex culpa: vnde & ſine culpa cum eſurimus comedimus: quòd tamen ex culpa primi parentis eſt factum vt eſuriamus. diſtinctione quinta capitulo ad eius. Alius eſt appetitus ſenſitiuus, in cuius concupiſcentia vitium gulæ conſiſtit. Vnde & primus motus gulæ importat inordinationem in appetitu ſenſitiuo, quæ non eſt ſine peccato: quòd videtur eſſe, cum quis appetit cibum & potum non propter ſuſtentationem: ſed propter delectationem: vnde excedens in quantitate cibi vel potus, non propter concupiſcentiam cibi & potus, ſed per errorem eſtimans eo indigere non pertinet ad gulam.

Materia huius vitii eſt eſca, & potus. ſi queris in quo conſiſtit culpa huius vitii, ſciendum quòd conſiſtit in deſiderio inordinato cibi, vel potus, dum.ſ.appetuntur propter delectationem corporis, non propter ſuſtentationem ad quam ſunt ordinati. Et hoc notatur cum dicitur in pſalmo. Erant in ore ipſorum.ſ. qui habuerunt deſiderium comedendi carnes propter delectationem. Auguſt. in libr. confeſ. Iuſſiſti domine ad alimenta ſicut ad medicamenta accedamus; Sicut non ſumitur medicina ad delectationem, ſed propter neceſſitatem.ſ.ad perſeuerandum corpus a morte, & cum timore ſumitur, ne ledat. ita cibus debet ſumi ad ſuſtentandum corpus ne

deficiat:

deficiat: & cum timore, ne offendat ex uimia complacentia: Vude Iob. Antequam comedam ſuſpiro.ſ.timens offendere. Quamuis autem dum quis ſanus exiſtens, & indigens cibo vel potu cum delectatione comedat, & bibat: plus & minus delectatus, ſecundum quod habet guſtum melins diſpoſitum: & ſecundum qualitatem cibi & potus: ipſa delectatio de ſe, non eſt mala, cum ſit naturalis: ſed cum complaceat ſibi iu cibo & potus vſu, propter ipſam delectatiouem: non propter ſuſtentationem: ibi eſt peccatum, ſiue cum comedit, vel bibit principaliter propter delectationem ipſam, ſiue comedat propter ſuſtentationem: ſed in ipſo eſu & potu iam cum tentatur comedere propter ipſam delectationem. vnde Auguſtinus in libro confeſ. de hoc ſe accuſat dicens. Dum ad quietem ſacietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu inſidiatur mihi laqueus concupiſcentiæ. Et cum ſalus ſit eam comedendi, & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſſequa iocuuda guloſitas, & plerunque præire conatur, vt eius fiat cauſa. Quamuis autem gula ſit vitium capitale: & a vulgaribus dicatur mortale non tamen ſemper eſt mortale: ſed eſt mortale, ſecundum beatum Thom. ſecunda ſecundæ queſtione centeſima quadrageſima octaua, articulo ſecundo, quando propter delectationem gulæ homo anertitur ab vltimo fine: quòd fit cum inheret tali delectationi, vt fini propter quem contemnit Deum, paratus.ſ. facere coutra præcepta Dei, vel eccleſiæ: vt delectationes huius aſſequatur: & de hoc.ſ.cum eſt mortale intelligenda eſt auctoritas Gregor. dicentis.iii.mora. Dum vitio gulæ non reſiſtitur, omne quòd homines fortiter egerunt perdunt: & dum venter non reſtringitur ſimul cunctæ virtutes obruuntur: vel ſecundum ſanctum Thom. poteſt hoc intelligi quòd gula virtutes auferantur: non tam propter ſe, quam propter vitia quæ ex ea oriuntur. Nam dicit idem Gregor. in paſtorali, Dum venter per ingluuiem tenditur virtutes animæ per luxuriam deſtruuntur. Sed ſi quis inordinate appetit vel quærit delectationem cibi vel potus, non tamen quòd propter hnc ſit paratus facere contra Dei mandata, tunc erit veniale: quòd communiter accidit, cum in ea peccatnr: niſi ſit aliquis habituatus in criminibus. Et ſecundum hunc modum intelligendum eſt quòd ait Auguſtinus in ſermone de purgatorio. Quotiens aliquis in cibo & potu plus accipit quam neceſſe eſt.ſ.ex delectatione, ad minuta peccata nouerit pertinere. Quamuis hoc vicium cum eſt mortale non ſit directe contra pręcepta decalogi: eſt tamen indirecte ſeu per quandam reductionem ſecundum Sanc. Thom. vbi ſupra. videlicet contra præceptum de ſanctificatione ſabbati. in qno intelligitur præcepti quies in vltlmo fine. Sed per gulam homo auertit ſe ab vltimo fine conſtituens eum in tali delectatione. Nec enim omnia peccata mortalia directe contrariantur præceptis decalogi: ſed ſola illa quæ iniuſtitiam continent: quia præcepta decalogi: ſpiritualiter pertinent ad iuſtitiam & partes eius. Ex hoc etiam gula eſt contra dilectionem Dei quæ fecit Deum ſuper omnia diligere vt ſummum & vltimnm finem. Sed gula facit magis diligere delectationes ciborum quam Deum, cuius ſignnm eſt: quia facit contra præcepta Dei, vt conſequatur hnius delectationes. Et cum ſecundum ſanctum Thomam, quæſtione prima, articulo tertio. Grauitas alicuius peccati, attendatnr primo, & principaliter ſecundum materiam in qua peccatur, ſecnndum quam peccat circa res diuinas ſunt maxima. Secundo experte peccatis.i.deordinationis voluntatis. Tertio ex parte affectus conſequentis.i.mali quòd inde ſequitur. Secundum primum, gula non habet maximam grauitatem: quia non eſt circa diuina: ſed circa ordinata ad ſuſtentationem. Nec quantum ad ſecundum, imo ſecundum illud magis alleuiatur, quam aggrauatur vitium gulæ: tamen propter neceſſitatem ſumptionis ciborum: tum propter difficultatem diſcernendi & moderandi, id quòd conuenit in talibus, vnde apparet de malicia voluntatis. Sed ſecuudum tertium, precipue attenditur grauitas eius, vt dicatur multum graue: qnia multa mala oriuntur ex eo.

Et ebrietas quando ſit peccatum mortale, vide Gaietanum doctiſſimnm in ſumma de peccatis diceutem. Ebrietas præconiſa & volita propter delectationem in potu vini immoderato peccatum mortale videtur, quia contra rectam rationem imponit qnis ſibi ipſi neceſſitatem vinculi tollentis vſum rationis, ebrietas non plena, quando aliquis potu vini redditur nimis lætus, aut turbatur in phantaſia, non tamen perdit vſum rationis, peccatum graue eſt, quia immoderatus eſt potus, ſecundum quantitatem vel qualitatem ſed non eſt mortale, quando non attingit ad completam ebrietatis rationem: nec notabile damnum rationis eligitur, ſed qnantum ſit deteſtabile vitium gulæ, reſpondit Ambroſius in ſermone dicens. Sexto die beſtiæ creatæ ſunt: & cum beſtiis orta eſt poteſtas edendi, et vſus eſcarum, vbi cibus cœpit ibi finis factus eſt mundi: ibi cepit ſua incrementa neſcire: vbi cęperunt diuina circa eum opera facere, quo iudicio declaratum eſt, per cibos mundus baberet imminui: per quos deſiit augeri: & infra. Eo vſque præuaricari nemo nouerat: & adhuc orta non eſſent quæ prima eſt præuaricatio. Indictum eſt ieiunium.i.abſtinentiæ lex à domino: præuaricatio legis à diabolo. Serpens gulæ ſuadet: dominus ieiunare decreuit, culpa per cibum, latebra poſt cibum: cognitio infirmitatis in cibo: firmitatis virtus iu ieiuuio, diſtinctione trigeſima quinta, capitulo ſexto, vbi oſtendit Ambroſ. quinque mala ex vitio gulæ.

Primum eſt quæ hominem facit vt animal brutum. Sicut enim beſtiæ comedunt cum trahit appetitus eas ad cibum ſine diſcretione vel aliqua conſideratione. Ita & guloſus non reſpicit, nec ad diem, nec ad modum, nec ad neceſsitatem: ſed ad appetitum: & hoc ſignatum fuit in eo: quòd in eadem die. ſ. in principio creationis rerum qua creatæ ſunt beſtiæ: poſtea creato homine fuit data licentia comedendi, cum dominus dixit: de omni ligno paradiſi comedite. Gen. ii. Tullius, ſi videretur iſtos epulatores: velut opimos boues ſtertere & ſudare, intellige eos. Et quoſdam ventri obedientes loco animalium numeremus non hominum. Secundum malum quia impedit virtutis profectum: vnde & Gregorius dicit in libro morali, quòd qui non vincit vitium gulæ, male poteſt alia vincere. i. quanto corpus impletur tanto anima minoratur. Quod figuratum fuit in hoc, quòd data licentia comedendi à Deo, non creauit poſtea alias nouas creaturas. Et ſic dicit Ambroſius mundum finitum, & per cibum gulæ mundum. ſ. minorem diminutum, ideſt hominem in profectu ſpirituali. Tertium quia eſt malorum initium, Nam omnes pœnalitates, & miſeriæ, & mors quam patimur ſecundum corpus, & ignorantia & inclinationes ad vicia proceſſerunt ab illa inobedientia Adæ, & vicio gulæ, ſecundum illum verſum ſapientis. Mala, ideſt maxilla mali, ſcilicet hominis Adæ malo, ideſt pomo malo: contulit omnia mundo corporalia, & ſpiritualia, vnde dicit hanc fuiſſe primam præuaricationem, ſcilicet quantum ad exteriora vicia. Quartum malum eſt: quia obſcurat intellectum & aufert Deum. Iob. vigeſimo octauo. Non inuenitur ſapientia in terra, ſuauiter viuentium, ideſt guloſorum. Tullius, Mente recta vti, non poſſunt cibo & potu repleti. In cuius figuram poſt gulam commiſſam ſe abſconderunt primi parentes, quaſi amantes tenebras ne viderentur à Deo. Et hoc eſt quòd ait Ambroſius, latebras poſt cibum. Quintum malum eſt: quia induxit luxuriæ fluxum Iere. quinto. Saturaui eos & mœchati ſunt. Hieronym. Quo iuuencula in feruore iuuentutis poſita, dapibus & vino plena de caſtitate ęris ſecura. quaſi dicat male. Et in huius figuram commiſſo vicio gulæ fecerunt ſibi perizomata cooperientia pudenda: quia ſenſerunt ſtimulum carnis. Et hoc eſt quòd dicit Ambroſius, Cognito infirmitatis in cibo: & ideo ſerpens gulæ ſuadet & tentat de ea. vnde & Chriſtum tentauit in deſerto, dicens: Si filius Dei es dic, vt lapides iſti panes fiant. Matth. quarto, & regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto, inquit Apoſtolus, Roman. decimo quarto. Sed verum eſt quòd regnum Dei non acquiritur ſolum per abſtinentiam ciborum, ſed iuſtitiam ad quam pertinet ieiunia inſtituta non frangere, neq; propter delectationes comedere: vel aliquid propter comedendum inordinatum facere: quòd diabolus Chriſto ſuggerebat: vt. ſ. faceret miracula illius conuerſionis ſine cauſa vrgente: quia aliter ſibi poterat de cibo prouidere. Sed guloſi manducauerunt, & ſaturati ſunt: vbi notantur plures ſpecies gulæ. Prima manducauerunt aliqua exceſſiua quantitate. Secundo manducauerunt aliqui cum lauta qualitate. Tertio manducauerunt tertii de accurata ſtudioſitate. Quarto manducauerunt quarti ex nimia auiditate. Quinto manducauerunt quinti ſub temporis importunitate.

Prima ergo ſpecies gulæ ſeu modus, eſt nimis comedere vel eſt bibere: quod dicitur de eſu, totum ſciendum eſt de potu, ſed locutio huius fit de eſu: quia ibi magis offenditur & frequentius quam in potu. Secunda ſpecies eſt comedere cibos nimis delicatos propter delectationem: vt capones, phayſanos, pernices, pauones, carnes vitulinas, lampredas, ſturiones, & ſoleas, & gladioſos, & ſalmones huiuſmodi. vina ſolemnia: vt maluaticum, grecum, & huiuſmodi. Huic deditus erat ille diues: qui epulabatur quotidie ſplendide quo Chriſtus dicit, ꝙ mortuus eſt, & ſepultus in inferno, Lucæ vigeſimo ſexto, in hanc etiam ſpeciem, gulæ videntur lapſi, hi de quibus ait Pſal. Manducauerunt & ſaturati ſunt nimis: non enim erant contenti cibo communi, & vniuerſali, & ſuaui manna de cœlo: ſed appetierunt carnes, & ſolemnes: vnde & coturnices dominus dedit, Numeri vndecimo. Si quis tamen vtatur cibariis delicatis propter infirmitatem, vel debilitatem hoc exigentem, aut generis nobilitatem: vt principes, aut propter temporis congruitatem: vt in nuptiis, & in conuiuiis diſcretis, poteſt eſſe hoc abſque peccato. vnde Auguſtinus fieri non poteſt, vt ſine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis precioſiſſimo cibo ſapiens vtatur. Inſipiens autem ſeditiſſima gula in villiſſimum inardeſcat. Et ſanius maluerit quis more domini piſce veſci, quam lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum: diſtinctione quadrageſima prima, capitulo quiſquis. Et in eadem diſtinctione idem dicit, capitulo non cogantur. Non cogantur diuites cibis pauperum veſci: vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ: ſed doleant ſe aliter abſtinere non poſſe. ſi non conſuetudinem ſuam mutant, ægrotant. Vtantur ſuper filios & dent pauperibus neceſſaria. vtantur præcioſis & dent pauperibus vilia. Hæc ille: vnde laudabile eſt a pueritia etiam filios nobiliſſimi aſſueſcere, cibis groſſioribus, quòd fecit mater beati Bernardi erga filios ſuos nobiles & diuites. Sed & Lycurgus, Lacedæmonius, Ethnicus: ſed rectiſſimus, ordinauit in legibus ſuis adoleſcentulos ruri nutriendos cibis vilibus. Conuiuia autem facere vbi communiter lauta præparantur, cum ex amicitia, vel alia cauſa honeſta fiunt de ſe non ſunt repræhenſibilia, ſed refert Auguſti. documentum ſibi ab

beato

beato Ambroſio traditum,vt vitaret conuiuia,quibus terminus temperantiæ exceditur.

Tertia ſpecies gulæ eſt,ponere nimis de tempore,& cura ad præparandum cibos, ut magis delectent,puta vt ſint variati aſſati,lixi cum aromatibus cum ſaporibus & hmôi: quo vitio laborauerunt filii Heli ſacerdotis. Nam cum populus accederet ad offerenda ſacrificia animalium ad altare ſecundum legis mandatum,veniebat puer qui ſcilicet erat miniſter ſacerdotis,& dicebat offerenti,da mihi carnes,ideſt partem animalis occi,ſit quoquam ſacerdoti. Non enim accipiam coctam, ſed crudam,quòd faciebat, vt accuratius poſſet ſuo ſacerdoti præparare. Et offerens reſpondebat. Incendatur prius ſecundum morem adeps: & poſtea accipies. Et ille ſcilicet miniſter,nequaquam,ſi non dabis accipiam ea vi. In ollis quoque vbi quoquebantur carnes mittebat tridentem, & trahebat crudam de lebete, vt habetur in primo Re. ii. vbi ſubditur, quòd grandia erant peccata eorum, vnde in punitionem in bello contra Philiſteos occiſi ſunt. Et præcipue in hoc ſolent delinquere diuites,vnde Alanus de planctu naturæ ait. Hodie gulæ vitium profundius ſe porrigit in dominos, qui Salmones,lucios, lupos, mulos,rombos, mirinos, tructas,loligenes,oſtrea,auratas,ceteroſque piſces equipollenti generoſitate inſignes. variis decoctionum cruciant martiriis: balneantes officio ſacri piperis fonte baptizant, vt multiforme ſaporis gratiam conſequantur. Alius miniſtrorum contundit: alius colat & conficit; ſubſtantiam vertit in accidens: naturam mutat in artem, vt ſaturitas tranſeat in eſuriem. Alii miniſtri frigefaciunt,gelu,niue,& nitrio,aquam,& vinum,maioris delectationis cauſa, hæc ille. Sed magnam conſcientiam ſibi deberent facere proceres tales de talibus expenſis ſuperfluis, quibus deberent pauperes ſubuenire.

Sciendum etiam quòd ſumere cibos immunde, & ſine congruenti præparatione vbi commode prouideri poteſt; vitioſum eſt,pertinens ad vitium negligentiæ,vel inſenſibilitatis.vnde Hieronymus. Ne affectate ſordes, nec acquiſitæ delitiæ laudem pariunt, quod inducit Gratianus quadrageſimaprima diſtinctione.c.clericus.§.primo,de cibis ſicut & veſtibus.

Quarta ſpecies gulæ eſt nimis ardẽter ſeu nimia auiditate cibum,vel potum ſumere, ad quod pertinere videtur comedere nimis rapaciter, & feſtinanter. Et licet quidam habeant à naturali conditione,vel aſſueſactione,tamen & corpori nocet: quia non ita bene poteſt cibus digeri quaſi integer deglutitus,& minus bene ædificat. Et cum procedit ex inordinato appetitu gulæ peccatum eſt ſed non mortale.

Quinta ſpecies gulæ eſt anticipare horam ſeu exire horam ſtatutam, vel conſuetam comedendi ſine cauſa vrgente,nam ſi exigit infirmitas,vel eam alia rationalis,omnis hora eſt idonea. cum non ieiunatur,communis modus chriſtianorum eſt bina comeſtio,ſcilicet prandium & cœna,& per hoc ſanius viuitur. Qui enim comedunt pluries in die, vt animalia bruta ſunt, nec viuere poſſunt cum ponant indigeſtum ſuper indigeſtum,vnde mali humores generantur,& caput etiã fumoſitatibus eſt grauatum,& male aptum ad ſpiritualia. Et hoc niſi magnus labor excuſet, vt laborantes in agris,viatores: pueri dum ſunt in augmento. Qui autem de mane ſurgentes de lecto ſubito volunt comedere,& bibere: & præcipue in diebus feſtiuis, antequam vadant ad eccleſiam, nimis indeuoti ſunt,contra quos dicitur Eccleſiaſtes decimo. Ve tibi terra cuius Rex puer eſt: & cuius principes comedunt mane,terra eſt homo: puer eſt ſenſualitas que appetit ſenſibilia,vt puer. principes eius ſunt ſenſus. Ve illi qui regitur à ſenſualitate; cuius ſenſus vacant commeſſationibus tempeſtiue,quia guloſus eſt. Iſai.quinto. Ve qui ſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam. Quando vero ieiunare debet, vt in diebus ſtatutis ab eccleſia ſemel tãtum comedi debet,& circa horam nonam,præueniendo autem notabiliter horam nonæ, vt in tertia ſine cauſa rationabili,ſed mere ex impatientia amore,& appetitu gulæ vitium eſt, vel etiã comedere poſt prandium de ſero; & ſi non ordinate tamen bucellam panis,vel plures fructus vitium eſt,& non ieiunium,de ieiunio vide ſupra in capitulo de ſermone epiſcopâli.§.de ieiunio. in hanc ſpeciem gulæ incidit Ionathas filius Saul, qui facto præcepto à rege patre ſuo Saul quòd nullus aliquid comederet dum perſequebatur Philiſteos,contra quos bellum gerebat. Ipſe Ionathas tranſiens per campum in ſequendo cum aliis inimicos parum mellis accepit, cum virga quam gerebat in manu: quod reperit in quadam arbore, & comedit fame ductus, propter quòd eum poſtea reuertens Saul conſuleret dominum non potuit habere reſponſum propter transgreſsionem illam. Et hac comperta quis perpetrarat,voluit occidere illum, ſed populus eripuit eum de manibus ſuis,vt habetur primo Regum decimoquarto. In his omnibus quinque ſpeciebus ad diſcernendum quando ſit mortale,vel veniale,ſumenda eſt regula,data ſuperius in capitulo præcedenti.§.tertio. Videlicet quòd cum tanta eſt inordinatio voluntatis, ſeu affectio, ad conſequendam delectationem gulæ in quocunque dictorum modorum, quòd videt ſeparatum ad faciendum contra mandata Dei, vel eccleſiæ, tunc eſt mortale, alias veniale. Remedia contra gulam ſunt quinque.

Primum eſt lectio ſeu auditio ſacræ ſcripturæ, Hoc vſus eſt Chriſtus cum tentatus de gula in deſerto dixit,ſcriptum eſt non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de o-

re Dei, ipſe enim ſermo hortatur ad abſtinentiam. Spiritualis etiam cibus inducit obliuionem, & contemptum cibi corporalis.

Secundum eſt elongatio ab his quæ dant occaſionem excedendi in cibo, & potu; vt ſunt dele ctabilitas; varietas nimietas ciborum, propter quòd dicitur, Melins eſt ire ad domum luctus, qnam ad domum conuiuii. Eccleſiaſt.vii. quia in conuiuio ſnnt occaſiones gulæ, & aliorum vitiorum.

Tertium eſt conſideratio cœnæ æternæ ad quam inuitati ſumus, cuius eſuries inducit ſaturitatem, quia beati qui eſurinnt, & ſitinnt propter iuſtitiam, &c. Inuitatus enim ad ſolemne cœnam nõ curat de prandio præcedenti Apoca.decimonono. Beati qui ad cœnam agni nuptiarum inuitati ſunt.

Quartum eſt moderata occupatio. Prouerbiorum vigeſimoprimo deſideria occidunt pigrum noluerunt qnicquam operari manns eius, tota die concupiſcit, & deſiderat. Patitur enim ocioſus famam vniuerſalem, oculi deſiderant videre vanitatem, aures rumores, olfactus odores, gula cibos quam famem non habet occupatio.

Quintum eſt oratio. vnde pſalmns, de neceſsitatibus meis eripe me domine. Neceſsitas eſt enim comedere & bibere; ſed immiſcet ſe gula, & ideo orat ne ſub neceſsitate ſubrepat voluntas. In cuins figuram, Socrus Simeonis quæ tenebatur magnis febribus orantibus Apoſtolis, Chriſtum, pro ea ſanata eſt. Lucæ quarto. Socrus Simonis eſt ſenſualitas, magnæ febres ſunt ſpecies gulæ. Quinq; enim ſunt febres, ſcilicet ephimera quæ durat vna die, & eſt in ſpiritibus phlegmatica, tertiana, & quartana quæ ſunt in humoribus, ſcilicet phlegmate, cholera, quo ad tertiam, melancholica, quo ad quartam ethica quæ eſt in oſsibus. febris eſt exceſsiuus calor, & gula inordinatus appetitus.

De ſtatu Religionis, & de ſtatu perfectionis, & de vita actiua, & contemplatiua. Cap. LXXIIII.

SVpra in iſto Speculo multa de voto in generali tetigimus. Nunc aliqua de Religioſis inueſtigabo, & primum, an ſtatus religionis ſit vitæ ſecularis quo ad meritũ, & ex conſequentè quo ad præmium præferendus. In primis videamus quid ſit religio, & ſtatus ſecularis, capiendo religionem, vel religioſum à religando, triſariam accipitur, vno modo latiſsime, vt omnem Chriſtiannm inclndat, & vocatur Chriſtiana religio apud loquentes, vt in capitulo pro humani, de homicidio, libro ſexto. Secundo modo capitur religio pro eis, qui realiter honeſte viunnt, ſine ſint ſeculares, ſiue clerici. Tertio modo capitur religioſus pro illo, qui aliquam ex religionibus approbatis ab eccleſia profitetur, & veſtes à ſecularibus diſtinctas habet, ſed ſtatus religionis ſiue conuentus religioſorum, in quo fratres religioſe viuunt; eſt ſecurior ad merendum, & peccata vitanda, quam ſtatus ſecularis & mundanus; nam in ſeculo plurimum in auaritia peccatur, vendendo, emendo, & in multis aliis contractibus, peccatur item in luxu, & in ſuperbia vitæ, ſecundum illud primæ Ioannis ſecundo. Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, ab his autem vitiis in bonam religionem cauetur, & vouentur tria, contra ſuperbiam, propriæ voluntatis in manus alterius renuntiatio, contra auaritiam, paupertas, contra carnis concupiſcentiam vouetur caſtitas. ideo ſanctiſsimi patres has religiones inſtituerunt, vt homines prudenter, & caute ad patriam ducerent. itaque ſtatus religionis ſtatu ſeculi eſt perfectior. Sed multi in ſeculo ſaluantur, nam multi ſunt boni laici, & plures ſacerdotes etiam paucis contenti, verbo & exemplo vitæ alios inſtituentes, & ædificantes: caſti, non auari nec aliis vitiis maculati, qui exiſtentes in mundo, mundum non curant, ſed legem Dei quærunt, & quæſitam obſeruant. Sed multi ſunt religioſi vulgares in periculoſo ſtatu ex ſua culpa viuentes, quia non obſeruant regulas quas vouetunt. hinc beatus Auguſtinus in capitulo quantunlibet quadrageſima ſeptima diſtinctione dicit. Sicut difficile ſum expertus meliores quam qui in monaſterio profecerunt, ita non ſum deteriores expertus, quàm qui in monaſterio defecerunt. Et ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus, cap. placuit decimaſexta.q.i. itaque cœnobio relicto ſecnlo ſeſe ingerunt, & in concupiſcentiis carnalibus, & ardoribus in ſeculo moriuntur, & videbis beatum Bernardum, in epiſtola prima, & ſeptima. Sed Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis, quia aliqui ſunt ſtatus in quibus homines melius viuere ſolent quam in aliis, & illi dicuntur ab aliquibus ſtatus perfectionis, in quibus homines obligant ſe cum aliqua ſolennitate ad ſeruiendum deo, vt ſunt epiſcopi, & religioſi, propterea Dionyſius, cœleſtis hierarchiæ.c.v. attribuit perfectionem epiſcopis, tanquam perfectiorib. & in c.vi. eiuſdem lib. attribuit perfectionem religioſis quos monachos vocat. Sed quantumlibet bonã conditionem viuendi, qualis eſt virginitas, viduitas, & coniugium ſtatum vocabo, & perfectio ab aliquibus diuiditur in perfectionem acquirendam, & in perfectionem acquiſitam, prior religioſis, poſterior Epiſcopis conuenit, quia

ſtatus

ſtatus epiſcoporum ſecularium eſt perfectior quam ſtatus religioſorum. & ideo poteſt aliquis tranſire à ſtatu religionis, ad ſtatum Epiſcopalem, capitulo ſtatutum, decima octaua quæſtione prima, facit textus, in capitulo licet. de regularibus. & capitulo veniens. de renunciatione. Sed dicimus religioſos eſſe in ſecuriore ſtatu bene viuendi, quam ſint epiſcopi, fluctibus ſeculi, exponuntur, & ſunt in maiore diſcrimine ſalutis tam in collatione beneficiorum, quàm in adminiſtrandis bonis eccleſiæ, ſed notate. Scribitur Matth. decimonono, ſi vis perſectus eſſe vade, & vende omnia quæ babes, & da pauperibus, id ad implent religioſi. Sed Sanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſimaoctuageſimaquarta, & quæſtione centeſima octuageſima quinta, dicit. non conſiſtit eſſentialls perfectio in renuntiatione actuali bonorum fortunæ, ſed eſt perfectionis inſtrumentum. Vel alio modo poteſt conſiderari ſecundum præparationem animi, vt ſcilicet homo ſit paratus omnia diſtribuere pauperibus ſi opus ſuerit, & hoc directe pertinet ad pfectionem, ad boc autem maxime tenentur epiſcopi pro ſalute ſuæ gregis, & licet ſtatus religionis ad vitam contemplatiuam ordinatur, ſtatns autem epiſcoporum ad vitam actiuam, ſed vtraque vita eſt bona, ſed contemplatiua ſimpliciter eſt melior. tamen vita actiua contemplatiuæ vitæ nõ aduerſatur, ſed ad eam diſponit, dicente Gregorio ſexto moralium. Qui contemplationis arcem tenere deſiderat: prius ſe in campo per exercitium operis probet. Et non ſolum ad contemplatiuam diſponit, ſed cum ipſa ſtat. & ad prælatos non ſolum pertinet vita actiua: ſed etiam debent eſſe excellentes in vita contemplatiua, vnde Gregorius dicit in paſtorali, ſit rector in actione præcipuus, præ cunctis in contemplatione ſuſpenſus. Et de hoc late infra dicemus. item Auguſtin. ſcribit ad Valerium, tranſumptiue in capitulo ante omnia quadrageſima diſtinctione. Nihil eſt in hac vita difficilius, & laborioſius, & periculoſius epiſcopi, & presbiteri officio, ſed apud Deum nibil beatius, &c. Sed actio quæ ſequitur contemplationem procedens ex plenitudine cõtemplationis, ſicut eſt docere, & in regimine animarum laborare, de tali actione dicunt aliqui, quòd eſt melior ipſa contemplatione, de boc vide Nicolaum de Lira, in capitulo decimo Lucæ, vbi de Maria, & Martha, & infra dicemns. Potiſſimus actus vitæ contemplatiuæ eſt ſpeculatio, & notitia Dei conſiderando eius bonitatem, excellentiam, & magnitudinem.

Secundarius actus eſt in conſideratione creaturarum, in quibus relucet Dei immenſitas, & bonitas. Secundum illud Apoſtoli, ad Romanos primo. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpicinntur. Modo iſti actus intellectus, operationibus exterioribus circa proximum, vel actibus illos exteriores imperantibus non aduerſantur, multi enim actus poſſunt ſimul eſſe, vnus in intellectu, & alter in voluntate, vel plures actus in eadem potentia. quare tempore quo epiſcopus exercet ſe circa actus vitæ actiuæ, poteſt etiam actus vitæ contemplatiuæ elicere. Sed actio, quæ ſequitur contemplationem procedens ex plenitudine contemplationis ſicut eſt docere, & in regimine animarum laborare, de tali actione dicunt aliqui, quòd eſt melior ipſa contemplatione, de hoc vide Nicolaum de Lira, in capitulo decimo Lucæ. vbi de Maria, & Martha, vt dixi. & infra dicemus. Itaq; concludo, bene epiſcopatum regens plus meretur, & eſt in ſtatu perſectionis acquiſitæ, & per conſequens melior quam religioſus ſimplex, ſed cum ſtatus epiſcopalis pluribus ſit periculis obnoxius, non eſt adeo ſecurus vt ſtatus religionis, vt iam dixi. Et ſi aliquis diceret epiſcopus poteſt cedere epiſcopatui, & profiteri religionem. &c. Dico ſi epiſcopus ſit idoneus populo non debet ſuas oues relinquere, quia vt Ioannis decimi ſcribitur, bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibns ſuis. Et Apoſtolus ad Philippenſes primo, & quid eligam ignoro, coarctor autem, e duobus deſiderium habens, diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius eſt, permanere autem in carne neceſſarium propter vos, & hoc confidens ſcio quia manebo &c.

Sed ſunt ſex cauſæ ob quas epiſcopi poſſunt petere, & papa conſueuit concedere facultatem cedendi. quæ explicantur, In capitulo niſi, de renunciationibus. & comprebenduntur his verſiculis, debilis, ignarus, maleconſcius, irregularis, quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſsit. Nec hoc eſt aratrnm relinquere, & retro aſpicere, ſed relinquere aratrum quo arare neſcit. Ecce quid eſt ſtatus perfectionis, & quòd epiſcopatus eſt, ſtatu religionis perfectior, à quo quis extrahi poteſt, vt epiſcopatum aſſumat, tamen non deſinit eſſe religioſus, ab auctoritate tamen regulæ ſunt abſoluti, vt iam dixi ſupra in iſto Speculo capitulo duodecimo, loquuti ſumus de vita actiua, contemplatiua, & mixta, & licet cum maiore merito, quis epiſcopatus habenas bene moderando præſit, quam religioni vacando, tamen ſecurior eſt religio, vt dixi, in ea congregatione in qua vera inſtitutio ſeu regula obſeruatur, quia de illa ſemper intelligo, quando de religione loquor eam laudando, itaque in genere autem perfectionis epiſcopi ſe habent, vt perfectiores, religioſi autem vt perfecti, vnde manifeſtũ eſt, quòd ſtatus perfectionis potior eſt in epiſcopis quàm in religioſis. ita Sanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſimaoctuageſima quarta, articulo ſeptimo, & quæſtione centeſimaoctuageſimaquinta. Quod autem dixi epiſcopos eſſe in ſtatu perfectionis acqniſitæ expoſitione indiget.

Nam multi epiſcopi eorum paruam habent perfectionem acquiſitam. Ita Ioan. Maior in quarta, in diſtinctione trigeſimaoctaua, quæſtione ſexta. Religioſi autem vt dixi ſunt in ſtatu per-

fectionis acquirendæ,id eſt ſunt de ſtatu illo in quo adhuc ſunt ſub modio, in quo laborant pro acquiſitione perfectionis,ex quo ſequitur quòd aliqui ſunt in ſtatu perfectionis acquirendæ no minaliter,& non in ſtatu perfectionis acquirendæ participaliter. Eſſe ergo in ſtatu perfectionis acquirendæ,non eſt eſſe in via qua propinque magna perfectio acquiritur; ſed eſt virum eſſe aſtrictum perpetuo ad cultum diuinum,cum quadam ſolennitate vt diximus.& de hoc vide Ioannem Gerſon circa finem primæ partis. Et notabis quòd dicentes, vel defendentes quòd fratres prædicatores,& minores non ſint in ſtatu perfectionis ſunt excommunicati, & abſolutio papæ reſeruatur,de hoc vide in iſto Speculo in c.xx.

Circa religionis materiam quæritur an ſtatus curatorum, ſit ſtatus perfectionis, vel rectorum,& dico quòd plebani, vel Archipresbyteri, vel Archidiaconi, & alii curam animarum habentes ſunt in ſtatu perfectionis,per gloſſam marginalem.Matth.xxiiii.dicentem. Tres ſunt ſtatus hominum ſolum,ſcilicet coniugati,qui ſignificatur per Iob. Rectores qui ſignificantur per Noe qui arcam rexit,contemplatiui,& continentes,qui ſunt in ſtatu perfectionis, & ſignificantur per Danielem; & presbyteri curati ſunt inſtitutione Chriſti,vt in capitulo decimo Lucæ, & ex inſtitutione apoſtolorum,vt in capitulo in nono teſtamento,vigeſimaprima diſtinctione. Et curati ſeptuagintaduo diſcipulis Chriſti ſuccedunt,& Apoſtolis epiſcopi ſuccedunt, vt in dicto capitulo in nouo teſtamento.vbi litera dicit,decedentibus Apoſtolis in loco eorum ſurrexerunt epiſcopi,ſequitur text.videntes autem,& ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos,rogauerunt dominum meſsis,vt mitteret operarios in meſſem ſuam, vnde ab eis electi ſunt ſeptuagintaduo diſcipuli quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loco ſunt conſtituti in eccleſia.itaque beneficiati curati, & beneficiati coadiutores curatorum ſunt ex inſtitutione Chriſti,& Apoſtolorum,& in loco diſcipulorum,vt dixi,ſunt conſtituti in eccleſia.Et nota text.vnicum ſecundum Panormitanum in capitulo quod Dei,de ſtatu monachorum, vbi ſecundum verum intellectum probatur, quòd cum vouente intrare religionem Papa poteſt diſpenſare in voto non completo: vt acceptet eccleſiam curatam propter maius bonum, quia hoc poteſt,ſibi prodeſſe & aliis,ſed in monaſterio tantum ſibi,& ſic ex gloſſ.argu.e,quòd magis meretur presbyter parochialis rectè exercendo officium ſuum,quam ſimplex religioſus. Et ſi permittitur prælato dimittere prælaturam,& intrare religionem,dic quòd illud permittitur,quia vita monaſtica eſt tutior,quam vita quæ ſit in ſeculo. quia illa eſt periculoſior, & de hoc vide in capitulo licet,de regularibus. itaque omnis ille ſtatus,qui ſuccedit ſtatui diſcipulorum Chriſti eſt perfectus,ſic eſt de ſtatu curatorum,igitur &c. præterea omnis ille ſtatus, qui ordinatur ad hierarchiam in politia Chriſtiana,purgando,proficiendo,& illuminando,eſt perfectus, ſic eſt de ſtatu curatorum,& omnis ille ſtatus eſt perfectionis,qui conſuluitur,vel inſtituitur à Chriſto,in quo vt dixi ſunt epiſcopi,& curati,Apoſtolis,& diſcipulis ſuccedentes,virginitas,ſeruare opera conſilii firmiter,ſiue ex voto,ſiue non, & alii modi quibus homines ducuntur ad æternam beatitudinem. Summatim dicta in hoc capitulo reſumendo patet,aliquos eſſe ſtatus perfectionis,aliquos imperfectionis.

Status illi perfectionis vocantur,in quibus antiquitus homines bene vixerunt, vt Apoſtolatus,& diſcipulatus,apoſtolorum,& diſcipulorum Chriſti: virginitas, & alii in quibus illorum loco ſucceſſerunt epiſcopi,curati,vt dixi,& prælati medii, vt Abbates, Archidiaconi,Archipresbyteri,Decani,curam animarum habentes,& ita eſt de ſtatu religioſorum, qui quodammodo Apoſtolos Chriſti imitati ſunt,& licet religioſi non bene vixerint; adhuc eorum conditio viuendi vocaretur ſtatus perfectionis,& in omnibus his modis multi perfectè viuunt, vt pote in epiſcopatibus,in curis inferioribus,in virginitate,in viduitate,& in religione. Vlterius credo,vt ſuperius dixi,ſtatum religioſorum vbi eſt regulariter ſeruata eſſe ſecuriorem, vt plurimum ad ſaluandas animas hominum.

Sed concludendo dico,de ſtatu perfectionis non eſſe ſerioſe contendendum, ſed de bona vita quam aliqui habent in inferiore ſtatu,quia venenum charitatis eſt cupiditas,perfectio nulla cupiditas,& talis perfectio poteſt,in hac vita haberi,Auguſtin.in libro quæſtio. quæſtione octuageſimatertia,beatus Thomas in ſecunda ſecundæ,quæſtione octuageſimaquarta, ad ſecundum. & in carentia bonorum temporalium perfectio Chriſtiana non eſt poſita, quia inter magnas diuitias poteſt,perfecta charitas haberi,ſicut fuit in Abraham, Iſaac, & Iacob, &c. repugnat quidem perfectioni,cupiditas,& ſolicitudo nimia habendi,abſtrahens à diuinis,& ſpiritualib.ideo epiſcopi, & ſacerdotes non conſtringuntur ad paupertatem,aut renunciationem bonorum temporalium,capitulo Epiſcopi, cum ſimilibus, duodecima quæſtione prima. dico præterea ſtatum curatorum verſari circa obiectum difficilius ſeruatu, quàm ſtatum religioſorum ſimplicium difficultate proueniente ſine eorum culpa, & ipſis dantibus operam rei licitæ, & hoc æque meritum auget, ac ſi proueniret ex parte obiecti. de voto paupertatis, & de voto continentiæ, & de voto obedientiæ, videte Ioannem Maiorem in quarta, in diſtinctione trigeſimaoctaua. & in quæſtione vigeſima, videbis, An ſit meritorum religioſos non religioſe viuentes

uentes reformare. & an monachi poſsint habere proprium ex conſenſu papæ. Vide Abbatem in cap. monachi. de ſtatu monachorum. & ibi dicitur quod electio facta de indigno transfert, poteſtatem eligendi in ſuperiorem, & notabis quod priuilegium conceſſum alicui ordini propter arduitatem regulæ perditur, ſi regula nõ obſeruatur, vt in capit. recolentes, de ſtatu monachorum. & ibi etiam notatur, quòd ſi fratribus minoribus relinquatur res immobilis, vel illud quod tenere non poſſunt debent illud vendere, vel in elemoſynam erogare. Notabis etiam quòd canonici regulares non debent habere bona in particulari. Nam profitentur tria ſubſtantialia regulæ ſicut monachi, vide textum, & docto. in capit. ſuper, de ſtatu monachorum. Sed correctio monachorum ſpectat principaliter ad Abbatem proprium, non autem ad epiſcopos niſi in defectum Abbatis, vt in capit. quanto, & quòd ibi notatur de ordinario. & vide pleniſsime de poteſtate Abbatum in monachos, per Panormita. in capitulo ſi quis, contra clericum. in repetitione ſua, de ſoro competenti. Sed notabis quòd in religioſis debet ſeruari æqualitas in cibis, & in pœnis, & ſimilibus niſi ſint mul tum delicati, & male complexionati, ita Doctor. poſt gloſſ. in capitulo finali de ſtatu monachorum. Sed in iſta materia notabimus, quòd aliqui ſunt religioſi mendicantes honeſte, & ſancte viuentes, vt ſunt quatuor religionum mendicantes ab eccleſia approbati, ſcilicet prædicatores minores Auguſtinen. ſiue heremitani, & Carmelitæ, qui nunc ſunt per eccleſiam latiſsime diſperſi quibus mendicare lice. itaque epilogando dico religiones quatuor mendicantium rationabilter inſtitutas, quòd à ſigno patet. Nam egregios, & ſanctos viros in litteris & moribus in eccleſiam emiſit. Et prædicatores quotidie emittit in vineam domini, ad declamãdum in templis, & ad ſupplendas vices ineruditorum curatorum. & an religioſi mendicantes poſsint habere agros, & poſſeſsiones, vel perpetuos redditus in parte, vel io toto, loquũtur theologi ſacri, Sed in materia præſentis capituli, vos videte Goffeed. & Hoſtienſem, in ſuis ſummis, in titulo de ſtatu monachorum, & ibi videte doctor. & videte etiam in titulo de conuerſione cõiugatorum, & v. dete etiam in titulo. de capellis monachorum, & vide capitulum duodecimum ſupra in iſto Speculo. Sed aliqui tenent, quòd perfectio ſolis epiſcopis attribuitur non curatis, ſed tenentes contrarium, non reſpondent ad fundamẽta adducta in iſto capitulo ergo, &c. & vide Sanctum Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſimaoctuageſima quarta, & ibi vide Caietanum, ideo vos cogitate, & epiſcopi dicuntur maiores, & presbyteri minores, & iſta diſſinitio fuit neceſſaria ad ſchiſmata vitanda, & tempore Apoſtolorum fuit etiam diſtinctio, ſed notate quòd clerici habentes curam animarum debent ſcire articulos fidei explicite, vt in capitulo primo, & ſecundo, trigeſimaoctaua diſtinctione, layci implicite. explicite ſcire, eſt explicare articulos fidei, diſtinguere, & defendere, implicite credere eſt ſecundum quòd eccleſia credit facit tex. in capitulo ignorantia trigeſimnoctaua diſtinctione in iſto Speculo. & vide in. c. viii.

Diximus ſupra in iſto Speculo de perfectione, & videtur quòd nullus in hac vita poſsit eſſe perfectus, ſed contra eſt quia lex diuina nos inducit ad perfectionem, ſecundum illud Matth. v. Eſto te perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. & perfectio vitæ Chriſtianæ in charitate conſiſtit. ſed poteſt triplex perfectio conſiderari, vna quidem abſoluta, & talis non eſt poſſibilis alicui creaturæ.

Alia autem eſt perfectio, quæ attenditur ſecundum totalitatem abſolutam, & iſta perfectio nõ eſt poſſibilis in via, ſed erit in patria. Tertia autem eſt perfectio quæ neque attenditur ſecundum totalitatem ex parte diligibilis: neque ſecundum totalitatem ex parte diligentis quantum ad hoc quòd ſemper actu feratur in Deum: ſed quantum ad hoc quòd excludãtur ea quæ repugnãt motui dilectionis in Deum ſicut Auguſtin. dicit in libro octuageſimotertio quæſtionum quòd venenum charitatis eſt cupiditas. perfectio nulla cupiditas, & talis perfectio poteſt, in hac vita haberi. & hoc dupliciter, vno modo in quãtum ab effectu hominis excluditur omne illud quòd contrariatur charitati, ſicut eſt peccatum mortale, & ſine tali perfectione charitas eſſe nõ poteſt, vnde eſt de neceſsitate ſalutis. Alio modo in quantum ab effectu hominis excluditur non ſolum illud quod eſt charitati contrarium, ſed etiam omne illud quòd impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, ſine qua perfectione charitas eſſe non poteſt. puta in incipientibus, & proficientibus. ita Sanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſimaoctoageſimaquarta, articulo ſecundo, & ibi in articulo tertio, dicit, vtrum perfectio conſiſtat in præceptis, an in conſiliis, & in articulo quinto dicit, vtrum religioſi, & prælati ſint in ſtatu perfectionis. & in articulo ſexto tractat, vtrum omnes prælati eccleſiaſtici ſint in ſtatu perfectionis. & in articulo ſeptimo tractat, vtrum ſtatus religioſorum ſit perfectior quam ſtatus prælatorum.

Quia diximus aliqua de vita actiua, & cõtemplatiua ſupra in iſto Speculo, nunc de mente ſancti Thomæ, & aliorum Doctorum, dico quòd vita contemplatiua præcipue ordinatur ad Dei contemplationem, & Beatus Bernardus in libro de conſideratione dicit, quod prima contemplatio, & admiratio maieſtatis.

Secunda eſt Dei iuditiorum. Tertia eſt beneficiorum ipſius. Quarta eſt promiſſorum, & Gregorius dicit, quod in contemplatione, principium quod Deus eſt quæritur, & Apoſtol

ad Rom.c.i.dicit, inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, vt diximus. Sed ſupremus gradus contemplationis preſentis vitæ eſt qualem habuit Paulus in raptu, ſecundum quem fuit medio modo ſe habens inter ſtatum præſentis vitæ,& futuræ, ſed vita contemplatiua ſecundum ſtatum huius vitæ non poteſt, pertingere ad viſionem diuinæ eſſentiæ, per hoc ergo quòd Iacob dixit, Vidi Deum facie ad faciem, non eſt iotelligendum quòd Dei eſſentiam viderit ſed quòd formam.ſ.imaginariam vidit,in qua Deus locutus eſt ei,vel quia per faciem quemlibet cognoſcimus,cognitioocm Dei faciem eius vocauit,ſicut gl.ordinaria ibidem dicit. Et contemplatio maximam habet delectationem,ideo dicitur Sapientiæ.8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tedium conuictus eius; ſed lætitiam & gaudium. & Greg. dicit ſuper Ezech. quòd contemplatiua vita amabilis valde dulcedo eſt. quia vita contemplatiua præcipue conſiſtit in contemplatione Dei; ad quam mouet Chriſtus; inde eſt quod in vita contemplatiua non ſolum eſt delectatio ratione ipſius contemplatioois,ſed etiam ratione diuioi amoris, & quantum ad vtrunque eius delectatio omnem delectationem humanam excedit. Vnde io Pſalmo dicitur, guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus.& Greg.dicit ſuper Ezech.cum Deus iam per deſiderium, & intellectum cognoſcitur; omnem voluptatem carnis arefacit.& Luc.x. legitur. Maria optimam partem elegit quæ noo aufertur ab ea, Et per Mariam ſignificatur vitam contemplatiua,& deſcribitur, ſecus pedes domini aſsidue ſedens. Ergo contemplatiua vita, potior eſt quam actiua. Et per Mariam ſignificatur vita actiua. Et Greg.dicit vita contemplatiua hic incipit, & in cœleſti patria perficiatur, quia amoris ignis qui hic ardere inchoat cum ipſum quem amat viderit in amore ipſius amplius igneſcit,& maior eſt delectatio vitæ contemplatiuæ,quam actiuæ,vnde Auguſt.dicit,de verbis domini, quòd Martha turbabatur.Maria epulabatur. & vita contemplatiua magis propter ſe diligitur; vita autem actiua ad illud ordioatur, vnde in Pſalm. dicitur, vnam peti à domino hanc requiram,vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ; vt videam voluntatem domini.Et in vita contemplatiua eſt homo magis ſibi ſufficiens, quia paucioribus ad eam indiget. vnde vt dixi dicitur Luc.x. Martha Martha ſollicita es; & turbaris erga plurima. Et vita contemplatiua conſiſtit in quadam vacatione, & quiete.Secundum illud vacare & videre quoniam ego ſum Deus. Et vita contemplatiua eſt ſecundum diuina; vita autem actiua eſt ſecundum humana. Et dominus dixit Luc.x. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.quod expooens Auguſt. de verbis domini dicit. Non tu malam,ſed illa meliorem,audi vnde meliorem? quia non auferetur ab ea. Et hoc eſt quòd Greg.dicit ſuper Ezech. quòd actiua vita ſeruitus; contemplatiua autem libertas vocatur. Et illud quòd dicitur, quòd ad opera vitæ actiuæ interdum aliquis à contemplatione a vocatur propter aliquam neceſsitatem præſentis vitæ,noo tamen hoc modo quòd agatur aliquis totaliter contemplationem deſerere, vnde Augu. xix.de ciuitate Dei dicit. Ocium ſanctum quærit charitas veritatis, negotium iuſtum.ſ.vitæ actiuæ ſuſcipit neceſsitas charitatis,& ſic patet quòd cum aliquis à contemplatiua vita ad actiuã vocatur,non hoc fit per modum ſubtractionis, ſed per modum additionis. Et ſicut cõtemplatio eſt actus vitæ contemplatiuæ,ita & oratio,& vita contemplatiua eſt maioris meriti quã actiua. ideo dicit Greg.in.vi.moralium. Magna ſunt vitæ actiuæ merita,ſed contemplatiuæ potiora. quia vita contemplatiua directe,& immediate pertinet ad dilectionem Dei dicit enim Augu.in.xix. de ciui.dei.quòd Ocium ſanctum.ſ.contemplatiuæ vitæ quærit caritas veritatis.ſ. diuinæ, cui potiſſime vita contemplatiua inſiſtit,ſicut dictum eſt. Et ideo ex ſuo genere vita cõtemplatiua eſt maioris meriti,quàm actiua & hoc eſt quòd Greg.dicit ſuper Ezech. Vita contemplatiua eſt maior merito quam actiua,quia actiua in vſu præſentis operis laborat in quo neceſſe eſt proximis ſubuenire:illa vero.ſ.vita contemplatiua ſapore intimo venturam iam requiem deguſtat.ſ.in contemplatione dei poteſt tamen contingere quòd aliquis in operib. vitæ actiuæ plus mereatur quàm alius in operibus vitæ contemplatiuæ: puta ſi propter abundantiam diuini amoris, vt eius voluntas impleatur propter ipſius gloriam interdum ſubſtinet à dulcedine diuinæ contemplationis ad tempus ſeparari, ſicut Apoſt. dicebat ad Ro.ix. optabam ego ipſe Anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Sed ad vitam contemplatiuam neceſſaria eſt quædam vacatio mentis, ſecundum illud Pſal. vacate & videte quoniam ego ſum Deus. vt dixi. Sed qui contemplationis arcem tenere deſiderãt: prius ſe in campo per exercitium operis probent, vt ſollicite ſciant ſi nulla iam mala proximis irrogant, ſi irrogata proximis equanimiter Portant. ita B.Greg.in.c.vii.moraliũ. & notabis ex ſupra dictis quòd vita contemplatiua directe pertinet ad delectionem Dei, vita autem actiua ad dilectionem proximi,ſed ex bono opere tenditur ad contemplationem. Sed aduerte quia ſtatui prælatorum non ſunt propria opera vitæ actiuæ,ſed ſtatui eorum conueniunt, & opera vitæ actiuæ, & opera vitæ contemplatiuæ,& actiua vita eſt panem eſurienti tribuere, verbo ſapientiæ neſcientem docere, ſed quandoque doctrina pertinet ad vitam actiuam, quãdoque ad vitam contemplatiuam, ita S.Th.ii.ii.q.clxxxi.art.iii. & ex ſupra dictis concludo,quòd ſtatus prælatorum neq; actiuus,neq; contemplatiuus eſt: Sed ex vtroque mixtus, eſt enim tertius viuẽdi genus, vt Auguſtin. & Gregor. expreſſe dicunt. itaque proprium prælati eſt. ſ. contemplari & agere.

agere, & perfectius eſt, quàm opus contemplatiuum, & quam opus actiuũ, vnde & dominus nõ dixit de Maria, quòd optimum ſibi elegit, ſed quòd elegit ſibi optimam partem. Melior enim eſt pars contemplatiua, quam pars actiua, vtraque tamen parte melius eſt ipſum totum; quod proprium eſt ſtatui prælatorum. ita doctiſsimus Caiet. in commen. in d. q. clxxxi. art. ii. & quæ differentia ſit inter beneficium curatum, & eccleſiam parochialem, videte gl. in cle. i. de off. vic. & videte tex. in c. dudum. el. ii. de elect. & videte doc. in c. cum in illis. de præb. in. vi. per Rotam in deciſ. xlix. quæ incipit, item fuit dubitatum vtrum præpoſitura. & videte Spec. in tit. de leg. §. videndum eſt. & vide gl. in. c. i. de æta. & qual. per Arch. in. c. i. de filijs presby. libr. vi. & prædicatio eſt officium curæ, gl. in cle. i. de regula, & in clemen. dudum. de ſepul. videbis bo. tex & ibi doct. & videbis tex. in. c. ignorantia. xxxviii. diſt.

De pœnitentia in quo inſaniam, & errorem, & hæreſim multorum confundemus. Cap. LXXV.

IN ſermone epiſcopali ſupra in iſto Speculo ſcribendo de ſacramentis eccleſiæ diximus multa de ſanctiſsimo ſacramento pœnitentiæ, & quia confeſsio aperit paradiſum, dicemus in præſentia aliqua ducente Deo maximo, etiam de ſacramento pœnitentiæ ſub correctione ſanctæ matris Romanæ eccleſiæ, & ſacri Summi Rom. Pont. & in primis aſſerimus firmiter, & fideliter neminem à peccato poſſe mundari ſine confeſsione oris, & ſatisfatione operis, ſi tempus ſatisfaciendi habuerit, præcedente cordis contritione, vnde dominus ait per prophetam, dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. i. à peccato munderis, vel bonis operibus replearis. Item Ambr. in lib. de paradiſo. Non poteſt quiſque à peccato iuſtificari niſi peccatũ ante fuerit confeſſus. Idem in ſermone quadrageſimæ. Ecce nunc acceptabile adeſt, in quo confeſsio animam à morte liberat. Cõfeſsio aperit paradiſum. confeſsio ſpem ſaluandi tribuit. vnde ſcriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. his verbis reſpondetur quia non meretur iuſtificari qui in vita ſua peccata noluit confiteri. illa ergo confeſsio nos liberat à morte que fit cum pœnitentia. Pœnitentia vera eſt dolor cordis, & amaritudo animæ, pro malis quæ quiſque commiſit, vel conſentit. Pœnitẽtia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Item Ioannes os aureum, Perfecta pœnitentia cogit peccatorum omnia libenter ſufferre: in corde enim contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas, hæc eſt fructifera pœnitentia. Non poteſt quis gratiam Dei cœleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati, per pœnitentia confeſsionem, per donum baptiſsimi ſalutaris. Idem Auguſt. Nullus debite grauioris pœnæ accipit veniam; niſi qualẽcunq; et ſi longe minorem quam debeat pœnam ſoluerit. ita. n. impartitur à Deo largitas miſericordiæ, vt non relinquatur iuſtitia diſciplinæ. idem Vincentio. Neminem putes ab errore ad veritatem, & à quocunque ſeu magno, ſeu paruo peccato ad correctionem ſine pœnitẽtia poſſe trãſire. Idem de pœnitentia. Agite pœnitentiam qualis agitur in eccleſia, vt oret pro vobis eccleſia nemo dicat ſibi occulte ago; apud Deum ago: nouit Deus, qui mihi ignoſcat quæ in corde ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt, quæ ſolueris in terra ſoluta erunt in cœlo. ergo ſine cauſa claues datæ ſunt eccleſiæ, dei fruſtramus euangelium Dei, fruſtramus verbum Chriſti ſi promittimus vobis; quòd illi negant nonne vos decipimus? Iob dicit. Si erubui in conſpectu populi peccata mea cõfiteri: abſque ideo. Si non potuiſtis vel voluiſtis habere pudicitiam coniugalem, ſeu continentiã & deuiaſtis à propoſito vel vinculo coniugali, vel deuotione cõtinentiæ, ſit in vobis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Apertius dico nemo dicat non intellexi, quia poſt vxores veſtras illi cito cõcubitu vos maculaſtis: ſi præter vxores veſtras cum aliqua concubuiſtis. agite pœnitentia &c. item ſuper Exodum. Hierony. (inquit) Aron & omnes presbyteri de Iſrael manducate panem cum ſocero Moyſi in conſpectu dei. omnia ergo quæ faciunt ſancti in conſpectu dei faciunt, peccatores autem à conſpectu dei fugiunt. denique ſcriptum eſt, quòd Adam poſtquam peccauit fugit à conſpectu dei, & interrogatus reſpondit (inquit) Audiui vocem tuam & abſcondi me, quia nudus eram. Sed & Cayn de fratricidio condemnatus à deo, exiit (inquit) à facie dei & habitauit in terram Naim. Exiit ergo à facie dei, qui indignus eſt conſpectu eius: ſancti autem manducant, & bibunt in cõſpectu dei, & omnia quæ agunt in conſpectu dei agunt. Ego amplius adhuc locũ præſentem diſcutiens, video, quod qui pleniorem dei ſcientiam accipiunt, & plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis, iſti etiam ſi malum faciunt coram deo faciunt, & in conſpectu eius faciunt. Sicut ille qui dixit, tibi ſoli pec. & ma. co. te. &c. quid ergo plus habet qui malum corã deo facit? illud profecto, qui continuo pœnitet, & dicit peccaui, qui autem diſcedit à conſpectu dei, neſcit conuerti, & peccatum purgare pœnitẽdo hoc ergo intereſt malum coram deo facere, & à conſpectu dei diſceſsiſſe peccantem. Item Auguſt. Sed & continuo qui dixerat ſicut adama, faciam te Seboimq;, quæ duæ vrbes ex vicina Sodomorum parilis excidii traxere conſortium. Conuerſum eſt (inquit) cor meum in me metipſo: conturbata eſt anima mea, non faciam ſecundum iracundiam

cundiam furoris mei,non ne ergo apparet quòd ideo nobis peccantibus indignatur dominus Ieſus,vt indignationis ſuæ terræ nos conuertat?indignatio ergo eius non vltionis executio,ſed magis abſolutionis operatio eſt.Item Ambr.in lib.de paradiſo.Serpens decepit me, & manducaui.

Venialis culpa quam ſequitur profeſsio delictorum,ideo non deſperata mulier quæ non reticuit deo,ſed magis confeſſa peccatum eſt; quam medicinalis ſententia ſecuta eſt,bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto; vt cum hominibus flagellemur. denique Cayn,qui voluit crimen negare indignus iudicatus eſt,qui puniretór in peccato,ſed remiſſus eſt ſine præſcriptione pœnæ,fortaſſe non tam reus maiori crimine parricidii,quàm ſacrilegii.illud enim cōmiſit in fratrem quòd deo credidit mentiendum; dicens, neſcio.nunquid ego cuſtos fratris mei ſum? ideo accuſatori diabolo eius accuſatio reſeruata eſt, vt cum eo angelis flagelletur qui cum hominibus noluit flagellari,nam paſtor ille euangelicus lapſam ouem vexiſſe.& Salomon ait.Noli eſſe nimis iuſtus,debet enim iuſtitiam temperare moderatio.nam quemadmodum tibi curandus præbeatur quem faſtidio habes,qui contemptui ſe nō compaſsioni medico ſuo futurum putet. itaq; qui non vult in futuro puniri pro peccato, agat hic pœnitentiam & confiteatur,quia fecit ea ſalutem obtinuit, Caym autem quia noluit reſeruatum eſt eius peccatum æternaliter puniendum.Libenter Ignoſco: prompte indulgeo miſericordiam magis volo quā ſacrificium:quia per ſacrificium iuſtus commēdatur,per miſericordiam peccator redimitur.Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitētiam,in lege ſacrificium,in euangelio miſericordia eſt,lex per Moyſem data eſt per me gratia.Item Leo epiſcopus Theodoro Foroliuien.epiſcopo.Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus humanis ſubuenit,vt non ſolum per baptiſmi gratiam,ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ.vt quæ dona regnationis violaſſent: proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſsionem criminum peruenirent, ſic diuinæ voluntatis præſidiis ordinatis,vt indulgentiam dei niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequeant obtinere, mediator enim dei,& hominum;homo dominus Ieſus Chriſtus,hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem,vt confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent,& eadem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et poſt pauca. Si autem aliquis eorum pro quibus domino ſupplicamus quocunque inter ceptus obſtaculo, à munere indulgentiæ præſentis exceſſerit priuſquā ad conſtituta remedia perueniat temporalem vitam humana conditione finierit, quòd manens in corpore non recipit, conſequi carne exitus non poterit.& poſt pauca. His autem qui tempore neceſsitatis, & periculi vrgentis inſtantia pœnitentiæ præſidium, & mox reconciliationis implorant,nec ſatisfatio interdicenda eſt, quia miſericordiæ dei nec mēſuram poſſumus ponere nec tempore definire,apud quē nullas patitur moras veniæ conuerſio.Et item.ita ergo neceſsitati auxiliandum eſt,vt nec actio illius pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam etiam amiſſo vocis officio per Indicia integri ſenſus quærere comprobentur, quòd ſi ita aliqua ægritudine fuerit aggrauati, vt quòd paulo ante poſcebant,ſub præſenti ſignificare non valeant,teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt,ſimul tamen,& pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur ſeruata tamen regula canonum paternorum circa earum perſonas,quæ in dominica fide diſcedendo peccauerint.Item.Ambr.Nemo poteſt bene agere pœnitentiam,niſi qui ſperauerit indulgentiam,ſed negant his oportere cōmunionem reddi,qui præuaricatione lapſi ſunt,deus autem nullum crimē excepit,qui peccata omnia donauit intellige hoc de finali pœnitentia.Item.Ambr.Verbum dei dimittit peccata ſacerdos eſt iudex.Sacerdos quidem ſuū officium exhibet & nullus poteſtatis iura exercet: Et paulo poſt;dominus per ius & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi,qui vtrunque pari ius conditione permiſit,ergo qui ſoluendi ius non habet,nec ligandi habet.& infra. Certum eſt quòd eccleſiæ vtrunque licet.Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus,recte igitur eccleſia hoc vendicat,quæ veros habet ſacerdotes.hæreſis vendicare non poteſt, quæ ſacerdotes dei nō habet. item in eodem.Poteſt fieri vt aliquis victus ſuppliciis ſermone neget deum,& corde adoret,nunquid eadem eſt cauſa eius qui ſponte negat,& ius quem tormenta inclinauerunt ad ſacrilegium? Non quoniam indignum eſt cum apud homines valeant certaminis gratia, apud deum non valere aſſeritur.nam ſæpe in hoc athletarum ſeculari certamine,etiam victos quorum fuerūt certamina probata,hominum vulgus cum victoribus coronare conſueuit,maxime quos forte vi derit,aut dolo, aut fraude excuſſos victoria,& Chriſtus ipſe athletas ſuos quos viderit grauibus pauliſper ceſsiſſe ſuppliciis ſine venia patietur permanere? nunquid non habebit remunerationem laboris qui etiam aliquos proiecit? & infra.Dicis Petro excuſanti ne eius pedes lauares, niſi lauero tibi pedes non habebis partem mecum.quid ergo iſti conſortium tecum poſſunt habere, qui claues regni cœlorum non ſuſcipiunt, negantes quòd peccata dimittere debent, quòd recte quidem fatentur de ſe non enim habent Petri hæreditatem, qui ſedem Petri non habent, quam impia diuiſione diſcerperunt.& paulo poſt.ægritudo carnis peccatum repellit; luxuria autē carnis culpam abolet.Illuditur ergo diabolus,vt ſeipſum morſu ſuo vulneret,& cōtra ſe armet. quē debilitandum eſſe putauit.& infra.quod nocet corpori ſuo iuuat ſpiritum,& paulo poſt. Sicut

ſemel

ſemel pro omnibus immolatus eſt Chriſtus,ita quotieſcunq; peccata donantur corporis eius. Sacramentum ſumimus, vt per ſanguinem eius remiſsio peccatorum detur, ergo euidétiſsime domini prædicatione mandatum eſt,etiam grauiſsimi criminis reis ſi ex toto corde manifeſta confeſsione peccati pœniteotiam agant ſacramenti cœleſtis gratiam perfundendam.Idem. Quantũlibet ergo mortui fœtor ſit; aboletur omnis vbi ſacrum redolcuerit vnguentum, & ſurgit defunctus,& ſolum iubentur eius vincula qui adhuc in peccato eſt : tollitur velamen de facie eius qđ veritatem gratiæ,quam acceperat obumbrabat. Sed quia veniæ donatus eſt; reuelare faciem, aperire vultum iubetur.noo.n.habet quod erubeſcat,cui peccatum dimiſſum eſt. in tanta.n.gratia domioi tantoq; diuini muneris miraculo,cum oporteret vniuerſos lætari commouebantur impii : & aduerſus Chriſtum concilium congregabat,Lazarum quoq; interficere volebant: nonne merito eorum ſucceſſores vos eſſe cognoſcitis,quorum duritiæ hæredes eſtis? nam & vos indignamini,& contra eccleſiam congregatis concilium quia videtis mortuos in eccleſia reuiuiſcere: & peccatorum indulgentiæ reſuſcitari.itaque(quòd in vobis eſt) per inuidiam rurſus vultis interficere reſuſcitatos,ſed Ieſus non reuocat beneficia; immo liberalitatis cumulos amplificat; reuiuiſcit ſolicite ſuſcitatus,& celebrata reſurrectionis gratia lætus ad cœnam venit.

Item Ambr. His poteſtatis ſui gratiam negat,quæ in remiſsione peccatorum eſt,qui cœleſtem eius poteſtatem diabolico ſpiritu ſeparant ab eccleſia Dei; vt omnium temporum hæreticos,& ſciſmaticos comprehenderet,quibus indulgẽtiam negat,quia omne peccatum circa ſingulos eſt ac vniuerſos,& infra. Quid mirum ſi ſalutem negatis aliis,qui veſtram recuſatis? licet & illi nihil à vobis differant qui à vobis pœnitentiam petunt. arbitror enim ꝙ & Iudas potuiſſet tanta miſeratione domini non excludi à venia,ſi pœnitentiam non ſolum apud iudæos,ſed apud Chriſtũ geſsiſſet.& paulo poſt.qui agit pœnitentiam non ſolum diluere peccatum lacrimis debet,ſed etiã emendationibus operire,& tegere delicta ſuperiora,vt non imputetur ei peccatum. Item Ambr. Nonnulli.n.ideo poſcunt pœniteotiam, vt ſtatim ſibi communionem reddi velint.hi non tam ſoluere ſe cupiunt quàm ſacerdotem ligare; ſua.n.conſcientia non tam ſe exuunt, quàm ſacerdotem induere cupiunt,cui præceptum eſt, Nolite dare ſanctum canibus, neque miſeritis margaritas ante porcos,hoc eſt immundis ſpiritibus ſacræ communioois,oon ſunt facile tribuenda conſortia. Item Ambr.in eodem. Sunt qui arbitrantur hanc eſſe pœnitentiam ſi abſtineãt à ſacris cœleſtibus,hi ſeueriores in ſe iudices ſunt quia pœnam præſcribunt ſi remedium declinãt quos ob pœnam conueniebant dolere,quia cœleſti fraudarentur gratia.& paulo poſt. facilius autem inuenitur qui innocentiam ſeruauerit quam qui congrue egerit pœniteotiam peccati. vbi acquirẽdæ ambitio dignitatis,vbi vini effuſio,vbi ipſius copulæ cõiugalis vſus renuntiãdum ſeculo eſt; & ipſi ſomno minus indulgendum eſt quam natura poſtulet,interpellandum eſt gemitibus, irrũpendum eſt ſuſpiriis ſequeſtrandum eſt orationibus, viuendum eſt ita vt in tali vita huic moriatur viui,ſemetipſum homo abneget,& totus immutetur. Nemo io peccatis poſitus arrogare ſibi debet autoritatem,aut vſurpatione ſacramentorum,quia ſcriptum eſt peccaſti quieſce.i.abſtine à ſacramentis.dicimus ergo agendam pœnitentiam,& eo tempore quo culpa deferueſcat luxuriæ,alias deſueſcat.Et in peccati captiuitate poſitos reuerentiores non vſurpatores eſſe debere. Nam ſi Moyſi accedere propius geſtienti cognitionem cœleſtis miſterii audires dici? Solue calciamenta pedum tuorum quanto magis animæ noſtræ pedes exuere vinculis corporalibus,& nexu mundi iſtius greſſus eius debemus abſoluere? & infra. Nihil eſt quòd tam ſummi doloris ſit quàm ſi vnuſquiſque poſitus ſub captiuitate peccati recordetur,vnde lapſus ſit, atque vnde ceciderit.& quòd ad corporea atque terrena ab illa ſpetioſa, & pulcra diuinæ conditionis intentione defluxerit. Item Cypr.epiſcopus. Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe vt dandã non putent lapſis pœnitentiam,aut pœnitentibus extiment veniam denegandam, cum ſcriptum ſit. Vnde cecideris memento,& age pœnitentiam,& priora opera fac,quòd vtique ei dicitur quem cõſtat cecidiſſe,& quem dominus hortatur per opera rurſus exurgere, quia ſcriptum eſt. Elemoſina à morte liberat:non vtique ab illa morte liberat qua ſemel Chriſti ſanguis extinxit, & à qua nos ſalutaris baptiſmi,& redemptoris noſtri gratia liberauit,ſed ab ea quæ per delicta poſtmodũ ſerpit. Item Hieron. Importuna in euangelio mulier tandem meruit audiri,& cum ſeris oſtio media licet nocte ab amico amicus panes tres accepit,deus ipſe qui nullius intra ſe ſeparari viribus poteſt,publicani precibus vincitur,vel ſeparatur: Niniue ciuitas quæ peccato periit flectibus ſtetit,quorſum iſta tam longo repetita principio? Videlicet,vt paruum magnus aſpicias, vt diues paſtor morbidam ouem non contemnas. Chriſtus in paradiſum de cruce latronẽ tulit,& ne quis aliquando ſeram conuerſionem putaret, fecit homicidii pœnam martyrium. Chriſtus in quam prodigum filium reuertentem lætus amplectitur;& nonaginta nouem pecudibus derelictis una ouicula quæ remanſit humerum boni paſtoris aduehitur; vbi vero peccator intelligens,vulnus ſuum tradet medico ſecurandum,ibi noo eſt virga neceſſaria,ſed ſpiritus lenitatis. Quod autem omni peccati auct. Ambroſii venia promittitur falſum videtur: quibuſdam autem denegatur, aut ex magnitudine peccati,aut ex gradu officii. vnde Ioannes in epiſtola ſua.eſt peccatũ ad mortem,

tem, quis orabit pro eo? alibi quoque legitur. quis medebitur incantatori vulnerato à ſerpente? Idem Hiero. Si ſacerdos peccauerit quis orabit pro eo? ſed huiuſmodi interrogationes non ſemper negationem inferunt, ſed potius difficultatem, vel raritatem notant. vt eſt illud euãgelii. Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens &c. Hinc etiam Ambr. Deus quis ſimilis erit tibi, nõ vtique nullus, quia imago patris filius eſt. ſimiliter accipiendum eſt, quis orabit per eo hoc eſt ſingularis vitæ aliquis debet orare pro eo qui peccauit in domino, nam quõ Ioannes diceret non orãdum pro delicto grauiori, qui cum legiſſet Moyſem rogaſſe, & impetraſſe vbi erat præuaricatio voluntaria, qui ſciret etiam Hieremiam rogaſſe.

Poteſt etiam ſecundum Aug. aliter intelligi illud Ioannis. eſt peccatum ad mortem &c. vt nulla ſit eius & ſuperiorum contrarietas, ait enim. Eſt peccatum ad mortem, &c. pro illo dico, vt roget quis de quo peccato, quoniam expreſſum non eſt, poſſunt multa & diuerſa ſentiri. Ego autem dico hoc peccatum eſſe fidem quæ par dilectionem operatur, deſerere vſque ad mortem, hoc eſt etiam blaſphemia in ſpiritum ſanctum neque in futuro dimittendam dominus in euangelio aſſeruit. ſiue autem delectione peccati ſiue deſperatione veniæ vſque ad mortem quis in peccato perſeueret; iuſtum eſt vt ſine fine puniatur qui ſine fine peccauerit. Vnde Greg. papa. voluiſſent iniqui ſi potuiſſent ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare; oſtendunt quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare dum viuunt, ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Ex his itaque apparet quòd ſine confeſsione oris, & ſatisfactione operis peccatum nõ remittitur nam ſi neceſſe eſt vt iniquitates noſtras dicamus, vt poſtea iuſtificemur ſi nemo poteſt iuſtificari à peccato niſi antea confeſſus fuerit peccatum, ſi confeſsio paradiſum aperit, veniam acquirit: ſi illa ſolum confeſsio vtilis eſt quæ fit cum pœnitentia, in quo notatur aliud eſſe confeſsio, aliud pœnitentia, ſiue interior, ſiue exterior accipiatur; ſi ille qui promittit veniam occulte apud Deum non apud eccleſiam pœnitentiam agenti, fruſtratur euangelium, & claues datas eccleſiæ, promittit etiam quòd Deus negat delinquenti: ſi nemo poteſt conſequi veniam, niſi quantulãcunque, & ſi minorem, quàm debeat peccati ſoluerit pœnam: ſi ſolis ſacerdotibus ligandi ſoluẽdiq; poteſtas à Deo tradita eſt, ſi nullus veniam accipit niſi eccleſiæ ſupplicationibus ipſam impetrare contendat. concluditur ergo, quòd nullus ante confeſsionem oris, & ſatisfactionem operis, peccati abolet culpam, deniq; perſpicue appareat neminem ſine confeſsione à peccato mundari, ab ipſius humani generis principio ſumamus exordium. Peccato transgreſsionis primi parentis corrupti à domino ſunt requiſiti de culpa, vt peccatum quòd tranſgrediendo cõmiſerant confitendo delerent. Serpens autem de culpa requiſitus non eſt, quia per confeſsionem non reuocabatur ad vitam. ſed tu vide ea quæ dixi. ſ. in c. de ſermone epiſcopali, ſcribẽdo de ſacramento pœnitentiæ, vbi etiam dixi de prima iuſtificatione hominis, & de ſecunda iuſtificatione vbi multa vtilia inuenies. Cayn quoque cum primæ præuaricationi fratricidium addiſſet, ſimiliter à domino de culpa requiſitus eſt dum dicitur ei. vbi eſt Abel frater tuus? ſed quia ſuperbus peccatum ſuum confiteri noluit potius mendaciter negando, Deum fallere conatus eſt, dicens, Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? indignus venia eſt iudicatus. vnde in deſperationis profundum merſus eſt dum ait. maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear. Vagus & profugus exiit a facie domini, ſignificans eos qui peccata confiteri diſsimulãt conſpectui diuinæ miſerationis indignos haberi. Reges quoque qui ignorantia ducti in Abraam deliquerant, non niſi eodem orante ſanari meruerunt. In quo figuratur quòd paſsiones morum non ſanantur niſi orationibus eccleſiæ. Moyſi quoq; præcepit dominus vt lepra ſiue in cute, ſiue in domo, ſiue in veſte, ſiue in crine appareret, ſacerdoti oſtenderetur; & iuſta eius arbitrium ſeparata eius iuditio contaminaretur, vel mandaretur. Saul quoq; cum à ſpiritu maligno vexaretur, non poterat ad ſanæ mentis officiũ redire, niſi prius Dauid pſalterium arriperet, & coram eo pſalleret, & ita ab eis vexatione ceſſaret diabolus, in quo myſtice oſtenditur, quòd quicunque diabolo propter peccata mancipatur, ab eius dominio eripi non valet; niſi Dauid. i. eccleſia, accipiat pſalterium, & coram eo pſallat. i. ſpiritualis gratiæ eum participem faciat, & ſalubriter admonendo, & pie pro eo orando, & exẽpla boni operis ſibi præbendo diabolum ab inuiſibili eius vexatione compeſcat. Dauid quoq;, cum adulterium commiſiſſet, & homicidium, non ante audiuit à propheta, trãſtulit à te peccatum tuũ dominus, antequam ipſum peccatum confiteretur. prius. n. prophetæ peccatum redarguenti confeſſus eſt, & poſtea audiuit, tranſtulit dominus peccatum tuum à te: Achab quoq; cum de innocentis ſanguinis effuſione ſententiam, comminãtis Dei audiret, inducit ſe ipſum cilicio ſatisfaciẽs Deo per pœnitentiam. Vnde dominus ad Heliam ait. Quoniam Achab reueritus eſt faciem meã, non inducat malum in diebus eius. Niniuite cum audirent adhuc xl. dies, & Niniue ſubuerteretur, ex edicto regis, & principum pœnitentiam egerunt dicentes. Quis ſcit ſi conuertatur, & viuat, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? hac humilitate, & ſatisfactione imminentem ſubuerſionem euadere meruerunt, quorum exemplis euidenter oſtenditur, quòd nullus à Deo conſequatur veniam, niſi primum ſatisfecerit ſibi per pœnitentiã. Nabuchodonoſor quo-

quo

que propter ſuperbiam ſuam à rationabili mente, in beſtialem animum commutatus eſt, atque à regno ſuo profugus recedens, non ante regnum recepit, quàm conuerſus Deum prædicauit. denique plebs Iſraelitica ob culpam ſuæ transgreſsionis captiuitati tradita, non ante liberari meruit quàm ſua peccata confitens, Danielis, & aliorum ſanctorum precibus veniam accepit.

In euangelio quoque venientes ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo baptiſmo pœnitentiæ primum confitebantur peccata ſua, oſtendentesq́; ꝙ quilque debet peccata ſua dānando cōfiteri, & innouationem melioris vitæ promittere ſi generationis deſiderat gratiam accipere. Chriſtus quoque alios legitur ſuſcitaſſe à mortuis: alios à lepra mundaſſe, alios illuminaſſe, aliorum membra paraliſi diſſoluta conſolidaſſe, omnium tamen ſanitatem petitio proprie vocis, vel amicorum legitur præceſsiſſe. Luca enim referente didicimus quòd pro ſocru Petri prius rogatus eſt, quam eam ſanitati redderet. Leproſus vero ille quem dominus deſcendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum. Domine ſi vis potes me mundare, quem poſtea tangendo mundauit. Cæcus quoque dum clamaret ad eum, Miſerere mei fili Dauid, interrogauit eum Ieſus. Quid vis vt faciam tibi? ait raboni, vt videam lumen. Tres quoque mortuos audiuit, quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum quoq; diſcipulo nuntiante audiuit. Sed quia defuerunt viui, qui ꝓ eo præcarentur, reſuſcitari non meruit. quibus nimirum exemplis euidentiſsime datur intelligi, quòd ille quem grauioris culpæ macula inficit: niſi cōfeſsione proprii oris, vel eccleſiæ interceſsione ſuffragante, ſanari non poterit. Hinc penitus ille, qui prius tacendo peccata flagellari meruerat, poſtea correptus dicebat. Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Hinc Chriſtus ex perſona membrorum ait. Non obſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. quod Auguſt. exponit dicens. puteus eſt humanę iniquitatis profunditas: in quam ſi cecideris, non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris os tuum. Confitere ergo & dic. De profundis clamaui ad te domine, & euades. Claudet ſuper illum dominus qui in ꝓfundo contemnuit, à quo mortuo velut ab eo qui non eſt perit confeſsio. Hinc idem propheta ait. Introite portas eius in confeſsione, oſtendens ad portas miſericordiæ non niſi per confeſsionem peccati aliquem poſſe attingere. Hinc etiam beatus Ioannes Bap. & ſaluator noſter exordiū prædicationis ſuæ à pœnitentia ſumpſerunt, dicentes. pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Oſtendentes ad regna cœlorum neminem poſſe attingere; niſi primum per pœnitentiam Deo curauerit ſatisfacere. Hinc etiam in Actibus apoſtolorum legitur: quòd credētes veniebant ad Apoſtolos confitentes, & anuntiantes actus ſuos. nota bene, actu. c. xix.

Ex his omnibus facile monſtratur ſine confeſsione nullum veniam poſſe promereri. Hinc etiam Leo Papa ait. Sufficit pœnitenti confeſsio, quæ primum domino offertur, deinde ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium præcator accedit. Item Leo papa. Pœnitentia quæ dilata eſt cum ſtudioſius petita fuerit non negatur, vt eo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniet. Item Auguſt. in ſermone de pœnitentia. Non ſufficit mores in melius commutare, et à præteritis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt ſatisfiat domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contricionē cordis ſacrificium cooperantib. eleemoſynis, & ieiunis. Item Ambr. Nouit dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. Itē Leo papa. Aliud quidem eſt debita iuſtitiæ repoſcere; aliud propria perfectionis amore contemnere. Illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. vnde ſi pœnitens habeat cauſam quam negligere forte non debeat, melius expectet eccleſiaſticum quam forenſe iuditium. Item Hiero. in Malachia. Qui ſanctus ſacerdos eſt, & comedit in Paſcha domini accingatur baltheo caſtitatis, & audiat cum apoſtolis. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. qui autem peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia cilicio pœnitentiæ accingatur, & plangat, vel ꝓ ꝓpria delicta populi, & ingrediatur eccleſiam de qua propter peccatum fuerat egreſſus, & cubet vel dormiat in ſacco, vt præteritas delicias per quas Deum offenderat, vitæ auſteritate compenſet. Item in Amos prophe. Si agamus pœnitentiam ipſum quoque ſuæ pœnitebit ſententiæ. Rurſus iuſta eundem Hiero. promittit proſpera ſi pœnitentiam egerimus, quòd ſi negligentia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſponſionis, promiſſaq́; mutabit, cuius rei exemplum Samariam, & Hieruſalem habere poſſumus, quorum alii de imminentibus ſuppliciis liberati ſunt, alii quæ patribus promiſſa fuerant perdiderunt. Item ſupra Danielem.
Quamobrem conſilium meum placeat tibi, & peccata tua elemoſinis redime, & iniquitates tuas in miſericordiis pauperum ſi forte ignoſcat Deus delictis tuis.

Si prædixit ſententiam quæ mutari non poteſt, quomodo hortatur ad elemoſinas pauperum & miſericordiam, vt Dei ſententia permutetur? Quod facile ſoluitur exemplo regis Ezechiæ, quem Eſaias dixit eſſe moriturum, & Niniuitarum quibus dictum fuerat. Adhuc quadraginta dies ſunt, & Niniue ſubuertetur, & tamen ad præces Ezechiæ, & Niniuæ Dei ſententia mutata eſt.

Rurſus

Rurſus bona agenti ſe eſſerit polliceri indulgentiam . alioquin & in reuerentiam loquitur Deus ſe mala minari ſuper gentem,& ſi bona fecerit minas in clementiam commutare . Rurſum aſſerit polliceri,& ſi male fecerit dicit ſuam mutare ſententiam non in homines,ſed in opera quæ mutata ſunt,neque enim Deus hominibus iraſcitur, ſed vicis quæ cum in homine non fuerint nequaquam punit quòd mutatum eſt,dicamus quidem & aliter . Fecit itaque Nabuchodonoſor Rex, iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes , & id circo vſque ad menſes duodecim in eo dilatata eſt ſententia , ſed quia poſtea ambulans in aula Babylonis gloriatur , & dicit non ne hæc eſt Babylon magna quam ædificaui in domo regis,& in robore fortitudinis meæ,& gloria nominis mei ? bonum miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ forſitã ignoſcet Deus delictis tuis, cum beatus Daniel præcius futurum de ſententia Dei dubitet,rem temerariam faciunt,qui audacter peccantibus veniam pollicentur,& tantum ſciendum eſt , quòd Nabuchodonoſor regi bona opera facienti venia repromittitur.Item Daniel . Vide benignum dominum miſericordiam cum ſeueritate miſcentem,& ipſius pœnæ modum iuſta,& clementi deliberatione penſantem, & ideo non in perpetuum tradidit pœnæ delinquentes,ſed quanto(inquit) tempore ſeruierunt cuſarſaton,hoc eſt octo annis diſce & hoc , o tu auditor quiſque ille es : qui tibi conſcius es alicuius erroris : & quanto tempore erraſſe te noſti : & quanto tempore deliquiſti : tanto nihilominus tempore humilia te ipſum Deo,& ſatisfacito ei in confeſſione pœnitentiæ,non expectes, vt humiliter te cuſarſaton,& inuito te neceſſitas extorqueat pœnitentiam , ſed ipſe præueni ipſius tortoris duritiam,quia ſi te ipſum emendaueris,ſi te ipſum correxeris , pius eſt dominus & miſericors,qui vindictam temperet ab eo qui illam pœnitendo præuenit,ſed illud cõſideremus,quia donec ſeruierunt cuſarſaton , hi traditi pro delictis ſuis fuerant , & non clamauerunt ad dominum, nemo ſuſcitatus eſt,qui ſaluare eos poſſit,cum vero clamauerunt ad dominum tunc ſuſcitauit dominus Saluatorem Iſrael,& ſaluauit eos. Idem.

Eccleſia Chriſti non habens maculam neque rugam,aut aliquid iſtiuſmodi qui ergo peccator eſt aliqua ſorde maculatus de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari , nec Chriſto ſubiectus dici. Poſſibile autem eſt,vt quomodo Eccleſia Chriſti,quæ prius rugam habuit , & maculam , & immunditiam,& poſtea reſtituta eſt,ita & peccator curat ad medicum , quia non habent opus ſani medico,ſed male habentes,vt curentur vulnera ipſorum,& fiant de eccleſia quæ eſt corpus Chriſti. Idem .

Super tribus ſceleribus Damaſci,& ſuper quattuor non conuertam eum .

Iuxta tropologiam hoc poſſumus dicere . Verba hæc ſunt Amos prophetæ communicantis Azaeli Regi Damaſci , qui decem tribus grauiter affligerat,ſuper tribus ſceleribus.primum peccatum eſt cogitaſſe quæ mala ſunt, ſecundum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis : Tertium, quod mente decreueris opere compleuiſſe,quartum poſt peccatum non agere pœnitentiam , & ſuo ſibi complacere delicto. & ſuper quatuor non conuertar eum,ideſt non expectabo eum , vt conuertatur,ſed plagis corripiam eum .

Item Hieronymus.Secunda poſt naufragium tabula,eſt culpam ſimpliciter confiteri . imitati eſtis errantem , imitamini,& correctum. Errauimus iuuenes : emendemus ſenes . iungamus lachrymas,& gemitus copulemus. Tabula qua nauigamus in hoc ſeculo eſt duplex . Prima tabula eſt baptiſmus vbi purgatur vetus homo,& inducitur nouus, vigeſimaſexta diſtinctione,capitulo deinde . Secunda tabula eſt pœnitentia , quæ poſt baptiſmum lapſi per pœnitentiam reſurgimus.Prima tabula eſt nauis.Secunda tabula eſt ſchapha qua in naufragio periculum vitatur.

Item Hieronimus.Quia diuinitatis natura eſt clemens,& pia,magiſque ad indulgentiam, quam ad vindictam prona . quia non vult mortem peccatoris,ſed vt conuertatur,& viuat . Si quis poſt lapſum peccatorum ad veram pœnitentiam ſe conuerterit : cito à miſericorde iudice veniam impetrabit .

Item Hieronimus in Malachia . Ne forſitam peccati immemores tardius reuertantur , adhuc inquit : Sedere vos faciam in tabernaculis , ſicut in diebus feſtiuitatis , vt quod facit baptiſma, hoc faciat pœnitentia & habitent in tabernaculis ſaluatoris hoc eſt in eccleſia ſaluatoris.

Item Hieronymus prædixerat Hieremias , ſeptuaginta annos deſolationis templi, poſt quos rurſum veniret populus,in Iudæam,& reedificaret ibidem templum in Hieruſalem,quæ res non facit Danielem negligentem,ſed magis prouocat ad rogãdum, vt quod deus promiſit per ſuam clementiam impleat per eorum præces,ne negligentia,& ſuperbia parias offenſam . Denique etiam in Geneſi legimus centum , & viginti annos , pœnitentiæ conſtitutos ante diluuium, quia tanto tempore hoc eſt centum annis,noluerunt agere pœnitentiam,nequaquam expectat , vt & viginti alii anni compleantur : ſed infert ante quòd poſtea fuerat comminatus , vnde & Hieremiæ dicitur.Ob duritiam cordis populi Iudæorum ne ores pro populo hoc , quia non exaudiam te . & ad Samuelem . vſquequo luges ſuper Saul : quia ego abieci eum ? In cinere ergo & ſacco poſtulat Daniel adimpleri quòd promiſerat Deus : non eſſet incredulus futurum, ſed ne ſecuri-

ta

tas negligentiæ pariat offenſam.

Item Ambroſius in ſermone in dominica de Abraham. Medicina miſericordiæ tollit peccata magna, habemus plura ſubſidia quibus peccata noſtra redimimus, pecuniam habes redime peccatum tuum, noo venalis eſt dominus, ſed tu ipſe venalis: peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tois, redime te pecunia tua, vilis eſt pecunia, ſed precioſa eſt miſericordia. Eleemoſina (inquit) à peccato liberat, crimina ergo eleemoſynis redimuntur.

Item Ioannes os aureum. Medicamentum fortius quòd maxime operatur in pœnitentia eſt elemoſina, ſicut in præceptis medicinæ medicamentum quidem herbas multas accipit: vnã autẽ dominatiſsimam, ſic & in pœoiteotia dominantior iſta herba, & potentior eſt, & vniuerſum ipſa effecit. Audi enim quid dicit ſcriptura diuina. Date elemoſynam, & omnia mũda ſunt vobis.

Item Ambroſius in libro de pœnitentia, Deus diffinitionem non fecit. i. diſtinctiooẽ qui miſericordiam ſuam omnibus promiſit: & relaxandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine vlla exceptione conceſsit, ſed quia culpam exaggerauerit, exaggeret pœnitentiam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus. Idem Ambro. fleat pro te mater eccleſia, & culpam tuam lacrimis lauet, videat te Chriſtus, merentem & dicat tibi. Beati triſtes quia gaudebitis. Amat vt pro vno multi rogent, Denique in euangelio motus viduæ lachrymis: quia plurimi pro ea flebant, filium eius reſuſcitauit. Idem Ambr. Adam poſt culpam Deus ſtatim de paradiſo eiecit non diſtulit ſed ſtatim ſeparauit à deliciis, vt pœnitentiam ageret. ſtatim tunica veſtiuit eum pellicea non ſerica.

Item Auguſtinus. Tres autem ſunt actiones penitẽtiæ quas mecum veſtra eruditio recogooſcit: vna eſt quæ nouum hominem parturit, donec per baptiſma ſalutare omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum. Omnis enim qui iam ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt cum accedit ad ſacramenta fidelium niſi eum veteris vitæ pœniteat, nouam inchoare non poteſt. Ab hac pœnitẽtia cum baptizantur ſoli paruuli immunes ſunt. nondum enim poſſunt vti libero arbitrio, quib. tamen ad conſecrationem remiſsionemq́ue originalis peccati prodeſt eorum fides à quibus offeruntur. Altera vero pœnitentia eſt, cuius actio per totam vitam iſtam, qua in carne degimus mortali perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt, quia primo nemo vitam æternam incorruptibilem immortalemq́ue deſiderat: niſi eum vitæ huius temporalis corruptibilis mortalis pœniteat. noo enim ſic quiſque in oouam vitam per ſanctificationem baptiſmi naſcitur, vt quemadmodum ibi deponit omnia peccata præterita: etiam iſta ſtatim mortalitatem ipſam carnis corruptionemq́ue vitæ deponat.

Tertia eſt actio pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis ſubeunda eſt, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apoſtolus ait. Si enim noſmetipſos iudicaremus à domino vtique non iudicaremur. & infra. Eſt enim pœnitentia humilium, & bonorum fidelium pœna quotidiana, in qua pectora contundimus dicentes. Dimitte nobis debita noſtra &c. Neque ea dimitti nobis volumos quæ dimiſſa in baptiſmo non dubitamus, ſed illa vtique quæ humana fragilitate qoamuis parua, tamen crebra ſubrepunt. quæ ſi collecta contra nos fuerint: ita nos grauabunt, & opprimient: ſicut vnum aliquod graue peccatum. quid enim intereſt ad naufragium vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentina, & per negligentium culpam derelicta atque contempta impleat nauem atque ſumergat? propter hæc ieiunia, eleemoſynæ, & orationes inuigilant, in quibus cum dicimus, Dimitte nobis debita noſtra &c. manifeſtamus nos habere quòd oobis dimittatur, atque in his verbis humiliantes animas ooſtras quotidianam quodammodo agere pœnitentiam non ceſſamus.

Item Gregorius. ſi peccatum Dauid dominus tranſtulit tam deteſtabile; quid eſt quòd poſt omnia, quæ de eodem peccato per prophetam à domioo ei dicta ſunt poſtmodum tanta tolerauit? Sed & procul dubio dominus delictum ſioe vltione non deſerit. Aot enim ipſe hoc io ſe pœnitus punit, aut hoc Deus cum homine, vindicans percutit. nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus ſine vindicta laxatur. Sicut enim Dauid audire poſt confeſsionem meruit, dominus tranſtulit peccatum tuum, & tamen poſt multis cruciatibus afflictus, ac fugiens reatum culpæ quam perpetrauerat exoluit: ſic nos ſalutis vnda a culpa primi hominis abſoluimur, ſed tamen reatum eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quoque adhuc carnaliter obimus, quia delicta noſtra ſiue per nos, ſiue per ſemetipſum reſecat, etiam cum laxat. ab electis enim ſuis iniquitatum maculas, ſtudet temporali afflictione tergere, quas in perpetuum noo vult in eis videre.

Item Auguſtious. Sicut primi homines poſtea iuſte viuendo merito creduntur per domini ſanguinem ab extremo iudicio liberati, tamen non in illa vita meruerunt ad paradiſum reuocari, hic & caro peccati etiam ſi remiſsis peccatis homo in ea iuſte vixerit, nõ continuo meretur eam mortem non perpeti, quàm contraxit de propagine peccati, tale aliquid nobis inſinuatum eſt de patriarcha Dauid, in lib. Reg. ad quem profeta cum miſſus eſſet, eiq́; ob peccatũ ꝙ admiſerat euentura mala comminaretur confeſsiooe peccati veniam meruit, reſpondente propheta, ꝙ illud infla-

gitium facimusque dimiſſum ſit,& tamen conſecuta ſunt quæ dominus comminatus fuerat, vt ſic humiliaretur à filio. quare & nunc dicitur, ſi Deus propter peccatum illud fuerat comminatus,vt ſic humiliaretur à filio,cur dimiſſo peccato quòd erat ei comminatus implenit: niſi quia rectiſsime ſi dictum fuerit,reſpondetur remiſsionem illam peccati factam ne homo ad percipiẽdam vitam impediretur æternam; ſubſecutum vero illud [comminationis exemplum], vt pietas hominis etiam in illa humilitate exerceretur, atque probaretur,'ſic & mortem corporis ꝓpter peccatum Deus homini inflixit,& poſt peccatorum remiſsionem,propter exercendam iuſtitiam non ademit. Et imponitur pœnitentia pro peccato,vt humilitas exerceatur.'& ne diſciplina eccleſiæ deſeratur,& vt ſatisfaciat eccleſiæ,& ad cautelam, gloſſ. & doctor.in capitulo ſicut primi homines.de pœnitentia diſtinctione prima,itaque per primos homines, & per Dauid oſtenditur,quòd licet per pœnitentiam,vel baptiſmum nobis dimittantur peccata, tamen mors, & alię pœnalitates pro peccato originali ſunt inflictæ.

In actione pœnitentiæ vbi tale commiſſum eſt,vt is qui commiſit etiam à Chriſti corpore ſeparetur,non tam conſideranda eſt menſura temporis,quàm doloris. Cor enim contritum,& humiliatum Deus non deſpiciet. Verum quia plerunque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, nec in aliorum noticiam niſi per verba,vel quæcunque alia ſigna procedit, cum ſit curam in illo cui dicitur. Gemitus meus à te non eſt abſconditus. Recte conſtituuntur ab his qui eccleſiæ præſunt tempora pœnitentiæ,vt ſatisfiat etiam eccleſiæ in qua ipſa peccata remittuntur. extra eam quippe non remittuntur.ergo cum tanta eſt plaga peccati,atque impetus morbi,vt medicamenta corporis,& ſanguinis domini differenda ſint auctoritate antiſtitis debet ſe quiſque ab alterio remouere ad agendam pœnitentiam,& eadem auctoritate reconciliari.

Item in eadem homelia.Iudicet ſeipſum homo,voluntate dnm poteſt, & mores conuertat in melius,ne cum iam non poterit propter voluntatem à domino iudicetur, & cum in ſe protulerit ſeueriſsime ſententiam medicinæ,ſed tamen vtiliſsime veniat ad antiſtites per quos illi claues in eccleſia miniſtrantur,tanquam bonus iam incipiens eſſe filius maternorum membrorum ordine cuſtodito,à præpoſitis ſacramentorum accipiat ſatisfactionem ſuæ modum in offerendo ſacrificio,contribulati cordis,deuotus & ſupplex.id tamen agat quòd non ſolum ipſi proſit ad recipiendam ſanitatem: ſed cæteris etiam ad exemplum: vt ſi peccatum eius non ſolum in graui eius malo: ſed etiam in tanto ſcandalo aliorum eſt, atque hoc expedire vtilitati eccleſiæ videtur antiſtiti,in notitia multorum,vel coram totius plebis multitudine agere pœnitentiam non recuſet nec reſiſtat,nec lætali & mortiferæ plagæ per pudorem addat timorem.Multi enim corriguntur vt Petrus,multi tolerantur,vt Iudas.itaque doloris menſura potius quàm temporis in actione pœnitentiæ conſideranda eſt. & vbi pœnitentia non ſtatuitur à canone relinquitur arbitrio boni viri,quia Deus inſpicit magis menſuram laboris,ideſt cordis,quàm temporis. Vnde Hieronym.Menſura autem temporis in agenda pœnitentia id circo non ſatis aperte præfigunt canones pro vno quoque crimine,vt de ſingulis dicant qualiter vnumquodque emendandum ſit,ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligentis relinquendum ſtatuunt,quia apud Deum non tam valet menſura temporis,quàm doloris. nec abſtinentia tantum ciborum quam mortificatio vitiorum: propter quòd ipſa tempora pœnitentiæ pro fide,& conuerſatione pœnitentium abbreuiãda præcipiunt,& pro negligentia protelanda eſtimant,tamen pro quibuſdam culpis pœnæ modi impoſiti ſunt.

His auctoritatibus aſſeritur neminem ſine pœnitentia, & confeſsione propriæ vocis à peccatis poſſe mundari.licet ſint aliqui inſani qui dicunt contrarium,& ſuæ auctoritates aliter interpretãde ſunt quam ab ipſis hæreticis exponuntur, vt in cap.'quis aliquando. de pœnitentia diſt.i. itaque nos autem dicimus,& firmiter credimus, & affirmamus,haberi etiam ex euangelio confeſsionem peccatorum mortalium omnium,vt dixi ſupra in iſto Speculo, in.c.de Sermone epiſcopali, in ſecunda parte ſermonis ſcribendo de ſacramentis, vbi multa inuenies de ſacramento pœnitentiæ.rogo vt videas. Et notabis quòd caritas ſemel habita poſsit amitti in via peregrinationis in patria autem vbi perfectiſsime iam habetur non amittitur,quod probatur autoritatibus, & exẽplis de pœnitentiis diſtinctione ſecunda quaſi per totam diſtinctionem].

Et quòd pœnitentia ſit iteranda multis auctoritatibus,& exemplis probatur,de penitentiis diſtinctio.iii.quaſi per totam diſtinctionem. An peccata ſemel dimiſſa iterum redeant,'quidam ſimpliciter dicunt quòd nullo modo redeunt argumen.xxiii.q6.iiii.c.ſi illic.l.diſt.c.miror.nec ita eſt in malis vt redeant ſicut in bonis,argumen.de conſecrat.diſtinct.iiii.c.quamuis.& hoc credo catholice dici.de hoc vide de pœnitentiis diſtinctione.iiii.per totam diſtinctionem'. Quando oris confeſsio fuerit inſtituta,in nouo teſtamento fuit inſtituta,domino dicente Apoſt.Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis.Et quorum retinueritis retenta ſunt. Io.xx.Et poſtea etiam inſtituta fuit à traditione eccleſia in concilio generali congregato.c. oĩs vtriuſq; ſexus,de pœ. & remiſ.dixi late.ſ.in iſto Spe.in.c.de ſermone epiſcopali, ſecunda parte ſcribendo

bendo de ſacramentis. In pœnitentia autem quæ peccatorem oportet conſiderare. Auguſt. in lib. de pœniten. docet dicens. Conſiderare qualitatem criminis in loco, in tempore in perſeuerantia, in variete perſonæ: & quali fecerit hoc tentatione, & ipſius vitii multiplici executione, oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus, aut officii, aut ſecundum modum meretricis, & in modo ſui operis, & qualiter ſuam turpitudinem peregit: ſi in loco ſacrato: aut cui debuit excellentiam fidei: vt ſunt domus dominorum, aut aliorum multorum: ſi in tempore orationi conſtituto: vt feſtiuitates ſanctorum, & tempora ieiunii: conſideret quantum perſeuerauerit, & fleat quòd perſeuerans peccauit: & quanta virtus fuerit in pugnatione. Sunt qui non ſolum non vincuntur: ſed vltro ſe peccato offerunt, nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluptatem: & pertractant ſecum, qua multiplici actione vitii delectabiliter peccauerit: omnis iſta varietas confitenda eſt, & deflenda: vt cum ignorauerit peccatum eſſe multum cito inueniat Deum propitium. i. cognoſcendo augmentum peccati inueniat ſe cuius ætatis fuerit: cuius ſapientiæ & ordinis: & ſtatum omnem alterius non peccantis: immoretur in iſtis ſingulis, & ſentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem qualitatem vitii: defleat virtutem qua interim caruit. Dolendum eſt enim & dolore purgandum eſt, non ſolum quia peccauit: ſed quod ſe virtute priuauit. nam licet ſperet ſe conſecuturum veniam: dolere tamen poteſt, quia non promeruit, vnde remunerari confidat: anxietur & doleat, quòd modo effugiens de præteritis pœnam: miſer tamen non inde expectet gloriam: cuius omne temporis quoniam breuiſſimum eſt debuit decertaſſe ad conſequendum præmium.

Defleat etiam quoniam offendens in vno factus eſt omnium reus. ingratus enim extitit qui plenus virtutibus Deum non omnino timuit. In hoc enim quiſque peccator fit culpabilior quo eſt Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit quia omni bono abundauit, etiam alio modo offendens in vno reus eſt omnium: quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vicio. nam ſi quis cadit in auaritiam, largitatem deſtruit: & etiam caſtitatem minorauit. amor enim pecuniæ vel violaret caſtitatem, vel ſaltem minus amaret. Si enim tanta propter Deum adhuc caſtitas ineſt vt nolit eandem perdere: tamen ſaltem minori gaudio, minori affectione tuetur eam, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ: ſicque & in aliis quæ & ſi non expellantur: tamen perceptione vnius vicii vel ſatis vel parum minuuntur: vel intenſione determinantur: vnde omnis virtus amiſſa cuicunque crimini eſt deflenda: & de omnibus indulgentia petenda eſt. Animaduertere etiam oportet & animaduertendo deflere animam proximi quando fornicator eripuit: vel ereptam in malo confirmauit: etiam quòd exemplum extitit mali in operatione ſui criminis: cui magis profuiſſet ſi aliis fuiſſet cauſa conuerſionis, gemat itaque aliorum vitam in ſua corruptam, vel incorruptam non conſeruatam: & commodum proximi quòd dediſſet exemplo boni, de triſtitia doleat quam bonis peccando intulit: de leticia quam eis non adhibuit: & non ſolum cogitet quid & qualiter fecerit: ſed quam iniuſte Deum (vt diximus) peccando offenderit: timeat illam veritatis ſententiam. Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Timeat ergo ne omnia bona quæ fecit Deum in vno peccato perſeuerauerit excommunicatione mala perdiderit: vt qui ſeruiuit diabolo per crimen, Deo quas obtulerit amiſerit virtutes. Prumtamen eſt credere vt recepta Dei gratia quæ in eo deſtruit omnia mala priora & remuneret bona: vt cum deſtruxerit quòd ſuum non inuenerit, amet & diligat bonum quòd etiam in peccante placuit. In his omnibus dolens aut relinquat ſeculum, aut ſaltem illa quæ ſine admixtione mali non ſunt adminiſtrata: vt mercatura & militia, & alia quæ vtentibus ſunt nociua: vt adminiſtrationes ſecularium poteſtatum niſi his vtatur ex obedientiæ licentia, ponat ſe omnino in poteſtatem iudicis. in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruans ſui: & omnia eo iubente paratus ſit facere pro recipienda animæ vita, quecunque faceret pro euitanda corporis morte, & hoc cum deſiderio: quia vitam recuperat infinitam, vt Deus: cum gaudio enim facere debet immortalis futurus quæ faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur Deum certus de venia: qui omnibus modis & ſine omni tedio dubius rogaret poteſtatem terrenam abſtineat à multis licitis qui in libertate arbitrii commiſit illicita: ſemper offerat Deo mentem, & cordis contritionem: deinde & quòd poteſt de poſſeſſione: tunc quòd offerat Deo ſecurus offerat reſpexit enim dominus ad Abel & ad munera eius: ſed prius dicit ad Abel, quam ad munera eius. Sumens enim mentem quam cognouit humilem & puram: remunerauit eius largitatis munera. Ad Cayn vero non reſpexit: neque ad eius munera, mentem enim eius quam viderat quoniam non cognouit: eius munera non recipit. In inditio itaque cordis conſideranda eſt elemoſyna tribuentis: nec iam conſiderandum eſt quantum, ſed qua mente qua affectione dat quòd poteſt. Vidua enim duobus quæ habuerat minutis larga plus omnibus poſuit. Qui ergo ſua peccata redimere vult temporalium oblatione, caueat prius offerat mentem. Cautus ſit pœnitens ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem: vt diuerſa velit diuerſis Sacerdotibus manifeſtare. Quædam enim vni celat, quæ

aliis manifeſtanda reſeruat,quòd eſt ſe laudare & ad hypocriſim tendere, & venia ſemper carere, ad quam per fruſta putat totam peruenire. Paueat præterea quem vera delectat pœnitentia : vt non prius ad domini corpus accedat,quam conſortet illum conſcientia bona. Sed in hac ſeparatione tremendum iudicium cogitet vbi & maius & terribilius in pœnitentes ſeparabit in ignẽ: doleat quòd nondum audeat ſumere quem multum deſiderat cibum ſalutarem : iſti ſunt digni pœnitentiæ fructus:animam captiuam illaqueantes,& in libertate ſeruantes. Coibeat ſe præterea a ludis,à ſpectaculis ſeculi qui perfectam vult conſequi gratiam remisſionis.Nam dina,Iacob filia:ſi ſe cohibuiſſet & inter ſuos remanſiſſet:ab extraneo raptore corrupta non eſſet, tanto itaq; magis ſibi caueat & cohibeat ſe anima quæ ſæpe vel ſemel rapta & corrupta eſt,timeat iam docta experimento quod ignorauit virgo:eligat quem imitetur: non ſequatur quem animus ſuus damnat.Se enim indicat qui pœnitentiæ fructus non habentem à ſe non elongat:laudat enim & amat qnos digne fructificare non ignorat: quærat fructus dignos: & ſi non dignos pœnitentiæ, ſunt enim fructus digni virtutum fructus qui non ſufficiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores expoſtulat vt ſic pacetur eccleſia: vt peccata dolore & gemitibus mortuis impetret vitã.Omnia iſta tranſumptiue leguntur in c.de pœnitentiis diſtin.v.in omnem terram Iudeæ & gentibus annuntiabam,vt pœnitentiam agerent,& conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.Apoſt.actu.c.xxvi.quia ſecundum qualitatem delictorum ſit quantitas bonorum operũ. Quæ ſit falſa pœnitentia: vide tex.in c. falſas pœnitentias, de pœnitentiis diſt.v. vbi litera dicit. De his qui ſuſcepta pœnitentia religionem ſuæ profesſionis oblati ad ſecularia relabuntur : placuit eos & à communione ſuſpendi,& ab omnium catholicorum conuiuiis ſeparari,quòd ſi poſt interdictum cum eis quiſque præſumpſerit manducare:& ipſe communione priuetur. Itẽ Greg. Falſas pœnitentias dicimus quæ non ſecundum authoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur.ideoque miles & negociator:vel alicui olfitio deditus,quòd ſine peccato exerceri non posſit ſi culpa grauiori irretitus ad pœnitentiam venerit,vel qui bona alterius iniuſte detinet: vel qui odium in corde gerit recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere per quam ad æternam vitam peruenire valeat: niſi negotium relinquat , vel offitium deſerat, vel odium ex corde dimittat bona quidem quæ iniuſte abſtulit , reſtituat : arma deponat , vlteriusque non ferat : niſi conſilio religioſorum Epiſcoporum pro defendenda iuſtitia : ne tamen deſperet interim quicquid boni poterit facere , hortamur vt faciat : vt omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam . Item Innocen. papa ii. Fratres noſtros Epiſcopos & presbyteros admonemus : ne falſis pœnitentiis laycorum animas decipientes in infernum prorrahi patiantur. Falſam autem pœnitentiam eſſe conſtat , cum ſpretis pluribus , de vno ſolo pœnitentia agitur, aut cum ſic agitur de vno , aut non diſcedatur ab alio. Vnde ſcriptum eſt; qui totam legem obſeruauerit : offendit autem in vno factus eſt omnium reus , ſcilicet quantum ad vitam æternam . Sicut enim ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus , ita ſi in vno tantum , maneat , vitæ æternæ ianuam non intrabit. Falſa enim eſt pœnitentia cum pœnitens ab officio vel curiali negocio non recedit : quòd ſine peccatis agit nullatenus præualet : aut ſi odium in corde geſſerit : aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat : aut ſi offendenti offenſus non indulgeat : aut ſi arma quis contra iuſtitiam ferat. ita ſanctus Gregorius in Homilia vigeſima quarta,tranſumptiue in capit. fratres de pœnitentiis diſtinctione quinta,& vide quia Innocentius ſecundus compoſuit dictum capit.fratres. Cui autem debeat fieri confesſio, vel qualem illum oporteat eſſe qui aliorum crimina iudicat, vide in cap.Omnes vtriuſque ſexus,de pœnitentiis & remisſionibus,& vide Hoſtienſ.& Goffred. in ſuis ſummis in titulo de pœnitentiis & remisſionibus,& vide docto.& tex. in capitulo primo,de pœnitentiis diſtinctione ſexta,cuius verba ſunt. Qui vult confitere peccata ſua:vt inueniat gratiam , quærat ſacerdotem ſcientem ligare & ſoluere:ne cum negligens circa ſe extiterit : negligatur ab illo qui eum miſericorditer mouet & petit : ne ambo in foueam cadant:quam ſtultus euitare noluit,& infra. Tanta itaq; uis confesſionis eſt,vt ſi deeſt ſacerdos confiteatur proximo,& infra.Sæpe enim contingit quòd pœnitens non poteſt verecundari coram ſacerdote, quem deſideranti : nec locus nec tempus offert ; & ſi ille cui confitebitur poteſtatem ſoluendi non habeat,fit tamen dignus venia ex deſiderio ſacerdotis, qui ſotio confitetur turpitudinem criminis.mundati enim ſunt leproſi dum ibant oſtendere ſe ſacerdotibus , & antequam ad eos peruenirent, vnde patet Deum ad cor reſpicere:dum ex necesſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire.Sæpe quidẽ eos quærunt,ſed ſani & leti dum quærunt antequã perueniant moriuntur: ſed Dei miſericordia eſt vbiq;:qui iuſtis nouit parcere:& ſi non tam cito ſicut ſoluerentur a ſacerdote,qui ergo confitetur omnino confiteatur:& ſacerdoti meliori quã poteſt cõfiteatur,& ſi peccatũ occultũ eſt,ſufficiat referre in noticiã ſacerdotis,vt gratia ſit oblatio muneris: & infra. Laborent itaq; pœnitentes in eccleſia eſſe:& ad eccleſiæ vnitatẽ tendere,niſi.n.vnitas eccleſiæ ſuccurrat:niſi ꝙ deeſt peccatori ſua operatione cõpleat,de manibus inimici nõ eripietur anima mortui:credendũ eſt ei & pietas fidei expoſtulat credere: ꝙ omnes elemoſynæ totius eccleſiæ & orationes & opera iuſtitiæ & miſericordiæ ſuccurrant recognoſcenti mortẽ ſuam ad conuerſionem.

Idcoque

Ideoque nemo digne penitere poteſt quem non ſuſtineat vnitas eccleſiæ : ideoque non petat ſacerdotes per aliquam culpam ab vnitate eccleſiæ diuiſos. Iudas enim qui penitens iuit ad phariſæos relinquentes apoſtolos, nihil inuenit auxilii, niſi augmentum deſperationis: dixerunt enim. Quid ad nos : tu videris ſi peccaſti : tibi ſit, non tibi ſuccurrimus : non peccata tua caritatiua ſuſcepimus : non comportanda promittimus, nec qualiter deponas onus docemus. quid enim nobis & miſericordiæ, qui nec opera ſequimur iuſtitiæ? Iſſet ad fratres, iſſet ad illos qui orauerant pro ſocru Petri febricitãte qui Chananeam improbam miſericordiæ obtulerant. Interrogaſſet Petrum pro ſe offendentem lachrymas, non fugiſſet Mariam & Martham quæ vitam Lazaro impetrauerant: non turbam plorantem quæ vnicum filium acquiſierat viduæ, iuit ad diuiſos & diuiſus periit: & infra. Sacerdos itaque cui omnis offertur peccator: ante quem ſtatuitur omnis languor : in nullo eorum ſit iudicandus qui in alio iudicare promptus eſt, iudicans enim alium qui iudicandus condemnat ſeipſum, cognoſcat igitur in ſe quòd alios videt ſibi offerre, caueat vt à ſe proiiciat quicquid damnoſum in alio reperit, animaduertat quod dicitur, qui ſine peccato eſt veſtrum prius in illam lapidem mittat, ideo enim liberauit peccatricem : quia non erat iuſte qui proiiceret lapidem, quomodo lapidaret qui ſe lapidandũ cognoſceret? nullus enim erat ſine peccato, in quo intelligitur omnes fuiſſe reos, nam venialia ſemper remittebantur per cerimonias. ſi quid ergo in eis peccatum erat, criminale erat, deteriores itaque in hoc ſacerdotes ſunt ſe prius non ædificantes illis qui dominum obſeruabant inſidiis. In hoc itaque patentisſimum eſt crimen ſacerdotum & vltramodum deteſtabile: quia non prius ſe iudicant, & alios alligant debet enim timere crimen quod timuerunt, & deteſtabile eſſe iudicauerunt. & ſenſerunt hi qui a Deo erant ceci quòd ſummam ſapientiam ſperabant capere ſuis inſidiis, quòd illis patuit quòd tunc quiſque vitauit vitet ſacerdos : qui in hoc errore illis Iudæis peior extitit. Caueat ſpiritualis iudex ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ. Oportet vt ſciat cognoſcere quicquid iudicare debet. Iuditiaria enim poteſtas hoc poſtulat: vt quod debet iudicare diſcernat, diligens igitur inquiſitor, ſubtilis inueſtigator ſapienter & quaſi aſtute interroget à peccatore, quòd forſitan ignorat vel verecundia vellit occultare. Cognito itaque crimine varietates eius non dubitet inueſtigare, & locum & tempus &c. quæ ſupra diximus in exponenda eorum qualitate, quibus cognitis adſit beniuolus, paratus erigere, & ſecum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimen, diſcretionẽ in varietate: adiuuet confitentem orando: elemoſynas, & cetera bona pro eo faciendo, ſemper eum iuuet leniendo, conſolando, ſpem promittendo: & cum fuerit opus etiam increpando. Doleat loquendo, inſtruat operando, ſit particeps laboris qui particeps vult fieri gaudii, doceat perſeuerantiam: caueat ne corruat, ne perdat iuſte poteſtatem iuditiariam: & ſi vere peniteat, vel ſi pœnitentia poſſit ei acquirere gratiam: non tamen mox reſtituat in poteſtatem primam. Et ſi enim Petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit: & ſæpe lapſis ſacerdotibus reddita dignitatis ſit poteſtas non tamen neceſſe eſt, vt hoc omnibus concedatur quaſi ex autoritate. Inuenitur enim autoritas quæ concedit & quaſi imperat. Inuenitur alia quæ minime concedit: ſed vetat, quæ ſcripturæ non repugnant ſed concordant: ſi locus & tempus, & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot ſunt qui labuntur vt priſtinam dignitatem ex autoritate defendant: & quaſi vſum peccandi faciant ſibi reſcindenda eſt ſpes iſta. ſi vero locutus eſt vbi iſta non concurrant: reſtitui poſſunt qui peccant, itaq; pontifex iuſtus & perfectus atque diſcretus non cogitur ſuos ſacerdotes ſemper abiicere: nec mox reſtituere niſi ſtatum fuerit à Romano Pontifice. Caueat ſacerdos ne peccata pœnitentiam aliis manifeſtet, quod ſi fecerit: deponatur quia ea quæ ſacerdos ſciuit in confeſſione ſciuit vt Deus, vnde Gregorius in c. ſacerdos. de peni. diſtinct. vi. ait. Sacerdos autem omnia caueat ne de his quæ ei confitentur peccata ſua alicui recitet quod ea confeſſus eſt: non propinquis non extraneis neq; (quod abſit) pro aliquo ſcandalo, nam ſi hoc fecerit deponatur : & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat. ita Gregor. vt dixi tranſumptiue, in c. ſacerdos, de pœnitentiis diſtinct. vi. & ibi vide doctores. Quod autem dicitur vt penitens eligat ſacerdotem ſcientem ligare & ſoluere : videtur eſſe contrarium ei quod in canonibus inuenitur : vt nemo videlicet parrochianum alterius iudicare preſumat. Sed aliud eſt fauore vel odio, proprium ſacerdotem contemnere : quod ſacris canonibus probibetur : aliud cecum uitare, quòd hoc autoritate quiſque facere monetur : ne ſi cecus ceco ducatum preſtet ambo in ſoueam cadant. iſta litera habetur in d. c. ſacerdos, & de hoc vide docto. in d. c. ſacerdos. itaque ſacerdos proprius propter imperitiam poteſt deſereri, & alius adiri ſine licentia presbyteri imperiti.

Hic tractare intendimus de pœnitentia finali, ſcilicet quæ in fine vitæ quæritur & accipitur, ſcilicet an valeat ad æternam vitam vel non, & quid ſi fiat non ex caritate : ſed tantum metu diuini iudicii, itaque tractabimus vſque ad quod tempus peccator ſit recipiendus ad pœnitentiam: hoc eſt, an vtilis ſit pœnitentia quæ iniungitur in mortis articulo, quia in hoc Auguſtinus dubitauit: nec vult in hoc preciſe reſpondere, vt de pœnitentiis diſtin. vii. c. ſi quis, el primo, & c. ſi quis. & c. nullus.

Tempus vero pœnitentiæ eſt vſque ad vltimum articulum vitæ. Vnde Leo papa, nemo deſperandus eſt dum in hoc corpore conſtitutus eſt non nunquã quod diffidentia etatis differtur:conſilio maturiore perficitur. Quanquam differentibus pœnitentiam Aug.ſcribat. Si quis poſitus in vltima neceſſitate ſuæ egritudinis voluerit accipere pœnitentiam,& accipit: & mox reconciliabitur, & hinc vadit: fateor vobis non illi negamus quod petit, ſed non præſumimus quod bene hinc exit. ſi ſecurus hinc exierit ego neſcio,pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem autem dare non poſſumus,nunquid dico damnabitur? ſed non dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari: vis quod eſt incertum euadere? age pœnitentiam dum ſanus es,ſi ſic agis dico tibi quòd ſecurus es, quia pœnitentiam egiſti eo tempore quo peccare potuiſti. Si autem vis agere pœnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt: non tu illa. Idem. Qui egerit pœnitentiam veraciter,& ſolutus fuerit aligamento quo erat aſtrictus: & Chriſti corpore ſeparatus: & bene poſt pœnitentiam vixerit ſicut ante pœnitentiam viuere debuit poſt reconciliationem, quandocunque defunctus fuerit ad Deum vadit ad requiem vadit:regno Dei non priuabitur: & a populo diaboli ſeparabitur.Idem.Si quis autem.&c.& infra.Baptizatus ad horam ſecurus hinc exit:fidelis bene viuens ſecurus hinc exit,agens pœnitentiam & reconciliatus cum ſanus eſt: & poſtea bene viuens ſecurus hinc exit.agens pœnitentiam ad vltimum & reconciliatus,ſi ſecurus hinc exit,ego non ſum ſecurus:vnde ſecurus ſum dico & ſecuritatem do.vnde ſecurus non ſum: pœnitentiam dare poſſum & poſt pauca. Sed vnde ſcis (inquit) ne forte Deus dimittat mihi? verum dicis.illud ſcio hoc neſcio.nam ideo do tibi pœnitentiam quia neſcio:nam ſi ſcirem nihil tibi prodeſſe, non tibi darem. Item ſi ſcirem non tibi prodeſſe,non te admonerem:non te terrerem:due res ſunt,aut ignoſcitur tibi: aut non ignoſcitur: quod horum futurum tibi ſit, neſcio: ergo tene certum,& dimitte incertum.Hoc autem quare Augnſt.dixerit Cyprianus oſtendit dicens. Idcirco fratres chariſſimi pœnitentiam non agentes: nec in dolore delictorum ſuorum toto corde manifeſtant lamentationis ſuæ profeſſionem teſtantes: prohibendos omnino cenſuimus à ſpe communionis & pacis: & ſi in infirmitate atque periculo cœperit depræcari: quia rogare illos non delicti pœnitentia ſed mortis vrgentis admonitio compellit:nec dignus eſt in morte accipere ſolatium qui ſe non cogitauit moriturum. Item Aug.in libro de pœnitentia.Nullus expectet quando peccare non poteſt:arbitrii enim quærat libertatem vt delere poſſit commiſſa, non neceſſitate: qui prius itaque à peccatis relinquitur quam ipſe ea relinquat: non libere ſed quaſi neceſſitate condemnat,licet enim latro veniam meruiſſet in fine de omnium crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi & perſeuerandi auctoritatem, tunc enim baptizatus eſt qui tũc primum in cruce Chriſtum confeſſus eſt,pœnitentia enim ſi in extremo vitæ hiatu aduenerit ſanat & liberat in oblatione baptiſmi:ita quòd nec purgatorium ſentiunt,qui in fine baptizantur, ſed ipſi ditati bonis ſanctæ matris eccleſiæ recepturi ſunt multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem qui cum potuerunt nunquam conuerti voluerunt confitentes cum iam peccare nequeunt: non ſic facile acquirunt quòd volunt. oportet enim vt pœnitentia fructificet in bonis operibus vt vitam mortuo impetret.Scriptum eſt enim ſine charitate neminem ſaluum eſſe.non itaque in ſolo timore viuit homo quem ergo ſero penitet: oportet non ſolum timere Deum iudicem: ſed iuſtum diligere.non tamen pœnam timeat ſed anxietur pro gloria.debet enim dolere de crimine & de omni prædicta varietate eius. Quod quamuis de eius ſalute Aug. potuit dubitare,credo quidem illi qui dixit: Quacunque hora ingemuerit peccator, & conuerſus fuerit:vita uiuet & non morietur. dixit conuerſum & non tantum verſum vita viuere verſum quidem viuere puto: qui dolet de crimine: conuerſum qui dolet de omni eius quam exponimus varietate: vertitur à peccato qui iam vult dimittere peccatum conuertitur qui totus & omnino vertitur: qui iam pœnas non tantum non timet: ſed ad bonum domini feſtinat tendere. quæ conuerſio ſi contingerit alicui etiam in fine deſperandum non eſt de eius remiſſione:ſed quoniam vix vel raro eſt tam iuſta conuerſio, timendum eſt de penitente ſero, quem enim morbus vrget & pœna terret: ad veram vix venit ſatisfactionem, maxime cum filii quos illicite dilexit ſunt præſentes: vxor & mundus ad ſe vocet. Multos ſolet ſerotina pœnitentia decipere:ſed quoniam Deus ſemper potens eſt. ſemper etiã in morte iuuare valet quibus placet, cum itaq; opus ſit non hominis, ſed Dei fructiſera pœnitẽtia inſpirare eam poteſt, quandocunq; vult ſua miſericordia & remunerare ex miſericordia,quos poteſt damnare ex iuſtitia.Sed quoniam multa ſunt quæ impediũt,& languentem retrahunt periculoſiſſimum eſt & interitu vicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium:ſed magnum eſt cui Deus tunc inſpirat. Si quis enim eſt qui per veram pœnitentiam expectat Dei clementiam: maiorem ſentiet Dei bonitatem ſua nequitia.Sed ſi etiam ſic conuerſus fuerit vita viuet & non morietur, non promittimus tamen quod euadet omnẽ pœnam, nam prius purgandus eſt per ignem purgationis: qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis. Hic etiam ignis & ſi æternus non ſit: miro tamen modo grauis eſt. excellit enim omnem pœnam quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita. nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna. licet mirabilia martyres paſſi ſint tormenta: & multi nequiter quanta ſæpe ſuſtinuerunt ſupplicia.

cia.Studeat ergo quiſque ſic delicta corrigere:vt poſt mortem non oporteat talem pœnam tolerare.Quædam enim peccata ſunt mortalia quæ in pœnitentia fiunt vitalia: non tamen ſtatim ſanantur. Sæpe enim ſunt qui morerentur niſi medicarentur.Languet victurus qui prius erat moriturus:qui autem impenitẽs moritur omnino moritur,& æternaliter cruciatur, qui autem impenitens finitur, ſi ſemper viueret ſemper peccaret at Dei eſt miſerentis quòd operatur finem peccandi.ob hoc etiam ſine fine torquebitur:quia nunquam virtute ditabitur ſemper plenus iniquitate, ſemper ſine caritate torquebitur ſine fine. Et vide optimum tex.in c.ſi presbyter.xxvi. q. vi. vbi litera dicit. Si presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum, quia dominus dicit. Quacunque die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam vita viuet & nõ morietur. Vera enim confeſſio in vltimo tempore eſſe poteſt. quia dominus non ſolum temporis ſed etiam cordis inſpector eſt: ſicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo,in hora vltimæ confeſſionis,& de hoc vide Ezechielem in c.xviii.& c.xxxiii.Item in c.agnouimus.xxvi.q.vi.legitur.Agnouimus pœnitentiam morientibus denegari:nec illorum deſideriis annui, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubuenire horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem inueniri:vt de Dei bonitate deſperet:qua ſi non poſſit ad ſe quouis tempore concurrenti ſuccurrere: & periclitantem ſub onere peccatorum hominem redimere: quo ſe velle expediri deſiderat & liberari. quid hoc rogo aliud eſt quam morienti mortem addere: eiuſque animam ſua crudelitate na abſoluta poſſit eſſe occidere? cum dominus ad ſubueniendũ paratiſſimus inuitat ad pœnitentiam ſic promittens peccatori: in quacunque hora.&c. & item. Nolo mortem peccatoris:ſed vt magis conuertatur & viuat.Salutem ergo hominum adimit quiſquis mortis tempore pœnitentiam ſibi denegat:& deſperat de miſericordia Dei qui eum ad ſubueniendum poſſe morienti ſufficere:vel in momento non credit poſſe.perdidiſſet vtique latro in cruce premium ad dexteram Chriſti pendens: ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet cum eſſet in pœna penituit:& pro vnius confeſſione ſermonis habitaculum paradiſi eo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum mente potius eſtimanda eſt quã tempore, propheta hoc taliter efferente: cum conuerſus ingemueris tunc ſaluus eris. cum ergo dominus ſit cordis inſpector quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti:cum ille ſe obliget iudici cui occulta omnia nouerit reuelari. Cui autem pœnitentia non negatur nec reconciliatio ſibi deneganda eſt. Inconſulto ergo epiſcopo pœnitentem, presbyter reconciliare non debet, niſi vltima neceſſitas cogat. Ideo non eſt neganda reconciliatio his qui tempore neceſſitatis eam implorant,vt in c.his qui.xxvi.q. vi. vbi litera dicit. His qui tempore neceſſitatis & in periculi vrgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & munus reconciliationis implorant nec ſatisfactio interdicta eſt,nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere,nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniȩ moras conuerſio: dicente Dei ſpiritu per Ezechielem prophetam. Cum conuerſus ingemueris tunc ſaluus eris. quòd ſi ita aliqui egritudine aggrauati ſunt:ut quod paulo ante poſcebant, ſub præſenti ſignificare non valent teſtimonio:eis fidelium & circumſtantium teſtimonium prodeſſe debebit. Simul tamen pœnitentiæ & reconciliationis benefitium conſequantur: ſeruata tamen regula ſanctorum canonum paternorum, circa eorum perſonas quæ à fide domini diſcedendo peccauerunt, non ſunt recipiendi ſine pœnitentia ſolenni aut iuramento, vt i.q.vii.c.conuenientibus, & c.quotiens. & dixi in c.de hæreticis. Itaque a ſerotina pœnitentia timendum eſt: Sed quia voluntas eſt libera poteſt homo deteſtari ſua peccata in quantolibet tempore quantuncunque puſillo imminente morte: ſicut longe ante mortem quemadmodum demereri poteſt. Contrarium aſſerere eſſet error beguardorum & beguinarum, vnus ex octo reprobatis in clementina, ad noſtrum de hæreticis. Et nota quòd licet infirmus poſſet abſolui a quolibet ſacerdote, vt in c.ſiquis ſuadente.xvii. q.iiii.& in c.a nobis de ſent.excom. & in c. parrochiano de ſepulturis. non tamen mortuus ſed a ſolo papa.& de hoc vide doct.in d.c.à nobis, & vide in c. ſi aliquis.xxvi.q.vi.ex concilio Epaneñſi. Item ſi quis fuerit amens à natiuitate:talis poteſt baptizari & corpus Chriſti in neceſſitate recipere. Si vero non fuit amens à natiuitate: ſed creditur eſſe in mortali peccato:non eſt ei dandum corpus Chriſti, vt extra de bap.& eius effe.c.maiores. Eucbariſtia ſuſpendendis in patibulo non eſt deneganda, & c.quæſitum.xiii.q.ii.& vide doct. in gloſa in c.ſi quis.xxvi.q.vi. In periculo cõſtitutis pœnitentiæ quantitas nõ eſt imponenda ſed innoteſcenda, vt in c. ab infirmis. xxvi.q.vii. per hæc verba propterea quæ tu cõmiſiſti, quæ tu feciſti taliter debes penitere: ſed expectamus quouſque euaſeris, vt de pœnitentia diſt.vi.c.qui vult. Et præſidentium arbitrio pœnitentia iniungenda eſt, vt diximus, & vide tex.& doct.in c.tempora.xxvi.q.vii.conſiderabit tamen quilibet ſacerdos circunſtantias omnes.ſ.perſonæ,temporis,loci criminis,qualitatem & cauſam:prout dicitur de pœnit.diſt.v.in princ.diſt.i.c.aut facta, & qualitas criminum, & contritio pœnitentium, in ſatisfactione imponenda à ſacerdote conſideretur.xxvi.q.vii.itaque ratio multorum eſt habẽda in pœnitentia imponenda: habetur ratio ſenectutis, vt lxxxvi. diſtinct.tanta. Et iuuentutis, vt xxxiii.q.ii.in adoleſcentia, & l.diſtinct.pœnitentes.Item & nobilitatis, vt xli.diſtinct.non cogantur.

gantur.Item paupertatis.ex.de ſent.excō.c.vlti.Item inimicitiarum, vt ex eod.c.de cetero. Item in conſilio Leodicenſi legitur,tranſumptiue in c. his qui. 26.q.7.His qui diuerſorum peccatorū lapſus incurrunt,& oratione & confeſſione,& pœnitentia malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrant,pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum eſt, propter miſericordiam & bonitatem Dei, qui ergo huiuſmodi ſunt : reuocandi & ad communem applicandi ſunt.Et notabimus vt dixi,quòd pro notorio crimine tantum pœnitentia ſolennis eſt iniungenda,c.presbyter.& ibidoct.xxvi.q.vi. Item ex concilio Carthag.iii.Pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora diſcernantur. Item ex concilio Laodicen. iiii. Sacerdos pœnitentiam imploranti abſque perſonarum acceptione, pœnitentiam ſecundum legem iniungat : negligentiores verò pœnitentes tardius reconcilientur. omni autem tempore ieiunii manus.pœnitentibus a ſacerdotibus imponitur diebus etiam remiſſionis pœnitentes genua flectant: & mortuos in eccleſiam afferant & ſepeliant die autem dominico non ieiunent,nam qui die dominico ſtudioſe ieiunant,non creditur eſſe catholicus: pęnitentes vero qui leges pœnitentiæ attente exequuntur,ſi caſu in itinere, vel in mari fuerint mortui vbi eis ſubueniri non poteſt:memoria eorum & oblationibus & orationibus commendetur. Vnde in octaua ſynodo legitur. Pro qualitate delicti temporis pœnitentiæ impendatur. Item in octaua ſynodo legitur.Non ſit poſitum in iuditio eorum qui preſunt:quanto tempore vel quali modo penitere debeant qui delinquunt:quia ætas ad eruditionem multum baberi facit differentiam penæ.Quo affectu pœnitentem ſuſcipere,& in pœnitentem abiicere debeamus:ex eadem ſynodo euidenter oſtenditur cum dicitur. Pœnitentem ex corde ita oportet ſuſcipi: ſicut dominus oſtendit cum dicit. Quia conuocaui amicos meos & vicinos dicens ; Congratulamini mihi quia inueni ouē meam quam perdideram. Item in octaua ſynodo. Affectum illum in ſe recipiat pœnitens quem gerebat ille qui dicebat iniquitatem odio habui , & abominatus ſum ſecundum ea quæ ſcripta ſunt in ſexto pſalmo, atque in quam plurimis aliis vel ea quæ Apoſtolis dixit ad eos, qui ſecundum Deum contriſtati ſunt. Quantam (inquit) operatus eſt in vobis ſollicitudinem : ſed excuſationem : ſed indignationem : ſed emulationem : ſed vindictam in omnibus exbibuiſtis vos cautos eſſe negocio.ſed & in ipſis quibus deliquit agens multa contraria, ſicut & Zachæus fecit. Item in octaua ſynodo. Erga eum qui peccata ſua non punit,tales eſſe debemus, ſicut dominus præcepit dicens. Sit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus,& ſicut apoſtolis docuit dicens. Subtrahite vos ab omni fratre ambulante inordinate : & non ſecundum traditionem quam tradidimus vobis. Item Ioannes Chryſoſtomus.Alligant autem onera grauia & importabilia.&c.tales ſunt ſacerdotes etiam nunc qui omnem iuſtitiam populo mandant: & ipſi nec modicam ſeruant vide licet, non vt faciendo ſint : ſed vt dicendo appareant iuſti. Tales ſunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiā imponunt,quia dicunt & nō faciunt , & ſic dum pœna præſentis pœnitentiæ fugitur: contemnitur pœna peccati futura. Sicut enim ſi falcem ſuper humeros adoleſcentis quē non poteſt baiulare poſueris,neceſſe habet vt aut falcem reiiciat, aut ſub pondere confringatur: ſic & homo cui graue pondus pœnitētiæ imponis,aut pœnitentiam reiiciet, aut ſuſcipiens dum ſufferre non poteſt ſcandalizatus amplius peccat. Deinde & ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes: non ne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere quam propter crudelitatem ? Vbi enim paterfamilias largitus eſt,diſpenſator non debet eſſe tenax,ſi Deus benignus, vt quid ſacerdos eius auſterus vult apparere ? Itaque melius eſt errare in miſericordia remittendi: quam in ſeueritate vlciſcendo. Argu. quòd iudex potius ſeruabit miſericordiam quam rigorem. l.diſtinct.c.ponderet.in fi.& lxxxvi.diſtinct.non ſatis.xi.q.iii.c.nemo peritorum. extra de ſortil. c.ii.quandoque tamen potius ſeruatur rigor quam miſericordia.ſ. vbi non eſt ſpes correctionis, vt xxiii.q.iiii.c.eſt iniuſta. Iudex enim non debet moueri ad lachrymas calamitoſorum, vt ff. de officio.præſidi.l.obſeruandum,& de peni.diſt.iii.c.ſunt plures,& vide tex.& doc.de hoc in l.placuit.C. de iudiciis,& vide optimum tex.in c.omnis qui iuſte iudicat.xlv.diſtin.cuius verba ſunt. Omnis qui iuſte iudicat eſtateram in manum geſtat,vt iuſto liberamine quædam per equitatem corrigat quædam vero per miſerationem indulgeat,& vide ibi gloſſam & doct.& ſic notabis ꝙ iudex poteſt exercere rigorem & miſericordiam. Sed vide Bart.in l.ſi ſe non.§.ſi quis.ff. de re iudicata. Et quia licet incidenter materia ſe offert aliqua de pœnis dicamus. Pœna eſt delicti vel pro delicto ſatisfactio,quæ à lege vel à miniſtro legis imponitur,vt notatur.ff.de pœnis ſuper rubri.& miniſtro.ideo dicitur quia ſunt quædam pœnæ à lege non determinatæ quæ iudicis arbitrio imponuntur,vt.ff.de extra ordi.crimini.l.i.& ii.committuntur autem delicta quatuor modis,facto,vt furta,cedesque,dicto vt conuitia. ſcripto vt falſa,& famoſi libelli,conſilio, vt coniurationes:& latronum conſcientia,quoſq; alios ſuadendo imiſiſſe ſceleris eſt inſtar.Et nota quòd ſeptem modis aggrauatur vel attenuatur pęna,cauſa,perſona,tempore,loco,qualitate,quantitate,& euentu. Cauſa vt in verberibus quæ impunita ſunt a magiſtro:illata vel apperente , quæ emendationis non iniuriæ gratia videntur adhibere. Puniuntur cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt. Perſona dupliciter expectatur & eius quæ fecit:& eius qui paſſus eſt, aliter enim pu-

niuntur

niuntur ex his facinoribus ſerui quam liberi:& aliter qui in dominũ parentem.veauſus eſt quam
qui in extraneum vel iu priuatum. Iu huiuſmodi rei conſideratione ætatis quoque ratio habe-
tur,locus facit: vt idem furtum vel ſacrilegium ſit:& capite luendum,vel minori ſuplicio. Tem-
pus diſceruit,emenſorem à furtiuo & effractore: vel furem diurnum,à nocturno. Qualitatem
autem factum:vel atrocius vel leuius eſt,vt furta manifeſta,à non manifeſtis diſcerni ſoleut:rixa
à craſſariis: expillatioue,à furtis petulantia.Et quautitas diſcernit furẽ ab abigeo nam qui vnam
ouem ſurripuerit,vt fur coërcebitur, qui gregem vt abigeus. Eueutus expectatur vt à dementiſ-
ſimo quoque facto, de quo vide Azo. in ſumma iu rubri.de pœnis. Et uota circa impoſitionem
pœnarum quia iudex nou debet ſubito & inconſulto accuſatum punire,vt ff.ad l.Iul.maie. famo
ſi,vnde iudex indagare & extimate debet:quis aliud maleficium fecerit. Et ſi inuenerit illud cõ-
tra quem inquiritur illud maleficium commiſiſſe extimet qua mente illud fecerit: & ſi inuenerit
illud feciſſe errore,non puniet eum,vt ff.ad turpilliã l.i.& ff.ad l. Corn.de falſis l.diuus pius ad fi
nem, & C. de ſicariis l.i.vbi hoc notatur in gloſſa ordinaria,& ff.de abigeis l.i.in fine, & ff. de vi
bouorum raptorum l. ii. Et iudex debet ponderate ferre ſententiam & cum aliquo benignitatis
temperamento,vt ff.de pœnis l.reſpiciendum: debet enim iudex intueri cauſam & finem malefi-
cii: vt dicitur iu illo qui cauſa libidinis fregit hoſtium: & ille qui incœpit rixam magis punitur
quam puniuutur alii qui in ipſa rixa delinquerunt,vt C.ad l.Iuliam.de vi.pub.l.quoniam malo-
rum. Et ideo aduocati ſæpe probare nituutur,quòd incœpit rixam. Et nota quòd ille qui man
dat & fieri facit aliquod maleficium i videtur illud propria manu feciſſe: per legem bene notau-
dam ff.ad l.Corne.de falſis l.diuus Claudius §.Item ſenatus, vbi videri enim agi.&c. & ff. de ſica.
l.nil Intereſt,& ff.de vi,& vi ar.l.i.§.deieciſſe,vnde puniendus eſt vterq;,tam mandans quam ma-
leficium cõmitens,vt ff.ad Sillenianum l.ſi prius,& l.ſi percuſſor.& C.de accuſatio.l.nou ideo mi
nus,& ff.quod vi aut clam.l.ſi ego tibi.Et nota quòd magis peccat mandans qui auctor eſt pecca
ti:quia ipſe peccat in ſe & alium peccare fecit,& ideo acerbius puniendus eſt quam ſi propriis ma
nibus offendiſſet.vt iudices ſine quo ſuffragio.§.eos autem.colla.ii.& ff.quod vi aut clam.l.ſi ego
tibi,& ff.de ſeruo corrupto.l.in hoc iuditio ad finem. Et ſunt iſta efficaciſſima argumenia con-
tra facieutes aliquos offendi per aſſaſſiones,de quo vide Gandi.in tractatu maleficiorum,in rub.
de peui.reorum,& vide eundem in rub.de homicidiis & eorum pœnis,vbi late loquitur de man
dante homicidium fieri data pecuuia. Sed nota quòd maleficium debet eſſe inſtructum apertiſſi-
mis documentis: vt videbis ibi per Gandi. Et maleficio commiſſo propter quod aliquod mem-
brum abſcindi debeat vna manus ſola abſcindi debet,vt in auct. ſed hodie.C.de ſer.fugiti. & vi
de tex.in l.ſi fugitiui.C.de ſeruis fugitiuis,& in aucten.de mandatis princi.§.coges.colla.iii. quã
loquũtur de abſciſione membri, & illa manus debet abſcindi in qua minus poteſt,vt ff.de pœu.
l.interprætatione,niſi aliud cõtingat quo caſu pœna debeat augeri,vt l.aut facta.§.finali.ff.de pœ
nis,& ibi vide Bart.an & quando pœna augeatur et minuatur propter multitudinem.Et nota quod
ſi reus non habet niſi vnam manum,illa ſola amputabitur,vt ff.de coutra.empuio.l.ſi empti.§.po
nulti.Et ſi ille cui manus debeat abſcindi nullam manum habet:in alio membro debet puniri,vt
C.vt infra certum tempus crimi.quæſtio termine.l.ii. Et uota quòd ſi aliquis fecit iniuriam ali-
cui iudici:vel alicui de ſua familia verbo vel facto,iudex poterit delinquentes puniri, vt Bart.in l.
ſi quis.§.ſi quis.ff.de pœnis.Et etiam vi.Gandi.in tract.maleficiorum, iu rubr.de pœuis reorum.
Et ibi etiam videbis ſi accuſatus eſt citatus & ante condemuatiouem eſt factus clericus occaſio-
ne maleficii.Pedem in quibus caſibus quis amittat,& oculum in quibus caſibus quis amittat,&
verberari in quibus caſibus quis debeat, & comburi iu quibus caſibus quis debeat, & ſuſpendi
in quibus caſibus quis debeat,& bullari in quibus caſibus quis debeat, vide Gandi.in tracta.ma
leſi. in dicta rubr. de pœ. reorum ad finem. Et quia ſuperius diximus an poſſit condemnari effe-
ctus clericus poſt delictum commiſſum,vi.de huc Bart.in l.i.ff. de pœ.vbi ipſe dicit in principio.
Hæc eſt notabilis lex in imponendis pœnis,quia tempus ſententiæ inſpicitur. Et nota quòd tẽ-
pus quo quis ſtetit iu carcere non computatur iu tempore exilii,vi.de hoc Bart.in l.aut damnũ.
§.quiſque.ff.de pœuis,& quando iudex poſſit augere vel minuere pœnam, & quando pœna eſt
extra ordinaria qualiter dicatur augeri vel minui.vi.Bar.in l.hodie.ff. de pœnis,& vi.eundem in
l. hodie.ff.de pœnis,& vide eundem in l aut facta.§.cauſa eod. tir. de pace facta inter me & te, &
ego percuſſi te,an ſit rupta pax.Et uota quòd iudex nemine defendente poteſt ex officio inquire
re defenſioues rei.vi.de hoc Bar.in l.i.ff. de quæſtio. & in l.ſi non defendantur.ff. de pœnis. Vbi
etiam dicit,quòd iudex in cauſa criminali poteſt inducere teſtes à parte non productos.Et ita de-
terminauit Piſis,vt ipſe refert iu quæſtioue quam diſputauit.Et nota quòd poſt ſententiam ſi ap
paret de inuocentia rei poteſt abſolui ex gratia ſpeciali,ita Bart.iu l.i.§.fi.ff.de quæſtio. & iu l.di
ui fratres.ff.de pœ. quod teue meuti ſecuudum eum. Et an ſenteutia corporalis poſſit mandari
excuſationi infra terminum,qui datur ad appellandum,vide Bar. in l. qui vltimo ff. de pœ. ad fi.
vbi ipſe dicit. Quædam eſt excuſatio quæ fit de iure:vt quòd afficiatur ſeruus, vel infamis, & ſi-
milia: & tunc talis excuſatio fit ſtatim data ſententia. Et quædam eſt excuſatio quæ debet fieri
ab ho-

ab homine:& iſta debet differri poſt x.dies,vt in l.ſi.& quod ibi notatur.ff. nihil mouetur appel. penden.Et nota quòd pœna quæ imponitur ad tempus poſt tempus videtur remiſſa,vt in l. imperator.ff.de poſtulando,& in l.fratres.ff.de pœnis,& ibi Bar.Et nota quòd pœna non eſt reuocanda poſt ſententiam,vt in l.pœnam.C.de pœnis. Et nota quòd tempus exilii incipit à tempore ſententiæ,adeo quòd ſi toto tempore quo debuit exulare ſtetit in carceribus debet poſtea liberari,vide de hoc Salicet.poſt.Bald. in l.omnes. C. de pœnis. Et nota quòd ciuitas damnata ad murorum deſtructionem:perpetuo debet remanere ſine muris.ita Bal.in l.ſeruus.C.de pe.Et nota quòd liber homo ad perpetuum carcerem damnari non debet, & iudex non poteſt imponere pœnas inſolitas,vi.de hoc Bald.in l.incredibile.C.de pœnis,vbi dicit; quòd epiſcopi qui damnant aliquem ad perpetuum carcem bene faciunt. Et allegat Innoc.ad hoc ibi vi.per eum. Et nota quòd ſententia fertur in delinquentem, & non in eius hæredes: quia pœna ſuos debet tenere autores. In crimine tamen læſæ maieſta.in multis grauantur filii ex delicto patris.ff.de pen. l.ſi pœna,& l.crimen,& C.de pe.l.ſancimus, & l.quiſquis.C.ad l.Iu.ma.ff.ad l.Iuli.maie.l.penul. Et nota quòd interpretatione legum pœnæ ſunt potius molliendę quam exaſperandę, vide de hoc Azo.in ſumma.in rub.de pœnis in finali colũ.vbi ipſe dicit; eſt ergo reſpiciendum iudicanti ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit: nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt:ſed perpenſo iuditio prout quæque res poſtulat ſtatuendum eſt: plane in leuioribus cauſis procliuiores ad leuitatem debent eſſe iudices,in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi vt ff. de pœnis.l. reſpiciendum,nec audiẽdæ ſunt variæ voces populi aut vocibus eorum credi oportet:quando aut ob noxium crimen abſolui: aut innocentem condemnari deſiderant,vt in l. de curionum.C. de pœnis,vbi dicit Bal.Ad clamorem populi præſes non debet illicita perpetrare. Et damnatus ſi dicat ſe habere quid principi referat,non debet iudex ei expectare ne detur licentia ſupplicandi, vt ff. de pe.l.ſi quis forte,& l.cum reis.C.de pe.& l.ſi quis in ea.C.de cuſtodia reo.& contumacia damnati cumulat pœnam, vt ff.de pe.l.relegati,& l.aut damnum.§.quiſquis,vbi dicit.Quiſquis autem in locum publicum damnatus refugit duplicato tempore, damnari ſolet, & vide etiam de hoc Azo.in ſumma.in rubri.de pœnis ad finem. Et nota quòd executio mulieris quæ peperit differtur quouſque reperiatur nutrix,vide de hoc in l.pregnantis.ff.eo.Et qualiter puniatur ille qui fecit mulierem abortiri,vide Bart. in l.dinus.ff. de extra ordinariis criminibus. Et delicta debent puniri ſecundum morem prouintiarum l.fi.§.fi.ff.de extra ordi.crimi.& vide doc.in aute. qua in prouintia.C.vbi de cri.agi.oportet, de pœna officialium,vide text.ſingu.in aucten. de armis.§. fi. ſed in omnibus pœnalibus iuditiis,& ætati & imprudentiæ ſuccurritur,de quo late in C.ſequenti. Ex his omnibus apparet quòd nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis: nec zelus rectitudinis ſine manſuetudine in prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo qui præmiſſis auctoritatibus ab epiſcopali officio remouentur: non quilibet corporaliter flagellantes ſed prætermiſſa manſuetudine ad verbera ſemper parati intelligendi ſunt: qui per flagella non vitia corrigere ſed timeri appetunt: quibus Petrus ſcripſit. Ne ſitis dominantes in clero: ſed forma facti gregis ex animo,ideo ſcribit Auguſt.ad Valerium, & tranſumptiue in c. ante omnia.xl.diſtinct. dicens. Ante omnia peto vt cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita & maxime hoc tempore facilius & leuius & hominibus acceptabilius. Epiſcopi autem presbyteri aut Diaconi officio: ſi perfunctorie atq; adulatorie res agatur: ſed nihil apud Deum miſerabilius & triſtius & damnabilius. Item nihil eſt in hac vita & maxime in hoc tempore difficilius & laborioſius & pericoloſius epiſcopi & presbyteri aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius ſi eo modo militetur,quo noſter imperator præcipit.ideo fugite eccleſiaſtici a facie gladii quia vltor iniquitatum gladius eſt. & iterum aduertite viuentes de patrimonio Chriſti, quia multi ſacerdotes,& pauci ſacerdotes, multi in nomine: & pauci in opere. Videte ergo fratres, & a die baptiſmi ſine crimine debet inueniri,qui in epiſcopum eſt ordinandus, vt in c.ſi.xxv.diſt. ſed pro occulto crimine nemo repellitur poſt pœnitentiam,niſi in homicidio.glo.ibi.ſed tu vide tex.& docto. in c. vltimo,de temporibus ordina.ſed aduertant reuerendiſſimi & ſanctiſſimi epiſcopi, quia Sinagoga dixit Pilato, non habemus Regem niſi Cæſarem. Videte ergo domini mei prælati, & curati quomodo ſedetis ſuper cathedram, quia non facit cathedra ſacerdotem: ſed ſacerdos cathedrã, non locus ſanctificat hominem: ſed homo locum ſanctificat. Non omnis ſacerdos ſanctus: ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedram honorem accipit cathedræ: qui male ſederit,iniuriam fecit cathedræ. Ideoque malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim tuo ſedes: ſiquidem vixeris bene & docueris.populum inſtruis. ſi bene docueris & male vixeris: tui ſolius condemnator eris. Nam bene viuendo & bene docendo populum inſtruis quomodo viuere debeat.bene autem docendo,& male viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. Quicunq; deſiderauerit primatum in terra,inueniet cõfuſionem in cœlo: nec inter ſuos Chriſti computabitur: qui de primatu tractauerit, nec vnuſquiſq; eorũ ſuſtineat quomodo aliis maior appareat: ſed quomodo omnibus inferior videatur

quoniam

quoniam non qui maior fuerit in bonore inter bomines ille eſt iuſtior, ſed qni fuerit inſtior ille maior. Prælatna vtrum pro inturia propria poſsit aliquem pnnire. vide gl. & doct. in c. & qui emēdat. xlv. diſt. dicit. ibi gl. Pro propria iniuria poteſt prælatus aliquem punire, dummodo non faciat animo vlciſcendi. vt in c. ſeditionarios. xlvi. diſt. quia vera iuſtitia compaſsionem habet: falſa vero dedignationem, quamuis & iuſti ſoleant recte peccatoribus indignari. vt ſcribit in moralib. D. Greg. li. xix. p. iiii. c. xxiiii. tranſnmptiue. in. c. vera iuſtitia. xlv. diſt. itaq; vere iuſtus miſeris cōpatitur, delinquentib. indignatur. ideo Ang. in enchir. dicit. & trāſumptiue in. d. c. & qui emēdat. Sunt. n. multa genera eleemoſynarū, de qnib. Albinus ait. tuā ſunt gña elemoſiuarū, vna corporalia egēti dare, quicquid poteris altera ſpūalis dimittere a quo leſus fueris: tertia delinquentes corrigere, & erranteа in viā reducere veritatis. Item Ang. dnæ ſunt eleemoſynæ vna cordis alia pecuniæ. Elemoſina cordis eſt dimittere ei à quo læſus es, nā dare aliquid indigenti aliquando queris, & non habes indulgere peccanti quantum volueris redundat tibi Eleemoſyna multo maior eſt, quàm eleemoſyna corporis, charitatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit: illa vero quæ corporaliter datur, ſi ſine benigno corde tribuitur omnino non ſufficit. de eleemoſyna dixi late in ſermone epiſcopali.

Ubi tractatur, quòd propter ætatem, & imprudentiam debeat pœna minui. C. lxxvi.

DIximus in c. præcedenti, qnòd propter ætatem, & imprudentiā debet pœna minui, & quia iſta materia eſt vtilis. vide tex. capitalem in materia in l. fere. ff. de reg. iur. vbi litera dicit. ferè in omnibus pœnalibus iuditiis, & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. notabimus ideo ex d. l. vt diximus. ſ. quòd propter ætatem, & imprudentiam debet pœna minui, & illa lex habet pulchram gl. quam ſic vocat Alb. in. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de min. ſed præmittendum eſt, quod maleficia ſeu crimina, non debent impunita remanere. l. ita vulneratns. ff. ad l. aquil. cū concord. & c. vt fame, de ſen. excom. Sed volnntas, & propoſitum diſtingnit maleficia. vt l. qui iniuriæ. ff. de fur. & l. quod reipnblicæ. ff. de iniur. & l. i. C. ad l. corn. de ſica. & quia ætati in iſtis pœnalibus ſuccnrritur. dic qnòd diuerſæ ſunt ætates. Prima eſt infantia, vſq; ad ſeptimnm, de qua in l. ſi infanti. C. de iur. delib. Infans antem, vel proximus infantiæ, non poteſt delinquere, quia caret intellectu, & ignorat quicquid videt. vt in l. vna. C. de falſa moneta. & inſtit. de inutilib. ſtipulatio. §. pupillus. & l. ſed & ſi quemcunq;. §. ſed & ſi inſans. ff. ad. l. aqu. vbi Florianus dicit eſſe notandum tex. quod in illum qui caret mente & intellectu non poteſt cadere delictum. quomodo. n. reus conſtituitur qui neſcit quod fecit? xv. q. i. c. aliquos. & hoc infert Florianus, ad quæſtionem, quod ſi ebrius delinquat, non debet puniri, ſed in contrarium facit. l. recipiendum. §. delinqunnt. ff. de pœn. & ibi Bar. & l. omne delictum. §. qni ſe vulnerauerit, ff. de re mil. punitur tamē mitins, quàm ſi non eſſet ebrius, facit. c. ſane, & c. inebriauerunt. xii. q. i. videte gl. xv. q. i. in priuci. Sed redeundo ad infantiam, videte ea quæ dicunt doct. in l. in negotiis exercendis. ff. de regu. iur. vbi multa de infante, & pupillo, & impubere. ibi videbis. Sed alia ætas maior inſantia in qua conſtitutus ſi ſit proximior adultæ ętati quam infantiæ, de quo habetur in l. pupilli. de reg. iur. tenetur de omni delicto excepto vitio carnis, vt in c. i de delictis puerorum. & videbis in l. ſi minor. ff. ad l. iul. de adulte. & vide in. l. auxilinm. ff. de min. §. in delictis. ſed in aliis delictis diſpēſatur cū eo in pœna mitiori, iuxta no. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notā. infa. & l. & ſi ſeuerior. C. ex qui. ca. infa. irrog. illa. n. diſpenſatio a lege iudici conceſſa eſt propter ætatem, ſecundum Bal. in l. i. C. ſi aduerſus delictum. & Alb. in. d. in delictis. vbi miſeratio ætatis inducit iudicem ad pœnam minorem imponeudam, & boc etiam probatur in. d. l. fere. qnæ dicit in pœnalibns indiciis ætati eſſe accurrendum. Interdum excuſatur ætas ex defectu naturalis præſidii, vt in pupillo maiore infante quantnm ad delictum carnis, quia naturaliter ad hoc reputatur inhabilis, vt in rībus. ſ. alleg. Aliquando excuſatur ætas beneficio à iure conſtituto, quia quædam delicta, & alia ſtatuta iuris, in maiorib. tantum conſtituta ſunt, vt l. ii. C. in qui. can. reſt. in integ. non eſt neceſſaria. & l. ſi fratres. C. ex qui. cau. infa. irroga. & l. i. §. impubes. ff. ad ſille. & l. minorib. ff. de his quib. vt indig. & l. is. C. ſi aduerſns delictum. Quandoq; datur iudici à lege poteſtas indulgendi minoribns propter miſerationem ætatis, vt in d. l. i. C. ſi aduerſ. delictum, cum ibi notatis. Item intelligendum eſt eam poteſtatem datam à lege miniſtro legis non ad euaſionem totius pœnæ, ſed ad eius mitigationem propter ætatem deliuquentis, vt d. l. auxilinm. §. in delictis. & l. impnn itas C de pœn. & l. impnberem. ff. de fur. & d. l. i. & ibi gl. & doct. C. ſi aduer. delictum, impuberes autem etiam doli capaces, ſi cnlpa leui, vel leuiſsima delinquant, eis ſnccurritnr, per reſt. in inte. vt in totum abſoluatur, & in nihilo teneatur, vt in l. i. C. ſi adue. delict. & d. §. ſi in delictis. Sed ſi dolo delinquant fienda eſt diſtinctio, qnam in l. ferè facit gl. an ciuiliter agatur. Si ciuiliter non iuuantur beneficio reſt. in integ. & videtur tex. in d. l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de mi. ſecundum iſtā gl. vt quia forte non ſoluerunt vectigal debitum, vt l. imperatores. ff. de pub. vbi videbis docto. & Iaſon.

Iaſ. in l. ii. C. de iure emph. ſed hodie minor ſeruatur illæſus ipſo iure à curſu huius temporis. vt in l. fi. C. in qui. cau. reſt. in integ non eſt neceſſaria. & gl. in l. ii. C. de fundis patrimo. lib. xi. addit gl. in l. fere. quando agitur ciuiliter, q̄ minori ſuccurritur in iuditiis pœnalib. in quibus propter negationem fit condemnatio ad duplum, vt l. contra negationem. C. ad l. aqui. & ibi gl. & docto. ita quod, ſi minor negauerit, reſtituitur, vt habeatur pro confeſſo, vt d. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & ibi ſecundum Alb. facit ad quæſtionem de negãte feudum, vel emphyteoſim domino, ad quem propter negationem deuoluitur, vt in titulo ſi de feudo fuerit contro. §. vaſſallus in vſi. feu. & quòd reſtituatur ad confitendum, facit. l. electio. ff. de noxal. §. neq; hæredi. & vide gl. & doct. in l. imperialem. §. præterea, de prohibita feudi aliena. per Fed. in vſib. feudo. reſtituitur etiã minor ſecundum gl. ſi potuit tranſigere, & non tranſegit. vt habeatur pro tranſigente, vt d. nunc videndum. Si vero agatur criminaliter, eſt materia d. l. auxilium. §. in delictis. vbi gl. & etiam glo. in l. fere. diſtinguit inter delicta prouenientia ex animo, ſiue ſit priuatum delictum ſiue publicum. vt d. l. i. C. ſi aduer. delict. & in iſtis diſtinguitur, quod quædam ſunt atrocia tantum, vt priuata delicta. Sicut eſt furtum, & in illis non ſuccurritur minori, niſi in quãtum miſeratio ætatis adducat iudicem ad imponendum minorem pœnam, vt in d. §. videndum. Alia ſunt atrociora, & in illis non ſuccurrit minori dolo delinquenti. vt eo. §. & §. delectis. & allegata. l. i. C. ſi aduer. delict. vbi Albe. quærit, ſi lata culpa delinquat minor, an poſsit ſibi ſuccurri per reſt. in integ. ibi videbis. gl. tamen in d. l. fere. & in d. §. in delictis numerat, & excipit aliquos caſus in quibus minor reſtituitur etiam ſi dolo ducatur vnum in. l. fi. C. ſi aduer. delict. alium in. l. pe. ff. de his qui not. in fa. & videte Inno. in c. gaudemus, de diuor. & tertium in l. fi. C. de falſa mon. in quibus iurib. videte doc. Illud autem quòd dicunt eſt in minoribus, quòd miſeratio ætatis inducit iudicem ad mitiorem pœnam imponendam, ſicut dicit gl. & gl. in. d. §. in delictis, ꝓcedit etiam in ſenibus quia propter ætatem ſenilem mitigatur pœna, vt l. ii. ff. de termino moto, facit. l. ſacrilegii pœnam. ff. ad l. iul. peculatus: imo magis ſecundum Alb. in hoc fauetur ſeni quam iuueni, quia ipſo iure mitigatur pœna ſeni ſine aliqua reſtitutione, ſed minori beneficio reſtitutionis, ſed facilius, & minus laborioſum, atque damnoſum eſt mitigari pœnam ipſo iure, quam ope reſtitutionis in integ. in qua ſũt expenſæ, & labores multi probationes quòd & læſiones neceſſariæ, & datur ſolum reſtitutio in quadriennium, vt l. fi. C. de temporib. in integ. reſt. ſed vbi ipſo iure ſuccurritur non eſt opus prędictis. & vide Pan. in. c. cum in contemplatione. de reg. iur. & Archid. recitat bona, & mala, quæ afferuntur ſenectuti in c. tanta. lxxxvi. diſt. fuit enim illa ſemper veneranda. in. l. ſemper. ff. de iu. immu. & videte ea quæ notantur in. c. prius. de ſen. excom. vbi habetur, quomodo & in quib. caſibus rigor iuris mitigatur ratione ætatis, & minor xxv. annis in delictis non habet reſt. in integr. l. ſi ex cauſa iudicati. §. nunc videndum. & in d. l. auxilium. §. in delictis. ff. de min. & l. i. C. ſi aduer. delict. pœna tamen quandoq; (vt dixi) debet mitigari arbitrio iudicis, attenta qualitate perſonæ, & delicti, ſed gl. in. d. §. in delictis, dicit quædam ſunt delicta atrocia, quædam atrociora, quædam atrociſsima, in quibus nullo modo ſubuenitur, vt in. d. §. in delictis, in. ii. part. ſui. & gandi in ſuo ſolemni tract. malefi. in tit. de pœnis reorum dicit, quòd in atrociorib. delictis, minor nullo modo ſubuenitur, quatenus miſeratio ætatis produxerit iudicem, ad mediocrem pœnam imponendam, & ita intelligitur, tex. in. d. §. in delictis. & vide gl. ibi. & In. an. in. c. ſi iudex laycus, de ſent. ex com. dicit, ſunt delicta leuia, grauia, grauiora, grauiſsima. grauiſsima ſunt, quando infallanter pœna mortis imponitur, & enormia delicta ſunt iſta. homicidium adulterium, & ſimilia. lxxxi. diſt. c. apoſtolus Pau. & ſi quis deliquit ex propoſito magis punitur. l. abſentem. in fi. magis punitur, ſed Bar. in. l. non ſolum. §. ſi meo mandato. ff. de iniur. dicit, quædam ſunt delicta leuia, quædam grauia, quædam grauiora, quædam grauiſsima, grauiora, vt delicta publica, pro quibus nõ imponitur pœna mortis. & de iſtis duobus loquitur tex. & gl. in. d. §. in delictis. quia duos caſus continet, primus loquitur in delictis grauioribus, & delicta grauiora ſunt, delicta publica pro quibus non imponitur pœna mortis, & in iſtis delictis habet locum arbitrium iudicis. Secundus caſus loquitur in delictis grauiſsimis, vt delicta publica pro quibus imponitur pœna mortis, vt homicidium? Et in iſtis non eſt arbitrium iudicis, vt per tex. & gl. in. d. §. in delictis. & vide Bart. in. d. §. ſi mandato meo, quia intereſt reipublicæ ne delicta remaneant impunita. &c. & homicida quòd fecit expectet. vt in l. iii. C. de epiſc. aud. vbi dicit Bal. pœna homicidii præciſe eſt pena mortis. & Pau. de caſt. dicit, nota quòd ſi criminoſi dimittuntur impuniti turbantur gaudia, & lætitiæ hominum. & vi. tex. in l. ſi adulterium. §. fratres. ff. de adul. vbi propter ætatem imperatores remiſſerunt claudiæ pœnam inceſti. & vide Cuma. in conſi. xcv. & adde ad ea, quæ ſuperius diximus.

Dicitur etiam in l. fere. de prudentia propter quam etiam pœna mitigatur. Nam imprudenter delictum committitur, quando inaduertenter, & inconſiderate fit, vnde dicitur obligari quaſi ex malefitio. l. fi. ff. de variis, & extraord. cog. & l. ex maleficiis. §. ſi iudex. ff. de act. & oblig. facit text. in. l. nam & ſeruus. §. fi. de neg. geſt. ideo in tali caſu conſideratur culpa non dolus, merito pœna debet mitigari, vt dicit lex fere. & ad hoc facit, tex. in. l. iii. §. i. ff. de ſic. vbi mulier relegata fuit quæ medicamentum dedit non malo animo, ſed ad conceptionem, & inde mors fuit ſecuta. & in l. le-

ge

ge corn.§.cum quidem.ff.de ſicc.vbi in exilium fuit miſſus, qui homicidium non dolo, ſed per laſciuiam perpetrauit, facit tex.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff. de pœ. vbi delictum impetu cõmiſſum minus punitur, & vi.Cuma.in conſi.cxxxv.& vi.tex.in l.ſiquis id quod.§.doli mali ff.de iur.om.iu.vbi corrumpenti, vel tollenti album prætoris per imperitiam, vel ruſticitatem, ſuccurritur ne incidat in pœnam quingentorum aureorum.ſecundum Alb. ibi punietur arbitrio iudicis, facit l.hodie ff.de pœn.ſed Alb.& Bal.in d.§.doli mali. Sed ſciendum eſt, quòd vbi committitur raptus, vel furtum rei alienæ, dolus ipſo facto præſumitur, ſicut etiam dicitur vbi falſum dicitur eſſe commiſſum.l.nec exemplum.C.ad l.corn.de falſis.& ibi doct.& vide Ang.Are.in ſuo trac. crimi.in verbo ſcienter, & doloſe:& latiſsime per Saly.in l.ſenatus.C. de his qui ſibi aſcribũt in teſta.& imperitia iuris excuſat à dolo, quia ignorantia iuris nõ eſt dolus, ſed lata culpa, vt l.late.§. de verb.ſign. & inſti.de ſuſpectis tutorib.§.ſuſpectus.de quo vi.Dy.in c.ignorantia, de reg.in.in vi.& Bar.in l.quod nerua.ff.depoſiti.& vide ea quæ ſcripſi, in l.contractus, de reg.iur.hoc tamen non eſt omittendum, quòd quælibet coniectura, præſumptio, ſeu excuſatio etiam beſtialis excuſat à dolo.glo.in l.i.§.fi.ff.ſi quis ius di.non obtempe.gl.in l.plagii.& ibi Bald.C.ad l.flauiam, de plagiariis, Bal.poſt gl.in l.i.C.vbi cauſa ſtatus, & glo.in l.cum procurator.§.fi.ff.de appella. vide tex.hoc probantem, in l.igitur.§.i.ff.de liberali cauſa.quod verum eſt, dummodo conſtet de errore, vel beſtialitate. Et eſt ratio, quia quocunque modo conſtet de errore, tollitur animus.l.ſi ꝑ errorem.ff.de iur.omn.iud.& l.ii.ff. de iudiciis, quæ ſunt notanda, gloſſ.noſtra etiam explicat de imperitia, cui ſuccurritur in contractu dotis imperite facto, vt l.vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxoriæ actione, vbi ſi contractus dotis ita imperite factus ſit, quòd neque maritus pro dote danda, neq; vxor pro reſtituenda ſtipulati ſunt, cuilibet ipſorum hypotheca tacite datur à lege. Et ibi Saly.iſtud, tamen exemplum, glo.non bene congruit, quæ loquitur de pœnalibus iudiciis: Et illa diſpoſitio non procederet in extraneo dotante mulierem etiam paciſcẽte ſibi ſoluto mat. dotẽ reſtitui, quod facere poteſt vt ea.l.vnica.§.accedit, vir in præſenti ibi niſi expreſſim &c. quã uis ſtipulatus ſit ſibi reſtitui dotem: ſi de hypotheca non ſit ſtipulatus, non habebit tacitã hypo. vt inſti.de act.§.fuerat, & ibi Iaſ.illa aũt tacita hypoteca, quam habet mulier in bonis viri, non ſolũ ſibi datur pro dote reſtituenda, ſed ẽt pro bonis parapheruali b.vt in l.ſi.C.de pact.conu.tam ſuper dote, quàm ante nup.donatio: ſi tñ maritus tempore contractus matrimonii obligauit ſpeciale pignus ꝓ dote reſtituenda, ceſſauit ꝓuiſio de tacita hyp.vt per Alb.in.d.§.& ut plenius, vt ꝑ gl.& doc.in d.l.fi.& in l.iiii.§.ſi excõne.ff.de re iu.habet locum d.l.vnica, in quacunq; dote, ſiue ſit data æſtimata, ſiue inæſtimata iuxta ea quæ habentur in l.cũ dote.C.de iu.do.& l.ſi æſtimatis, cum l.ſeq.ff.ſol.mat.& probatur hoc in d.l.vnica, in prin. Et in iſta tacita hyp.veniunt ẽt futura bona mariti, quæ poſt contractum matrimonium ſibi obuenerunt, iuxta l.fi.C.quæ res pig.oblig. poſ.& probat tex.in l.hac edictali.§.omnib.& l ſiquis prioris.§.in ille.C.de ſecun.nupt.& tenet Alb in d.§.& vt plenius. Aliud exemplum ponit, gl.de l.i.C.de ſicc.vbi occidens hominem non ex propoſito, vel dolo, non incidit in l.corn de ſicc.quæ requirit dolum, vt dictis iurib.ille tamẽ qui occidit debet probare dolum abfuiſſe, vt dixi: quia præſumitur dolum in talibus per iura allegata, quibus addatis, Sal.& doc.in l.dolũ.C.de dolo.& l.ſi non conuitii.C.de iniu. Sed in contractibus, qui dolũ allegat, debet ꝓbare l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob.ſed in criminib de quib. hic loquimur ideo reus probat dolũ obfuiſſe, quia ex atrocitate facti dolus præſumitur contra delinquentem, vt l.vnica.C.de emen.ſer.& l.vnica.C.de emend.ꝓpinquorũ, alias ex ſnia But.& Sal. in d.l.i.C.de ſicc.præſumeremus fatuitatẽ, vel furorem in delinquente quòd non eſt dicẽdum in l.nec codicillos.C.de codi.& in c.cum dilectus.de ſucc.ab inte.faciunt no in l.furioſum.C.qui teſt.fac.poſſ.& per gl.in c.Gonſaldus.xvii.q.ii. Talis.n.quiſq; eſſe præſumitur qualem eum natura facere ſolet.gl.in c.ſi forte de elec.in.vi.ex multis enim præſumitur dolus.vel abſentia doli. Secundum Saly.& doc.in d.l.i.C.de ſicca.bona fama hominis amicitiæ affinitas, frugi vita manſuetudo: hæc tendunt ad præſumendum abſentiam doli. Natura vero hominis rixoſa, inſidioſa, praua vita.atq; mala fama, inducunt præſumptionẽ doli, facit lex: non oẽs.§.à barbaris.ff.de re mil. & l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.& ibi Barto.& ponderandus eſt inſtrumentum, cum quo quis percuſsit: modus etiam conſiderandus, faciunt no.in c.ſignificaſti.i.de hom.l.qua actione.§.ꝓ inde, & l.itẽ ſi obſtetrix.§.fi.& l.itẽ mela.ff.ad l.aqui.& l.i.§.diuus.ff.ad l.cor.de ſicca. Iudex.n.debet applicare animũ ad veriſimilia, & inde colligere, vel dolum, vel abſentiam doli. Item ſi accuſatus dabat operã rei licitæ, vel illicitæ, vt in c.dilectus, de homi.& c.ſignificaſti, & ibi doc. vbi non imputatur equitanti ſi ignoret vitiũ equi, per quod hoĩem ĩterfecit, vel oppreſsit, & de hoc vide doc.in.d.c.ſignificaſti, vbi dicit Io.an.quòd in ꝓprio equo, tollerabilis eſt ignorãtia vitii ſui, ſed aſſertio dñi iurata tollit illã præſump.vt voluit gl.in d.c.ſigni.& ibi uide Ana. dicẽtẽ. ꝙ illa quæ conſiſtunt in animo, conſcientia, vel mente, ꝓbantur per propriũ iuramentum, cũ aliter ꝓbari non poſsint, & idem voluit gl.in c.præſentiunt.de teſti.& alia gl.in c.ſi vero, de ſen. excõ. ſimilem, glo.habetis in c.paſtoralis, de excep.& in §.aliæ inſtit.de act.ſed clare dicit alia gl.in l.at qui natura.§.cum me abſente.ff.de negotiis geſtis, & idem tenet, glo.in l.i.§.ii.ff.de iti.actuq; priua, & ibi Bartol.notat etiam gloſſ.magna.C.de annali exceptio. tenet domini de Rota.in nouis.

in deciſione.xlii.ſed licet homicidium ſit commiſſum ſine dolo,& non puniatur pœna.l.cornel. de ſicariis, culpa tamen poteſt puniri,ſed mitius,vt per doct.in locis allegatis. & per Bal.& doc. in l.vt vlm.ff.de iuſtitia,& iure.ſed mitior eſt imponenda pœna,& à tanto,non a toto ſit excuſatio,argumen.l.dinus.ff.ad l.pompe.de parrici.& l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores.ff.ad legem Iuliam,de adulter.quod relinquitur arbitrio iudicis.qui variis ex cauſis perſoniſque conſtituet.vt ſimiliter dicit,tex.in l.in fundo.ff.de rei vendication. Atrocia delicta cognoſcuntur ex qualitate pœnæ,quæ imponitur per iura.vt dicit tex.in c.non afferamus.xxiiii.quæſtione prima & in l.ſecunda.ff.de publicis iudic.& notatur in l.tranſigere.C.de tranſactione. de ſama autem, quæ excuſet à dolo,quanto tempore debeat durare. vide Bartolum in l.labeo.ff.de ſupellectil. legata.

De multiplici ſpecie filiorum,& de filijs ſpiritualibus. Cap: LXXVII.

NOtabimus ad explanandum,& dilucidandum materiam filiorum,quòd filii naturales legitimantur per ſubſequens parentum coniugium,ſpurii vero non.vt in c.tāta eſt vis matrimonii,qui filii ſint legit.& de multiplici ſpecie filiorum,vide docto.in d.c.tanta,& de multiplici ſpecie filiorum,in ſumma aliqua dicemus.itaque illegitimorum filiorum plures ſunt ſpecies,quidam dicuntur Manzeres,vt ex ſcorto nati,quo vocabulo vtuntur Canones, & curia Romana,in literis & reſcriptis ſuis. Alii nothi,vt de adulterio procreati,qui etiam adulterini nū cupantur:nonnulli inceſtuoſi,alii nepharii,quidam ſacrilegi, alii nepharii adulterini,inceſtuoſi, & ſacrilegi ſimul, quidam naturales ſeu baſtardi,alii ſpurii,de quibus omnibus per gloſſ. & docto.in c.niſi,in §:perſonæ cum gloſſ.in verbo,manzeres.de renuncia.& Matth.de Afflict.in deciſione.xcvi.& Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad trebellia.Sciendum eſt, quod vulgo concepti, qui non habent patrem, vel talem habent quem demonſtrare non licet,dicuntur ſpurii quaſi ſine patre orti:tex.eſt in l.vulgo.ff.de ſtatu homi.ſpurii vero dicuntur omnes,qui non ſunt ex legitimo matrimonio.vt late per Bartolum in l.fin.ff.de his quibus,vt indignis.& ibi Alexandr.in Apoſtil. ſed nati ex legitimo concubinatu,& conſequenter ex ſoluto, & ſoluta in domo retenta quaſi in figura matrimonii abſque impedimento non dicuntur ſpurii, ſed naturales, ſeu baſtardi,vt per gloſſ.in Rubrica,de concubinis,Azo.in ſumma,in titu.de concubinis, & iſti naturales ſeu baſtardi non ſunt odioſi legibus,nec adeo deterioris conditionis, vt ſpurii, & alii illegitimi, de quibus ſupra patet,quia ex illuſtri muliere ſpurii nati,ſtantibus filiis legitimis,& naturalibus, nullo modo ſuccedunt,vt in l.ſi qua illuſtris,in principio.C.ad officia.& tamen nati ex concubina illuſtri ſuccedunt matri vna cum legitimis, & naturalibus, vt in d. l. ſiqua illuſtris ad finem. Item naturales legitimantur per ſubſequens matrimonium,ſpurii non.c.tanta, qui filii ſint legi. Secundum tamen vſum communem loquendi, & æquitatem canonum omnis qui naſcitur ex ſoluto,& ſoluta licet non retenta in domo,ſed ex furtiuo amplexu naturalis nuncupatur.Et propter vim matrimonii legitimatur per ſubſequens matrimonium,vt dixi. & de hoc vide Cur.Iuniorem, in conſili.cxxxvi.vbi dicit legitimati per ſubſequens matrimonium non ſuccedunt niſi quatenus nati fuerunt ex concubina retenta affectione matrimoniali,& turpi cauſa.dicit etiam ꝙ filii non legitimantur niſi ſit talis mulier,quæ poſſet commode in vxorem haberi, allegat Bald. in c.illud.de præſumptio.& Ang.in aucten.quibus mod.nat.effic.legi.§.ſed illud.vbi dicit hanc quæſtionem ſe habuiſſe de facto,ibi.vi.late in d.conſilio.cxxxvi. & ibi dicit etiam, quòd filius legitimus non ſuccedit in feudo;niſi dicatur in ſpecie.ſed legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit.& legitimatio facta per papam non facit legitimatum ſucceſsibilem in bonis eccleſiæ non ſubiectis,& Imperator etiam nō poteſt legitimare quoad eccleſiaſticos honores,ſed quoad ſucceſsionem & honores temporales,Bal.in auct.ex complexu.de inceſtis nup.& dic vt notatur in c.per venerabilem.qui filii ſint legi.& dicit Bal.in.d.aucten.ex complexu, quòd nō credit quòd de iure canonico filius teneatur alere patrem,quia deliquit.ibi vide.Et vide canoniſtas,in c.per venerabilem,qui filii ſint legi.& vide Decium in conſi.clv.prima par.vbi dicit: filii procreati ex muliere extra domum non legitimantur per ſubſequens matrimonium,& alleg.Bar.in l.pe. & ibi,gl.ff.de concub.& Ang.Are.in.§.ii.inſti.de nup.& Spe.in tit.de ſucc.ab inte. & omnino vide de hoc dictum conſ.clv.quia multa dicit.& vide etiam omnino Cur.in.d.ſuo cōſi.cxxxvi. vbi dicit quòd debent interuenire inſtrumenta dotalia:& quod concubina non eſſet ſaula:& vilis cōditionis.ſed vide etiam Cag.in l.ſi qua illuſtris.C.ad orfi.vbi multa dicit.Et ſpurii qui ex damnato coitu nati ſunt omni prorſus beneficio legis excluduntur.§.ſi.in auct.quib.mo.nat.eff.ſui.aucten.licet.C.de natu.lib.& auct.ex complexu.C.de inceſt.nup.adeo vt nec liberi ſunt nominandi nec à parentibus alendi.vt ibi dicitur nec parentes ab ipſis,vt per Alex. in l.ex facto.§.ſiquis rogatus,ad trebellia.& in dic.auct.ex complexu,dicit Bal.per illum tex.nephari,& inceſtuoſi,& ſpurii non ſuccedunt,nec aluntur,ſimi.in.c.cum haberet,de eo qui duxit in matri,quā.po.per adult. & ibi dicitur, quòd ſpurii ſunt alendi de æquitate cano.tū hoc non puto verū in nephariis,& inceſ

tuoſis,

tuoſis,ſed in ſpuriis ſimpliciter. & ibi dicit Panormi.de inre canonico etiam filii ſpurii, vel nati ex damnato coitu debent ali a parentibus ſecundum facultatem eorum.& huic iuri canonico ſtatur hodie,etiam de iure ciuili,quia eccleſia hoc induxit ex quadam æquitate naturali, ne filii alimentis priuati pereant.vt etiam ſentit Barto.in auctẽn.ex complexu.C.de inceſtis nupti.vbi per rationem iſtius tex.notabiliter dicit,parentes poſſe legare filiis ſpuriis ratione alimentorum. & poternnt parentes dare,vel relinquere dotes filiabus: cum dos ſuccedat loco alimẽtornm, quòd perpetuo notabis: ſed nati ex concubina in domo retenta cum qua poterat eſſe in matrimonium ſuccedunt patri ab inteſtato in duabus vnciis hæreditatis,non extantibus filiis legitimis,nec coniuge,de quo dic vt habetur in auctentica licet patri.C.de naturalibus liberis, & vide gloſſam in capitulo tanta,qui filii ſint legitimi,& dicta auctentica licet,ponit tres caſus. Primus eſt ſi parens carens liberis, vel parentibus naturalibus filiis vult relinquere iu teſtamento, vel inter liberos,totam ſuam ſubſtantiam quòd hoc ſibi licet. Sed ſi habebat parẽtes quartam debitam eis ad minus debet relinquere,& reſidnum poteſt relinquere filiis naturalibus. Secundus caſus eſt, ſi parens decedit ab inteſtato ſine legitima ſobole,& ſine vxnre legitima,vſque ad duas vncias poterunt ſuccedere cum matre eorum ſi ſupereſt. Tertius caſus eſt, ſicut liberi naturales ſunt alendi a parentibus, ita econtra parentes ſunt a liberis alendi, ſed illi qui ſunt nati ex damnato coitu,non ſunt filii nominandi,nec ſuccedunt,nec ſunt alendi, ſed de æqnitate canonica filii nati ex damnato coitu,debent ali a parentibus.& de hoc dic vt ſuperius diximus.& an filii nati ex damnato coitu ſuccedant matri,& coniunctis per matrem ab inteſtato. Odoffredus in dicta auctentica licet patri.dicit dominus. Azo.in quæſtione iſta indiſtincte dixit qnòd ſic, argument.inſtitut. ad orficianum in fine. Sed alii vtebantur quadam diſtinctione, vt ſi iſti erant nati ex tali coitu, qui poſsit accuſari, per l.vt quia ex aliqua habente virnm, vel alia quæ de ſuo adulterio puniatur à lege,tunc non poſſunt ſuccedere matri,vel coniunctis per lineam maternam. Si autem ſunt ex tali coitu,quòd propter ſui vtilitatem vir vinculis non tenetur: vt quia publice proſtituit, vt C. ad legem Iuliam,de adulter.l.quæ adulterium. Sed licet naturalis, & ſpnrius non ſuccedit patri, poteſt ſuccedere fratri naturali, & legitimo, ex pupillari ſubſtitutione facta à patre.l.is qni ex bonis.ff.de vulgari.& pupillar.& vide Ioannem de Platea.inſtitut.ad orficia & ibi dicit quòd nepos legitimus ex filio naturali tantnm poteſt,ab inteſtato in vniuerſum ſuccedere auo, non ſtantibus legitimis.l.fina.C.de natnra.liberis.Secus ſi ſit nepos legitimus ex filio ſpurio, ex damnato coitu.vt ibi platea,& allegat Cynum in dicta l.fina.de natura libe.C. dicens quòd in huiuſmodi ſucceſsionibus naturalium tantum,debemus ſeruare leges,non canones,facit gloſſ.inſtitut. de gradibus.§.hactenus. ſed filii ſacerdotum non poſſunt ſuccedere patri, nec matri, pro quo vide gloſſ.in capitulo per venerabilem,qui filii ſint legitimi, & vide Panormitanum in dicta cum haberet,filii vero naturales,tamen quia non ſunt nati ex coitu ita damnato,ſuccedunt matri, etiam cum legitimis filiis niſi mater ſit illuſtris,vt in l.ſi qua illuſtris.& ibi gloſſ.& Bartol.patri vero,vel coniunctis per lineam paternam non ſuccednnt,quia non ſunt agnati,de quo vide quòd habetur, inſtitut. de ſucced.agna.in.§.vulgo, & inſtitut.ad orficia.§.nouiſsime, ſed notabis quòd licet parentes non poſsint inſtituere ſpurios,extraneus tamen poteſt,vt notat gloſ.in auctentica quibns modis natura.efficiantur ſui.§.finali, columna ſexta. Videamus,qui coitus ſit damnatus, & punibilis temporali aliqua lege,& in ſnro fori. doctor. vario mndo loquuntur, vt per Angelum in §. nouiſsime,columna finali,inſtitutio.ad orficia. Alexan. in conſilio centeſimo ſeptuageſimo quarto,libro quinto,& Deci.in conſilio trigeſimoſexto,Felyn.in capitulo cuum ſit, de foro competenti.communiter tamen doctor. in locis prælegatis concludunt, omnẽ cnitnm excepto vxorio reprobatum,ac punibilem eſſe pœna aliqua ordinaria, vel extra ordinaria,excepto coitu concubinario à lege permiſſo,in quo(vt diximus)multa requiruntur.

Item exepto meretricali.Sed hodie attendite, quia coitus concubinarins eſt reprobatns, & in aliqnibus partibus punibilis,ſaltem pœna extra ordinaria, & de hnc vide Philippum Decium,in conſilio tricenteſimo ſexto,incipi.diuino implnrato præſidio in ſecunda parte.vbi late examinat an filius natus ex coniugato,& ſoluta ſpurius ſit, & ſucceſsibilis, & ibi facit optimam diſtinctionem concordando opiniones docto. & conclndit, quòd filius ex coniugato, & ſoluta non ſuccedit,ſed ſi coniugatus caſu cognouit aliam mulierem,quia nou tenebat eam loco cõcubinæ eſt ſucceſsibilis.& ibi dicit de mouiali profeſſa, & proprie cum vidua,& virgine ſtuprum committitur, & ſecundum conſuetudines loci delicta pnniuntur,vt in l.ſaccularii,de extra ordin. crimin. ſunt quidam,& in l.aut facta.§.fina.ff.de pœnis,itaq; filii nati ex coitu damnato, & punibili prohibẽtur etiam matri ſuccedere,ſecundum glo.in d.l.ſi qua illuſtris.& Bal.in l.fi.ff.de his quibus, vt in dig.& nota quòd coniugatus,qni cognonit ſolutam,licet non poſsit accuſari de adulterio,poteſt accuſari de ſtupro,vt in l.i.& l.fi.C.de adulter.& Ioan.de Ana.in.c.maritus,de adulte.Salyc.in.l. i.C.de nundinis,ſtuprum accipinnt docto.largo modo,pro coitu damnato,vt in d conſili.cccvi. & Saly.in d.l.ſi qua illnſtris dicit ſpurius ſuccedit matri, ſicut legitimus,dummodo non ſit natus ex coitu punibili. qui poſsit damnari. Item dummodo nou ſint matri alii iuſti liberi, nam tunc

non ſuccedunt nec ex teſtabili. qui poſsit damnari. item dummodo non ſint matri iuſti liberi, nam tunc non ſuccedunt nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, vt per Salycetum in dicta l.ſi qua illuſtris. itaque ſpurius continuo ſuccedit matri, ſi non eſt natus ex damnato coitu: quia ſpurius cui pater ignoratur ſimiliter qui ex coitu damnato naſcitur, vt per gloſſ.in.d.l.ſi qua illuſtris. & dicuntur nati ex damnato coitu; quia vt inceſtuoſi, & nepharii, etiam adulterini. vt per Salyce. ibi. ſed hoc intelligo, vt per Salyc.ibi. quando eſt natus ex muliere maritum habente: ſecus ſi ex ſoluta, & viro vxorem non habente, quia talis coitus iure ciuili non damnatur, vt C.de adulter.l. prima, licet de iure canonico pœnitentia ei indicatur: & ſic ſpiritualiter damnatur. & intelligo coitum damnabilem, qui poteſt accuſari, vel adulterio, vel ſtupro: itaque aliquis eſt natus ex illicito coitu non tamen damnabili, vt natus ex meretrice, & iſte patrem non habet: quia vulgo cóceptus; ſed matrem habet, & à matre alendus eſt, & matri ſuccedit, niſi mater eſſet illuſtris. & de hoc vide Petrum de bella pertica, in aucten.ex complexu.de inceſt.nupt. & ibi dicit, iſte coitus in foro pœnitentiæ damnabilis eſt; ſed in foro noſtro non. & nota ad intelligentiam duos caſus ex d.l.ſi qua illuſtris. Primus eſt quando ſuſcepit filium vulgo quæſitum: & ſic ex coitu meretricio: ille non ſuccedit cum filiis legitimis & naturalibus, ſecus ſi non eſſet mulier illuſtris. & inſtitu.ad orficia. & etiam ſi illuſtris non haberet legitimos, & naturales ſuccederét ſpurii vulgo quæſiti. ſi tamen coitus non poſſet de adulterio accuſari; alias ſecus. vt ſi tempore, quo eſſet nupta ſuſcepiſſet, vel tempore, quo erat ſoluta de aliquo conſanguineo, & ſic eſſet adulterinus, vel inceſtuoſus. talis enim prohibetur ſuccedere tam patri, quam matri, ſiue ſit illuſtris, ſiue non. vt in auctentica quibus mod.natur.efficiantur ſui.§.finali. Secundus caſus eſt quando illuſtris ſoluta dediſſet ſe in concubinam alteri ſoluto, & ex illo ſuſciperet filium naturalem. iſte enim coitus non eſt prohibitus de iure ciuili, & ſuccedit filius cum aliis legitimis, & naturalibus. & hoc vide Paulum de caſtro in dicta l.ſi qua illuſtris. & vide gloſſ.inſtitu.ad orfi.§.nouiſsime. & de ſucceſſ.cogna.§.vulgo, vide Baldum in l.eam quam.C.de fideicommiſſ. & vide Bartolum in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſtament.tutel omnia iſta adde ad ea quæ ſuperius diximus. Et an ſuccedat ſpurius, vel naturalis patri, latius alia iungendo die, aut quæritur de filiis legitimis, & naturalib. & & ſine dubio ſuccedunt; aut de naturalibus tantum, & tunc aut quæritur de ſucceſsione patris, & tunc, aut pater habet alios legitimos, & naturalis tantum, non ſuccedit, & ſi legitimos non habet, tunc naturalis tantum, in duabus vntiis ei ſuccedit, vt in fine.gloſſ.in d.l.ſiqua illuſtris, & in dicta auctenti.licet, de naturali.librris: aut quæritur de ſpuriis, & tunc aut concepti ex damnato coitu, & illi nec patri, nec matri ſuccedunt. vt in auctentica quibus mod.natur.effic.ſui.§.fina. & gloſſ.in.d.l.ſi qua illuſtris. Aut non ſunt ſuſcepti ex damnato coitu, vt vulgo concepti, qui patrem demonſtrare non poſſunt, & tunc de ſucceſsione patris non eſt quærendum, ſed matris, ideo quantum ad matrem dic, aut eſt illuſtris: & tunc ſi habet alios legitimos, ſpurii ei non ſuccedũt, vt in dicta.l. ſi qua illuſtris. & ſi alios legitimos non habet ei ſuccedunt, vt in dicta l.ſi qua illuſtris, à contrario ſenſu: aut mater huius ſpurii non eſt illuſtris, & tunc ſpurius iſte ei ſuccedit etiam cum legitimis, & in dicta l.ſi qua illuſtris à contrario ſenſu. An hodie ſit correctum per dictam aucten ticam dic vt notatur in d.aucten.licet de naturalibus liber. & de intellectu dictæ aucten.diximus ſupra.

Item in iſta materia notabis, quòd quando filii legitimantur per matrimonium debet interuenire quædam ſolennitas, ſcilicet inſtrumenta matrimonii, atque dotis, alias quantum ad ſuccedendum non ſunt legitimi, licet ſint legitimi quo ad ordines eccleſiaſticos, vt per Bartolum in dicta l.ſi qua illuſtris. & in capit.tanta, qui filii ſint legitimi, & adde ad ea quæ ſuperius diximus, & nota quòd ſi Imperator legitimat ſpurium ſufficit exprimere in genere quòd ſit illegitime natus nec oportet deſcendere ad ſpetiem. puta quòd eſt illegitime natus ex monacha, vel ex inceſtu: nam clauſula non obſtante, omnia ſupplet, vt per Baldum in d.l.ſi qua illuſtris, & quia genus includit omnem ſuam ſpeciem, maxime in fauorabilibus. de hoc infra videbis, quæ nam dicatur mulier illuſtris, dic, quòd imperator in dicta l.ſi qua illuſtris. Illuſtrem mulierem capit eam quæ eſt ex nobili, & antiqua familia, quæ in magno honore, & reputatione habetur, & in talibus mulieribus, vt in dicta l.ſi qua illuſtris, dicitur obſeruatio caſtitatis præcipuum debitum eſt, & incõtinentia magis ignominioſa. & hoc ſentire videntur. docto. in cap fina. de filiis presbytc. & Felv. in cap. poſtulaſti. de reſcriptis, & poſſemus dicere quòd cum hoc à iure non ſit aliter declaratum arbitrio iudicis relinquetur. l.i. de iure liberan. cum vulgaribus. ſed nota quòd concubinatus per leges digeſtorum, & C. tolleratus erat, & permiſſus, vt in l.ſiqua illuſtris. & in titulo de concubinis. notat Bartolus in l.in concubinatu.ff.de concubinis. hodie an ſit permiſſus an reprobatus. Bartolus vbi ſupra concludit, de iure ciuili permiſſum, ſed reprobatum de iure canonico. & de hoc tenet, quia tractatur de peccato. & in talibus lex cedit canoni. vt per Felynum. de hoc in capitulo cum ſit generale, de foro competenti, ſed Bartol. in capitulo per tuas, de probatio neſcit ſe reſoluere. Sed Seuerinus in dicta lege ſi qua illuſtris. concludit peccatum eſſe quantum ad Deum, ac illicitum fore, reſpectu tamen pœnæ temporalis, ac iure ciuili hodie tolera-

toleratur,ſed hodie epiſcopi temporaliter, & ſpiritualiter in chriſtianitate puniunt concubinarios,& etiam iudices ſeculares,& vide Felynum io dicto capitulo cum ſit generale de foro competenti,vbi dicit quòd concubina clerici manifeſta eſt de foro eccleſiæ. & eccleſia poteſt ſe impedire de notorio crimine layci,nedum vt pœniteat: ſed vt ſatisfaciat, vt per Abbatem in capitulo finali,de ſepulturis. Alium caſum notabis in epiſcopo viſitante,quia inquirere poteſt contra laycos de omni crimine,vt per Felynum in dicto capitulo cum ſit.& Cagnolus in d.l.ſi qua illuſtris.tenet quòd hodie etiam de iure ciuili concubinatus ſit reprobatus.dixi ſuperius, de mente Bald.quòd quando Imperator legitimat ſpurium ſufficit exprimere in genere; ſed multi doct. & Bald.in l.eam quam.C.de fideicommiſſ. alterius fuit opinionis,volens quòd clauſula non obſtante,in nube non ſufficiat,quando ille qui legitimatur eſt multum odioſus: nam ſufficiat ſit ex ſacrilegio,vel ex monachatu. Sequitur Ripa in l.ex facto §.ſi quis rogatus.ff. ad trebellianum Anton.de But.in capitulo per venerabilem,qui filii ſint legitimi, vbi concludit oportere exprimi qualitatem legitimi, an ſit ſpurius vel inceſtuoſus: quia difficilius diſpenſatur cum ſpurio, vel inceſtuoſo,quam cum naturali,& ſequitur Decius conſulendo in conſilio 579.iiii. part. incipit,diuino implorato præſidio. vbi inquit oportet, quòd exprimatur qualitas legitimati ao ſit naturalis,an ſpurius, vel inceſtuoſus,qoia difficilius.diſpenſatur cum ſpurio, vel inceſtuoſo quã cum naturali.vt per Ioannem Andream in additio.ad Speculum,in rubrica qui filii ſint legitimi. in uerſi,quarto ſi natus ex patre vxorato. Oldra. in conſilio ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo incipiente,factum tale eſt,quidam Rex,vbi dicitur,legitimatio eſt ſubreptitia cum legitimatur adulterinus ex vtroque parente,ſi non fiat mentio de vtroque adulterio.& vide omnino Decium in dicto conſilio,vbi multa dixit. & dicit etiam quòd filius non poteſt legitimari niſi conſentiat itaque pater & filius debent conſentire.& quòd ſi Imperator legitimat ſpurium oportet deſcendere ad ſpeciem ſpeciei: puta quòd ſit natus ex monacha,vel ex inceſtu,vide Alexandrum in conſilio centeſimo nonageſimo quinto,in ſecundo volumine,vbi pleniſſime de materia legitimationis,incipien.Chriſti redemptor.& ibi dicit quòd debent exprimi qualitates ſpurietatis. quia in difficilibus princeps reddit ſe difficiliorem, & exprimenda ſunt omnia, quæ poſſunt mouere principem ad concedendum,vel non concedendum,vel difficilius cõcedendum. vt per Felynum in capitulo ſuper literis,de reſcriptis,& in capitulo poſtulaſti dixi ſuperius ſi fuit legitimatus & non expreſſis qualitatibus ſpurietatis non valet legitimatio,& Alexand.in dicto conſilio cxcv. examinat,an clauſula,de plenitudine poteſtatis tollat defectum in literis legitimationis. Et nota quòd princeps de plenitudine poteſtatis qua vtitur adiecta clauſula non obſtante, poteſt legitimare etiam extantibus legitimis,vt conſoluit Alexandr.in conſilio centeſimo octuageſimo ſeptimo,quinto volumine,vbi multa dixit in materia legitimationis.& dicit ibi legitimatio,& diſpenſatio eſt odioſa,& reſtringenda.& illegitimus non ſuccedit extantibus legitimis etiam de iure diuino.quia legitimus eſt ex matrimonio facto à Deo in paradiſo.capit.fina.xxxi.quæſtione prima capitulo ſecundo,de tranſlati.prælatorum melius facit quia de iure diuino inductum fuit,quòd illegitimus non ſuccederet exiſtente legitimo,quoniam ſtatutum fuit quòd non ſit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.vt in capitulo dicat aliquis trigeſimaſecunda quæſtione quarta, ca.ca.q. ſecunda,capit.non omnes.capit.quid eſt,trigeſimaquinta quæſtione ſeptima notant doctor.in l. tertia.ff.de teſtamen.& princeps non poteſt tollere ius diuinum,ibi videbis per Alexandrum vbi dicit concludendo,quòd clauſula appoſita in legitimatione in qua dicitur, quòd per talem legitimationem non præiudicium generetur legitimis hæredibus,debet intelligi ſolum de legitimis hæredibus,ſcilicet deſcendentibus ex proprio corpore patris legitimari facientis. Non autem debet intelligi de collateralibus etiam ſi deceſſerit ab inteſtato pater dicti legitimi,quia alias dicta legitimatio quo ad ſucceſſionem nullius eſſet vtilitatis,ad hoc allegat In ſimili notata in lege ex facto.§.finali.& nota quòd narrata in ſupplicatione ſi negantur probanda ſunt, & iuſtificanda per eum,qui ſe fundat in gratia, quæ conceſſa intelligitur ſi preces veritate nitantur. capitulo ſecundo,de reſcriptis.& ibi Panormitan. & vide Decium in conſilio cccccciii. ſecunda columna,in quinta parte.de filio autem ſacerdotis exiſtentis in ſacris,an poſſit legitimari, maxime per principem ſecularem,vide Decium in conſilio centeſimoquinquageſimo,& conſilio ducenteſimooctuageſimo octauo.vide Socinum in conſilio ſexageſimoquinto, volumine tertio,vbi dicit quòd imperator,& comes Palatinus habens poteſtatem ab Imperatore poteſt legitimare filium ſacerdotis,& ibi dicit multa. & an poſſit ſuccedere ſacerdoti.Sed quòd comes palatinus non poſſit legitimare,vt ſuccedat.tenet domini in capitulo ſi annum.§.primo.de iudiciis in ſexto. & diſtinguendum an filius ſacerdotis debeat ſuccedere in bonis patrimonii ſacerdotis, an in bonis ab eccleſia quæſitis.& Decius in dicto conſilio centeſimo quinquageſimo dicit an comes Palatinus poſſit legitimare clericum in minoribus conſtitutum. ibi videbis.vltimo notabis ex gloſſ.in dicta lege ſi qua illuſtris. quòd adulterini,inceſtuoſi,nepharii,& cæteri ex coitu damnato,& puniblili nati non ſuccedunt matri ſuæ.§.finali.in auctentica quibus mod.natura efficiun.ſui.auctenti.licet in fine.C.de natura.liberis.& ſequuntur communiter doct.vt per Salyce.in d.l.ſi qua. il-

luſtris.& Alex.in conſi.clxxiiii.libr.v.& ibi dicit,quòd impoſitio perpetui ſilentii,nihil aliud eſt quam prohibitio iudicis ab inquietatione,& moleſtia,vt in.d.l.diſamari.C.de ingenuis & manumiſſis,ſed in feudalibus nati ex concubina illuſtri non ſuccedunt matri,pro qua deciſione videtur in tit.ſi de feudo fuerit contr.inter do.& agn.vaſa,in vſi.feu.in.§.naturales. vbi dicitur quòd naturales filii licet poſtea legitimi fiant,ad ſucceſsionem feudi nec ſoli nec cum aliis vocantur, ſi non vocantur cum aliis ergo legitimi in feudo ſuccedent excluſis naturalibus. & in materia legitimationis vide tract.Ant.de Roſel.in volu.vi.tractatuum,folio.40. & de legitimatione, ſiue de natura liberorum,vide tractatum Lod.in quo de copula carnali,& ventre concepto, in volumine tractatuum,vol.v.fol.cxii.& de ſucceſsione naturalium,& ſpuriorum,vide tractatum de naturalibus liberis,vol.v.tractatuum fol.cxxv.& de probatione filiationis.vi.tractatū de naturalibus liberis,vol.v.fol.cxv.& vide Card.S.Sixti in c.quod autem.xxxv.q.vii.vbi ipſe dicit filiorum ſtatus eſt quadruplex & ibi dicit filii naturales in ſexta parte ſuccedere poſſunt, & ibi dicit etiam, ſex ſunt modi legitimandi,& in.d.c.quod autem vide doct. Nunc aliqua de filiis ſpiritualib.dicamus,quia filii ſpirituales vocantur,quos quis ſuſcipit in baptiſmo,& cognatio ſpiritualis eſt inter filios ſpirituales alicuius,& filios naturales eius,ratione cuius non poteſt contrahi matrimonium inter eos,Itaque cognatio ſpiritualis.ſ.paternitas contrahitur inter generantem,& generatum,vnde ſicut in generatione carnali aliquis naſcitur ex patre,& matre, ita in generatione ſpirituali aliquis renaſcitur filius Dei ſicut patris,& eccleſiæ ſicut matris.ſicut autem ille qui ſacramentum confert gerit perſonam Dei,cuius inſtrumentum, & miniſter eſt, ita ille qui baptizatum ſuſcipit de ſacro fonte,aut tenet ad confirmandum gerit perſonam eccleſiæ.Et ideo inter regeneratum, & conferentem ſacramentum contrahitur paternitas ſpiritualis, ſimiliter inter eum, & tenentem,item cognatio ſpiritualis,quæ dicitur compaternitas contrahitur inter regenerantem, & generatum. Tam enim ſacramentum miniſtrans,quàm tenentes illum, qui regeneratur efficiuntur compatres parentum carnalium,qui regeneratur,& quandoque tranſit hæc ſpecies cognationis ad vnum coniugum alio mediante,pro quo notabis,quòd aliquis poteſt fieri alicuius compater dupliciter,vno modo per actum alterius qui baptizat,vel in baptiſmo ſuſcipit filium eius; & ſic coniunctio ſpiritualis tranſit à viro in vxorem,niſi ille ſit filius vxoris,quia tunc vxor directe contrahit agnationem ſpiritualem, ſicut & vir, vnde ſi alter coniugum inter quos eſt matrimonium conſumatum ſuſcipit filium alicuius de ſacro fonte,vel tenet in confirmatione, alter coniugum efficitur compater parentum regenerati,vt in c.Martinus.& ibi doc.de cognatione ſpirituali,& in c.ſi quis vno.xxx.q.iiii.quia vir,& mulier caro vna effecti ſunt.itaque compaternitas viri porrigitur ad vxorem.Sed per ſponſam de præſenti non acquiritur compaternitas, cum canon hoc ponat pro ratione,quia ſunt vna caro effecti,vt per gl.in.d.c.ſi quis vno. ſed vxorem comparis ducere poteſt cuius ipſa conmater non fuerat, vt in.c.qui ſpiritualem.xxx.q.iiii. & vide doct. in.c.ita diligere.xxx.q.iii.& in.d.c.dicit Card.S.Sixti,quòd compaternitas cōtrahitur etiam ex illicito coitu,& fornicario.& cognatio ſpiritualis,quæ dicitur fraternitas contrahitur inter regeneratum,& carnales filios regenerantis,vt in c.pitacium.xxx.q.iii.& c.ex literis.de cognatione ſpirituali,& hoc ſiue carnales filii nati ſint ante compaternitatem,inter ſuos parentes carnales & parentes carnales regenerati ſiue poſt,vt in c.tua nos.de cognatione ſpirituali, quælibet earū ſpecierum impedit matrimonium contrahendum,& dirimit contractum. Primo enim contrahitur hæc cognatio inter baptizantem,& baptizatum,& dicitur paternitas, ſecundo contrahitur inter baptizantem,& parentes baptizati,& dicitur compaternitas. Tertio inter baptizatum, & filios baptizantis,& dicitur fraternitas,quarto inter baptizatum,& vxorem baptizātis prius cognitam,& dicitur maternitas.Quinto inter parentes baptizati,& parentes,& vxorem baptizantis prius cognitam.Et ſimili modo repetas ex parte leuantis,confirmantis, & tenentis in confirmatione.omnia iſta probantur in c.i.de cognatione ſpirituali,lib.vi.& ibi doct. & an filius ſpiritualis non exiſtentibus aliis conſanguineis ſuccedat patri ſuo ſpirituali fiſco excluſo,vide Pe.de anch.in.d.c.i.de cognatio.ſpiri.lib.vi.& vide in.l.quo tutela.ff.de reg.iur. & cognatio ſpiritualis oritur in xx.caſibus,x.in baptiſmo,& x.in confirmatione,doct.in.d.c.i.& de baptiſmo,& de confirmatione diximus in ſermone epiſco.ā.in iſto Spec.& tu quæres an adoptio impediat matrimonium,tu vide de hoc Hoſt.& Goffr.& doct.in tit.de cognatione legali,vbi videbis late quid eſt adoptio,& cui conueniat adoptare,& de ſpeciebus adoptionis,& differentiis earum, & videbis quis poteſt adoptari,& inter quos eſt adoptio.& ibi videbis an adoptio impediat matrimonium & videbis Card.S.Sixti,in c.i.xxx.q.iii.& ibi dicit,quòd cognatio adoptionis legalis eſt triplex vna quaſi deſcendentium,quæ contrahitur inter patrem adoptantem,& filium adoptiuum,& filium filii adoptiui,& nepotum,& ſic deinceps,ſecunda eſt colateralium inter filium adoptiuum, & filium naturalem. Tertia eſt per modum cuiuſdam affinitatis,quæ eſt inter filium adoptatum & vxorem adoptantis,vel econuerſo inter adoptantem,& vxorem adoptati, prima cognatio, & tertia perpetuo impediunt matrimonium,ſecunda vero non perpetuo,ſed ad tempus.ſ.quandiu durat cohabitatio filiorum naturalium,& adoptiuorum,ratio autem differentiæ, quia in prima

ſpecie

ſpecie,& tertia impedit perpetuo matrimonium eſt, propter reuerentiam ad quam tenetur adoptatus,& vxor eius,& filii,vel nepotes ad adoptantem vel eius vxorem. Et quia iſta reuerentia ſemper debet durare,ideo perpetuo impedit matrimonium,inter filios vero naturales,& adoptiuos impeditur matrimonium propter mutuam cohabitationem,vt ceſſet nimium fomẽtum libidinis,ideo ceſſante cohabitatione per emãcipationem,vel mortem parentum poſſunt mutuo cõtrahere filii naturales,& adoptiui,de hoc videbis,vt dixi Card.S.Sixti in d.c.i.& videbis doc.in tit.de don.legali,& ibi,vt dixi,videbis Hoſti.& Goff.in ſuis ſummis,& leges ſeculares ſeruandæ ſunt vbi non contradicunt canonibus,ſed eis obſequuntur,alias non,immo ſunt per ſacros canones corrigendæ,& regulandæ.& de filiis adoptiuis,videbis inſti.de adop.-& de adoptionib.C.& ff.& vtrum propter obſequium præſtandum parentib.debeat aliquis retrahi ab ingreſſu religionis,& vtrum religioſus iam profeſſus ſi videat patrem ſuum eſſe in neceſsitate,etiam abſq; prælati licentia poſsit exire clauſtrum ad ſubueniendum patri,vide Card.S.Sixti in.c.ſi qui filii xxx.diſtin.& ibi de patre infideli in neceſsitate conſtituto.

In quo tractatur de victoria verbi Dei,& quale fuit peccatum diaboli,& de caſu Luciferi,& ſequacium. Cap.LXXVIII.

NVnc videamus quòd & quale fuit peccatum diaboli,iſta quæſtio eſt difficilis, quia Moyſes non explicauit peccatum,& caſum diaboli.ideo in paucis locis ſcripturæ veteris teſtamenti memoratur peccatum diaboli,& quaſi per accidens.ſ.Eſa.xiiii.dicens, quomodo cecidiſti Lucifer,&c.& Zech.xxviii.contra regem Tyri,dicens,tu ſignaculum ſimilitudinis. &c. Sed in nouo teſtamento hoc magis,& clarius explicat ſaluator dicens, Io.8.de diabolo, quòd ab initio homicida fuit,& in veritate non ſtetit.Item Lucæ.x.videbam ſathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.Item Apoc.xii.factum eſt prælium magnum in cælo.Et ideo B.Aug. altiſsime p tractat hanc materiam,ſuper Geneſi.& in xi.& xii.de ciuitate Dei.& Magiſter ſententiarum in.ii.diſtin.vii.& ibi omnes doct.ſcolaſtici,ſed quia labor mei ſpeculi,per me aſſumptus non eſt pro perfectis,& literatis,ſed pro ſimplicibus,ideo procedam more meo per terminos planos, & intelligibiles,quia doctores ſcolaſtici,vt dixi,medio altiſsimo,& ſubtiliſsimo procedunt. & cum correctione,& ſub determinatione ſanctę matris Romanæ eccleſiæ, & ſacri ſummi Romani pontificis,dico,quòd quaſi omnes doctores conueniunt in hoc,quòd diabolus peccauit per ſuperbiam, quæ eſt appetitus ,pprię excellentiæ,& peruerſæ celſitudinis.& omnes conueniunt in hoc quòd appetiuit æqualitatem Dei,propter illud Eſa.xiiii.ſtatuam ſolium meum ſuper aſtra cœli, & ero ſimilis altiſsimo.Item propter illud Aug.ſuper pſal.lxviii.quòd Adam,& Eua,vt diabolus volentes rapere diuinitatem perdiderunt fœlicitatem.Item in quæſtionibus noui, ac veteris teſtamenti,dicit.quòd diabolus elatione inflatus voluit eſſe,vt Deus. Item omnes doctores in hoc conueniunt quòd diabolus peccauit ex electione,& per conſequens creatus tanta perfectione,non potuit eligere nec appetere aliquid ſimpliciter impoſsibile.& ideo eſt videndum ſi aliqua æqualitas alicuius creaturæ ad Deum ſit poſsibilis quam diabolus potuerit appetere.Ad hoc eſt dicendũ, quòd inter res duplex poteſt æqualitas conſiderari,quãtum ad præſens ſpectat.vna dicitur æqualitas æquiparentiæ,& commenſurationis.Et altera æqualitas communicationis alicuius proprietatis,& perfectionis.prima æqualitas non poteſt eſſe,nec conſiderari, nec intelligi inter aliquam creaturam & Deum,quia talis ſolum eſt inter diuinas perſonas,quia æqualitate commenſurationis ſunt coæternæ, & coomnipotentes,&c.& nunquam talem æqualitatem potuit Lucifer appetere:nec etiam intelligere,cum ſit ſimpliciter impoſsibilis. Secunda autem æqualitas eſt poſsibilis.Nam poſsibile fuit,vt verbum aſſumeret humanitatem Chriſti in vnitate perſonæ.& per conſequens quòd communicaret ipſi ſuam proprietatem perſonalem: & per conſequens eſſet filius Dei naturalis:& per conſequens quòd communicaret ipſi idiomata eorum quæ ſunt Dei.ſ.quòd ſimul cũ verbo illa humanitas adoretur,& cõglorificetur,& colatur,& quòd dicatur creator &c. & quòd eſſet mediator inter Deum,& omnes angelos,& homines,& quòd cõmunicaret ipſi nõ ſolum iudiciariam poteſtatem ſuper angelos, & homines, ſed imperium ſuper omnes creaturas, & ſuper totum vniuerſum,ſicut videmus eſſe factum,& completum in Chriſto, vt patet per totum diſcurſum euangelicum,vnde talis æqualitas non eſt ſimpliciter impoſsibilis,ut dicunt oẽs ſacri theologi.Diabolus ergo licet in principio non potuerit appetere primam æqualitatem ad Deum,tamen potuit appetere ſecundam,quia potuit appetere imperium vniuerſi,& totum illud quòd habuit Chriſtus in ſua incarnatione,& aſcenſione.ſ.accipere imperium vniuerſi, & ſedere à dextris Dei,& in potioribus bonis gloriæ.Sed hoc diabolus non potuit appetere niſi peruerſe & inconſiderate,& contra voluntatem Dei,qui ſolum Chriſtum ad hoc prædeſtinauerat ab æterno,vt non ſolum perſonalem vnionem,ſed etiam per mortem, & paſsionem illam celſitudinem mereretur.ſ.imperium mundi,& vt eſſet triumphator,& redemptor, & glorificator generis humani,ſed

mani. Sed quòd Lucifer appetiuit ſupradictam celſitudinē & imperium probatur ratione & autoritate. Nam licet Lucifer non fuerit preſcius ſui caſus ante lapſum: nec etiam caſus hominis: tamen fuit preſcius myſterii incarnationis filii Dei: quia non minus fuit reuelatum ipſi quam homini: qui in illo ſopore prenouit incarnationem: vt inquit Auguſt. Et per conſequens Lucifer vidit ſolium & ſedem preparatam ſuper totam naturam angelicam pro Chriſto homine futuro: cui erat tradendum imperium ſuper totam naturam angelicam, & ſuper omnem creaturam: abſque hoc quod ſciuerit myſterium paſsionis & redemptionis humanæ: quia diabolus ignorando caſum hominis, ignorauit etiam myſterium paſsionis Chriſti & humanæ redemptionis: ſed non ignorauit myſterium incarnationis & exaltationis humanitatis Chriſti: & ſic habuit occaſionē peruerſe appetendi. Vnde in hoc conueniunt omnes doctores, quòd Lucifer appetiuit ſummam celſitudinem & æqualitatem quæ ſub Deo poteſt eſſe & intelligi: ſed talis eſt celſitudo quā Chriſtus poſsidet in vnitate perſonæ verbi ſedens in potioribus bonis patris cum imperio totius vniuerſi: ergo appetiuit diabolus, ſed hanc non potuit appetere niſi contra voluntatem Dei, & deuiando à diuina voluntate quæ eſt lex æterna: in cuius conformitate conſiſtit omnis vera iuſtitia, ergo hoc nō potuit facere diabolus ſine peccato: immo dicunt aliqui quòd omnibus angelis fuit poſita lex qualiter Deus preparauerat illam ſedem pro Chriſto homine à verbo perſonaliter aſſumendo: cui credendum erat imperium vniuerſi cui Deus decernebat & volebat vt omnes Angeli & creaturæ obedirent: & ſimul cum verbo eum adorarent, & c. Cui legi Lucifer cum ſuis ſequacibus noluit obedire, immo ſolium & ſedem Chriſti attentauit & preſumpſit occupare & vſurpare, & ideo cecidit. Angeli autem cæteri diuinæ legi & voluntati obedientes manſerunt in gratia confirmati: & tunc ex viatoribus facti ſunt comprehenſores, & beati videntes Deum per gloriam. Sed quòd Lucifer attentauerit vſurpare ſedem Chriſto preparatam ſupra totam angelicam naturam: probatur per illud Eſa. xiiii. dicens, quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris qui dicebas in corde tuo. In cœlo aſcendam, ſupra aſtra cœli, exaltabo ſolium meum, & c. Aſcendam ſuper altitudinem nubium: & ſimilis ero altiſsimo, & c. Ex quibus patet quòd ſupra ſedes omnium beatarum creaturarum ſtatuit conſcendere uſque ad æqualitatem Dei, vbi nulla eſt niſi ſedes Chriſti: qua celſitudine ſub Deo maior nequit intelligi ratione vnionis, poſt quam ſedem et celſitudinem ſedet virgo Maria ratione maternitatis ſuper omnia alia aſtra cœli: & ſuper totam angelicam naturam. Hanc ergo celſitudinem putauit diabolus occupare abſque meritis ex ſola nobilitate propriæ naturæ, quòd fuit oppoſitum de Chriſto homine, qui per humanitatem & laborem paſsionis voluit illam ſedem adipiſci: quòd vult explicare Apoſt. ad Philippenſes c. ii. dicens: hoc enim ſentite in vobis: quòd & in Chriſto Ieſu: qui cum in forma Dei eſſet: non rapinā arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo: ſed ſeipſum exinaniuit: formam ſerui accipiens & habitu inuentus vt homo. q. d. quòd diabolus in principio per rapinas ſupra ſuam naturam: & contra voluntatem Dei voluit abſque meritis rapere ęqualitatem Dei & illam ſedem Chriſto preparatam: ſed oppoſitum fecit Chriſtus vt Deus: qui cum eſſet Deus factus & homo: vt Deus voluit humiliari & fieri homo: & in quantum homo humiliauit ſemetipſum obediens patri vſq; ad mortem crucis. propter quòd Deus pater dedit illi nomen quòd eſt ſuper omne nomen. ſ. Ieſus Saluator, quòd eſt nomen omnipotentiæ & iuſtitiæ, & gloriæ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: quia tradidit ipſi imperium totius vniuerſi: quòd diabolus abſque meritis contra voluntatem Dei preſumpſerat cum rapina occupare. Ex ſupradictis patet quòd diabolus illud non fecit abſque inuidia concepta contra Chriſtum poſtquam præuiderat illam ſedem preparatam pro hoc Chriſto homine futuro: ergo incontinenti appetiuit mortem & anihilationem Chriſti: quia præuidit Chriſtum regnaturum: & inuidit: & ſic concepit homicidium, & appetiuit mortem contra Chriſtum: hoc voluit etiam explicare Saluator. Ioan. viii. quando dixit de diabolo, quòd ab initio ille homicida fuit, quando in veritate non ſtetit, quia non ſolum fuit homicida præcipitando Adam in mortem, ſed prius fuit homicida appetendo mortem & anihilationem Chriſti. & ideo Lucifer poſtquam fuit expulſus & eiectus ilico venit ad tentandum & decipiendum hominem, putans impedire myſterium Incarnationis: ne Chriſtus ſecundum carnem ex Adam naſciturus illam celſitudinem conſcenderet: & ne Adam cum ſuis poſteris ſedes quas Lucifer cum ſuis perdiderat poſsideret. Tenuit ergo diabolus Lucifer talē ordinem in ſuo peccato. Nam primo ipſe conſiderauit nobilitatem ſuę naturæ ſuper omnes alias creaturas, & ſic amauit ſeipſum cum ſua delectatione, & ſic appetiuit imperium vniuerſi. Exinde nouit ſedem preparatam pro Chriſto futuro domino totius vniuerſi: & tunc peruerſo appetitu contra Dei voluntatem appetiuit illam ſedem & celſitudinem Chriſti, & exinde ex tali ſuperbia concepit odium & inuidiam contra Chriſtum. Vltimo facta coniuratione cum ſuis ſtatuit & preſumpſit conſcendere ſolium Chriſti in contemptum Dei, præuidit ergo Chriſtum incarnandum & regnaturum: & inuidit, & odiuit eum. Secundò decreuit ſedem eius vſurpare, ſed tunc Michael obediens Deo. deiecit draconem de cœlo cum tertia parte ſtellarum, vt dicit beatus Auguſt. & vide Ioannem in Apocalypſi. c. xii. dicentem. Viſum eſt aliud ſignum in cœlo, &

ecce draco magnus,rufus,habens capita ſeptem,& coruua decem , & cauda eius trahebat tertiam
partem ſtellarum cœli,& miſit eas iu terram,Sequitur litera Apocalypſis in d.c.xii. & factum eſt
prælium magnum in cœlo,Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugna-
bat & angeli eius,& nou valueruut,neque locus iuuentus eſt eorum amplius in cœlo.& proiectus
eſt draco ille magnus,ſerpens autiquus,qui vocatur diabolus,& ſatanas, qui ſeducit vuiuerſum,
orbem,& proiectus eſt iu terram. Et ſic patet quòd peccatum ſuum fuit conſumatum incipien-
do ab amore ſui vſque ad contemptum Dei. Michael autem cum cæteris iuceperuut ab amore
Dei vſque ad contemptum ſui,obedientes diuinæ voluntati, & ſic manſerunt in gratia confirma
ti,& facti ſunt beati per gloriam . Et ſic patet quòd peccatum diaboli incepit à ſuperbia quæ eſt
initium omnis peccati:& finiuit iu iuuidiam & odium:& etiam homicidium contra Chriſtum.
Et ſic eſt dicendum, quòd peccatum diaboli ſuit inuidia concepta contra Chriſtum ex appetitu
peruerſæ celſitudinis contra voluntatem Dei.Ex quo peccato manſeruut tria ſcelera perpetua in
diabolo .primo quia manſit obſtinatus nou coguoſcens reatum ſuum:nec culpam. ſecuudo man
ſit iu indelebili inuidia &odio contra Chriſtum,& contra omues homines qui ſucceſſiue poſſi-
dent ſedes per humilitatem; quas ipſe perdiderunt per ſuperbiam & ingratitudinem. & ideo ili-
co deſcendit ad tentandum hominem iu paradiſo,& aſſidue tentat homines vt ſint Deo rebelles:
tertio quia diabolus ſemper manſit in illo appetiiu dominaudi ex iuuidia Chriſti , & ſemper la-
borat adorari,& ſic introducit idololatriam , & deteſtabiles ritus & ſuperſtitiones iu mundum,
& ſemper nititur deducere homines ad artes magicas,& ſortilegia,& ſacrilegia nefanda, & pecca
tum Angeli uou potuit reparari vt dixi , & ſecundum ordinationem diuinam tempus merendi
prefixum eſt tam angelis quam hominibus:hominibus quidem mors,angelis vero caſus:itaque
caſus iu angelo eſt mors iu homine,& ſicut homo poſt mortem non poteſt mereri,& vide elegã
tiſſimum & doctiſſimum tractatum Reuerendiſſimi Ruberti Abbatis,de victoria verbi, & in c.
i.dicit quid ſit victoria verbi Dei,& quare,& propter quem aduerſarium, nempe diabolum , il-
lud opus ſcripſerit,&in c.ix.dicitur,quòd Lucifer per ſuperbiam,& inuidiam ſactus ſit mendacii
pater,& propoſuit dixitque in corde ſuo.Aſcendam ſuper altitudinem nubium.i.angelorum,ſi-
milis ero altiſſimo.damnatus autem eſt,per iuſtiſſimum verbi Dei iudicium, ſtatimque de cœlo
proiectus eſt,per miuiſterium Michaelis,& ſanctorum angelorum,victoriæ verbi Dei miniſtran
tium,& armatura eorum fuit & eſt ipſum Dei verbum. de iſta materia etiam vide doctiſſimum
Iacobum de Valentia,in ſua ſolenni expoſitione Pſalmorum iu Pſalmo. lxxxi. Et vide text.iu c.
viſis.xvi.q.ii.vbi litera dicit. Nec ignoramus aſtutiam verſuti hoſtis.conatur nanque à principio
ruinæ ſuæ vnitatem eccleſiæ reſcindere,caritatem vulnerare,& c.dolet enim ſatis & erubeſcit, ca
ritatem quam iu cœlo uequiuit habere,intellige,perſeuerantem,homines cõſtantes ex lutea ma-
teria tenere iu terra . Sed vnde fuit primus motus angeli ad malum , dic quòd ex libero arbitrio;
quia iu libero arbitrio ſuit quædam libertas,vt per glo.& doct.in c citius.de pœni.diſt.ii. vbi di-
cit tex.ex propriæ libertatis arbitrio vicium ſuperbiæ in angelicam naturam proceſſerit,& vide
tex.in c.principium.de pœnit.diſt.ii.vbi litera dicit,principium enim viarum Dei Beemoth di-
citur.principium.i.præcipuum opus inter opera Dei:vel primus & dignior inter alios angelos.
Beemoth.i.diabolus.& ibi dicit text.ordiues angelorum ſunt uouem.angeli:archangeli,throui,
dominationes,virtutes,principatus,poteſtates,cherubin,ſeraphin,ſed Beemoth,fuit prælatus in
cœlo,vt in d.c.principium,couſideret ergo homo elatus quid in terra mereatur,ſi angelus præla
tus in cœlo,de cœlo in terra proſternitur? hoc de peccato diaboli.Et nos homines ſumus ſed ſpe
angeli,quibus in reſurrectione æquabimur.vide comẽtatorem,in capit.x.ad Corinthios,& tres
ſunt Hierarchiæ , ſuprema, media & iufima, quarum ſingulæ teruos ordiues coutineant.Supre
ma,ſeraphinos,cherubiuos,& thronos,media dominationes, principatus,& poteſtates, infima;
virtutes,archãgelos,& angelos,tutelares enim angeli ex infimo ordiue ſunt.ſed ſanctus Michael
nuuc princeps eccleſiæ dicitur, vt olim Sinagogæ.Sed aduertendum eſt,quia promiſſum eſt auxi
lium temporale omuibus fidelibus couſidentibus in Chriſto,& arma coutra diabolum ſunt paſ
ſio Chriſti:& eccleſiaſtica ſacramenta,& lex euangelica,& auxilium angelorum, omnia iſta auxi
lia ſunt contra pericula temporalia , & etiam ſpiritualia. & vnaquaque anima habet angelum à
priucipio ſuæ creationis uatiuitatis ad ſui cuſtodiam deputatum , ratione animæ & ratioue cor-
poris,ſecundum Hierou.ſupra Matt.c.xvi. & ſecuudum Augu. libro ſoliloquiorum, & ratio eſt.
Nam eiuſdem eſt facere & couſeruare.ideo ſcriptum eſt. Quoniam angelis ſuis mandauit de te,
vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. in manibus portabunt te:ne forte offendas ad lapidem pe
dem tuum.ideo vt dixi Deus dedit angelum homini vt ipſum cuſtodiat quo ad corpus, ne leda-
tur in aliqua corporali leſione , ſed quia cuſtodia angelorum non ſolum liberat a periculis tem-
poralibus & carnalibus:ſed etiam à periculis culpæ ſpiritualis animæ : ideo ſcriptum eſt. Super
aſpidem & baſilicum ambulabis:& conculcabis leonem & draconem,item eſt notandum , quòd
Deus uou ſolum deputauit angelos ad cuſtodiam particularium hominum:ſed etiam ciuitatum
& regnorum,& totius eccleſiæ,vt eccleſiam defendant,& liberent eam à tyrannis,& inimicis, &
infide-

infidelibus & hæreticis,vnde propheta apoſtrophat ad eccleſiam Chriſti dicens.O eccleſia quia altisſimum poſuiſti refugium tuum & ſpem tuam in Chriſtum ideo non accedet ad te malum,& flagellum perſecutionis non appropinquabit tabernaculo tuo. quoniam angelis ſuis mandauit de te.& c.& ſic ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. & c. i. cum auxilio angelorum tu vinces & ſuperabis omnem maliciam & venenum hęreticorum,& conculcabis ſuperbiam tyrannorum; & finaliter omnes vinces, non ſolum ſpiritualiter ſed etiam temporaliter. nam portæ inferi non præualebunt aduerſus eccleſiam, quia licet fluctuabit, tamen nunquam ſubmergetur nauicula Petri.et videbis Cardinalem ſancti Sixti.in d.c.viſis.xvi.q.ii.ponentem rationem quare diabolus nititur nos perturbare,quia inuidiæ dolore afflictus nititur homines peruertere a bono vt caritatem perdant, ſicut ipſe perdidit ex culpa, vnde oportet vt prælati & rectores eccleſiæ inuigilẽt circa dominicum gregem,vt obuient aſtutiis diaboli quibus tanquam lupus inſidiatur: vt perdat aditus.Nam ipſe diabolus non ceſſat circumire quærens quem deuoret.i.Petri.c.v.& hoc caritatis officium exigit.& vide Bal.de hoc in l.ii.§.i.C.communia,de lega.& vide Archidia.in c.vt officium.de hæret.in vi.& vide Cardin.in c.ne pro defectu,de electione,& Paulus de diabolo dixit. non ignoramus aſtutias eius. Dixit etiam,Deus autem pacis conterat ſathanam ſub pedibus veſtris velociter.

De ordine,& characteribus,& alia optima hic continentur. *Cap. LXXIX.*

ORdo nanque nihil aliud eſt, quam homines,angeli,vel aliæ res bene ordinatæ, nec eſt relatio realis vel rationis hominibus inhærens: per quem dicantur ordinati.&c. Alio modo capitur ordo vt eſt ſacramentum,& cum de ratione ſacramenti in cõmuni ſit,eſſe ſenſibile ſignum: quia hoc eſt genus vocabuli, ſacramentum hoc in quolibet inſeriori includitur. & ſi quæris. Quid eſt ordo? ſane dici poteſt. Ordo eſt ſignaculum,id eſt ſacrum quoddam,quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato & officium. Sed notate quòd de numero ordinum eſt diſceptatio. Aliqui enim ponunt ſeptem ordines,& ſunt.Hoſtiariatus,lectoratus,exorciſtatus,acolitatus,ſubdiaconatus,diaconatus,& ſacerdotium. Alii ponunt nonem: textus eſt ad hoc expreſſus,vt prima tonſura dicatur ordo,in c.cum contingat.de ætate & quali,ordi. Itaque prima tonſura,& epiſcopatus, cum aliis ſeptem enumeratis numerum nouenarium faciunt, inſtar nonem ordinum Angelorum.vide Panor.de hoc in d.c.cum contingat.Et prima tonſura ſecundũ Hoſt. qualibet die conferri poteſt.quia canones de illa certum diem non exprimunt, & ſic de generali conſuetudine obſeruatur.vide Panor.in c.conſultatione de temporibus ordinationum. Et conſtitutus in minoribus ordinibus poteſt aſſumi ad beneficia curata,ſed ad dignitatem curatam de iure cõmuni nõ poteſt eligi niſi conſtitutus in ſacris.& de hoc vide doct.in c.licet Canon.de electio in vi.ordinatus extra quatuor tempora recipit characterem, non executionem ordinum. vt in c.conſultationi.de tempo.ordina.& vide in c.cum quidam.eod.tit.vbi ordinans & ordinatus extra tempora punitur. Et notabis quòd quilibet ordo in illo ſigno imprimitur per quod cum applicatione formæ præcipuus actus illius ordinis confertur.quemadmodum in baptiſmo & in aliis ſacramentis,& particulatim in ordinibus declaro. quoniam prima tonſura in ablatione pilorum confertur,& ſic character per ablationem pilorum imprimitur,nam tunc homo incipit eſſe in ſorte domini,& minorem curam habere temporalium, & in ſignum ſuperfluitatem in bonis fortunæ auferendarum tolluntur pili. Per clauium traditionem character Hoſtiariatus imprimitur,cuius officium eſt indignos à ſacramentis arcere:& dignos admittere.Exorciſtæ imprimuntur character cum accipit librum exorciſmorum, cuius officium eſt exorciſmos memoriæ commendare,& manus ſuper catechuminos & energuminos ponere.lectori imprimitur character & poteſtas lectoratus cum datur ei liber prophetiarum:quia eius offitium eſt,prophetias legere: & catechuminos prima rudimenta fidei docere.Acolyto datur poteſtas in datione vrceoli, & candelabri,ſed præcipue vrceoli,quoniam eius officium eſt præparare vinum:& aquam ad celebrandum.Subdiacono imprimitur character,in porrectione calicis vacui,& patenæ, quia principalis actus eius eſt vaſa dominici corporis,& oblationes diacono offerre,& legere epiſtolam eſt actus ſecundarius:non principalis,& hodie ordo ſubdiaconatus eſt ordo ſacer,vt in c.à multis.de ætate & qualitate.& vide in c.i.de ordinatis ab epiſcopo qui epiſcopatui renuntiauit,vel excommunicato,& ibi dicunt quòd ordines minores durant vſque ad ſubdiaconatum.& in c.ii.eod.titu.dicunt quòd ordinatus ab excommunicato recipit characterem, ſed non executionem, ſed ſi fuit ordinatus ignoranter diſpenſat epiſcopus,ſi ſcienter ſolus papa diſpenſat,& ibi dicunt in c.i.ſi epiſcopus renuntiauit epiſcopatui,an renuntiauit loco tantum,aut loco & dignitati ibi videbis. ſed ſi non retinuit ea quæ ſunt ordinis,& aliquis recipit ab illo ordines minores poterit miniſtrare, non maiores ſine diſpenſatione. Diacono imprimitur character, in datione libri euangeliorum, tunc enim datur ei poteſtas publice euangeliũ cantandi in eccleſia,in quo includitur alius actus.

ſcilicet diſpenſatio ſacramenti euchariſtiæ, & poteſtas portandi corpus domini in patena, & ad Diaconum pertinet aſſiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus quæ aguntur in ſacramentis Chriſti: in baptiſmo ſiue in criſmate: oblationes quoque inferre & diſponere in altari, componere etiam menſam domini, atque veſtire, crucem ferre, & prædicare Euangelium ad populũ, nam ſicut lectoribus veteris teſtamenti ita diaconibus noui prædicare præceptum eſt, ad ipſum quoque pertinet officium precum, & recitatio nominum: ipſe quoque præmonet aures habere ad Deum: ipſe hortatur clamare: ipſe donat pacem, & ipſe annunciat. In ſacerdotio autem ſunt duæ formæ & duplicia materialia, & ſenſibilia ſigna, primo confertur character ordinando panis, calix, & oſtia, & forma reſpondens, accipe poteſtatem celebrandi, tunc imprimitur character. Secundo imponitur manus epiſcopi ſuper ordinandum cum hac forma, accipe ſpiritum ſanctũ ad imitationem Chriſti. Ioan. xx. vbi in vltima cœna Chriſtus dedit poteſtatem ſuper corpus ſuum verum, deinde poſt reſurrectionem ſuper corpus ſuum myſticum, & vide tex. in c. presbyter, de ſacramentis non iterandis, & ad presbyterum pertinet ſacrificium corporis & ſanguinis domini in altario Dei conficere, orationes dicere & benedicere dona Dei. Ordo epiſcopalis confertur in impoſitione manuum epiſcoporum ſuper caput ordinandi. itaq; per conſecrationem confertur ordo epiſcopalis. lxxviii. diſtin. c. de temporibus ordinan. c. ſi Archiepiſcopus, & c. ſequenti. & ſic epiſcopalis eſt ordo cuius auctoritate alia expediuntur quæ nec inferioribus cõmittuntur. c. aqua. de conſecra. eccle. vel altaris, & ſic taceat ſecundum Panorm. in d. c. cum contingat, dicentes non eſſe nouem ordines ſicut ſunt nouem Hierarchiæ angelorum. vt diximus. ſ. ſed baptiſmus etiam datus a pagano in forma eccleſiæ, imprimit characterem, vt per doct. in c. conſultatione, de temporibus ordinationum. His prelibatis dico quod ordo eſt ſacramentum nouę legis, & diffinitio ordinis eſt hæc, ordo eſt ſacramentum quo traditur poteſtas ſpecialis, & ſpiritualis ſuper corpus Chriſti verum vel myſticum. Sacerdos enim Moſaycus non poterat abſoluere nec aperire regnum cœlorum vel claudere nec aliquid facere ſuper corpus Chriſti verum, ſicut ſacerdos euangelicus: ſed mundare poterat ab aliquibus irregularitatibus illius legis, & erat mediator inter Deum & populum, & ſacerdos vocabatur. Sicut enim lex illa non erat ita perfecta: ſicut iſta, ita nec ſacerdos illius legis erat perfectus, ſicut ſacerdos iſtius legis. ex quo patet quòd in cuiuslibet ordinis collatione ſi non fuerit obex confertur gratia virtute operis operati. Secundo ſequitur quòd plures gratiæ virtute operis operati conferuntur viro in die, cum minoribus ordinibus, quam cum maioribus. ratio eſt quia plures ſuſcipit ordines in die, forte etiam cum perfectiore ordine confertur ſemper maior gratia. Eodem modo de characteribus, nam in quolibet ordine character imprimitur indelebilis. De charactere ordinis, dic, quòd eſt figura intellectualis indelebilis per quam ordinatus à nõ ordinato in die iuditii diſcernetur. Alii dicunt quòd eſt ſignum ſpirituale indelebile diſtinctum, & ſpiritualis poteſtas ad aliquid ſacrum. Panor. in c. i. de ſacramentis non iterandis. de conſecratione epiſcopi dico, quòd forma conſecrationis eſt, ꝙ in conſecrando pontifice adſint tres epiſcopi, & vnus principaliter conſacret & aliĩ aſſiſtant conſecranti, & de hoc vide Panor. & doct. in c. vno. de ſacra vnctione. Sed eſt ſciendum, quòd nomine characteris non poteſt intelligi aliquid corporale, propter quod cogimur ponere characterem eſſe aliquid ſpirituale, & ſemper character ſumitur per modum gratiæ ſpiritualis, accipiendo gratiam large pro quocunque dono ſpirituali, itaque character nominat aliquod ſignum ſpirituale in anima in quo anima hominis habentis characterem diſtinguitur ab anima non habente, & character eſt ſignum indelebile, & quãdiu ſumus in via peccare poſſumus, characteres non ſolũ habent eſſe in homines bonos ſed etiam in malos, ſed in bonis ſunt per ſe, & in malis per accidẽs. & in tribus ſacramentis vt dixi imprimitur character, videlicet, in ſacramento baptiſmi, confirmationis, & ordinis, in baptiſmo imprimitur character. i. ſpiritualis potentia recipiendi ſpiritualia dona: ſine baptiſmo in re, vel ſine baptiſmo in voto, (quantum eſt de lege communi) non fit receptio ſpiritualium donorum, vel bonorum. diximus de lege communi, quia Deus poteſt in vtero matris hominem ſanctificare, & ſicut in baptiſmo imprimitur ſpecialis potentia recipiendi ſpiritualia dona, ſic in confirmatione recipitur ſpiritualis poteſtas reſiſtendi. & vt audacter confiteamur nomen Chriſti, audacter reſiſtamus diabolo, itaque ibi ſpiritualiter confertur potentia reſiſtendi diabolo. in ſacramento autẽ ordinis confertur potentia agendi ſpiritualia, quia in quolibet ordine confertur aliqua potentia ſpiritualis, per quam agi poteſt aliquis ſpiritualis actus. & ſi quæris quid ſit ſacramentum, videbis Panor. in c. cum marthę. de celebratione miſſarum, dicentem, quòd ſacramentum eſt corporale & materiale elementum foris ſenſibiliter propoſitum & ſimilitudine repræſentans, & inſtitutione ſignificans: & ex ſanctificatione continens inuiſibilem & ſpiritualem gratiam, ſed non in omni ſacramento imprimitur character, vt incontinenti dicam, ſacramenta ſunt ſeptem. Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, extrema vnctio, Sacramentum ordinis, Matrimonium. ex iſtis tria ſunt non iterabilia. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo. cætera ſacramenta ſunt iteranda. ratio autem quare iſta tria ſacramenta non iterantur eſt, quia in his character imprimitur, & in d. c. i. de ſacramentis non iterandis dicunt. docto. character

racter.eſt. quædam paſſibilis qualitas animam illuminans ad uidendum facilius quid ſit credendum, & quid operandum, vel melius ſecundum Hoſtienſem, & Inno.character eſt quædam qualitas diſponens, & habilitās animam ad ſuſcipiendam maiorem gratiam quæ qualitas a quibuſdam dicitur ſanctitas, quia præparat animam ad ſanctificationem, alii dicunt, quòd character eſt mentis cuſtodia eo quòd inſeparabiliter cuſtodit mentem, per quam ipſa anima cuſtoditur, de hoc per Inno.& Hoſt.in rubrica de baptiſmo, & vide Panor. in rubrica de ſacramentis non iterandis. Et quid ſit character, vi.B.Tho.in iiii.diſt.iiii.q.i.art.i. Et in tertia parte ſummæ. q.lxiii. ar.ii.& iiii.& vide gio.in clemen.in plerique, de electio.& vide bonum tex.in c.quod quidam.i. q.i.qui dicit quòd eſt ſignum impreſſum animæ. Et quis imprimat talem characterem in anima, Inno.tenet quòd ſolus Deus, & beatus Tho.in 3.p.ſummæ.q.lxiii.ar.iii.& in iiii.diſt.iiii.q.i.art. iiii.dicit, quod character imprimitur à tota trinitate & in quolibet ordine vt dixi. ſ. imprimitur character, vt notabis Archid.in c.l.xxi.diſt.& in quibus ſacramentis imprimatur character diximus.ſed vide S.Tho.in d.q.lxiii.& q.xxiiii.& adde quòd characterem imprimunt etiam mali miniſtri, vt in c.quomodo, de conſecra.diſt.iiii.quod eſt verum, ſi tamen ſeruetur forma eccleſiæ, & adde quòd character confirmationis, & baptiſmi non ſunt idem, vt per B.Tho.in iiii.diſt.vii.q.ii. art.i.& tene menti, quòd charactere ſemel recepto non poteſt quis renuntiare.c. quæris.c. paruuli, de conſecra.diſt.iiii.& notatur in c.maiores, de baptiſmo, & vide glo.in clemen.i.de electio. & vi.B.Tho.in d.q.lxiii.ar.5. & ibi dicit quòd character eſt indelebile. Sed nunquid leuitis in veteri lege conſerebatur character, non idē quòd hodie.vide gio.& doc.in c.in ueteri lege.lxxvii. diſt.Sed S. Tho. dicit quòd character imprimitur ſolum in ſacramentis nouæ legis. Item notabis quòd baptiſmus eſt ianua aliorum ſacramentorum, vt in c.fin.de presbytero non baptizato, ideo ſi non baptizatus ordinatur characterem non recipit, itaque defectus ſacramenti baptiſmi impedit impreſſionem characteris aliorum ſacramentorum, quid ſi dubitatur vtrum fuerit baptizatus, poterit ſeruari quòd habetur in c.ii.de baptiſmo.ſecundum Hoſt.& Panor.ibi.& in c. i.de presbytero non baptizato, & qui ordinatur ab eo qui putabatur epiſcopus cū non eſſet, nullum ordinem recipit, valent tamen ſic geſta quo ad meritum propter fidem. de hoc vide Panor. in.c.fin.de presbytero non baptizato, & ſi dicatur communis error ſeu opinio facit valere geſta, iſta procedunt in pendentibus à iuriſdictione, nō enim in dependentibus ab ordine, ſeu in iſtis ſacramentalibus, & ſic per gio.& docto.in d.c.ii.de presbytero non baptizato.ſimilis.tex. in l. barbarius.ff.de officio pretoris. & ad notata in c. ad probandum, de re iudica & c. nihil de electione, vbi probat quòd communis error facit ius, & vide Panor. & additionatorem in d.c.fin. de clerico no bap, & ibi dicit Panor. quòd baptiſmus fluminis quo quotidie vtimur prodeſt adultis & paruulis, & baptiſmus flaminis.i.ſpiritus ſancti prodeſt adultis tantum, qui in charitate & fide chriſtiana defecerunt. baptiſmus ſanguinis eſt quando quis occiditur pro fide chriſtiana, & iſta fides prodeſt tam adultis quam paruulis ex quo non contempſerunt baptiſmum fluminis. exemplum in ſanctis innocētibus, latro vero in cruce fuit baptizatus baptiſmo flaminis propter fidem quam habuit in Chriſto, ita Panor. vbi ſupra.itaque baptiſmus flaminis vel ſanguinis ſufficit ad ſaluandum hominem, vbi deeſt baptiſmus aquæ, non ex voluntate ſed ex neceſſitate, & vide S.Tho.in iiii.diſt.iiii.q.iii.art.iii.item vide in iiii.diſt.ix.q.i.art.ii.& character eſt ſignum communionis diuinorum & ſacræ ordinationis fidelium, datum à diuina beatitudine, S.Tho.in iiii. d.iiii.q.i.ar.ii.& character eſt participatio ſacerdotii Chriſti.S.Thom.in iii.q.ſed & character eſt ſubiectiue in anima ſicut inſtrumentalis virtus.S.Tho.in iii.q.i. & character eſt ſubiectiue in potentia animæ & non immediate in eſſentia animæ.S.Tho.in tertia p.q.63.& ibi etiam dicit.character eſt principaliter in potētia intellectiua, & ſecundario in affectiua, & plures characteres poſſunt ſimul eſſe in eadem anima non autem plures in eodem corpore ſimul, ita S.Tho.in iiii.d.vii. q.ii.ar.i.& character ſemper manet etiam in damnatis.quia eſt indelebilis.S.Tho.in iii.q.l.& character in patria pertinet ad alios actus quam in via.ſ.ad communionem beatorum, & ad participationem actuum cœleſtis Hierarchiæ.S.Tho.in iiii.d.iiii.q. i. ſed Chriſtus nullum habuit characterem.S.Tho.in iii.q.63.& ibi dicit etiam Chriſtus eſt character patris, & traditio characteris primo a Dionyſio nobis aduenit.S.Tho.in iiii.d.iiii.q.i.Sed non habens characterem baptiſmi nullum alium recipere poteſt: vt dixi, quia ille præſuponitur de neceſſitate ab omni alio, & character baptiſmi, eſt alius à charactere cōfirmationis, & ordinis, quia ſunt ad diſtinctos actus, & character baptiſmi, eſt potentia paſſiua, & character confirmationis & ordinis eſt potentia actiua, ſed character ordinis præſuponit characterem confirmationis de congruitate, non autem de neceſſitate, & carens charactere ordinis inferioris poteſt recipere characterem ordinis ſuperioris.charactere conformamus trinitati, in ſapientia per baptiſmum, in potentia per ordinem, in bonitate per confirmationem, & charactere aſcribitur Chriſto, quaſi patri in baptiſmo, quaſi ſummo ſacerdoti, in ordine.& quaſi milites regi in confirmatione, & character eſt a tota trinitate ſed appropriatur filio, & character ſacramentalis eſt proprie character Chriſti, tāquam ducis, quo configurantur fideles ſacerdotio Chriſti, & character imprimitur ſolum in ſacramentis nouæ legis

næ legis. Et ſolũ in tribus ſacramẽtis ĩprimitur vt dixi. ſ. in baptiſmo, in cõfirmatione, & ordine. Sed notabis quod character confirmationis non imprimitur in datione alicuius rei ſed in ſua impoſitione manus, & vnctione vt dixi, & character imprimitur in quolibet ordine vt dixi. Et character eſt cauſa gratiæ ſacramentalis & cum charactere infunditur gratia, & per characterem deputantur fideles ad actus conuenientes præſenti eccleſiæ, per prædeſtinationẽ vero ad præmium vitæ æternæ. Et notabis ſecundum S. Tho. quòd omnes characteres ſacramentales, figurati ſunt in lege veteri per diſtinctionem Iſraelitarum, leuitarum; & timidorum. ita S. Tho. vt dixi, in iiii. diſt. vii. q. ii. ar. i. & character ſacerdotii vt dixi imprimitur in porrectione calicis & patenæ cum debita forma, Sanct. Tho. in iiii. diſt. xxiiii. q. ii. Et videbis Card. S. Sixti in c. presbyter. xxiii. diſt. & ibi dicit etiam iuſta S. Tho. quòd dominus diſcipulis dedit poteſtatem ſacerdotalem quantum tum ad principalem actum, & ante paſſionem in cœna quando dixit. Accipite & manducate & ſubiungit, hoc facite in meam commemorationem. Sed poſt reſurrectionem dedit eis poteſtatẽ ſacerdotalem quantum ad actum ſecundarium qui eſt ligare & abſoluere. ſed vnctio non eſt de ſubſtantia ordinis ſacerdotalis, ita Card. in c. presbyter. xxiii. diſt. demente S. Tho. & vide in cap. præterea xxiii. diſt. & in quo actu imprimatur character ſubdiacono dixi. š. ſed vide etiam doct. in c. ſubdiaconus xxiii. diſt. & ibi Card. S. Sixti in c. Acolitus xxiii. diſt. & character exorciſte in quo actu imprimitur, dixi. š. & vide Card. in c. exorciſta xxiii. diſt. & quando character imprimatur lectori dixi. š. & vide Card. in c. lector. xxiii. diſt. vbi dicit, in omnibus ordinibus imprimitur character, & pſalmiſtatus non eſt ordo, ſed officium ordini annexum, vide Card. in c. pſalmiſta. xxiii. diſt. Et de characteribus videbis fundatiſſimum Aegidium Ro. in primo tomo in libello de charactere, vbi ipſe tractat de clerico ad ordinem ſubdiaconatus ordinato ſine minoribus ordinibus, & in tractatu ſuo de renunciatione papæ. c. x. & xi. dicit, in ordine epiſcopali nõ imprimitur character, tamen imprimitur perfectio characteris, dicit etiam quilibet ordo tam ſacer quã non ſacer habet ſuum proprium characterem; ſecundum ordo epiſcopalis non poteſt conferri ſine ſacerdotio. conſequens eſt ordo epiſcopalis non habet per ſe diſtinctum characterem à b ordine ſacerdotali: dicit etiam epiſcopus nihil aliud eſt quam ſacerdos perfectus, ideo in ordine epiſcopali & cum quis efficitur epiſcopus non imprimitur et alius character à ſuo charactere ſacerdotali, ſed ille character perficitur hæc ille, & magiſter ſenten. in iiii. diſt. xxiiii. volens diffinire ordinem quantum ad ipſum characterem ait. Quod ordo eſt ſignaculum quodam quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, & ideò ibidem ait, quod character ſpiritualis, eſt promotio poteſtatis, ſed in baptiſmo cõfertur character vt dixi, qui eſt potentia receptiua, per quam ſumus apti ad recipiendum alios characteres, ideo ſi illo charactere & illa potentia careamus characteres ordines non poterimus recipere. Ideo ex ſupradictis tenete quicquid alii de hac materia dixerunt quòd quilibet epiſcopus ſiue catholicus, ſiue hæreticus in eccleſia ſiue extra conferat ordinem dum tamen conferat ſecundum formam eccleſiæ recipit ordinatus characterem & ordinem, & ita loquitur tex. in c. qui perfectionem, in prima parte i. q. i. itaque principium illius. textus loquitur de his qui in forma eccleſiæ receperunt ordinem. Sed intellige de his qui ignoranter ab epiſcopis hæreticis ordinem receperunt, quia ordinationes quæ ab hæreſiarchis nominatim excommunicatis facti ſunt irritas eſſe indicamus, intellige quo ad executionem, vt eſt tex. in c. ordinationes, cum ſimilibus ix. q. i. niſi probare voluerint ſe cum ordinarentur eos neſciſſe damnatos. Sed qui allegat ignorantiam ipſam probabit. c. indicas. ix. q. iii. c. ſi qui a ſymoniacis. i. q. i. c. innotuit de electio. c. propoſuiſti. lxxxii. diſt. ſed de illis qui extra formam eccleſiæ ab epiſcopis hæreticis ordines receperunt, de talibus loquitur ſecunda pars. tex. in d. c. qui perfectionem, & etiam loquuntur aliæ iura, ſed illi nihil recipiunt, nec tales epiſcopi aliquid conferunt, vt in d. c. qui perfectionem, & in c. daybertum. i. q. ii. & in c. quod quidam. i. q. i. itaque hæretici & præciſi ab eccleſia ſeruantes formam & intentionem eccleſiæ: licet conferant veros ordines ſiue primũ effectum ſacramenti, non tamen vltimum. ſ. gratiam, nec ordinis executionem, his qui ſcienter ab eis ordines ſuſcipiunt, quia propter hæreſim in quam lapſi ſunt perdiderunt gratiam Dei, & executionem ordinis, quæ dicitur plenitudo & perfectio, vt in d. c. qui perfectionem. & ibi vide Cardi. S. Sixti, poſt Archidiaconũ. & uide etiam doc. in d. c. ordinationes, & de conficiendo corpore Chriſti, vide glo. & doc. in d. c. qui perfectionem. & vide in c. dominus. i. q. i. & uide tex. in c. non in nobis, de conſecra. diſt. iiii. vbi quærunt doc. an recipientes ſacramenta ab hæreticis ſiue ſciſmaticis peccent mortaliter, & concludunt quòd ſic, ſed iſte tex. loquitur de his qui ſcienter, & extra caſum neceſſitatis ſacramentum baptiſmi recipiunt à hæreticis, & præciſis, alias ſecus, dum tamen in forma eccleſiæ detur, ſeruantes eandem materiam & formam, & nota quòd ius dandi baptiſmum duobus eſt, videlicet, ex ordine ſacerdotali, & ex iuriſditione: ita S. Tho. in iiii. & dixi in ſermone epiſcopali. š. ſcribendo de baptiſmo. Et ſi epiſcopus ordinat in dioceſi aliena quid dicendum, vide tex. & doc. in c. epiſcopus in dioceſi aliena. vii. q. i. & in c. nullum epiſcopum. & c. epiſcopum. & c. epiſcopi. ix. q. ii. & in c. non inuitati. & c. ſi. ea. q. & cauſa. Hic ſurgit quæſtio vtrum ordinatus ab alieno epiſcopo ſine licentia proprii epiſcopi, ſit ſuſpenſus ipſo iure. Ad hoc dicendum

dum quòd narrat Arch.opinio eſt quorundam ꝙ non eſt ſuſpenſus ſed ſuſpendendus.quam opi
nionem confirmant ex multis ſcilicet ex c.quod tranſlationem.extra de tempore or.& c.ſignifica
ſti.de offi.archi.in fi.& c.i.de eo.qui reuun.epiſ.§.i.ad fi.vnde ſi celebrat nõ eſt irregularis poteſt
tamen ſuſpendi ſeu interdici ei ne celebret,vt in d.c.quod tranſlationem;& ſi poſtea celebrauerit
irregularis efficitur,nec poterit cum eo citra ſedem apoſtolicam diſpenſari.Hanc aũt opinionem
videtur approbare ſtilus curiæ romanæ:vt dicit idem Archi.Nam quãdo ſcribitur pro talibus di
citur ſic.Mandamus quatenus ipſo ad tẽpus ſuſpenſo:ſuper hoc authoritate nõſtra diſpenſes,&c.
Et nota ꝙ dicit ſuper hoc:& nõ dicit ſuper irregularitate diſpenſes. Diſpenſatur.n.vt non depo-
natur:ꝙ deberet fieri ſecundũ iura.Et ita etiam ſentit Hoſt. prout hoc totũ non.in ſpe.in tit. de
offi.dele.§.iuxta propoſitionis ordinẽ.ver.ſed nunquid, & hæc ſententia etiam approbatur , per
Guil.duran.extra de temp.or.c.eos,quia li.vi.Idem recitat Io.an.in d.c.quod tranſlationem. Et
vide ꝙ no.in d.c.eos qui in glo.ſ.ordinatio.ibi dicit glo ꝙ ſuſpenſus eſt talis ipſo iure, ſed non il
la ſuſpenſione qui irregularitatem inducat.ſed ſuſpendendus eſt illa, vt in decretali quod tranſla
tionem.ſecundum Hoſt.Guil.& idem Ioan.mo.credit:ꝙ vellet qd ſit ſuſpẽſus ipſo iure illa ſuſpen
ſione:q̃ eſt ſuſpenſus peccator occultus.vnde ipſe Io.an.poſt Hoſt.in c.quod tranſlationem.dicit
quòd ordinatio talis eſt irrita,vt in c.i.& c.nullus.ix.q.iii.& ibi in c.nullum epiſcopũ. dicit tex.
vacua quidẽ & inania erunt omnia quæ geſſerit,& in c.in dioceſi aliena.vii.q.i.dicitur epiſcopus
in dioceſi aliena ad alienos clericos ordinandos,vel conſecranda altaria irruere non debet , quòd
ſi feceris,amotis his quos ordinauit.altaris tantum conſecratione manente.& licet non habet ex-
cuſationem quo ad ſe ſicut dicitur de peccatore occulto:extra de cohabi.cleri.& mulierũ.c.fi.vel
quia ei interdici poteſt à prælato quo ad omnes,& ſi antequã ſic interdicatur celebret non eſt ir-
regularis:licet grauiter peccet extra de.cle.ex minis.c.fi.ita in iſta materia cõcludunt doctores p-
dicti,& character imprimitur in ordinato a non ſuo epiſcopo,vt ex dictis in præſenti c. notatur.
Et de charactere militis.vide tex & glo.in c.quod quidam, in §.ſi forte.i.q.i. vbi dicit glo. milites
habebant ſtigmata vel alia ſigna de aliquo colore,de quibus dictum eſt.in l. ſancimus. C. de iure
delibe.milites noſtros arma ſcire volumus non leges.Et ſi quis ordinatur non congrue tempore
characterem recipit non executionem ordinis,& deponendus eſt.Panor.in ii de tempo.ordina.
Et inter ſacramenta,tria ſunt vt diximus,baptiſmus,confirmatio,& ordo, quæ charactere.l.ſpi-
rituale quoddam ſignum , a cæteris diſtinctiuũ imprimunt in anima,indelebile, & non reiteran
tur.Reliqua vero quatuor ſacramenta characterem non imprimunt,& reiterationẽ admittunt.

*De fraude, & dolo, de lata culpa, de leui & leuiſſima, de caſu fortuitu, de actione depoſi
ti, de creditore banchi, de cambiis, de pecunia depoſita in ſacco, de caſu inopinató, de in-
cendio, de caſu improuiſo, de fardello ſigillato, de precario, de commodato, de conſtituto,
de mandato, de procuratore, de curia mercatorum, de proteſtatione; de actione locati, de
actione tutelæ, de inuentario, de tutore, de collegiis licitis, de coniuncta perſona, de mari-
to, de procuratore fiſci, de curatore, de iuramento in litem, de tutelis, de tutore illuſtrium
perſonarum, de pecunia pupillari, de pupillo, de decreto iudicis, de ſuſpectis tutoribus, &
aliorum officialium, & vbi pupillus educari debeat, de rebus comparatis pecunia mino-
ris, de iuramento affectionis, de hæredibus tutorum vel curatorum, de ceſſione, de excuſa
tionibus tutorum, de curatore furioſi. Et dicimus an præſcriptio currat minori demum
facto maiore, & de magiſtratibus conueniendis, & de actione negotiorum geſto-
rum, & de pignoribus, & hipotetis, & de ſocietate, & de communi diui-
dendo, & de locato, & conducto, & dicimus de contractu
emphiteotico. Cap. LXXX.*

ANtequam ad vlteriora procedamus.dico quòd fraus,& dolus idem ſunt,vel ꝙ fraus ineſt
dolo ſicut ſpecies ſuo genere,vt ff.de pactis.l.iuris gentium.§.ſed ſi fraudandi , &.§.de his
qui nota.infamia.l.i.& quia habet pulchra materia,eſt permittendum pro intellectu ma-
teriæ quid ſit dolus,& quid ſit culpa,& quotuplex ſit.& vtrum aliquo caſu culpa ſit dolus:diffi-
nitio aũt doli,talis eſt:dolus eſt machinatio quædã inſidioſa & fraudulenta,vt in glo.inſti.qui mo
dis re contrahi.oblig.& allegat.l.i.in §.dolum.ff.de dolo.& intelligitur de dolo malo.cum etiam
poſſit eſſe bonus dolus,vt ibi nota. & explificantur per doc.Sciendum eſt etiam quod duplex eſt
dolus:quidam eſt verus ſiue manifeſtus:quia ex manifeſtis inditiis probatur: quia aliter probari
non poteſt,cum ſolus Deus ſit animi ſcrutator vt l.dolo.ff. de dolo. & ibi notatur & hoc in iis
quæ ſunt de genere prohibitorum,vt l.ſi non conuicii.C.de iniuriis,& faciunt notata.in l.inter
poſitas.

poſitas.C.de tranſactio.ſunt.n.quædam verba in iſtis prohibitis quæ de ſui natura importat dolum, ut falſitas, vt furtum, & ſimilia facit quód natura in l.pen exemplum.C.de falſis. Alius eſt dolus præſumptus. quia ex probationibus non manifeſtis probatur, quia de neceſsitate dolum, nó argunt, præſumptú dolum inducunt.l.dolus, & l.ſi procuratorem.§.ſi dolo.ff. de mandati: circá aũs prædicta attendatis, quia ex qualitate perſonarum, & rerum iudex præſumet dolum: qui nó poteſt niſi ex coniecturis probari. l.dolum.C.de dolo.c.ii.de renuntia.in vi.Panor.in c.ſi. de depoſitio.& Salic.in l.ſi nulla.C.de pignora.actio ponit differentia inter dolum & culpam: & horũ quodlibet quotuplex.& ibi dicit: culparum ſex gradus ſiue ſpecies; & culpa prout eſt genus duas habet ſpecies, quarũ vna tranſit in propriũ nomẽ; & vocatur dolus: Alia eſt at in nomine generis ſui, & vocatur culpa ad inſtar eius ꝙ de adoptione dicitur.ſ.i.ff. de adoptio. & dolus diuiditur in duas ſpeties quia alius eſt verus alius præſumptus: vt.ſ. eſt dictũ: culpa aũt diuiditur in duas ſpeties: quia alia proxima dolo: & iſta vocatur lata. alia non proxima dolo: quia non lata, & iſta diuiditur in tres ſpeties: quia alia leuis: alia leuior, & alia leuiſsima: quæ ſint iſte.j.dicá.ſed hic eſt notandú ꝙ licet dixerim aliqu m fore culpam leuiorem: & bene: quia inter ſuperlatiuũ & poſitiuũ neceſſariũ videlicet ipſum cóparatiuũ: tñ de iſta media culpa quam leuiorem appellaui lugunt latores non curarunt de ea ſpecialiter diſponere: ſed duntaxat diſpoſuerunt vt quis teneatur de leuiſsima, & ſic de omni culpa, vt teneatur de leui tantũ, et ſic non de leuiori, & minus de leuiſsima; Caſum aũt quo quis teneatur de leui, & leuiori, & non de leuiſsima, non reperio: & ideo doc. in eorũ doctrina dicunt ꝙ triplex eſt culpa.ſ. lata, leuis, & leuiſsima, vt l.ſi vt certo.§. nunc videndus ff.cómod.& de negociis geſtis.l.tutori.vbi habes tex.de lata & leui, & ff.ad l.aquiliã.l. in lege aquilia vbi de leuiſsima, et culpa ſumpta in ſuo genere generaliſsimo: quid ſit: dico qđ culpa eſt imprudentere vel facere ex propoſito, vel ſine id quod omittere, vel facere ex propoſito, nó debuit: vel culpa eſt quædam deuiatio ab eo quód quis ex recto dictamine rationis facere debet ex propoſito procedens vel ſine. Sed quæro quid eſt dolus ? dic vt ſ. diximus. ſed illa diffinitio prout dolus diſtinguitur à culpa & illam non includit: ideo dic ſecundũ Salic. in d l.ſi nulla. dolus eſt culpa ex calitate, fallacia vel machinatione procedens ad circũueniendum decipiendũq; alterum adhibita ex variis inditiis, vel claris præſuntionibus cognita: in hac diſcriptione cópræhenditur verus & etiam præſumptus dolus Et latiſsima culpa eſt, culpa procedens ex callitate fallatia, vel machinatione ad circunueniendũ, decipiendũq; alterum adhibita ex præſumptionibus legitimis cognita. qua dolum præſamptũ appellamus. Elata culpa eſt ſecundũ Bar. in l.quod nerua ff.depoſiti deuiatio in circunſpecta ab ea diligentia quam cómuniter habent omnes qui ſunt eiuſdem códitionibus & profeſsionibus.l.late.ſ. de verbo ſignifi.& quid ſit leuiſsima culpa vide Socinum in conſ. cxlix. incipienti in cauſa Ambr.& Bar. in d.l.quod nerua, & Salic. in d.l.ſi nulla dicunt. leuiſsima culpa eſt deuiatio in circumſpecta ab alia diligentia quam adhiberent diligentiores & diligentiſſimi eiuſdem conditionis & profeſsionis. quæro an lata culpa æqui parantur dolo. glo in l.actionibus ff.de in litem iura.dicit qđ ſic. regulariter, ut ff.ſi menſ.fal.moc.di.l.i.§. hæc actio.& ff.ad trebel.l.mulier.§.ſi hæres.& l.quod nerua, & ibi Bar. ff. depo. fallit in tribus caſibus ibi in eadem.l. Bar.ibi addit tres alios caſus.ſed de iſta quæſtione vltra. Bar. videbis.ſ.in l.i.c.depoſiti. quid ſit leuis culpa. Bar. in d l.quod nerua: dicit qđ leuis culpa in rebus alienis eſt deuiatio incircunſpecta ab ea diligentia quã adhiberur homines diligentes eiuſdẽ profeſsionis & códitionis. & leuis culpa eſt rebus cómunibus eſt deuiatio in circũſpecta ab ea diligẽtia quã ipſe deuiãs tunc tps in rebus propriis adhiberet. hoc probarur, in l.hæredes.§.nó tñ.ſ.fami.ber. Nunc videamus differentiã, et rationẽ diuerſitatis. quæ eſt qđ aliud in re aliena, aliud in re cómuni. reſpódet Bar. qđ mea, & aliana, ſunt extrema. cómunis eſt mediũ: modo iſta eſt qđ in re mea tractatur de culpa quæ eſt impunita. c. mandati.l.in re mandata: ſed in aliena culpa punitur, nec ſufficit qđ quis faciat id qđ facit de ſuis.ſi.n.in ſuis eſt negligẽs in alienis debet eſſe diligẽs vt ff.ſoluto.matri.l.ſi conſtãte.§.ſi maritus. in re vero cómuni quæ tenet mediũ inter mediũ & alienum eligitur quædam media via: ne culpa totaliter ſit impunita: ſed ſufficit eam diligentiam adhibere quam in ſuis adhibet. ibi vide Barto. ſed Salice. in d.l.ſi nulla. dicit vſis diffinitionibus antiquorũ, & Bar. alias deſcriptiones clariores pono quorum aliquæ fuerunt Iacobi bruti. vt in quibuſdam eius recolectis habeturi in principio.l.in rebus.ff. commoda.& loquor de lata culpa & aliis ea leuioribus; & quia culpa alia eſt in omittendo, alia in committendo ideo quamlibet in ſuo modo deſcribam, & incipio à lata culpa. lata culpa in omittendo eſt, imprudenter & ſine propoſito omittere quód omnes homines eiuſdem conditionis feciſſent. hæc deſcriptio probatur in dic.l.quod nerua. lata vero culpa in omittendo cognoſcitur per oppoſitum eiuſdem quando eſt in omittendo. ideo ſic deſcribo. lata culpa in omittendo eſt, imprudenter & ſine propoſito facere id quod communiter cæteri non feciſſent qui eiuſdem conditionis fuiſſent. leuis vero culpa in omittendo eſt imprudenter ſine propoſito omittere quod quilibet diligens facere. hoc probatur ff. de pignora. actio. l. ſi cum venderet. §. fin. & l. ſequenti. & l. ſi putator ff. ad l. aquili. & per oppoſitum leuis culpa in comittendo eſt imprudenter & ſine propoſito facere quod diligentes facere omiſiſſent. cætera videbis ibi per Sali. leuior uero culpa eſt omittere imprudenter & ſine propoſito quod quilibet dili

gentior feciſſet, vel faceret quòd quilibet diligentior omiſiſſet, hæc differt à præcedenti in eo ſolo: procedens loquitur de diligente impoſitiuo: hic de diligentiori in comparatiuo. Sic & de ea in cōparatiuo quærimus licet vt. ſ. diximus nulla lex de illa leuiori ſpecifice diſpoſuit: ſed tantū de leui & leuiſſima, culpa eſt imprudēter, & ſine propoſito omittere ꝙ quilibet diligentiſſimus eſſet facturus, vel facere quòd nullus diligentiſſimus eſſet facturus: licet diligens, & diligentior idē omiſiſſet vel feciſſet. hoc probatur. ff. commoda. l. in rebus in principio, & ff. locati, ſi merces. §. pe. & pondera bene iſta verba. ſed Salic. in d. l. ſi nulla. in v. col. quia debent ſic intelligi leges ille, et ex iſtis diſcriptionibus multum veritas eluſceſit, & culpa latior eſt machinatio ad decipiendū ſallendumq; alterum, adhibita præſumptiue iſtud probatur, ſecundū Bar. ff. de dolo. l. i. ponitur in diffinitione præſumptiue, ad differentiā doli manifeſti poſſetis vos dicere iſtud eſt falſum: nam cum conſiſtat dolus ex animo non poteſt probari, ſed ex indiciis præſumitur, c. de dolo. l. dolū. omnis ergo dolus eſt præſumptus, & nullus dolus eſt manifeſtus. Reſpōdet Bar. in d. l. quod nerua. quædam ſunt indicia manifeſta: & illa probata inducūt dolum manifeſtum: vt d. l. dolum. quædam ſunt indicia, ſeu præſumptiones non ita manifeſte: nec omnino dolum excludunt: & iſta de neceſſitate nō inducūt dolū, ſed præſumptiue, vt ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. dolo & l. dolus cū ſimili, & differunt, verum dolum, & dolum præſumptum, in effectu, & differentia eſt etiā inter culpam latiorem, quia minor à vero dolo nō excuſatur, à dolo præſumpto ſic, vt ff. de edendo. l. vbi & nota. ff. de operis noui nūtia. l. i. §. aduerſus. Item à vero dolo nulla eſt excuſatio: à dolo præſumpto ſic, vt ſi ſit alia præſumptio quæ illā tollit, vt ſi res cōmunis & aliæ res depoſitarii eſſent præciſiores. et dixit Bar. in d. l. quod nerua quærit Bar. verum culpa leuiſſima in aliquo caſu æquiparetur leui ſeu latæ? Reſpondeo ꝙ ſic: quia culpa leuis ſeu leuiſſima in faciendo, æquiparatur latæ culpæ in nō faciendo ita doc. poſt glo. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolu. matri. & allegāt. l. in lege aliquam, de quo p Bar. in d. l. quod nerua. in ix. col. & pro cōmodiori doctrina ſubiungo exēpla latæ culpæ in omittendo: puta nō colere, vel ſeminare agrū temporis opportunis, & congruis, vt. ff. locati. l. ſi merces. §. conductor. Item à cuſtodia pecundum & capratū recedere, vt ff. loca. l. ſi quis fundum. §. imperator. item onerare mularum vel equum nimio onere, arg. §. loca. l. qui inſulā. §. qui mulis, vel malum medicū, vel nullum adhibere, vt ff. de edili: edicto. l. ꝙ ſi nolit. §. mancipium, & notatur ff. ſoluto matrimo. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vis vxorē, vel ſi quis fuerit ingreſſus mare tempore tēpeſtatis, vel ſine gubernatore maris, vt l. item quæritur. §. ſi magiſter. ff. loca. ſimiliter lata culpa eſt errare enormiter in arte conſueta, vt in d. l. item quæritur. §. ſi gemma. alia exempla poteſtis addere ſolicite inueſtigando, ſed hæc pro nunc ſufficiant, & aduerte quòd eſt leuis culpa ignorare qualitatem rei ſuæ, vt l. ſed addes. §. i. ff. loca. item negligentes operarios adhibere. vt l. ſi merces. §. pen. ff. loca his ſic præmiſſis. Veniamus ad materiam quia vtiliſſima eſt, & videamus qualiter iſtæ culpæ veniant in contractibus. & primo dico quòd depoſitum, & præcarium recipiunt tantum dolum: & etiam latam culpam ſecundum glo. quæ dolo cōparatur, pro maiore declaratione dici poteſt ſecundū doc. ꝙ depoſitum ſit regulariter gratia deponētis tantū, & depoſitarius tenetur de dolo, & lata culpa, vt in l. i. C. depoſi. ſed in actione depoſiti venit dolus, et in depoſitario lata culpa habetur pro dolo. quia ſi cura non præſtat in depoſito quā obſerbat in rebus ſuis propriis: fraude non caret: abeſſe. n. præſumitur bona fides. cum res ſuas habet ſaluas: & res depoſitæ non apparent, vt in c. ſi. de depoſi. & in l. quòd nerua. ff. depoſi. vbi dicitur. latior culpa dicitur dolus præſumptus: qui coligitur ex eo ꝙ depoſitarius nō adhibuit eam diligentiā in re depoſita, quam adhibuit in ſua, & l. magna negligentia de verb. ſig. exemplū pone ſi res ſuas ponebat in arca bene firmata: res aūt depoſitas relinquebat in domo ſuper bancha: leuiſſima ergo culpa nō venit in actionē: idē & multo minus caſus fortuitus: niſi aliter cōuenerit inter cōtrahentes.

Contractus. n. accipiunt legem excommunicatione, vt in l. contractus de re. iu. quod. n. in pactū deuenit debet ſeruari vt lex: imo eſt: niſi improbatum ſit a iure, vel ſi in deponendo conueniat ne preſtetur dolus, vt ff. depoſi. l. i. §. ſi conuenit: ſed nec leuis venit culpa: niſi aliter conuenerit, vel niſi depoſitarius ſe obtulit depoſito. ut ff. depoſi. l. i. §. ſepe: uel niſi ſui tantum gratia apud eum ſit depoſitum, vt. ff. ſi cerpe. i. ſi quis nec forte, & tunc ueniret leuiſſima culpa: ſi autem depoſitarius recipiat mercedem in quantitate pro cuſtodia tenetur quidem de leui culpa: ſed non per actionem iſtam, imo per actionem conducti quia uideor operas eius conduxiſſe: ſi autem accipiat non quantitatem ſed ſpeciem pro cuſtodia: uel exhibentur ei opere pro cuſtodia alias ueniet leuis culpa per actionem præſcriptis uerbis ex contractu in nominato: ut ſi depoſui apud te ſeruum, & uolui ut tibi operaretur & operæ compenſarentur cum cuſtodia: ut inſti. manda. §. ulti. & ff. depo. l. i. §. ſi quis ſeruum, & ibi etiam dicitur qui dat pecuniam dicitur conductor: & qui recipit dicitur locator, poteſt etiam dici caſum fortuitū uenire in actionem iſtam propter morā præcedentē, quia ſatis eſt ꝙ res potuit nō perire penes actorē. ut ff. de lega. i. l. cū res. §. ul. et ff. de poſ. l. ſi in aſia. §. ul. item uenit caſus in hanc actionē ꝓpter præcedentē dolum: uel latā culpam depoſitarii. ſi. n. rem depoſitā uēdidit & tradidit, licet eam poſtea redimet, & res periit tenetur: quia fuit factum dolum cum uenderet, ut ff. depoſi. l. i. §. ſi rem, & C. in qui. caſibus. reſti. in integrum. non eſt neceſſa. per Azonem; in ter. mora, ſi autem redemiſſet & poſtea in eodem ſtatu habuiſſet

uidetur

videtur enim purgatum vitium,& res indomini poteſtatem reuerſa.vt l.ſequitur.ff.de vſu capio.
§.idem labeo ait, & ſi depoſitarii præcedens dolus non interueniat in vendendo : ſed in vtendo
venit in actionem iſtam dolus & lata culpa,non leuia vel caſus fortuitus, vt ff.de conditio.furti.
l.qui furtum.quid ſi putabat dominum conceſſurum ? reſpondeo non tenetur furti,etiam in eo
caſu vbi videtur prohibuiſſe,vt ſi depoſuit ſignatam pecuniam:ſed in expreſſa prohibitione aliud
eſſet.vt ff.depoſi.l.ſi aculeũ.item venit in actionem iſtam reſtitutio rei depoſitæ non deteriorat ę.
vt ff.depoſi.l.i.§.ſi res.dupli autem non naſcitur actio:niſi depoſitarius inficiat depoſitum,vt in-
ſti.de actio.§.omnes autem in his caſibus actio depoſiti datur hæredibus.in hæredes aũt de dolo
hæredũ datur in duplum:de dolo aũt defuncti tenentur hæredes in ſimplũ pro hæreditaria por-
tione vt intra annũ totũ.depoſitarius aũt tenetur perpetuo,vt ff.depo.l.i.§. l.& l.quod tumultus.
plane vbi agitur depoſiti actione ad aurum,vel argentũ,depoſitũ, & pondus & ſpecies eſt nomĩ
nanda.vt ff depo.l.i.ſi quis aurum,& eſt hæc actio bonæ fidei.ideo vel ex mora,vel ex pacto incõ
tinenti appoſito,vel ex eo quod depoſitarius conuertit rem in vtilitatẽ ſuam admittit vſuras.vt ff.
depo.l.i.§.hãc actionẽ,& l.Lucius,& l.publia.§.Lucius,famoſa eſt, adeo ꝙ hæres depoſitarii ſuo
nomine videtur conueniri:& ideo infamatur. vt ff de his qui notã infamiã.l.furti.§.illud. item ci
uilis eſt non prętoria,niſi inquatur caſibus prædictis,vt notari poteſt inſti.de actio §.omnes, &
ff.depo.l.1.§.i.item hæc actio eſt priuilegiata inter creditores chirographarius.i.qui non habent
hypothecas,& ſi plures depoſitores agant,omnes cõcurrunt,& omnes admittuntur.datur tamẽ
eis priuilegium, ita demum ſi vſuras non acceperint pecuniæ depoſitæ. tunc.n.videntur miſſe in
creditum.aliud enim eſt credere,aliud deponere. item competit illud priuilegiũ deponenti itaq;
creditores banchi omnes parata cõcurrunt.Bal.in l.ſuper uaquã.C.depo.niſi qui percipiebat vſu
ras à bancho:ſed ſi pecunia eſt depoſita & conſignata in ſacco ſigillato præfertur vt dominus, vt
ff de priuile.credi l.ſi ventri.§.in bonis.ſed ſi erat depoſitũ ad numerum:dominium transfertur in
depoſitarium,vt ff.depo.l.die ſponſaliorum,de omnibus his,vide Bal.in l.ſuper uaquam.C.de
po.ad finem,& vi.Bal in l.pro debito.C.de bo.auctori.iudi.poſſi.& vi.Bar.in l.ſingularia.ff.ſicut
peta.& ibi in materia campſorum multa vtilia dicit Iaſo.& in materia delegationis, & vi. etiam
Iaſo.in Repe.l.admonendi.ff.de iur.iuran.& ſolice in d.l.pro debito.limitat & declarat, Bar.& Ia
ſo.dicit quid ſi perdidi literas cambii:ibi videbis.cambii eſſent ficticie, & in fraudem, vt notan-
tur per Ioan.de ana in c.nauiganti,de vſuris col.24.ſed aduerte ꝙ ſi pecunia depoſita in ſacco nõ
extat:habet deponẽs priuilegiũ,vt præferatur non priuilegitatis.Item vt concurrat cum priuile
giatis,& proponatur quibuſdam priuilegiatis, vt fiſco & mulieri dotẽ ſuam repetenti,& agenti
funeraria,& de hoc videbis Azo.in tit.depo.C.in v.col. ad finem.vbi ipſe etiam dicit:ꝙ ſtatim
facta depoſitione naſcitur actio depoſi.eſt aũt depoſitum quod cuſtodiendum alicui datum eſt.i.
traditum eſt,& contrahitur re obligatio in depoſi.vt inſti.qui.mo.Re contra.obliga.§. pc. & rei
.n.depoſitæ ſicut & cõmodatæ poſſeſſionem retinemus.ſed aduerte quod non admittitur com-
penſatio in depoſito:vt per Pan.in fi.de depo.& depoſitarius uel cõmodatarius aſſerentes res de
poſitas & cõmodatas amiſiſſe:an & quo caſu habent probare quomodo perdiderunt.ui.Cinum
in l.ſi creditor.c.de pignora.actio.& plenius per Bar.in l.ſi quis ex argentaris.§.nam de eod.& ui.
Panor.in c.fi.de depo.quid ſi probetur amiſſio rei ſed ex aduerſo allegatur dolus uel culpa:cui in
cumbit onus probandi:concluſio eſt Bar.quòd quidã ſunt caſus quæ de facili non accidunt ſi-
ne culpa ut incẽdium in domo propria:uel furtũ.in iſtis eſt neceſſe probare caſum fortuitũ:quia
prima fronte præſumitur contra allegantem.quidam ſunt caſus qui ut plurimũ accidunt ſine cul
pa ut uis oſtium , in iſtis præſumitur culpa abeſſe ideo alleganti incumbit onus probandi.ita Pa-
nor.de mente Bartol.in d.c.fin. & nota.quòd caſus fortuitus poteſt diffiniri ſic.eſt inopinatæ rei
euentus,qui præuideri non poteſt,ubi ergo diligentisſimus prouidiſſet non eſt cauſus fortuitus
ut in c.Ioannes de homicidio.pone exemplum ſecundum Panor.domus minabatur ruinam,de-
mum corruit & interfecit equum tibi commodatum:certe non poteſt dici caſus fortuitus quia
diligentisſimus reparaſſet domum,vel ibi nõ habitaſſet:ſi autem domus non minabatur ruinam,
ſed impetu tempeſtatis corruit non eſt tibi imputandum,& iſta faciunt ad quæſtionem dicit ibi
Panormit. Nunquid furtum computetur caſus fortuitus ? communis opinio eſt , quòd aut pro
uiolentia fuit ſibi res ſubtracta , & eſt caſus fortuitus : quando non fuiſti in aliqua culpa : puta;
quia non tranſibas per loca periculoſa argumen.l.non eſt uerisſimile. ff. quòd metus.cauſa ſi au-
tem committitur furtum clandeſtine,& tunc ſi ab ea perſona aqua etiam diligentisſimus nõ præ
cauiſſet,puta ab uxore,uel filio & eſt caſus fortuitus . ſecus autem ſi ab ea perſona aqua diligen-
tisſimus præcauiſſet , puta à famulo , de hoc uide Salicet.in l. cum duobus §.damna.ff. pro ſocio
dicit ꝙ quando furtũ non poteſt culpe imputari cõputantur inter caſus fortuitos,ut ſi ſubtraxit
famulus fide,de quo cõfidere debuit,& idẽ ſi diligentiam cõmunem adhibuit ut ibi per eum,&
Angelũ de Are.& per Iaſo.in d.§.ſed iſte.inſti.de actio.& ui.Bar.in l.eum qui.ff.cõmanda. doct.
in ſignificante,de pig.& § ſed & ſi.ad hoc quod legitur & notatur in l.quæ fortuitus.C.de pign.
actione ubi legitur:caſus fortuiti qui nõ poſſunt prouideri nõ ueniũt in cõtractionibus bonæ fi

dei vel ſtricti iuris & ibi dicit Bald. quòd caſus fortuitus eſt accidens qui per cuſtodiam, curam;
vel diligentiam mentis humanæ non poteſt euitari ab eo qui patitur.hæc diffinitio probatur ff.
de actin empti.l.ſi ea res tbi dum dicit cuſtodia & §.& ff.locati.l.ſed & de danno. quid enim tam
firmum eſt quod vim pati non poſſit? certe nihil ff.de dam.infec.l.fluminum.§. ſed & quod La-
beo.& ff.commo.l.in rebus & allegatur à Baldo.in d.l.quæ fortuitis.exempla autem de caſu for-
tuito poni poſſunt.quando contingit facto naturæ.exemplum in tempeſtate maris,vel vi flumi-
nis,& maximis & inſolidis niuibus,& in feruore ſolis,non conſueto in aere corrupto generante
vermes locuſtarum in epidimia, & in morte quæ contingit ſenectute, & terræ motu.hoc proba
tur ff.de contrahenda emptione.l.fiſtulas.§.frumenta.l.ex conducto.§.ſeruus et §. ſi de det ſi predo
ff.locati.& l.maritus & cætera vide ibi per Bal.& vi.Ioannem de ana.in c. Ioães. de humicidio.
in i.col.dicit ſunt quidam caſus inopinati quos prudentiſſimi hominis conſilium præuidere nõ
poteſt:& ideo talis quis præuidere non tenetur.Sunt enim caſus ita repentini fortuiti quòd nul
lo modo poſſunt præuideri. vt ictus fulguris: & ita reputatur de illo qui pulſabat campanam.&
ad prædicta eſt bonus tex.in d.l.contractus in fine.vbi probatur quòd mors naturalis dicatur ca
ſus fortuitus.item poteſt exemplificari in caſu fortuito contingente facto hominis.exemplum in
vi latronum,& in vi exercitus,& vi leuiſſima exercitus.vt per Bal.in d.l.quæ fortuitis.in falſa ſen
tentia,& in falſo teſtimonio, & in igne ab alio immiſſo, & in furto facto ab eo de quo non erat
ſuſpicandum,vt ſuperius dixi.& agreſſura latronum, & incurſus hoſtium eſt caſus fortuitus. vt
per Salice.in d.l.quæ fortuitis.vbi dicit:quæro qualiter iſti caſus fortuiti dicantur contingere.Re
ſpondeo:dupliciter.facto naturæ:quandoque facto hominis facto naturæ puta tempeſtate maris
grandinum vltra ſolitum cadentium:vis ventorum:impetus fluminis:vel influentia parua corpo
rum ſupercœleſtium. vt quotidie videmus in hominibus: & in animalibus. & morbus contin-
gens ſenectute caſus fortuitus videtur appellari.vt l.ſi certe.§. quod verò ſenectute ff. commoda.
& vltra hoc recitat Salicetus.Omnes alios caſus quoſdam,dixi de mente Baldi.& ibi late dicit Sa
licetus.incendium quando fit caſus fortuitus,& quot modis contingat, & an teneatur dominus
ex facto familiaris,& an conductor domus teneatur locatori,de domo combuſta.& ibi dicit etiã
ad finem quòd ſententia iudicis dicitur caſus fortuitus vt dixi & vi.inſtitu.qui.mo. re. contrahi.
obliga.§.item cui.vbi glo.dicit: quòd ibi melius quam alibi numerãtur caſus fortuiti; ſed Ioan-
nes de ana.in c. fin.de homici.dicit. nota quòd caſus fortuiti non poſſunt præuideri, nec etiam
mente concipi vel enumerari & ideo non valet renunciatio generalis caſus fortuiti vel periculi
quia de facili quis poſſit decipi ſub volucro verborum, de quo in l. ſed ſi quis.§. quæſitum ff. ſi
quis cautio.c.i.cum ſimilibus de commodatu.non enim quis poteſt renunciare futuræ defenſio-
ni.vt in l.i.C.de pactis.omnia iſta ſunt Ioannis de anania.in d.c.fi.& Antoni.de butrio:in d.c.i.de
commoda.dicit.caſus fortuitus eſt inopinatæ rei euentus, qui etiam à diligentiſſimo præuideri
non potuiſſet.ff de admi.re.ad ciui.pertinen.l.i.§. fi. & ibi dicit: quòd latrocinium quòd vi ho-
ſtium fit non dubium quòd aſcribitur caſui.in furto dicit quòd regulariter aſcribitur culpæ,ſed
fallit vbi furtum fuiſſet factum à coniuncta perſona:vel tali de qua diligentiſſimus non fuiſſet ſu
ſpectus,vel ſuſpicatus quia tunc cadit in caſum fortuitum & de hoc dixi.ſ.& Iaſo.in titulo de a-
ctio.inſti.§.ſed iſte.col.ix.dicit ad hoc.ſcilicet quid ſit caſus fortuitus.allego diffinitionem natu-
raliter traditam per iuriſconſultum in l.ii.§.ſi eo tempore.ff.de admi.re.ad ciui. perti. vbi dici-
tur. fortuitos caſus nullum conſilium humanum præuidere poteſt. & vi. omnino glo. ſolemnẽ
in l.iiii.§.ex hoc edicto.ff.nau.cau.ſta.quæ multum ſignanter dixit, quod inter leuiſſimam cul-
pam,& caſum fortuitum nihil eſt medium,quam glo.intelligatis ſane: prout ibi declarat Bar. ſed
notate quòd Bal.in l.i.c.de ſicariis.ad finem, dicit ſuper glo.nota differentiam inter caſum fortui
tum,& caſum improuiſum: quia caſus fortuitus dicitur quando non procedit aliqua cauſa de-
pendens ab eo:cui caſus iſte vult imputari.ſed caſus improuiſus dicitur ille vbi culpa præcedit.et
nota bene hanc differentiam:quam neſcio alibi ita bene.ita Bal.& ſequitur Iaſo.in d.§.ſed iſte, &
ex hac differentia ſequitur iſte notabilis effectus:ſecundum Iaſonem ibi,quòd caſus fortuitus nõ
punitur ſed improuiſus,ſic pro modo culpæ.& nota ſecundum Ioannem de ana.in d.c. fi. de ho-
mi.quòd caſus inopinatus tunc excuſat quando non potuit præuideri. Si vero potuit non excu-
ſat niſi tempore congruo præuiſio fuerit adhibita: debet enim monitio fieri hora congrua qua
poſſunt quibus imminet periculum præcauere ſera enim monitio non prodeſt.s.cum quis fuge-
re non poteſt.l. ſi putator.ff.ad.l.aquil.& notatur in c.ſi.de emptio.& venditione.Iudex ergo cir
cumſcriptus habebit arbitrari, ex circunſtantiis & coniecturis in qua culpa tu fuiſti: & quando
diligens vel diligentiſſimus ſciuiſſet præcauere iſta verba pulchra & aurea ſũt domini Panorm.
in c.i.de commodato in ii.col.ad finem, et caſus omiſſus an et quando remaneat in diſpoſitione
iuris communis,& quando habeatur pro expreſſo,Bal. in l.iii.C.de inſti.& ſubſti.Alexand.in l.ſi
cum dotem.ſolu.matri.& in l.commodiſſime de liberis & poſth. ff.& vi.Alexan.in con.c.3n.2.p.
& ibi dicit quando in ſubſtitutionibus caſus omiſſus,habeatur pro non omiſſo.item notabis ꝙ
ſi depono penes aliquem ſaldellum ſigillatum:& ille exhibet diſigillatum: dico quod ibi erat ma-

 gna

gna quantitas pecuniæ:& quod præſumitur diſigillatum ab ipſo: ipſe hoc negat quæritur quid iuris? in hoc articulo arbitriũ & equitas Iudicis deſideratur.& de hoc vide Bal.in rubr.C.depo ſiti,& ibi de ſtabulario, & ibi dicit de eo qui depoſuit apud mercatorem,& ſi aliquid ſibi contio gerit:reddatus Petro.diximus de contractu depoſiti:nunc aliqua de præcario dicamus:eſt autem præcarium quòd præcibus petenti vtendum conceditur, tandiu quandiu is qui conceſſerit patitur, quòd genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit, & diſtat à donatione, eo quòd donat ſic dat ne recipiat, qui præcario concedit ſic dat quaſi tunc recepturus cum ſibi libuerit precarium ſoluere.& eſt ſimile commodato:nam & qui cõmodat rem ſuam ſic commodat vt non faciat rem ſuam accipientis.ſed vt ei vti re commodata permittat.vt de præcario l.i.et eſt differentia inter cõmodatum & præcarium vt notant.doc.in l.i. de præ.& Panor.in c.i. de præcario dicit commodatum conceditur ad certum vſum & tempus.& ante finitum vſum et tempus,non reuocatur. præcarium vero ad libitum itaque in commodato vſus debet eſſe certus & tempus, ſaltem tacite,vnde non eſt commodatum vbi alterum iſtorum deficit:ſed præcarium ſi rogaſti vt præſtarem tibi librum:vt facerem tranſcribi illud eſt commodatum quia habet vſum certum & tempus, tante appoſitum, ſed quia glo.non ponit ſpecialem differentiam inter præcarium & cõmodatum. in d.cap.i. dic.plene per Cinum in l.ii C.commoda.& per Bart.in l.in commo.§.ſicut ff. commo. ſed difficile eſt dicere rationem diuerſitatis quare præcarium reuocatur ad libitum concedentis & non commodatum Bart. in illa l.in commodato,& ſentiunt canoniſtæ in d.c.i.de preca.dicit quòd quia præcarium non fit ad certum vſum: ſi non poſſet reuocari ad libitum proprietas eſſet inutilis penes dominum:ſed commodatum fit ad certum vſum & ad certum tempus. poſt ergo vſum completum poteſt dominus reuocare : & redit vtilitas ad proprietatem ſed hoc non placet Panor.& dicit: poteſt ſuperficialiter dici quòd de natura commodati eſt vt fiat ad certum vſum.vnde videtur quòd nimium fraudetur is qui accipit commodatum ſi ante vſum completum poſſit reuocari : quia ſic beneficium poſſet retorqueri in maximum præiudicium : ſecus in præcario:quia regulariter (vt dixi) non datur ad certum vſum,vel ſi datur non eſt certũ tempus appoſitum tacitum,vel expreſſum: quia alias eſſet commodatum. vnde hoc caſu non tractatur de tanto præiudicio tuo, ideo videtur hæc liberalitas dependere à mera facultate concedentis: nam ſi non conceditur ad certum vſum non irrogat præiudicium:ſi ad certum vſum & tempus,non eſt appoſitum ſaltem tacite,& tunc concludit ratio Bar.nam ſi non poſſet reuocari proprietas eſſet inutilis penes me,& poteſt dicere attingendo aliam ſolutionem clariorem,quòd cõmodatum proprie fit ad certum & præfixũ vſum , & omnis vſus rectus & præfinitus habet in ſe tantũ tempus annexum. cætera videbis per Pano. in d.c.i.de præcario,& conſiſtit præcariũ,vt in rebus mobilibus,& immobilibus, & in ſeruitutibus,veluti ſi me præcario rogaueris vt per fundũ meũ ire, vel agere tibi liceat,vel in rectum, vel in aream ædium mearũ ſtillicidium,vel tignũ immiſſum in parietem habeas,vt.ff.de præca.l.ii.§.vi. & l.iii. & l.iiii. in rem autem rogantis non conſiſtit præcarium niſi cum debitor pignus rogat præcario poſſidere à creditore irrogat enim præcarium poſſeſſionis reſpectu non proprietatis. Sic enim & vbicunque proprietarius careret poſſeſſione:& rogat rem præcario ab eo qui poſſidet.vt ff.de præca.l.certe.§.vlt.& l. ſed ſi eam. Sed proprietarius qui non poſſidet,ſi rogatur ab eo qui poſſidet, ſi pro poſſeſſore maxime vt ſibi liceat rem præcario retinere tenet quidem præcarium:& incipit, poſſeſſor præcario nomine poſſidere nec mutat ſibi cauſam poſſeſſionis,is qui à domino conceditur præcario,poſſeſſio,ſed voluntate ſua definit poſſidere ex prima cauſa,& incipit ex præcario rem detinere:vt.ff.de præca.l.vnuſquiſq;.& l.ſi is qui poſſeſſore primo ,conſtituitur præcariũ inter præſentes & inter abſentes: per nuncium vel epiſtolã,vt ff.de præcario.l.præcario,& effectus conſtitutionis præcarii eſt,quando quis rogat præcario poſſeſſionem omnem quandoque naturalem tantum: & in hoc caſu vtitur interdicto vti poſſidetis contra omnem præter eum qui rogauit.quandoq; rogat ſolummodo detentationem, vt ff.de acquiren.poſſe.l.Pomponius. §.ſi is qui. & ff. de præcario l.ſi habet.§. eum qui.& l.certe.§.is qui.& l.qui præcario,& l.in rebus.§.i.Durat præcarium in tempus, illud quo rogatũ eſt: ſed & durat vlterius ſi dominus patiatur eum qui præcario rogauit poſſidere videtur eum hoc nouum præcarium , ſi tamẽ dominus eſſet in furore non videretur præcario concedere,vt.ff.de præcario.l.4.§.vlt.& l.v.& l.vi. in prin.ſed is qui præcario rogauit nondum finito tempore conceſſionis imperauit ſibi prorogari præcarium,manet idem præcarium, & lõgius tempus proferetur non conſtituitur præcarium nouum,nec mutatur cauſa poſſeſſionis:ſi vero ſi alto tempore rogas præcarium hoc nouum præcarium eſt non reintegratur vetus.Item ſoluitur præcarium pignoris debitore ſoluente pecuniam creditori,vt l.debitor.§.præca.Item & ſi præcarium concedatur in diem:puta vſque ad diem ſancti Ioannis,etiam ante diem ſancti Ioannis poteſt auferri poſſeſſio : nulla eſt enim uis huius conuentionis, vt rem alienam inuito domino liceat poſſidere,vt l.cum præcario.ff.de præcario. Item ſoluitur præcarium morte rogantis: præcarium quippe ipſi dumtaxat non hæredi eius conceſſa eſt poſſeſſio : non autem ſoluitur morte eius qui conceſſit : vt l.cum præcario.§.vltimo.ff.de præca. Si autem concedens rem alienauit finitur

finitur præcarium, niſi noui domini volontate vel patientia res eadem manet penes eundem. vt l. quæſitum. §. quòd atitio. & §. illud. ff. de præca. datur hoc interdictum ei qui conceſsit præcariũ eſt ei natura æquum tandiu te liberalitate mea vti quandiu ego velim: & vt poſsim reuocare cum mutauero voluntatem. nec valet pactum in cootractum appoſitum quia contra naturam contractus. ita quòd pactum appoſitum contra naturam contractus nõ valet, limita niſi per peccatũ appoſitum poſsit tranſire in naturam alterius contractus. ita Panor. in c. de præcariis, extra de præcario, nota, quia ſingulare eſt. itaque cum quid præcario rogatum eſt non ſolum hoc interdictũ datur. ſed actio præſcrip. verbis, vt l. ii. ff. de præca. magis enim ad donationem & beneficii cauſa, quam ad negotii contracti ſpectat præcarii conditio. ideo neceſſarium eſt proponere hoc interdicto, & poteſt agi extipulatione de reſtituenda re ibi ceſat interdictum de præcario, vt ff. de præca. l. habet. §. cum quis. Illud non diſtinguitur in concedente præcarium ſit dominus rei an non, vt ff. de præca. l. quæſitum. i. reſpon. dixi quòd per mortem illius cui fuit conceſſum præcarium extinguitur ipſo facto præcarium ex quo infertur quòd conceſsio præcarii ſimpliciter facta cenſetur perſonalis, ideo extinguitur cum perſona, & noo tranſit in hæredem, vt in cap. priuilegium, de regu. in vi. & in l. priuilegia. ff. de regulis iur. & licet præcarium reuocetur ad libitum concedentis, non tamen reuocatur per mortem ipſius vt diximus, ex quo notabiliter collige; quòd vbi actus validitas dependet à voluntate alterius non reuocatur per ipſius mortem. nam præſumitur quis durare in eadem voluntate in qua decedit, vt nota. in c. maiores, de baptiſmo. ſecus vbi quis conceſsiſſet vſq; ad beneplacitum ſuum. nam tunc per mortem reuocatur, ipſo facto; nam beneplacitum expirat per mortem. ita Panorm. in c. præcarium, de præca. & eſt text. notabilis. in c. ſi gratioſe, de reſcriptis. lib. vi. hanc tamen materiam proſequere, vt per Bartol. in l. centeſimus. ff. de verbo. obliga. & ibi notanter declarat multos intellectus. d. c. ſi gratioſe. & ibi notat Panorm. in d. c. præcarium. apertam differentiam inter præcarium neutri generis. & præcaria in feminino genere: nam præcaria non poteſt reuocari ad libitum concedentis: nam eſt quidam contractus, vel donatio vſus fructus: vel remuneratio proprietatis, collatæ vel quaſi emphiteoticus contractus pro ut diuerſæ ſunt ſpecies præcariæ; pro vt notat Panorm. in c. i. de præcario, vnde contractus qui à principio ſunt voluntarii, ex poſt facto ſunt neceſsitatis, & habens rem præcario dicitur poſsidere ſed intellige vt in glo. in d. c. præcarium, & aduerte quòd dominium non transfertur in emptorem, niſi conſtituit ſe eius nomine poſsidere, quo caſu per conſtitutum transfertur dominium. d. l. quædam mulier. ff. de rei vendicatio. bonus tex. in l. certe. ff. de præcario, bonus tex. in iſta. materia in l. quod meo nomine poſsideo poſſum alieno nomine poſsidere. itaq; eius quod poſsidemus, poſſumus alium facere poſſeſſorem conſtituendo nos eius nomine poſsidere, & conſtituens ſe poſsidere nomine alterius transfert poſſeſsionem in illum non ſolum quando per ſe poſsidebat ſed etiam cum poſsidet per alium, puta per colonum vel per eum qui rogauit vt haberet præcarium. Panorm. in dicto ca. præcarium, & de hoc vide Bartol. in dicta l. quod meo: & quæ differentiam ſit dicere conſtituit ſe præcario nomine poſsidere, vel ſimpliciter conſtituit ſe poſsidere, vide Bartol. in l. interdum. ff. de acquiren. poſſeſsione, vbi dicit: quòd quando dico præcario, poſsideo naturaliter ego conſtituens. ſed quando conduco nullo modo poſsideo: idem ſi ſimpliciter conſtituo me tuo nomine poſsidere, vt ff. de acquiren. poſſeſsio. l. qui bona, & d. l. quod meo. dicit Bartol. in dicta l. interdum, quid ſi inſtrumento contineatur ſic. conſtituens ſe dicti emptoris vel creditoris nomine præcario poſsidere. quid importent iſta verba. iſta verba poſſunt habere duplicem intellectum: primo quòd ego conſtituo me emptoris nomine poſsidere præcario: quaſi ipſe emptor præcario habeat à me, & illam præcario ratineat pro me, argu. ad hoc ff. de præca. l. certe. §. i. & ſecundum hoc venditor, habet ciuilem, emptor naturalem. Secundo poſſunt intelligi dicta verba: conſtituit ſe dicti emptoris nomine præcario poſsidere. q. d. conſtituit ſe poſsidere nomine præcario dicti emptoris, hoc eſt dicto, emptore vel dicti emptoris nomine, hoc eſt ad vtilitatem dicti emptoris. Similis expoſitio eſt. C. de his qui. vt in dicta l. tutorem, & ſecundum hoc emptor, vel creditor poſsidebit ciuiliter, venditor naturaliter, & præcario, & iſte vltimus ſenſus plus placet, & videtur eſſe de mente contrahentium, & verba magis apta ſunt, quòd dicat, conſtituit ſe dictus venditor vel venditor à dicto emptore vel creditore nomine præcario poſsidere. ita Bar. in dicta l. interdum. itaque qui conſtituit ſe nomine alterius poſsidere incontinenti videtur habere animum inſiſtendi rei: vt acquirat poſſeſsionem tertio: cuius nomine vult poſsidere: & poſſeſsio verè acquiritur illi cuius nomine poſsidetur, & poſſeſsio acquiritur verè & immediate per procuratorem domino, ut per Aretinum in dicta l. quod meo, in præcario ante moram venit tantum dolus & lata culpa: vt in l. contractus, & in glo. & in l. quæſitum. §. illud. ff. de præcario, poſt moram autem venit leuisſima culpa: vt in d. l. quæſitum. §. ſi ſeruitute, & notatur in glo. in d. l. contractus, in commodato autem tex. in d. l. contractus videatur facere differentiam inter cómodatarium, & depoſitarium, hoc tamen fecit iuriſconſultus quia inſpexit ea quæ communiter accidunt, ſcilic. quòd depoſitum ſit communiter gratia deponentis, & commodatum gratia recipientis.

tis. particulariter tamen excipiendo videtur fienda eadem diſtinctio; quæ fit in depoſito, ſcilicet quia aut commodatum fit gratia recipientis, aut gratia commodantis, aut vtriuſque primo caſu, aut quærimus de commodati contraria, & in ea venit dolus, & lata culpa tantum, vt l. pe. in fine. ff. commoda. aut de directa, & tunc aut commodatarius vltro ſe obtulit ad commodandum, & commodatarius non tenetur ſolum, niſi de dolo, & lata culpa, vt l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commoda. ſecundum vnam lecturam, vt per Bartol. in le. quod nerua. ff. depoſiti. aut non ſe obtulit, ſed fuit a commodatario requiſitus, & tunc venit leuiſſima culpa, vt in l. in rebus, in principio. ff. commoda. ſecundo caſu. venit ſolum lata culpa, vt in d. §. interdictum. Tertio leuis, argumen. dicti. §. nunc videndum. ratio autem diuerſitatis in commodato & præcario, cum vtrunque regulariter fiat gratia accipientis; & diximus ſ. ſunt de commodato dicamus. Commodatum eſt alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuita facta conceſſio: & is qui commodat retinet dominium & poſſeſſionem: vt ff. commo. l. rei commodatæ. dicitur commodatum quaſi commodo vtentis datum: ad aliquem vſum ideo dicitur: ad notandum differentiam inter commodatum & præcarium. conſiſtit commodatum in rebus mobilibus, & ſe mouentibus, & in mobilibus. item & in incorporalibus putam ſeueritate habitandi, vt. ff. commo. l. i. & quæ vſu conſumuntur non commodantur; niſi forte ad pompam, vel ad oſtentationem quis accipiat: ſæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ quid ergo ſi pupillus commodauerit? dico ab vno latere tantum ſtat contractus: nam pupillus non eſt obligatus: ſed alius obligatur ei vt ff. de actio empti. l. Iulianus. §. entep. idemque & ſi pupillo commodatum ſit: nec enim tenetur commodati: niſi in quantum locupletior factus eſt: vel niſi in quantum dolo deliquit, vt l. i. ff. commoda. §. vltim. & l. ii. & iii. & ff. depoſiti. l. i. §. an in pupillum, & nota quòd fur, predo: & conſimilis recte agunt commodati. vt ff. commo. l. commodare, & l. ita, ibi videbis. ex commodato autem duæ oriuntur actiones, directa & contraria: & datur directa commodanti: & eius hæredi: & contra commodatarium & eius hæredem: contraria autem datur commodatario & eius hæredi contra commodantem & eius hæredes: nec referem intendatur directa vel non ſicut in qualibet in contraria, vt ff. de commoda. §. i. & de actione & obligatio. l. depoſiti & l. ex contractibus, & inſti. de perpe. & tempo. actioni. §. ſed de hæredibus. utilis autem commodati datur pro pupillo, vt ff. commo. l. iiii. §. uſque, & quando ego non commodaui ſed tu amicus meus equum de ſtabulo accepiſti: dabitur præſcriptis uerbis, vt ff. commoda. l. ſi is qui §. ſi libro. Item ſi pupillo commodauerim dabitur mihi vtilis in eum ex ſuo dolo, vel in quantum locupletatus eſt. l. ſed mihi. ff. commoda. venit autem in directam actionem commodati reſtitutione rei, vt. ff. commoda. l. in commodato. §. vltimo. item venit acceſſione rei, vt fructus, & partus. item venit dolus & lata culpa, & leuis, & leuiſſima ſi commodaui tibi gratia tua tantum: ſi autem commodauerim gratia mea tantum ſponſæ vel vxori quo honeſtius duceretur ad me, dolus tantum & lata culpa. ſi autem commodauerim gratia tua & mea argentum: quia communem amicum inuitaueramus ad cœnam: venit dolus tantum, & lata culpa, & leuis, vt ff. commoda. l. ſi vt certo. §. interdum, & l. in rebus. & vi. Panormit. de his omnibus in c. i. de commo. & ibi conquiſtas, & collige ex ſ. dictis quòd non eſt commodatum niſi habeat vſum determinatum cum tempore expreſſo vel tacito, exempla videbis, per Bald. in l. cum eum. C. commodati. & ibi quærit, ego ſum vſus iſtis verbis. commodo tibi habitationem talis domus quandiu habitare volueris, vtrum iſtud commodatum vel præcarium. dico quòd præcarium eſt & non contigit ex alio niſi quòd tempus non eſt determinatum pacto vel rei natura. ideo ſtatim poteſt reuocari, tex. eſt notabilis. ff. de dolo. l. lucius, & ſi tu dicis ibi non eſt verbum commod. respondeo quòd uerba magis deſeruiunt naturæ contractus quam natura verbis. text. eſt nota. in l. inſulam. ff. de præſcrip. verbis. ſed occurrit dubium dicimus quòd commodatum non poteſt reuocari niſi finito vſu: præcarium vero quandocunque: quia præcarium eſt contractus in potentia domini conſiſtens, non in obligatione. quid ergo in mutuo facto ad certum vſum? nunquid antequam ſit in illum vſum facta conuerſio habeat locum repetitio? glo. ſentit quòd non. in l. ſi pœnam. ff. de verbo. obliga. tene menti ſecundum Bald. in d. l. cum eum. C. commoda. ad finem, & in l. i. dicit Salicetus per illum text. probari vulgare mecanicorum dicentium pacto rumpi legem. concordat ff. depo. l. i. §. i. ſi conuenerit, & ibi dicit Salice. quando commodatarius de caſu fortuitu teneatur, & an commodatarius teneatur: ſi periculum in ſe ſuſcepit, & conuentio generalis an & in quo per iudicet, & ibi dicit quòd in contractibus ius & equitas dictat conuentionem valere, & ſi in contractu eſt facta dinumeratio aliquorum caſuum, & adiecta clauſula generalis: an clauſula extendatur ad omnes, etiam grauiores, ſpecificatis? ibi vide per Salicetum. & de hoc vide Panorm. in c. i. de commodato vbi ipſe dicit caſus fortuiti ſi aliqui fuerunt nominati quando ſuſcipiuntur à contrahentibus, & poſtea ſequetur clauſula generalis: puta & de omnibus aliis. ueniunt etiam alii: dummodo non ſint maiores expreſſis, ſecus in odioſis, ut in conſtitutione procuratoria, in qua expreſſis aliquibus requirentibus ſpetiale mandatum: & ſubiecta clauſula generalis ueniunt maiores caſus expreſſis ut notat Innocen. in cap. ſedes, de

reſcrip.

reſcrip. niſi eſſet caſus odioſus, & pœnalis: ipſi domino, quòd declarat ſecundum textum, & gloſſ. in clemen. non poteſt de procura. & de hoc late per Panorm. in d. c. i. & ibi dicit quòd ſi commodatum perdatur quandò remittitur: puta famulus per quem remittebatur aufugit cuius periculo perdatur: ibi videbis, & vide Bartol. in l. eum qui. ff. commo. & vide in capit. ſignificante, de pigno. & Panorm. quærit nunquid renunciatio generalis firmetur iuramento: & ibi dicit quòd extimatio equi dati ad vecturam non facit tranſire in conducentem periturum caſus fortuiti: ſed operatur aliud effectum, de quo ibi per Panorm. ſed æſtimatio in caſu in quo facit emptionem, facit tranſire periculum caſus fortuiti. & aduerte quòd diſpoſitio. in §. nunc videndum. l. ſi vt certo. ff. commoda. loquitur quando recipiens expreſſe promiſit ſe præſtaturum æſtimationem: ſed quantitas perire non poteſt, vt lege incendium. C. ſi cert. petatur, circa contractum mandati dicemus aliqua: & dicemus etiam ad quam culpam obligat. Mandatum eſt officium honeſtum gratis ſuſceptum exhibendum ab amico vel ſic & melius. mandatum eſt officiū ab eo qui gratuito ſuſcepit exhibendum. gratis ideo dicitur: quia alias non eſſet mandatum: nam originem ex officio & amicitia trahit. Contrarium eſt porro officio merces: interueniente enim pecunia res ad locationem potius reſpicit: vt ff. manda. l. i. §. vltimo. ſi tamen mandatur ſuſcipiatur gratis dominus poſtea honorauit procuratorem remunerando eum nihilominus locum habet actio mandati. vt ff. mandati. l. ſi remunerandi. Namq; eſt & ſi dominus conueniat procuratorem de certo ſalario præſtando remunerationis cauſa. quia locum habet mandati: ſicut & de eo dicitur qui pecunia accepta ſpopondit, vt ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. vltimo. & l. idemq; §. idem labeo. ſalarium autem ſiquidem conueniat dominus ſe daturum ſtipulatione, petetur conditione ſi autem conueniat ſine ſtipulatione incontinenti poſt mandatum petatur ſalarium contraria mandati. ſi autem conueniat ex interuallo petetur iudicis officio, vt in l. i. cap. manda. & l. ſalarium. ff. mandati. ſi autem ſalarium ſit incertum re & genere: nullo modo petitur, vt in l. ſalarium. C. manda. & ff. manda. l. qui mutuam. §. pe. ſecus ſi incertum eſt rei, & non genere: vt ſi quis promiſit equum in genere: porrò illud neque tanquam ſalarium neque tanquam merces petetur. quòd dominus conuenit procuratori dare in euentum litis ſi pro eo iudicatum eſſet: quia procurator litis redemptor extitit, de hoc c. de procurato. l. litem, & ff. manda. l. ſi remunerandi. §. vltimo, & l. ſalarium. & c. manda. l. ſi contra. & in d. l. litem dicitur, quòd procurator non debet paciſci de quota litis alias repellitur, & ibi dicit Salicetus quòd clericus in ſacris non poteſt eſſe procurator, niſi pro eccleſia vbi eſt beneficiatus. in l. militem, vbi vtilitas publica præfertur priuatæ, & in l. quod quis quirit Salicetus: an procurator ſubſtitutus intelligatur ſubſtitutus periculo procuratoris, vel domini? & reſpondet diſtinguendo: aut procurator illum ſubſtituit iure proprio abſque expreſſa poteſtate ſibi tributa à domino: putam litem iam ab eo conteſta & tunc procuratoris eſt periculum: aut eum elegit ex ſua poteſtate ſibi tributa à domino: & tunc aut dominus in mandato prouiderat de illo quem procurator ſubſtituit: & tunc periculum eſt domini, vt ff. commoda. l. eum qui. §. fin. & ff. manda. l. diligenter. in princi. niſi conditio perſonæ ſubſtituendæ fuiſſet mutata: de homine bonæ famæ, conditionis, & vitæ ſtatim ſoluit, infamem vel vilem, vel negligentem, hoc ſciente procuratore. Argumen. ff. de ſolutio. l. quod ſi forte. §. i. & l. cum quis in principio; aut dominus de nomine prouiderat. ſed generaliter ſolum ſubſtituendo et quod poteſtatem conceſſerat, & tunc ſi eius culpæ poteſt aſcribi tenetur ad intereſſe domini. cum multa electio culpæ aſcribatur, & pro hoc accedat text. ff. locati. l. cum in plures. §. ſeruum, & ſi culpæ eius non poſſet aſcribi: quia ſubſtituit eum quem communi opinione idoneum putabat tunc non tenet. argumen. ff. commo. l. argentum. & l. apud labeonem ff. de præſcripti. verbi. §. fin. & Bald. in d. l. quod quis, dicit, quod quando procurator ſubſtituit intelligitur ſubſtitutus periculo procuratoris, vt per Innocen. in ca. extra. vt lite non conteſta. argumen. ff. locati. d. l. cum impleres. §. ſeruum, & procurator ad lites conſtitus non poteſt ante litem conteſtatam alium loco ſui ſubſtinere. d. l. quo quis. & ibi dicit Paulus de Caſtro quòd procurator conſtitutus ad negotia cum generali mandato: poteſt quandocunque ad negotia procuratorem ſubſtituere: ſed ſi fuit electa induſtria perſonæ ſecus eſſet: ſed ſi mandatum fuit limitatum: puta ad vendendum pro tanto pretio non videtur electa induſtria perſonæ ibi videbis. dicitur autem mandatum quaſi manu datum. quod enim quis per ſe facturus erat in alii gerendum committit. & dicitur proprie in his quæ quis conſequitur ratione mandati, nec per ſe ſine mandato valeret explicare: vt in mandato iuriſdictionis, & in mandato actione de qua tractatur in l. pe. & vlti. C. manda. contrahitur mandatum ſolo conſenſu, & ideo inter præſentes, vel inter abſentes per nuntium, vel per epiſtolam ſuſcipi. item fieri poteſt pure, vel in diem, & ſub conditione. item ſiue rogo, ſiue volo, ſiue alio quocunque mandati eſt actio. vt ff. manda. l. i. contrahitur mandatum ſuper rebus honeſtis. ſuper re autem inhoneſta & turpi ſi fiat mandatum non eſt obligatorium, vt inſti. mandati. §. illud quoque, & ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. rei turpis. & l. ſi mandauero. §. qui ædem. & ſi ſuper re honeſta fiat mandatum quandoque non tenet: quia contra legem interponitur: vt ſi mandaui creditori dare pecuniam mu-

tuo

tuo filiofamilias contra ſenatus conſult. mecedo. ſecus ſi. ſenatus conſult. non obuiaret. vt ff. manda. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi quis mandauerit. modi autem trahendi manda-tum ſunt vi. primus eſt ſi tibi mandem gratia mea tantum: puta vt negotia mea geras, mandati eſt: cum mando aliena gratia tantum. vt ſi tibi mandem vt negotia patri geras vel fundum ei e-mes, vel pro eo fide iubeas. Tertius eſt cum mando tibi gratia mea & aliena, puta vt mea ne-gotia, & petri geras. quartus eſt cum mando tibi, gratia tua & mea: puta vt ſub crederes pro-curatori meo. quintus eſt cum tibi mando tua & aliena gratia. veluti vt Petro ſub vſuris cre-deres. quòd ſi mandaui vt crederes ſine vſuris aliena tantum gratia interuenit mandatum. po-teſt & ſextus adiicit modus: ut cum mando tibi gratia tua, mea, & aliena. item contrahitur mandatum non ſolum verbis. & nota circa contractum mandati, quòd eſt diuerſitas opinio-num inter glo. & doctor. an veniat in eo leuisſima culpa. de quo per doctor. in l. a procura-tore. C. manda. & ibi glo. tenet quod procurator de leuisſima tenetur propter dictionem omnem, ibi poſitam in text. quia omne dicit nihil excludit & etiam quia ut plurimum man-datarius vel procurator eligitur propter induſtriam, ad quam videtur ſe peritum profiteri. Saliceto tamen hæc opinio durisſima videtur, & dat cauſam non inueniendi procuratorem, ſi hoc ſcirent qui procuratores conſtituuntur. ſed Bartol. quem ſequitur ipſe Salicetus, in l. eum qui. §. fin. ff. de furtis. & in l. quod nerua. ff. depoſi. vbi ſic diſtinguit in mandato, quod fit gratia mandantis tantum, aut quæritur de actione mandati contraria, & io ea venit leuisſima culpa. ff. de furtis. l. ſi ſeruus. §. quod vero. & §. ſequenti. vbi patet, quod tenetur mandans facere quod faciunt homines diligentiores, quod eſt leuisſima culpa. vt ſ. dictum eſt aut quæ-ritur de actione mandati directa, & tunc aut in mandato venit id quod modicam, vel quaſi nullam requirit induſtriam, vt in mandato facto fideiuſſoris, vt ſoluat, & ſimilia. & tunc mandatario imputatur ſolus dolus & lata culpa. vt dictum eſt. ſ. de depoſitario & hoc proba-tur in l. ſi fideiuſſor. in princi. & §. i. ff. manda. aut in mandando venit aliquid quod non requi-rit magnam induſtriam, ſed aliquam diligentiam, vt emere aliquid gerere negotia, & ſimilia. & tunc quidquid dicat glo. venit dolus, lata culpa, & leuis, videtur enim ſe aſſerere diligentem. ſed vbi quis tenetur facere id quod faciunt homines, diligentes, dicitur teneri de leui culpa vt ſ. dictum eſt, & hoc probatur in l. in re mandata. C. mandati, & l. ſi procuratorem. §. fin. ff. manda. & in d. contractus. Aut in mandato venit id quod requirit exactisſimam diligentiam et induſtriam, vt in procuratore ad lites, & ſimilibus, & tunc tenetur de leuisſima. vt d. lege a pro curatore. C. manda. pro quo etiam vide dynum. in c. contractus, de regu. iuris in vi. & latius, Bar. in d. l. quod nerua. in actione autem locati tenet Bartol. quod venit leuisſima culpa. quan-do eſt commiſſa in faciendo. ſecus ſi ſit commiſſa in omittendo, vt nota. per eum in dicta legẽ quod nerua. quia culpa leuisſima in faciendo, equiparatur leui culpæ in omittendo. l. ſi ſer-uus ſeruum. §. ſi cum maritus. ff. ad l. aquilam. & l. ſi conſtante. §. ſi maritus ff. ſolu. matri. vbi vide Bald. & Paulum de Caſt. pro intellectu prædictorum. Bald. tamen tenet contra, quem ſequitur Salicet. in dicta lege ſi nulla. C. de pignor. actione. per motiua quæ videto ibi. nec obſtat caſus in l. ſi merces. §. qui columnam. ff. loca. vbi dicit text. quòd a locatore abeſt cul-pa, ſi fecit omnia quæ diligentisſimus eſſet facturus, ex quo videtur quòd de leuisſima tenea-tur per ſupra dicta: quia ibi ſuperlatiuum pro poſitiuo ponitur. vel poteſt dici & verius, quòd culpa ab eo abeſt, ſi non fecerit quæ diligentisſimus eſſet facturus: ſed non ſequitur ergo de leuisſima tenetur, nam hoc ſtatui videtur in creditore in l. ſi nulla. iam allegata. C. de pignor. a-ctio. & tamen de leui tantum tenetur vt inſtitu. qui. mo. re. contrahi. obliga. §. fin. & dum text. dicit, ſi nulla. &c. intelligi debet de his, de quibus creditor tenetur: ex quo infert Salice-tus, quòd quando lex dicit aliquem de culpa teneri: & aliter non dicit, debemus intelligere de illa quam requirit ſubiecta materia, ſecundum diſtinctionem quam ponit iuris conſultus in d. §. nunc videndum. quo vero ad actionem tutelæ quid veniat in ea, cum gratia tantum pupilli geratur, dicunt doctur. maxime Bartol. quod venit in ea lata culpa, & leuis l. quid-quid. C. arbitrium tutelæ. & exemplificat ibi glo. de l. periculum. ff. ſi certum peta. & de lege i. §. officium. ff. de tute. & ratio. diſtra. puta ſi tutor ſit negligens rationes conficere & confe-ctas exhibere. hinc eſt quòd dicit tibi Bald. quod ita præſumitur contra illum, qui non facit codicem rationum, ſicut contra illum qui non facit inuentarium. facit l. ſi quis cum falſo. §. i. ff. de falſis. tutor autem tenetur facere inuentarium, & ſi non faciat tenetur admitteresse de-clarandum per iuramentum in litem. argumen. ff. de adminiſtra. tuto. l. tutor qui reperto-rium. fallit tamen dictum præcedens in duobus caſibus, in quibus tutor non tenetur, niſi de lata culpa. in l. nomina. C. de arbitri. tute. & l. tutor qui repertorium. §. comperit. ff. de admi niſtra. tu. & ſecundum hoc dicit Bartol. quod glo. quæ eſt inſtitu. de ſuſpect. tutori. §. ſuſpe-ctus. quæ videtur velle, quod tutor remoueatur propter leuisſimam culpam, non benedicit. melius ſentit. glo. in l. i. §. i. ff. de ſuſpectis. tuto. & ſi quis dicat quòd tutor teneatur propter in-duſtriam,

duſtriam, & bonos mores. vt l. ſcire oportet. §. penult. ff. de tutori. & cura. datis ab eis. hoc
videtur teneri de leuiſſima, vt ſupra dictum eſt. in mandato ad lites. reſpondet Bartol. quod
hoc eſt ideo, quia tutelæ officium aſſumitur ex neceſſitate, ideo in hoc relabatur, quod ſo-
lum delata, & leui tenetur. argumen. in l. poſt legatum. §. aduocatum. ff. de his qui. vt in dig.
facit lex cum quidam. C. de adminiſ. tuto. & procurator. qui pro emptione ff. de procura.
nunc ad materiam procuratoris redeamus, & procurator eſt qui aliena negotia mandato ſibi
à domino facto gerenda gratuito ſuſcepit, negotia intellige plura vel vnum, vt ff. de negotiis ge
ſtis. l. iiii. §. negocium. & vide bonorum rapto. l. ii. §. quod ait. mandato autem domini ideo di-
citur: vt excludat tutores & curatores, vel collegia, vel prælatos eccleſiarum qui ad ſimilitu-
dinem tutorum procuratores conſtituere non poſſunt. Sed ſyndicum vel actorem conſtituere
debent, vt ff. de procura. l. nec ciuitatis, & C. de procura. l. neque ibi dicitur tutores & cura-
tores ante litem conteſtatam non ordinant procuratorem, ſed actorem faciunt ordinari, ſed
pupillus & adultus ante litem conteſtatam ordinant procuratorem autoritate tutoris & cura-
toris. poſt litem vero conteſtatam adminiſtratores tanquam domini litis, poſſunt procuratio-
nem legitime conſtituere. itaque tutor & curator conſtituunt procuratorem ante litem con-
teſtatam nomine pupilli vel adulti: ideſt tutorio vel curatorio nomine, hoc verum ad litem:
ſed ad negotia poſſunt conſtituere procuratorem, vt in l. procurator. §. i. ff. manda. notatur e-
tiam in d. l. neque tutores, quòd tutor ordinat actorem etiam ante litem conteſtatam ſcilicet
cum decreto iudicis. Item ipſe iudex ordinat actorem ad petitionem tutoris vel curatoris, vt
inſti. de cura. §. fin. & C. de appella. l. ſi actor. ſic ergo duplex eſt modus ordinandi actorem: vel
per iudicem petente tutore, vel curatore: vel per tutorem & curatorem iudice decernente. ſe-
cundum Bartol. facit ff. rem ratam habe. l. actor & vide quòd ibi notatur. & ibi notatur in d.
l. neque tutores, quòd pupillus maior infante vel adulto poteſt ante litem conteſtatam ordina
re procuratorem cum autoritate tutoris & curatoris. poteſt ergo tutor & curator autorari in
eo quòd per ſe exprorare non poteſt. ſic. de manu vind. ff. l. ſi pater in fine. & Bald. in d. l. neque
& ibi etiam dicitur quòd tutor & curator per litis conteſtationem efficiuntur domini litis &
poſſunt inſtantiam transferre à ſe ad procuratorem. & ratio primi dicti eſt quia procurator de
bet conſtitui à domino. i. ab eo qui ſuo iure poteſt agere in actu de quo quæritur vt ff. de pro-
cu. l. i. ſed ante litem conteſtatam tutor & curator nihil poſſunt ſuo iure: poſt litem vero conte
ſtatam quia quaſi contraxerunt & ſunt domini illius quaſi contractus vt ff. de actio & obliga.
l. quæcunque gerimus. dicuntur ſuo iure conſtituere procuratorem ſed dicit ibi Bald. quòd
pater quando eſt legitimus adminiſtrator ratione vſus fructus poteſt conſtituere procurato-
rem ante litem conteſtatam: cum procurator debeat conſtitui ab eo qui habet plenum ius.
ſed pupillus cum autoritate iudicis poteſt conſtituere procuratorem in tutoris deffectum. vt
nota. c. de in integrum. reſtitutio. mi. l. ſi curatorem habens, & in c. fin. de iu. libro vi. & pupil-
lus cum autoritate tutoris vel curatoris poteſt conſtituere procuratorem ad litem. ut per Bal.
quærit Bal. an iſte procurator conſtitutus cum autoritate tutoris poſſit reuocari per ſolum tu
torem. ibi videbis. & ibi quærit: ſi tutor conſtituit procuratorem an eo mortuo reintegra re-
uocetur procuratio. & ibi quærit etiam Bald. an collegia poſſint conſtituere procuratorem.
ibi vide, vbi dicit quòd conſtituent in loco publico & conſueto, ſolemniter populo conuoca-
to: & congregato: & autoritate iudicis competentis. vt l. ii. de decurio. li. x. & vide Barba. in c.
accedentes. de reſcrip. & ſindicatus alicuius collegii debent poni nomina illorum qui ſunt de
collegio. vt per Bartol. in l. i. de albo ſcribendo. & iſtam rationem ponit. specul. in titu. de ſyn-
dico. §. i. verſi. item opponitur quòd nomina. veritas eſt iſta dicit Bartol. quandoque fit ſyndi-
catus ad vendendum, ſeu alienandum: & tunc eſt neceſſe quòd nomina ſcribantur. vt c. de ven
ditio. re. ciui. li. xi. de ſacro ſanctis eccle. aucten. hoc ius parce dum. quandoque tractatur de
aliis actibus, ſeu alio negotio & tunc ſiquidem eſt magnum collegium ut populus vnius ciui-
tatis vel vnum concilium magnum, & tunc non eſt neceſſe quod nomina ſcribantur. vt extra
de procu. c. fin. vbi eſt tex. & ibi dicit Panorm. nota & tene menti ex dicto Inno. quòd in con-
ſtitutione ſindici ſeu procuratorum alicuius vniuerſitatis de iure non requiritur autoritas vel
decretum ſuperioris. quòd etiam tenet glo. in l. actor. ff. rem ratam habet. licet aliud ſenſerit
glo. in l. nulli. ff. quòd cuiuſque vniuerſi. ſed tenet primum. tamen debet ſcribi in inſtrumento
omnes fuiſſe præſentes: vel tot quod facerent duas partes vt l. quod maior. ff ad municipales,
vbi legitur. quod maior pars curiæ efficit: pro eo habetur ac ſi omnes feciſſent, vel egerit. ſi
autem collegium ſit paruum. vt canonicorum tunc credo dicit Bartol. quod eorum nomina de
bent inſeri. argumen. iſtarum legum. & c. de legationibus l. fin. lib. x. vbi habetur. non debet
mitti legatio ad principem niſi de voluntate conſilii & auctoritate ſuperioris & ibi dicit Bar-
tolus quod ambaſiatores debent portare literas ſuæ ambaſiate & ibi notatur per Ioannem de
platea: quòd ſoli priores ciuitatis non poſſunt mittere legationem ad principem ſine magno
con-

concilio ciuitatis: & ſic non ſufficit ſpeciale conſilium: ſed debet deliberari cum generali conſilio totius ciuitatis, de quo loquitur tex. in d. l. ſi. ſed abſentes non ſunt expectandi, vt ibi per plateam. & nota quod Bartolus in dicta. l. quod maior, ad municipalem dicit omnes debent vocari, & debent eſſe præſentes duæ partes, & tunc quod facit maior pars præſumantur omnes facere, & omnes facere videntur: Et ita loquitur tex. in dicta lege quod maior, & in dicta lege nulli. quod cuiuſque vniuerſitatis. ſed Dynus in capitulo quod omnes, de regulis iuris facit diſtinctionem, dicendo quædam ſunt communia pluribus, vt vniuerſis. quædam ſunt communia pluribus, vt ſingulis, & ibi vide per eum. Et vide de hoc omnino Bartol. in dicta lege quod maior, vbi declarat diſtinctionem Dyni, & vide in dicta lege nulli. & ibi dicit Paulus de caſtro in actibus vniuerſitatis ad hoc, vt valeant requiritur quod conueniant duæ partes ad minus, & non ſufficit omnes vocatos eſſe niſi duæ partes venirent. vt notat Bartolus in l. omnes populi. ff. de iuſtitia. & iure. item requiritur, vt conueniant in vno loco, nec poſſent præſtare conſenſum in diuerſis locis, Et in hoc in his, quæ pertinent ad plures, vt vniuerſos, ſi autem, vt ad ſingulos non requiritur, quòd conueniant, ſed poſſunt conſentire diuerſis temporibus, & diuerſis locis nec ſufficerent duæ partes, ſed deberent omnes conſentire, vt l. per fundum. ff. de ſeruitut. ruſticorum prædiodiorum.

Item non ſufficeret dicere inſtrumento congregato concilio generali, niſi etiam dicatur, in quo duæ partes, vel vltra fuerunt, vt C. de prædi. curial. l. curiales, & ibi Bartol. & ſi conueniant duæ partes hoc ſufficit quod intellige dummodo omnes ſint vocati, vt obſeruare. C. de decurio. libro decimo, intellige per ſonum campanæ, vel præconis vocem, vt moris eſt, & non requiritur quod abſentes citentur per nuncium niſi tribus caſibus notatis per gloſſam in capitulo præſentium. de teſtibus libro ſexto. & nota quod duæ partes præſentes poſſunt eligere vnum ex ſe, & ille vnus computatur in numero duarum partium. Et ſic videtur quod teneat viam eligentium, & electi, nota bene hoc ſecundum Paulum de caſtro, in dicta lege nulli. & ibi notatur quod pater, & filius, & etiam plures fratres poſſunt eſſe de concilio vniuerſitatis, ſed quando vniuerſitas, vel collegium non habet rectorem, ille qui eſt antiquior in collegio deberet aliis præferri ſecundum Bartolum in l. prima, de albo ſcribendo, allegat Innocen. & vide Bartolum in l. prima ff. de obſequiis à liberis, & libertis parentibus, & patronis præſtandis, & procurator, ſyndicus, & œconomus qualiter differant, vide doctor. in. l. prima. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. §. primo, vbi dicitur collegia licita poſſunt habere bona, & agere, & conueniri per ſuos ſyndicos, & actores, & quæ collegia ſint licita, vide Bartolum remiſsiue, in dicta. l. prima, ſed de iure canonico non curatur de tali differentia, vt in c. petitio extra de procuratoribus. & aduerte quod regulariter ſufficit generale mandatum, non requiritur tamen ſpeciale niſi in certis caſibus notatis per gloſſam in capitulo qui ad agendum de procuratoribus in ſexto, vbi dicit. generalis procurator non agit requirentia ſpeciale mandatum abſque aliqua illorum expreſsione, vel libera adminiſtratione bonorum, & procuratoris mandatum tenet licet in eo non contineatur niſi ad agendum, & non ad defendendum. ita Ioannes andreas in dicto capitulo qui ad agendum. & Speculato. in titulo de procurat. §. primo verſicu. ſed pene mandatum, & nota. quod expreſſo vno caſu in quo requiritur ſpeciale mandatum, adiecta clauſula generali, fit extenſio ad caſus ſimiles, regulariter vero ſpeciale mandatum intelligitur dari vbi aliquis nominatum mandatur, vt. ff. de procurato. l. non ſolum. §. fina. & in l. illud §. ſi talis. ff. de minoribus. ſed tu nota bene, quod vbicunque caſus requirens ſpeciale mandatum eſt ita arduus, vt veriſimiliter non fuerit cogitatus ſub generalitate, tunc non ſufficit quod in procuratorio ſit expreſſus caſus requirens ſpeciale mandatum, adiecta clauſula generali, vt in gloſſ. in dicto capitulo qui ad agendum, per quam etiam tenet Antonius, & Imola in capitulo nonnulli. §. primo, de reſcrip. quod non ſufficeret procuratorium enumeratis aliquibus caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, adiecta poſtea clauſula generali, quia vbi requiritur notabilis ſpecificatio propter excludendam fraudem, vel magnitudinem rei, non videtur ſufficere talis clauſula, & vide de hoc Philippum Francum in dicto capitulo qui ad agendum. §. ſed ſi aliquis. Mandatum ſpeciale requirit tria, ſcilicet deferre iuramentum agendum paciſci, & tranſigere, & qualiter hoc intelligatur, vide Philippum Franchum in dicto capitulo qui ad agendum. §. procurator, & caſus requirentes ſpecialem mandatum ſunt multi quos numerat gloſ. vt dixi in dicto capitulo qui ad agendum, & ſunt viginti computatis caſibus, quos etiam ponit Speculator. in titulo de procuratoribus. §. primo verſiculo. item apponitur, ſed tu, vide Philippum Franch. in dicto capitulo ad agendum. ponentem. xxxvii. caſus requirentes ſpeciale mandatum, & vide Lapum in allegatione ſeptuageſima, ſed dico quod procurator poteſt interuenire in cauſa criminali deducta in iudicium per modum exceptionis, vt in capitulo procurator, de electione in ſexto. Si vero principaliter de crimine agitur, dic vt in capitulo veniens. de accuſationibus, & vide Bartolum in lege penultima. §. ad crimen. ff de public. iudici. & ibi dicit, quare procurator non admittitur ad crimen publici iudicii: tam ex parte rei, quàm actoris, & procurator damnatur, vel abſoluitur quando in eum poteſt cadere ſententia, & procurator admittitur in cri-

minalibus vbi imponitur pœna pecuniaria, ſed patet dominus, & abbas, pro ſuo intereſſe poſ-
ſunt comparere in cauſa criminali,ſed etiam pro accuſato de tanto poteſt interuenire procura-
tur,ad allegandnm cauſas cauſæ,& ſic ſeruat conſuetodo,vt per Bartolum in dicto.§. ad crimen,
& ibi dicit an admittatur procurator quando imponitur pœna capitalis indefectum pecunia-
rum,ſed nõ poteſt interuenire procuratot in illis tribus caſibus in quibus abſens ad pœnam mor
tis damnari poteſt.vnus caſus eſt,in l.lege cornelia,ff.de ſiceari.alius eſt,in lege nec diu.C.de pœ-
nls,& expreſſe in quadam conſtitutione Imperatoris Henrici in qua ſtatuit quod in crimine læ-
ſæ maieſtatis abſens poteſt damnari,poterit ne tunc interuenire procnrator? dices tu, caſns eſt
primus quòd ſic,in.§.publice.d.l.penultimaduerte dicit Battolns in dicto.§.ad crimen,qnando
quis poteſt condemnari abſens, & quilibet qui vult allegare pro eo cauſas innocentiæ admitti-
tur,vt in dicto.§.publice,ipſe etiam iudex ſi nemo allegaret pro eo debet qnætere de eius inno-
centia,vt in lege prima,in fine.ff.de quæſtionibus,& lege ſi non defendantur.ff.de pœnis,& eſt re
gula.& vbicunque poteſt ferri ſententia diffinitiua in obſentem, tunc iudex de facto poteſt ſup-
plere,& quærere eius defenſionem,vt in auctentica qui ſemel.C.quomodo,& quando iudex,&
l.amplio.em.de appellation.licet gloſſ.dicat ibi quod eſt ſpeciale in cauſa appellat. & male dicit,
quia hoc eſt ius commune.hoc etiam ſentit Innocen. in capitulo veniens,de accuſatio. & de boc
vide plene per Bartolum in lege quarta.§.hoc autem iudicium ad allegandum.ff.de damno inſe-
cto in ſua repetitione,& aduerte quia licet qnilibet admittatur ad allegandum pro reo cauſas in
nocentiæ,ille non eſt procurator,ſicut dicitur in lege oon tantum.ff.de appellationibus.ſi enim
vallet facere aliquem actum per quem fieret præiudicium reo abſenti non poſſet. ratio, qnia ad
crimen publici iudicii ſtuſtra procuratot interueniret,& in § publice,non loquitur de procura-
tore,ſed generaliter de quolibet nam ſi procurator eſſet præiudic.poſſet dominio,ſed dico quod
poteſt venire tanquam quilibet ad allegandum pro abſente cauſas innocentiæ criminis, vt in di-
cto.§.publice.& aduerte quòd tex.in lege reos.C.de accuſationibus,loquitur de eo qui venit ad
allegandum cauſas abſentiæ,& textus in l.inter accuſationem, ff.de pnblic. iudic. loquitur etiam
de eo qui venit ad allegandum cauſas abſentiæ,& in dicta lege reos.C.de accuſationib.vide Bal-
dum,& Salycetum circa iſtam materiam. & ibi dicit Bald. quod patet admittitur ad plenam rei
defenſionem. Et adnerte quod in generali mandato non videtur dominus committere ſuo pro
curatori quod delinquat,vt l.ſi procuratori.ff.de conditione indebit. & adnerte quod eſt delic-
tum crimen abiicere,& non probare,vt in capitulo vt circa de electi.in ſexto.& procnrator con
ſtitutus ad opponendum crimina debet habere ſpeciale mandatum,vt dixi,& vide Ancharannm
in capitulo procuratot,de electio.in ſexto,vnum tamen notabis,quod licet per generale manda-
tum procurator non poſsit agere cauſas requirentes ſpeciale mandatum, ſi tamen exerceat domi
no tacente,& ratum habente valet quod facit Philippus Francus d.cap.qui ad ageodum. Et nota
quis dicatur habere mandatum cum libera.notatur in capitulo petitio,de procuratotibus, in ſe
xto,& in l.procurator,cui libera.ff.de procurato.& per docto.notatur in capitulo is cui. de ele-
ctio.in ſexto,quid autem ſit in prælatis,& rectoribus eccleſiarum? an intelligantur habere man
datum cum libera? notatur in capitulo petitio.iam allegato,& de tutore,curatore,patre, vi. Bal.
in l.præſes.C,de tranſactionibus,& circa procuratorem conclude quòd nunquam videtur con-
ceſſa libera adminiſtratio,niſi quando hoc in mandato exprimeretur,vt ex tex.notabilis in l. quã
tuberinis.§.alia .ff. de peculio.fallit tamen ſi committatur plena adminiſtratio,quia videtnr con-
ceſſa ſecundum Bartolum in dicta lege procuratot cui libera.per l. ſi procuratot.C.de procura.
& ibi Bal.Secundo fallit ſi concedatnr totalis poteſtas,vt l.creditor.§.lucius.ff.manda. ſecundnm
Baldum in dicta.l.ſi procuratot cui.ff.de procntat.legitur procurator, cui generaliter libera ad-
miniſtratio rerum commiſſa eſt,poteſt exigere,nouare,aliud pro alio permutare, & ibi dicit Bar
to.procuratot cum libera poteſt omnia facere,quæ dominus facere poſſet,& etiam alienare ſi do
nationem non contineat.intellige in illo negotio.itaque procuratot cui commiſſa eſt libera ad-
miniſtratio in vno negocio,poteſt quidquid vult libere in illo facere, & concedere plenam ad-
miniſtrationem,& liberam idem eſt.
Item ſi dicitur quòd poſsit facere quidquid ipſe dominns facere poſſet,eſt idem quod concedere
liberam. Item ſi promiſsit ſe ratum babitntum quidquid per eum factum fuerit,videtur conce-
di libera.ita Bartol.in dicta.l.procuratot,vbi etiam quærit, quid importat conceſsio libera? re-
ſpondeo, qund omnia poteſt facere quæ poteſt dominus, dum tamen dolus malus abſit itaque
collige ex ſupra dictis,quod ſi conceditur libera adminiſtratio in vno negocio, non generaliter
in omnibus in illo negotio poteſt facere libere quidquid vult, eadem ratione qua in omnibus,
quando habet generale mandatum,pro hoc.d.c.qui ad agendum.in ſi.de procu.in.vi.& Bar. vbi
ſupra, ſed procurator generalis non poteſt de cauſa compromittere,in arbitrum, vel arbitraro-
rem,cum arbitramentum ſit quædam tranſlatio. oportet ergo quod ei ſit mandatum, vel qnod
habeat liberam adminiſtrationem,non dico litis,ſed omnium bonorum, vel illius cauſæ, vt ſu-
pra tetigi.ita Bar.in l.mandato.ff.de procura.& vide Bartolum, & docto.in.l.qui Romæ.§.Cal-
lymachus

lymachus.ff.de verborum obligationem.& dominus mandatoris ſatiſdat pro ipſo, Bar. in lege ſi procuratorem.ff.de procurato.& ibi dicit duobus modis poſſunt literæ mandati probari, & dicit etiam quòd mandatum poteſt teſtibus probari.& ibi dicit an valeat iudicium agitatum à procuratore reuocato.ibi videbis,& procurator,datus ad agendum intelligitur ad litem perficiendam,tex.in l.qui procuratorem dat.ff.de procura.& quando procurator teneatur finito officio. vide Bar.in l.procurator qui pro euictione.ff.de procura. & nota quòd mandatum generale ad negotia dat poteſtatem agendi in iudiciis.c.qui generaliter,de procura.in ſexto,ſed nota quòd licet filius familias per ſe non poſsit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris , & iudicium ſit ipſo iure nullum,vt in capitulo fina.de iudiciis,in ſexto,&in l.finall.§.neceſsitate.C.de bonis quæ liberis, Sed pro alio poteſt eſſe,vel ſtare in iudicio conſenſu,immo etiam patre prohibente, ſecundum in Bal.in d.§.neceſsitate conſtituitur procurator,pater familias,& filius familias,vt.ff.de procurato. l.filius.§.ipſe quoque,item maior vigintiquinque annis,& non minor,vt l.minor.ff.de procura. niſi quando lite conſtante contra abſentem inſtituitur ad eius defenſionem,vel ipſe minor ſponte ſua interuenit.non ſantius eſt talem defenſionem admittere,quam abſentem condemnare , vt in l.exigendi. C.de procura.Item conſtituitur compos mentis,non furioſus,loquens & audiens; non ſurdus,vel mutus,vt.ff.de procura.l.ii.§.furioſus, & l.mutus,item non conſtituitur procurator qui eſt de crimine accuſatus pendente accuſatione.C.de procura.l.rerum, & C.de reis poſtulandis.l.i.item conſtituitur maſculus non fœmina , vt in l.fœminæ.ff.de regulis iuris niſi pro parentibus ſi morbus,vel ætas impedit eos,nec alios inuere poſſunt .item pro libertate ſuorum cognatorum recipitur: & pro defenſione damnati ad ſupplicium.item milites non conſtituũtur procuratores,ſed in rem ſuam,& pro cauſa in vi matrimonii dabitur miles procurator , Interuenit etiam pro libertate,& pro defenſione damnati.Veteranus autem indiſtincte datur procuratore,vt ff.de procura.l.fœminas,& l.filius.§.vetera & ff.de libe.cau.l.i.ii.iii. & de appella.l.non tantum,& C.de procurato.l.qui ſtipendia,& l.ita demum.& nota circa procuratorem regulam generalem,vt quilibet poſsit conſtituit præſente.vel abſente aduerſario,niſi prohibeatur lege,vt in ſti.de his per quos agere poſſ.Item aliam ſubiicio regulam,quòd procurator volens, tantum expreſſum conſenſum conſtituitur,vt ff.de procura.l.filius.§.inuitus,& l.inuitus.C.de procurato. hæc tamen regula fallit in conſtituente.Illuſtres enim per procuratores tantum, non per ſe agunt pecuniarias cauſas,criminales autem per ſe tantum,niſi in cauſa criminis iniuriarum, quam per ſe vel per procuratorem eis permittitur agere , vt C.de procura.l.penul.& auctẽn. quod ius,& C. de accuſatio.l.tunc,& C.de iniuriis.l.vltima,& quia ſine ſcientia principis non poſſunt corporaliter puniri,vt C.vbi ſena.vel clariſsima.l.iii.& vide omnino Salyce.in l.reos.de accuſa. & ſi ſunt incarcerati,dic vt ſuperius dixi.Sed non poſſunt torqueri,vt in l.ſeueram indagationem.de dignitati,libro duodecimo.Conſtituitur autem procurator in litem præſentem,& futuram vi.ff.de procura.l.iii.ſi tamen,aliud officium,ſit pecuniaria,& non criminalis,vt diximus ſuperius. Et eſt autem aliud officium procuratoris actoris,quia tenetur ſatiſdare rem ratam dominum habiturum. diſtingue tamen an certum ſit procuratorem habere mandatum,vt quia hoc confitetur reus,vel eo negante probat hoc procurator per teſtes,vel inſtrumenta,an certum ſit eum non habere mãdatum,aut dubitatur an habeat,vel non habeat mandatum.In primo caſu nunquam tenetur ſatiſdare,ſicut nec ſatiſdat procurator præſentis,& expreſsim conſentientis,vel is qui apud acta factus eſt procurator,vt C.de ſatiſdando.l.prima nec obſtat quod legitur.ff.de noui operis nunciatione.l.quia in re.§.ſecundo,quia ibi verus quidem erat procurator,ſed dubitabatur de mandato, & vide Baldum in lege prima.C.de procurator.vbi dicit , quòd mandatum poteſt probari per teſtes.ſi autem certum ſit procuratorem non habere mandatum repellitur etiam ſi ſatiſdare velit niſi ſit coniuncta perſona,quæ quidem admittitur cum ſatiſdatione,niſi certum ſit eum experiri contra voluntatem,in caſibus etiam contra voluntatem admittitur , vt pro libertate, & pro defenſione damnati,vt ff.de procuratoribus.l.pomponius.§.vltimo, & lege ſed , & hæ.&.ff. de libera.cauſa.l.prima,& ſecunda,& tertia,& quarta,& quinta.&.ff.de appellationib.l.non tantum.Idem quæ dicitur in marito,vt C.de procuratoribus.l.maritus,vbi dicitur: Maritus poteſt experiri nomine vxoris ſine mandato,cum cautione tamen de rato,& ibi vide Baldum in Salyce. & ibi dicit Iacobus,vt refert Bald.quod tria ſunt genera rerum . primæ ſunt res dotales , & in iſtis maritus habet plenam adminiſtrationem iure ſuo,quædam ſunt res paraphernales traditæ marito,vel quaſi traditæ,vt quia marito ſunt tradita inſtrumenta nominum debitorum , argumen.C.de dolo.l.prima.& in iſtis maritus habet adminiſtrationem ex tacito mandato. vt Codice de pactis conuentio.lege finali.Sed quædam ſunt res quas mulier habet extra dotem, quarum adminiſtrationem retinet ſibi : quia non tradidit eas marito,nec quaſi tradidit,& in iſtis loquitur d.l.maritus.C.de procu.itaque procurator actoris aliquando cauet,aliquando non. Si enim certum eſt quod non habeat mandatũ,nunquã admittitur vt dixi,niſi ſit coniuncta perſona,niſi cõtraria volũtas appareat,vt dixi.Et de hoc extra deſcri.C.nõulli,& C.ex parte deca.& alle.l.póp.

in fine. ideo enim perſonæ quamuis coniunctæ cauere tenentur, quia quamquam lex eis agere permittat, non tamen procuratrices conſtituit.ff.iudica. ſolui.l.tertia, & ff. de procuratoribus, l.non ſolum.§.ſi dote, ſed aduerte quod extraneus non admittitur ſine mandato: & coniuncta perſona admittitur cum cautione de rato. ſunt autem coniunctæ perſonæ, fratres, patrueli, matertere, & affines.ff.de procur.l.licet hæ, & omnes hodie vſque ad quartum gradum, vt extra de conſangui.& affinita.c.non debet, & laycus in mere, ſpiritualibus poteſt eſſe procurator. ca.tuæ. de procu.& c.ex conqueſtione, de reſti.& regulariter quicunque non prohibetur poteſt conſtitui procurator, vt l.mutus.ff.de procur.quod ſit procuratoris officium, dicunt doct.quod mandatum ſibi iniunctum ex acta diligentia ſeruare.c.cum olim abbas, de officio deleg. & litem exequi diligenter vſque in finem. Nam ſpernere mandatum non poteſt niſi tempeſtiue renunciet, aut cauſa fortuitu præpeditus ſit, vt mandari non poteſt, vt inſtitut.mandati.§.mandatum. & ibi notatur quod nemo inuitus cogitur ſuſcipere mandatum, itaque ea quæ ſunt à principio voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis. ſed nota quod procurator ad iudicia ante litem conteſtatam non poteſt alium ſubſtinere, niſi habeat in mandato poteſtatem ſubſtituendi, quo caſu ſubſtitutus dicitur factus, & ordinatus à primo domino, & non à primo procuratore, vt notat gl. & docto.in c.i.de procu.in vi.& notat Barto.in.l.ii.ff.de cu.bo.dan.aut ſubſtituit poſt litem conteſtatam, & tunc vt dominus litis poteſt alium ſubſtituere, vt in d.c.i.& l.neque.C.de procurato. & l.executorem.§.fin.ff.de appella.& l.quod quis.C.de procur. Si verò eſt procurator ad negocia, & tunc aut loquimur de eo qui habet generale mandatum à domino & tunc quandocunq; vult poteſt ſubſtituere, & alteri committere, vt l.i.§.magiſtrum.ff.de exercito.& l.cuiuſcunq;. in fin. ff.de inſtitu.& ita poteſt intelligi tex.in d.§.mandatum, & l.ſi procuratorem.§.i.ff de procura. & ſi procurator habet ſpeciale mandatum, & tunc aut habet ſpeciale mandatum, & mandatum habet certam, & determinatam formam, & non videtur electa induſtria perſonæ, ideo poteſt alteri delegare, vt l.ſi ego.ff.quod vi, aut clam.& c.is qui.i.reſpon.extra de offic.delega.in vi. aut mandatum non habet certam formam, & tunc non poteſt, alteri demandari, quia videtur electa induſtria perſonæ, vt in d.c.is cui.ſecundo reſpon.ita dicit notabiliter Bar.in l.fin.in fine.ff.de diuer. & tempo.præſcrip.& Salyc.in d.l.ſi procuratorem.§.i.ff.de procur.intellige verum quando eſt tale quid in quo requiritur induſtria perſonæ, alias autem poſſet alteri demandare, & ita etiam poteſt intelligi tex.in.d.§.mandatum. Et adde iſta ad ea quæ ſuperius diximus. Et cogitur procurator litem conteſtati ſi dominus eo præſente ſatisdedit iudicatum ſolui, niſi in caſibus qui enumerantur in l.filius.§.vltimo, & l.ſequenti.ff de procu.itém ad officium eius pertinet appellare, ſi ſententia lata fuerit contra ipſum, vel ſi iuſta cauſa cum excuſet debet denuntiare domino quod appellet ſi putauerit appellandum, appellationem tamen proſequi non tenetur, vt in ca.non iniuſte.§.potuit extra procura.l.inuitus.C.de procu.& C.de appellatio.l.ſi actor.l.ſi procuratorē, §.ſi ignorantes.ff.manda.item ad officium ipſius pertinet.vt dominum defendat.i. faciat omnia, quæ dominus faceret ſi eſſet præſens nec ſit cauſa deterior in aliquo præter quam in ſatiſdando, ff.de procurato.§.defendere.& de interrogatoriis actionibus.l.ſi ſine.§.ſi defenſor.ſed nota q̄d ſi cum vno contractum fuerit hæredes eius vnum procuratorem conſtituere iubentur.ff.iudic. ſolui.l.iam tamen.§.penultimo, ne per plures aduerſarios diſtingnatur, qui cum vno contraxit. ff.de exer.actione.l.prima.§.penultimo, & l.ne implures.ipſi tamen hæredes ſi inter ſe agant plures procuratores debent dare, alias non poteſt res expediri circa condemnationes, & adiudicationes.ff.de procuratoribus.l.licet.§.ſi plures.per quod patet quod ſententia ferenda eſt in perſonam procuratoris, non domini niſi ab initio dominus litem conteſtatus ſit, vt notatur, in capitulo conſtitutus de religioſis dominibus, vbi dicitur Panormitan.nota argumentum optimum, quod licet procurator interecedat poſt litem conteſtatam, tamen ſententia condemnatoria, vel abſolutoria poteſt ferri in ipſius perſonam. de quo ſecundum Panormitanum multum dubitant legiſtæ, in lege nihil.C.de procurator.& notatur in capitulo primo, de procuratoribus in ſexto, & per Bartolum in lege prima.C.de ſentent.& inter locutio. om. iudicio. & Bald. in dicta lege nihil quærit an procurator interueniens poſt litem conteſtatam debeat damnari gloſſ. ibi dicit quod ſit in omnibus caſibus in quibus verba ſententiæ poſſunt adaptari procuratorio nomine, ſecus vbi non poſſunt adaptari, vt in cauſa criminali, facit C.de iniuriis.l.finali, Bald.intelligit, gloſſ.eſſe veram, vbi procurator fecit aliquem actum ante ſententiam: ſecus ſi non fecit aliquem actum.puta quia fuit conſtitutus poſt concluſionem in cauſa, ſed quæritur nunquid debeat condemnari dominus cum ipſo procuratore conſtituto poſt litem conteſtatam. Et procedente in cauſa, vterque condemnabitur, ibi vide Baldum, ſed omnino, vide Bartolum in dicta lege prima.C.de ſenten.& inter.om.iudic.& ibi ſi lis eſt agitata per procuratorem actoris, debet reus condemnari ipſi procuratori, ad dandum, & ſoluendum domino, & non procuratori, & ibi dicit quid in defenſore rei, an ipſe cōdemnetur? & ibi dicit quod in tutore, & curatore, dicimus quod verba contracti celebrati debent referri ad pupillum.l.eum.§.ſi actori.de conſt.pec. & concludit Bar. quod ſi verba ſententiæ referūtur ad ipſum pupillum licet iudicium agitetur p ipſum tutorem,

tutorem, quod valet eadem ratione: & per hoc erit idem in ſindico eccleſiæ quod ſi verba ſententiæ referantur ad ipſam eccleſiam, licet iudicium agitetur per procuratorem quod valeat, & hoc de iure ciuile, & vide Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. inſulam. ff. de verb. obli. ſed aduerte quod in cauſa criminali dominus recta via condemnatur, vt per Bald. in d. l. nihil, C. de procur. vnde in ſua perſona infamia ſumit originem, & eſt caſus in l. fi. de iniuriis. C. vbi dicitur. à crimine iniuriarum criminaliter moto illuſtres, & eorum liberi, & vxores, viuente marito illuſtri poſſunt per procuratorem comparare, & nihilominus ſententia fertur in dominum. & Salycetus dicit in d. l. fin. cauſam iniuriarum ciuilem, vel criminalem, tam actiue, quàm paſsiue poſſunt illuſtres per procuratores exercere, debent tamen ſe inſcribere, & in eos non procuratores eſt ferenda ſententia. Et ibi notatur quòd vbi poteſt eſſe pœna corporis afflictiua procurator interuenire non poteſt ratione dubii. Et fallit in illuſtribus, vt dixi. & quia ſine ſcientia principis non poſſunt corporaliter puniri, vt C. vbi ſena. vel clari. l. iii. & v. Salyce. in l. reos, C. de accuſatio. & nota quòd iniuris extimatur atrox xx. tempore, loco, perſona, & facto, & re, vt notatur in l. atrocem, C. de iniuriis, & inſtitu. de iniuriis. §. atrox, & qualitas perſonæ, & habitus iniuriati facit iniuriam iudicari atrocẽ vt per tex. & gloſſ. in d. l. atrocem, Et aduerte quòd procurator tenetur ad negocium ſibi iniunctum fideliter exequendum, vt dictum eſt: nec enim ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibet. imo maior ab eo exigitur. l. in re mandata. C. manda. ideo dicitur quòd negligentia, quæ in propriis rebus culpanda eſt in alienis eſt vituperanda, argumen. ff. ſolu. matrimo. l. etiam. §. i. confeſsio procuratoris an noceat domino, quidam dicunt quòd ſic, & pro his. ca. i. de poſtula. prælato. & de capellis mona. c. dilectus, ſicut & confeſsio aduocati, vt in c. olim, de cenſi. & c. cum cauſam, de appellatio. ſed contra. ff. de interrog. actio. l. ſi ſine. § ſi defenſor, & confeſsis, l. certum. §. ſi quis & ff ad legem aquil. l. proinde. §. i. alii, dicunt quòd non per iudicat niſi habeat ſpeciale mandatum, vel niſi ſit procurator generalis, ſcilicet quòd habeat generalem adminiſtrationem omnium bonorum, vel niſi datus ſit in rem ſuam, ſicut nec pactum, nec iuramenti delatio à procuratore facta nocet domino. ff. de iureiurando. l. iuran. §. fin. & l. ſequenti, alii dicunt ꝙ confeſsio defenſoris non nocet, ſed procuratoris nocet cum mandatum habeat, ſed tamen dominus poteſt probare errorem procuratoris, ſicut & proprium. l. error. C. de iuris facti ignorã. pro prima opinione quod noceat. c. i. de procura. nec expectanda eſt ratihabitio domini, argumen. ff. de condit. indeb. l. ſi procurator, & l. indebitum. Nam delinquendo circa iudicium ſemper domino præiudicat, niſi fines mandati excedat. c. cum olim abbas, extra de officio deleg. factum enim procuratoris domino per iudicat: etiam ignoranti. C. de ſuborta, de re iudica. l. procuratoris. ff. de tributo actione, vide Bar. in l. non ſolum. ff. de procuratori. vbi examinat ex reſponſione procuratoris quando dominus, & quando procurator teneatur. mirum tamen videtur quod in re ſpirituali noceat, vt in capit. i. de reſtit. in integrum. §. finali, & in c. coram, de offic. deleg. cum nõ poſſit haberi recurſus contra procuratorem. Et ſic intelligitur non ſoluendo, vnde non deberet nocere. l. eleganter. §. penul. ff. de dolo. ſed illud intelligitur quando dolum commiſsit: ſecus ſi negligenter verſetur. Sed ad hoc poteſt peti reſtitutio nomine eccleſiæ. Procurator rei neceſſe habet ſatisdare iudicatum ſolui, habeat, vel non habeat mandatum, imo & ſi certum ſit non habere mãdatum debet admitti, vt in l. exigendi. C. de procu. & in l. i. C. de ſatisdando, & in d. l. exigendi, dicit Bal. nota quod ad aliquem defendendum etiam ſi per dominum fuiſſet lis conteſtata nõ requiritur mandatum. item notat quod defenſor comparens poſt litem conteſtatam tenetur ſatisdare non ſolum pro defenſione, ſed plenarie iudicatum ſolui. item notat quod coniuncta perſona etiam in agendo non tenetur allegare mandatum. item notat quod filius minor admittitur pro patre defendendo, tam cum mandato, quàm ſine. quòd eſt memoriæ commendandum, & ibi etiam notatur quòd ſi ſententia eſt iuſta, tamen ſi potuit eſſe iuſtior debet in melius reformari. Sed minor vigintiquinque annis, non habet vocem in conſtitutione ſindici, Bald. ibi. & dicit etiam quod pater minor vigintiquinque annis ad agendum non admittitur pro filio, ad defendendum ſic, ſi periculum eſt in mora, quia inter coniunctos pater eſt magis priuilegiatus. vbi videbis per Baldum, & nota quod procurator conſtitutus apud acta eſt verus procurator, vt in lege prima. C. de ſatiſdando, ideo non cauet de rato, nec procurator preſentis; ſed procurator actoris in cauſa reconuentionis debet ſatiſdare quemadmodum ſatis dant procuratores rei: de hoc vid. Bartolum, & Baldum in dicta lege prima. Itaque procurator rei indiſtincte cauet de iudicato ſoluendo, ſi hoc petitur ab eo in principio iudicii, hæc vera ſunt, niſi dominus releuet procuratorem ſatiſdando pro eo, vt inſtitutio. de ſatiſda. §. ſi vero aliquis. Et nota quod lex permittit, vt procurator in totum releuetur: alias pauci inuenirentur, qui velent eſſe procuratores reorum ſi haberent ſe obligare ad ſoluendum. ſuper hoc vide Cynum, & Baldum in dicta lege prima, & reuocatio mandati facta clandeſtine non nocet aduerſario, ſi non peruenit ad noticiam iudicis, vel aduerſarii, vt in dicta lege prima, & Codic. mandato. de procuratoribus in ſexto, hoc fallit in procuratore conſtituto ad contrahendum matrimonium, vt eſt textus vnicus, in capitulo finali, de procuratoribus, in ſexto, ex quo infertur, quod vbicunque tempore actus ge-

actus geſti per procuratorem debet adeſſe verus conſenſus domini pro ſubſtantia actus nunquã
eſt neceſſe quòd reuocatio mandati tranſeat in notitiam procuratoris, ſecus vbi ſufficeret fictus
conſenſus,ſicut eſt in iuditiis, quia oportet quòd tranſeat in notitiam procuratoris, vel iudicis,
de quo per Cyn.in l.mandatum.C.mand.& per doct.in cle.i.de renunc.vide Philip.Franc.in d.
c.ſi.de proc.in vi.& ibi dicit quòd iurans non reuocare procuratorem conſtitutum ad contrahẽ-
dum matrimonium,nihilominus poteſt eum reuocare,licet efficiatur periurus. Et nota quòd re
uocatio procuratoris,ad negocia debet deuenire ad notitiam procuratoris,vel eius cum quo ne
gocium debeat geri,vt in d.c.mandato,& c.ex parte decani de reſcrip.& in d.l.mandatum, & in
d.cle.i.& hoc in procuratore qui vere erat procurator,ſecus in nuntio,vel epiſtola quo caſu con
trahens per nuntium,vel epiſtolam in omnibus contractibus ſufficit quòd fiat reuocatio ante cõ
tractum,licet aliter non perueniat ad notitiam nũcii,vel partis,& valet reuocatio nec valet quòd
agitur,vt in l.ſi pater.ff.manumiſ.vin.& glo.in c.tibi domino.lxiii.diſt.& ratio eſt ſecundum Io-
an.and.in d.c.ſi.quòd nuntius,vel epiſtola præbet nudum miniſterium,prout piha,vel organum
& concipit verba in perſonam domini,deficiente igitur conſenſu tempore contractus nihil igi-
tur,etiam ſi nuntius non fuerit certificatus,& de hoc vide Phipp.Franc.in d.c.fin.& nota quòd
religioſus regulariter non eſt habilis ad officium procuratoris, fallit quando venit pro conſorte
eiuſdem litis,vt in cle.ſi.de procu.& quilibet adminiſtrator comprehenditur appellatione pro-
curatoris,vt in c.petitio.de procu.in vi.& c.ſaluator.i.q.iii.& clerici non poſsunt eſſe procura-
tores laycorum.c.ſacerdotibus de immu.eccle.vi ibi Panor.vbi dicit multa,ſed glo.finalis in d.
cle.fin.inducit tex.ad quæſtionem illam vulgatam,nunquid ſi aliquis conſtituit procuratorem
inhabilem,& dedit mandatum ad ſubſtituendum,an ſubſtituere poſsit habilem? glo.finaliter pro
concordia opinionum diſtinguit triplicem ſpeciem in habilitatis,quia quidam ſunt omnino in-
habiles,vt ſerui,qui non poſſunt eſſe in iudicio,vel furioſus,& tunc non tenebit talis ſubſtitutio.
quidam ſunt inhabiles ad ſuſcipiendum officium procurationis propter defectum auctoritatis
ſuperioris,qua interueniente eſſent habiles.Et tunc non eſt neceſſe quòd in ſubſtitutione inter-
ueniat auctoritas,ſicut in aſſũptione ꝓcuratoris,vt probatur in d.cle.ſi.quidã ſunt inhabiles ꝑ
exceptionis obiectum qua non oppoſita alias eſſent habiles,vt mulieres,& tunc pñt ſubſtituere,
& valebit ſubſtitutio,nec poterit exceptio aliqua obiici.cætera vi.per Card.& Imol.in d.clem.ſi.
& ibi dicunt excommunicatus ſi ſubſtituat an valeat ſubſtitutio? & an excommunicatus poſsit
ſubſtituere procuratorem excommunicatum ad petendum abſolutionem.Et nota quòd tripliciter procurator dicitur falſus,vt l.falſus procurator.C.de fur.& factum procuratoris falſi per ra-
tificationem conualeſcere non poteſt,vt ibi per Bald.& permitte(vt dixi)quòd falſus procurator
dicitur tripliciter.ſ.propriiſsime,vt quia nec nomine,nec re eſt,vel fuit procurator, ſed falſo præ-
tendit mandatum quod nunquam habuit,& hoc eſt falſum mandatum,& falſa intentio,ſed ſi nõ
habet mandatum,ſed credit ſe habere,falſum eſt mandatum,ſed intentio eſt recta. vnde in animo
eſt veritas,extra mentem eſt falſitas,quod ergo nunquam habet originem veri propriiſsime, &
& ſimpliciter dicitur falſum,& merito ſecundum Bal.quia falſum,& nullum conuertuntur.l.qui
hominem.§.ſi nullo.ff.de ſolu.& l.paulus.ff.de verb.ſig.ſecundo modo dicitur falſus procurator
ille cuius mandatum apparet, ſed poſt mandatum fuit legitime reuocatus, & iſte non eſt falſus
origine,ſed perſeuerantia falſus eſt,quia mandatum eſt caducum.i.reuocatum, vel alias anihilatũ
expreſſe,vel tacite.ff.de ſol.l.cum quis in priu.§.i.& l.ſi cum cornelius.ff.ſi cert.peta.& l.eius qui.
iſte eſt falſus proprie,quia vere caret mandato. Tertio dicitur falſus procurator, qui habet man-
datum nec eſt reuocatum,ſed eſt nullum ipſo iure.nam non proprie hoc dicitur falſum,ſed dici-
tur non ſolenne,vel inſufficiens mandatum,ſicut aliud eſt teſtamentum eſſe falſum,aliud non ſo-
lenne,aliud iniuſtum,aliud irritum.l.poſt legatum.ff.de his qui.vt indig.ff.de iniuſto rup.& c.l.i.
ille etiam dicitur non habere mandatum,qui non producit ipſum licet habeat,& iſte non eſt fal-
ſus procurator,ſed inſufficiens appellatur.ff.de iuri.l.ſed ſi vnius.§.procuratorem patris. inſuffi-
ciẽs eum dicitur,qui non eſt conſtitutus ſecundum naturam cauſæ,vt in cle.ii.de procu.quib.mo
dis dicatur falſus procurator,vide Bal.in l.licet.C.de procu & vide gl.in c.ex parte decani.de re-
ſtrip.& vide Arch.in.c.qui ad agendum,de procu.in vi.& vide Anch.in c.in noſtra,de procu.vbi
declarat quot modis procurator dicatur falſus,ſed ante literas ſuſceptas non eſt procurator. C.is
qui,de procu.in vi.& in c.i.de procu.& ibi gl.& Hoſt.in c.i.de elect.& ibi compoſte.& Spe.in ti.
de procu,§.i.verſi.ſed quid & vi.Bar.in conſi.incip.an procurator,conſtitutus in abſentia. Vide-
tur ergo ſuſpenſa procuratoris organa vſq; ad ſuſceptionem literarum,& aperturam earũ,ita Bal.
in d.l.falſus procurator.& mandatum falſum ſi eſt in iudicio productum an valeat iudicium? ibi
vide Bal.& vide etiam Pau.de caſt.in d.l.falſus procurator, & aduerte quòd requiritur ratihabi-
tio procuratoris in abſentia cõſtituti,& dicitur ratum haberi,& acceptare officium eo ipſo, quòd
recipit inſtrumentum procuratoris ſcienter,& non proteſtatur contrarium,vt eſt hodie caſus,in
d.cle.i de procu.item no.ſecundum Pau.de caſt.in l.i.ff.de procu.quòd vbi requiritur cõſenſus,
furioſus non habetur loco abſentis,nec loco præſentis,ſed loco mortui,ſecus vbi non requiritur
conſenſus

conſenſus expreſſas, ſed ſufficit non contradicere, quia tunc loco abſentis habetur, vt in l.i.§.volũtate.ff.ſol.ma.ita Pau.de caſt.in d.l.i.ff.de procu. & vide in l.in negotiis contrahen.ff.de arg.inr, & ibi dicit in quibus caſibus nõ poſsit quis litigare per ſe. Sed compellitur mittere procuratorẽ: & in quibus teneatur comparere per ſe, & ſic perſonaliter. & ibi dat rationem quare procurator conſtitutus ad negotia, & etiam tutor, & curator poſſint indiſtincte procuratorem ad negotia cõſtituere, & talis procurator poteſt (vt diximus) etiam litigare. & conſtitutus ab vniuerſitate quãdo dicatur procurator, & quando ſindicus, & finitur mandatum procuratori iniunctum reuocatione domini quam facit reintegra, hoc eſt ante litem conteſt. Si vero vellet reuocare poſtea. Si vero reſiſtat procurator non reuocatur niſi causa cognita. & de hoc in l.ante litem, & in legibus seq. vſque ad.§.i.l.in causæ cognitione, vbi omnia inuenies. & in l. nulla dubitatio de procu.C. dicitur mandatum procuratoris effecti domini litis non reuocatur absentia, vel morte mandantis; & loco suo alium poteſt inſtituere. & in l.mandatum.C.mand.dicitur, mandatum reintegra domini morte finitur, & ibi dicit Saly. quòd mandatum in negocio ſingulari non finitur morte mandantis. & ibi Saly. dicit mandatum morte diſſolui. commodo intelligatur, vbi facit optimam diſtinct. & longam, vbi dicit: Omnia recolligendo, & concludendo ſub breuitate, ita diſtinguo, ibi videbis. item finitur mandatum renunciatione procuratoris, quæ fit reintegra: poſtea vero nõ niſi cauſa cognita, vt dictum eſt, in reuocatione: & idem intelligitur in reuocatione, vt.ff.de proc. l.mutari, el.ll.prece. & ſequente, & inſti.mandati.§.mandatum, ſed aduerte, quòd procurator in rem ſuam non poteſt reuocari, ita Bal.in l.ſi pater.C.manda. vbi dicit mandatum actionum põt reuocari, niſi ſit mandatum in rem ſuam, in dubio autem non præſumitur in rem ſuam, niſi præcedat cauſa cedendarum actionum, vt in l.per diuerſas.C.mand. vbi tractatur materia ceſsionis, & ibi dicit Bal. quòd inſtrumentum ceſsionis requirit titulum, & pretium datur pro iure ceſſo. & vide tex.in l.procuratore in rem ſuam.ff.de procu. & procurator fiſci præſumitur emere de pecunia fiſci, & non ſua, vide gl. & doct.in.l: facultas, de iure fiſci, lib.x. & vide Cyn. & Bal.in l.pe.C.ſi cer.pet.ſed procurator Cæſaris intelligitur conſtitutus cum libera, Bar.in l.i.ff.de off.proc.cæſaris, etiam procurator vniuerſitatis, Bal. & doct.in l.præſes.C.de transacti. & Alex.in l. ꝓcurator cum libera.ff.de procu.ſed procurator Cæſaris cognoſcit de cauſa vertente inter fiſcum, & priuatum.l.mancipia.C.de ſer.fug.l.ii.C.de ſen.quæ ſine certa quanti.procu. & procurator, vniuerſitatis non poteſt reuocari per ſingulos vniuerſitatis Bal.in l.ii.C.de ſer. & nota quod procurator abſentis dandus eſt eius bonis.l.ad hoſtibus, & ibi Bar.ff.ex qui.cau.maio. & notatur in l.ii.ff.de priuil.cred. & in l.i.de priuilegium, eo ti. & in rub.de cur.bo.dan. & in l. ſi pupillus.§.i. de tu. & ratio.diſ. & aduerte quòd procurator pro ſocio abſente admitti in ſocietate, Bal.in l.exigendi.C.de procu.arg.l.idemque.ff.pro ſoc. & qui ſe abſentad an teneatur procuratorem admittere vi.Spec.in tit.de citatione.§.iiii.ver.hoc ordine, & vi.Alex.in l.ii.de diuer. & tempo.præſcrip. & vide Bal.in l.ab eo.C.commo. & dic.quòd reuerſurus eſt in breui non tenetur dimittere procuratorem, vt per Ang.in l.antiquitas.C.de teſta. & tenet Io.de Imo.in l.quæſitum, de re iudi.ff. & nota quòd procurator hodie iurat de calumnia. & non debet iurare.c.ii.de iuramen.calum.in vi. & Alex.in l.non ſolum.de procu. & Phil.Corn.in conſi.lxxxvi.in.ii.par. & ſi ſit contumax.in nõ iurãdo de calum.vi.Alex.poſt Bar.in l.certum.§.ſed an ipſos, de confeſsis, ideo poteſt iurare procurator fidelitatem domino feudi, & petere inueſtituram, Bal.in c.i.quo tempore, miles in vſib.feu. & in c.i.§.fin.per quos fiat inueſti. & licet procurator iurauerit de calumnia. tamen dominus tanquam legalior cogitur iurare. Ita Inno.in c.fi.de iur.calum.ſed ſi procurator fuiſſet cõſtitutus poſt iuramentum calumniæ nihilominus debet iurare, ita Spec.in tit.de iur.calum.§.ii.verſic.ſed nunquid hæres, & verſi.fi.idem ſi ſit ſubſtitutus ſecundum Inno.in c.i.de iura.calum. & procurator iurans in animam domini debet dicere ſic, iuro quòd principalis meus dicet veritatem per me, ita Hoſt.in c.accedens, de præben.Io.and.in c.præſentium, de teſti.in vi.notatur in c.fin. de iuramento calum.in vi. & Innoc.in c.præſentium.ii.de teſti.vel dicet ſic iuro in animam domini quod ipſe hoc ſeruabit ſic Deus ipſum adiuuet ſecundum Card.in cle.i.§.ii.de iure iurando ibi videbis: & nota quod procurator agit actione mandati ad expenſas quas fecit in cauſa pro domino.l.i. & ibi, Bal.C.mand. Item poteſt retinere inſtrumenta donec dominus, reſtituat expenſas.l.ſumptas.ff.de pact.l.in cauſæ §.fi. & l.qui proprio.§.fi.ff.de procu. Adde Bart.in l.quæ omnia.§.i.eo.ti.facit, gl.in l.i.eo.ti. & in l.ſi non ſortem.§.ſi centum ff.de condit.indeb. & poteſt procurator proſequi litem etiam mortuo domino l.nulla, & ibi doct.C.de procu. & Alex.in l.ſi cum hominũ ff.de fideiuſſo. vt iam dixi: Et poteſt procurator agere in cauſa matrimoniali, Bar. & doct.in l.nihil C.de procu. & procurator agens coram iudice layco poteſt reconueniri coram eccleſiaſtico, Bar.in l.ſed et hæ.§.non ſolum, ff.de procu. & procurator conuenitur ſi ſinat ſe corrumpi per aduerſarium, l.eleganter.§.pe.ff.de dolo, glo, in l.i.§.ſed & hæc conſtitutio.de calumnia. & procurator reconuenti tenetur preciſe defendere in caſu reconuentionis, Ang.in l. ſed et hæ, §.defendere, ff.de procu. & ibi glo.de quo per Bal.in l.actionem, C.de procur: & Cardinalis in clem.i.de procu.ſed ſi producit falſos teſtes de mandato domini non tenetur de falſo, ſed dominus Pau. de ca.

in

in l.iii.§.ſi procurator.ff.quod quiſque iuris,vbi dicit Bar.vbicunque mandatur id quod eſt dilectum mandans non videtur proprie facere:& ibi dicit Bar.ex imperatione procuratoris habẽtis ſpeciale mandatum,vel ratihabitione ſequta coercetur dominus:ſecus ſi habeat generale, vel ſit in rem ſuam:tunc coercetur procurator,tutor vero ſemp,ſed ſi procurator falſi fiat acta nocet domino,vt per Innoc.& docto.in.c.i.vt lite non conteſta.& an & quando factum procuratoris noceat domino vi.Panor.in c.dilectus de procu.& vide eundem in d.c.i.vt litem non conteſt. in iiii.col.vbi dicit,ſecundum Hoſt.procurator meus contrahendo,vel quaſi confitendo,iudicium ſubeundo negligendo in his,quæ ſunt ſibi commiſſa,& poteſtatem habet mihi præiudicat,delinquendo vero,vel quaſi dolum,vel contumaciam committendo,mihi nõ parit præiudicium ignoranti,ſcienti vero,& ratificanti tacite,vel expreſſe, vt cum non purgo,quòd purgare poſſum mihi præiudicat:& hoc ante litem conteſtatam locum habent poſt litem vero conteſtatam mihi præiudicat,vnde & aduerſarius de dolo procuratoris contra me excipit. procurator tamen mihi tenetur, vt in l.eleganter.§.pe.ff.de dolo,& ff.de eo per quem fact.eſt.l.fi.i.reſpon.& hoc de procuratore ſpeciale intelligenda ſunt:dolus enim procuratoris generalis omnium rerum nocet.ff.de doli excep.l.apud celſum.§.quæſitum,Innoc.vero multa proſequitur ſuper tex.intricate more ſuo, ſecundum Panor.in d.ca.i.vbi examinat nunquid procurator noceat domino in omittendo: & ibi dicit,quòd contumacia procuratoris nocet domino in his,quæ ſunt parui præiudicii,ſecus in his quæ ſunt magni præiudicii.& ibi dicit quòd contumacia procuratoris non impedit quin dominus poſsit appellare,niſi dominus ſciuerit,& non purgauerit,& ibi etiam examinat nunquid procurator noceat domino in aliquid faciendo.ibi videbis:& dicit quod in generali mandato veniunt ea quæ ſunt de natura actus.dicit ibi etiam an confeſsio procuratoris ſiue adminiſtratoris an noceat domino:ſed dicit quòd confeſsio procuratoris per iudicat domino in reſponſione facta poſitionibus ſiue vere,ſiue ficte,puta per contumaciam:ſed confeſsio procuratoris, pôt per dominum reuocari,dicit etiam ibi quòd cõfeſsio principalis in vna cauſa: facit ſibi præiudicium in alia cauſa,ſecus in confeſsione procuratoris.& multa dicit ibi dominus Panor.adde ad eo, quæ iam diximus,tutor,vel curator an & quando poſsint præiudicare pupillo,vel adulto.ibi vide Panor.ad finem.& de modo procedendi contra abſentem , & de ſolennitate citationum plene tractatur,in c.cauſam,de dolo & contuma.& in c.ad petitionem,de accuſa.& in c.conſuluit,de officio deleg.& an & quando procurator reuocetur,& commodo,& qualiter. Vide Fely.copioſe, in c.ex parte decani,de reſcrip & de hoc iam ſ.diximus.& niſi procurator ſit reuocatus ex iuſta cauſa non poteſt dominus in iudicio ſtare poſt litem conteſt cum procuratore,ita Spe.in tit.de actore,verſi qui procuratorem:& in tit.de litis conteſt.§.fi.ver.item poſt eam,Et nota quòd procurator ledens dominum tenetur ad intereſſe ſi eſt ſoluendo,alias datur reſtitutio domino.l.ſi mandato domino,& l.eleganter.§.ſi dolo,& ibi Bar.& Panor.in c.cum veniſſent,de reſti.in integ. & ibi declarat Bar.reus quando dicetur eſſe paratum ſubire iudicium,vt ceſſet actio de dolo. & nota ad hoc bonum tex.in d.c.cum veniſſent,de reſti.in integ.vbi dicitur quòd reſtitutio in integ.competit eccleſiæ læſæ,quia eius procurator non produxit ſua iura: & ibi dicit Pano.quòd regula iuris habet quòd quando dominus,læditur ex dolo procuratoris,debet primo dominus agere contra procuratorem,& ſi non eſt ſoluendo,poteſt in ſubſidium petere reſt.in integ.vt in d.l.eleganter, §.ſi dolo.ff.de dolo,& procurator tenetur de leui culpa Bal. poſt gl. in l.a procuratore.C.mandati,etiam ſi læſit dominum in modico.l.cum per procuratorem,& ibi Bal.C.mandati, & procurator ad lites tenetur etiam de culpa leuiſsima,ita Bal.in d.l.cum per procuratorem.C.mand. & in l.quæ fortuitis. C.de pig.act.& ibi vide Bar.& in d.l.à procuratore.C.mand. Nunc de contractu locationis dicamus,in actione autem locati.venit leuiſsima culpa,quando eſt commiſſa in faciendo,ſecus ſi ſit commiſſa in omittendo,vt per Bar.in d.l.quòd nerua.ff.depoſi.quia culpa leuiſsima in faciendo æquiparatur leui culpæ in omittendo.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi cum maritus.ff.ad l.aquil.& l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſol.ma.vbi vide Bal.& Pau.de ca.pro intellectu prædictorũ Bal.tamen tenet contra,quem ſequitur Saly.in d.l.ſi nulla.C.de pig.act.per motiua , quæ videte ibi.nec obſtat caſus in l.ſi merces.§.qui columnam.ff.locati,vbi dicit text.quòd à locatore abeſt culpa,ſi fecit omnia,quæ diligentiſsimus eſſet facturus,ex quo videtur quòd de leuiſsima teneatur per ſupradicta:& poteſt dici.& verius quod culpa ab eo abeſt,ſi non fecerit,quæ diligentiſsimus eſſet facturus:ſed non ſequitur,ergo de leuiſsima tenetur . nam ſtatui videtur in creditore, in l.ſi nulla,iam allegata.& tamen de leui tantum tenetur,vt inſti.qui.mo.re.con.oblig.§ fina. ex quo infert,Salice quòd quando lex dicit aliquem de culpa teneri.Et aliter non dicit debemus intelligere de illa quam requirit ſubiecta materia ſecundum diſtinctionem quam ponit iuris conſultus,in d.§.nunc videndum,quo vero ad actionem tutelæ quid veniat in ea, cum gratia tantum pupilli geratur : dicunt doct.maxime Barto.quod venit in ea lata culpa,& leuis,in l. quidquid. C.arbi.tute.& exemplificat ibi,gl.de l.periculum.ff.ſi cer.pet.& de l.i.§.officium.ff.de tute. & ratio.diſtra.puta ſi tutor ſit negligens rationes conficere,& confectas exhibere,hinc eſt , quòd dicit ibi Bal.quod ita præſumitur contra illum qui non facit codicem rationum,ſicut contra illum

qui

qui non facit inuentarium, vt ſ. dixi. Et idem dicit tenuiſſe Iacob. de Aret. & Raymundum, facit lex. ſi quis cum ſalſo. §. i. ff. de fal. tutor. autem tenetur facere inuentarium, & ſi non faciat tenetur ad intereſſe declarandum, per iuramentum in litem, argum. ff. de adminiſtra. tutorum. l. tutor qui repertorium. fallit tamen dictum præcedens, in duobus caſibus, in quibus tutor non tenetur niſi de lata culpa, in l. nomina. C. arbitrum tutelæ, & l. tutor qui repertorium. §. competit. ff. de admini. tuto. & ſecundum hoc dicit Bar. quod glo. quæ eſt in inſti. de ſuſpec. tut. §. ſuſpectus. quæ videtur velle, quod tutor remoueatur propter leuiſsimam culpam non bene dicit melius ſentit, gl. in l. i. §. i. ff. de ſuſpect. tuto. & ſi quis dicat quòd tutor teneatur propter induſtriam, & bonos mores, vt l. ſcire oportet. §. pen. ff. de tut. & cur. d. ab his, hoc videtur teneri de leuiſsima, vt ſ. dictum eſt in mandato ad lites, reſpondet Bar. quod hoc eſt ideo qui tutelæ officium aſſumitur ex neceſsitate, ideo in hoc releuatur, quòd ſolum de lata, & leui tenetur, arg. l. poſt legatum. §. aduocatum. ff. de his qui. vt indig. facit lex cum quidam. C. de admi. tuto. & l. procurator qui pro emptione. ff. de procu. diximus de actione tutelæ, & de contractibus, nũc aliqua de tutelis dicamus, & quia inter quaſi contractibus dignior eſt tutela, audiamus de tutorib. & ſic de tutelis. & quia tutela, alia teſtamentaria, alia legitima, alia datiua, & teſtamentaria dignior eſt cæteris primo de teſtamentaria dicamus. Videamus ergo generalia omnium tutelarum. ſ. quid ſit tutela, & vnde dicatur, & cui detur tutor: poſt modu dicemus ſpecialiter de teſtamentaria. eſt autem tutela vis, & poteſtas in capite libero ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit iure ciuili data ac permiſſa, vt inſtitu. de tutelis. §. i. & ff. de tute. l. i. ideo autem dicitur vis, & poteſtas, quia eſt violenta poteſtas, datur enim inuito, vel non petenti, vt ff. de tute. l. ii. & in hoc differt a cura, quia curator non datur niſi volenti, ſiue debeat dari impuberi, ſiue puberi, diſtinguitur tamen in aliquo pubes ab impubere, nam puberi non datur niſi non volenti, propter quam ad litem, vt inſti. de cura. §. item inuiti. Impuberi vero datur etiam in litem, ita demum ſi impubes alium velit conuenire, ſi autem impubes ab alio conueniatur, non accipit quidem curatorem inuitus, ſed tamen prætor cogit eum, vt velit, vt. ff. de tutel. l. ii. §. ſi pupillus, vel forte non cogit inuitus accipere hũc puta Petrum, ſed cogitur aliquem nominare, quem accipiat. item dicitur in capite libero, quia tutor non poteſt dari ſeruo, vel ei qui eſt in aliena poteſtate puta: Petro qui eſt in patris ſui poteſtate. Datur enim ei qui ſui iuris eſt, vt inſti. de tutelis, in principio, in cauſa tamen etiam impuberi ſeruo datur tutor, puta ſi quæſtio ſit de impuberis libertate, dabitur enim tutor ei qui de ſtatu ſuo litigat, & ita demum tenebit datio ſi liber eſt, ſub audi vſque ad libertatem. Nam vſque ad finem cauſæ tenet propter dubitationem etiam ſi liber non eſt, ſed ſi vere liber eſt. tenet datio tutoris vſque ad pubertatem. vt. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ei qui, & l. curator, poſset etiam ad prædictam cauſam dari curator, vt ille ea finita deſinat eſſe tutor, alioquin permaneret vſque ad pubertatem, ſi impubes ſit liber, vt in prædicta. l. curatore, & qui. da. tu. vel cura. l. i. tutor autem certe rei, vel cauſæ non datur, & ſi datus fuerit non tenet: ſed perſonæ datur eius vniuerſo patrimonio adminiſtrando, vt inſti. de tutelis. §. certę autem rei, & de excuſa. tu. §. datus. & ff. de. tutelis. §. certarum, & l. & ſi. & l. & quia. item & vere ſeruo, & impuberi datur quandoque tutor propter ſpem libertatis omnino præſtandam. nam ſi ei libertas, & hæreditas per fidei commiſſum data eſt & hæres inſtitutus adire noluit, dabitur impuberi tutor qui eum adire cogat. et tutelam retineat quouſque reſtituatur hæreditas, vt. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. ſi impuberi, ideo dicit ad tuendũ eum, quia tutoris poteſtas non eſt impubere. ſed in impubere. & ideo dicit propter ætatem quia tutor datur maſculo minori. xiiii. an fœminæ vero minori. xii. vt inſti. quib. mod. tutela finiatur, in princ. datur nato naſcituro non. l. ſi nemo. §. fi. ff. de teſta. tute. vbi dicitur, de eo quòd quis gerit ante quam naſcatur poſt humus tenetur actione negocio geſtorum, ſi vero poſt eum natũ gerat in actione tutelæ deuoluitur, ſi autem tutor datus fuerit puberi ipſo iure non tenet datio, vt nec ſit opus excuſatione, nec ideo tenet quia non gerit, vt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ſcie. Item nota. quod illud quod dicit iure ciuili data refertur ad datium tutelam, vel ad legitimam tutelam q. d. inſtituta, quod dicit ac permiſſa refertur ad teſtamentariam, itaque omnis tutela, aut eſt teſtamentaria, aut legitima, aut datiua, dicitur autem tutela a tuendo inde, & tutores qui eam vim, & ptãtem habẽt, quaſi tutores, & defenſores, vt. ff. de tu. l. i. & inſti. de tute. §. i. datur impuberi tutor vt dictum eſt, et ſiue furioſus ſit, nec dabitur ei curator, vt furioſo, vt magis ætati quam dementię ſemp ſit conſulendũ, vt. ff de tu. l. iii. datur tutor certus, & non incertus. Nam ſi duo ſunt titii, pater, & filius, & datus eſt titus, nec apparet de quo ſenſerit teſtator, nõ deficit ius, ſed probatio, ergo tutor neuter eſt, vt. ff. de teſt. tu. l. duo & l. tutor, incertus. itẽ datur priuatus, & magiſtratus, vt d. l. tutor incertus. §. i. datur tutor maſculus nõ fœmina, quia id munus maſculorum eſt. hodie tñ de iure actenti, cõfirmari põt tutela matris, vt in auct. de hær. ab int. §. ex his, col. ix. trãſũptiue, in autẽ matri, & auie. C. qñ mulier tutelæ officio fungi poteſt, vbi dicitur, mater & auia renuncians inter alia nuptiis, & velleiano non extantib. teſtamentariis præfertur legitimus, & datiuis fœmĩois aliis interdictis, ſequitur tex. in aucten. ſacramentum, vbi litera dicit. Sacramentum quidam non erigitur: ſed contractus nuptiis expelli eam à tutela conuenit, & ibi Bal. diſtinguit tres caſus.

nam

nam aut mater uunquam fuit tutrix, aut mater ſuſcepit tutelam , & tunc antequam tranſiret ad
ſecunda vota fecit alium ordinari loco ſui, & ille præfertur legitimo , quia ſuccedit loco matris
quando præferebatur. Tertio caſu quando mater exiſtens tutrix tranſiuit ad ſecunda vota alio
non petito,& tunc nouus tutor non ſubrogatur loco matris,& ideo videtur quòd legitimus præ
feratur,ibi vide Bal.quærunt doct.ſi mater quæ tranſiuit ad ſecũda vota remaneat iterum vidua,
vtrum poſſit aſſumere tutelam ? Bal.concludit quòd non:ratione præcedentis ſuſpitionis, & ra-
tione tacite renunciationis,ibi vide perſeum.item datur tutor etiam ille qui non eſt ciuis einſdẽ
ciuitatis cuius eſt teſtator,vt ff.de teſta.tu.l.quæro, licet præcedere poſſit excuſationem , vt ff.de
excu.tu.l.vlt.§.vlt.dare autem poteſt tutorem filiis impuberibus pater qui habet eos in poteſta
te,non mater,non patronus,ſi autem mater dederit filio impuberi quem inſtituit hæredem tu-
torem cauſa cognita fiat confirmatio quaſi in rem ſuam,potius quam in perſona videatur tutorẽ
dediſſe,vt.ff.de teſta.tut.pater,& l.qui tutelam.§.vlt.dare poteſt pater tutorem filiis,filiabus,tam
natis,quàm naſcituris,ſed non econuerſo,quia in maſculino continetur fœmininum, ſed nõ ecõ
uerſo,ſi autem dederit quis tutorem poſt humis videtur dediſſe tam filiis,quàm cæteris liberis.ſ.
nepotibus,naſcituris.nati autem liberi non continentur appellatione poſthumorum. item libe-
rorum appellatione continentur nepotes,ſed appellatione filiorum non continentur nepotes ex
interpretatione legis,& vſu vulgari,de hoc inſti.de teſtam.tute.§.vlti.& ff.de teſta.tu. §. ſi quis fi-
liabus.& l.quid ſi.& l.ſi quis ita.& de verb.ſig.l.nomen familiarum,& lege liberorum,& de leg;
ii.l.ita ſcripſit,item certum eſt quòd nemo ſe poteſt dare tutorem,nõ ergo tutor erit qui ſe tuto-
rem aſcripſit.l.ex ſententia.ff de teſta.tut.& l.vxori.§.i.ad l.corn.de fal.tenet datio tutoris in per-
ſonis filiorum quos teſtator ſciebat ſe habere,non in perſonis , eos quos credebat deceſsiſſe , vel
natos non eſſe,quia de eis non conſenſit,licet nomen filiorum eos admittit.l.ſi quis ita.§.ſi quis
eſt.ff.de teſta.tut.nepotibus autem ſuis ex filiis natis quos habet in poteſtate ſua dabit auus tuto
rem,ſi non ſunt recuſari in poteſtate ſui patris quòd acciderit ſi pater eorum viuit, & non exiuit
de poteſtate ſui patris,vt.ff.de teſta.tu.l.i.& inſti.de tutelis,§.permiſſum,filiis autem emancipitis
vel nepotibus emancipitis.parens autem non poteſt dare tutorem, ſi tamen dederit confirmatur
datio omnimodo.i.ſine inquiſitione, niſi cauſa propter quam videbatur eſſe datus in eo mutata
ſit,vt ex amico inimicus,vel ſi ex diuite pauperior ſit factus,vt.ff.de teſta.tute.l.pater, & inſtit. de
tute.§.vlti:dari poteſt tutor,in teſtamento pure.Et in diem,& ſub conditione,vt inſti.de teſta.tu
tela.§.ad certum tempus,& ff.de teſt.tut.l.tutor datus.§.tutorem,& l.ſi quis ſub conditione.ſi au
tem plures conditiones apponantur ſi quidem copulatiue ,omnes implende ſunt ſi alternatiue,
ſatis eſt vnam impleri;ſi vero ponantur diſſolute, vel in diuerſis partibus teſtamenti nouiſsime,pa
rendum eſt,vt ff.de teſta.tu.l.tutor datus.§.vlti.& l.ſi hæreditas.§.i.ſic autem poteſt dari quis , vt
ſit tutor ſi velit.l.tutorio recte.ff.de teſt.tu.dari poteſt tutor,vel in teſtamento ſolenni, vel in cõ
diciliis teſtamento confirmatis.Et ſemper videntur eſſe teſtamento confirmati hodie,ſi teſtamẽ-
tum præcedat,vel ſequatur codicilios,vt.l.iii.ff.de teſt.tute.& inſti.de codicillis.item ſiquidem da
ti ſunt tutores in teſtamento, & ali dati ſunt in codicillis omnes erunt tutores , niſi poſteriorem
dando priorem reprobauerit teſtator,vt.C.de teſt.tu.l.& ſi a patre,&.ff.de teſt. tu.l.tutor datus,
& incipit tenere datio tutoris ab adita hæreditate ſaltem ab vno hærede adita hæreditate. Si ve-
ro nemo adierit hæreditatem nihil valet ex his quæ in teſtamento ſcripta ſunt. vt de teſta.tu.l.ſi
nemo.vbi dicitur,non valent diſpoſita in teſtamento,niſi adeatur hæreditas ſaltem per vnum ex
pluribus,& ibi.vide Bar.& aduerte quòd tutor datus in teſtamento non ſatiſdat,quia ſufficit pa
ternum teſtimonium pro ſatiſdatio.vt C.de epiſc.audien.l.de creationib.§.i.& ff.de confirman
do tut.l.ii.ſed nec inquiretur,ſit locuples,an non,& verum ſit fidelis an non,quia fides eius eſt ap
probata à teſtatore,vt inſti.de ſatiſdatione tu.§.ſed hæc,niſi noua cauſa ſuperueniat,vt.ff.de teſt.
tut.l.pater.tunc enim non videtur duraſſe patris voluntas, vel niſi vetus cauſa abſcondita, & la-
tens detegatur,vt quia male morigeratus erat, vel pauper factus quæ neſciebat teſtator. Nam in
his omnibus ſequitur prætor vtilitatem pupillorum,& non ſcripturarum teſtamenti, vel codici
liorum,vt.ff.de confirma.tu.l.in confirmando, & l.vtilitatem. ſed tutori etiam teſtamentario de-
bet,per iudicem prius decerni adminiſtratio.l.iiii.ff.de auctoritate tutorum, Saly. & doct.in l.fi.
C.arbitrium tutelæ Bar.in.l.legitimos.ff.de legitimis tuto.ſed teſtator poteſt remittere expreſſe,
vel teſtator ipſe decernet adminiſtrationem Bar.ibi.item nota omnia,in filiis legitimis , & natu-
ralibus tantum quantum ad res quas dederit pater vſque ad legitimum modum, fiet enim cõfir
matio cum inquiſitione,vt C.de confirmando tu.l.vl.& l.naturali.ff.de confi.tu. Item quantum
ad naturales,& legitimos,ſi eis dederit in teſtamento tutorem pater non diſtinguitur ſint hære-
des inſtituti ab eo,an non,vt.ff.de teſt.tu.l pater.ſi vero mater dederit tutorem filiis, aut inſtituit
eum hæredem,aut non,ſi inſtituit debet quidem datio confirmari,quia ex ſe non tenet. cauſa ta-
men cognita cum inquiſitione,vt in l.i.C.de confir.tu.& C.de teſt.tu.l.mater,& remittitur ſa
tiſdatio,vt l.i.ff.de teſt.tu.& ex hoc notabis quod confirmatio non fit ſine inquiſitione alias à iu-
dice,& ſine inquiſitione,& cum inquiſitione poſſit dari.vt inſti.de ſatiſ.tu.§.item niſi dicas , vt

G.ſolitus

G.ſolitus erat dicere ex tenore græce conſtitutionis hoc emendatum,vt inſti. de atiliano tutore. §.non autem,ſi vero mater non iuſtituit eos hæredes,non habet neceſſe prætor tutores ab ea deſignatos confirmare,conſueuerunt tamen confirmare.Et ſi viderit prætor expedire populo,poterit confirmare tutores,vt in l.mater.C.de confir.tutor. vel cur ſi autem extraneus dat tutorem, nec tenet dstio, nec confirmatio , niſi pupillum inſtituit hæredem extraneum.l.ſi patronus.ff.de teſta.tut.vbi dicitur,quilibet poteſt dare tutorem impuberi quem iuſtituit,ſi nihil aliud habet. & forte non remittitur ſatiſdatio,vt in l.tutores.ff.de teſta.tu.vbi dicit Bal.per illum tex. ad magiſtratus qui tutores confirmant ſine inquiſitione,& fideiuſſores non recipiunt pertinet periculum adminiſtrationis,itaque ex ſupradictis collige,quod tutor datus in teſtamẽto non ſatiſdat. & tutor datus in teſtamento à patre filiis ſuis legitimis,& naturalibus confirmari debet, & collige etiam quod confirmatio tutoris fieri non debet ſine inquiſitione,quoniam deficiente tutela teſtamentaria ſuccedit ea quæ dicitur legitima,dicamus quibus deferatur,& quãdo & quod ſit eius officium.Sciendum eſt itaq; deferri eam agnatis ſunt autem agnati qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt quaſi a patre cognati, veluti frater eodem patrus natus, fratris filius, nepos,vel ex eo,atqui per fœminini ſexus perſonas iunguntur cognatione nõ ſunt agnati, ſed alias naturali ratione cognati.itaque amitte tuæ filius non eſt tibi agnatus,ſed cognatus,& inuicem tu illi eodem iure coniungeris,quia qui naſcuntur patris , & non matris familiam.i.agnatiuam cognationem ſequuntur,vt inſti.de legi.tut.i.res,& §.i.& ff.de legitima tut.l.ſi vir . Ideo autem non deferebatur tutela cognatis,quia nec ſuccedebant, vt in l.auunculus.C.de legit.tute.Illud quæri poteſt an olim cognati vocarentur ad tutelam deficientibus agnatis,cum ad ſucceſsionem p prætorem eis deficientibus admitterentur,vt.ff.quis.or.in bo.poſſ.l.i.hodie vero conſtat nec imputatur eis ſi tutorem petitum non accuſauerunt ſuſpectum,imputatur tamen eis ſi petierunt ſciẽter tutorem minus idoneum.idoneus.n.debet eſſe tutor moribus,& facultatibus,ſi tamẽ ſit idoneus facultatibus tantum excuſantur qui petierunt.item oportet eos qui petierunt tutores compellere ad agendum:& quod dixi in tutoribus,vel curatoribus impuberum,eſt intelligẽdum, vel furioſorum, vel ventris,& imponitur prædicta pœna his qui proximi ſunt impuberi in ſuccedẽdo,ſequentes enim fiſco repulſo ſuccedunt,vt.ff.ad Tertul.l.ii.§.ſi mater.vſque ad illum.§.tractari.& §.vlti.& de legitimis hæredi.h.l.ſciant.& C.ad Tertul.l.matris,& l.omnem, & ff.qui petãt. tu.vel cur.l.i.& l.diuus.& l.vltiã.reſpon.§.vlti.& §.penul.& C.qui petant.tu. vel cu.l.matres.& l.matribus.nec excuſatur mater à prædicta pœna,quia non eſt legitima mater , vel ideo quia dicit ſe erraſſe in iure.vt C.qui petant.tut.l.vltima.vbi dicitur.mater debet petere tutorem filio naturali ſicut legitimis,alias ei non ſuccedit.Et error non excuſat.quia eſt error iuris quaſi naturalis,& quia tractatur de lucro,& non excuſat iuris ignorãtia quia verſatur circa ea quæ ſunt quotidiana,& frequentia,quod multum nota.& dico quod multominus excuſabũtur, agnati, vel cognati impuberis,eſt enim error(vt dixi)in iure naturali, vel quaſi naturali, & ideo eſt puniẽdus, vt dicitur in liberto temere vocante patronum in ius, vt C.de in ius vocandi.l.venia.itaque mater debet petere tutorem filio,etiam naturali tantum.imo etiam debet petere filio ſpurio tutorem, vt inſti.de ſucceſſ.cogna.§.vlti.ſecus eſt de nato ex damnato coitu nam iſte de iure non habet patrem,neque alendus eſt,vt per Petrum de Bel.pert.in.d.l.ſi.& dicit etiam quod iuris igno.non excuſat,vt l.error.ff.de iu.& fac.ign.& dicit quæ eſt ratio huius.l.ſi.credo quod hæc ſit ratio, quia quotidiana ſunt vel per facti frequentiam nota ſunt,vel debent eſſe nota.ſic intelligo,hic & in.l. notatur.ff.de his qui not.infam.vel dic,quod in filiorum hæreditate eſt debita iure,non tamẽ eſt ei vere debita.C.de cura.furio.l.ii.& de hoc habebis.C.de iu.& fac.igno.l.ii.& l.iii.ita Petrus , in d.l.ſi.Item ex neceſsitate petunt ſibi curatores adoleſcentes in lite.vt C.qui petant.tu. vel cura.l.i.vbi per illum tex.dicit Saly minor debet admoneri quod petat curatorem ad lites, & ſi admonitus non petit etiam eidem abſenti,& inuito dabitur, & nota ſecundum Bal.praticam,& ordinem.d.l.i.& adde quod minor citatus ſemper debet comparere legitime,& de hoc habes.gl.notabilem in l.ſi minor.de bonis aut.iu.po.& ibi dicitur quod debet facere hoc etiam ſi non exprimatur in citatione.& notabis quod illud quod dicitur quod inuiti accipiunt curatorem ad litem debet intelligi ſeruato ordine.d.l.i.quia primo debet admoneri.Item in pluribus in omni negono præterquam in litem,niſi lis ſit forte agenda cum tutore,vt.ff.de tutelis.l qui habet.§.ſi pupillus & §.ſi.vbi dicit Bar.per illum tex.propter litem quam quis habiturus eſt cum tutore, vel curatore,datur curator,qui non datur niſi petenti,& præſenti item quis cogitur petere, vt dixi . & per Bar.in.d.l.qui habet.§.ſi pupillus.& ibi dicit tex.in.§.ſi.quod tutor ſimpliciter ad litem datus intelligitur datus ad omnes lites quas pupillus habet cum tutore cum quo litigare intendit.& nota quod in eo loco petendi ſunt tutores,vel curatores minoribus,vnde ipſi ducunt originem, vel ex perſona matris.Item & in eo loco vbi ſunt eorum facultates.ſi ergo alibi ſunt , vel morantur non dico iure domicilii reſtituendi ſunt,vel redire debent in alterum prædictorum locorum, vt magiſtratus eorum locorum his minoribus quam primum legitimos defenſores conſtituant,vt C.vbi petant.tuto.vel cur.l.i.vbi dixit Bal.per illum tex.in loco originis,vel domicilii conſtitui-

tur

tur tutor,& curator minoribus,non vbi non habent originem,vel domicilium . & Salyce.dicit in d.l.i.tutor vel curator debet peti vbi pupillus originem trahit,vel maiorem partem facultatū habet & domicilium.& ſupple tex.ibi facultates.ſub audi & domicilium, ſecundum Dyn. Ray. & Bar.& Salyc.& in d.l.i.dicitur curatores,dic generales.& non ad litem.vt.C.de adminiſt.tut. & l.fina.& nota.quod iudex facultatum dumtaxat tutorem non dat,ſed iudex domicilii, vel originis,vt.ff.de tuto.& cura.da.ab his.l.i.in fina,& probatur in dicta l.i.in fine.C.vbi peta.tut. vbi litera exigit quod vbi patrimonium habet,ibi moratur.i.domicilium habebat, alias non dat tutorem propter ſolum patrimonium.quod confirmatur ratione , quia tutor datur perſonæ.l.i.ff. de tute.l.quia peſonæ.ff.de teſta.tute. ſed iudex facultatem tantum nullam iuriſdictionem habet in perſona pupilli,quia non eſt ei ſubiectus ratione originis,vel domicilii ergo &c. ita Saly.in d. l.i.& nota quod iudex originis dat tutoras,& curatores,& etiam iudex domicilii,ſed an iudex loci vbi ſunt facultates poſſit dare tutores ? eſt dubium,vt conſtat ex ſupradictis.Et aduerte quod iudex originis poteſt dare tutorem,qui præſit bonis qui non ſunt in territorio, ſuo eſta eſt veritas ſecundum Bartol.in dicta.l.i.& Saly.in.d.l.i.tamen cum Bart.& iudex loci poteſt dare tutorē de bonis quæ ſunt in territorio ſuo,& ſic non obſtat.l.pupillo.ff.de tu.& cur.dat. ab his.& nota. quod vbi pupillus eſt originarius.Et vbi contrahit originem per patrem.filius vtriuſque loci originarius eſt,& locus originis patris non præfertur origini filii,vt per Petrum de bell.pertica in dicta.l.i.& ibi dicit atiam cum Bar.licet antiquior illo quod Roma eſt communis patria l.Roma ad muni. non enī datur tutor alicui ibi niſi pro bonis, quæ ibi habet,vt.ff.de tu.& cu.da.ab his.l. pupillu.hæc ille.quæro vbi curatores petantur ? reſpondeo ſi quæratur de curatore qui principaliter datur perſonæ,idem dico quod de tutore dixi. ſi vero de curatore qui datur rebus vbicū que ſunt res poteſt nouus curator dari,vt.ff.de excuſa.tu l.iuriſperitos.§.cum oriundus, & ff.de cura.bo.dan.per totum.Sed de curatore qui datur liti.vi.l.fina.§ ſed & ſi quis.C.de admini. tut. & nota quod in volumine,Codicis,eſt rubrica de tutoribus, & curatoribus illuſtrium , vel clariſsimarum perſonarum ibi videbis.Et etiam eſt alia rubrica.qui dare tutores,vel curatores , & qui dari poſſunt,vel non ibi videbis.Sed adde ad ea,quæ ſuperius diximus, quod triplex eſt domicilium,vnum,mere,neceſſarium.& irrepudiabile,vt domicilium originis vere . & de iſto non dubitatur,vt in l.i.C.vbi petantur tuto.vel curato.& l de pupillo.ff.de tutoribus,& curat. data. ab his.& in titu.de municipibus, & originariis, libro decimo . & aduerte ad ea quæ ſuperius dicta ſunt,quod tex.in.l.prima.dicit in loco originis,& incolatus,cogitur quis ſubire munera & in l.origine dicitur.origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi manifeſtum eſt . & in l.priuilegio de incolis libro decimo legitur.origo & domicilium facit quem vocari ad munera.& ciuilia munera per ordinem pro modo fortunarum ſubſtituenda ſunt, vt in l.prima , de munerib. patrimoniorum . Et nota quòd municipes appellantur,recepti in ciuitate,vt in lege prima.ff.ad municipalem quodam domicilium eſt mere voluntarium à principio,vt recepti in ciuitate, vt dixi,& iſtud non poteſt pupillus,& per conſequens nec ibi tutorem petere,vt in l.prima.C.vbi petantur tuto.quoddam domicilium,eſt mixtum cauſatum à neceſsitate infinita rebus participans cum voluntate,& iſtud domicilium quod reipſa contrahitur,quando quis moram trahit vbi eſt maior pars fortunarum ſuarum.de quo per glo.in l.hæres abſens.§.fina.ff de iudic.vbi dicit tex. in loco domicilii,& in loco vbi eſt facienda ſolutio quis poteſt conueniri , & in dicta gloſſ.quam multum commendat Bar.dicitur forum quis multis modis ſortitur.ratione contractus.item non ne communis patriæ,vt Romæ.item ratione domicilii,ſcilicet vbi habet maiorem partem fortunarum ſuarum.item ratione manumiſsionis , vt libertus ſequatur forum patroni . item ratione originis propriæ,vel paternæ,item ratione militiæ,item ratione matrimonii,mulier ſequitur forum viri.item ratione ordinis,vel clericatus,vel ſtudii ſcholaſti.ſortitur quis forum,vel epiſcopi, vel magiſtri .item ratione curſus temporis,ſcilicet decennii.item ratione poſſeſsionis.item ratione conſtitutionis ſeu priuilegii.item ratione recōuentionis.item ratione delicti. & aduerte quod per domicilium ſupponitur quis & obligatur iuriſdictioni illius iudicis,& non mirandum, quia obligationes,quæ reipſa contrahuntur,ita cadunt in pupillum ſicut in maiorem , vt.ff. de negotiis geſtis l.prima.§.ſi furioli,& depoſiti.l.prima.§.ſi in pupillum,& de operis noui nunciatione l.operis.& nota quod iudex poteſt dare tutorem habenti tutorem.nam ſi tutor ſit abſens reipublicæ cauſa in locum eius,iudex poteſt dare alios tutores,vt.ff.de tutoribus.l.quæſitum.& de ſuſceptis tutoribus.l.tertia.§.ſi quis affuturus.item in locum muti,& ſurdi & furioſi tutoris,alii tutores dantur,vt.ff.de tutelis.l.penultima . & nota cætera videbis per doctor.in titulo,in quibus cauſis tutorem habenti tutor,vel curator dari poteſt.c.ſed tu notabis quod datur etiam à iudice adiutor : eſt enim adiutor ille quem tutor impeditus per ſe gerere conſtituit ſuo periculo auctoritate iudiciali ei conſentienti,& approbanti factum eſt,& iſte appellatur actor.vt inſtitut. de cura.§.vltimo,& C.de procuratoribus.l.neque & C.de appellationibus.l.ſi actor . & vide doctor. in titulo de actore à curatore,vel tutore ordinando.C.nunc . aliqua dicamus de adminiſtratione

tutorum,

tutorum vel curatorum: & de pecunia pupillari. ſed quia parum eſſet tutores creari niſi & creati adminiſtrarent ideo de adminiſtratione tutorum vel curatorum dicamus. cogitur autem quis adminiſtrare per præſidem pignoribus captis, ſicut cogitur quis ad quodlibet minus publicum autoritate & vtilitate vt C. de ſuſpectis tutor. l. iiii & inſtitu. de ſatisda. tutor. §. pe. & ff. de mune. & honori. l. ſi quis. & in auctent. de defenſori. ciuita. § interim non. col. iii. debet autem qui tutor vel curator adminiſtrare facto prius à ſe publico inuentario. & ſecundum Salicetum more facta ſibi prius traditione rerum, niſi teſtatores qui ſubſtantiam tranſmittunt, ſpecialiter inuentarium conſcribi vetauerint, vt C. arbitrium tutelæ. l. vltim. §. & forte fiet hoc inuentarium intra tempora deſignata, hæredi pro inuentario hæreditatis propter metum, creditorum, & legatorum ſ. infra tres meſes ſi res ſunt præſentes, vel intra annum ſi res ſunt abſentes, vt C. de iure deliberan. l. vltima. §. ſi autem dubius, vel forte quia animum videretur protendi tempus dic, faciendum inuentarium intra quatuor menſes. argum. C. de epiſ. & cleri. auten. presbyterorum iure cognationis: vel quod eſt verius fiet hoc inuentarium poſtquam ordinata fuerit tutela, vt C. de adminiſtratione tutorum. l. tutores, & cum ibi non diſtinguatur tempus intelligendum erit de quodam ſpatio temporis, neque minimo, neque maximo quòd magis intellectu percipi poteſt quam locutione exprimi. vt ff. de ſolutio. l. ratum. i. quam primum potuit, vt ff. ad tertulia. l. ii. §. confeſtim, & erit inuentarium faciendum in præſentia publicarum perſonarum, vt in dicta l. tutores. i. tabulariorum, vt C. de epiſco. & clericis l. orphanotrophos, & ſufficit vnus tabellio: ſed de confectione inuentarii, & de eius materia aliqua breuiter dicemus: & dicemus inuentarium quid ſit: & cur inuentum, & quæ ſint perſonæ quæ ad illius confectionem teneatur, & de requiſitis ad illud, & de rebus quæ in inuentario poni debent, & dicemus de tempore quo debet fieri inuentarium, & de loco quo debet fieri, & de modo conficiendi, & pratica quæ ſeruari debet, & de effectu inuentarium. quid ſit inuentarium dic. de mente doctor. quòd inuentarium eſt illud in quo reperta & inuenta in hæreditate deſcribuntur. iſtam diffinitionem ſentit glo. in l. tutor qui repertorium ff. de adminiſtratione tutorum, & fuit inuentum, vt fidelius impleatur voluntas defunctorum, vt in aucten. de hære. & falci. §. fin. col i. & l. fin. C. de iure deliberan. quia tunc non poterit hæres furari. & ſic non fraudulabit legatarios, & creditores, vt in aucten. de hæredi. & fati. §. ſancimus. col. I. & nota quòd aliquæ ſunt perſonæ quæ non dubitant de hæreditate adeunda ſiue ſit delata ex teſtamento ſiue ab inteſtato & iſte teneur omnibus creditoribus. l. fin. §. cum igitur. C. de iure deliberan. ſed quid ſi hæredes diuidat hæreditatem cum beneficio inuentarii. & inuentarium poſtea faciat an ſibi proderit. dico quòd ſic licet hæreditas ſit damnoſa, quia dubius de viribus hæreditatis adiuit, & dicit Ange. in l. i. §. hic ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. falci. quòd debet proteſtari ſiue prædicere ſe confecturum inuentarium. ſi autem ſimpliciter adiret, & poſtea inuentarium conficeret, ſed dico quòd non eſt neceſſaria præſtatio, de qua per Ange. quia lex fin. §. ſin autem dubius dat licentiam: quòd adeat etiam non petito tempore ad deliberandam. dummodo poſtea conficiat inuentarium. ita tenet Salicet. ibi & dicit Paul. de Caſt. ita conſuluiſſe & perſonæ dubiæ de viribus hæreditatis egent inuentario, & debent conficere, vt in d. l. fin. de iure deliberan. §. ſin autem dubius iſtarum autem perſonarum quinque ſunt genera, & ſic quinque ſunt genera inuentariorum quia aliqua ſunt inuentaria tutorum: alia ſunt inuentaria orphanotriphi. tertia ſunt inuentaria prelatorum quarto inuentaria hæredis quinto inuentaria fiſci, Primum eſt inuentarium tutoris & curatoris quia tenentur facere inuentarium, vt dixi per text. in l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtratione tutorum. l. tutores. C. de adminiſtra. tutorum. l fin. arbitr. tute l. iii. §. tutores. de ſuſpect. tutor. vt ſuperius dixi. & C. de cura. furioſi. l. fin. l. decretationibus de epiſcopa. audientia. C. & ante confectionem inuentarii, tutor debet iurare, vtilia facere & inutilia prætermittere, cum obligatione omnium bonorum ſuorum, vt nota. in l. legitimos. ff. de adminiſtra. tutor. & ibi glo. & l. ſiquidem. C. de cura. furioſi. item quòd ſatisdet ubi eſt ſatisdandum: quia non omnes ſatisdant, vt ſuperius dixi, item quòd expreſſe promittat quòd defenſiones ſuſcipiet ſine vlla denunciatione l. ſi. ff. de adminiſtra. tuto. & ſi eſt mulier quòd renunciet veleiano. & ſecundis nupt. & omni auxilio, vt in auten. matri. & auiæ. vt diximus ſuperius. item quòd per decretum adminiſtratio ei decernatur, vt in dicta l. legitimos, & omnes tutores tenentur facere inuentarium. legitimi datiui. & teſtamentarii. l. tutor. & ibi glo. & doct. C. de admi. tuto. idem ſi eſt honoratus quia eſt particeps tutelæ. ff. de admi. tuto. l. iii. & ne putet, & ito. glo. in d l. tut. nec eſt opus quod aliqui tenentur ad iſtam confectionem inuentarii. ſicut requiritur in confectione hæredis, vt per doct. in d. l. tutor. & nota quod eo ipſo quod eſt factus tutor vel curator debet facere inuentarium. ſ. quam primum poteſt fieri. de hoc in l. tutor. C. de adminiſt. tutor. facit. quod habetur in l. tutor qui in principio. ff. de adminiſt. tu. & ibi Bart. ver. quando debet fieri, & in dicta l. tutor qui dicitur contra tutorem qui non fecit inuentarium abſque cauſa, iuratur in litem, & antequam faciat non poteſt adminiſtrare, niſi quæ dilationem non recipiunt, & diximus de hoc. §. non autem tutor de bonis pupilli tangere vel adminiſtrare debet, niſi prius facto inuentario, alioquin poteſt vt ſuſpectus remoueri

& efficitur infamis.l. veteris.§.illo. & ibi glo. C. arbitrium tutelæ, & nota quòd dicit niſi facto inuentario, quod verbum rem perfectam ſignificat.l.I. in fine.ff. quòd quilque iuris nec ſufficeret eſſe ceptum hoc tenet ſpeculat.in tutore.§.generaliter verſiculo.facit autem, & ver. ſequen. & ita dicit Bartol.in d.l.tutor.qui repertorium.niſi aliter ſit de conſuetudine regionis, & requiritur quòd inuentarium fiat in præſentia publicarum perſonarum. tamen ſufficit vnus notarius. & ita ſeruatur in pratica, & ita tenet Bartol.poſt glo.in d. l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtra.tuto.Item requiritur quòd ſolenniter fiat ponenda omnia bona, & inſtrumenta, & ſic mobilia: & immobilia: & nomina debitorum, alias poſſet tutori opponi qnòd in caute fecisſet, & ſic haberetur pro in facto.l.ii.C.de aucto.tuto.l.i.C.de bis qui in teſtamento delent, & c. quod autem extra. de iure patrona. poteſt autem facere vna vice vel pluribus, vel etiam pluribus vicibus ſecundum quòd inuenit res.l.fi.§.tali.C.decurato.furioſi. alias poſſet apponi ipſi inuentario quòd non continet omnes res pupilli.l.fi.C. ad ſil. quòd non continet res ſibi venientes.C.de cnra.furio.l.fi.item quòd nó continet tenorem inſtrumentorum pupillarium.ff. de adminiſtra.tutorum.l.chirngraphis.& l.decretationibns. C.de epiſco. audien. & ſi completo. inuentario res aliquæ dentur pupillo, vel ſucceſſione, vel inter viuos: non eſt neceſſe fieri inuentarium ſed debet fieri inſtrumentum publicum.ita ſpecula.in titu.de inſtrumen.editio.§.fin.verſi. ſed nunquid inuentario confecto. in fructibus veto ſufficit ponere in rationibus. ſed ſi tutor velit probare errorem inuentarii auditur.l.antiquæ.§.porro. ff. de velleian. & tutor quando ponit inſtrumenta in inuentario dicat pono inſtrumenta talia, & neſcio an ſit inania vel ne, ſed ſi aliquas res ſuppreſsit tenetur ad eas duplicatas, C.de iure delibe. l.fin. §. illo. maxime ſi hoc ſcienter fecit ſed qui non facit innentarium remouetur vt ſuſpectus ab officio, & poterit extra ordinaria pena puniri l.i.§.ſolet.ff.de offi. perfec. urbis. & ita tenet Bartol. Bald. in l. in eos. ff. de tutelis. item poteſt in vinculis poni, & carcerari ſi eſtat in pertinatia ſua non faciendi. vt per glo. in dicta l. veteris.§.illo. ita Bartol. in dicta l.tutor qui repertorium ſed quæro qua actione tenetur tutor.dic, quòd aut geſſit & tenetur directa aut non geſſit & tenetur vtili, vt ff.rem.pu. ſal.fore.l.non quaſi.§.i.& ii. & eo ipſo quòd fecit inuentarium, videtur geſſiſſe, vt ff. de adminiſtra.tutor. l.tres. tutores, in medio, & quomodo formetur inuentarium per tutorem. dicit ſpeculator in titulo de inſtrumen. editio. §. fin. verſi. huius autem inuentarii forma poteſt ergo formari pratica inuentarii tribus modis, ſed per nntarios in vnaquaque prouintia ſua conſuetudo ſeruatur. ſed ſi velis videre praticam, vide tractatum Franciſci porcellini in ſecundo folio & inuenies, & tractatum in volumine ſexto, tractatum fol. ii. an confectio inuentarii poſsit per teſtatorem remitti.vide in dicto tractatu in folio ſecundo.ſed prohibitio inuentari non habet locum in inuentario hæredis quia eſt introductum fauore creditorum, & legatariorum: ita Bald.in l.fi. C.arbi.tute.facit qnòd notatnr in l. ſcire, & l. ii. C. vt in poſſeſsio.lega. & copia. inuentari an ſit edanda aduerſario integra. vide in dicta l.tractatu in iii. folio col.i. & inuentarium: quando bona reperta in bonis pupilli ſint deſcripta, facit l.contractus.C.de fide inſtrumen.aliud genus inuentarii eſt orphanotrophorum.i.hoſpitaliorum. iſti enim vt dicit ſpeculator in dicto §. fi. ſunt quaſi tutores pupillorum ſeu curatores adultorum.ideo & ipſi faciunt quaſi inuentarium de bonis illorum, vt C.de epiſco. & clericis.l.orphanotrophos.& ff.de interdic. & relega.l. ſi quis, & l. ſequenti prout ſeruatur in curatore in bonis dando.ff.de cura.bo.dan.l.i.tertium eſt inuentarium prælatorum, qui tenentur facere inuentarium de bonis inuentis in eccleſia quam habent. C. de ſiracuſane vigeſima octaua diſtinctione, & c.manifeſta.duodecima quæſtione prima.quartum eſt inuentarium hæredis, quia hæres debet facere inuentarinm ſi vult habere commoditates hæreditatis ſiue ſit hæres ex teſtamento ſiue ab inteſtato: ſiue in totum ſiue in parte, vt C. de iure liberandi.l.fin.§.i.& deducendo ad praticam inuentarium hæredis dico, quòd octo requiruntur regulariter, licet aliqui addant nouem. primo ergo requiſitum eſt quòd inuentarium incboetur infra triginta dies ex quo ſciuit ſibi delatam vel aditam hæreditatem ſecundum diuerſas opiniones, vt per Iaſon. in dicta l. fin. ſecundus ergo requiſitus eſt quòd inuentarium compleatur infra fo. ſexaginta dies. & nota quòd ex cauſis expreſis in dicta l.fin.eſt inuentum inuentarium hæredis:& certus de viribus hæreditariis poteſt adire hæreditatem, vt iam dixi, vel repudiare pro libito voluntatis dubius verò ſi velit caute agere, vt non teneatur vltra vires hæreditarias debet conficere inuentarium, ſecundum formam traditam in d.l.fi.C.de iure delibe. in principio quia hæres qui ſolenniter conficit inuentarium, vltra vires hæreditarias non tenetur, & falcidia vtitur & ſatisfacere poteſt, & creditoribus, & legatariis, qui prius venirent, licet aliis poſteriores in tempore fuerint referuantur tamen poſterioribus creditoribus iura ſua, & oportunis remediis cnntra legatarios quibus prius eſt ſatisfactum, agere poſſunt etiam contra pnſteriores creditores, ſed contra ipſum hæredem vel eum qui emit ab eo regreſſus non datur, vt in dicta lege finali. §. & ſi præfatam, & expenſa funeris, teſtamenti, & inuentarii, & aliarum cauſarum neceſſariarum facta per hæredem qui facit inuentarium, ante omnia deducantur de hæreditate, & quod hæredi debetur à defuncto conſequi poteſt hæres con-

currendo

currendo cum aliis creditoribus, ut in d. l. fin. §. in computatione quam in inuentario ſit deſcripta. ad quod etiam de domo hæredis probatio ſumi poteſt, & ſi hæredes dolo fecerint in duplum refundent, vt in d. l. fin. §. licentia danda. & nota quod infra tempus totum ad confectionem inuentarii. non poteſt hæres à creditoribus vel legatariis conueniri: ideo interim tempus agendi creditoribus non currit. vt in d. l. finali. §. donec tamen inuentarium. ſed aduerte quòd qui in inuentarium ſolenniter non facit creditoribus in ſolidum tenetur, & falcidiam non detrahit, vt in d. l. fin. §. ſi vero & tutor remonetur vt ſuſpectus ſi in inuentario, omittit ponere bona pupilli. Bartol. in l. in eos. de tutelis. ff. & ſalarium poteſt conſtitui à iudice tutori. Bartol. ibi. & nota quòd tempus ad deliberandum, hodie non eſt neceſſarium volentibus ſolenniter conficere inuentarium eſt enim tempus anni quando impetratur à principe, ſed quando impetratur à iudice eſt tempus nouem menſium, nec ſæpius conceditur, vt in d. l. fin. §. & hæc quidem. & nota quòd qui petit tempus ad deliberandum licet inuentarium fecerit: & hæreditatem adierit vel infra dictum tempus non repudiauerit hæreditatem, quòd pro aditione habetur, tenetur creditoribus hæreditariis in ſolidum: & vtitur falcidia ſicut olim, ſi vero inuentarium non confecit ſed ſolum ad liberandum tempus petierit: & non repudiauerit quòd pro aditione habetur, tenetur creditoribus in ſolidum: & falcidiam perdit. ſin autem repudiauerit: tunc tenetur res hæreditarias reſtituere, vt in d. l. fin. §. ſin autem hoc. & nota quòd per conſtitutionem. d. l. finalis, eſt derogatum tribus conſtitutionibus de quibus eſt facta mentio in principio dictæ legis finalis quarum ſumma ad d. l. finalem, data eſt. ſed miles propter ſimplicitatem militare non ſeruans ſolennitatem d. l. finalis nihilominus non tenetur creditoribus hæreditariis vltra uires hæreditarias, vt in d. l. finali. §. fin. ſed ad euidentiam, materiæ inuentarii: premitte ex mente Bald. & Pau. in d. l. fi. quòd de iure digeſtorum, & C. antedictam. l. fin. hæres adeundo hæreditatem tenebitur ſatisfacere omnibus creditoribus hæreditaris: & dato quòd in hæreditate nihil eſſet: tenebatur de ſuæ proprio ſatisfacere & ratio eſt ſecundum doct. in rubri. ff. de acqui. hæredita. quia hæres adeundo ſubrogatur in omnibus loco defuncti & cenſetur eadem perſona cum defuncto, vt in auten. de iure iuran. a moriete præſtito in princi. col. v. & glo. in l. cum à matre. C. de rei. vendic. ſicut ergo defunctus ſi viueret eſſet obligatus creditoribus: licet non eſſet ſoluendo & poſſit poni in carceribus eodem modo hæres repręſentans eius perſonam tenetur creditoribus inſolidum de ſuo proprio. legatariis autem non tenetur hæres vltra vires hæreditarias. l. fi. vniuerſo. C. de lega. ratio eſt quia ſi defunctus viueret non teneretur ita nec hæres. quia ergo imminebat maximum periculum hæredibus adeuntibus aliorum hæreditates. ideo iura. ff orum. & C. quæ præcedunt. d. l. fi. dabant conſilium hæredibus ne præcipitanter adirent ſed prius ſe informarent, de viribus hæreditatis, vt in tuto. titulo. ff. de iure delibe. & l. ſi curatoris. C. de iure delibe. ſed iſtud conſilium legis antiquæ non erat ſufficiens. quia ſæpe creditores hæreditarii nihil petebant donec hæres admiſſet: & poſtea confluebant, & ſic hæres reperiebatur deceptus, ſub conſilio. l. ideo imperator fecit dictam l. generalem, cuius forma ſeruata hæres poteſt intrepide adire hæreditatem taliter quòd non tenebitur vltra vires hæreditarias. l. quòd prius faciat fieri inuentarium de omnibus bonis defuncti, ſed formam dictæ legis finalis in principio, & de materia inuentarii vi tractum. Angeli aretini in ſuo tractatu de teſtamentis in volumine ii. tractatum. fol. xxiii. & de inuentario & eius confectione vltra ea quæ diximus, vi. tractatum Franciſci porcelini in volumine vi. tractatum. fol. ii. quid autem ſit in minore, muliere, & ruſtico aduentibus ſine inuentario. dic quòd ipſi tenentur vltra vires hæreditatis cum iſta ſint inducta ad rigorem ſeruandum & ſic mulierem & ruſticum non excuſat lex. iuris ignorantiam. C. qui admitti. & dic ibi per Bal. & per Bar. in conſilio incipienti. maritus fecit hæredem vxorem, vbi multa dicit & vide Iaſonem in d. l. fin. in princi. dixi ſuperius quòd inuentarium inchoatur. j. xxx. dies, vt in d. l. in princi. & per ſpecula. in tuto. de inſtru. editio. §. fi. & quid ſi non eſt inchoatum infra xxx. dies. tamen eſt inchoatum & perfectum infra alios xxx. dies. vi. Bald. & Pau. in prin. d. l. fin. & vi. Iaſonem in d. l. in §. ſi vero poſtquam vbi tenet: quòd ſufficit quòd inchoet & perficiat & intra alios xl. dies. licet non inchoauerit infra xxx. dies. & Bart. ibi. & ſi res ſunt in eodem loco inuentarium debet perfici. j. xl. dies. & ſic in effectu ſunt tres menſes ad inchoandum & perficiendum inuentarium vt dixi. & nota quòd iudex etiam excuſa non poteſt abrebiare terminum vel prorogare. quia hic ſumus in actu non exercendo per iudicium, & in inuentario debent deſcribi omnes res hæreditarias, & ſi hæres occultat rem hæreditariam punitur ad duplum: vt dixi, & addit Bar. ꝙ etiam perdit falcidiam, & trebellianicam, ſed inuentarium valet. & iſta eſt commu. opinio. licet Bal. tenet contrarium. ita Iaſo. in d. l. fi. §. licentia & per doct. in d. l. fi. in prin. & nota quòd ſufficit ꝙ inuentarium ſcribatur manu vnius notarii, vt per doct. in d. l. fin. in princ. ſed nota ꝙ requiritur in inuentario hæredis de quo hic loquimur quòd creditores hæreditarii ſint citati ad videndum fieri inuentarium certo die loco, & tempore ita probat tex. in d. l. fin. in prin. in verbo cæterorum: iuncta glo. quam docto. multum notant quia quamuis legis diſponant quòd legatarii ſint citandi. §. ſi vero

abſunt.in autem de hæredi.& falci.col.i.tamen non reperitur tex.qui dicat:quòd creditores ſunt citandi; ſed bene dicit d.glo. in d. l. fin. in princi. & in §. ſancimus. in verbo: fideicommiſſariis in d.auctẽn. de hæredi & falcidia. col i.& ſuadetur ratione:quia ſi citandi ſunt legatarii quia tractant de lucro multo magis creditores qui de damno tractant: & idem tenet Bald. & Iaſo. in d. l. fin.in princi. & ſi creditores & legatari ſunt certi debet vnuſquiſque ſcitari ſpecialiter alios ſufficit generalis citatio per proclama.l.ſi eo tempore.C.de remiſſio. pigno. ſecundum Bartol.Bald. Salicet.& moderni. in loco ſuperius allegato.& Bald.in auctem. ſed cum teſtor.c.ad l. falcidi. in ge. in de.l.ſi eo tempore.licet contrarium immo quòd generalis citatio ſufficit teneat Bar.& non Be.in d.l. ſi eo tempore.nota tamen diligenter: quòd non ſufficit generalis citatio quando aduerſarius de facili poteſt citari. ita ſolenniter Petrus de anchara.& domini.in c.fin.de electione,in vi. ſed adde quòd in tali confectione inuentarii ſufficit vna citatio creditorum,& legatariorum, ſecundum Bald.in d.l.fin.in princi.& per notata per glo.in clementina.i.de hæreti.& ſi aliqui creditorum ſunt citati aliqui non,valet inuentarium: quo ad citatos non quo ad alios. Bald. & Iaſo. vbi ſ.requiritur etiam quòd hæres ſe ſubſcribat in inuentario, & eius ſubſcritio ſecundum Bar. & Iaſonem.in d l.fin.in princi. debet eſſe quòd omnia legaliter fecerit ſine dolo. & caſu quo hæres neſcit ſubſcribere debet adhiberi pro eo alius notarius vltra notarium aſſumptum pro ſcriptura inuentarii,vt habes in tex. illo.d.l.fin.& Bald.ibi poſt Odoffred.quòd hæres poſt facere illam ſubſcriptionem per procuratorem ſpecialem. Regulariter ſeptimo quòd in inuentario in principio ponatur lignum crucis. ſed eius omiſſio tanquam leuis ſolennitas non vicat inuentarium ſecundum Cinum & doct.in l.C.fin. in primo licet Salicet. & fulgo teneant contrarium,& male.octauo requiritur præſentia teſtum.& Bartol.plus dicit nec inuenio ab alio tactum ſecundum Iaſo.ibi: quòd non ſufficit teſtes eſſe præſentes ad videndum ſcribi inuentarium. ſed etiam res hæreditarie debent offerri inſpitiende in præſentia teſtium,vt magis conſtat de legalitate hæredis, & hæc eſt veritas,& vi.Bartol.& Iaſo.in d.l.fin.In principio.Nono requiritur quòd teſtes recognoſcant hæredem.& hoc eſt ſpetiale inuentario:In alii autem inſtrumentis non requiritur. vt eſt glo.in d.l.fin.in princi.& Iaſo.ibi multa dicit de hoc. & nota quòd hæres confecto inuentario non tenetur vt diximus, vltra uires hæreditarias. ſed dico quòd ſi exſecutor teſtamenti licet non faciat inuentarium non poteſt moleſtari vltra vires hæreditarias. ita ſpeculator in titulo de inſtrumentorum editione.§.fin.verſi.quid de executore.& §.nunc vero aliqua. & fiſcus licet inuentarium non fecerit non tenetur vltra vires hæreditarias ſecundum Bar. in l.i.§.an bona. per illum text.ff. de iure fiſci. & Bald.in d.l.fin.in princi. & ibi Iaſo. alias ſalentias videbis per Iaſon. in d.l.fin.in §.& ſi præfactam. & nota vt dixi quòd creditores & legatarii poſſunt probare maiorem eſſe ſubſtantiam quòd ſit in inuentario: & ſi hæres dolo fecit duplum reſundit.& intra tempus conficiendi inuentarium non poteſt conueniri creditoribus & legatariis, ſed interim contra eos non currit tempus.vt in d.l.fin.in §.licentia.vbi eſt glo.mirabilis ſecundum Bar. & Iaſonem ponentem mirabilem modum probandi negatiuam.& vi.Bar.in l.cum de lege.ff.de proba.& vi. Bar.in l.is poteſt.ff.de acqui.hæredi.dixi.quòd hæres poteſt ſatisfacere integraliter, primus venientibus legatariis, vel creditoribus ſed ſi hæres ſciebat alios ſubeſſe bene poteſt ei imputari vt eſt glo.notabilis in d.§. & ſi præfactam.& ſi legatariis vel creditoribus debetur pecunia,& in hæreditate non reperiatur pecunia,quid faciendum.vi.Pau.de Caſtro.in d.§.& ſi præfactam.& ibi videbis an inuentarium quòd fecit tutor vt ſibi dicernatur adminiſtratio. an proſit pupillo.ſed prætendentes cauſam oneroſam debent præferri prætendentibus cauſam lucratiuam. ſed ſi bona fuerunt tradita legatariis, & poſtea venerunt creditores, & alii legatarii tu dic quòd ſi bona non erant ſufficientia ad ſoluendum bibus legatariis, quia fuerunt legata. cccc. & in hæreditate non erant niſi ccc. debet fieri adminutio cuilibet legatario pro quarta parte eius quòd ſibi erat relictum: ſi ergo quibuſdam ſoluta eſt ſubſtantia, & integra legata & nihil remanſit penes hæredem quatenus eſt ſolutum vltra quam illos tangeret fuit indubite ſolutum: quia illud debebatur aliis, ideo illis ſubuenitur per conditio. indebiti vt probatur ſecundum Paul. de Caſt. in l. iii. §.i.ff. de condi. indebiti vt probatur ſecundum Pau.de Caſt.in l.iii.§.i.ff.de condi.indebi.ibi. dum dicit vel diminutione circa ſecundum caſum quando creditores ſuper venientes petebant hypothecam anteriorem. quid ſi non habeant hypothecam.dic,ſi erant priores in actione perſonali:quia habeant priuilegium Inter chirographarios creditores quòd eſt in multis caſibus, in titulo de priuilegiis credito. & diſtributio facta fuit inter illos qui priuilegium non habebant, dico quòd ſuperuenientibus & priuilegium habentibus ſucurritur contra illos non per hypothecam ſed per conditionem d. l. fina. & hoc ſatis probatur in l. ex facto. §. fin. ff. de peculio. & l. ii. ff. quòd cum eo. idem ſi non habent priuilegium prioritatis in actione perſonali, nec etiam hypothecam expreſſam, habeant tamen prætoriam: quia miſſi fuerant in bono, poſſe ex: primo decreto, & ſic debeant præferri.l.qui autem.§.ſciendum.ff. qui in fran. credito. & vi. de hoc Pau. de Caſtro.in d.l.fin.§.licentiam.quæ ſint cauſæ priuilegiate.vi.Barto. in l. priuilegia.&

in l.

io l. ii. vſque ad l. ait prætor. ff. de priuilegiis credito. & de quibus expenſis factis per hæredem pro gerenda negotia hæreditaria debeat ſtari ſacramento ipſius hæredis. vi. docto. in d. l. fin. in §. io computatione, & nota quòd inuentarium debet confici poſt aditam hæreditatem, & qualiter etiam poteſt fieri ante. vt. Pau. de Caſt. in d. l. fin. io §. ſi vero poſtquam. & ibi videbis etiam ex quo tempore incipit currere tempus ſtatutum ad confectionem inuentarii, & ſi inuentarium non fuit confectum infra. xxx. dies ab addita hæreditate, vel à die notitie ſecundum diuerſas opiniones fuit tamen inchoatum & perfectum infra tempus trium menſium an ſufficiat. ibi videbis per eum. nunc adminiſtrationem tutorum, & curatorum redemus. & dico quòd ſi tutor non facit inuentarium remouetur vt ſuſpectus, vt dixi. & vinculis detinetur: & pœnis legitimis coercetur: & infamatur. vt C. arbi. tute. l. vlti. §. vltimo, & ff de ſuſpectis. tuto. l. iii. §. tutores. & tenetur pupillo in id quod intereſt, quòd etiam iure iurando in litem extimabitur. niſi aliqua neceſſaria & iuſtiſsima cauſa poſſit allegari cur id factum non ſit: præſumitur enim dolo prætermiſſum, nihil itaque geret tutor ante inuentarium: niſi id quod dilationem non poſſit expectare, vt ff. de adminiſtratio. tuto. l. qui repertorium. vt iam dixi, & etiam remouetur vt ſuſpectus ſi geſſit & poſtea ceſſat. Bar. in l. ita autem. §. geſſiſſet. ff. de admit. tuto. & tutor tenetur ſatisdare rem pupilli ſaluam fore? niſi ſit tutor teſtamentarius: vel forte eum inquiſitione datus alioquin non poteſt adminiſtrare vt C. de tutore vel curatore qui non ſatis de. l. i. & iii. & vlti. & tutor inſtruere debet pupillum bonis moribus. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de tuto. adminiſtra. item & corpus & ſalutem corporis ſui tueri debet. vt ff. de curatore furioſi. l. conſilio. primo reſponſo. vbi legitur conſilio & opera curatoris debet tueri. non ſolum patrimonium ſed corpus & ſalus furioſi. item pecuniam pupillarem debet deponere: & ita autem depoſitioni pecuniarum pupilli locus eſt: ſi ſumma ea colligi poſſit vt comparari ager poſſit: quòd ſi neglegerit in vſuras aſtringitur. vt eſt tex. in l. ita autem iuncta glo. ff. de adminiſ. tuto. itaque ſi poſt depoſitionem pecuniæ tutor neglerit comparare prædia incipiet in vſuris poſtea conueniri: quamquam eos ei a pretore cogi oportet ad comparandam rem immobilem. & ſi ceſſent condemnantur in vſuris tarditatis gratia. niſi per eos factum non eſt quominus compararent. vt ff. de adminiſ. tuto. l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt depoſitionem. ſed nota quòd ad hoc quòd tutor conueniatur ex negligentia, eſt neceſſe quòd probetur quòd prædia erant venalia alias negligentia non probatur. vt per Bar. in d. l. tutor qui. ff. de adminiſ. tuto. in §. ſi poſt depoſitionem. & ex illo §. vſque ad fin. legis Bar. poſt iuris conſultus tractat materiam de vſuris pupillaribus. & ibi dicit Bart. tutor cogi ad emendum. & quòd propter negligentiam in emendo tenetur ad vſuras vt dixi. ſed nota quòd tutor in propriis, & in pupillaribus eandem diligentiam, debet adhibere vt in l. a tutoribus ff. de adminiſtra. tuto. licet in proprio facto non compellitur pater diligens fami. ſubire periurium. eodem modo nec in pupillaribus. vt in l. videamus. ff. de in litem. iuran. & dico quòd ſi tutor colocauit pecuniam ſuam, & non pupillarem non eſt in culpa: ſi vtilitatem propriam pertulit vtilitati pupilli: ne officium ſuum ſit ſibi damnoſum quòd eſſe non debet. ita Bartol. in l. tutor. §. non eſt ff. de admi. tuto. & ibi dicit negligentia alicuius quod pecuniam non mutauit quomodo probetur. & nota quòd negligentia in non conueniendo debitores & in non mutando pecuniam imputatur text. in l. ſi tutor conſtitutus. ff. de adminiſ. tutorum & nota quòd tutor & curator: non poſſunt debitori minoris facere pactum de non petendo. l. pactum curatoris. C. de pactis. ſed tutor regis vel illuſtrium perſonarum poteſt donare quia hoc conuenit perſonæ minoris. ſecundum Innocen. & Ioannem Andream in cap. grandi de ſupplen. negligen. prælato. lib. vi. & eſt text. in d. l. cum implures. §. pe. & in l. ſequen. ff. de adminiſtra. tutorum, & in l. i. §. i. ff. de tute. & ratio diſtra. ſed fallit in debito vſurario vel illicito, vt eſt glo. nota in l. præſes. C. de trans. & nota bene ſecundum tempora hodierna: quia vſuræ ſunt prohibitæ. ideo poſſunt remitti ſecundum omnes docto. in d. l. præſes. C. de tranſatio. & illa glo. eſt multum ſingularis ſecundum Romanum in l. filius familias. ff. de dona. & licitum eſt adminiſtratoribus publiciis bonam fidem agnoſcere. l. quoties. §. i. ff. de adminiſtra. tutorum, & ideo omne debitum illicitum poteſt autoritate remitti, vel etiam ſi debitum eſt non liquidum: & tale quòd attuliſſet plus impenſe, quam vtilitatis. text. eſt ſingularis. ad hoc in l. mediterranee: & ibi Bartol. ad hoc notat. C. de anno & tributis. lib. x. Ange. in l. i. ff. de duobus reis facit lex. ſed an vltra. ff. de negotiis geſtis. & excuſatur tutor propter nimiam debitoris paupertatem, vt per Bartol. in l. omnes. C. de anno. trib. lib. x. cum inanis ſit actio quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. An tutor vel curator poſſit facere pacem de iniuria uel offenſa illata patri pupilli uel illata ipſi. dico, quòd ſic. & dico quòd pupillus doli capax cum autoritate tutoris poteſt facere pacem abſque decreto iudicis, cum non ſit proprie contractus, ſed potius quædam remiſsio ſecundum Abba. in conſi. capitu. octauo in ii. uolumi. & de ſupradictis uide Iaſon. in l. pactum curatoris. C. de pactis. Item in quantum Bald. & doctor. dicunt in dicta l. pactum curatoris, quòd quando eſſet dedecus facere pacem: tunc tutor non poſſet facere pacem nec iniuriam remittere, & adde quòd verecundia eſt relinquere multam iniuriam. text. in l. miles. §. ſocer. ff.

de adulteris. quem text. pro optimo ad hoc allegat Angel. in conſil. cclxvii. limita, deciſionem doct. in tutore poſthumi: cuius pater fuit interfectus. qui non poteſt facere pacem cum interfectoribus dum poſthumus eſt in vtero. quia ooo eſt tutor. l. ſi nemo. li. §. fi. ff. de teſta. tute. & ibi Bald. per illum text. refert ita fuiſſe determinatum. & nota quod licet filius faciat pacem de morte patris & recipiat commodum ooo propterea ſe immiſcet. vide Bald. in l. cunqui. C. arbi. tute. & pecunia pupillaris dico quod ooo debet conuerti in proprios vſus. de hoc vi. text. io l. tutor qui repectorium. §. vſure. ff. de admi. tuto. & l. non exiſtimo. & in d. l. tutor qoi. §. ſi poſt depoſitionem dicitur. ſi tutor pecuniam popillarem ocioſam reliquit, vel in vſus ſuos coouertit: tenetur eius vſuras pſtare. & quando tutor ſtipulatur unus modus eſt quod tutor ſtipuletur oomine pupilli & iſte eſt boons modus & iodobitabilis ſecundum Bar. in l. quoties. ff. de adminiſtra. tuto. valeret enim etiam ſecundum Bar. ibi in procu. vt l. huiuſmodi in prin. & quod ibi ootatur de lega. i. & a xxx. in ſumma. io ti. de admi. tu. in iii. col. dicit iſta verba. ſtipulationem autem mutui debet celebrare pupillus, io perſona ſua ſi fari poteſt vel ſeruus eius, alioquio ſtipulabitur tutor vel qoi eſt io poteſtate ſoa. vt ff. de admi. tuto. l. quoties. i. reſponſo. iure autem auctentiporum cautum eſt: pecuniam pupillarem a curatore non eſſe fenerandom: quod ſi fecerit mutui ſubiacebit periculo, niſi nobilis ſit ſuſtaotia cui adminiſtratur cura. tunc enim curator illud ſolum mutuare cogatur quod ad diſpenſationem ſofficiat adoleſcentis eiusque rebus: quod vero plus eſt caute recondatur, vt io aucteo. vt hi qui obligatas ſe habere perhibent res minorum col. vi. hodie autem & olim iure diuioo magis autentico caotum eſt nono & veteri teſtameoto oullus pecuniam feneraodam vt per totum titulum. extra de vſuris, & de vſuris. li. vi. & late diximus in c. de vſu. item exigere debet tutor oedum nomina debitorum ſed etiam ſui ipſius, vnde ſi temporali actione, obligatus erat, pupillo tenebitur iuditio tutelæ qood perpetuum eſt ſi a ſe non exegerit. & nota quia actio tutelæ eſt priuilegiata inter perſonales actiones & continet hypothecam, & pro debito tutelæ tenentur fideiuſſores rem pupilli ſaluam fore quæ omnia deficiunt in actiooe mandati. vt ff. de adminiſ. tuto. l. quoties. §. ſi pater. & §. item ſi temporali & ſicut ſoluere debet tutor quod debetur pupillo. & ita exigere poteſt à pupillo quod ſibi debetur, ſi creditor fuit patris pupilli. hinc eſt quod ſi minoris predium amittatur. quia tutor ooo ſoluit vectigal predio emphiteotico impoſitum tenetur ad ioterefſe, vt ip l. ſi tutoris. C. de adminiſt. tuto. & ibi dicit glo. ſecundum Bald. quòd tempus ſoluendi canonem ipſo iure oon currit minoribus: quod eſt notabile dignum. & meoti tenendum ſemper. & aduerte vt ſuperius dixi quòd tutor oon poteſt donare, vt in l. non omoi. C. de admi. tu. & ibi dicit Bald. quòd tutor tenetur dotare ſororem pupilli ſui, ex eodem patre oatam. & vi. in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſ. tu. vbi etiam dicitur quòd circa perſooam pupilli debet tutor expendere, quòd moribus hooeſtati & conditioni pupilli congruit. & ibi dicit Bart. quòd ſi pater aſſignauit filiæ dotem io teſtameoto. videtur dotata ſed pleoe examinauit Bar. in l. titio. §. fin. ff. de condi. & demoſt. Nunc veniamus, an ex cauſa dotis vel ante outias donationis pro ſe dande minor poſſit alienare rem immobilem, vel quæ ſeruando ſeruari poteſt. & videatur quòd noo cum ob es. alienum tantum fiat alienatio. vt C. de prædiis mioorum. l. ob es vbi dicit text. ſed Salice. ibi ob es alieoum & ſimilem cauſam poſſuot alienari res minorum. cauſa cognita præſidali decreto interpoſito. & in l. ſequenti dicitur: etiam vectigale vel patrimoniale ſiue emphitbeoticum predium ſine decreto præſidis diſtrahi non licet & non poteſt mioor ſoluere ſine decreto, aliud pro alio, io his quæ nó poſſunt alieoari vt in l. ſi minor. C. de prædiis mino. & ſicut mioor non poteſt alienare rem non alienabilem: ita nec eam poteſt reſutarè vt in l ſi ad reſoloendam. C. de prædiis mino. & decretum ex falſa cauſa ioterpoſitum alienationi non valet vt io l. & ſi præſes. C. de prædiis mino. & mioor, rem non rite alienatam uendicat nec reſtiruit precium: oiſi quatenus recepiſſe probatur vt io l. prædiorum. C. de prædiis mioo. & non ſufficit cauſas allegare ſed aperte probaro: & non poteſt conſtitui procurator ad petendum ioterponi decretum ſuper alienationi rei minoris, vt in l. minorum poſſeſſionis venditio. C. de prædiis mioo. quia hic tractatur de præiodicio, ſed Bald. ibi. & ibi ootat: quod tutor & curator, oon poſſuot conſtituere procuratorem ad ea quæ fiunt de iuriſditione voluntaria ſecus ad negocia: & ſecus in iudiciis poſt litem cõteſtatam. dixi quòd minor vendicat rem male alienatam nec reſtituit precium niſi quatenus recepiſſe probatur, & Bal. poſt Iaco. dicit quod aut mioor oegat verſiooem in eius vtilitatem. vi. ibi glo. & Bal. & Salic. dicit io d. l. prædiorum: quandoque cootractus eſt ipſo iure nullos: & tunc aduerſarius minoris debet probare ipſum minorem eſſe locupletem, vt io d. l. prædiorum. & io l. vtere. C. de prædiis mino. & l. ſi præſidium. eod. tit. Aut contractus tenet, ſed ipſo iure petit reſcindi: & tuoc minor ipſe debet probare. & omnium eſt ratio qoia vnuſquiſq; debet probare id qood eſt cauſa ſuæ iotentionis. vt l. actor. C. de proba. fallit in creditore: quia licet cootractus teoeat tamen creditor probat, vt C. ſi aduerſus credito. l. i. & ii. & ita debet intelligi lex. iii. C. de cura. furio. & vi. Cioum in l. non videtur. C. de in iotegrum. reſti. mioo. ad finem. ii. col. & aduerte quòd veoditio ſine decreto eſt ipſo iure nulla. vt per doct. io l. i. C. ſi aduerſus vendi. ſed vide ſi in contractu interuenit

tura-

iuramentum.& dic vt per tex. & docto. in aucten. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditio.
& vi. Imolam. in c.cum contingat de iure iurando.& vi.Bar.in l.ſiquidem.C.de prædiis minor.
ibi dicit,ſi alienatio eſt nulla.non eſt neceſſaria reſtitutio ſed petat per reſtitutionem creſcendi.
tenet menti quia iam feci defecto.ita Bart.& quærit adquid debitur reſtitutio.videte domini.re
ſtitutio illud reddit quòd abſtulit liſio.vt l.l.ff.de mino.& l.quod ſi minor.§.reſtitutio eod.titu.
nunc ad propoſitum quando minor eſt deceptus in eo quòd vendidit quia non expediebat ſibi
vendere tunc reſtituitur aduerſus venditionem vt reſcindatur venditio.vt ipſe habeat rem: ſicut
ſi non eſſet facta venditio.per tit.C.ſi aduerſus venditio.quandoque eſt leſus in eo quòd male vē
didit: quia bene expediebat ſibi bene vendere ſed debebat vendere præcio cariori: tunc reſtitui
tur in integrum, vt prætium ſupleatur: non vt venditio reſcindatur: ita probatur ſecundū Bar.
in d.l.ſi quidem.& probatur,in l.ſi res.§.i.ff.de iure.do.quandoq; minor eſt leſus non in eo quòd
vendidit,nec in eo quòd male vendidit.ſed in eo quòd pecuniam acceptam conſumpſit.tunc re-
ſtituetur aduerſus ſolutionem per titu.C.de aduerſus ſolutionem,per titulum: ſi aduerſus.vendi.
& per hoc habes ſecundum Bar.quomodo debes formare libellum,& poſitiones, & ad quid pe-
tas reſtitui.vt ex prædictis colligitur ſatis bene. ſed nota quod decretum iudicis non trahitur ad
alienationes neceſſarias,de quo per Salice.in l.prædia.C. de prædiis minor. vbi dicit immobilia
minorum poſſunt ſine decreto alienari ob ſponſalitiam largitatem dummodo in dote recepta
decretum interueniat ibi videbis. itaque tutor poteſt alienare ſine decreto: & etiam minor rem
immobilem vel quæ ſeruando ſeruari poteſt ex cauſa dotis vel ante nuptias donationes pro ſe
dande quia etiam ob aliam cauſam ſimilem, quæ lege ſit expreſſa fiet alienatio vel obligatio: vt
ecce pro cautela litis iudicio ſiſti.vt ff. de adminiſtra.tuto.l.vlti.§.defenſionem. & ibi dicit text.
in d.l.fin.de admi. tu. ff. quòd pupillus tenetur ex culpa tutoris quatenus eſt locupletior. & e-
tiam vltra ſi tutor eſt ſoluendo ſed liberatur cedendo actionem & ibi dicit Bart. quandoque tu-
tor aliqua facit diligenter & tunc pupillus tenetur etiam ſi caſu bonum exitum non habuit quan
doque facit aliqua culpabiliter vel doloſe: tunc tenetur pupillus quatenus ad eum peruenit: vel
vt cedat actionem. de quo per Bart. in l. ſi dolo. ff. ſi quis omiſſa.cau. teſta. vbi tangit glo. item
nota quòd iure veteri fieri poterat alienatio, & hodie conceditur per decretum alienatio ex cau-
ſa dotis & donationis propter nuptias. & circa immobilia, & circa ea quæ ſeruando ſeruari poſ-
ſunt, etiam ad impendia nuptiarum.ſcilicet pro dignitate, & facultatibus, vt ff. de adminiſ. tu-
to.l.curator.& in l.ſi curatorem.C.de adminiſ. tuto. nam ea quæ ſeruando ſeruari non poſſunt
etiam ſine decreto alienari poterit tutor.vt C.de adminiſ.tu.l.lex quæ tutores:& l.vltima.§.vlti.te-
tur ſi non alienauerit: & debet confeſtim ſuo officio fungi in alienando non quidem præcipiti
feſtinatione.vt ff.de adminiſ.tuto.l.tutor qui repertorium.§.ſi tutor.& aduerte.quòd Bar.in l.tu
tor.§.ſi.ff.de adminiſ.tu.dicit quòd ſi tutor maritauit ſororem pupilli, & eidem miſit munera nu-
ptialia quòd non poteſt imputari pupillo: intellige ſi poterat abſtinere à dictis muneribus ſine
dedecore: & ita loquitur hic.dicit Bar.ſi vero non poteſt ſe abſtinere ſine dedecore, & verecun-
dia: tunc id debet mittere illud enim eſt munus ſolenne.& nota, & adde ad ea quæ ſuperius dixi
mus: quòd ob æs alienum, & ſimilem cauſam poſſunt alienari res minorum.& in d.l. ob æs alie-
num dicit Odoffredus, nunquid prædium minoris poteſt alienari ob dotem, vel ob donationē
propter nuptias dixerunt quidam quòd non: argumento huius legis: ſed nos dicimus contra. vt
C.adminiſ.tu.l.lex quæ tutores in principio:& ff.de iure dotium.l. litia quòd non credo: ſed di
cn quòd debet interuenire decretum iudicis.vt.i.late dicemus,& alimenta ęquiparantur.vi.Bar.
in aucten.res quæ.c.communia de legati.Cinus poſt glo.in l.non omni.C.de admi.tuto. & ſuffi
cit decretum illius iudicis,in cuius territorio res eſt:& ſufficeret etiam decretum illius iudicis,qui
habet pupillum ſub ſe licet non habeat rem ſub ſe,vt l.magis puto.§.illud.ff. de rebus eorum. ita
Bart.in l.ſi prædium.C.de prædiis minorum & vi.Bald.in l.i.C.de contrahen. emtio. & ibi dicit
quid in iudice loci,vbi celebratur contractus.& in alienatione poteſt interponi autoritas iudicis
domicilii vi.quod notatur in c.in venditionibus xvii. q. iiii. Ioannes Andreas in c. paſtoralis. de
priuile.& in c.in noſtra.de ſepultu.in nouel.& vi.Bar.in l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.
& in l. iuris peritos.§.oriundus.ff.de excuſatio.tutorum.& nota quòd tutores,& curatores non
poſſunt alienare immobilia, & mobilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt & iſtud nouum ius ponit
Imperator Conſtantinus.in l.quæ tutores.C.de adminiſ. tuto ubi dicitur: quòd hodie tutores,
& curatores: nec aurum, nec argentum, vel gemas, vel veſtimenta quæ vſu non conſumantur, vel
alia mobilia præcioſa: nec prædia, nec mancipia vrbana debent alienare: ſicut nec debent alienare
prædia ruſtica niſi ob cauſas permiſſas: puta ob æs alienum, & ob cauſam dotis, & donationis
propter nuptias.nam ſicut ob æs alienum poteſt prædium minoris vendi cum decreto.vt in d.l.
ob æs.C.de prædi.mino.ita res prohibite minorum alienari: alienari non poſſunt dari in dotem,
vel in donationem propter nuptias: niſi cum decreto.vt per doc.in d l.lex quæ tutores.& ad hoc
concordat.ff.de iure.do.l.Titia. & hodie res quæ ſeruādo ſeruari nō poſſunt poſſunt alienari ſine
decreto. ſed cætera alia non poſſunt alienari ut in d.l.lex quæ tutores.C.de adminiſ.tuto. & in l.

ſin. eod. tit. ſed nota quòd pro rebus alienatis ſine decreto: ſi fuerunt alienatæ in caſu promiſſo non datur reſtitutio. vt ff. de mino. l. & ſi ſine. §. idem faciunt: & per Salicetum in d. l. lex quæ tutores & ibi dicit quòd per familiares, & domeſticos probantur res quæ ſunt in domo, & eſt ratio quia vt plurimum per alios non habetur, eorum notitia facit C. de iure. deliberan. §. licentiam; & C. de prępudiis l. conſenſu. §. ſed ſeruus. & C. de naufragiis. l. de ſubmerſis. lib. xi. & in d. l. conſenſu. dicit de probatione eorum quæ fiunt in domo. & in d. l. lex quæ tutores dicitur: quæ ſunt in domo probantur per familiares. ita Balio d. l. lex quæ tutores: & vi. Panorm. in c. in literis de teſtibus, vbi dicit. qui dicuntur familiares: & domeſtici, & dicit quòd ea quæ domi aguntur poſſunt probari per ſeruos, quando agitur inter virum & vxorem. ſic ſumat Bald. d. l. buna pupillorum quæ poſſunt ſeruando ſeruari non debent alienari, niſi in caſu neceſſitatis, præcedente inquiſitione, & cau a cognita: & ſecuta decreti interpoſitione. & ibi notatur quòd mulier. tranſiens ad ſecunda vota eſt ſuſpecta. & ibi notatur etiam quòd vendere domum paternam, & fortius auitam, ſatis eſt lugubre. dixi quòd mulier tranſiens ad ſecunda vota eſt ſuſpecta: vt in d. l. lex quæ tutores. & in l. vna. C. vbi pupilli. edu. debe. & in aucten. de nupti. §. eius quoque col. iiii. item nota quòd olim tutores, & curatores pecuniam minoris debent fenori dare: vel in emptionem prædiorum collocare: vt in d. l. lex quæ tutores. & in l. tutores eo. tit. ſed hodie eſt correctum per aucten. nouiſſime. C. eod. tit. vbi dicitur, quod hodie tutor vel curator non debet perdere animam ſuam pro pupillo: itaque non debet pecuniam pupilli, vel adulti fœnori dare, & ſi fœnori dat illam, pecuniam dat fenori periculo ſuo ita vt, ſi debitor non ſit ſoluendo ipſe teneatur. ſed nota quòd ſi pupillus non habeat quicquam: niſi pecuniam: nec inuenitur prædium, in cuius emptione poſſit conuerti; ſi pecunia iſta deponeretur pupillus fame periret: tunc tutor poteſt dari fœnori. vt aperte colligitur in corpore aucten. vt hi qui obligatus ſe habere prohibent res minorum. col. ſexta. §. vbi. vnde ex tracta eſt dicta aucten. nouiſſime. & Bal. & Salicet. non de dicta aucten. nouiſſime. Cinus dicit: hæc commodius ſignatur hic ſuper nigro quam ſuper rubro. & fuit poſita defectiue; quia in corpore aucteuticorum diſtinguitur, verum pupillus habeat ſufficientem creditum prædiorum: & tunc verum eſt quòd hic dicitur: aut non: & tunc quatenus indiget, debet tutor rem pupilli fœnerare: ſed Cinus quærit nunquid hodie tutor aliquo caſu neceſſe habeat pecuniam pupilli fœnori dare? ſuperius diximus. quòd non, vt videbis; quia vſuræ prohibitæ ſunt de iure canonico, & diuino, & ciuili: & quia fœnerari eſt mortaliſſimum peccatum. et tutor (vt diximus) non cogitur nomine pupilli peccatum incurrere: & nota quòd tutor agens pro pupillo non tenetur cauere de rato vt per text. & glo. in l. tutores. C. de dmi. tuto. ſed aduerte quòd prędium minoris ob vectigal non ſolutum incidit in cõmiſſum de quo per Bar. & Salic. in l. ſi tutoris. C. de admi. tuto. & nota quod omnia ſupradicta ſeruanda ſunt in tutoribus & curatoribus minorum, & furioſorum, & prodigorum, eis enim plene committitur adminiſtratio rerum. Curator autem bonorum & ventris ſolam habet cuſtodiam, & poteſtatem vendendi res, quæ deteriores futuræ ſunt, vt l. inter bonorum ff. de adminiſ. tuto item exigere poteſt à debitoribus, qui liberantur tempore, & petere poteſt ab eis, qui res vſucapiunt. vt ff. de ventre in poſſeſſio. mitten. l. i. §. item ſi periculum eſt. Nunc aliqua de periculo tutoris, vel curatoris dicamus: & dico quòd tenentur omnes tutores, qui geſſerunt, & in ſolidum: niſi facta fuerit tutelæ diuiſio: vt dicemus quando de diuidenda tutela dicemus. item tenentur omnes, qui non geſſerunt ſuſtinere periculum in ſolidum circa ſubſtitutionis ordinem, vt ff. de adminiſ. & periculo. tu. vel cu. l. tutores qui poſt. §. in eum. ſi vero quidam geſſerunt, quidam non: dicetur, quando ſcribamus aliqua: ſi tutor non geſſerit pertinent autem pericula ad tutores qui contingunt eorum dolo culpa lata vel leui interueniente: vt in titulo arbitrium tutelæ. C. quidquid in eo caſu quando comparauit prædia non idonea: in hac enim parte ſolam latam negligentiam debent præſtare tutores. vt in l. tutor. ff. de admi. & periculo. tuto. §. comperit. periculum autem caſus fortuiti nõ pertinet ad tutores, vt l. ſi res. l. tutoribus. C. de periculo. tuto. vel cura. & pertinent ad tutores pericula vſque quo finiatur tutela. & aduerte quòd periculum caſus fortuiti ſpectant ad tutorẽ, ſi culpa præcedat caſum, non alias, vt dixi allegando tex. in d. l. ſi res eum l. ſequenti. ſed ſi adminiſtratio eſt diuiſa à teſtatore vel à iudice, periculum vnius non ſpectat ad alium l. ad eos. C. de peri. tuto. quandoque tamen etiam finita tutela imminet tutori ſolicitudo: vt pupillum puberem factum admoneat ſibi curatores petere quaſi hoc connexum ſit tutelæ offitio poſt pubertatem fiat hæc admonitio, & ſi hoc non fecerit tutor tenetur tutelæ iuditio. item & ſi finita tutela perſeuerauerit tutor in adminiſtratione connexa, tutelæ actione cogitur præſtare rationem totius temporis, ſin autem poſt finitam adminiſtrationem in eiſdem rebus minime ſe immiſcuerit, temporis ſequentis periculum, ad eum non pertinet, vt ff. de adminiſtra. tutorum. l. ita autem. §. ſi tutor & l. tutorem qui tutelam: & C. de arbitri. tutelæ l. tutor. & in l. vltima. C. de peri. tuto. vel curato. item ſi finita cura. curator nondum reddita ratione inſtrumenta ad cauſam adulti pertinentia non reddat conſilio ſuo cœptam litem debet perficere, alioquin tenebitur vtili nego. geſto actione: ſi tamen huius rei ratio reddita non eſt: vt de adminiſtra. tutorum. ff. ita au-

tem.§. vltimo. quoniam ſæpe quæritur an ex facto, vel adminiſtratione tutoris, vel curatoris pupillus, vel adultus agere vel conueniri poſsit: ideo aliqua dicamus. & certe ſecundam regulam ex pacto alterius alteri non datur actio. vt ff. de regu. iuris. l. qui tutelam. §. i. & dico quòd ſententia lata contra tutorem, vel curatorem finito offitio non mandatur executioni in eos: ſed io domioum principalem: niſi dolum commiſerit, vt ff. de actio empti. l. Iulianus. §. ſed cum in facto. item & quando tranſtulit in ſe nouando. tex. eſt iuncta. glo. in l. i. C. quando ex facto. tuto. & extipulatione tutoris ſuper re pupilli pupillo quæritur vtilis. vt in l. ii. C. quando ex facto. tuto. dixi: quòd ex pacto alterius alteri non datur actio: item per liberam perſonam non quætitur actio. vt C. per quas per no. ius. acqui. l. i, ſed fallit fauore pupilli; vel adulti, quia ſi tutor, vel curator paciſcitur, vel ſtipulatur durante officio duratur directa actio: tutela, vel cura finita, ſed vtilis datur pupillo, vt in d. l. ii. & in l. fin. eod. titu. ff. de conſti. pecu. l. eum qui. §. ſi tutor. item fallit in mutuo, vt ff. ſi certum peta. l. certi. conditio. §. ſi numos. item fallit indepoſito, & commodato. vt C. ad exhiben. l. ſi res. item fallit in iudiciis quia ſi procurator ſtipulatur etiam in iudicis iuditio ſiſti quærit mihi vtilem. vt ff. de procura. l. procurator meus. Item fallit ratione præſentiæ, vt ff. de verbo. obligatio. l. ſi procuratori. Item fallit ratione affectionis, vt ff. ſo. matri. l. gaius. Item ſallit in donatione quæ ſub. modo. vt C. de dona. quæ ſub. mo. l. quoties, vbi dicit Bald. per illum text. ex pacto celebrato inter dnnantem, & donatarium acquiritur, vtilis actio ſequenti, ſecundo dooatario ſine aliqua ceſsione. Item ſallit, vbicunque aliquis ſtipulatur meo nomine: & afficiatur oon ſoluendo: vt colligitur. ff. inſtito. l. i. & l. ii. ſed alias regulariter qui paſcitur vel ſtipulatur, ſi ſoluendo ſit quærit ſibi directam: ſed eam tenetur mihi cedere, vt ff. de acqui. poſſeſsione. l. poſſtsſio quoque in fine. & nota quòd ſi tutor vel curator accipit pecuniam mutuo nomine pupilli, vel adulti finito officio: ille qui pecuniam dedit poterit conuenire pupillum, vel adultum. & notatur in l. ſi in rem. C. quando ex facto tutorum. & etc. & d. l. ii. dixit de acquirendo. & d. lex. ſi in rem, dicit de obligando. & ootate qnòd dicta lex ſi in rem debet intelligi cum tutor, vel curator accepit pecuniam nomine pupilli vel adulti, & eis eſt data: & in rem eorum conuerſa eſt. finito officio dabitur actio in pupillum, vel adultum. & nota quòd verſio eſt probanda, vt in ciuitate, & eccleſia, circa qnod vide Salicet. io auctentHoc ius porrectum. C. de ſacro ſanctis eccle. & in l. prædiorum. C. de prædiis mino. & de hoc dixi. ſ. & dico quòd ſi finito offitio: tutor perſeuerat in adminiſtratione ipſe tenetur & eius contractu vtilis actio domino quæritur vt in l. ſi hi. C. qnando ex ſacto tutor. & in l. ii. eod. tit. quæro qua actione teneat reſpondet. glo. in d. l. ſi hi quòd vtili tutelæ vt in l. tutor. C. arbitri. tute. ſed ibi quando negocium eſt connexum. vt ibi patet bic quando eſt ſeparatum vt locatio prædiorum: ideo dic melius, qnod actione nego. geſtorum, vt ff. de adminiſtra. ruto. l. tutorem, & de tute. & ratio. diſtra. l. ſi tutor. item nota quòd pro re empta à tutore & tradita nomine pupilli habet pupillus rei vendicationem, vt ff. quando ex facto tutoris. l. ii. vbi dicit Bartol. quod tutor, vel curator acquirit ex pecunia minoris, efficitur mioorís, & ſi tutor ſimpliciter contrabat in re pertinente ad pupillum intelligitur tutorio nomioe contrabere: & l. poſt mortem. §. tutor. eod. tit. ff. & ibi dicitur in l. dolus quod pupillus non tenetur ex dolo tutoris, niſi quatenus ad eum perueuerit & ibi etiam dicitur in l. tutor Interpoſito ſicut pupillo quæritur per tutorem, ita per actorem ab eo conſtituium, vltimo notabis, vt dixi: quòd finita tutela ipſo iure tranſeunt in pupillum actiones quæ competebant in tutorem, vt in l. i. C. quando ex facto tutoris, & C. de adminiſtra. tuto. l. cum quadam. niſi tutor. vt iam dixi finito offitio nouatione facta in ſe traſtulerit obligationem, vt ff. quando ex facto tutoris. l. poſt mortem: nam aliter de eo, quod quis geſſit vt adminiſtrator finita adminiſtratione non tenetur, vt in dicta l. poſt mortem. ſecus eſt in procuratore, quia ſi procurator vendidit nomine domini ſi poſtea res vendita euincatnr: cootra eum datur actio: ſed de hoc vi. Bartol. io l. procurator qui pro euictione. ff. de procura. vbi multa dicit, & optima, & nota quòd aliquando pupillus, vel adultus habet plnres tutores, vel cnratores: & vnum ex pluribus tutoribus, uel cnratoribus vult agere vel conueniri oomine pupilli, uel adulti, & dubitabatur an poſsit: ideo fuit introdncta. Rubrica c. ſi ex pluribus tutoribus vel curatoribns, & breuiter nota. ſi ſunt plures tutores vel cnratores; quilibet eſt tutor, vel curator in ſolidum: vnde quilibet poteſt agere, vel reſpondere in ſolidum, vel omnes, niſi à teſtatore vel a iudice diuiſa eſſet adminiſtratio, vt in l. i. & ii. C. ſi ex pluribus tutoribus & etc. & vnus ex tutoribus negligentibus aliis poteſt cauſam defendere: ſed ſi ſunt plnres tutores, & duo dicunt quòd pupillus habet malam cauſam non tenentur eam defendere, vt C. de adminiſtra. tuto. l. non eſt, & ff. de adminiſtra. tuto. l. quotiens. §. ſicut. ſed alter tutor poteſt ſolus defendere cauſam, ſi dicit quòd ſibi videtur quòd habeat bonam cauſam; ſed ſi adminiſtratio (vt dixi) diuiſa eſt per prouincias à iudice, vel à teſtatore, quo caſu quilibet pro rebus ſuæ prouinciæ agera poteſt vel reſpondere, vt C. de periculo tuto. l. ad cos. alias ſecus ſi à ſemetipſis, vt in l. ii. C. de dinidenda tutela. ſed fallit in caſu: ſi dicit contutor contutori: volo quod tn agas ſine me: quia ego habeo te ſuſpectum, ut colligitur

gitur.ff.de curatore furio.l.cum filio: ſed ſecus eſt, in pluribus curatoribus ſimpliciter conſtitutis: quia quiſque aget pro parte virili: vt colligitur.ff.de procurato.l. qui proprio.§.ſi duobus, & l. ſi duos, & l.ſi itaque niſi eſſet ſpecialiter ei mandatum, vt ff.manda.l.creditor.§.ſi duobus, & quia tutores, vel curatores, debent à quibuſdam abſtiuere.ſ.à conductionibus vectigalium: ideo fuit introducta.C.Ne tutores vel curatores vectigalia conducant, & proprie dicuntur vectigalia publica cum quis conducat à fiſco, vt ff.de puplica.l.i.& l.ſi qui.& notabimus: rem alienam gerentibus non interdici debet rerum ſuarum adminiſtratio. vt C. rem alie. geren. iu rubro, & in nigro. & iſta eſt bona regula: ſed regula iſta fallit: in caſu l.i.C.ne tutores, vel curatores vectigalia conducant, vbi tutor vel curator prohibetur publica vectigalia conducere, & ſi conducit cõmittit crimeu falſi.& quare committit crimen falſi? quia omnia bona ſua ſuut tacite obligata pupillo, vel adulto. vt C.de adminiſtra.tuto.l.pro officio: & ſi conducit publica vectigalia: ſimiliter omnia boua ſua obligautur fiſco, vt C.in qui.cau.pig.tacite contrahi.l.i. itaque commiſit dolum, & ſi aliquis duobus priuatis obligat eadem rem: primo.viii.poſtea alii.committit crimen ſtilionatus, vt ff.de pignorati.actione li.ſed ſi obligat fiſco: falſitatem committit, vt in d.l.i.& ff. ad l.corne.de falſis.l.i.§.cum tutore.ſed licet committat crimen falſi: tamen ſi ſatis faciat pupillo, vel adulto, & fiſco: non tenetur crimine falſi.vt ff.quod quiſque iuris.l.i.ſed ſi tutor, vel eurator conducit publica vectigalia conducendo committit falſum, vt dixi; ſi ante quàm accuſator paratus eſt ſpònte ſatisfacere pupillo, vel adulto, & fiſco non tenetur crimine falſi: quod eſt ſpetiale hic & ad hoc eſt argumen. C.de cadu.tollen.l.i.§.vltimo.Item fallit ſi quis committit crimen ſtellionatus.vt C.de crimiue ſtelliona.l.i.ideo tutela uon finita, vel ratione nou redita, tutor, vel curator uon conducat vectigalia: & ſi prius conduxit excuſatur, vt per Salicet.in l.i.C. ne tutor vel curator vectig.conducat: & quia tutores vel curatores: teneutur ſatisdare rem pupilli ſaluam fore, ſi non ſatisdant: recurritur ad titulum.C. de tutore vel curatore qui uon ſatisdedit. ideo notabimus quòd tutor nou admittitur niſi legitime ſatisdederit, & qui non vult ſatiſdare remouetur. Item nota quòd tutor non recipit adminiſtrationem antequam ſatisdet: niſi ſit teſtamentarius vel confirmatus, vel datus, ex inquiſitione, vt in l.i.ii.iii.iiii. C. ſi tutor vel curator non ſatisdedit: ſed Bald.& geſta, à tutore qui non ſatisdedit ſunt ipſo iure uulla.vt per Salicet.iu l.iii.C. de tutore vel curatore, qui non ſatis.& ibi notat quòd tutor legitimus tenetur ſatisdare, & hoc eſt regulare. fallit quando patronus ad tutelam liberti eſt vocatus. quia ſi eſt perſona honeſta non ſatiſdat, vt l.legitimos.ff.de legi. tute. idem dico in patre: quia cauſa cognita ſatisdat argumen.C.ad trebellia.l.iubemus.§.in ſupradictis in teſtamentario dic quòd non ſatisdat, vt in l.indubium, & vi.ibi Salicet.C.de tutore, qui non ſatisded.datiuus ſine inquiſitione ſatis dat in diſtincte: vt olim in datiuo vero cum inquiſitione debet diſtingui, aut eſt datus à maiori iudice, & non ſatiſdat, vt olim, aut à minore & tunc ſatisdat vt inſti.de aucto.tuto.§. pe. ita Salicetus de mente docto.in l.i.C.de tutore vel curatore qui non ſatis. & vltimo notabis, quòd tutor qui non ſatisdat poteſt adminiſtrare, ea quæ ſunt tempore peritura, vt in l.fin. eod. titu. ſed ſi inopia facit vt non poſſit ſatisdare non remouetur cum nota infamiæ. ſi in fraudem hoc faciat: debet remoueri cum nota infamiæ, vnum ſciatis quòd ſi tutores vel curatores repellantur quia nolunt ſatisdare rem pupilli vel adulti ſaluam fore, alii idonei ſuut ſubrogandi in locum eorum. ideo reſumeudo materiam: nota quòd quatuor ſunt ſpetics tutorum. Nam eſt tutor teſtamentarius, & iſte non ſatiſdat, vt dixi, & l.decretationibus.C. de epiſ. audi. & autem legitimus & iſte tenetur regulariter ſatisdare, vt dixi, licet aliquaudo non, vt ſi tutela eſt modica, vt l.legitimos.de legi.tutc. eſt autem tutor datiuus ſine inquiſitione, ut tota die dantur, & dicitur dari ſine inquiſitione quando iudex non inquirit facultates pupilli, nec tutoris dati. & iſte debet ſatisdare ab initio, & durante offocio ab eo poteſt peti: & ſi non ſatisdat repelitur ab offocio: ut dixi. ſed ſi hoc facit inopia, dic ut dixi ſunt quidam tutores qui dantur cum inquiſitione t puta ſi tutor dicit iudici: domine nolo rogare aliquem qui fide iuberet pro me: inquiratis quid ualent facultates pupilli: quia ſi valent mille: meæ facultates ualent duo millia, ſi inquirat hoc iudex & inuenit quòd in facultatibus pupilli eſt minus quam in facultatibus tutoris, dat ei tutorem, & iſte dicitur datiuus cum inquiſitione: & non ſatisdat. ut inſti. de ſatisda. tuto. in primo §. i. & ii. & ff. de confirmando tutore.l.i. quidam annectunt & aliam ſpeciem tutorum: & dicunt etiam quòd eſt tutor inutiliter datus, qui debet omniuo confirmari, ut inſtitu. de ſatisda. tuto. in fine. & C. de teſtamentaria tutela.l. mater. & intelligamus: omniuo.i.ſine inquiſitione. item dicunt quidam (ut ſuperius dixi) quòd tutor datiuus ex inquiſitione a minori magiſtratu tenetur ſatisdare. Non à defenſore ciuitatis: & ſic intelligitur inſti.de attiliano tutore.§.nos. item quòd dixi tutores datos ex inquiſitione ſatisdare uon cogi. Verum eſt cum unus ſolus eſt datus: ſi autem plures ex inquiſitione ſimul dati ſunt: & eorum unus offert ſatisdationem præfertur aliis in adminiſtratione, ut in l. nou omnium. C. de tutore, vel curatore qui non ſatis dedit. & tutor qui nou ſatis dedit nou poteſt alienare quicquam de bonis pupilli. ſed bene poteſt quærere ei bonorum

norum.poſſe.vt per text. & doctor.in lege fin. C.de tutore vel curatore qui non ſatis dedit qui à tutores fraudulenter verſantur quandoque & ſuſpecti ſunt in adminiſtratione: dicamus de ſuſpectis tutoribus. debet autem fraus vel negligentia tutoris probari à pupillo, vt ff. de proba tio. l. quotiens.§.qui dolo.& l.pietatis.C. de ſuſpect. tutor. vbi dicitur accuſatio de ſuſpecto eſt publica. ex quibuſdam tamen cauſis tutor præſumitur ſuſpectus nec in eis oportet aliquod pupillum probare, vt ſi iſte idem fuit tutor pupilli alia vice, & in ea conſtat male verſatum: vel ſi tutor eſt inimicus pupillo & parentibus eius, vel ſi tutor per mendatium dicat alimenta non poſſe decerni impuberi, vel ſi non faciat inuentarium vt dixi, vel ſi non defendat impuberem, vel ſi tutor datus non compareat, nec ſui copiam faciat, vt ff. de ſuſpect. tutori l. iii.§. ſi autem ipſe tutor.§.ſi tutor inimicus.& §. tutor qui alimenta.& §.tutores qui repertorium, & l. pubertibus. §. item ſi quis tutor & C. de adminiſtra. tutor. l. vltima.l.reſponſo. & C. arbitrium tute. l.vltima.§.vltim.& inſti.eod.§.ſuſpectus. dicitur ſuſpectus eſt qui non gerit tutelam fideliter ſed fraudulenter,& §. nouiſſime autem.hæc accuſatio, ſeu poſtulatio ſuſpecti tutoris, quaſi publica eſt vt dixi, & mulieres admittuntur, ſed hæc ſolet quæ pietate neceſsitudinis ducte ad hoc procedunt, vt puta mater, nutrix, auia. & ſoror. & impuberes non poſſunt ſuſpectos ſuos poſtulare tutores; ſed puberes poſſunt ſuos curatores ex conſilio ſuſpectos arguere, vt inſt.tu. de ſuſpect. tutori.§.conſequens, & §.impuberes,& ff. eodem titu.l.i.§.conſequens.

Item vnus tutor poteſt ſuum contutorem accuſare,vt l.iii.ff.de ſuſpect.tutor.poſſunt autem omnes tutores vt ſuſpecti accuſari ſiue ſint teſtamentarii, ſiue legitimi, ſiue datiui. diligentes autem certum eſt quòd non poſſunt, vt inſtitu. de ſuſpect. tutor. §.i.quod intellige in tutoribus & curatoribus. minorum & furioſorum, & prodigorum, & ventris, & bonorum, vt ff. de ſuſpect. tuto. l. iii.§. non tantum fieri poteſt hæc accuſatio & remotio tutoris Romæ apud prætorem, in prouinciis apud præſides, vt inſtitu.de ſuſpecti.tutor.§.i.& deſcendit huius criminis actio: ex.l.xii.tabularum,vt inſti.eodem titu.in princi.proceſſus autem accuſationis talis eſt, vt pro tribunali ſedente præſide examinetur cauſa, vt ff. ad turpilia. lege prima.§. ſuſpecti. & finita tutela, vel cura extinguitur accuſatio criminis ſuſpecti: quia in eum caſum peruenit a quo incipere non poteſt,vt ff.de ſuſpecti.tutor.l.iii.§.quæri poterit,& §. ſi quis affuturus, & l. poſt finitam,& inſti.eod.tit.§.ſed ſi ſuſpecti.& C.eo.tit.l. ii. effectus autem accuſationis eſt in principio: quia lite conteſtata interdicitur tutori adminiſtratio. vt inſtit. de ſuſpecti. tutor.§ ſi quis autem ſuſpectus.& C.eodem titu.l.eum quem.& ff.de ſolu.l.quid ſi forte.§.i.itaque ſuſpectus tutor debet remoueri à tutela: licet paratus ſit ſatisdare rem pupilli ſaluam fore: quia ſatisdatio maliuolum propoſitum tutoris non mutat,vt inſti.eod.tit.§.vltim.& ff.eod.ti.l.ſuſpectus fieri,& l.qui ſatisdatio. ſi tamen tutor ſit pupillo cognatus,vel affinis,vel patronus optimum factum eſt curatorem ibi potius adiungi quam eundem cum nota infamiæ remoueri,vt ff.de ſuſpect.tuto.l.ſi tutor,quilibet ergo alius tutor remouebitur à tutela. ſed ſi cauſa remotionis non eſt in decreto expreſſa, remanet integra fama,vt ff de ſuſpect.tuto.l.iii.§.vlt.& l. iiii.poſſet tamen diſtingui.vtrum accuſabatur ſuſpectus propter dolum, & tunc præſumamus eum remotum ob dolum, an ob culpam, & tunc dicamus in dubio: quòd remaneat integræ famæ ut dictum eſt.dixi: quòd pendente cauſa ſuſpecti debet tutori adminiſtratio interdici, vt in l.eum quem.C. de ſuſpect. tutor. & inſti.eo. §.ſi quis autem, vbi dicit ſubtilis faber docto.diſtingunt an accuſetur de mala adminiſtratione in offitio & tunc interdicitur. ſi autem de alio crimine non de iure vero canonico non interdicitur etiam in primo caſu,niſi facta informatione de dilapidatione, vt extra de ſimo. c.licet heli. & ibi Innocen. & de officio delega.c.venerabili & ibi glo.in c.licet heli.dicit Panor. nota hic expreſſum,& tene menti,quòd pendente inquiſitione contra prælatum ſuſpectum non fit in incontinenti remotio ab adminiſtratione:ſecus eſt in tutore, & eſt ratio ſecundum docto. quia pinguis ius habet prælatus in prælatura quam tutor in rebus pupilli. & circa hoc vide glo. in c.quia epiſcop.v.q.iii.& nota:quòd accuſatus pendente accuſatione non priuatur iuribus, vel dignatibus ſuis, ut in c. omnipotens Deus de accuſa. ſed interim de nouo non poteſt acquirere. & procedit etiam in dignitatibus ſæcularibus,ut in l. qui de libertate.ff. de liberali cauſa. & in l. qui ſtatus ff. de re milita. & in l. delatus reus. ff. de numeri, & honori. ubi Albericus diſtinguit iſto modo. Si officialis eſt in poſſeſsione officii pendente controuerſia debet gerere officium, ſecus ſi non inchoauit exercere.& ibi dicit multa utilia de mente doctorum,ſed ſpeculator in titulo de cenſibus.§.i.ad finem dicit: pone titius fuit electus in poteſtatem cuiuſdam caſtri: quidam ſe huic electioni opponunt: dicentes eam non ualere, quæritur an pendente lite exercebit officium? Reſpondeo, dic quòd non,ſi non inchoauit exercere.ff.de re milita.l.qui ſtatus. ſecus ſi inchoauit ff.appella.pen.nihil inno.l.i.§.pe.ff.de mune.& honori.l. reus delatus.§.i. in electo autem in prælatum dic: vt extra de appe.capitu.conſtitutus, & de electione capitu. nihil.§. fin. Et nota quòd quando eſt officium perpetuum cum magna maturitate iudex debet procedere in ſuſpenſione officii,& moueor per notata per Bal.in l.mancipia.C.de ſeruis fugiti. ubi ipſe quærit,

rit,an officialis negligens ſit deponendus. Reſpondeo, dicit Bald. quoddam eſt officium perpetuum : & tunc non debet deponi niſi culpa inducat depoſitionem, vt quia delinquit in officio: C.ſuſcepto.præpo.& archa.l ſi aliquid.libro.x. & delictum debet eſſe graue, vt ſi eſſet deuorator ſubditorum.tex. ad hoc ſecundum Lucam de penna in d.l.ſi aliquid.& ibi litera dicit:non poteſt quis amplius exercere officium. in quo ante decoxit.i. deuorator extitit, & condemnatus extitit, ad quod pondero tex. condemnatus extitit quia ante condemnationem poteſt per illum text. exercere offitium, & dicit ibi Platea.nota ergo quòd ſi ſuſceptor tributorum, vel eius notarius, vel alius officialis in ſuo delinquat officio:& de hoc conuictus & condemnatus extitit nunquam ad id officium amplius reuertetur:etiam ſi reſcriptum principis impetrauit, vt in d.l.ſi aliquid, & in l.iudices de digni.lib.xii.vbi loquitur de iudice conuicto, & ibi dicit Ioan.de Platea in d.l. ſi aliquid, quòd ſi delinquens in officio aufugit, tunc habetur pro conuicto, & ibi dicit Bartol. Nota hanc l.ex qua collige quòd notarius condemnatus de falſo inſtrumento, non poteſt amplius notariatus officium exercere.facit.ff.de eadem l. ſi aliquis ex argentaris.§.i.& ibi glo. allegat.l.ſi aliquid.ſed ſi fuit condemnatus de falſo alias commiſſo, dic vt per Bartol. in l.iii.ff. ad l. Iul. repe. vbi plene de hoc,& ibi dicit Lucas de pena, ſi tabellio eſt damnatus de falſo : an fides adhibeatur alijs inſtrumentis, ibi videbis.dixi ſuperius de mente Bald.quòd officialis perpetuus non debet deponi niſi culpa inducat depoſitionem : vt quia deliquit in officio, vt in dicta lege ſi aliquid. allegat etiam Bald.text. in l.ii.§.miles.ff.de his qui no.in famia,vbi miles qui lege Iulia. de adulteriis fuerit damnatus infamis eſt, & abſoluitur à ſacramento militiæ.

Itaque aduertite quod delictum debet eſſe grande : ad hoc vt officialis perpetus ſit deponendus, quodam eſt officium ad tempus. & tunc propter enormia caſſari poteſt,vt C.ad l. Iuli. repe.l.i.pro minoribus autem culpis non punitur in officio : ſed punitur tempore ſindicatus, vt per Bald. in dicta l.mancipia.& aduertite quòd text. in dicta l. ſi aliquid. dicit, ſi aliquid à ſuſceptore fraudis poſſeſſor depræhendat,& fraus quot modis committatur, vide per glo.& doctor. in capitu.de priuilegi.& ibi Ioan.Andre. & doctor.& vide Bartol.in l. contra.ff. de legibus & in l.qui teſtamentum de proba. ff. & vide Dynum in capitu. fina. de regulis iuris in ſexto, & aduertite quod text.in l. quilibet, de decurioni.libro decimo dicit. officiales in eorum officio delinquentes.i.ſi fraudulentus in illicitis,& in moderatis exactionibus fuerit inuentus:damnetur in metallum. & ibi dicit Lucas de penna, ſi officialis ſcripſerit aliquem illicite in muneribus : aut aliquid vltra debitum exegerit puniendus eſt, vt in text. & Ioannes de platea dicit. officialis qui committit fraudem in ſuo officio, vel in diſtribuendo patrimonia hominum in collectas imponendas vel cenſus, & tributa exigenda, vel in plus exigendo quam debeat, & ſic illicitas exactiones faciendo perſonaliter punitur, & hoc quando conſuetus eſt tales fraudes committere,vt per gloſſam & plateam in dicta lege quilibet,in lege vna.C. de ſuper exacto. libro decimo, alias punitur arbitrio, iudicis platea ibi. & vide legem & gloſſam in dicta lege vna de ſuper exacto. ſed aduerte quòd miles ex cauſa deſertionis notatus ſuſpenditur à militia : ſed cauſa cognita ſi non conſtiterit deſertorem eſſe omnia ſtipenda reduntur l. lege.ff. de re militari. & text. in lege ſi quos de officio prætorio orientali.C. vbi officialis propter tres cauſas remouetur, & vide doctores in lege ſecunda de Sportulis.C. & imperator propter delictum deponitur à papa. capitu. ad Apoſtolice de re iudicata. & vide ea.que notantur vigeſima tertia diſtinctione in nomine domini. & vide Albericum in lege ſi quos de prefecto prætorio orientali. & vide platinam ſcribendo hiſtoriam Ioannis vigeſimo tertio.& vide.ſ.in capitulo decimo ſexto.

Et vide text. in dicta lege diu minime de ſuſcepto pre & archa. libro decimo contra officialem conuertentem pecuniam fiſcalem in proprios vſus.& vide Ioannem de platea. & vide legem primam & ſecundam.de his qui ex pub. ra. mu. pe. accepe.libro decimo, itaque officiali perpetuo, inquiſitione pendente,non interdicatur adminiſtratio officii. & in tutore ſuſpecto aliud eſt vt dixi : & tenet Bartolum in lege quod ſi forte. ff. de ſolutio. §. i. ſed ſi eſt talis tutor qui propter ſuſpitionem etiam probatá non debet remoueri ſed debet alius adiungi, vt ſi eſt coniuncta perſona.l. ſi tutor aliquo. ff. de ſuſpectis tutor. & Bartol. in dicta lege quòd ſi forte. in prælato, dic vt dixi,& Archidiacon.in capitu.ſi epiſcopus.§.quod mala. tertia quæſtione dicit ſuſpitio dilapidationis debet probari contra prælatum,& probata datur illi coadiutor vſque ad finem litis, vt in capitulo licet heli.de ſymonia. & capitulo venerabili.de offi.delegat.ſed nota quòd alienatio immobilium interdicitur,& de his qui ſeruando ſeruari poſſunt,vt per Archidiac.in cap.ſin. tertia quæſtio.ſecunda.& ita tenent omnes quia pinguius ius habet prelatus:& habet pleniorum adminiſtrationem quam tutor, & eſt procurator in rem ſuam. ſed officialis ſindicandus debet ſuſpendi ab officio, ſi eſt officialis ad tempus. & ita de conſuetudine generali ſeruatur, & de hoc vide paridem in tractatu de ſindicatu, in verbo accuſatus. ſed de officiali pecuniario perpetuo, non loquuntur doctor. nec iura.quod pendente accuſatione, ſeu inquiſitione ſibi in-

terdicatur

terdicatur adminiſtratio. Et ſi fiſcus eſt cautus, & de pecunia fiſcali non teſtatur in accuſatione, vel inquiſitione non pōt ſuſpendi per ſuperius dicta, pendente lite. ſed poſtquam ſit conuinctus, per dictam legem ſi aliquid. quæ lex loquitur in officiali pecuniario. & Faber. inſtitu. de his qui ſunt, vel alieni iuris dicit, quòd ſi ſuperius grauat ſubditos interdicitur ei adminiſtratio, intellige cauſa cognita, & vide ſupra in iſto Speculo, in titulo de Rege, & Regia dignitate vbi de officiali multa diximus.

Et quando quis vtitur duplici officio debet pro vtroque habere ſalarium. l. his ſcholaribus, de erogatione militaris annone, libro duodecimo intellige ſi intereſſe non continent repugnantiam l. maior. de dignitate libro duodecimo.

Quia litis occaſione contingit aliquem conſtitui tutorem, vel curatorem, ideo de hoc dicamus. Sciendum eſt igitur tutorem non poſſe ad litem conſtitui, quia non datur certe rei, vel cauſæ, vt inſtitu. qui dare tuto. §. certe, quod ergo dicitur de in litem dando tutorem. Omitto, quia hodie minori dabitur ad litem curator, & tutor, vel curator, vel quod melius eſt per procuratorem aget cauſam, vt inſtitu de auctoritate tutorum. §. vltimo, & Codice de in litem dando tutorem; vel curatorem. lege penultima, & vltima. vbi dicitur: ſi tutor teſtamentarius, vel legitimus eſt cum pupillo litigaturus debet ei de curatore ad litem facere prouidere, vel poteſt pupillus illius auctoritate procuratorem conſtituere, qui cum ſit defenſurus, & ſi res exigerit alius tutor ordinabitur, itaque ex dicta lege finali. colligitur, quòd creditor pupilli poteſt eſſe teſtamentarius, & legitimus tutor, hodie ſecus, vt C. qui dare tutor. poſſunt. l. creditorem, & in auctentica minoris, Minoris eodem titulo vbi dicitur creditor, vel debitor minoris non debet eius curam ſuſcipere, & ſi ſuſcipiat & taceat, creditor actionem perdit, ſi debitor taceat ſolutione interim facta non iuuatur, & ſi poſt adminiſtrationem ſuſceptam, creditor, vel debitor eius efficitur, curator ei adiungitur. & ſi ceſsionem aliquam minorem receperit, illa vti non poterit, ſed minoris lucro cedit. & nota quod in locum tutoris, vel curatoris non poteſt alius niſi cauſa cognita ſubrogari. l. curatorem. C. qui dare tutos, vel curatores, & qui dei i poſſunt, vel non.

Dixi quod poteſt pupillus ſi eſt cum tutore litigaturus auctoritate illius procuratorem conſtituere, nota hoc bene, quia non eſt alibi ſecundum Salycetum, in dicta lege finali, & curator ad litem ſumptus repetit quòd bona fide facit. l. ad litem dando tutorem, vel curatorem. & iſta rubrica ſecundum Salycetum loquitur ſecundum iura antiqua, & videbis per eum. in Rubrica. & nota quod olim ſi pupillus habebat tutorem, & lis mouenda erat inter pupillum, & tutorem, ad aliam litem dabatur vnus tutor: & ille dicebatur prætorius tutor. hodie ad illam litem datur curator, vnde licet occaſione tutelæ non poſsit eſſe lis, tamen alia de cauſa poteſt eſſe lis inter pupillum, & tutorem: vt inſtitu. de auctoritate tutorum, in fine. Codice de auctoritate tutorum. l. prima, & in iſta materia notabis, quod ſi tutor pupillus cuius pater vendit fundum ſecum communem, conſultius faciet ſi tutela durante partem ſuam non vendicet, ſi tamen vult vendicare debet petere curatorem dari, qui emptorem pupilli nomine defendat aduerſus ipſum tutorem fundum vendicantem.

Et quia aliquando quis putat ſe tutorem, & non eſt, dicamus de eo, qui pro tutore negocia geſsit. quia ſi mulieres putant ſe tutrices cum non eſſent, & adminiſtrauerunt res pupilli, actione pro tutelæ tenentur. vt in lege prima. C. de eo qui pro tutore negocia geſsit, & in lege mater. C. de teſtamen. tutela. Sed ſi mulier ſciret ſe tutricem non eſſe, & adminiſtrent, actione negoc. geſto. teneretur, vt C. de teſtamen. tutela, l. prima, & ſi aliquis datus eſt tutor inutiliter, & ipſe putans ſe tutorem agit nomine pupilli, ſi obiicitur ei quòd non eſt tutor, ſi non oſtendat ſe tutorem repelletur, & de eo quòd geſsit tenetur actione pro tutelæ reddere rationem. l. finali. C. de eo qui pro tuto. nego. geſsit. vbi notatur quòd exceptio quòd mandatum non ſit ſufficiens apponitur in quacunque parte litis.

Nota quòd licet mater petierit tutorem dari filio eius non propterea tenetur periculo ex illo facto niſi hoc expreſſum fuerit in decreto iudicis, ſecundum Salycetum in lege prima. C. ſi mater indemnitatem promiſsit. Sed nota quòd promiſsio indemnitatis facta tutori non liberat tutorem, vt l. ſecunda, eodem titulo, vbi videbis Salycet. & nota quòd ſi mater fecit teſtamentum & inſtituit filium ſuum hæredem, & vetuit in teſtamento quòd talis non deberet dari tutor filio ſuo, poſtea ille datus eſt tutor filio ſuo; dico quòd remouebitur à tutela ſine nota infamiæ. l. prima, Codice ſi contra matris voluntatem tutor datus ſit, & ff. de ſuſpectis tutorum, lege ſecunda.

Quia interdum inchoatur cauſa pupilli durante tutela, & tutela finitur ante cauſam finitam. ideo ponitur iſta Rubrica. C. vt cauſæ poſt pubertatem tutor aſsit. itaque tutor cauſam pupilli inchoatam proſequi tenetur etiam poſt pupillarem ætatem ſi inſtrumenta curatori non reddiderit, vt in lege vna, eodem titulo, & ſi tutores fuerunt condemnati nomine pupilli, & ipſi prouocauerunt, & pendente prouocatione eſt finita tutela, & ipſi nondum reddiderant rationem

curatoribus, ipſi debent adeſſe cauſæ pupillorum maxime cum adhuc inſtrumenta illius cauſæ habeant apud ſe. vt l. ita autem. §. primo. ff. de adminiſtratio. tutorum, & vide ff. de appellationibus. l. tutor. & ff. ſi tutor, vel curator appella. l. prima.

Et quia ſæpe dubitatur vbi pupillus debeat educari, ideo dicamus aliqua circa hoc. & dico quòd vbi mater non conuolauit ad ſecundas nuptias ius præſumit immenſum, quòd mater diligat filios, vt in auctentica de nuptiis. §. eius. col. iiii. & C. de curato. furioſi. l. vltima, in principio, & ideo apud eam debent filii morari, vt in lege prima. C. vbi pupilli educantur. Sed ſi vitricum ſuper induxit, ius præſumit contrarium. C. de adminiſtratione tutorum. l. lex quæ tutores. §. ſerui. & ideo apud eam morari, vel educari non debent. Sed pupillus habet auum maternum, & dicit volo quòd apud me pupillus educetur, ſimiliter patruus dicebat, iudex examinabit quis ſit idonior, dum tamen ſuſpectum expé ſucceſsionis euitet, vt apud eum non educetur. itaque vbi pupillus educetur eſt in iud. arbitrio. Sed de eo qui pupillo ſuccedere debet eſt iuſta ſuſpitio. Sicut de illo qui inſidiatur pupillo, vt ff. eodem titulo. l. vltima. ſed in matre non eſt hæc ſuſpicio, licet ſit prior in ſuccedendo gloſſ. & Salyce. in l. finali. C. eodem titulo. & nota quòd onus alimentandi pupillum eſt neceſſarium, vt in l. prima, & filius debet educari apud matrem ſi non cõuolauit ad ſecundas nuptias, vt in auctentica de nuptiis. §. eiuſdem quoque, columna quarta, & iſta eſt veritas. nota bene.

Et nota quòd tutor iudicis arbitrio cogitur alimenta præſtare pupillo licet pendeat quæſtio de ſtatu, vt in l. prima. C. de alimentis pupillo præſtandis. Et pupillus præſumitur alimentatus à tutore. & non præſumitur de nihilo vixiſſe, vel ſine ſumptibus ſtuduiſſe, vt in l. ſecunda. C. eodem titulo, & prætor debet ſpectare modum patrimonii pupilli cum alimenta decernit, conſiderando ſi pupillus eſt diues. aut mediocriter ſe habeat, & debet tam moderate ſtatuere, vt non vniuerſum patrimonium, ideſt reditum patrimonii in alimenta decernat, ſecundum ætatem pupilli, & ſecundum qualitatem pupilli. & ita debet decernere circa ſeruitium pupilli, & circa veſtem. & circa omnia neceſſaria pupillo.

Et quia ſæpe contingit tutelæ adminiſtrationem diuidi inter tutores. dicamus aliquid de diuidenda tutela, & pro qua parte quiſque tutor conueniatur vbi adminiſtratio non eſt diuiſa omnes tutores tenentur. Sed vbi eſt diuiſa à teſtatore, vel a iudice non tenetur vnus pro alio, niſi in caſibus, diuiſo vero quam tutores inter ſe propria auctoritate faciunt pupillo non officit, vt in l. ſi diuiſio. C. de diuidenda tutela, & nota quòd tutorum pacto non obſtante prius conuenitur gerens, & eius hæredes quam non gerens, vt in l. finali, eodem titulo, & nota quod in dicta l. diuiſio, tria dicuntur primo dicitur ſi tres ſunt tutores, vel curatores in eodem loco, vel in eadem prouincia, & adminiſtratio non eſt diuiſa inter eos, finita tutela pupillus, vel adultus, omnes poteſt conuenire, vel vnum inſolidum, & ſi eleget vnum tenetur ei cedere actiones contra alios. Secundo dicitur ſi plures ſunt tutores, vel curatores, & diuiſio facta eſt inter eos à iudice, vel à teſtatore, quẽlibet debet conuenire pupillus vel adultus pro ſua parte, niſi in trib. caſibus, ſi forte per dolum contutorem ſuſpectum non remouit, vel tarde remouit, vel in remouendo iura perdidit pupilli. Tertio dicitur, ſi ipſi tutores, vel curatores diuiſerunt adminiſtrationem inter ſe, perinde eſt ac ſi facta non fuiſſet diuiſio, vt dixi. & nota ꝙ ſi igitur cum vno inſolidum, ſi conuenitur ob propriũ dolum, non petit ſibi ceſsionem fieri contra alios, ne dolus ſibi patrocinetur, vt ff. de tutelis, & ratio. diſtr. l. i. §. nunc tractemus. Sed ſi conuenitur ob culpam unus poteſt poſtulare ceſsionem ſibi fieri contra alium, vt in d. l. ſi diuiſio. immo (quod plus eſt) haberet vtilem ſine ceſsione, ut in. d. §. nunc tractemus. Sed ſecus eſt in pluribus confideiuſſoribus ſi ipſi non poſtulauerint. vt colligitur. ff. de fideiuſſoribus. l. fideiuſſores, & ratio eſt, quia ſatis eſt quòd fideiuſſor contra principalem habet regreſſum, vt probatur. ff. mandati. l. ex mandato. §. primo. Sed in pluribus contutoribus ſi vnus ſoluit, nec poſtulauerit ceſsionem ſibi fieri datur ei vtilis, quia non inuenitur alia perſona contra quam habeat regreſſum. ff. de eo per quem fact. eſt. l. vltima, & ita colligitur. ff. de legatis primo. l. plane. ii. & ideo nota ſi plures ſunt tutores, & omnes geſſerunt, ſi vnus conuenitur inſolidum triplex beneficium habet. vnum vt ſi omnes ſunt ſoluendo poteſt impetrare diuiſionem fieri, vt C. de conſtituta pecunia. l. vltima, vbi dicit Bald. per illum textum beneficium diuiſionis quod competit pluribus fideiuſſoribus competit pluribus conſtituentibus pro alio. Item habet aliud beneficium, quia ſi non valet poſtulare beneficium diuiſionis, poteſt petere ceſsionem ſibi fieri contra contutores, vt in dicta lege ſi diuiſio.

Item ſi non poſtulauit habet vtile beneficium ſine ceſsione, vt dixi. Et nota quod fideiuſsio expreſſa non poteſt fieri ſine ſtipulatione. l. ſtipulationum. §. ſatis acceptio. & lege ſciendum. iuncta gloſſa. ff. de verborum obligationem, & lege blanditus. C. de fideiuſſoribus. Baldus in capitulo primo, de pactis. ideo ſequitur quod fideiuſſor non tenetur ex facto principalis. Sed fallit in dote mulieris. quia fideiuſſor pro dote mulieris obligatur, quia fauore dotis pacto nudo efficaciter obligatur, text. in l. finali. & ibi Baldus. C. ad Velleianum, & doctor. in ſatis acceptio. & idem eſt in fideiuſſore in pia cauſa. arguendo de dote ad piam cauſam, quamuis dos non ſit pia

cauſa,

cauſa, niſi ſit promiſſa pro paupere, ita Roman. in auctentica ſimiliter. C. ad legem falcidiam, & Iaſon. in dicto. §. ſatis acceptio. item dico quòd dicta regula non habet locum in fideiuſsione tacita inducta à lege. l. cum oſtendimus. §. finali. ff. de fideiuſſoribus tuto. & l. ſecunda. ff. ad municipalem, ſecundum Bartolum in l. reos. ff. de duobus reis. itaque ex dicta. l. cum oſtendimus. notabis quod in omni contractu iudiciali præſumitur ſolennitas etiam ſi deficiat ſtipulatio. ita Petrus de belluga, in ſuo ſpeculo. folio. cxxxiiii. in principio, & qui fideiuſsit apud acta eſt fideiuſſor iudicii Bal. in lege ſecunda. C. de fideiuſſo. tuto. & nota quod licet ſoluens inſolidum non agit contra fideiuſſorem niſi ſibi ſit actio ceſſa. l. cum aliter. C. de fideiuſſoribus. aliud eſt in contutore ſoluente. vt per Salycetum ibi facit tex. In l. prima. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ratio. diſtraen. & vtiles non competunt fideiuſſori niſi cedantur, vt. ff. de fideiuſſoribus. l. vt fideiuſſor. & l. fideiuſſoribus. & actio mandati competit fideiuſſori ſoluenti, non hypothecaria competens crediturì niſi ſibi cedatur. l. mandati. C de fideiuſſoribus, & nota quod ſi in ſcriptura reperitur aliquē fideiuſsiſſe, præſumitur per ſolemnem ſtipulationem, vt per Iaſon. in dicta l. ſciendum. vbi multa dicit de ſolennitate intrinſeca. Et de ſolennitate extrinſeca. vbi videbis. Sed nota quod ſolennitas extrinſeca præſumitur ex diuturnitate temporis præceſsiſſe. quamuis notarius nullam mentionem de ea faciat. vt per Alexandrum, & doctor. in l. qui aliena. ff. de acquirenda hæreditate, & per Iaſonem in dicta l. ſciendum, in ſexta columna.

Nunc aliqua dicamus, de arbitrio tutelæ, id eſt de actione tutelæ, ſubaudi directa. Nam de contraria tractatur. C. de contrario iudicio tutelæ. hæc actio licet finita tutela qualitercunque ſit finita. vt. ff. de tutelis, & ratio. diſtrahen. l. ſi tutor. §. vltimo. datur hæc actio pupillo, & eius hæredi, ſed tamen pupillo datur cum priuilegio, vt præferatur aliis creditoribus chyrographariis, hæredi datur ſine priuilegio, vt. ff. de adminiſtratione tutorum. l. ex pluribus. vbi dicit Bartol. per illum tex. quæ non ſunt tranſmiſsibilia ad hæredes, per ceſsionem non tranſeunt, datur hæc actio in tutorem quondam, & eius hæredem, vt l. penultima. C. arbitrium tute. vbi dicitur. Tutelæ actio tam hæredibus, quàm contra ſucceſſores competit, ſed plenius dicemus quādo tractemus de hæredibus tutorum, veniunt in actionem iſtam res minoribus.

Item res comparatæ pecunia minoris, vt C. arbitri. tute. l. curator. vbi litera dicit. Minoris eſt electio vtrum petat rem emptam ex pecunia ſua licet non nomine ſuo, an pecuniam ipſam cū vſuris centeſimis. item veniunt debita ex mala adminiſtratione, vt in l. lucius titius. ff. de adminiſtratione tutorum. & in l. tutorem. C. arbitrium tute. vbi dicit Salyce. per illum tex. contra tutorem debet pupillus agere non contra eum qui indemnitatem promiſsit. Et in actione tutelæ venit. Ratio, & vt reliqua præſtet. i. debita ex mala adminiſtratione, vt dixi. & in actione iſta vt iam ſuperius dixi venit, dolus, & lata culpa, & leuis, & damnum & lucrum, vt C. arbitrium tutelæ. lege quidquid. vbi litera dicit. quid quid tutoris, vel dolo, vel lata culpa. vel leui, ſiue curatoris minores amiſerint, vel cum poſsint non acquiſierint, hoc etiam in tutelæ ſiue negociorum geſtorum vtile iudicium venire, non eſt incerti iuris. Sed in exigendis nominibus debitorum tutor tenetur tantum de lata culpa, vt in l. ſecunda C. arbitrium, & nota quod in dicta lege quidquid colligitur qualiter formetur libellus contra tutorem in actione tutelæ, vel contra curatorem in actione negociorum geſtorum, & debet ſic formari, ago contra Petrum quondam tutorem meum & curatorem. Et peto vt reddat rationem tutelæ, vel curæ geſtæ omiſſe, & vt reliqua reſtituat, id eſt inſtrumenta ad eum peruenta ratione adminiſtrationis, & vt inuentarium exhibeat, quod ſi ceſſauerit peto ipſum condemnari quantum in litem iurauero, quia tenetur de dolo, quia in dolo eſt is qui tenetur rem reddere, & non reddit, vt. ff. depoſiti. l. prima. in fine. & etiam probantur hoc. C. de in litem iurando. l. penultima. item ex iſta. l. quidquid. notabis, quod intereſſe debet regulariter conſiderari ex damno, vt ff. ad legem rhodiam de iac. l. iii. §. portio. Speciale tamen eſt fauore minoris, vt in actione tutelæ veniat intereſſe ex lucro, vt colligitur. ff. de eo quod certo loco, dari oportet. l. non vtique, in fine, ſic & in actione locati, vt. ff. locati, & con. l. ſi fundus. ſic & in ſtipulatione de rato. vt. ff. rem ratam habe. l. ſi commiſſa. & nota. quod quæſita à tutore tutela durāte non præſumuntur quæſita de bonis pupilli. l. ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ, & adde ad iſtū tex. l. ſi creditores. ff. de ſeparationib. & vide Alexandrum in l. diuus. de bonis damnato. ſed quæſita ex induſtria vxoris efficiuntur mariti, vt probatur in dicta lege ſi defunctus. & eſt ratio quia tenetur operari viro à quo alimenta recipit. l. ſi eum. ff. de operis liberto. & filius abſtentus per tutores ab hæreditate non tenetur creditoribus patris. l. eum qui. C. de arbitr. tutelæ. & ibi ex tex. quod poſſumus arguere de contractibus adde l. ictu. vt ff. de iudiciis. l. omnem, & adde quod notatur in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. ff. ſoluto matrimonio. & ibi notatur etiam in dicta lege eum qui quod illud quod filius quærit ex contractu, vel quaſi non eum facit hæredem patris. Et nota quod confeſsio tutoris extra inuentarium non præiudicat veritati. Sed confeſsio inuentarii adeo præiudicat quod non poteſt contrauenire, vt in l veteris. C. arbitrium tutelæ, item venit in actione tutelæ, vt tutor rationes efficiat, & pupillo reddat, cæterum ſi non fecerit, aut factas non

exhibet tutelæ iudicio tenebitur,vt ff.de tutelis,& rationibus diſtrahen.l.prima.§.officio.eſt au
tem hæc actio perſonalis,ciuilis,& famoſa,ſi quis condemnetur ob dolum non ſi ob culpam, vt
inſtitu.de ſuſpec.tuto.§.ſuſpectus.poſt hoc ſciendum eſt tutorem,& hæredes eius,pupillo & hæ-
redibus eius teneri quadam alia actione, ſcilicet quæ dicitur de rationibus diſtrahendis, vt. ff.
de contraria & vtili actione tutele.l.ſecunda, vbi litera dicit, longe magis dandum eſt, & ſi de
rationibus diſtrahendis actio intendatur, quæ actio loco habet cum in tutela gerenda rem ex bo
nis pupilli abſtulerit,quod ſi furandi animo fecit etiam furti tenetur, & vtraque actione obliga
tur,nec altera alteram tollit, furti tamen continet pœnam tantum dupli, vel quadrupli, hæc au-
tem continet pœnam dupli tantum,& in duplo continetur rei perſecutio, & accipe perſecutio-
nem rei non intereſſe pupilli,ſed rei extimationem.

Item tollitur hæc actio propter actionem tutelæ,& econuerſo. Et iſta actio eſt perpetua, vt
ff.de tutelis,& rationi diſtraben.l.prima.§.de rationibus,& §.conſiderandum.§.in tutela. & pe-
nultima,& l.tutores.C.arbitrium tutelæ,vbi legitur actioni tutelæ non præſcribitur longo tem
pore.Sed ſi tutor finita tutela perſeuerauerit adminiſtrare res connexas,tenetur actione tutelæ de
tuto tempore,ſed ſi non im miſcuit ſe in adminiſtratione,non tenetur de periculo ſecuto poſt tu
telam.l.tutor.C.de arbitrium tutelæ,& nota quia actio tutelæ(vt dixi)datur hæredibus, & con-
tra hæredes,quia iſta actio deſcendit ex quaſi contractu.& vltimo notabis quod ſi tutor in inuẽ-
tario ſcribat res cum proteſtatione,dicens,ego ſcriuo res tales ſaluo iure meo ſi quod habeo. cer-
te talis proteſtatio ſibi prodeſt,ne ſibi præiudicat talis ſcriptura,argumen.ff.de diſtra.pigno.l.de
bitor.& l.ſicut.§.dicendum eſt.

Quia in actione tutelæ(vt dixi)iuratur in litem,ideo aliqua de in litem iurandu dicamus.nam
actio tutelæ eſt bonæ fidei,vt inſtitu.de actionibus.§.actionum. & in actione bonæ fidei iuratur
in litem.vt ff.de in litem iurando:l.in actionibus,vbi dicitur in actionibus rem arbitrariis,& be-
næfidei iuratur in litem ſecundum taxationem iudicis ob dolum tantum in aliis auctem actio-
nibus ſtricti iuris non iuratur in litem niſi quando alia vera extimatio probari non poteſt, &
ablatam culpam, vel leuem contra tutorem iuratur in litem.contra vero hæredem eius ob do-
lum, & latam culpam, vt per Bartolum in dicta lege in actionibus,& eſt ſpeciale.in actione tu-
telæ quam regulariter ablatam culpam non iuratur in litem Barto. ibi, & nota quod ſi mortuo
tutore agitur contra hæredem tutoris, vt res tutelæ debeat in curatorem transferre hoc facere
debet, ſi autem dolo exhiberet inſtrumenta non vult. poterit curator iurare in litem contra eũ
l.prima.C.de in litem iurando.

Sed ſi tutor finita tutela conuentus eſt actione tutelæ, ſi ipſe non proferat inuentarium con-
demnatur quantum pupillus iurabit in litem, ſed ſi hæres non profert inſtrumenta, vel inuen-
tarium, ita demum iuratur in litem contra eum ſi illa inſtrumenta inuenta ſunt in hæreditate,
& non exhibet ea dolo malo. Sed ſi actum eſt contra tutorem,& lis eſt conteſtata poſt mor-
tem tutoris in eius hæredes lis tranfertur,textus in lege alio iure.C.de in litem iurando. Itaque
ſi tutor non fecit inuentarium aduerſus tutorem iuratur in litem. Sed mortuo tutore agitur con
tra hæredem eius, ſed non iuratur in litem, ſed hæres ratione illius doli defuncti commiſſi ab
eo, qui non fecit inuentarium condemnabitur pupillo pro ut iudici æquum videbitur. &
ita apparet quod in aliquo eſt differentia inter tutorem, & hæredem eius.vt in lege finali.C.de
in litem iurando.

Item eſt differentia quia in aliquo nam contra hæredem damnatur tutor de dolo, & lata cul-
pa,vt dixi.& de hoc in lege vltima.C.de hæredi.tutorum ob dolum defuncti quando iuretur in
litem,vide Bartolum in dicta lege in actionibus.& ibi dicit,iuramentum affectionis in litem, vt
deferatur quatuor principaliter attenduntur,natura rei petitæ,natura actionis, dolus aduerſarii,
& habilitas perſonæ,in actione exempto an iuretur in litem ibi videbis,& ibi dicitur quod iura-
mẽtum affectionis in litem habet locum in actione in rem,& actione ad exhibendum,& vide tex.
in lege qui reſtituere.ff.de rei vendicatio.& in actione hypothecaria, & in aliis in rem, quæ non
dantur ratione plene dominii,iuratur in litem,vt ibi per Bartolum,& ibi dicit quando in actio-
nibus arbitrariis habeat locum iuramentum in litem affectionis,& prolatio arbitraria dicitur ꝓ
pter multa in quibus vertitur iudicis arbitrium,vt per Bartolum in dicta lege in actionibus, &
omnis actio in qua res non reſtituitur ad mandatum iudicis, dicitur arbitria,& in quo dolus de
beat eſſe commiſſus ad hoc vt deueniatur ad iuramentum,& quando ibi videbis.

Non parere iudici circa reſtitutionem rei, vel facere quominus parere poſsit idem eſt in hac
materia.vt ibi per Bartolum,& multa alia in iſta materia vide ibi per Bartolum.Sed contra hære
dem tutoris ob dolum non reſtituentem,& contumaciter iuratur in litem, vt in l.ſi is qui.C.de
in litem iurando.vbi habetur.Nemo inuitus iurat in litem,& contra hæredem tutoris etiam ſi ſit
hæres hæredis ob dolum,vel latam culpam,non reſtituentem iuratur in litem,& ibi dolus & lata
culpa ceſſant,aliter per iudicẽ de veritate inquiritur.& ibi.vi.Sal.facit tex.ĩ l.ſi tutor.ff.de in li.iu.

vbi dicitur in actione tutelæ, quia eſt bonæ fidei iuratur in litem. & qualiter probetur intereſſe.
contra eum qui eſt in culpa:& verum verum intereſſe probetur aliquo caſu per iuramentum vid.
Barto.in l.ſiue noſtrum,& in d.l.in actionibus.ff.de in litem iurando.& ſi aliquis iurat rem vale
re centum,quæ valet plus non eſt periurus licet non dicat, & plus tex. in l. cum furti.ff.de in li-
tem iurando,& illa lex,ſecundum Bartolum ibi loquitur de iuramento in litem quod eſt affectio
nis licet in illa lege agatur actione ſtricti iuris,vt furti,vel condictione furtiua. Sed iuramentum
in litem non retractatur,vt in l.fina.ff.de in litem iurando, ſed ex cauſa poteſt retractari, vt ibi in
glo.per tex.in.l.videamus.§.fina.eod.tit. vbi litera dicit. Item videndum eſt an poſsit iudex, qui
detulerit iuſiurandum non ſequi id,ſed vel prorſus abſoluere, vel etiam minoris condemnare,
quam iuratum eſt,& magis eſt,vt ex magna cauſa, & poſtea repertis probationibus ſolus iudex
poteſt iuramentum in litem deferre, & in infinitum poteſt iurare, debet tamen iudex certam
quantitatem taxare,in quam iuretur,non tamen præſtitum iuramentum cogitur iudex omnino
ſequi,ſed talem iuramentum ob culpam non defertur,vt in dicta l. videamus.§.deferre. & ibi vi-
debis Alexand. poſt Bartol. Erit ergo hæc forma,quòd ipſe iurabit quòd ſi ipſe tutor eſſet eius
conditionis cuius eſt pupillus,& eſſet in loco pupilli nollet illa re carere pro tanto. & iſta forma
colligitur ſecundum Bartolum in.d.l.videamus.in principio ex textu in l.continuus.ff.de verbo.
obligatio.§.cum ita.facit.ff.de duobus reis.l.nemo eſt qui neſciat.facit quod notatur per docto.
in l.prima.C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt, & Salycet.in l.prima.C.de in litem iurando,
non faciens mentio de Bartolo dicit:forma iuramenti eſt ſic,quod ſi pupillus eſt diſcretionis cu
ius ego ſum,ipſe nolet pro tanto,re illa carere,ſed in illis in quibus non cadit affectio non defer-
tur iuramentum in litem ad probandum verum intereſſe, etiam extra rem quod circa rem non
cadit.vt in l.nimis depoſitis.ff.de iure iurando.& aduertite quòd iſta lex loquitur in depoſito pe
cuniæ,& tex.in.l.prima ff.depoſiti,loquitur in depoſito aliarum rerum in quibus cadit affectio.
ſed numi non eſtimantur, vt in l.ſi ita fideiuſſorem accepero quod ego.x.ff.de fideiuſſorib. quia
ipſi numi certi ſunt,quia ſunt rerum extimatio,non autem ipſi numi æſtimantur per res: & hoc
intellige in pecunia minuta,ſed pecunia groſſa auri, vel argenti, bene eſtimatur per minutam, vt
per Bartolum in dicta lege numis. Sed dicta.l.habet locum in omnibus monetis. & in qualibet
quantitate,hoc eſt in omnibus quæ in genere ſuo non recipiunt functionem in quibus non ca-
dit officio.l.ii.in principio.ff.ſi certum petatur, & quærit Barto.debebas mihi dare centum libr.
tempore,quando florenus,vel ducatus valebat ſexaginta ſolidos.nunc florenus, vel ducatus va-
let ſeptuaginta,& ſi tunc habuiſſem pro centum,& viginti ſolidos.quinquaginta florenos, vel du
catos:nunc non poſſum habere niſi quadraginta,an dicar perdidiſſe,& damnum paſſus eſſe, an ve
ro,non acquiſiuiſſe,de hoc vide Bartolum in l.Paulus.ff de ſolutionibus.ſed aduerte quod pupil-
lus,vel eius mater quando non eſt tutrix,ad iurandum de affectione non admittitur,tutor & cu-
rator non cogitur,ſed volens admittitur.& adultus etiam admittitur.vt per Bartolum in l.videa
mus.in principio.ſed aduerte(vt dixi)quòd iudex poſt iuramentum præſtitum poteſt diminue-
re,& illum non ſequi.Sed iuramentum veritatis,vt quando quis iurat tot expenſas feciſſe, iudex
non poteſt diminuere,quia ſi iudex poſtea taxaret redargueret eum de periurio, vel faceret ei in-
iuſtitiam.Sed iuramentum voluntarium,& iudiciale,iudex debet omnino ſequi.vt l. nam & po-
ſtea.§.primo,& l.ſi duo patroni.§.idem iulianus.ff.de iureiurando. ſed iudex poſtea poteſt non
ſequi repertis inſtrumentis de nouo.vt in l.admonendi.eodem titulo.ſed nos loquimur de iura-
mento affectionis vnde poſt talem iuramentum poteſt taxare.non enim redarguit eum de periu-
rio,ſed de inordinata affectione.vt per Bartolum in dicta lege videamus,§.iurare. notabis etiam
ſecundum Bartolum in dicta lege numis.quod in actionibus ſtricti iuris præſtetur iuramentum
in litem quod eſt veritatis contra doloſos,ſecundum gloſſam ibi. & de hoc per Bartolum in di-
cta l. in actionibus.ſed iurare in litem neceſſario quis non cogitur.quia poteſt dicere volo proba
re per teſtes,& de hoc probatur in lege ſemper.ff.quod vi,aut clam.§.in hoc interdicto.& Barto.
in dicta de periurio, quæ eſt lex finalis.ff.de in litem iurando.ſecus in iuramento iudiciali. dicit
ibi Bartolus in eo.enim habet neceſſe iurare,vel referre niſi recuſet ex cauſa, vt in lege manifeſtæ
turpitudinis eſt.ff.de iureiurando. vertitur enim in illo iuramento fauor deferentis qui litigare
non vult. ſed tutor,vel curator non cogitur iurare(vt dixi)de affectione,ideſt in litem. Sed ca-
lumniæ,ſic,& veritatis,ſi eam ſcit,vt in dicta lege videamus.in principio.& ibi Bartolus quia do-
minus litis debet in litem iurare non alius.& tutor & curator eſt quaſi dominus litis, & hoc in-
tellige,vt ſuperius dixi.Sed actio ex teſtamento non habet naturam ſemper actionis bonæ fidei,
ſed ſequitur naturam actionum ſtricti iuris,quantum ad iuramentum in litem. vt per Bartolum
in lege alias.ff de in litem iurando.videamus nunc de hæredibus tutorum,vel curatorum,& qua-
liter,& in quantum teneantur,ſed de hoc diximus ſcribendo de arbitrio tutelæ. Sed nota quòd
hæres tenetur de dolo,& lata culpa,non leui licet ſic tutor.vt in.l.i.C.de hæredibus tutorum. &
hæres tutoris tenetur de ſuo proprio dolo,& adminiſtratione in tribus caſibus,qui ſunt plani in
lectura oſtendimus.ff.de fideiuſſo.& hæredi.tutorum.

Sed ſi tutor vel curator datus, ſe non excuſat nec gerit, ipſe tenetur actione tutelæ, & hæredes eius, nec excuſatur hæredes illa ratione quia non adminiſtrauerunt; veruntamen primo agẽdum cum his qui geſſerunt, vt in l.ii.C.de hæred.tut.de hoc dixi ſ. & non ſolum tenentur hæredes de eo quod peruenit ad ipſos, imo de eo quod tutor debebat pupillo ex cauſa fideioſsionis, ſi eſſe nõ exegit, vt in l.aduerſus.C de hær.tut. nam tutor non ſolum tenetur de geſtis, immo etiam de gerẽdis, vt in l.quidquid.C.de arbi.tutelæ. & vltimo notabis quòd ſi tutor, vel curator adminiſtrauit tutelam, vel curam, hæredes eorum tenentur de omni eo quod ad ipſos peruenit actione tutelæ vel negocio geſto. ſi autem non adminiſtrauerunt tenentur de eo quod debuerunt adminiſtrare, & non fecerunt. nam ipſi (vt dixi) tenentur de dolo, & lata culpa, vt in l.fi.C.de hæred.tut. ſed nõ tenentur de leui culpa ſi lis non eſt conteſtata cum defuncto, vt in l.i.C.eo.tit. vbi dicitur, & notabis quod hæres tutoris non tenetur ex leui culpa defuncti niſi in trib. caſibus ibi expreſsis. itaque ex dolo, & lata culpa defuncti tenetur hæres non ex leui. Tutori etiam non gerenti imputatur ſi con tutorem ſuſpectum non fecit, itaque non ſolum tenentur tutoras qui geſſerunt, immo & qui gerere debuerunt, & non geſſerunt, vt diximus. & facit tex. in l.i.C.ſi tutor, vel curator nõ geſsit, & l.quidquid.C.de arbi.tute. & nota quod de geſtis ab alio ex commiſsione, vel mandato tenetur committens, vel mandans. ſed non tenetur ex permiſsione ſimplici. vt per Saly.in.l.iii.C. de admini.tut.in.iii.q. & in l.i.C.ſi tutor non geſsiſſe. & iſta lex prima allegatur, quod damnatus de crimine publico per inquiſitionem, & ſic ex officio non ſit infamis, vt not.in l.iii.§. præterea, ff.de ſuſpec.tuto. notabis etiam quod pro geſtis à contutore tenetur inſolidum, ideo ſi quidam geſſerunt quidam non: ſi illi qui geſſerunt ſunt idonei, & ſoluendo non tenentur illi qui non geſſerunt. Sed ſi aliquod negotium omiſſerunt gerere, de negocio omiſſo tenentur illi qui non geſſerunt de dolo, & lata culpa, nam ſicut æqualiter tenentur omnes qui geſſerunt, ſi omiſſerunt, & oẽs qui nõ geſſerunt, ſed in geſtis primo tenentur qui geſſerunt, in ſubſidium qui non geſſerunt. Sed in non geſtis omnes æqualiter tenentur, vt per tex. & doct.in.l.fi.C.ſi tutor non geſsit. & in l.quidquid.C.arb.tute. De vſuris popularibus, videbis in tit.de vſuris popularib.C. ſed dico, (vt iam dixi) quòd non imputatur tutori ſi non potuit negociari cum pecunia pupillari, ſed tenuit eam mortuam, vt in l.ſi pecuniam.C.de vſu.popularib. Quia non ſolum agitur cum tutore, vel curatore. & eorum hæredibus immo interdum agitur cum fideiuſsoribus tutorum, vel curatorum. Ideo dicamus, de fideiuſſoribus tutorum, vel curatorum, conueniendis, & dicemus conueniantur, & primo aduerte, ſi quidam fuerunt tutores, vel curatores mei, & pro eis erant obligati fideiuſſores rem pupilli ſaluam fore, finita tutela debeo eligere, vtrum velim agere cum tutorib. ſiue curatoribus, vel cum eorum hæredibus, vel cum fideiuſſoribus eorum, vel velim agere pro parte cum tutoribus, vel curatoribus, vel cum hæredibus eorum, & pro parte cum eorum fideiuſſoribus. Si autem velim omnes inſolidum conuenire mihi non licet, vt in l.i.C de fideiuſſori.tu. vel cura. & iſti fideiuſſores non habent beneficium diuiſionis, vt eſt glo. in.d.l.i. & ff. rem pupilli. ſal.ſo.l.fi. & hoc quando ſunt vnius contutoris. ſecus ſi plurimum quia vt ſui principales, ita & ipſi diuiſionem petere poſſunt, vt.ff.de fideiuſſo.tut.l.pupillus. Et ratio diuerſitatis ponitur per Saly.in.l.i.C.de diuidenda tute. ideo ſi egi cum tutoribus, vel curatoribus habens animum eligendi non poſſum agere cum fideiuſſorib. ſecus eſt hodie. vt.C.de fideiuſſ.l.iure noſtro. ſed iure nouiſsimo, autem, ſecus vt.C.de fideiuſſo.auctẽ.præſente. & ſolutio tutoris liberat fideiuſſorem, & ſi principalis ſoluit partem, fideiuſſor in reſiduo poteſt conueniri Bar.per l.ii.C.de fideiuſſor. tuto. & illa lex probat, quod fideiuſſor tutoris poteſt ſe obligare ſub duabus formis. ſ.ſimpliciter & in defectum tutoris. & vtraque forma bona eſt, licet prima ſit pura, ſecunda conditionalis. Bal. ibi. vbi dicit, ſi tu vis quòd in omnes fideiuſſores fiat executio facias eos promittere non ſolum reſpectu iudicii, vt promittat debitum, & ſoluere iudicatum. arg C.de vſu. rei iudi.l.fi. Sed nota quòd reus, & fideiuſſor non poſſunt conueniri hodie in eo libello, ratione ordinis, vt ſuperius dixi. niſi renuntiet beneficio nouæ conſtitutionis de fideiuſſ. quod nota multum ſecundum Bal. & vide Cyn.in.d l.l.i.C.de fideiuſſ.tutorum. De directa actione tutelæ quæ datur contra tutorem pupillo finita tutela diximus. Verum quia econtra datur, quondam tutori contrarium iudicium tutelæ, ideo dicamus, de contrario iudicio, & de actione contraria tutelæ, vel vtili negocio geſto. Nam ſicut directa actio tutelæ datur pupillo contra tutorem pro geſtis, & omiſsis. item ſicut vtilis negocio. geſto. datur quondam pupillo contra tutorem, vt C.arbi.tutelæ.l.quidquid. ita ẽcontra contrarium iudicium tutelæ datur contra quondam pupillum, ſi vtiliter vel neceſſario impenſum eſt in rem eius, vt colligitur. ff.de contraria, & vtili actione tutelæ.l.i.§.ſufficit, & §.finito & nota quod ſi aliquis tutor pro contutore condemnato quondam pupillo ſoluit, nec petit ſibi actionem cedi, nullam habet actionem contra quondam pupillum, ſi vt delegetur ei actio contra illum quondam tutorem, quia liberatus delegari non poteſt. ſed ſi ille contutor ſe ſibi cedi actionem, antequam ſibi ſolueret, eſt emptor nominis. vnde vtilem actionem tutele mouere poterit cõtra quondam tutorem, vel eius hæredes, vt in.l.i.C.de contrario iudicio tutelæ. & nota ꝙ cautũ eſt conſilium, quod ſemper ante ſolutionem agatur, quod poſt ſolutionem fiat ceſsio. ſed tu dic

quòd

quòd quando fit ceſsio inter plures tutores, eſt notandum de mente Bar. in l. modeſtinus. ff. de ſo
lu. quod aut contutor conuenitur ex dolo proprio, vel communi; tunc non debet fieri ceſsio in
aliquo. l. ſi plures. C. de admi. tut. aut conuenitur ex culpa, & tunc aut ex culpa propria tantum, et
in nullo fit ceſsio, aut ex culpa alterius tantum, & in totum fit ceſsio, aut ex culpa communi, & fit
ceſsio pro ea parte, quæ contingit contutorem tantum, vt ff. comm. l. vnde quæritur. & d. l. ſi plu
res, C. de admi. tut. & l. cum pupillus. ff. de tut. & ratio diſtraen. facit text. in. l. cum poſſeſſor. ff. de
cenſi. & l. quæſitum. ff. de pecu. & ff. ad l. Rhodi. de iac. l. i. §. ii. & §. equiſsimum. ita Bar. in d. l. mo-
deſtinus. vbi etiam loquitur de ceſsione facienda inter plures reos, & inquantum fieri debet; &
dicit etiam de ceſsione inter plures fideiuſſores. & an debeat fieri inſolidum, vel pro parte. & ſi ex
tribus correis vel tutoribus, vel fideiuſſoribus, vnus ſoluit in ſolidum quod ceſsio fiat in ſolidum
per duobus partibus cæterorum, & dicit quod aliqui fiat inſolidum ſi agit contra vnum inſoli-
dum ex actione ceſſa, tenetur illi cedere actionem ſibi ceſſam cōtra alium, & ſi quæris quæ actio
debet cedi dicit Bar. perſonalis, & hypothecaria contra principalem, & cōtra fideiuſſores. C. de fi
deiuſſo. l. ii. & l. cum aliter. & ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſ. & l. cum his. item debet cedere officium iud.
quod cedi poteſt, vt l. ſi minoris. ff. de admi. tut. l. quod ſi minor. §. fi. ff. de minor. item puto dicit
Bar. quod debet cedere naturalem obligationem tantum. ſi illam ſolam habet quod cedi poteſt.
l. ſi eius. ff. ad treb. & non requiruntur in hac ceſsione ſolennitates quæ ponuntur. l. per diuerſas.
& in l. ab Anaſtaſio. C. mand. vt expreſſe dicitur in text. in. d. l. per diuerſas. quid ſi creditor dictas
actiones non poteſt cedere. dic, vt per Bar. in l. ſi ſtipulatus. §. ſi ex duobus. ff. de fideiuſſ. & Bar. in
d. l. modeſtinus. dicit, quod ceſsio actionis facta poſt ſolutionem non valet ideo dixi quod ab ini
tio procedat pactum de faciendo. Sed nota quod pro illa parte ad quam pupillus ſuccedit tutori
extinguitur actio tutelæ, & non in pluri, vt in. l. fi. de contrario iudicio tutelæ. ſed nota quod plu
ribus tutoribus competit beneficium vtilis actionis ſine ceſsione. & non ſic in pluribus fideiuſ-
ſoribus, quæ ſit ratio diuerſitatis. vide Iaſ. in. l. i. C. de pact. in. ii. col. & quando ſunt tres tutores,
vel curatores, & pupillus nunc effectus maior, reperitur damnificatus in centum qualiter tenea-
tur quilibet, an quilibet in totum an vero pro parte. & quando tenetur in totum, quot beneficia
ei competant. Vide Iaſ. in d. l. i. de tranſact. C. in d. ii. col. fuit autem inducta contraria actio tute-
læ. vt facilius tutores accederent ad adminiſtrationem, ſcientes pupillum ſibi obligatum fore ex
ſua geſtione. quamquam enim ſine tutoris auctoritate pupillus non obligetur, nec in rem ſuā pu
pillum tutor obligare poſsit, attamen receptum eſt, vt tutori ſuo pupillo ſine tutoris auctoritate
ciuiliter obligetur, ex adminiſtratione ſua, & enim prouocandi fuerunt tutores, vt promptiùs de
ſuo aliquid pro pupillis impendant. dum ſciunt ſe recepturos id quod impenderint. tota iſta litte
ra habetur in l. i. primo reſpon. ff. de contraria, & vtili actione tutelæ. & finita tutela tutor non po
teſt agere hoc iudicio, vt pupillus eum liberet ab actione tutelæ, ſed tantū agit pro pecunia, quæ
ei abeſt, & hoc cum vſuris, vt in l. quid ergo. §. contrarium iudicium. eo. ti. ff. & tutor remotus à tu
tela tanquam ſuſpectus, poteſt agere contrario iudicio ad repetendum quod in rem pupilli impē
dit, quia ī eo ſtatu eſt ac ſi pubertate pupilli finita eſſet tutela. & hæc actio datur hæredi tutoris ſi
creditoribus pupilli pro pupillo ſoluat. vt in l. à tutela remotus. ff. de contraria, & vtili actione tu
telæ. & vltimo notabis quod ſi pupillus non vult me liberare, tunc tria remedia ſunt. vt videbis
in gl. in d. l. quid ergo, eſt tex. in l. i. C. de vſu. vt per Bar. in. d. l. quid ergo. vbi dicit. ego vltra gloſ.
do aliud remedium quòd verum eſt. ſ quod non poſſunt agere contraria tutelæ, vt liberentur. ſed
officium iudicis poſſunt intentare. quia vbi habeo exceptionem officium iudicis poſſum intenta
re, vt l. aurelius. §. centum. ff. de libera. lega. & l. ſi concedant. ff. de fideiuſſoribus. & vide gloſſam.
quæ incipit, finito officio in d. l. quid ergo. §. contrarium, & vide, quod auctem. ſacramenta pube
rum. C. ſi aduer. vend. habet locum indiſtincte licet tex. in ea loquatur in contractu, tene menti ſe
cundum Bar. in d. §. contrarium. Quia pupillo & adulto neceſſaria eſt tutorum; vel curatorū au-
ctoritas præſtari, in iudiciis, & extra iudicium, ideo de auctoritate præſtanda dicamus. Eſt autem
auctoritatem præſtare, cum quis dicit ſe probare id quod agitur, hoc eſt auctorem fieri, vt. ff. au-
ctoritate, & conſenſu tut. & cur. l. etiam, vbi dicitur, etiam ſi non interrogatus tutor auctor fiat.
valet auctoritas eius cum ſe probare dicit id quod agitur, hoc eſt eum auctorem fieri. Sed ſi eſt
præſens, & tacet non videtur conſentire Bar. in. d. l. etiam præſtare auctem auctoritatem poteſt,
quilibet tutor ad quem ſpectat periculum adminiſtrationis. de quo periculo quando ſpectet ad
tutorem plene. ſ. diximus, notabimus quod ſi pupillus, vel adultus ſtipulatur ſibi tutore, vel cura
tore abſente valet ſtipulatio. Nam abſentia tutoris, vel curatoris non nocet pupillo, vel adulto cū
eſtipulatur ſibi aliquid, vt ff. de pact. l. contra iuris. & ff. de auctoritate, & conſe. tu. l. obligari. vbi
dicitur: pupillus actum, vel contractum poteſt facere ſine tutore ſi in eis poſsit ledi, bene autem
poteſt, autem exercere ſine tutore, ſiue contractum inire quando certum eſt quòd ex eo ledi non
poteſt, & inſti. de inutilibus ſtipulatio. §. pupillus. Sed ſi eſt infans, ſine tutore ſtipulari non poteſt
vt. ff. de verb. obl. l. mulier. vbi legitur, qui fari non poterat ſtipulari non poteſt. & ratio eſt, quia
ſtipulatio non poteſt concipi niſi vtroque loquente: vt in l. i. ff. de verb. oblig. & interrogatio præ
cedit,

cedit,& reſponſio ſequi debet.vt ſtipulatio valeat,& infans non loquitur,vt in l.ſi infanti.C.de iure delib.Sed pupillus non poteſt remittere actionem ſine tutoris auctoritate,vt in l. neq; actiones.C.de auct.tut.& in l.clarum.eo.ti.vbi dicitur,minor non poteſt eſſe in iudicio criminali,ſine auctoritate tutoris,vel curatoris,concordat.C.de adul.l.propter.& an requiratur tutoris auctoritas in reſponſionibus fiendis,vide ibi Saly.vbi loquitur de pupillo infante,& de pupillo maiore infante,ſed nondum ætatis adultæ.Aut quæritur in adulto. & tunc aut habet curatorem generalem,aut non.ibi videbis per eum quia bene loquitur.Sed in confeſsione quæ fit per tormenta,nõ requiritur curatoris auctoritas.ad quod facit quia minor in delictis commiſsis reputatur maior,vt.C.ſi aduer.delict.l.i,& ii.& dicit quod dicta lex clarum.intelligitur in reſponſionibus,quæ fiunt ad ſolennizandum iudicium quod not.& notabis ibi ſecundum Bal.quod in criminali iudicio minor eget tutore,& coratore in pupillus tutore,adultus curatore. credo etiam dicit Bal.quod pupillo poſsit dari curator ad litem criminalem.vt.C.de adult.l.propter. Aduerte de confeſsione præcedente tortura,quia valet dummodo antequam eſſet extorquendus, primo fuerit examinatus cum curatore,& proceſſu,& cognitã cauſa. Nam tunc tortura videtur quædã executio præcedentis cognitionis,vt.ff.de adulte.l.ſi poſtulauerit.§.ſi quæſtioni. & intellige quando minor confitetur contra ſe,ſed quando confitetur contra alium vt teſtis:non eſt neceſſaria auctoritas tutoris.facit quod no.in l.fi.C.ad ſille.ſed ſententia lata contra minorem non aſsiſtente curatore eſt nulla ipſo iure,cum diſtinctione,aut minor fuit indefenſus in proceſſu cauſæ,aut non:vt no.C.ſi aduerſus rem iud.l.cum minores.& ideo de iure communi minor ex contumacia non poteſt damnari ad mortem,quia hoc non fit niſi ideo quia eſt indefenſus in proceſſu cauſæ,& in ſententia tamen ſtatuta communiter prouident contrarium.& non quod ex contumacia non poteſt minor haberi pro confeſſo niſi interueniat auctoritas curatoris.ita Bal.per tex.in.d.l.clarũ,item licet per l.placet.§.ad crimen.ff.de publi.iud.in criminalibus ad plenam defenſionem nõ interueniat procurator,ſecus videtur in tutore,& curatore,intellige auctorando non in ſe iudicium ſuſcipiendo.& de hoc ſuperius dixi.& vide Bal in.l.reos.C.de accuſ.item aduerte quod d.l.clarũ.præſupponit quod pupillus poſsit condemnari de crimine.de hoc habes.ff.de iure.l. ſubrogati.& ad ſillenia.l.excipiuntur.§.i.& intellige,in pupillo doli capace. vt per Barto.in d.l.ſi arrogati,Bal.allegando Iac.de are.dicit in d.l,clarum,quod pupillus poteſt deportari,& ſubire pœnam capitalem,& ex pluribus concurrentibus augetur delictum,& ex multis delictis reſultat plenã probatio,etiam ad condemnationem capitalem,etiam contra impuberem,vt per Bal.in d.l.excipiuntur.& ibi dicit quod in maleficiis atrociter puniendis,ille dicitur proximus pubertati qui parum diſtat à pubertate,& non autem diuidatur per medium tempus,vt diuidunt gl. & iſtud parum diſtare dicitur per ſex menſes.vt per Bal.in d.l.excipiuntur.& de hoc vide quod dixi.§.10 regula in negociis,vide.l.non tantum.ff.de excu.tu.& vide Odoſ.in l.ſi curatorem habens.C.de in integrum reſt.mino.& vide omnino ea quæ dicam,in d.l.non tantum quando ſcribam de excuſat.tuto.Notabis etiam quòd ſi minor eſt confeſſus extra iudicium ſi illa confeſsio eſt veriſimilis poteſt cogi ad perſeuerandum in illa confeſsione.l.quæro.in fi.ff.de ædil.edi.l.capite quinto.ff.de adulte. & Bal in d.l.clarum.C.de aucto.præſta.& ibi dicit Bal.quod ſi aliquis eſt confeſſus coram iudice incompetenti,tenetur illam confeſsionem confirmare coram iudice competẽti.ſi ex tali confeſsione eſſet orta ſuſpicio,vel infamia,alias ſecus.vt per doct.in.c.at ſi clerici.de iudi.& de hoc vide Innoc.in c.per inquiſitionem.de elect.& de confeſ.c.cum ſuper.& in gerendis à minoribus ſufficit vnius tutoris,vel curatoris auctoritas.interponenda,vt in l.fi.C.de aucto.præſt.& ibi notatur,quod tutor non poteſt interponere auctoritatem ſuper eo quod non eſt commiſſum adminiſtrationi ſuæ.itaque ſufficit(vt dixi)auctoritas vnius tutoris,vt in l.& ſi pluribus ff.de aucto.& conſen.tuto.& pupillus in contractu vltro citroque obligatorio,ſine auctoritate tutoris nõ obligatur,ſed alium ſibi obligat.l.pupillos.§.pupillus.eod.tit.Sed pupillus non obligatur tutori naturaliter,niſi inquantum factus eſt locupletior.ita Bar.in d.l.pupillus in princ.& ibi.in.§.item ipſe tutor.ponit diſtinctionem optimam quando tutor,emit rem pupilli ſui.ibi videbis, dixi quod ſufficit vnius auctoritas,intellige niſi eſſet expreſſet dictum quod non poſſet vnus ſine altero.vt l.titium.in princ.ff.de admi.& pe.ru.& cur.An filius notarius poſsit conficere inſtrumentum de contractu patris.vi.Bar.in l.quod dicimus.§.ſi pater.ff.de aucto.tut.ſed qñ & in quibus calib.pupillus obligetur.vide Bar.in l.obligari.eo.ti.& quia diximus quod in contractu vltro citroq; obligatorio pupillus non obligatur,ſed alium ſibi obligat,vt in l.pupillus.§.pupillus.declara vt per Bar.in d.l.obligari.in princ.& in §.fi.d.l.dicitur.Sufficit tutorẽ aucto pupillo præſente,licet alia pars ſit abſens.notabimus etiam quod hæreditas,vel bonorum poſſeſsio non poteſt agnoſci ſine auctoritate tutoris,vel curatoris furioſi.l.ſi ad pupillum.eo.ti.ff.an curator adulti,vel impuberis poſſit adire,vel aditioni auctorari.dic vt notatur.ff de pupilla.l.cum in vna.§.i.itẽ ſolus pupillus auctoritate iudicis cum non habet tutorem, vel curatorem bonorum poſſeſsionem petere poteſt.vt C.qui admitti.l.bonorum.& de iure delib.l.ſi infanti. item ſolus tutor poteſt acquirere, ſed non repudiare.vt eſt gl.in d.l.ſi ad pupillum.ff.de aucto.tut.Item impuberes tutore auctore obli-

gantur

gantur etiam ſi taceant,nam cum acceperint pecuniam mutuam quamuis nil dicant auctoritate tutoris interpoſita tenentur,vt in l.impuberes.ff.eod.ti. item notabis quod ea qoæ ſunt gerenda cum alio poſſunt expediri tutore auctore ſecus ſi cum illo tutore, tunc enim non poteſt anctorari ,oec ad id ſe auctore procuratorem facere.Nam licet curatoe poſsit dari pupillo ad agendum , non ad auctorandum,vt in l.poteſt pupillus.& l.curatorem.ff.de auctori.tuto.legitur etiam in l.ſi.eo.ti.ff.actus qui tendit ad liberaodum tutoris non poteſt fieri eo auctore . Sed ootabis quòd petitio reſtitutionis incipit executionem ſententiæ,vt in l.defendente tutore.eo.ti. vbi dicit Bar. hoc verum,quando cauſa reſtitutionis eſt euidens,ita quòd appareat ꝙ non opponebatur cauſa calumniæ,& progandæ litis alias non impediret executionem', ſed procedetur ad executionem præſtita cautiooe de reſtituendo,ſi minor vicerit in cauſa reſtitotionis , vt extra de integrum reſtitutione.c.auditis facit auctentica.quæ ſupplicatio.C.de precibus imperator.offeren. C.de falſis.l.ii.ita Bar.vbi etiam dicit ex hac.l.habes notabilem praticam , quod cum petitur ſententiam executioni de mandari iudex poteſt incipere à præcepto de ſoluendo,vt præcipio tibi vt ſoluas, id in quo condemnatus es per ſententiam , vel oſtendens qnare ſententia oon debeat executioni mandari.alius modus exequendi eſt,vt in primo citetur pars,vt veniat ad apponendũ, quare ſententia non debet executioni mandari,etiam parte oon citata,vt in l.ab executione.C.quorum appellas,non recipiunt.& plene per Bar.in l.à diuo pio.ff.de re iudicata.§.in venditione.Si pupillus promittit tutoris auctoritate ciuiliter.& naturaliter obligatur : Sed tamen habet beneficium in integrum reſtitutionis,vt l.impubes.ff.de aucto.Si autem minor eſt adultns nec habeat curatorem ciuiliter, & naturaliter obligatur.Sed habet beneficium in integrum reſtitutionis : ſi autem habet curatorem idem eſt io eo quòd in pupillo,vt C.de in integ.reſti.mi.xxv.an.l.ſi curatorem habens.vbi dicitur.Si minor habens curatorem contrahit ſine eo. contractus eſt nullus . Si non habet curatorem contractus valet,ſed reſtituitur ſi leditur.& de hoc videbis doct.in. d.l.ſi curatorem babens. & vide tex. in l.lex quæ tutores.ff.de admini.tuto.vbicunque autem diximus pupillum ex pacto , naturaliter tantum obligari tenebitur etiam ciuiliter ſi factus ſit locuplexior, vt ff.commo.l.ſi nihil.Quooiam ſepe contiogis tutorem,vel curatorem impediri gerere minorum negocia,& æquum eſt interim prouidere minoribus,dicamus de actore ordinando à tutore ſeu curatore : ſit autem ordinatio actoris à tutore,vel curatore,& ſuo periculo cum per ſe nõ poteſt gerere,ſeu iudiciali auctoritate permittente.Idemque dicitur adiutor, & differt actor , vel adiutor à curatore.vt iam diximus:ſcribendo de in litem iurando.conſtitui poteſt etiam qoando que ex voluntate quoties diffuſa ſunt negocia,aut dignitas,ve ætas id poſtulat procurator minore conſtitui poteſt auctoritate tut.& cura.& quandoq;à tutore vel cur.vt diximus . notabis ꝙ ẽt pater tutor filii non conſtituit procuratorem,ſed actorem ante lit.conteſt. vt in l.vno de actore , ſeu cur.dando,ante litem,itaq; notate ꝙ pater filiorum ſuorum qui ſunt emancipati ſit eorũ legitimos tutor,vel curator aote lit.conteſt.non poteſt conſtituere procuratorem , quia non eſt dñs rerum filiorum ſuorum . Sed actorem poteſt petere & cooſtitui , vt dixi periculo rerum ſuarum decreto prætoris,vt io d.l.vna.& C.de procu.l.neq;.item notabis ꝙ tutor , vel curat.non poterit actorem cõſtitui periculo ſuo,niſi ex neceſsitate,puta ſi abeſt,vel abſuturus eſt, vel ex morbo impeditur adminiſtrare:ſed ſemp conſtituitur decreto prætoris,vt l.decreto.ff.de admi.tu. & inſti.de cur.§.vlt.Multa diximus in materia tutelarum ſed qoia tutores plerũq; habent excuſationes legitimas,ideo de excuſationib.tutorum dicamus,& tẽporibus earũ,& in primis dicamus ꝙ ſpado non liberatur nec excuſatur à tutela,vt in l.i.C.de excu.tu.ſed nota quòd curator generaliter datus,& ſimpliciter intelligitur ẽt datus ad bona extra prouinciã ſituata.Sed de facili ab illis obtinebit liberationẽ,vt per tex.& Sal.ibi in l.ii.C.e.ti.itaq; notate quod ſi aliquis ſimpliciter eſt datus curator minori,qui habet patrimoniũ,& in Italia,& in Hiſpania,ĩtelligitur datus ad patrimoniũ Italicũ vnde quia Italicus non põt ſufficienter adminiſtrare patrimoniũ Hiſpaniæ ſe excuſat, & ſi iodex admiſit excuſationẽ,minoris petẽt ſibi alios curatores cõſtitui ĩ Hiſpania.Sed ſi tutor pupillã cuius tutor eſt vxorem duxerit:matrimoniũ de iure ciui.noo valet,& infamis efficitur,vt in l.amplisſimi.C.de excu.tu.& tutores & cura.dati habent.l.dies ad ſe excuſandũ:qui incipiunt currere à tempore ſnĩæ.& adde quod no.Bal.in l.gñaliter de epiſ.& cle.hodie an debitũ, vel creditum excuſet à tutela: dic vt in auct.minoris.C.qui dari tu.poſ.ſed exactores tributorum durante tpe exactionis excuſatur,à tutela,vel cura. Sed habens priuilegia plura p actum contrarium per vnum actũ ſpecialiter factum,non perdit in aliis,vt in l.voluotarie.C.de excu.tu. & eſt aũt excuſatio,alicuius iuſtæ cauſæ allegatio ob quã nõ debeat artari ad tutelã,vel curam. & tunc demũ locum habet excuſatio:qñ datio tutelæ,vel curæ tenet ipſo iure. Cauſæ aũt excuſationis variæ ſũt : Sed euidentur declarantur in litera:inſti.de excu.tu.& ff.eo.ti.etiam pp liberos quis meretur excuſationem ſiue ſint ſui ſiue emancipati.Siue ſiot naturales,& legitimi, ſiue legitimi dati in adoptionem naturali patri,vel acto materno,vel etiam materno.vt inſti.de excu.tu.in prin. & vide de hoc in l.ii.§.remittit.ff.eo.ti.& ætas lxx.annorum tribuit excuſationem à tutela,vel cura teſtamẽtaria , vel datiua, in d.l.ſecunda. in principio.& numerus trium tutelarum,vel curarum excuſat.

vt

vt in d.l.ii.§.fi.& docens grammaticam,vel curans in propria patria babet excuſationem.l.ſed,'& reprobari.§.amplius eo.ti.& egun docto.præſides,& magiſtratus excuſationem habent dũ ſunt in officio.& a muneribus ciuilibus.l.Athletæ.eo.ti.capitales etiam inimiciæ liberant à tutela , vt in d.l.athetæ.§.dat remiſsionem.eo.ti.Simplices,& iliteratæ perſonæ excuſantur à tutela ſi modo non fuerint alias expertes.§.de ruſticis.d.l.paupertas excuſat à tutela.l.paupertas,& vetera in milites excuſantur,vt in l.ſed & milites.eo.ti.Sed qui turpiter militauerit non habet excuſationẽ vt in d.l.§.i.& vide in l.tria onera tutelarum.& de illo qui fuit vocatus ad tertiam,vel quartã,vi. in d.l.tria.& diximus.in princ.& in §.ſi pater.eo.ti.quicunque reipub. cauſa habeſt annum poſt reuerſionem habet,vt ad tutelas non vocetur.vt in l.nõ ſolum.& iſte annus datur profuturis tutelis,non pro his quas iam ſuſceperat,vt in §.annus.d.l.& qui infirmatur excuſatur non in perpetuum,ſed ad tempus infirmitatis,& de hoc in.l.i.idem Vulpianus.ff.de excu.tut.& qui ex permiſſione principis comicilium ſuam transtulit excuſatur à ſuſceptis tutelis , vt in d.l.idẽ Vulpianus §.ſunt & alii. An à tutela,vel cura poſsit appellari.vi.l.ſcire oportet,&ibi dicitur.in §.i.qui nõ leuiter debet quis admitti ad præſtandũ excuſationes , à tutela,& in d.l.ſcire oportet,§. aliud dicit Bar.per illum tex.quoties ex verbis ſimpliciter intellectis,reſultat iniquitas recedimus à verbis & mentem ſeruamus.Sed immunitas quæ eximit à publicis,& ciuilibus muneribus non liberat ab onere tutelæ.l.ſpadonem.§.qui accepit.ff.de excuſ.tut.& tutor.'pupilli , qui proximus eſt pubertati non habet excuſationem tutelæ illius occaſione.l.non tantum.eo.ti.& ibi dicit Bar.hic videtur caſus de quæſtione quando dicatur pupillus proximus pubertati,& videtur quod quando eſt prope pubertatem per.vi.menſes.& gl.noſtra dicunt aliter,vt in l.i.ff.de noua.& inſti. de ioutiliſtipu.§.quod dicimus,& l.pupillum.j.iſto tit.& hic dicitur eſſe proximus pubertati ad excuſationem,& ſic teneas iſtam.l.in caſu ſuo,in aliis tene glo.ita Barto.& notabis quod filii occiſi in bello computantur in numero filiorum,qui excuſant patrem a tutela, ſed nõ filii, qui per cauſam parentibus ſunt arepti,vt in l.bello amiſsi.ff.eo.ti.nota etiam quod tutor habens litem cum pupillo de hæreditate tota excuſatur à tutela.Sed ſi ſe non vult excuſare nihilominus prohibebitur gerere tutelam,vt in l.ſi pupillum cum l.ſeq ff.eo.ti.geometrici ſeu menſuratores terræ excuſationem non habent.l.geometri.& Iuris peritos qui tutelam gerere ceperunt in conſilium principum aſſumptos,optimi maximiq; principes noſtri conſtituere excuſandos. quoniam circa latus eorum agerent,& honor delatus finem certi temporis,ac loci non haberet , vt in l.iuriſperitos de excuſ.tut.ita lex allegatur per Bar.ad hoc,quod non habet limitatum tempus.intelligitur in perpetuum,qui vnius pupilli ſuſceperit tutelam habentes domicilium in alia prouincia bona quoque in alia prouincia,non videtur duas habere tutelas.d.l.iuriſperitos.ff.cum oriundus.eo. titu. qui habet excuſationem non cogitur ſubire tutelam fratris nec filii patroni . in.d.l.iuriſperitos. §.fi.nota etiam quod ſi tutor in teſtamento datus eſt.& legatum eſt in eodem teſtamento perdit legatum ſi non vult ſubire onus.Si legatum eſt tutori relictum eſt tutori ea contemplatione . vt tutelam ſubeat.alias ſecus tex.in l.ne ſeunius appolinaris,cum trib.ll.ſequen.ff.de excuſ. tut. ſed aduerte,quod in caſu,quo perdit legatum non perdit ius ſuſtitutionis ſi ſuſtitutus eſt , vt in l.amicilsimos.ff.eo.ti.& ibi dicit Bar.nota iſtum caſum,& tene eum menti nota quod non recedat à te.& nota quod beneficio quod quis habet a me non vtitur,vt eſt tex.in ea.l.amiciſsimos.§.laycos , ſimilis tex.in l.ſi iudex circunuentio.ff.de min.& quadraginta dierum ſpacium tantummodo ad conteſtandas excuſationum cauſas pertinet,per agendo enim negocio ex die nominationis continui quatuor menſes conſtituti ſunt,vt in l.quinquaginta.ff.eo.defectus,viſus,auditus, ac intellectus.item egeſtas intolerabilis ac perpetua valetudo,etiam ſuſceptæ tutelæ excuſationem tribunt.l.poſt ſuſceptam.ff.eo.& curator datus à iudice mente capto,muto,ſeu vẽtri,ſe excuſare poteſt propter legitimum numerum liberorum.l.titius filiis.§.ſi à prætore.ff.eo.ti.& excuſatur,ſi in loco vbi ſunt dati comicilium non habent,vt in l.ſi.ff.de excu.tu.cætera videbis parte. quia interdum tutores,vel curatores volunt ſe excuſare falſis allegationibus,idem dicamus, ſi ex falſis allegationibus excuſatus ſit tutor,& notabis hic quod regulariter ſententia lata per falſa inſtrumenta,vel per teſtes valet,ſed beneficio reſtitutionis retractatur,vt ff.ad treb.l.ſeruo.§.ſi prætor.& ff. de iudiciis.l.ſi prætor.§.marcellus.& l.ii.C.ſi ex falſis inſtrumentis.ſed fallit ratione pupilli,vt in l.i.ii.C.ſi ex fal.alle excu.ſit tutor ibi dicitur,excuſatio conceſſa ob falſas allegationes ipſe iure nõ tenet.& de excuſationibus tutorum,vltra omnia quæ dixi in libro.C.in rub.Si tutor reipub.cauſa haberit.& Rub.de excuſa.veteranorum.Et Rub.qui numero liberorum ſe excuſant. Et Rub. qui morbo ſe excuſant.Et Rub.qui ætatem ſe excuſant.Et vide Rub.qui numero tutelarum ſe excuſant.Et Rub.vide de curatore furioſi,& prodigi.(diximus de tutoribus,& curatoribus perſonarum quæ ſunt ſane mentis,ſed quia aliqua eſt cura furioſorum,& prodigorum, ideo dicamus de cura furioſi,& prodigi.& quis dicatur proprie furioſus,dico quod proprie dicitur furioſus, qui mentis alienatione,vel perpetuo,vel ad tempus caret intellectus, vel colligitur.ff.de off.præſi.l.diuus.& ff.de curatorib.furioſo,vel aliis extra minores dandis.l.pen.item dicitur prodigus,qui etiam expendenda,& non expendenda expẽdit.& iſte qui non habet modum in expendendo nec

habet

habet finem non debet miniſtrare, vt ff. de curatoribus furioſo, vel aliis extra minores dandis. l. i. ii. iii. & l. de creationibus. C. de epiſcop. audientia. & notabis quòd iura loquentia de minoribus extenduntur ad furioſos, & prodigos, vt in l. ii. C. de cura. furio. itaque ſi prædia pupillorum prohibentur alienari ob æs alienum ſine decreto, vel etiam obligari, ſimiliter & prædia furioſorum, vel prodigorum. & de hoc in d. l. ii. & nota quòd ad petitionem filii datur curator patri mente capto. vt in l. ſi pater. C. eodem titulo. & ſi filius eſt legitime ætatis poteſt eſſe curator patris, vt in l. i. in fine. ff. de curato. furio. & aliis, ſed mater non poteſt adminiſtrare res filii furioſi, vel mente capti, nec filium obligare. ita Bal. per illum textum, in l. cum repudiante. C. de curato. furio. ſed frater bene eſt legitimus curator fratris furioſi, vel mente capti, vt per textum, & ibi Bald. in l. ne lucrum, eodem titulo, ſed notabis, quòd curator furioſi habentis dilucida interuallo dicitur curator, tamen adminiſtrare non poteſt dum ille habet dilucida interualla. Sed curator dicitur: vna eſt ergo cura continua, ſed adminiſtratio diſcontinua. vt in lege cum aliis, & ibi Bald. eodem titulo & furioſo in poteſtate patris non datur curator, ſed eius pater eſt legitimus adminiſtrator ei vero exiſtenti ſui iuris pater curator dabitur, vt in lege cum furioſus. C. eodem titulo, & in dicta lege. §. ſin autem. dicitur, pater poteſt furioſo ſubſtituere exemplarie, & relinquere curatorem, & ſi filius eſt in poteſtate quæritur ei paterna hæreditas ipſo iure. & operatur illa exiſtentia, quòd curator poterit adminiſtrare ſine immiſtione, nec habebit neceſſe petere bonorum poſſeſsionem nomine furioſi, & tranſmittit etiam hæreditatem, vt per Baldum ibi, & dixit etiam Bald. in lege apud hoſtes. C. de ſuis & legati. hæred. & vide doctores in lege Lucius. §. finali. ff. de legatis ſecundo, & curator furioſi cui eſt delata hæreditas extranei poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionem nomine furioſi, vt in dicta lege cum furioſus. §. ſin autem ex alia. notabis ergo caſum ſecundum Baldum ibi in quo eſt neceſſaria bonorum poſſeſsio, & non poteſt adiri hæreditas de iure ciuili, & eſt ratio quia ſi adiretur de iure ciuili iſta bonorum poſſeſsio eſſet perpetua, & iſta bonorum poſſeſsio non eſt perpetua, ſed dubia, vel temporalis, vt in iſta. l. cum furioſus. §. ſi autem. ita Bal. Notabis quòd curator poteſt dari furioſo in teſtamento patris, & non tenetur ſatiſdare, debet tamen ante quam adminiſtret obſeruare & iurare ſcripta in. d. l. cum furioſus. §. ſed cum antiquitas & ſi nullus ei a patre ſit datus, peruenitur ad legitimum idoneum alias ad datiuum, qui debet creari forma ſcripta in d. §. ſed cum antiquitas, ſed nota quod tex. in auten. quod. C. de curato. furioſi dicit quod nunc generale eſt circa omnes curatores, vt iurent quidem, non tamen à ratiociniis ſunt exempti. idem eſt in tutore ſequitur tex. C. & inuentario cum omni ſubtilitate publice conſcripto res ſuſcipiat, & eas ſecundum ſui opinionem diſponat, &c. vt in tex. & curator furioſi poſtquam iurauit, & ſatiſdedit, & promiſsit promittenda, & recepit adminiſtrationem per decretum poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionem delatam furioſo, & bona ea occaſione peruenta tenetur in inuentario addere, ſaluo iure repudiandi, & acceptandi furioſo ſi reſipuerit, ſed ſi in furore decedit ex acceptatione curatoris non ſit tranſmiſsio bonorum poſſeſsionis. legatum autem bene tranſmitteretur ad hæredem furioſi ita Bal. per illum tex. in. d. l. cum furioſus. §. tali itaque ordinationi. & quod eſt dictum in creatione curatoris à principio, idem intelligitur in ſubrogatione loco creati, vt in. d. l. cum furioſus. §. ſin autem. & ſubſtitutio facta pupillo, & furioſo an ſit pupillaris vel exemplaris, vide Bartolum in l. prima. ff. de cura. furio. Quærit ibi Bart. an furioſo interdicatur adminiſtratio à l. vel ab homine. Sed vide eundem Bar. in l. is cui bonis. ff. de verbor. obligatio. vbi multa dixit. & ibi quærit etiam Bar. in d. l. i. an in delictis fiat æquiparatio furioſi, & prodigi. Sed regulariter in acquiſitionibus, & obligationibus non æquiparantur. l. in negociis de regulis iuris. ff. aduerte tamen quòd fictus furor non eſt ſufficiens, vt alicui curator detur, vt in l. obſeruare. ff. de curato. furio. vbi dicitur, plerique vel furorem, vel dementiam fingunt. ideo dicit Barto. ibi debet enim iudex adhibere medicos, vel alios prudentes viros. qui ſciunt hoc. ſecundum Iacobum de arenis quod nota. nobis etiam, quod bonorum ventris nomine curatorem dari oportet, vt in l. bonorum. eodem titulo. Quia ratione adminiſtrationis quam faciunt tutores, obligantur tribus diuerſis actionibus, ideo aliqua dicamus. & circa iſtam materiam vide gloſ. inſti. de attiliano tutore in fine, & appellatur iſta actio de rationibus diſtr. dico ſecundum Bar. in rub. quòd diſtrahere idem eſt quòd alienare, vel auertere à patrimonio, vt ſi tutor rem quam bona fide adminiſtrat, ad pupilli vtilitatem adminiſtrare debet diſtraxit, & ad alium vſum conuertit tenetur hac actione, & ideo appellatur, de ratio. diſtra. quærit gl. in d. Rub. quando habet locum actio de rationi. diſtrahendis, & quando tutelæ, & quando furti. ipſa diſtinguit tres caſus nam aliquando contractat tutor tanquam tutor, & ratione adminiſtrationis ad ſe pertinentis, & hoc conſtat. quando conſtat quod contractat mala fide tanquam extraneus, quandoque dubitatur qua mente contractat. in primo caſu tenetur ſoluendo actione tutelæ, non rationibus diſtrahendis, nec furti. & ideo non tenetur actione tutelæ, quia in ea venit damnum commiſſum dolo, vel lata culpa, vel leui ipſius tutoris, vt diximus, per textum in l. quidquid. C. arbitrium tute. & in hoc caſu actione furti non tenetur, quia datur pro vero dolo tantum, vt notatur. ff. de furtis, lege in furti. Paragrapho recte, & lege inter omnes, §. recte. ſed in primo caſu non eſt dolus, nec

culpa,

culpa,ſed bona fides,vnde non tenetur de ratio. diſtra.quia in ea requirit ur dolus præſumptus,
vel etiam perfidia.ſed hic conſtat de bona fide.In ſecundo caſu quando facit mala fide,& tanquã
extraneus,& tunc tenetur tribus actionibus.Tenetur enim actione tutelæ ratione male admini
ſtrationis,quia venit culpa vt dixi.Item tenetur actione de rationibus diſtrahendis, quæ compe-
tit propter præſumptum dolum.Item actione furti,que competit propter verum dolum,vt in d.
§.recte,& in l.i.ff.de tu.& ratio.diſtr.vbi dicitur,tutor pupillo actione tutele directa de geſtis,ac
negletis propter dolum,ſeu culpam leuem,ac de auctoritate ſibi præſtita in donando cauſa mor
tis,ſeu inter viuos tenetur reddere rationem,& ibi dicit Bar.& dat rationem quare donatio cau-
ſa mortis permittitur fieri à pupillo,& ibi dicit etiam quod quando contractus eſt nullus fauore
alicuius,ille poteſt dicere contractum valere.& nota.quod tutor alimenta præſtita de facultati-
bus pupilli.valde amplis.dumtaxat eius matri,vel ſorori egentibus poteſt imputare decreto iu-
dicis,vt in d.l.i.§.ſed nonnullos.& idem ſi non interueniat decretum,vt per Bar.ibi.& per tex.in
l.qui filium.ff.vbi pupilli.educa.deb.vbi dicit Bart. nota ex iſta.l.pulchrum caſum quod ſi pater
filio hærede inſtituto,reliquit filiæ dotem,quod fratres interim tenentur alere ſororem de ſuo,
nec poteſt ſibi imputari in relicta dote.& de hoc per doct.in l.alimenta.C.de neg.ge.& dicit ibi
Bar.quod frater tenetur alere naturalem.vt in auct.qui.mo.na.eff.ſui.§.ſi quis.col.vii. multo for
tius tenetur alere legitimum.valent duo millia,ſi inquirat hoc iudex, & inuenit quod in faculta
tibus pupilli eſt minus quàm in facultatibu.tutoris,dat ei tutorem,& iſte dicitur datiuus cum in
quiſitione,& non ſatiſdat,vt inſti.de ſatiſda.tu. in prin.§.i.& ii.& ff.de confir.tu.l.i.quædam an-
nectunt,& aliam ſpeciem tutorum,& dicunt etiam quod eſt tutor inutiliter datus, qui debet om
nino confirmari,vt inſti.de ſatiſda.tu.in fi.& C.de teſt.tu.l.mater.& intelligamus,omnino.i.ſine
inquiſitione.item dicunt quidam (vt ſuperius dixi)quod tutor datiuus ex inquiſitione a minori
magiſtratu tenetur ſatiſdare.Non à defenſore ciuitatis,& ſic intelligitur inſti.de attiliano tutore.
§.nos.item quod dixi tutores datos inquiſitione ſatiſdare non cogi.verum eſt cum vnus ſolus eſt
datus,ſi autem plures ex inquiſitione ſimul dati ſunt,& eorum vnus offert ſatiſdationem præfer-
tur aliis in adminiſtratione,vt in l.non omnium.C.de tut.vel cu.qui non ſatiſdedit. & tutor qui
non ſatiſdedit non poteſt alienare quicquam de bonis pupilli,ſed bene poteſt quærere ei bonor.
poſſ.vt per tex.& doct.in l.fi.C.de tu.vel cu.qui non ſatiſdedit.Quia tutores fraudulenter verſan
tur quãdoq; & ſuſpecti ſunt in adminiſtratione,dicamus de ſuſpectis tutorib.debet autem fraus
vel negligentia tutoris probari à pupillo,vt ff.de proba.l.quotiens.§.qui dolo.& l.pietatis.C.de
ſuſpec.tu.vbi dicitur accuſatio de ſuſpecto eſt publica,ex quibuſdam tamen cauſis tutor præſu-
mitur ſuſpectus,nec in eis oportet aliquod pupillum probare,vt ſi iſte idem fuit tutor pupilli a-
lia vice,& in ea conſtat malè verſatum,vel ſi tutor eſt inimicus pupillo,& parentibus eius, vel ſi
tutor per mendacium dicat alimenta non poſſe decerni impuberi.vel ſi non faciat inuentarium,
vt dixi.vel ſi non defendat impuberem,vel ſi tutor datus non compareat,nec ſui copiam faciat,vt
ff.de ſuſpec.tu.l.iii.§.ſi autem ipſe tutor.§.ſi tutor inimicus.& §.tutor qui alimenta. & §.tutores,
qui repertorium,& l.impuberibus.§.item ſiquis tutor.& C.de admi.tu.l.vl.i.reſpon.& C.arbi.
tu.l.vlt.§.vl.& inſti.eo.§.ſuſpectus dicitur ſuſpectus eſt qui non gerit tutelam fideliter ſe fraudu
lenter.& §.nouiſsime.autem hæc accuſatio,ſeu poſtulatio ſuſpecti tutoris, quaſi publica eſt, ut
dixi.& mulieres admittuntur,ſed hæc ſolæ quæ pietate neceſsitudinis ductæ ad hoc procedunt.
vt puta mater,nutrix,auia,& ſoror.& impuberes non poſſunt ſuſpectos ſuos poſtulare tutores,
ſed puberes poſſunt ſuos curatores ex conſilio ſuſpectos arguere.vt inſti.de ſuſpe.tu.§.conſequẽs
& §.impuberes,& ff.eo.ti.l.i.§.conſequens.Item vnus tutor poteſt ſuum contutorem accuſare,
vt l.iii.ff.de ſuſpe.tu.poſſunt autem omnes tutores,vt ſuſpecti accuſari,ſiue ſint teſtamentarii, ſi-
ue legitimi,ſiue datiui,diligentes autem certum eſt quod non poſſunt,vt inſti.de ſuſpec.tu.§.i.qđ
intellige in tutoribus,& cura.minorum,& furioſorum,& prodigorum,& ventris,& bonorum,
vt ff.de ſuſpec.tu.l.iii.§.non tãtum.fieri poteſt.hæc accuſatio,& remotio tutoris Romæ apud præ
torem,in prouinciis apud præſides.vt inſti.de ſuſpe.tu.§.i.& deſcendit huius criminis actio,ex l.
xii.tabularum,vt inſti.eo.ti.in princ.proceſſus autem accuſationis talis eſt.vt pro tribunali ſeden
te præſide examinetur cauſa.vt ff.ad turpilia.l.i.§.ſuſpecti.& finita tutela,vel cura extinguitur ac
cuſatio criminis ſuſpecti,quia in eum caſum peruenit à quo incipere non poteſt,vt ff. de ſuſpe.tu
to.l.iii.§.quæri poterit.& §.ſi quis affuturus,& l.poſt finitam,& inſti.eo.ti.§.ſed ſi ſuſpecti. & C.
eo.ti.l.ii.effectus autem accuſationis eſt in principio,quia lite conteſtata interdicitur tutori ad-
miniſtratio.vt inſti.de ſuſpe.tu.§.ſi quis autem ſuſpectus.&.C.eod.ti.l.eum quem.& ff. de ſolu.l.
quod ſi forte.§.i.itaque ſuſpectus tutor debet remoueri à tutela,licet paratus ſit ſatiſdare rem pu
pilli ſaluam fore,quia ſatiſdatio maliuolum propoſitum tutoris non mutat,vt in inſti.eo.ti.§. vl.
& ff.eo.ti.l.ſuſpectus fieri,& l.qui ſatiſdatio.ſi tamen tutor ſit pupillo cognatus.vel affinis,vel pa
tronus optimum factum eſt curatorem ibi potius adiungi,quàm eundem cum nota infamiæ re-
moueri,vt ff.de ſuſp.tu.l.ſi tutor,quilibet ergo alius tutor remouebitur à tutela.ſed ſi cauſa remo
tionis non eſt in decreto expreſſa,remanet integra fama.vt.ff.de ſuſp.tu.l.iii.§.vl.& l.iiii.poſſet ta
men

men diſtingui. vtrum accuſabatur ſuſpectus propter dolũ. & tunc præſumamus eum remotũ ob dolum, an ob culpã: & tunc dicamus in dubio: ꝙ remaneat integræ famæ vt dictũ eſt. dixi ꝙ pendente cauſa ſuſpecti debet tutori adminiſtratio interdici, vt in l. cũ quẽ. C. de ſuſpec. tuto. & inſti. eo. §. ſiquis aũt. vbi dicit ſubtilis faber. doc. diſtingunt an accuſetur de mala adminiſtratione in officio & tunc interdicitur: ſi aũt de alio crimine non, de iure verò canonico nõ interdicitur etiam in primo caſu, niſi facta informatione de dilapidatione, vt extra de ſimo. c. licet heli. & ibi Inno. et de officio delega. c. venerabili. & ibi gl. & in c. licet heli. dicit Panor. nota hic expreſſũ, & tene mẽti qđ pendente inquiſitione contra prælatũ ſuſpectũ non fit incõtinenti remotio ab adminiſtratione: ſecus eſt in tutore. et eſt ratio ſcđm doc. quia pingius ius habet prælatus in prælatura quàm tutor in rebus pupilli. & circa hoc vide bonã gl. in c. quia epiſcopus. v. q. iii. & nota qđ accuſatus pendente accuſatione non priuatur iuribus, vel dignitatibus ſuis. vt in c. omnipotens Deus. de accuſa. ſed interim de nouo nõ põt acquirere, & procedit ẽt in dignitatibus ſæcularibus. vt in l. qui de libertate. ff. de liberali cauſa, & in l. qui ſtatus. ff. de re militar. & in l. delatus reus. ff. de muneri. & honori. vbi Alberi. diſtinguit iſto modo ſi officialis eſt in poſſeſſione officii pendente controuerſia debet gerere officium, ſecus ſi non inchoauit exercere. & ibi dicit multa vtilia de mẽte doctorũ, ſed ſpec. in ti. de cenſ. §. i. ad fi. dicit: pone titius fuit electus in poteſtatẽ cuiuſdã caſtri: quidam ſe huic electioni opponunt: dicentes eam non valere, quæritur an pendente lite exercebit officiũ? Reſpõdeo, dic qđ non, ſi nõ inchoauit exercere. ff. de re mili. l. qui ſtatus. ſecus ſi inchoauit ff. appel. pen. nihil inno. l. i. §. pe. ff. de mune. & hono. l. reus delatus §. i. in electo aũt in prælatũ dicit vt extra de appe. c. conſtitutus, & de elect. c. nihil. §. fi. Et nota qđ quando eſt officiũ perpetuũ cũ magna maturitate iudex debet procedere in ſuſpenſione officii, & moneor per notata p Bal. in l. mancipia. C. de ſeruis fugiti. vbi ipſe quærit, an officialis negligens ſit deponendus. Reſpõdeo. dicit Bal. quandã eſt officium perpetuũ: & tunc nõ debet deponi niſi culpa inducat depoſitionẽ. vt quia delinqt in officio: vt C. de ſuſcep prepo. & archa. l. ſi aliquid li. x & delictũ debet eſſe graue, vt ſi eſſet deuorator ſubditorũ. tex. ad hoc ſcđm Lucã de penna in d. l. ſi aliquid. & ibi litera dicit: nõ põt quis amplius exercere officiũ in quo ante decoxit. i. deuorator extitit. & condẽnatus extitit ad qđ põdero tex. condẽnatus extitit: quia ante condẽnationem põt p illũ tex. exercere officiũ: & dicit ibi platea. nota ergo qđ ſi ſuſceptor tributorũ, vel eius notarius, vel alius officialis in ſuo delinquat officio: & de hoc cõuictus & cõdemnatus exiſtat nunq̃; ad id officiũ amplius reuertetur: etiã ſi reſcriptũ principis impetrauit. vt in d. l. ſi aliquid, et in l. iudices. de digni. li. 12. vbi loquitur de iudice cõuicto. & ibi dicit Ioã. de platea in d. l. ſi aliquid qđ ſi delinquẽs in officio aufugit tunc habetur ꝓ cõuicto. & ibi dicit Bar. nota hãc l. ex qua collige qđ notarius condẽnatus de falſo inſtrumẽto nõ põt ãplius notariatus officiũ exercere facit. ff. de eden. l. ſi aliquis ex argentariis. §. i. & ibi gl. allegat. l. ſi aliquid. ſed ſi fuit condẽnatus de falſo alias cõmiſſo: dic vt per Bar. in l. iii. ff. ad l. Iuli. repe. vbi plene de hoc: & ibi dicit Lucas de penna ſi tabellio eſt dãnatus de falſo: an fides adhibeatur aliis inſtrumẽtis. ibi videbis. dixi ſuperius de mente Bal. qđ officialis perpetuus nõ debet deponi niſi culpa inducat depoſitionẽ; vt quia delinquit in officio, vt in d. l. ſi aliquid. allegat ẽt Bal. tex. in l. ii. §. miles. ff. de his qui no. in famia. vbi miles qui lege Iulia de adulteriis fuerit damnatus infamis eſt, & abſoluitur à ſacramento militiæ. Itaq; aduertite qđ delictũ debet eſſe graue; ad hoc vt officialis perpetuus ſit deponẽdus, quandã eſt officiũ ad tẽpus. & tũc propter enormia caſſari põt. vt C. ad l. Iul. rep. l. i. ꝓ minoribus aũt culpis nõ punitur officio; ſed pu tẽpe ſindicatus vt p Bal. in d. l. mãcipia. & aduertite qđ tex. in d. l. ſi aliquid. dicitur; ſi aliquid à ſuſceptore fraudis poſſeſſor deprehendat, & fraus quot modis cõmittatur. vi. p gl. & doc. in c. de priui. & ibi Ioã. An. & doc. & vi. Bar. in l. cõtra. ff. de legibus, & in l. qui teſtamentũ de proba. ff. & vi. dynũ in c. fi. de regulis iuris. in vi. & aduertite qđ tex. in l. quilibet de decurioni li. x. dicit; officiales in eorũ officio delinquentes. i. ſi fraudulentus in illicitis, & ĩmoderatis exactionibus fuerit inuentus; dãnetur in metallũ. & ibi dicit Lucas de penna ſi officialis ſcripſerit aliquẽ illicite in muneribus; aut aliquid vltra debitũ exegerit, puniendus eſt, vt in tex. & Io. de platea dicit: officialis q̃ cõmittit fraudẽ in ſuo officio; vel in deſtribuendo patrimonia hoĩum in collectas imponendas, vel cenſus, & tributa exigenda, vel in plus exigendo quã debeat. et ſic illicitas exactiones faciendo pſonaliter punitur, et hoc quãdo cõſuetus eſt tales fraudes cõmittere, vt per gl. & plateam. in d. l. quilibet. & in l. vna. C. de ſuper exacto li. x. alias punitur arbitrio; iudicis platea. ibi & vide legem & glo. in d. l. vna; de ſuper exacto. ſed aduerte qđ miles ex cauſa deſertionis notatus ſuſpenditur a militia; ſed cauſa cognita ſi non conſtiterit deſertorẽ eſſe oĩa ſtipendia redũtur l. lege. ff. de re mili. & tex. in l. ſi quos, de officio pre. orientali. C. vbi officialis ꝓpter tres cauſas remouetur. & vi. doc. to. in l. ii. de ſportulis. C. & imperator propter delictũ deponitur à papa. c. ad apoſtolicæ. de re iudicata. & vi. ea que notãtur 23. diſ. in nomine domini. & vi. Albe. in l. ſi quos. de pfecto pre. orientali. C. & vide plainã ſcribendo hiſtoriam Ioan. xxiii. Et vide tex. in d. l. diu minime, de ſuſcepto. pre. & archa. libr. x. contra officialem, conuertentem pecuniam fiſcalem in proprios vſus, & vide Ioannem de plat. & vide l. i. & ii. de his qui ex pub. ra. mu. pe. accepe. libro. x. itaque officiali perpetuo, inquiſitione pẽdente, nõ interdicatur adminiſtratio officii, & in tutore ſuſpecto aliud eſt vt dixi: & tenet Bar. in l. quod ſi forte. ff. de ſolutio. §. i. ſed ſi eſt talis tutor qui propter ſuſpi-

tionẽ etiam probatam non debet remoueri ſed debet alius adiungi,vt ſi eſt coniuncta perſona, l. ſi tutor aliquo.ff.de ſuſpec.tu.& Bar.in d.l.ꝙ ſi forte.in prelato dic vt dixi.& archid.in c.ſi epiſcopus.§.quod mala.iii.q.dicit.ſuſpitio.dilapidationis debet probari contra prælatũ:& probata datur illi coadiutor vſque ad finem litis,vt in c.licet heli.de ſimonia.& c.venerabili.de offi.delega. ſed nota ꝙ alienatio immobilium:interdicitur, & de his qui ſeruãdo ſeruari poſſunt:vt p Archi. in c.ſi.iii.q.ii.& ita tenet omnes,quia pinguius ius habet prelatus:& habet pleniorem adminiſtrationem quam tutor, & eſt procurator in rem ſuam. ſed officialis ſindicandus debet ſuſpendi ab officio,ſi eſt officialis ad tempus,& ita de conſuetudine generali ſeruatur,& de hoc vide paridem in tractatu de ſindicatu in verbo accuſatus,ſed de officiali perpetuo pecuniario:nõ loquuntur docto.nec iura:quod pendente accuſatione ſeu inquiſitione ſibi interdicatur adminiſtratio.Et ſi fiſcus eſt cautus,& de pecunia fiſcali non tractatur,in accuſatione vel inquiſitione, non poteſt ſuſpendi per ſuperius dicta:pendente lite.ſed poſtquã ſit conuictus.per d.l.ſi aliquid quæ lex loquitur in officiali pecuniario,& faber inſti.de his qui ſunt vel alieni iuris, dicit ꝙ ſi ſuperius grauat ſubditos interdicitur ei adminiſtratio,intellige cauſa cognita,& vide.ſ.in iſto ſpeculo, in titu.de rege & regia dignitate,vbi de officiali multa diximus.Et quando quis vtitur duplici officio, debet pro vtroq; habere ſalarium.l.his ſcolaribus.de erogatione militaris annone.li.xii.intellige ſi ſi intereſſe non continet repugnantiã.l.maior.de dignita.xii. Quia litis occaſione contingit aliquẽ conſtitui tutorem vel curatorẽ:ideo de hoc dicamus,ſciendũ eſt igitur tutorem nõ poſſe ad litem conſtitui:quia nõ datur certæ rei vel cauſæ.vt inſti.qui dare tuto.§.certe.ꝙ ergo dicitur de in litem dando tutorem.omitto:quia hodie minori dabitur ad litem curator,& tutor vel curator vel ꝙ melius eſt per procuratorem aget cauſam,vt inſti.de autoritate tutorum.§.vlt.& C. de in litem dando tutore vel curatore.l.pe.& vlt.vbi dicitur ſi tutor teſtamentarius vel legitimus eſt cũ pupillo litigaturus debet ei de curatore ad litẽ facere prouidere,vel poteſt pupillus illius autoritate procuratorem conſtituere qui eum ſit defenſurus,& ſi res exegerit alius tutor ordinabitur, itaq; ex d.l.fin.colligitur:ꝙ creditor pupilli poteſt eſſe teſtamentarius, & legitimus tutor.hodie ſecus.vt.C.qui dare tuto.poſ.l.creditorem.& in auct. Minoris eo.ti.vbi dicitur creditor vel debitor minoris non debet eius curam ſuſcipere,& ſi ſuſcipiat & taceat,creditor actionẽ perdit.ſi debitor taceat ſolutione interim facta non iuuatur,& ſi poſt adminiſtrationẽ ſuſceptã creditor vel debitor eius efficiatur curator ei adiungitur,& ſi ceſsionem aliquã minorẽ receperit:illa vti non poterit,ſed minoris lucro cedit.& nota ꝙ in locum tutoris vel curatoris nõ poteſt alius,niſi cauſa cognita ſubrogari.l.curatorẽ.C.qui dare tuto.vel cura.& qui dari poſſunt vel non.Dixi quod põe pupillus ſi eſt cum tutore litigaturus autoritate illius procuratorẽ cõſtituere.nota hoc bene quia nõ eſt alibi ſecundũ Sal.in d.l.fi.& curator ad litẽ ſumptus reperit qđ bona fide facit.l.ad litem.C.de in litẽ dando tutorẽ vel curatore.& iſta rub. ſecundũ Sal. loquitur ſecundũ iura antiqua.ve videbis per eum,in rub.& nota qđ olim ſi pupillus habebat tutorem,& lis mouenda erat inter pupillũ & tutorẽ,ad aliam litẽ dabatur vnus tutor:& ille dicebatur pretorius tutor.hodie ad illã litem datur curator.vnde licet occaſione tutelæ non poſsit eſſe lis:tamen alia de cauſa põt eſſe lis inter pupillũ & tutorẽ:vt inſti.de autoritate tuto.in fi & C.de autoritate tuto.l.i.& in iſta materia notabis,qđ ſi tutor pupillis cuius pater vendit fundũ ſecum cõmunem, conſultius faciet ſi tutela durante partem ſuam non vendicet,ſi tamen vult vendicare,debet petere curatorẽ dari,qui emptorem pupilli nomine defendat aduerſus ipſum tutorem fundũ vendicantẽ.Et quia aliquando quis putat ſe tutorem & non eſt, dicamus de eo qui pro tutore negocia geſsit,quia ſi mulieres putant ſe tutrices cum non eſſent.& adminiſtrauerunt res pupilli,actione pro tutelæ tenentur.vt in l.i.C.de eo qui pro tutore negocia geſsit,& in l.mater.C.de teſta.tute.ſed ſi mulier ſciret ſe tutricẽ nõ eſſe:& adminiſtraret,actione nego.geſtoro.teneretur,vt C.de teſta.tute.l.i.& ſi aliquis datus eſt tutor inutiliter,& ipſe putans ſe tutorem agit nomine pupilli,ſi obiicitur ei qđ non eſt tutor, ſi non oſtendat ſe tutorem repelletur, & de eo qđ geſsit tenetur actione pro tutelæ reddere rationem.l.fi.C.de eo qui pro.tuto.nego.geſsit.vbi notatur qđ exceptio quod mandatũ non ſit ſufficiens opponitur in quacunq; parte litis. Nota qđ licet mater petierit tutorem dari filio eius non propterea tenetur periculo ex illo facto niſi hoc expreſſum fuerit in decreto iudicis ſecundũ Sal. in l.i.C.ſi mater indẽnitatem promiſſit.ſed nota qđ promiſſio indẽnitatis facta tutori non liberat tutorem.vt l.ii.eo.tit.vbi videbis Sal.& nota qđ ſi mater fecit teſtamentũ,& inſtituit filiũ ſuũ hæredem & vetuit in teſtamento qđ talis non deberit dari tutor filio ſuo:poſtea ille datus eſt tutor filio ſuo:dico qđ remouebitur à tutela ſine nota infamiæ.l.i.C.ſi contra matris voluntatẽ tutor datus ſit,& ff.de ſuſpec.tuto.l.ii.quia interdum inchoatur cauſa pupilli durante tutela.& tutela finitur ante cauſam finitam.ideo ponitur iſta rubrica C.vt cauſæ poſt pubertatem tutor aſsit. itaq; tutor cauſam pupilli inchoatã proſequi tenetur:etiam poſt pupillarem ætatem ſi inſtrumẽta curatori nõ reddiderit,vt in l.vna.eo.ti.& ſi tutores fuerunt condẽnati nomine pupilli, & ipſi prouocauerunt:& pendente prouocatione eſt finita tutela.& ipſi nondũ reddiderant rationẽ curatoribus: ipſi debent adeſſe cauſæ pupillorum maximè cum adhuc inſtrumenta illius cauſæ habeant apud ſe.ut l.ita autem.§.i.ff.de adminiſtra.tutor.& vide.ff.de appella.l.tutor. & ff.ſi tutor

ueſ

vel curator, appella.l.i. Et quia ſæpe dubitatur vbi pupillus debeat educari: ideo dicamus aliqua circa hoc. & dico quòd vbi mater non conuolauit ad ſecundas nuptias ius præſumit immenſum quod mater diligat filios, vt in auctem. de nuptiis.§.eius.col.iiii. & C. de curato. furioſi.l. vlti. in prin. & ideo apud eam debent filii morari, & educare, vt in l.i. C. vbi pupilli educantur: ſed ſi vitricum ſuperinduxit, ius præſumit contrarium. C. de adminiſt. tuto. l. lex quæ tutores.§. ſerui. & ideo apud eam morari, vel educari non debent. ſed ſi pupillus habet auum maternum: & dicit volo quod apud me pupillus educetur, ſimiliter patruus dicebat, iudex examinabit quis ſit idoneor, dum tamen ſuſpectum expe. ſucceſsionis euitet, vt apud eum non educetur. itaq; vbi pupillus educetur eſt iudicis arbitrio. ſed de eo qui pupillo ſuccedere debet eſt iuſta ſuſpitio. ſicut de illo qui inſidiatur pupillo, vt ff. eo. tit. l. vlt. ſed in matre non eſt hæc ſuſpicio licet ſit prior in ſuccedendo. glo. & Salic. in l. ſi. C. eo. ti. & nota quod onus alimentandi pupillum eſt neceſſarium, vt in l.i. & filius debet educari apud matrem ſi non conuolauit ad ſecundas nuptias, vt in auctem. de nuptiis.§. eiuſdem quoque. col. iiii. & iſta eſt veritas, nota bene. Et nota quod tutor iudicis arbitrio cogitur alimenta præſtare pupillo, licet pendeat quæſtio de ſtatu. vt in l.i. C. de alimentis pupillo præſtandis, & pupillus præſumitur alimentatus à tutore; & non præſumitur de nihilo vixiſſe, vel ſine ſumptibus ſtuduiſſe, vt in l. ii. C. eo. tit. & præter debet ſpectare modum patrimonii pupilli cum alimenta decernit: conſiderando ſi pupillus eſt diues, aut mediocriter ſe habeat, & debet tam moderate ſtatuere, vt non vniuerſum patrimonium. i. reditum patrimonii in alimenta decernat: ſecundum ætatem pupilli: & ſecundum qualitatem pupilli. & ita debet decernere circa ſeruicium pupilli, & circa veſtem, & circa omnia neceſſaria pupillo. Et quia ſæpe contingit tutelæ adminiſtrationem diuidi inter tutores, dicamus aliquid; de diuidenda tutela, & pro qua parte quiſque tutor conueniatur. vbi adminiſtratio non eſt diuiſa omnes tutores tenentur, ſed vbi eſt diuiſa à teſtatore, vel à iudice non tenetur vnus pro alio: niſi in caſibus ſpecialibus. diuiſio vero quam tutores inter ſe propria auctoritate faciunt pupillo non officit. vt in l. ſi diuiſio. C. de diuidenda tutela. & nota quod pacto tutorum non obſtante prius conuenitur gerens, & eius hæredes quam non gerens, vt in l. ſi. eod. tit. & nota quod in d. l. diuiſio. tria dicuntur: primo dicitur ſi tres ſunt tutores, vel curatores in eodem loco, vel in eadem prouincia, & adminiſtratio non eſt diuiſa inter eos: finita tutela pupillus vel adultus: omnes poteſt conuenire uel unum inſolidum: & ſi eleget unum tenetur ei cedere actiones contra alios. ſecundo dicitur: ſi plures ſunt tutores uel curatores, & diuiſio facta eſt inter eos à iudice uel à teſtatore: quemlibet debet conuenire pupillus uel adultus pro ſua parte, niſi in tribus caſibus: ſi forte per dolum con tutorem ſuſpectum non remouit: uel tarde remouit: uel in remouendo iura perdidit pupilli. Tertio dicitur; ſi ipſi tutores, vel curatores diuiſerunt adminiſtrationem inter ſe, perinde eſt ac ſi facta non fuiſſet diuiſio, vt dixi. & nota quod ſi agitur cum vno inſolidum: ſi conuenitur ob proprium dolum: non petit ſibi ceſsionem fieri contra alios. ne dolus ſibi patrocinetur, vt ff. de tutelis & rationi. diſt. l. ii. §. nunc tractemus. ſed ſi conuenitur ob culpam vnus poteſt poſtulare ceſsionem ſibi fieri contra alium: vt in d. l. ſi diuiſio imo (quod plus eſt) haberet vtilem ſine ceſsione, vt in d. §. nunc tractemus. ſed ſecus eſt in pluribus confideiuſſoribus: ſi ipſi non poſtulauerint vt colligitur ff. de fideiuſſoribus. l. fideiuſſores. Et ratio eſt, quia ſatis eſt quod fideiuſſor contra principalem habet regreſſum. vt probatur ff. mandati. l. ex mandato. §. i. ſed in pluribus cum tutoribus ſi vnus ſoluit: nec poſtulauerit ceſsionem ſibi fieri: datur ei vtilis: quia non inuenitur alia perſona contra quam habeat regreſſum. ff. de eo per quê fac. eſt. l. vlt. & ita colligitur. ff. de lega. i. l. plane. in. §. ideo nota. ſi plures ſunt tutores & omnes geſſerunt: ſi vnus conuenitur in ſolidum triplex beneficiû habet. vnum vt ſi omnes ſunt ſoluendo poteſt impetrare diuiſionem fieri; vt C. de conſti. pecuni. l. vlti. vbi dicit Bal. per illum tex. beneficium diuiſionis quod competit pluribus fideiuſſoribus competit pluribus conſtituentibus pro alio. Item habet aliud beneficium: quia ſi nô vellet poſtulare beneficium diuiſionis; poteſt petere ceſsionem ſibi fieri contra contutores, vt in d. l. ſi diuiſio. item ſi non poſtulauit habet vtile beneficium ſine ceſsione, vt dixi. & nota quod fideiuſsio expreſſa nô poteſt fieri ſine ſtipulatione l. ſtipulationum. §. ſatis acceptio, & l. ſciendum iuncta glo. ff. de verbo. oblig. & l. blanditus. C. de fideiuſſ. Bal. in c. i. de pactis. ideo ſequitur quod fideiuſſor non tenetur ex facto principalis. ſed fallit in dote mulieris, quia fideiuſſor pro dote mulieris quia fauore dotis pacto nudo efficaciter obligatur tex. in l. fi. & ibi Bal. C. ad vellei. & doct. in §. ſatis acceptio. & idem eſt in fideiuſſore in pia cauſa. arguendo de dote ad piam cauſam: quamuis dos non ſit pia cauſa, niſi ſit promiſſa pro paupere, ita Roma. in auctem. ſimiliter. C. ad l. falcidi. & Iaſo. in d. §. ſatis acceptio. item dico quòd dicta regula non habet locum in fideiuſsione tacita inducta à lege. l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſo. tuto. & l. i. ff. ad municipa. ſecundum Bar. in l. reos. ff. de duobus reis. itaq; ex d. l. cum oſtendimus notabis quod in omni contractu iudiciali præſumitur ſolennitas, etiam ſi deficiat ſtipulatio. ita Petrus de Belluga in ſuo ſpeculo. fol. 134. in prin. & qui fideiuſsit apud acta eſt fideiuſſor iudicii. Bal. in l. ii. C. de fideiuſſo. tuto. & nota quod licet ſoluens ſolidum non agit contra fideiuſſorê, niſi ſibi ſit actio ceſſa. l. cum aliter. C. de fideiuſſori. aliud eſt in contutore ſoluente, vt per Salic. ibi. facit tex. in l. i. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & ratio. diſtra. &

vtiles non competunt fideiuſſori niſi cedantur, vt ff.de fideinſſori.l.vt fideiuſſor.& l.ſi deiuſſorib.
& actio mandati competit fideiuſſori ſoluenti, non hipothecaria competens creditori, niſi ſibi
cedatur, l. mandati. C. de fideiuſſori. & nota quòd ſi in ſcriptura reperitur aliquem fideiuſsiſſe,
præſumitur per ſolennem ſtipulationem, vt per Iaſo.in d.l.ſciendum, vbi multa dicit de ſoleonita
te.extrinſeca, vbi videbis. ſed nota qnòd ſolennitas extrinſeca prælumitur exdiuturnitate tem-
poris præceſsiſſe. quamuis notarius nullam mentiouem de ea faciat. vt per Alexan.& docto. in
l.qui in aliena.ff.de acqui.hæredi.& per Iaſo.in.d.l.ſciendum, in.vi.col.Nunc aliqua dicamus: de
arbitrio tutelæ.i.de actione tutelæ: ſubaudi directa. Nam de contraria, tractatur.C.de coutra-
rio iudicio tutelæ. Hæc actio licet finita tutela, qualitercunque ſit finita, vt.ff.de tutelis & ratio
diſtra.l.ſi tutor.§.vltimo, datur hæc actio pupillo, & eius hæredi. ſed tamen popillo datur cum
priuilegio, vt præferatur aliis creditoribus chirographariis: hæredi datur ſine priuilegio, vt.ff.
de adminiſtra.tu.l.expluribus, vbi dicit Bar.per illum tex.quæ non ſunt tranſmiſibilia ad hære-
des perceſsionem non tranſeunt. datur hæc actio in tutorem quondam, & eius hæredem, vt.l.
pe.C.arbi.tute.vbi dicitur. tutelæ actio tam hæredibus quàm contra ſuceſſores competit.ſed ple
nius dicemus quando tractemus, de hæredibus tutorum, veniunt in actionē iſtā res minoris. Itē
res cōparatæ pecunia minoris, vt.C.arbi.tute.l.curator.vbi litera dicit. Minoris eſt electio vtrū
petat rem emptam ex pecunia ſua, licet non nomine ſuo, an pecuniā ipſam cum vſuris centeſimis:
itē veniūt debita ex mala adminiſtratione. vt in l.lucius titius.ff.de admi.tu.& in.l.tutorē.C.ar-
bi.tute.vbi dicit Sal.per illum tex.contra tutorem debet pupillus agere non contra eum qui indē-
nitatē promiſit, & in actione tutelæ venit.ratio, & vt reliqua præſtet.i.debita ex mala adminiſtra
tione vt dixi, & in actione iſta vt iam ſuperius dixi venit, dolus, & lata culpa, & leuis, & damnū,
& lucrum, vt.C.arbitriom tutelæ.l.quidquid.vbi litera dicit, quidquid tutoris, vel dolo, vel lata
culpa, vel leui, ſiue curatoris minores amiſerint, vel cum poſsint nou acquiſierint: hoc etiam
in tutelæ, ſiue negociorum geſtorum vtile iudicium venire, nou eſt incerti iuris. ſed in exigen-
dis nominibus debitorum, tutor tenetur tantum de lata culpa, vt in.l.ii.C.arbitri.tute. & no-
ta quòd in.d.l.quidquid colligitur qualiter formetur libellus contra tutorem in actione tutelæ,
vel contra curatorem in actione negotiorum geſtorum, & debet ſic formari: ago contra Petrū
quondam tutorem meum, & curatorem, & peto vt reddat rationem tutelæ, vel curæ geſtæ &
& ommiſſæ, & vt reliqua reſtituat.i.inſtrumenta ad eum peruenta ratione adminiſtrationis, &
vt inuentarium exhibat. quòd ſi ceſſauerit peto ipſum condemnari quantum in litem iurauero.
quia tenetur de dolo, quia in dolo eſt is qui tenetur rem reddere & nou reddit. vt.ff.depoſiti.l.i.
in fine.& etiam probantur hæc. C.de in litem iurando.l.penult.item ex iſta.l.quidquid notabis,
quòd intereſſe debet regulariter conſiderari ex damno.vt. ff. ad.l. rodiam.de lac. l.iii.§. portio.
ſpeciale tamen eſt fauore minoris, vt in actione tutelæ, veniat intereſſe ex lucro, vt colligitur,
ff. de eo quòd certo loco. dari oportet.l.nou vtique, in fine, ſic & in actione locati, vt.ff.loca.&
con.l.ſi fundus.ſic & in ſtipulatione de rato.vt.ff.rem ra.ha.l.ſi commiſſa, & nota qnòd quæſita
à tutore tutela durante non præſumuntur quæſita de bonis pupilli.l.ſi defunctus.C. arbitrium
tutel.& adde ad iſtum tex.l.ſi creditores.ff.de ſeparationibus, & vt.Alexan. in.l. diuus. de bonis
damnato. ſed quæſita ex induſtria vxoris efficiuntur mariti. vt probatur, in.d.l.ſi defunctus. &
eſt ratio quia tenetur operari viro à quo alimenta recipit.l.ſicut.ff.de operis liberto.& filius ab-
ſtentus per tutores ab hæreditate noo tenetur creditoribus patris.l eum qui.C.de arbi.tutele, &
ibi ex tex.quòd poſſumus arguere de contractibus ad delicta.vt.ff.de iudi.l. omnē & adde quòd
notatur.in.l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſoluto matri.& ibi notatur etiā in d.l. eum quæ
quòd illud quòd filius quærit ex contractu, vel quaſi, non eum facit hæredem patris. & nota ꝙ
confeſsio tutoris extra inuentarium non præiudicat, veritati ſed confeſsio inuentarii adeo præ-
iudicat quod non poteſt contrauenire, vt in l.veteris.C.arbi.tute.item venit in actione tutelæ, vt
tutor rationes efficiat, & pupillo reddat, cæterum ſi non fecerit aut factas non exibet, tutelæ
iudicio tenebitur. vt ff.de tutelis & rationibus diſtraheo. l. i.§. officio. eſt autem hæc actio
perſonalis, ciuilis, & famoſa ſi quis condemnetur ob dolum, non ſi ob culpam, vt inſti. de ſu-
ſpect.tutor.§. ſuſpectus, poſt hoc ſciendum eſt tutorem, & hæredes eius, pupillo & hæredibus
eius teneri, quadam alia actione.ſ.quæ dicitor de rationibus diſtrahendis, vt ff.de contraria & vti-
li actione tutelæ.l ii. vbi litera dicit, longè magis dandum eſt & ſi de rationibus diſtrahen. actio
intendatur, quæ actio loco habet cum in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit, ꝙ ſi furā
di animo fecit etiā furti tenetur, & vtraq; actione obligatur, nec altera alteram tollit, furti tamen
continet pœnam tantum, dupli, vel quadrupli. hæc autem continet pœnam dupli tantum, & in
duplo continetur rei perſecutio, & accipe perſecutionem rei intereſſe pupilli: ſed rei extimatio-
nem. Item tollitur hæc actio propter actionem tutelæ, & e conuerſo. Et iſta actio eſt perpetua. vt
ff.de tutelis, & rationi.diſtrahen.l.i.§.de rationibus.& §.conſiderandū.& §.in tutela, et penul.et
l.vlto.C.arbi.tutelæ. vbi legitur. actioni tutelæ non præſcribitur longo tpe: ſed ſi tutor finita tu
tela perſeuerauerit adminiſtrare.res connexas, tenetur actione tutelæ de toto tpe, ſed ſi nō immi-
ſcuit ſe in adminiſtratione: nō tenetur de periculo ſecuto poſt tutelam.l.tutor. C.de arbi.tutelæ

& nota

& nota quia actio tutelæ (vt dixi) datur hæredibus. & contra hæredes, quia iſta actio deſcendit ex quaſi contractu. & vltimo notabis quòd ſi tutor in inuentario ſcribat res cum proteſtatione: dicens ego ſcribo res tales ſaluo iure meo, ſi quod habeo. certè talis proteſtatio ſibi prodeſt: ne ſibi præiudicat talis ſcriptura. argu. ff. de diſtra. pigno. l. debitor. & l. ſicut. §. dicendum eſt. Quia in actione tutelæ (vt dixi) iuratur in litem: ideo aliqua de in litem iurando dicamus nam actio tutelæ eſt bonæ fidei, vt inſtitu. de actionibus. §. actionum: & in actione bonæ fidei iuratur in litem, vt ff. de in litem iuran. l. in actionibus. vbi dicitur: in actionibus in rem arbitrarijs, & bonæ fidei iuratur in litem ſecundum taxationem iudicis ob dolum tantum, in aliis autem actionibus ſtricti iuris non iuratur in litem, niſi quando alia vera extimatio probari non poteſt: & oblatam culpam, vel leuem contra tutorem iuratur in litem. contra verò hæredem eius ob dolum, & latam culpam, vt per Bar. in d. l. in actionibus: & eſt ſpeciale, in actione tutelæ: quia regulariter oblatam culpam non iuratur in litem. Bar. ibi. & nota quòd ſi mortuo tutore agitur contra hæredem tutoris: vt res tutelæ debeat in curatorem trasferre: hoc facere debet, ſi autem dolo exhibere inſtrumenta non vult: poterit curator iurare in litem contra eum. l. i. C. de in litem iuran. ſed ſi tutor finita tutela conuentus eſt actione tutelæ: ſi ipſe non proferat inuentarium condemnatur quantum pupillus iurabit in litem, ſed ſi hæres non proferat inſtrumenta, vel inuentarium: ita demum iuratur in litem contra eum: ſi illa inſtrumenta inuenta ſunt in hæreditate: & non exhibet ea dolo malo. ſed ſi actum eſt contra tutorem, & lis eſt conteſtata: poſt mortem tutoris in eius hæredes lis trasfertur. tex. in l. alio iure. C. de in litem iuran. itaque ſi tutor non fecit inuentarium, aduerſus tutorem iuratur in litem. ſed mortuo tutore agitur contra hæredem eius: ſed non iuratur in litem: ſed hæres ratione illius doli defuncti commiſſi ab eo qui non fecit inuentarium condemnabitur pupillo prout iudici æquum videbitur. & ita apparet quòd in aliquo eſt differentia inter tutorem, & hæredem eius, vt in l. ſi. C. de in litem iurando. item eſt differentia quia in aliquo nam damnatur tutor de dolo & lata culpa, vt dixi. & de hoc in l. vltima. C. de hære. tuto. ob dolum defuncti quãdo iuretur in litem contra hæredẽ, vi. Bar. in d. l. in actio. & ibi dicit, iuramentum affectionis in litem vt deferatur quatuor principaliter attenduntur: natura rei petitæ: natura actionis: dolus aduerſarii: & habilitas perſonæ. in actione exempto an iuretur in litem ibi videbis. & ibi dicitur quòd iuramentum affectionis in litem habet locum in actione in rem, & actione ad exhibendum. & vi. tex. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. & in actione hipothecaria, & in aliis in rem quæ non dantur ratione plenæ dominii, iuratur in litem vt ibi per Barto. & ibi dicit quando in actionibus arbitrariis habeat locum iuramentum in litem affectionis. & probatio arbitraria dicitur propter multa in quibus vertitur iudicis arbitrium, vt per Bar. in d. l. in actionibus: & omnis actio in qua res non reſtituitur ad mandatum iudicis, dicitur arbitraria, & in quo dolus debeat eſſe commiſſus ad hoc vt deueniatur ad hoc iuramentum, & quando, ibi videbis. Non parere iudici circa reſtitutionem rei, vel facere quominus parere poſſit idem eſt in hac materia. vt ibi per Bartol. & multa alia in iſta materia, vt ibi per Barto. ſed contra hæredem tutoris ob dolum non reſtituentem & contumaciter iuratur in litem, vt in l. is qui. C. de in litem iuran. vbi habetur. Nemo inuitus iurat in litem, & contra hæredem tutoris etiam ſi ſit hæres hæredis ob dolum vel latam culpam non reſtituentem iuratur in litem: & vbi dolus & lata culpa ceſſant, aliter per iudicem de veritate inquiritur & ibi. vi. Salicet. facit tex. in l. ſi tutor. ff. de in li. iurando: vbi dicitur in actione tutelæ quia eſt bonæ fidei iuratur in litem. & qualiter probetur intereſſe contra eum qui eſt in culpa: & vtrum verum intereſſe probetur aliquo caſu per iuramentum. vide Bar. in l. ſiue noſtrum, & in d. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & ſi aliquis iurat rem valere centum quæ valet plus non eſt periurus. licet non dicat & plus. text. in l. cum furti. ff. de in litem. iuran. & illa lex ſecundum Bar. ibi loquitur de iuramento in litem quod eſt affectionis. licet in illa lege agatur actione ſtricti iuris, vt furti vel conditione furtiua. ſed iuramentum in litem non retractatur: vt in l. fin. ff. de in litem iuran. ſed ex cauſa poteſt retractari, vt ibi in glo. per tex. in l. videamus. §. fin. eod. tit. vbi litera dicit. item videndum eſt an poſſit iudex qui detulerit iuſiurandum non ſequi id: ſed vel prorſus abſoluere, vel etiam minoris condemnare quam iuratum eſt: & magis eſt vt ex magna cauſa, & poſtea repertis probationibus poſſit, ſolus iudex poteſt iuramentum in litem deferre, & in infinitum poteſt iurare: debet tamen iudex certam quantitatem taxare in quam iuretur: non tamen preſtitum iuramentum cogitur iudex omnino ſequi. ſed talem iuramentum ob culpam non defertur, vt in d. l. videamus. §. deferre. & ibi videbis Alexan. poſt Bar. Erit ergo hæc forma quòd ipſe iurabit: quòd ſi ipſe tutor eſſet eius conditionis cuius eſt pupillus, & eſſet in loco pupilli nollet illa re carere pro tanto. & iſta forma colligitur ſecundum Bart. in dicta. l. videamus. in princi. ex textu. in l. continuus. ff. de verbo. obligatio. §. cum ita facit ff. de duobus reis. l. nemo eſt qui neſciat. facit quod notatur per docto. in l. i. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. & Salicet. in l. i. C. de in litem iuran. non faciens mentio de Bartolo dicit, forma iuramenti eſt ſic, quod ſi pupillus eſt diſcretionis cuius ego ſum: ipſe nolet pro tanto re illa carere, ſed in illis quibus non cadit affectio non defertur iuramentum in litem ad probandum verum

intereſſe,etiam extra rem,quod circa rem non cadit,vt in l.numis depoſitis.ff.de iure iuran.& ad
uertite quod iſta lex loquitur in depoſito pecuniæ.& tex.in l.i.ff.depoſiti. loquitur in depoſito
aliarum rerum in quibus cadit affectio.ſed numi non æſtimantur,vt in l.ſi ita fideiuſſorem accepe
ro quod ego.x.ff.de fideiuſſori.quia ipſi numi certi ſunt, qui ſunt rerum æſtimatio: non autem
ipſi numi æſtimantur per res:& hoc intellige in pecunia minuta:ſed pecunia groſſa auri, vel ar-
genti,bene æſtimatur per minutam.vt per Bar.in d.l.communis.ſed dicta l.habet locum in om-
nibus monetis, & in qualibet quantitate: hoc eſt in omnibus quæ in genere ſuo non recipiunt
functionem in quibus non cadit affectio.l.ii.in prin.ff.ſi cer.peta.& quærit Bar.debebas mihi de
re.c.libras.tempore, quando florenus vel ducatus valebat lx.ſolidos, nunc florenus vel ducatus
valet lxx.& ſi tunc habuiſſem pro centum & xx.ſolidos.l.florenos vel ducatos:nunc non poſſum
habere niſi quadraginta an dicar perdidiſſe: & damnum paſſus eſſe: an vero non aquiſiuiſſe. de
hoc vide Bar.in l.Paulus.ff.de ſolutio. ſed aduerte quòd pupillus, vel eius mater quando non eſt
nutrix:ad iurandum de affectione non admittitur, tutor & curator non cogitur,ſed volēs admit
titur.& adultus etiam admittitur,vt per Bar.in l.videamus in prin.ſed aduerte(vt dixi)quòd iu-
dex poſt iuramentum præſtitum poteſt diminuere & illum non ſequi.ſed iuramentum veritatis
vt quando quis iurat tot expenſas feciſſe: iudex nō poteſt diminuere:quia ſi iudex poſtea taxaret
redargueret eum de periurio: vel faceret ei iniuſtitiam. ſed iuramentum voluntariū & iudiciale,
iudex debet omnino ſequi.vt l.nam & poſtea.§.i.& l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iu.iu-
ran.ſed iudex poſtea poteſt nō ſequi repertis inſtrumentis de nouo.vt in l.admonendi.eo.tit.ſed
nos loquimur de iuramento affectionis vnde poſt tale iuramentum poteſt taxare. non.n.redar-
guit eum de periurio:ſed de inordinata affectione. vt per Bar.in d.l.videamus.§.iurare. notabis
etiam ſecundum Bar.in d.l.numis.quod in actionibus ſtricti iuris præſtetur iuramentū in litem
quod eſt veritatis contra doloſos:ſecundum glo.ibi. & de hoc per Bar.in d.l.in actionibus.ſed iura-
re in litem neceſſario quis non cogitur.quia poteſt dicere volo probare per teſtes. & hoc proba-
tur in l.ſemper.ff.quod vi aut clam.§.in hoc interdicto.& Bar.in d.de periurio. quæ eſt lex.ſi.ff.
de in litem iuran.ſecus in iuramento iudiciali.dicit ibi Bar.in eo.n.habet neceſſe iurare vel refer-
re niſi recuſet ex cauſa,vt in l.manifeſte turpitudinis eſt.ff.de iur.iuran.vertitur.n.in illo iuramen
to fauor deferentis,qui litigare non vult.ſed tutor vel curator non cogitur iurare(vt dixi)de affe-
ctione.i.in litem.ſed calumniæ ſic,& veritatis ſi eam ſcit,vt in d.l.videamus.in princi.& ibi Bar.
quia dominus litis debet in litem iurare non alius.& tutor & curator eſt quaſi dominus litis. &
hoc intellige vt ſuperius dixi.ſed actio ex teſtamento non habet naturam ſemper actionis bonæ
fidei: ſed ſequitur naturam actionum ſtricti iuris,quantum ad iuramentum in litem, vt per Bar.
in l.alias.ff.de in litem iurando.videamus nunc de hæredibus tutorum vel curatorum,& qualiter,
&in quantum teneantur,ſed de hoc diximus:ſcribendo de arbitrio tutelæ.ſed nota quòd hæres
tenetur de dolo, & lata culpa,non leui:licet tutor ſic.vt in l.i.C.de hæredibus tutorum,& hæres
tutoris tenetur de ſuo proprio dolo,& adminiſtratione in tribus caſibus,qui ſunt plani in l.cum
oſtendimus.ff.de fide iuſſo.& hæredi tutorum,ſed ſi tutor vel curator datus ſe non excuſat, nec
gerit ipſe tenetur actione tutelæ,& hæredes eius,nec excuſatur hæredes illa ratione quia non ad
miniſtrarunt: verumtamen primo agendum cum his qui geſſerunt,vt in l.ii. C.de hæredibus tu-
torum,& de hoc dixi.ſ.& non ſolum tenentur hæredes de eo quod peruenit ad ipſos imò de eo
quod tutor debebat pupillo ex cauſa fideiuſsionis: ſi à ſe non exegit,vt in l.aduerſus.C.de hære
di.tuto.nam tutor non ſolum tenetur de geſtis, immò etiam de gerendis, vt in l.quidquid.C.ar-
bitri.tutelæ,& vltimo notabis quod ſi tutor,vel curator adminiſtrauit tutelam,vel curam:hære-
des eorum tenentur de omni eo quòd ad ipſos peruenit,actione tutelæ,vel nego. geſto.ſi autem
non adminiſtrauerunt: tenentur de eo quòd debuerunt adminiſtrare & non fecerunt.nam ipſi
(vt diximus)tenentur de dolo & lata culpa:vt in l.fin.C. de hæredibus tuto. ſed non tenentur de
leui culpa ſi lis non eſt conteſtata cum defuncto,vt in l.i.C. eod.tit.vbi dicitur, & notabis quod
hæres tutoris non tenetur ex leui culpa defuncti,niſi in tribus caſibus ibi expreſsis. itaque ex do
lo,& lata culpa defuncti tenetur hæres,non ex leui. Tutori etiam non gerenti imputatur ſi con
tutorem ſuſpectum non fecit:itaque non ſolum tenentur tutores qui geſſerunt immo & qui ge
rere debuerunt & non geſſerunt.vt diximus,& facit text.in l.i.C. ſi tutor vel cura. non geſſe. & l.
quicquid.C.arbi.tute.& nota quod de geſtis ab alio ex commiſsione vel mandato tenetur com
mittens vel mandans.ſed non tenetur ex permiſsione ſimplici.vt per Salice.in l.ii.C.de adminiſ.
tutor.in iii.q.& in l.i.C.ſi tutor non geſſe.& iſta lex prima allegatur,quoddam natus de crimine
publico per inquiſitionem & ſic ex officio non ſit infamis,vt nota in l.iii.§.præterea.ff.de ſuſpec.
tuto.notabis etiam quod pro geſtis à contutore tenetur in ſolidum, ideo ſi quidam geſſerunt quī
dam non:ſi illi qui geſſerunt ſunt idonei, & ſoluendo non tenentur illi qui non geſſerunt: ſed ſi
aliquod negotium omiſſerunt gerere:de negotio omiſſo tenentur illi qui non geſſerunt de dolo,
& lata culpa.nam ſicut æqualiter tenentur omnes qui geſſerunt ſi omiſſerunt,& omnes qui non
geſſerunt. ſed in geſtis primo tenentur qui geſſerunt:in ſubſidium qui non geſſerunt, ſed in non
geſtis omnes æqualiter tenentur,vt per text. & doctor. in l. fina.C. ſi tutor non geſſerit, & in l.
quicquid

quicquid.C.arbi.tut: De vſuris pupillaribus, videbis, in tit. de vſur. pupillarib. C. ſed dico (vt iſ dixi) quòd non imputatur tutori ſi non potuit negociari cum pecunia pupillari, ſed tenuit eam mortuam. vt in l. ſi pecuniam. C. de vſu. pupillarib. Quia non ſolum agitur cum tutore, vel curatore, & eorum hæredibus: immò interdum agitur cum fideiuſſoribus tutorum, vel curatorum, ideo dicamus, de fideiuſſoribus tutorum, vel curatorum, conueniendis, & dicemus conueniatur & primo aduerte; ſi quidam fuerunt tutores, vel curatores mei, & pro eis erant obligati fideiuſſores rem pupilli ſaluam fore: finita tutela debeo eligere, vtrum velim agere cum tutoribus ſiue curatoribus, vel cum eorum hæredibus, vel cum fideiuſſoribus eorum, vel velim agere pro parte cum tutoribus, vel curatoribus, vel cum hæredibus eorum, & pro parte cum eorum fideiuſſoribus. ſi autem velim omnes inſolidum conuenire mihi non licet, vt in l.i.C. de fideiuſſ. tu. vel cura. & iſti fideiuſſores non habent beneficium diuiſionis, vt eſt gl. in d.l.i. & ff. rem pupilli. ſal. fo. l. ſi. & hoc quando ſunt vnius contutoris, ſecus ſi plurium, quia vt ſui principales, ita & ipſi diuiſionem petere poſſunt. ff. de fideiuſſ. tu. l. pupillus. & ratio diuerſitatis ponitur per Saly. in. l. ii. C. de diuidenda tut. ideo ſi egi cum tutoribus, vel curatoribus habens animum eligendi. non poſſum agere cũ fideiuſſoribus, ſed ſecus eſt hodie, vt C de fideiuſſ. l. iure noſtro. ſed iure nouiſſimo autem. ſecus, vt C. de fideiuſſ. auct. præſente, & ſolutio tutoris liberat fideiuſſorem, & ſi principalis ſoluit partem: fideiuſſor in reſiduo poteſt conueniri Bar. per l. ii. C. de fideiuſſ. tuto. & illa lex probat quòd fideiuſſor tutorum poteſt ſe obligare ſub duabus formis. ſ. ſimpliciter, & in defectum tutoris, & vtraque forma bona eſt, licet prima ſit pura, ſecunda conditionalis Bal. ibi, vbi dicit: ſi tu vis quod in omnes fideiuſſores fiat executio facias eos promittere non ſolum reſpectu contractus, ſed reſpectu iudicii: vt promittat debitum, & ſoluere iudicatum. arg. C. de vſu. rei iudi. l. ſi. ſed nota quòd reus, & fideiuſſor non poſſunt cõueniri hodie in eo. libello: ratione ordinis, vt ſuperius dixi, niſi renuntiet beneficio nouæ conſtitutionis, de fideiuſſo. quod nota multum ſecundum Bal. & vi. Cynum in. d. l. i. C. de fideiuſſ. tutorum. de directa actione tutelæ, quæ datur contra tutorem pupillo finita tutela diximus: verum quia econtra datur, quondam tutori contrarium iudicium tutelæ: ideo dicamus, de contrario iudicio: & de actione contraria tutelæ, vel vtili, negotio geſto. Nam ſicut directa actio tutelæ datur pupillo contra tutorem pro geſtis, & omiſsis. item ſicut vtilia neg. geſt. datur quondam pupillo contra tutorem. vt C. arbi. tutelæ. l. quicquid. ita econtra cõtrarium iudicium tutelæ tutori datur contra quondam pupillum, ſi vtiliter, vel neceſſario impenſum eſt in rem eius, vt colligitur. ff. de contraria, & vtili actione tutelæ. l. i. §. ſufficit. & §. finito. & nota quòd ſi aliquis tutor pro contutore cõdemnato quodam pupillo ſoluit, nec petit ſibi actionem cedi, nullam habet actionem contra quondam pupillum, vt delegetur ei actio contra illum quondam tutorem, quia liberatus delegari non poteſt. Sed ſi ille contutor ſe ſibi cedi actionem, antequam ſibi ſolueret, eſt emptor nominis, vnde vtilem actionem tutelæ mouere poterit cõtra quondam tutorem, vel eius hæredes, vt in l. i. C. de contrario iudicio tutelæ. & nota quòd cautũ eſt conſilium, quòd ſemper ante ſolutionem agatur, quòd poſt ſolutionem fiat ceſsio: ſed tu dic quòd quando fit ceſsio inter plures tutores, eſt notandum de mente Bar. in l. modeſtinus. ff. de ſolu. quòd aut contutor conuenitur ex dolo proprio, vel communi, tunc non debet fieri ceſsio in aliquo. l. ſi plures. C. de admi. tut. aut conuenitur ex culpa, & tunc aut ex culpa propria tãtum, & & in nullo fit ceſsio: aut ex culpa alterius tantum, & in totum fit ceſsio, aut ex culpa communi, & fit ceſsio pro ea parte, quæ contingit contutorem tantum, vt. ff. commo. l. vnde quæritur, & d. l. ſi plures. C. de admi. tu. & l. cum pupillus. ff. de tute. & ratio. diſtra. facit tex. in l. cum poſſeſſor. ff. de cenſi. & l. quæſitum. ff. de pecu. & ff. ad l. rhod. de iac. l. i. §. ii. & §. equiſsimum. ita Bar. in d. l. modeſtinus. vbi etiam loquitur de ceſsione facienda inter plures reos, & in quantum fieri debet, & dicit etiam de ceſsione inter plures fideiuſſores, & an debeat fieri in ſolidum, vel pro parte. & ſi ex tribus correis, vel tutoribus, vel fideiuſſoribus, vnus ſoluit inſolidum, quòd ceſsio fiat inſolidum pro duobus partibus cæterorum, & dicit quòd ille cui eſt facta ceſsio contra alios correos inſolidum ſi agit contra vnum inſolidum ex actione ceſſa: tenetur illi cedere actionem ſibi ceſſam cõtra alium: & ſi quæris, quæ actio debet cedi, dicit Bar. perſonalis, & hypothecaria contra principalẽ & contra fideiuſſores: C. de fideiuſſo. l. ii. & l. cum aliter. & ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſoribus. & l. cum is. item debet cedere officium iudicis. quòd cedi poteſt, vt l. ſi minoris. ff. de admi. tu. l. quòd ſi minor. §. ſi. ff. de mino. item puto dicit Bar. quòd debet cedere naturalem obligationem tantum, ſi illam ſolam habet quòd cedi poteſt. l. ſi eius. ff. ad treb. & non requiruntur in hac ceſsione ſolennitates quæ ponuntur in. l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio. C. mand. vt expreſſe dicitur in tex. in d. l. per diuerſas. quid ſi creditor dictas actiones non poteſt cedere, dic vt per Bar. in l. ſi ſtipulatus. §. ſi ex duobus. ff. de fideiuſſ. & Bar. in d. l. modeſtinus. dicit, quòd ceſsio actionis facta poſt ſolutionem non valet, ideo dixi quòd ab initio præcedat pactum de faciendo. Sed nota quòd pro illa parte ad quam pupillus ſuccedit tutori extinguitur actio tutelæ, & non in pluri, vt in. l. ſi. de contrario iudicio tutelæ. ſed nota quòd pluribus tutoribus competit beneficium vtilis actionis ſine ceſsione. & non ſic in pluribus fideiuſſoribus, quæ ſit ratio diuerſitatis: vide Iaſ. in l. i. C. de pact.

in.ii.col.& quando ſunt tres tutores,vel curatores,& pupillus nunc effectus maior reperitur dā-
nificatus in centum,qualiter teneatur quilibet:an quilibet in totum an verò pro parte, & quan
do tenetur in totum,quot beneficia ei competant.vide Iaſ.in d.l.i.de tranſa.C.in d.ii.col.fuit aūt
inducta contraria actio tutelæ,vt facilius tutores accederent ad adminiſtrationem ſcientes pupil
lum ſibi obligatum fore ex ſua geſtione,quamquam enim ſine tutoris auctoritate pupillus non
obligetur,nec in rem ſuam pupillum tutor obligare poſsit:attamen receptum eſt, vt tutori ſuo
pupillus ſine tutoris auctoritate ciuiliter obligetur,ex adminiſtratione ſua. & enim prouocandi
fuerunt tutores,vt promptius de ſuo aliquid pro pupillis impendant.dum ſciunt ſe recepturos id
quòd impenderint.tota iſta litera habetur in l.i.i.reſpon.ff.de contraria,& vtili actione tutelæ,
& finita tutela tutor non poteſt agere hoc iudicio,vt pupillus eum liberet ab actione tutelæ, ſed
tantum agit pro pecunia quæ ei obeſt:& hoc cum vſuris.vt in l.quid ergo.§.contrarium iudiciū.
eo.ti.ff.& tutor remotus à tutela tanquam ſuſpectus,poteſt agere contrario iudicio ad repeten-
dum quòd in rem pupilli impendit, quia in eo ſtatu eſt ac ſi pubertate pupilli finita eſſet tutela.
& hæc actio datur hæredi tutoris ſi creditoribus pupilli pro pupillo ſoluat,vt in l.à tutela remo-
tus.ff.de contraria,& vtili actione tutelæ.& vltimo notabis quòd ſi pupillus non vult me libera-
re:tunc tria remedia ſunt,vt videbis in gl.in d.l.quid ergo.eſt tex.in l.i.C.de vſu.vt per Bar.in d.
l.quid ergo.vbi dicit.ego vltra gl.do aliud remedium quòd verum eſt.ſ.quod non poſſunt agere
contraria tutelæ,vt liberentur,ſed officium iudicis poſſum intentare.quia vbi habeo exceptionē
officium iudicis poſſum intentare.vt l.aurelius.§.centum.ff.de liber.leg.& l.ſi concedant.ff.de fi
deiuſſ.& vi.gl.quæ incipit:finito officio,in d.l.quid ergo.§.contrarium.& vide quòd auct.ſacra-
menta pub.C.ſi aduer.vend.habet locum indiſtincte.licet tex.in ea loquatur in cōtractu.tene mē
ti ſecondum Bar.in d.§.contrarium.Quia pupillis,& adultis neceſſaria eſt tutorum,vel curatorū
auctoritas præſtari,in iudiciis,& extra iudicium.ideo de auctoritate præſtanda dicamus:eſt autē
auctoritatem præſtare,cum quis dicit ſe probare id quòd agitur, hoc eſt auctorem fieri, vt ff.de
auctoritate,& conſenſu tuto.& cura.l.etiam.vbi dicitur, etiam ſi non interrogatus tutor auctor
fiat,valet auctoritas eius,cum ſe probare dicit id quod agitur:hoc eſt eum auctorem fieri, ſed ſi
eſt præſens,& tacet non videtur conſentire Bar.in.d.l.etiam præſtare autem auctoritatem poteſt
quilibet tutor ad quem ſpectat periculum adminiſtrationis. de quo periculo quando ſpectet ad
tutorem plenè diximus ſupra notabimus quòd ſi pupillus,vel adultus ſtipulatur ſibi tutore, vel
curatore abſente valet ſtipulatio.Nam abſentia tutoris,vel curatoris non nocet pupillo, vel adul
to cum ſtipulatur ſibi aliquid.vt ff.de pact.l.contra iuris.& ff.de auctoritate.& conſe.tu.l. obliga
ri.vbi dicitur,pupillus actum,vel contractum poteſt facere ſine tutore ſi in eis poſsit ledi, bene
autem poteſt actum exercere ſine tutore ſiue contractum inire quando certum eſt quòd ex eo læ
di non poteſt,& inſti.de inutil.ſtip.§.pupillus.ſed ſi eſt infans,ſine tutore ſtipulari non poteſt,vt
ff.de verb.obl.l.mulier.vbi legitur,qui fari non poterat ſtipulari non poteſt.& ratio eſt, quia ſti-
pulatio non poteſt concipi niſi vtroque loquente,vt in.l.i.ff.de verb.obli. & interrogatio præce-
dit,& reſponſio ſequi debet.vt ſtipulatio valeat.& infans non loquitur,vt in l.ſi infanti.C. de iu-
re delib.ſed pupillus non poteſt remittere actionem ſine tutoris auctoritate,vt in l.neque actio-
nes.C.de auctoritate tut.& in l.clarum.eo.ti.vbi dicitur,minor non poteſt eſſe in iudicio crimi-
nali ſine auctoritate tutoris,vel curatoris,concordat.C.de adul.l.propter, & an requiratur tuto
ris auctoritas in reſponſionibus fiendis,vide ibi Saly.vbi loquitur de pupillo infante, & de pu-
pillo maiore infante,ſed nondum ætatis adultæ; Aut quæritur in adulto: & tunc aut habet cu-
ratorem generalem,aut non.ibi videbis per eum quia bene loquitur,ſed in confeſsione quæ fit p
tormenta,non requiritur curatoris auctoritas.ad quod facit quia minor in delictis commiſsis re
putatur maior.vt C.ſi aduerſus delic.l.i.& ii.& dicit.quòd d.l.clarum, intelligitur in reſponſio-
nibus,quæ fiunt ad ſolennizandum iudicium,quòd not.& notabis ibi ſecundum Baldum quòd
in criminali iudicio minor eget tutore,& curatore pupillus tutore,adultus curatore.credo etiam
dicit Bal.quòd pupillo poſsit dari curator ad litem criminalem,vt C.de adul.d.l.propter.Aduer
te de cōfeſsione præcedente tortura,quia valet dummodo antequam eſſet extorquendus, primo
fuerit examinatus cum curatore,& proceſſu,& cauſa cognita. Nam tunc tortura videtur quædā
executio præcedentis cognitionis,vt ff.de adol.l.ſi poſtulauerit.§.ſi quæſtioni. & intellige quan
do minor confitetur contra ſe: ſed quando confitetur contra alium vt teſtis: non eſt neceſſaria
auctoritas tutoris. facit quòd nota.in.l.fi.ff.ad ſille. ſed ſententia lata contra minorem non aſſi-
ſtente curatore eſt nulla ipſo iure: cum diſtintione aut minor fuit indefenſus in proceſſu cauſæ,
aut non: vt nota.C.ſi aduerſus rem iudi.l.cum minores: & ideo de iure communi minor ex cō-
tumacia non poteſt dannari ad mortem: quia hoc non fit niſi ideo quia eſt indefenſus in proceſſu
cauſæ: & in ſententia: tamen ſtatuta commoniter prouident contrarium, & non, quòd ex cō-
tumacia non poteſt. minor haberi pro confeſſo: niſi interueniat auctoritas curatoris. ita Bald.
per tex.in.d.l.darum.item, licet per.l.placet.§.ad crimen.ff.de publi.iudici.in criminalibus ad
plenam defenſionem non interueniat procurator, ſecus videtur in tutore & curatore: intelli-
ge auctorando

ge anctorando non in ſe iudicium ſuſcipiendo.& de hoc ſuperius dixi.& vide Bald. in l.reos.C. de accuſ.item aduerte quòd d.l.clarum præſupponit quòd pupillus poſsit condemnari de crimine, de hoc habes.ff.de tute l ſi arrogati.& ad ſillen.l.excipiuntur.§.i.& intellige.in pupillo doli capace.vt per Bar.in d.l.ſi arrogati. & Bal.allegando Iac.de aren.dicit in d.l.clarum, quòd pupillus poteſt deportari,& ſubire pœnam capitalem,& ex pluribus concurrentibus augetur delictum, ex multis delictis reſultat plena probatio,etiam ad condemnationem capitalem,etiam contra impuberem,vt per Bal.in d.l.excipiuntur.& ibi dicit quòd in maleficiis atrociter puniendis, ille dicitur proximus pubertati qui parum diſtat à pubertate,& non autem diuidatur per mediũ tempus.vt diuidunt gl.& iſtud parum diſtare dicitur,per lex menſes.vt per Bald.in d.l. excipiuntur. & de hoc vide quod dixi.s.in regula.in negociis.vi.l.non tantum ff.de excuſ.tu. & vi. Oduſ.in l. ſi curatorem habens.C.de in integ.reſti. in no.& vide omnino ea quia dicam in d l.non tantum, quando ſcribam.de excu.tu.Notabis etiam quòd ſi minor eſt conſenſus extra iudicium ſi illa cõfeſsio eſt veriſimilis poteſt cogi ad perſeuerandum in illa confeſsione.l quæro.in ſi.ff.de edil.dic. l.capite quinto.ff.de adul.& Bal.in d.l.clarum.C.de auctor.præſt.& ibi dicit Bal.quòd ſi aliquis eſt confeſſus coram iudice incompetenti,tenetur illam confeſsionem cõfirmare coram iudice cõpetenti.ſi ex tali confeſsione eſſet orta ſuſpicio,vel infamia,aliàs ſecus.vt per doc.in c.at ſi clerici. de iud.& de hoc vide Inn.in c.per inquiſitionem.de elect.& de confeſ.c cum ſuper, & in gerendis à minoribus ſufficit,vnius tutoris,vel curatoris auctoritas,interponenda,vt in l.ſi.C.de auct. præſt.& ibi notatur quòd tutor non poteſt interponere auctoritatem ſuper eo quòd non eſt cõmiſſum adminiſtrationi ſuæ itaque ſufficit(vt dixi)auctoritas vnius tutoris,vt in l.& ſi pluribus. ff.de auct.& conſen.tut.& pupillus in contractu vltro citroque obligatorio,ſine auctoritate tutoris non obligatur,ſed alium ſibi obligat.l.pupillus.§.pupillus.eod.ti.ſed pupillus non obligatur tutori naturaliter,niſi in quantum factus eſt locupletior.ita Bar.in d.l.pupillus in princip.& ibi in § item ipſe tutor.ponit diſtinctionem optimam quando tutor emit rem pupilli ſui.ibi videbis dixi quòd ſufficit vnius auctoritas,intellige niſi eſſet expreſſe dictum, quod non poſſet vnus ſine altero.vt l.titium.in princ.ff.de admi.& pe.tu.& cura.An filius notarius poſsit conficere inſtrumentum de contractu patris.vi Bar.in l.quod dicimus.§.ſi pater.ff.de aucto.tut. Sed quando & in quibus caſibus pupillus obligetur. vi.Bar.in.l.obligari.eo.ti.& quia diximus quòd in contractu vltro citroque obligatorio pupillus non obligatur,ſed alium ſibi obligat, vt in.l.pupillus.§. pupillus.declara vt per Bar.in d.l.obligari.in princ.& in § ſi.d.l.dicitur.ſufficit tutorem auctorare pupillo præſente,licet alia pars ſit abſens.notabimus etiam quòd hæreditas, vel bonorum poſſeſsio non poteſt agnoſci ſine auctoritate tutoris, vel curatoris furioſi.l. ſi ad pupillum.eo.ti.ff. an curator adulti,vel impuberis poſsit adire,vel aditioni auctorari.dic vt notatur.ff.de appella.l. cum in vna.§.i.Item ſolus pupillus auctoritate iudicis cum nõ habet tutorem, vel curatorem bonorum poſſeſsionem petere poteſt,vt C.qui admitti.l.bonorũ.& de iure delib.l.ſi infanti. item ſolus tutor poteſt,acquirere,ſed non repudiare,vt eſt gl.in d.l ſi ad pupillum.ff.de aucto. tu.item impuberes tutore auctore obligantur etiam ſi taceat;nam cum acceperint pecuniam mutuam, quamuis nihil dicant auctoritate tutoris interpoſita tenentur,vt in l.impuberes.ff.eo.ti.item notabis quòd ea quæ ſunt gerenda cum alio poſſunt expediri tutore auctore,ſecus ſi cum ipſo tutore,tunc enim non poteſt auctorari,nec ad id ſe auctore procuratorem facere. Nam licet curator poſsit dari dari pupillo ad agendum,non ad auctorandum,vt in l.poteſt pupillus,& l.curatorem ff.de auctori.tu legitur etiam in l.ſi.eo.ti.ff.actus qui tendit ad liberationem tutoris,nõ poteſt fieri eo auctore.Sed notabis quòd petitio reſtitutionis impedit executionem ſentẽtiæ, vt in l.defendente tutore.eo.ti.vbi dicit Bar.hoc verum,quando cauſa reſtitutionis eſt euidens, ita quod appareat quod non opponebatur cauſa calumniæ, & prorogandæ litis alias non impediret executionem,ſed procedetur ad executionem præſtita cautione de reſtituendo,ſi minor vicerit in cauſa reſtitutionis,vt extra de in integrum reſt.c.auditis facit.auc.quæ ſupplicatio.C.de precib. imp.offe.C.de falſis.l.ii.ita Bar.vbi etiam dicit ex hac.l.habes notabilem praticam, quòd competitur ſententiam executioni mandari iudex poteſt incipere à præcepto de ſoluendo, vt præcipio tibi vt ſoluas,id in quo cõdemnatus es per ſententiam,vel oſtendas quare ſententia non debeat executioni mandari.alius modus exequendi eſt,vt in primo citetur pars, vt veniat ad opponendum,quare ſententia non debet executioni mandari,etiam parte non citata, vt in l. ab executione.C.quorum appel.non recip.& plene per Bar.in l.à diuo pio.ff.de re iud.§.in venditione.ſi pupillus promittit tutoris auctoritate ciuiliter,& naturaliter obligatur,ſed tamen habet beneficium in integ reſt.vi.l.impubes.ff.de auct.tut.ſi autem minor eſt adultus nec habeat curatorem ciuiliter,& naturaliter obligatur,ſed habet beneficium in integ.reſt.ſi autem habet curatorem idem eſt in eo quòd in pupillo.vt C.de in integ.reſt.mi.xxv.an.l.ſi curatorem habens. vbi dicitur. Si minor habens curatorem contrahit ſine eo,contractus eſt nullus;ſi non habet curatorem cõtractus valet ſed reſtituitur ſi læditur.& de hoc videbis doct.in d.l.ſi curatorem habens. & vi. text.in l. lex quæ tutores.ff.de admi.tuto.vbicunque autem diximus pupillum ex pacto naturaliter tantũ

obligari

obligari: tenebitur etiam ciuiliter ſi factus ſit locupletior. vt ff. commo. l. ſed mihi. Quoniam ſæpe contingit tutorem, vel curatorem impediri gerere minorum negocia, & æquum eſt interim prouidere minoribus: dicamus de actore ordinando à tutore ſeu curatore: fit autem ordinatio actoris à tutore, vel curatore, & ſuo periculo cum per ſe non poteſt gerere, ſeu iudiciali auctoritate permittente. Idemq; dicitur adiutor, & differt actor, vel adiutor à curatore. Vt iam diximus: ſcribendo de in litem iurando, conſtitui poteſt etiam quandoque ex voluntate quoties diffuſa ſunt negocia, aut dignitas, vel ætas id poſtulat. procurator minore conſtitui poteſt auctoritate tutoris, & curatoris. & quandoq; a tutore, vel curatore, vt diximus. notabis, quòd etiam pater tutor filii non conſtituit procuratorem, ſed actorem ante litem conteſta. vt in l. vna de actore, ſeu curatore dando. itaq; notate quòd pater filiorum ſuorum qui ſunt emancipati ſit eorum legitimus tutor, vel curator ante litem conteſ. non poteſt conſtituere procuratorem, quia non eſt dominus rerum filiorum ſuorum. ſed actorem poteſt petere, & conſtitui, vt dixi periculo rerum ſuarum decreto prætoris, vt in d. l. vna. & C. de procu. l. neque. item notabis quòd tutor, vel curator non poterit actorem cõſtitui periculo ſuo, niſi ex neceſſitate, puta ſi abeſt, vel abſuturus eſt, vel ex morbo impeditur adminiſtrare, ſed ſemper conſtituitur decreto prætoris, vt l. decreto. ff. de admin. tuto. & inſti. de curatori. §. vlti. Multa diximus in materia tutelarum, ſed quia tutores plerunq; habent excuſationes legitimas, ideo de excuſatiõibus tutorum dicamus, & temporibus earum, & in primis dicamus quòd ſpado hõ liberatur, nec excuſatur à tutela, vt in l. i. C. de excuſ. tuto. ſed nota quòd curator generaliter datus, & ſimpliciter, intelligitur etiam datus ad bona extra prouinciam ſita. ſed de facili ab illis obtinebit liberationem, vt per tex. & Saly. ibi. in l. ii. C. e. ti. itaq; nota e quòd ſi aliquis ſimpliciter eſt datus curator minori qui habet patrimonium, & in Italia, & in Hiſpania intelligitur datus ad patrimonium Italicum, vnde quia Italicus non poteſt ſufficienter adminiſtrare patrimonium hiſpaniæ ſe excuſat.: & ſi iudex admiſit excuſationem, minores petunt ſibi alios curatores conſtitui in Hiſpania: ſed ſi tutor pupillam cuius tutor eſt vxorem duxerit, matrimonium de iure ciuili non valet; & infamis efficitur. vt in. l. ampliſſimi. C. de excuſationibus tuto. & tutores & curatores dati habent. l. dies ad ſe excuſandum: qui incipiunt currere à tempore ſcientiæ, & adde quòd notat Bal. in. l. generaliter. de epiſco. & cleri. hodie an debitum vel creditum excuſet à tutela: dic vt in auctem. minoris. C. qui dari tuto. poſſunt. ſed exactores tributorum: durante tempore exactionis excuſatur: à tutela vel cura. ſed habens priuilegia plura per actum contrarium per vnum actum ſpecialiter factum, non perdit in aliis, vt in. l. voluntarie. C. de excuſa. tuto. & eſt autem excuſatio, alicuius iuſtæ cauſæ allegatio ob quam non debeat artari ad tutelam, vel curam, & tunc demum locum habet excuſatio: quando datio tutelæ, vel curæ tenet ipſo iure. Cauſæ autem excuſationis variæ ſunt: ſed euidentur declarantur in litera: inſti. de excuſatio. tuto. & ff. eo. ti. etiã propter liberos quis meretur excuſationẽ, ſiue ſint ſui: ſiue emancipati, ſiue ſint naturales & legitimi, ſiue legitimi dati in adoptionẽ: naturali patri; vel acto materno, vel etiã materno: vt inſti. de excuſa. tu. in prin. & vi. de hoc; in. l. ii. §. remittit. ff. eo. ti. & etas ſeptuagiota annorũ tribuit excuſationẽ à tutela, vel cura teſtamentaria, vel datiua, in d. l. ii. in prin. & numerus trium tutelarum, vel curarũ excuſat, vt in d. l. §. fi. & docens grãmaticã, vel curans in propria patria: habet excuſationem. l. ſed & reprobari. §. amplius, eo. ti. & regum doctor. præſides & magiſtratus, excuſationem habent dum ſunt in officio, & a muneribus ciuilibus. l. Athletæ, eo. ti. capitales etiam inimicitiæ liberant à tutela, vt in d. l. Athletæ. §. dat remiſſionem, eod. ti. ſimplicens & illitteratæ perſonæ excuſantur à tutela ſi modo non fuerint aliis expertes. §. de ruſticis. d. l. paupertas excuſat à tutela. l. paupertas, & vetera ni milites excuſantur, vt in. l. ſed & militas, eo. ti. ſed qui turpiter militauerit non habet excuſationem, vt in d. l. §. i. & vide in. l. tria onera tutelarum, & de illo qui fuit vocatus ad tertiam, vel quartam. vi. in d. tria, & diximus, in princ. & in. §. ſi pater, eo. ti. quicumque rei publicæ cauſa abeſt annum poſt reuerſionem haber, vt ad tutelas non vocetur, vt in. l. non ſolum, & iſte annus datur pro futuris tutelis; non pro his quas iam ſuſceperat, vt in. §. annus. d. l. & qui infirmatur excuſatur non in perpetuum, ſed ad tempus infirmitatis, & de hoc. l. Idem Vulpianus. ff. de excuſatio. tuto. & qui ex permiſſione principis domicilium ſuum tranſtulit excuſatur à ſuſceptis tutelis, vt in d. l. idem Vulpianus. §. ſunt & alii. An à tutela, vel cura poſſit appellari: vi. l. ſcire oportet, & ibi dicitur in. §. i. quòd nõ ſemper debet quis admitti ad præſtandum excuſationes à tutela; & vid. l. ſcire oportet. §. aliud, dicit Bar. per illum tex. quoties ex verbis ſimpliciter intellectis reſultat iniquitas recedimus à verbis & mentem ſeruamus: ſed immunitas quæ eximit à publicis; & ciuilibus muneribus non liberat ab onere tutelæ. l. Spadonem. §. qui accepit. ff. de excuſa. tuto. & tutor pupilli qui proximus eſt pubertate non habet excuſationem tutelæ illius occatione. l. non tantum, eo. ti. & ibi dicit Bar. hic videtur caſus de quæſtione quando dicitur pupillus proximus pubertati; & videtur quòd quando eſt prope pubertatem per. vi. menſes; ſed glo. noſtræ dicunt aliter, vt in. l. i. ff. de noua. & inſtitu. de inutili. ſtipula. §. quòd dicimus, & l. pupillum infra iſto titulo, & hic dicitur eſſe proximus pubertati ad excuſationem, & ſic tepeas iſtam; in caſu ſuo in alias tempe gloſſa, ita Bar. & notabis quòd filij occiſi in

ciſi in bello computantur in numero filiorum, qui excuſant patrem à tutela: ſed non filii qui per cauſam parentibus ſunt arrepti, vt in.l.bello amiſsi.§.eo.ti.nota etiam quòd tutor habens litem cum pupillo de hæreditate tota excuſatur à tutela: ſed ſi ſe non vult excuſare nihilominus prohibebitur gerere tutelam, vt in l.ſi pupillum cum l.ſeq.ff.eo.ti.geometrici, ſeu menſuratores terræ excuſationem non habent.l.geometri, & iuris peritos, qui tutelam gerere cæperunt, in conſilium principum aſſumptos, optimi maximiq; principes noſtri conſtituere excuſandos: quoniam circa latus eorum agerent.& honor delatus finem certi temporis, ac loci non haberet, vt in l.iuris peritos.de excuſa.tu.ita lex allegatur per Bar.ad hoc, quòd non habet limitatum tempus intelligitur in perpetuum, qui vnius pupilli ſuſceperit tutelam habentis domicilium in alia prouincia bona quoque in alia prouincia, non videbitur duas habere tutelas.d.l.iurisperitos.§. cum oriundus. eo.ti.qui habet excuſationem non cogitur ſubire tutelam fratris nec filii patroni, in d.l.iuriſperitos.§.ſi.nota etiam, quòd ſi tutor in teſtamento datus eſt.& legatum eſt in eodem teſtamẽto perdit legatum ſi non vult ſubire onus.ſi legatum eſt tutori relictum ea contemplatione, vt tutelam ſubeat, alias ſecus tex.in l.neſennius appoilinaris.cum tribus ll.ſeq.ff.de exc.tu. ſed aduerte quòd in caſu quo perdit legatum, non perdit ius ſubſtitutionis.ſi ſubſtitutus eſt, vt in l.amiciſsimos.ff. eo.tit.& ibi dicit Bar.nota iſtum caſum, & tene eum menti ita quòd non recedat à te. & not. q beneficio quòd quis habet à me, contra me non vtitur, vt eſt tex.in ea.l.amiciſsimos.§.lucius. ſimilis tex.in l.ſi iudex circunuentio.ff.de mino.& quadraginta dierum ſpacium tantummodo ad conteſtandas excuſationum cauſas pertinet: per agendo enim negocio ex die nominationis continui quatuor menſes conſtituti ſunt, vt in l.quinquaginta.ff.eo.defectus viſus, auditus, ſermonis, ac intellectus.item egeſtas intollerabilis, ac perpetua valitudo, etiam ſuſceptæ tutelæ excuſationem tribuũt.l.poſt ſuſceptã.ff.eo.& curator datus à iudice, mentecapto muto, ſeu ventri, ſe excuſare poteſt propter legitimum numerum liberorum.l.titius filiis.§.ſi a prætore.ff.eo.ti. & excuſantur.ſi in loco vbi ſunt dati domicilium non habent, vt in l. ſi.ff.de excuſ.tut.cætera videbis per te.quia interdum tutores, vel curatores volunt ſe excuſare falſis allegationibus, idem dicamus, ſi ex falſis allegationibus excuſatus ſit tutor, & notabis hic quòd regulariter ſententia lata per falſa inſtrumenta, vel per teſtes valet, ſed beneficio reſtitutionis retractatur, vt ff.ad trebell.l. ſeruo.§.ſi prætor & de indic.l.ſi prætor.§.marcellus, & l.ii.C.ſi ex falſis inſtrumentis, ſed fallit ratione pupilli, vt in l.i.ii.C.ſi ex fal.alle.excu.ſit tutor vbi dicitur.excuſatio conceſſa ob falſas allegationes ipſe iure non tenet.& de excuſationib.tutorum, vltra omnia quæ dixi, in lib.C. in rubri. Si tutor reipub.cauſa ab erit.& rubr.de excuſatione veteranorum.& rub.qui numero liberorum ſe excuſant.Et rub.qui morbo ſe excuſant.Et rub.qui ætate ſe excuſant.Et vide Rub. qui numero tutelarum ſe excuſant. Et Rubricam vide de curatore furioſi, & prodigi. Diximus de tutoribus, & curatoribus perſonarum, quæ ſunt ſanæ mentis: ſed quia aliqua eſt cura furioſorum, & prodigorum: ideo dicamus de cura furioſi, & prodigi. & quis dicatur propriè furioſus, dico quòd propriè dicitur furioſus, qui mentis alienatione, vel perpetuo, vel ad tempus, caret intellectu: vt colligitur.ff.de offi.preſi.l.diuus, &.ff.de curatoribus furioſo vel aliis extra minores dandis.l. penult.Item dicitur prodigus qui etiam expendenda, & non expendenda expendit, & iſte qui non habet modum in expendendo nec habet finem non debet miniſtrare, vt. ff. de curatoribus furioſo vel aliis extra minores dandis.l.i.ii.iii.&.l.decreationibus.C.de epiſco.audientia, & notabis quòd iura loquentia de minoribus extenduntur ad furioſos, & prodigos, vt in.l.ii.C. de cura.furio.itaque ſi predia pupillorum prohibentur alienari ob æs alienum ſine decreto, vel etiam obligari, ſimiliter & prædia furioſorum, vel prodigorum, & de hoc in.d.l.ii.& nota quòd ad petitionem filii datur curator patri mente capto.vt in.l.ſi pater.C.eo.ti.& ſi filius eſt legitimæ ætatis poteſt eſſe curator patris, vt in.l.i.in ſi.ff.de curato.furio.& aliis.ſed mater non poteſt adminiſtrare res filii furioſi, vel mente capti, nec filium obligare: ita Bal.per illum tex.in.l. cum repudiante.C.de cura.fu.ſed frater benè eſt legitimus curator fratris furioſi, vel mẽte capti. vt per tex. & ibi Bal.in.l.Ne lucrum.eo.ti.ſed notabis: quòd curator furioſi habentis dilucida interualla dicitur curator, tamen adminiſtrare non poteſt: dum ille habet dilucida interualla. ſed curator dicitur: vna eſt ergo cura cõtinua, ſed adminiſtratio diſcontinua, vt in.l.cum aliis, & ibi Bal.e.ti. & furioſo in poteſtate patris non datur curator, ſed eius pater eſt legitimus adminiſtrator, ei verò exiſtenti ſui iuris pater curator dabitur.vt in.l.cum furioſus.C.eo.ti.& in.d.l.§.ſin autem, dicitur, pater poteſt furioſo ſubſtituere exemplarie, & relinquere curatorem: & ſi filius eſt in poteſtate quæritur ei paterna hæreditas ipſo iure, & operatur illa exiſtentia: quòd curator poterit adminiſtrare ſine immiſtione, nec habebit neceſſe petere bonorum poſſeſsionem nomine furioſi, & tranſmittit etiam hæreditatem, vt per Bal.ibi.& dixit etiam Bal.in.l.apud hoſtes. C.de ſuis & legiti.hære.& vi.docto.in.l.lutius.§.fin.ff.de lega.ii.& curator furioſi cui eſt delata hæreditas extranei poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionem nomine furioſi, vt in.d.l.cum furioſus. §.ſin autem ex alia, notabis ergo caſum ſecundum Bal.ibi, in quo eſt neceſſaria bonorum poſſeſsio, & nõ poteſt adiri hæreditas de iure ciuili. Et eſt ratio quia ſi adiretur de iure ciuili iſta bonorum poſ-

ſeſsio

ſeſsio eſſet perpetua: & iſta bonorum poſſeſsio non eſt perpetua, ſed dubia, vel temporalis, vt
in iſta. l. cum furioſus.§. ſinantem, ita Bald. Notabis, quòd curator poteſt dari furioſo in teſta-
mento patris, & non tenetur ſatiſdare: debet tamen antequàm adminiſtret obſeruare & iurare
ſtripta.ind.l.cum furioſus.§.ſed cum antiquitas: & ſi nullus ei à patre ſit datus, peruenitur ad le-
gitimum ideum, aliàs ad datiuum: qui debet creari forma ſtripta in.d.§.ſed cum antiquitas,ſed
nota, quòd tex.in auſten.quod.C.de cura.furioſi.dicit: quòd nunc generale eſt circa omnes cu-
ratores, vt iurent quidem: non tamen à ratiotiniis ſunt exempti. idem eſt in tutore ſequitur tex.
C.i& inuentario cum omni ſubtilitate publice conſcripto res ſuſcipiat, & eas ſecundum,ſui opi
nionem diſponat.&c.vt in tex. & curator furioſi poſtquam iurauit, & ſatiſdedit & promiſsit pro
mittenda, & recepit adminiſtrationem per decretum poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionem
delatam furioſo: & bona ea occaſione peruenta tenetur in inuentario addere, ſaluo iure repu-
diandi, & acceptandi, furioſo ſi reſipuerit: ſed ſi in furore decedit ex acceptatione curatoris non
fit tranſmiſsio bonorum poſſeſsionis legatum autem bene tranſmitteretur ad hæredem furioſi.
ita Bal.per illum tex.in d.l.cum furioſus.§.tali itaque ordinationi.& quòd eſt dictum in creatio
ne curatoris à prĩcipio,idem intelligitur in ſubrogatione loco creati,vt in d.l.cum furioſus.§.ſin
autem.& ſubſtitutio facta pupillo,& furioſo an ſit pupillaris, vel exemplaris,vi.Bar.in l.i.ff.de cu
ra.furio.Quærit ibi Bar.an furioſo interdicatur adminiſtratio a l.vel ab hõmine.ſed vide eundẽ
Bar.in l.is cui bonis.ff.de verb.ob.Vbi multa dixit.& ibi quærit etiam Bar.in d.l.i. an in delictis
fiat æquiparatio furioſi,& prodigi.ſed regulariter in acquiſitionibus, & obligationibus non æ-
quiparantur.l.in negociis.de reg.iur.aduerte tamen quòd fictus furor non eſt ſufficiens, vt alicuĩ
curator detur,vt in l.obſeruare.ff.de cura.fur.vbi dicitur,plerique vel furorem; vel dementiã fin
gunt.ideo dicit Bar.ibi debet enim iudex adhibere medicos,vel alios prudentes viros, qui ſciunt
hoc,ſecundum Iaco.de are.quod no.nobis etiam,quod bonorum ventris nomine curatorem da
ri oportet,vt in l.bonorum eo.ti.Quia ratione adminiſtrationis quam faciunt tutores, obligan
tur tribus diuerſis actionibus,ideo aliqua dicamus.& circa iſtam materiam,vide gl.inſtit.de atti-
liano tutore in fine:& appellatur iſta actio de rationibus diſtr.dico ſecundum Bar. in rubr.quòd
diſtrahere idem eſt quòd alienare,vel auertere à patrimonio,vt ſi tutor rem quam bona fide ad-
miniſtrat,vt ad pupilli vtilitatem adminiſtrare debet diſtraxit: & ad alium vſum conuertit tene-
tur hac actione,& ideo appellatur,de rat.diſtr.quærit gl.in d.rub.quando habet locum actio de
ratio.diſtra.& quando tutelæ,& quando furti.ipſa diſtinguit tres caſus, nam aliquando contra-
ctat tutor tanquam tutor,& ratione adminiſtrationis ad ſe pertinentis,& hoc conſtat.quandoq;
conſtat quòd contractat mala fide,tanquam extraneus,quandoque dubitatur qua mente cõtra-
ctat.in primo caſu tenetur ſolummodo actione tutelæ,non ration.diſtr.nec furti.& ideo non te-
netur actione tutelæ,quia in ea venit damnum commiſſum dolo,vel lata culpa,vel leui ipſius tuto
ris.vt diximus.per tex.in l.quid quid.C.arb.tut.& in hoc caſu actione furti non tenetur, quia da
tur pro vero dolo tantum,vt no.ff.de fur.l.in furti.§.rectè.& l.inter omnes.§.recte.ſed in primo
caſu non eſt dolus,nec culpa.ſed bona fides,vnde non tenetur de ratio.diſtra. quia in ea requiri-
tur dolus præſumptus,vel etiam perfidia,ſed hic conſtat de bona fide. In ſecundo caſu quando
fecit mala fide,& tanquam extraneus,& tunc tenetur tribus actionibus. Tenetur enim actione
tutelæ ratione malæ adminiſtrationis,quia venit culpa,vt dixi.Item tenetur actione de ration. di
ſtra.quæ competit propter præſumptum dolum.Item actione furti, quæ competit propter verũ
dolum,vt in d.§.recte. & in l.i.ff.de tu.& ratio.diſtr.vbi dicitur, tutor pupillo actione tutelæ di-
recta de geſtis,ac neglectis propter dolum,ſeu culpam leuem,ac de auctoritate ſibi præſtita in do
nando cauſa mortis,ſeu inter uiuos tenetur reddere rationem,& ibi dicit Barto. & dat rationem
quare donatio cauſa mortis permittitur fieri à pupillo, & ibi dicit etiam quòd quando contra-
ctus eſt nullus fauore alicuius,ille poteſt dicere contractum valere.& nota. quòd tutor alimenta
præſtita de facultatibus pupilli valde amplis:duntaxat eius matri,vel ſorori egentibus poteſt, im
putare decreto iudicis.vt in d.l.i.§.ſed nonnullos.& idem ſi non interueniat decretum.vt p Bar.
ibi.& per tex.in l.qui filium.ff.vbi pupilli edu.deb.vbi dicit Bar.nota ex iſta.l. pulchrum caſum
quòd ſi pater filio hærede inſtituto,reliquit filiæ dotem,quòd fratres interim tenentur alere ſoro
rem de ſuo,nec poteſt ſibi imputari in relicta dote.& de hoc per doct.in l.alimenta.C.de neg. ge
ſtis.& dicit ibi Bar.quòd frater tenetur alere fratrem inopem.nam ſi legitimus tenetur alere na-
turalem.vt in auten.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſiquis.col.vii.multo fortius tenetur alere legitimum.
Tutor librum rationum conficere,ac reddere pupillo tenetur, aliter tutelæ iudicio obligatur,
vt in l.i.§.officio.ff.de tut.& rat.diſtr.& quilibet etiam adminiſtrator reddens rationem tenetur e-
tiam reddere librum:aliàs contra eum,& contra tutorem iuratur in litem facit de liberatione le-
ga.l.fi.§.intercetera.vbi dicitur:legatum liberationis non facit quem deſinere teneri ad reddendũ
libros rationum:ſecus in his quæ in rem domini verſa ſunt.vbi dicit Bar.nota quòd qui gerit ne
gocia alterius tenetur reddere librum,facit.l.cum ſeruus.ff.de condi.& demonſt.& vide tex. in l.ſi
fuerit.ff.de manu.teſta.§.quæſtio hæc.vbi dicitur.Relicta libertate duobus ſeruis ſi rationes red-
dide-

diderint,poteſt vnus rationes redendo liber fieri ſi ſeparata fuerit eorum geſtio,ſinautem ſimul geſſerunt debent ambo rationes reddere ſi volunt ad libertatem peruenire: & ibi notatur ꝙ volumina rationum debent reddi,& ibi notatur,quòd dictio cum, poſita inter perſonas, coniungit principaliter non acceſſorie,eſt dictum notabile,ſed inter res coniungit acceſſorie,vt l.i.& iii. ff.de pecu.leg.Cyn.in l.i.C.de verb.ſig.& in d.l.ſi ita fuerit,videtur quaſi tex. quod ſi non reddit tenebitur ad intereſſe declarandum per iuramentum in litem,vt in l.tutor qui repertorium.ff de admi.tut.itaque ſi petis rationem à tutore, vel procuratore tuo, non tantum tenetur ad hanc.ſ. rationem reddere,ſed etiam ipſum librum rationum.i.volumen chartarum tenetur ſibi reſtituere,alioquin iuratur contra eum in litem,quod bene teneas menti ſecundum Bar.in d.§.officio.et pro rationibus non factis,& non exhibitis.vi.gl.in d.§.officio.& vide glo.&doct.in l.i.C.de edẽdo.& vi.in l.quædam.ff.de eden.& vide etiam circa iſtam materiam exhibitionis rationum diſtinctionem Bar.in d.§.officio.notabis etiam quòd inuentarium, & liber rationum æquiparantur, vt in d.l.i.§.de ſeruis.vbi dicit Bar.per illum tex.inuentarium,ac librum rationum pupillo exhiberi tutore ceſſante,ſerui negocia gerentes poſſunt interrogari ſimpliciter, & cum tormentis, & fine,idem ſi fraus in ſcribendis rationibus per tutores ipſius imputetur:& ratio conſcripta à tertio facit aliqualem fidem,quod facit ſecundum Bar.pro eo quòd notatur C.de conue. fiſci debitoribus.lib.x.vbi dicit tex.ſcriptura propria non facit fidem pro ſcribente,vel eius hærede,etiam ſi fiſcus ſibi ſucceſſerit,& vi.de hoc in l.exemplo.C.de prob.quod eſt verum niſi eſſent ibi ſcripta aliqua veriſimilia,vt per Bal.in l.i.C.de eden.vel niſi ſcriptura contineret aliquid pro ſcribente aliquid contra ſe.vt per Io.de pla.in d.l.ſi.vel niſi ex communi vſu, & conſuetudine detur fides, tali ſcripturæ,vt ſunt libri fiſcales,vel prælatorum in quibus deſcribunt, & exigunt ſuos debitores,vt no.in l.cenſus.ff.de proba.& c.ad audientiam.de præſcriptio. vbi dicit Panor. quòd liber cenſualis alicuius eccleſiæ repertus in loco non ſuſpecto facit fidem,& de hoc vi. eundem.in c.cũ cauſam,de proba.& vi.Bar.in l.i.ff.ſi cer.pet.facit tex.in auct.ad hoc.C.de fide inſtru. & in iſta materia aduerte,quòd camera camerarii papæ,vel regis, vel alterius officialis dicitur locus nõ ſuſpectus.vt per Pan.in d.c.audientiam.& ibi dicit ꝙ præſumitur pro tabellione quòd diligenter exercuerit offi.ſuum,nec præſumitur aliter ſcripſiſſe depoſitiones teſtium quã ipſi dixerit. & dicit ibi Inn.quòd eſt ſpeciale in actis,vt ſoli notario credatur ſine teſtiũ inſcriptione, niſi ꝓbetur contrarium.de quo remittit no.in c.poſt ceſſionem.de proba.& multa de hoc dixit Pan.in.c.q̃m contra falſam.de prob.& iſta faciunt ad quæſt.dominicalem,publicatione facta teſtis dicit ſe nõ ita dixiſſe ſicut notarius ſcripſit,cui debeat magis credi ſibi an notario,& plenè Spec.examinat,in titu de teſte.§.i.verſi.ſed pone ecce iudex,& in titu.de inſtr.editio.§.reſtat verſi.quid ſi dum atteſtationes,cũ duob.ſequentib.& ibi in effectu cõcludit.quòd in ciuilib.debet credi notario,ꝑ tex. in.d.c.ad audientiã,cũ teſtes ſint ſingulares.Et notarius ratione publici officii præſumitur diligẽter ſuũ exercuiſſe officiũ,vt in d.c.ad audientiã,& hoc verũ ſecũdũ Panor.ibi, niſi notarius ſit ſuſpectus,vel teſtis ſit multũ notabilis perſona,facit quòd in ſimili not.Cin.in.l.ſiquis decurio.C. de falſis,& Ioan Andr.in.c.cũ parati,de teſti.præſertim ſi teſtes ſint multi, & oẽs cõueniant. Sed ſi cõtra teſtẽ ageretur criminaliter de falſo, & produceretur dictũ ſuum,ille negaret ſe ſic dixiſſe. Specu.dixit in.d.§.reſtat quòd nõ creditur ſcripturæ notarii: quia in criminalibus probationes debent eſſe claræ,& luce clariores,vt in.l.ſciant cuncti. C.de proba.ibi vi.Spec.& de hoc vi.quòd nota.in.c.ſicut.de teſtib.vbi notatur:quòd ſi teſtis dixit vnũ in iudicio,& cõtrariũ eius extra iudiciũ ſtatur primo dicto,facit.l.generaliter.C.nõ nu.pe.c.per tuas.de probatio.& vide.Bar.in.l. eos qui diuerſa teſtimonia.ff.ad.l.cor.de fal.vbi ad hoc allegat.d.c.ſicut,dixi ſuperius quòd datur fides aliquib.ſcripturis,vt ſunt libri fiſcales,vel prælatorũ,& nũc pono alia exẽpla, vt ſunt libri publici,& rationes fiſcales.C.de diſcuſſoribus.l.ne caſu,li.x. vbi dicitur,ſi ſoluens tributa apochã de ſoluto perdiderit, põt tũ ex libris cõmunis ſolutionẽ probare,& ibi dicit Bar. quòd notarius põt cogi vt iterũ faciat inſtrumentũ ſi primũ quis amiſerit,vt.l.ſiquis exargentariis.§.fi.ff.de edẽdo.nota hoc cõtra ſcribã noſtrũ portionis,quia ſi liberantia perditur nõ vult facere aliã liberantiã:quia cõtra ius facit ad hoc cõtra fiſcũ.tex.in.l.illatæ.C.de fid.inſtr.vbi dicitur,ſi debitor fiſci amiſit inſtrumentum ſolutionis procurator fiſci tenetur ei oſtendere librum rationũ.& vide Sal. in d.l.exemplo.C.de prob.vbi dicitur ex propria ſcriptura creditoris nõ conuincitur debitor. & ibi dicit Bal.libri ciuitatum,& curiarum epiſcoporũ,vel aliorum præſidentium,an probent? facit diſtinctionem,aut curia vtitur tali ſcriptura contra hoĩes ſui territorii,aut contra alios, & dicit, quòd in primo caſu.ſ.qñ contra homines ſui territorii,in tribus caſibus probat, primus qñ talis ſcriptura pro publica habetur,quia inter alias publicas ſcripturas cuſtoditur, & conſeruatur in loco publice deputato,per publicos officiales ad hoc deputatos,vt ſunt libri extimorum in quib. ponuntur collectæ,& ſimiles.& de his loquitur.d.auct.ad hæc.C.de fi. inſtr.& ff.de iu.fiſ.l.in fraudem.§.quoties.ſecundus eſt,qñ pro publicis hñtur,& indifferenter iudices,& aliæ pſonæ eis vtũtur,& eis ſtant tãquã publicis auctẽ.cõter. Tertius caſus qñ longo tpe ſcript. habita eſt tãquã publica,vel auctentica,quia magna eſt auctoritas antiquitatis,cum vim legis obtineat.& pacti,vt ſ.

de aqua plu.arc.l.ii.§.pe.item ſcias quòd regulariter non creditur nummulario pro ſe, ſed bene contra ſe,vt in l.quædam.§.nummularii.ff. de eden.ſed pro tertio facit ſemiplenam probationé, vt per Bar.in l.admonendi.ff.de iure iuran.ſi autem iſta priuata ſcriptura ſit reperta in bonis alicuius continens aliquid contra ſe: ſi eſt ſcripta manu ſua probat contra eum: & ſi alius ſcripſit facit ſemiplenam probationem.vt eſt gl.in d.l.fi. quæ incipit:Inter chartulas,de conuenien. fiſci. debi.& vide ibi Ioan.de plat.& vide glo.& Bar.& doct.in l.admonendi.ff.de iure iur.& vide etiá Bar.in l.nuda.ff.de dona.& vide Saly.in d.l.admonendi.vbi dicit: triplex eſt ſcriptura.ſ. apocha, epiſtola,liber rationum & dic vt ibi per Bar.& gl.in d.l.fi.continet tria membra:quia aut eſt ſcripta manu debitoris,aut creditoris,aut tertii:ibi vi.per Pla.ſed liber rationũ alicuius,quando producitur contra eum probat plenè:& ſi negat librum confectum manu eius ſola comparatio aliarum ſuarum ſcripturarum cum ſcriptura libri faciet plenam fidem, eum non poteſt, ita faciliter falſificari propter multitudinem ſcripturarum ſicut in vna apocha:ſed ſi talis ſcriptura contra Petrum reperta etiam penes debitorem,vel ſucceſſorem eius.probat per gl.ſingula in d.l.fi.verſi.illum relata ad tex.& ideo ſis cautus,vt eam laceres,ne cogaris iterum ſoluere,vt l.labeo.ff.de pac. & de hoc vi.in l.inſtrumenta domeſtica,ſeu priuata.C.de prob.& in l.rationes.eo.ti. Sed in materia noſtra notabis quòd filius non tenetur dotare matrem ſi vult nubere.vt in.§. præterea.d.l.i.de tut.& ratio.diſtr.ſed tutor repetit expenſas factas bona fide pro pupillo,in lite iuſta. ſecus ſi lis non eſſet iuſte mota,de quo per Bar.in d.l.i.§.ſi pupillus.ſed ſi minor petit reſtitui debet allegare,& probare cauſam quare petit reſtitutionem Bar.in l.alterius.ff.de tut.& rat. diſtr.facit.l.lucius.ff.de alimen.& cib.leg.& l.quod ſi minor.ff.de mino.& l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iure iur.ſed ſi tutor geſsit,& cœpit negocium vtiliter:ſed poſtea habuit malum effectum. nam etiã tũc recuperat expenſas,vt ſuperius dixi.vt in l.quid ergo.per Bar.ibi.ff.de contra.ind.tute.& ibi dicit Bar.in §.contrarium,an valeat liberatio facta per pupillum tutori cum iuramento,& ibi dicit an auct.ſacramenta pube.C.ſi aduer.vendi.habeat locum,in quaſi contractibus,& an habeat locum in liberationibus,ibi videbis,& no.quòd tutori condemnato pro contutore:debent cedi actiones à pupillo contra contutorem,vt in d.l.i.ff.de tut.& ratio.diſtr.& nota legem.ii.d.tit.vbi dicitur:actione de rationibus diſtra.nemo tenetur niſi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit. quod ſi furandi animo fecit,etiam furti tenetur: vtraque autem actione obligatur, & altera alteram non tollet,itaque conditio ſurtiua competit pro rebus interceptis à tutore,qua poſtquam actum fuerit tollitur actio de ration.diſtr.vt in d.l.actione.§.i.Sed ſi maior factus pupillus alienationem ſine decreto factam confirmauerit. notabis quòd hæc ratihabitio præiudicat duntaxat in iure quod ſibi competebat vt maiori,& ſic non plus operatur, quàm ſi maior factus illo precio vendiderit quod eſt notandum ſecundum Saly.in l.i.C.ſi maior factus ſine decreto alienationem factam ratam habuerit.eſt autem ſciendum quòd ſi pupillus, vel adultus maior factus ratum habeat,expreſsim confirmatur venditio,ſi tamen maior factus neſciens ſe deceptũ vltra dimidiam iuſti precii confirmauerit venditionem factam à tutore vel curatore ſuo non præiudicat ei,quominus conueniat eum cui vendidit tutor,vel curator ſuus,vel vt reddito ſibi precio reſtituat poſſeſsionem cum fructibus,vel ſuppleat iuſtum pretium,vt dixi allegando.l.primã habet igitur locum iſte titulus in ratihabitione expreſſa,ſiue res vt minoris fuerit vendita,ſiue vt extranei.Cæterum ad ratihabitionem tacitam pertinet,non habet locum titulus,ſi maior factus alienationem confirmauerit.ni cum res vt pupilli eſt vendita:hoc eſt ab ipſo pupillo tantum, vel à tutore tantum,vel ab vtroq;:inducitur autem ratihabitio tacita ex curſu temporis, quandoq; quinquennii,quandoq; decennii,quandoq; vicennii,ſi enim minor,vel tutor,vel curator donauerit inter viuos ſimpliciter rem quæ ſine decreto non poteſt alienari,fit confirmatio poſt maiorem ætatem,ſi factus maior taceat decennio inter præſentes,vicẽnio inter abſentes, & factus maior moriatur intra prædictum tempus,ei quæ ſuccedat minor non curet illud quod reſtabat de prædicto tempore hæredi minori,niſi fiat maior,ſi autem minor,vel tutor,vel curator eius alienet,vendendo,permutando,vel in dotem,vel in donationem propter nuptias concedendo,vel ex quocunque titulo,præter quàm ſimplicis donationis,confirmatur alienatio poſt maiorem ætatẽ ſi per quinq; continuos annos poſt impletam minorem ætatem.i.xxv.an.connumerandos. nihil ſuper tali alienatione conquæſtus eſt is,qui eam fecit,vel hæres eius.ſic ergo tenebit quaſi ab initio legitime decreto fuiſſet res alienata,vel ſuppoſita.vt in l.fi.C.ſi maior factus alienationem ſine decreto confirmauerit,vbi dicit Bal.p illũ tex.res immobilis minoris alienata titulo oneroſo, procedit confirmatio contractus.& traditionis,taciturnitate quinquennii, poſt legitimam ætatem incohandi,ſi autem titulo lucratiuo,ad confirmationem traditionis, & tituli requiritur ſilentium longi temporis.& iſta l.final.non eſt alibi ſecundum Bal. itaq; notabis ex d.l.quòd tacitus conſenſus ſupplet defectum decretis,& idem operatur tempus,quòd operatur iudicis decretum. & oo.φ in quatuor caſib.habet locũ d.l.fi.primus qõ minor vendidit tut.vel cu.actore,& econtra quando tutor,vel curator vendidit præſente,& nolente minore. & eſt tertius quando minor vendidit,& ſine tutore,& curatore,&hoc quando nullum curatorem habebat,nec impetrauerat veniam

veniam ætatis.eſt quartus caſus quando veniam ætatis impetrauit,& ſine curatore vendidit. it Salyc.in.d.l.fi.& iſte curſus quinquennii non eſt propriè præſcriptiuus,ſed ratihabitionis inductiuus, ideo quandocunque iſte factus maior infra tempus quinquennii declarat ſe ratum nole habere interrumpetur curſus huius temporis.quod nõ eſt in præſcriptionibus. vt per gl.& Bal. & Salycetum.in.d.l.fi.Et aduerte quòd imperator in iſto titulo:ſi maior factus ratum habuerit, pollicitatur(vt in l.i.)ſe præfinire certum tempus,poſt quod in vtiles alienationes rerum minorum roborentur,& valeant,& multum operatur quando minor habebat cauſam legitimam alienandi,& cauſam veram,& maximè ſi erat cauſa neceſſaria;ita quòd non deficiebat,niſi interpoſitio decreti.& quid ſi ille qui emit alienauit.dico quòd minus legitime alienata vendicantur etiã à ſecundo emptore,niſi ſit munitus præſcriptione,vt in l.poſſeſsiones.& præſcriptio currit minori demum facto maiori,& non ante.vt in l.i.C.ſi quis ignoras rem minoris eſſe ſine decreto cõparauerit.& in tali caſu poſſeſſor bonæ fidei lucratur fructus.vt per Salyc.in l.ſi contra,eodem ti. ſed nota,& tene menti.l.fi.quia quinque anni ſufficiunt, ſed nota quòd aliquando non eſt opus decreto.vt in rubrica.C.quando decreto opus non eſt.& glo.ibi in rubr.ponit octo caſus,in quibus non eſt opus iudicis decreto.ſigna eam,& vnus eſt,ſi minor iurauit,vt per tex.& docto.in authentica ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi. Non ſolum tutores, & curatores occaſione tutelæ,vel curæ conueniuntur: ſed etiam magiſtratus, & omnes qui ratione publici officii tenentur prouidere minoribus:ideo aliqua dicamus de magiſtratibus conueniendis. eſt autem ſciendum quòd quidam erant magiſtratus qui poterant ſolummodo dare tutores,& non exigere ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore,& iſti non conueniuntur ſubſidiaria actione,vt inſtitu.de ſatiſda. tutorum.§.neque autem.alii erant qui poterant dare tutores, & exigere ſatiſdationem,alii poterant exigere ſatiſdationem tantum,& iſti ſecundi,& tertii tenentur,vt ff.de adminiſtr.tuto.l.emilius. vbi dicitur. Ad contutorem,& magiſtratum pertinet periculum tutoris,qui non ſatiſdedit: ſi tẽpore finitæ tutelæ reperitur non ſoluendo.aliàs ſecus. eſt autem ordo ſeruandus in conuentione magiſtratuum,nam ſi plures ſunt tutores.& nihil geſſerunt conueniuntur primo tutores eorumque fideiuſſores,quàm magiſtratus,vt ff.de adminiſtr.tuto.l.ſi plures. & C.de magiſtrat. conuenien.l.pe.& antepe.& ita eſt idem ac ſi omnes geſsiſſent. Si verò vnus eorum geſsit, & alter nihil geſsit, ſi quidem non eſt diuiſa adminiſtratio, vel eſt diuiſa, ſed ab eis inter ſe conuenitur primo gerens.ſecundo magiſtratus eiſque fideiuſſores. Tertio tutor qui non geſsit, niſi obiiciatur non gerenti quòd contutorem non remouit,vt ſuſpectum,vel tarde remouit, vel cito; ſed tamen in eo iura pupilli prodit,vel non exegit ab eo ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore. vt ff. de adminiſtra.tuto.l.tres.§.vlti.& l.ceram,& l.emilius.ad finem.& C.de magiſtra.conuenien.l.pen.& antepenul.in his etiam qua tuor caſibus conuenitur poſt illum qui geſsit tutor qui nihil geſsit; vt ff de tute.& ratio.diſtra.l.i.§.nunc.& C.de diuiden.tut.l.ii.vbi autem vnus geſsit, & alius aliqua geſsit conuenitur vterque pro omnibus ante magiſtratum.vt ff.de magiſtr.conueni.l.duo tutores,& ff.de adminiſtra.tuto.l.lucius.§.penul.ſi autem vnus geſsit alius non: & eſt tutela diuiſa à iudice,vel à teſtatore,conuenitur quilibet pro ſua geſtione antequam magiſtratus.& poſt magiſtratus conuenitur contutor in prædictis quatuor caſibus,vt ff.de adminiſtra.tuto.l.lucius §. pe. notabis,quòd appellatur ſubſidiaria actio non quòd ſemper vltimo conueniatur magiſtratus,ſed quia plerunque,vt inſti.ad l.aquil.§. is autem.ex perſona etiam magiſtratuum conueniuntur hæredes eorum,ſed tamen ex dolo tantum,vel lata culpa,licet defunctus teneretur etiam ex leui; vt ſ diximus in hæredibus tutoris,vt ff.de magiſtr.conue.l.non.vbi dicit tex. Non ſimiliter tenentur hæredes magiſtratuum,vt ipſi tenentur. Nam nec hæres tutoris, in negligentiæ nomine tenetur. Nam magiſtratus quidem in omne periculum ſuccedit,hæres ipſius dolo proximo culpæ ſuccedaneus eſt,pater autem magiſtratus,vel fideiuſſor eius non tenetur etiam ſi voluntate eius filius functus fuerit officio,niſi de peculio,vt ff.de mag.conu.l.i.§.fi.& §.vl. dicitur autẽ hæc actio ſubſidiaria,vtilis actio tutelæ,vel neg.geſt.vnde admittit vſuras.nã eadẽ acti.conueniuntur magiſtratus qua tutores, vel curatores.ff.de magi.conu.l.vl.vbi dicit tex.vſuræ poſſunt a magiſtratibus exigi eo pacto quo exigũtur à tutoribus,qñ conueniuntur actione tut.& datur hæc actio minorib.& qñq; datur vni tutori contra magiſtratus,ſi non exegit à contutore ſatiſdationem:niſi & iſti tutori poſsit imputari culpa quòd ſatis à contutore non exegit,vt ff de magiſt.conuen.l. proponebatur;vbi dicitur.tutor non habet actionem contra magiſtratum,qui dedit contutorem non ſufficientem,licet ipſe tutor pro contutore ſuo pupillo ſatisfecerit.facit etiam tex.in l. quod ſi tutor. eo.tit.Magiſtratus autem conuenti habent beneficium diuiſionis,ſi conueniantur ex leui culpa, ſecus ſi ex dolo,vel lata culpa,vt ff de magi.conue.l.antepe.vbi habetur,ſi dolo, vel lata culpa magiſtratus non exegerunt cautionem,tenentur in ſolidum pupillo,aliàs prouilili. & actio iſta perſonalis eſt: nec habet priuilegium in bonis magiſtratus,minoribus datur eorum hæredibus, vt in l.i.§.priuilegium ff de mag.conue.vbi litera dicit,priuilegium in bonis magiſtratuum pupillus non habet,ſed cũ cæteris creditorib.partem habiturus eſt.& dixi ꝙ datur hæredib.minorum,vt in.d.l.i.§.non tantum,vbi legitur. Non tñ pupilli, ſed etiam ſucceſſores eorum, ſubſidiaria age-

re poſſunt,& notabis quòd tutores, & curatores tenentur ſatisdare, niſi fuerint teſtamentarii, vel datiui ex inquiſitione,& ſi fuerint plures tutores dati ex teſtamento,vel ex inquiſitione poteſt vnus offere ſatisdationem, & ſolus adminiſtrare, ſi autem nullus ſatisdat, ille ſolus geret, quem teſtator elegerit, vel maior pars eorum, & ſi diſcordant cogentur à iudice concordare.de hoc latiſsime dixi,& vi.inſti.de ſatiſdatio.tuto.& cura.in primo,&.§.i.non ſatisdantibus tutoribus,vel minus idonee tenetur magiſtratus, qui debebat cogere & eius hæredes (vt dixi) actione ſubſidiaria non tenentur, qui tantum dant tutores, ſed qui ſatiſdationem exigunt, vt hodie eſt magiſter actorum in camera, & de hoc etiam videbis.§.fina.inſtitu. de ſatisda.tuto.& cura. & notabis quòd curatores dantur adultis vſque ad.xxv.annum completum,non autem teſtamento dantur, ſed dati confirmantur vt dixi, & inſti.de curatoribus, in primo,vbi dicitur,maſculi quidem puberes, & fœminæ viri potentes,vſque ad vigeſimum quintum annum completum curatores accipiunt, qui licet puberes ſint ad huc tamen huius etatis ſunt, vt ſua negocia tueri non poſsint, & ſi pupillus ſit infans vel abſens: & tutor infirmitate, vel alia neceſsitate impediatur, poteſt actor pupillo conſtitui,vt dixi,& eſt,tex.in.§.fi.inſtitu.de curatoribus, & finitur tutela(vt dixi) pubertate pupilli, quæ in maſculo eſt ſtatim completo.xiiii.anno.in fœmina.xii.& de hoc etiam inſti.qui.mo.tutela finiatur,in principio,& vi.inſtit.de tutelis,vbi videbis,titu.de legitima agnatorum tutela, & titulum de legitima patronorum tutela, & titulum de legitima parentum tutela vbi dicitur, emancipans filium impuberem exemplo patroni eſt legitimus tutor, & ibi videbis titulum de fiduciaria tutela, vbi dicitur, defunctis parentibus legitimis tutoribus impuberes liberi maſculi fiduciarii tutores ſunt: non ſic filii patroni,qui durant legitimi, & ibi dicitur, quilibet tutor debet eſſe ætatis annorum.xxv.& hoc videbis etiam,in.l.iii.§.fi.cum lege ſequenti.ff.de leg.tuto.& videbis etiam in libro inſtitutionum,titu. de attilliano tutore, & ſic remanet expedicta materia tutelarum.Quid autem ſit in actione negociorum geſtorum,diſtinguendum eſt, vt notatur per glo.& docto.in.l.iii.§.interdum,& l. ſi negotia.ff.de negotiis geſtis,& ſi quæratur, quare non tenetur de leuiſsima culpa regulariter, cum precium non accipiat, & ſe videatur ingerere, vt ſupra in depoſitario & commodatario dictum eſt, reſpondent docto. quòd ad hoc, vt facilius homines accedant ad gerenda abſentium negotia, ne pereant, vt.ff. de actio. & obligatio.l.ex maleficiis.§.i.& inſti.de obliga.ex quaſi contractu.§.i.ſed quæritur qualiter veniet culpa in contractibus innominatis? de hoc inquit Bar.non poſſe certam regulam, ſed dat ipſe talem doctrinam, quòd contractus innominatis iudicantur ſecundum naturam contractuum nominatorum quibus aſſimilantur: quod eſt notandum: & dicit hoc probari per legem, eum qui.§.ſi rem inſpectori.ff.commoda,&.l.i.§.ſi quis ſeruus.ff.depoſi.& vbique per Barr. & Bald.& eſt tex. in.l.naturalis.§.penult.ff.de præſcrip.verbis,& quia diximus in iſta regula, de negociis geſtis ex mandato. Nunc aliqua dicamus, de geſtis ſine mandato, habet autem locum hæc actio. quando ſunt aliena negocia geſta. Aliena dico ideſt non eius qui geſsit, vt.ff. de damno infecto. l.ſi finita.§.deinde,&.§.ſi quid inuia.item oportet quòd geſta ſint ſine mandato eius cuius ſunt. Nam & ſi mandauerit alius geſtori vt gerat ille tenetur geſtori mandati & aget, ſed geſtor tenetur domino, & dominus ei nego.geſto.actione, vt inſti.de obligatio. quæ ex quaſi contractu naſcuntur primo reſponſo,&.C.de nego.geſt.l.ſi mandatum: & emens rem alienam à non domino ſi eam vendit ad pretium non tenetur, etiam re perempta, quia tantundem mihi abeſt quantum adeſt, & precium non habeo ex lucratiua cauſa, vt inſti. de le.§. ſi res aliena. & actio directa negociorum geſtorum competit ita demum ſi quis ſponte gerat. Vel ex neceſsitate, vt. ff. de negociis geſtis.l.iii.§.hac actiona, vbi litera dicit, hac actione tenetur non ſolum is qui ſponte, & nulla neceſsitate cogente immiſcuit ſe negociis alienis, & ea geſsit, verum & is qui aliqua neceſſitate vrgente, vel neceſsitatis ſuſpitione geſsit, & in hæredem & hæredi competit. vt in.l. ii.§. hæc autem actio. & ibi dicitur in.§.interdum, qui gerit negocia deſerta ſolum de dolo,& lata culpa tenetur, & in.l.tutori.C.de negocis geſtis, dicitur quòd regulariter venit in iſta actione, dolus: & lata culpa, & leuis, ſed officium geſtoris vt ibi dicitur eſt voluntarium, & propria voluntate finitur, interdum etiã præſtatur à geſtore leuiſsima culpa, ſi alius diligentiſsimus erat geſturus, vt inſti. de oblig.quæ ex quaſi contractu naſcuntur.§.ſicut caſus autem fortuitus nõ præſtatur à geſtore niſi ipſe ſpecialiter promittat caſum, vt in.l.negociũ.C.de neg.geſt. & ibi Bal. & Salice.& Alex.notabis etiã quòd pro negociorum geſtione datur actio perſonalis non hypothecaria quæ eſt in rem, vt in.l.negociis.C.de neg.geſt.vbi litera dicit,in nego. geſt. non in rem: ſed in perſonã eſt actio.ſed aduerte ꝙ prohibitio domini tollit negotiorũ geſtorũ actionẽ in his quæ poſt prohibitionẽ geruntur, ſecus in his quæ prius geſta ſunt, vt in.l.fi.C.de neg.geſt. & notatur ex.d.l.fin. quòd ſicut quis inuitus non contrahit, vt in.l.ſicut.C.de actio.& obligatio.ita inuitus non quaſi contrahit, item notatur ibi quòd proteſtatio non trahitur retro, & ibi dicit Salicetus quòd proteſtatio poteſt fieri ſine ſcriptura, ſed ſi proteſtatio ſuccedit loco libelli & actionis, tunc debet fieri in ſcriptis, vt in lege, vt perfectius, de annalibus exceptione, vbi ſcriptura requiritur, & quando non ſuccedit in locum actionis tunc ſcriptura non eſt neceſſaria, vt in.d.

l.fin.C

l.fi.C.de nego.geſtis,& ff.de excuſa.tuto.l.ſcire oportet.§.oportet.vbi dicitur:qui excuſaturus eſt tenetur adminus vnam ſpeciem excuſationis,aut viua voce,vel in ſcriptis iudici præſentare.&nõ obſtat: auctẽ.hanc quærelam.C.de non nume.pecu.quia ibi ſuccedit loco libelli. ſed an proteſtatio iſta contra negociorum geſtorem debeat fieri verbis ſpecialibus, de qualibet ſpecie adminiſtrationis mentionem facientibus,an ſufficiat ſimpliciter,& generaliter fieri.dico quòd ſimpliciter.per glo.in d.l.fi.ſed ſi a certa ſpecie tãtum debet de illa facere mentionem, ne à totali geſtione videretur prohibitus.arg.ff.quod vi,aut clam.l.aut qui aliter.notabis quòd quãtum ad eſſentiam proteſtationis,non eſt neceſſe quòd legatur, cui proteſtatur,ſed ſufficit, vt ei ſcriptura tradatur continens proteſtationem,cum ſufficiat eam affigere ad domum.vt in d.l.perfectius. C.de anna.excep.ſed quo ad eius probationem,&contentorum in ſcriptura videtur neceſſarium quòd legatur: nam teſtes non poſſent deponere de contentis in ea.nec obſtat tex.in l.vt perfectius. quia ibi teſtes viderunt,& legerunt,& ſe ſubſcripſerunt,& domui affigitur, vt euidenter omnibus appareat,& ab omnibus legatur. & in materia proteſtationis dicemus aliqua, & primo, quòd aliquando proteſtatio venit ad tollendum id quod venit conſecutiue,& cætera. & videbis in materia proteſtationis. Abb. & Antonium,in c.cum M. Ferrari,de conſti. & videbis Ioannem Andr. poſt Ioannem Mona.in.c.in generali: de regulis iuris. in vi. & videbis Barto. in.l. non ſolum.§. morte.ff.de noui operis,nnucia.vbi ipſe dicit. Materiam proteſtationis tractabo, quam, primo latius tractauit, Ioannes mona.Car.gloſator, Sexti libri, & Ioannes andreas eum recitat de verbo ad verbum,in.c.in generali, &.c.quod omnes, de Regulis iuris,in.vi. in nouela. item andreas de ſpiſis poſuit iſtam materiam in quandam repetitione quam fecit, de.l. ſi quis in principio, de lega.iii.& quaſi in omnibus eſt ſecutus, prædictum.Ioan.mona.de eo tamen nullam mentionem facit, ideo ego de omnibus mentionem facio. vt quod ſuum eſt furari non videar, in eo verò ꝙ eſt meum cognoſcar. ita Bar. & primo quærit in.d.§.morte,quid ſit proteſtatio,& poſt multa dicit: proteſtatio eſt, denuntiatio cum teſtatione facta,vt.l.deteſtatio.de verbo. ſignifi.&.l. plebs. §.de teſtatũ,iſta deſcritio ſeu diffinitio iuriſcõſulti eſt veriſſima,ex eo enim quòd dicit denuntiatio,&c.differ à cõtractib.& à ſtipulationib.& vltimis volũtatib.in quibus vertitur diſpoſitio nõ denuntiatio, itẽ quòd dicit cũ teſtatione facta,cõprehendit ſiue fiat in ſcriptis, ſiue corã teſtib. & ſic ceſſant omnia cõtraria ſecundũ Bart.quærit Bar. quotuplex ſit proteſtatio:verè loquẽdo,quatuor ſunt ſpecies. quædã eſt proteſtatio declaratoria volũtatis proteſtãtis ſecunda eſt proteſtatio prohibitoria,ſeu inhibitoria,ne aliquid fiat. Tertia ẽ proteſtatio incitatoria,vt aliquid fiat,quarta eſt proteſtatio certificatoria alicuius quod eſt,vel quod nõ eſt. quæro ergo circa iſtã proteſtationẽ declaratoriã volũtatis,proteſtãtis, dicit Bar.quãdoq; enim fit circa id quod cõſiſtit in mea poteſtate & libera voluntate, vt circa teſtamenti confectionem, vt in.l. ſiquis in principio teſtamenti,cum ſimili.circa hæreditatis aditionem.l.at ſi quis.§.plerique.ff.de religioſis & ſumpti.fune.circa negotiorum geſtionẽ,vt in.l.neſennius.ff.de negot.geſt.& multis aliis.ll. & caſibus quos omitto. Secundo conſiſtit circa id quod conſiſtit ex poteſtate,& voluntate mea & alterius,vt circa contractus, vt.l.ſi debitor.§.i.ff.qui.mo.pign.vel hipo.ſol.& de lega.ii.l.codicillis.§.i. Tertio conſiſtit circa id quod pendet ex voluntate,& poteſtate mea, de iure ſed de facto poteſtas deficit, vt ſi aliquem velim conuenire,quem de iure poſſum,ſed de facto non poſſum propter abſentiam rei, vel iudicis, vel aliud impedimentum,vt.d.l.vt perfectius.C.de anna.exeptio. & in.l.incontractibus.§.penult.& auctẽ.hanc autem quærelam.C.de non nume.pecu.quarto conſiſtit circa id quod pendet ex voluntate mea,& poteſtate mea de facto, ſed de iure non vt circa maleficia,vt extra de homici.C.fin.in.vi.quinto conſiſtit in his quæ nullo modo dependent ex voluntate & poteſtate mea, his præmiſſis dicit Bart.veniamus ad propoſitum, cui ſit facienda hæc proteſtatio, & dicit circa iſtam proteſtationem declaratoriam, aut ex hac declaratione tantum me exonero,& neminem grauo,& ſufficit vbicunque fieri, nec alterius quam teſtium præſentia requiritur,vt.d.l.ad ſi quis.§.plerique,de religio.& ſumpti.fune.&.l.ſiquis in aliena.§.celſus.ff. de acq. hæredi.&.l.pro hærede.§.i.eo.ti.& de nego. geſtis.l. neſennius, nam ille cuius negotia geruntur non aggrauatur, quia non tenetur niſi de eo quod vtiliter geſtum eſt,& poteſt fieri quolibet loco,& tempore,vt dictis.ll.& hæc proteſtatio non poteſt fieri per procuratorem, ſicut dicimus in l.Paulus reſpondet per procuratorem,aliàs incipit per procuratorem.ff.de acq.hære.vbi litera dicit,hæreditas non poteſt adiri per procuratorem,& an proteſtatio tollatur per actum contrariũ qui ſe cum dicta proteſtatione nõ cõpatiatur; dic vt per Bar.in.d.§.morte.ſed ſi ille actus cõtrarius proteſtationi celebratur cũ alio,tunc per illud videtur à proteſtatione recedere,vt in.c.ſolicitudinem,de appel.& vi Innoc.in.c.M.ferra.de conſtit.ratio,quia ſicut propoſitũ animi in mente retentum non nocet ei cum quo contrahitur,vt.l.ſi repetendi.C. de conditio. ob cauſ.ita iſta proteſtatio quam ignorat ille cum quo poſtea contrahitur,ei non nocet, & ita intellige ſecundũ Bart.tex.in.d.l.qui in aliena.§.celſus,de acq.hæred.quãdoq;per hãc proteſtationem me exonero, ſed alius cadit in captionẽ,qui forte nõ cõtraheret,vel aliter forte ſibi prouideret, ſi hãc declarationẽ ſciret,tunc aũt id à quo me exonero pẽdebat ex aliquo meo facto pręcedẽti,vt ex meo mã-

dato,tunc talis proteſtatio debet fieri illi aduerſarlo,qui lederetur,vel ſibi notificari ſi poteſt ha beri,& de hoc ibi vi.Bar.ſi verò illud a quo me exonero pendebat ex diſpoſitione legali abſq; ali quo meo facto,tunc præſentia aduerſarii non requiritur,caſum eſt notabilis.in honores.§.fin.de decur.coniuncta.l.i.C.de filiis familias & quemadmodum pater pro his teneatur.lib.x. & rationem huius diſtinctionis videbis.ibi per Bar.ſed in his quæ dependent ex volũtate mea, & alterius,ſemper debet fieri proteſtatio parti,vt l.codicillis.§.i.ff.de leg.ii.& d.l.ſi debitor.§.i.qui.mod. pig.vel hip.ſol.aliquãdo debet fieri proteſtatio ante tribunal iudicis,& non debeo eum per alia loca quærere,vt in l.i.§.dies.verſi.adeundi.ff.quando appellandum ſit,& intra quæ temppre:modo quod ſiue lis videre euacuatam omnem materiam proteſtationis.vi.Bart.in d.§.forte. & vide canoniſtas,vbi ſ.quomodo veniat culpa in actione ex teſtamento.vi.notata in l.cum res.§.culpa. ff.de leg.i.vbi dicitur,quando teſtamentum videtur factum principaliter cauſa hæredis, tenetur de leuiſsima culpa,& ibi vi.Bar.Bal.ibi.& gloſ. Notate tamen circa præmiſſa:quod inter contrahentes ſeruandos eſt id quod ab initio conuentum eſt,cum contractus ex conuentione legem accipiunt.vt in d.l.contractus.& l.i.§.ſi conuenerit.ff. depoſiti. & ideo poteſt fieri pactum, quod quis tantum de dolo teneatur,qui de omni culpa alias teneretur,item etiam.quod de caſu fortuito teneatur,qui alias non teneretur.& ſic de ſimilibus.hoc tamen ſecundum gloſſ.in d.l.contractus. fallit in dote. vbi quis non poteſt paſcici.quod teneatur de ſolo dolo.vt l.pomponius.ff. de pactis dotali.& hoc eſt propter fauorem dotis,cuius conditio derior effici non poteſt, licet bene melior,vt l.attilicinus.cum tribus legibus ſequentibus.ff.de pactis dotalibus. Item etiam vt bic dicitur in tex.per pactum non poteſt remitti dolus,quod intellige ſcilicet,futurus præteritus autem remitti poteſt,in præiudicium paciſcentis,vt l.ſi vnus.§.illud.ff.de pactis. Item ſecundum glo.d.l.contractus dolus futurus expreſſe remitti non poteſt.ſed tacite ſic.per dictum.§.illud. & ibi glo.& Barto.Bald.tamen ibi intelligit illum textum videlicet quod ille qui paciſcitur,ut non agat depoſiti,videtur paciſci ſuper facto principali,vnde tollitur obligatio primitiua.& per conſequens ſecundaria ratione doli,vel culpe. Sed ille qui paciſcitur non agere de dolo, nnn paciſcitur ſuper facto principali, ideſt,ſuper contractu depoſiti.vnde hæc eſt ratio differentiæ, quia in altero caſu pactum venit ad recindendum contractum, in altero vero non venit ad reſcindendum contractum,ſed ad temperaudam actionem ex eo.vt non proponatur ratione doli. & quia inducit ad delinqueudum,ideo non tenet pactum. circa quam materiam,vide latius Bald. & docto.in d.l.ſi vnus.§.illud.ff.de pactis,item colligitur ex lege contractus, quòd caſus fortuitus à nullo præſtatur, niſi aliter ſit conuentum inter partes contrahentes,vt in.l.i.C.commodati,cum multis ſimilibus, & quia.d.l.contractus multa exempla ſortuitorum caſum enumerat, pro ampliori declaratione,& doctrina late diximus:quid ſit casus fortuitus. & diximus etiam de incendio,ſed de incendio,quia quotidie euenit,volo euacuare materiam. & circa incendium vltra ea, quæ ſuperius dixi.vide notata per Bar.in l.iii.ff.de officio præfecti vigilũ.& vide Cynum,& Bal. & Salycet. in l.data opera. C.qui accuſare non poſſunt.& vide Salycetum in d.l.quæ forruitis.& dico,quòd ignem habere non eſt prohibitum,ſed vagantem,ſeu immoderatum tenere eſt culpa, vnde ſi damnum ſequitur,culpæ aſcribitur:hoc autem euenit re,locó,& tempore,re, ex quantitate lignorum,quia nimis ponuntur ad comburendum,loco,quia incongrue ignem tenet, & periculoſe propter cohærentia, vel propter ſeipſum. Tempore:vt quia vento flante ignis fuit accẽſus in loco aperto:& ſic aliquo de his tribus caſibus incendium ortum eſt: & damna illata. Item eſt ſciendum,quòd incendia quandoque fiunt ex propoſito,& data opera,quandoque nulla data opera,vel nulla præcedente culpa,& hoc quandoque in committendo,vt in exemplis ſuprapoſitis.quandoque in ommittendo: vt ignem non velatum,ſeu non coopertum dimittendo. Item etiam aduertendum eſt,quòd ignis quandoq; in ciuitate,vel intra caſtra committitur,quaodoq; in villa vel rure:& quandoque habet ortum ab extra:quandoq; ab intra: pro quorum omnium declaratione clariori diſtinguamus,prout diſtinguit Salyc.in d.l.quæ ſortuitis.C.de pig. act.& in quodam ſuo conſilio quod incipit ſaluatoris nomine inuocato: quod recitat Angelus Aretinus in ſua inquiſitione.glo.ſuper verbo incendiario:vt licet(vt iam dixi)diximus de hoc in principio reaſſumendo omnia dicta Salyceti,& Bald.in dicta.l.quæ ſortuitis.Sed iterum dicamus, aut ignis habuit originem ab intra,aut ab extra,aut dubitatur.Si ab intra,aut ſcitur à quo, aut ignoratur, ſi ſcitur a quo,tunc caſui fortuito non aſcribitur,ſed ille tenetur qui immiſit: & ſi ſit ſeruus dominus pro eo noxaliter tenetur.l.ſi vendita.ff.de pericu.& comm. rei vendi.Si autem ſuerit liber homo,tunc aut erat ſamiliaris domus,aut hoſpes in domo.ſi ſamiliaris,licet ipſe de ſuo facto immediate teneatur.dubitatur tamen de patre ſamilias cui ſeruit,quia opera illius vtitur, an teneatur ex quaſi delicto ſuo.Et quædam gloſſa,videtur ſentire,quod teneatur dominus, in l.ne quid. ff.de incen.rui.naufr.per tex.inſti.de oblig.ex quaſi malefic.§.ſed illa gl.reſtringitur per Bar. quãdo dominus domus tunc de facto familiæ tenetur,ſi familia deliuquat in officio, ſeu miniſterio, in quo eius opera vtitur dominus,vt ff.de pub.l.i.§.familiæ:& de his qui deiecc. vel effud.l.ſi verò plures.§.ſi orrearius. & ff.nautæ caupo ſtabularii.l.i.§. primo.& hoc etiam tenet Ange.Aretinus

dicena

dicens hunc eſſe caſum in d.l. ſi vendita:nam ibi de negligentia ſernorum non tenetur dominus, ſi diligentiam debitam adhibuit:ſed tenetur ille ſeruns, vel familiaris. vnde dominus dando ſeruum pro noxa liberatur,vt in d.l.ſi veodita. & ſi ille familiaris erat homo liber,eo ipſo quòd dominus,& paterfamilias ipſum denuntiat,& exibat damnum paſſo liberatur, vt nntat Bar.in ſimili.in l.ſi cum exibuiſſent.ff.de publica. & Bal.in l. obſeruare.§. proficiſci.ff. de officio proconſu. & lega. & vi.tex. & Bat. & modernos.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.proculus.ff.ad l.Aquiliam.& vi.Ange. Areti.vbi.ſ.qui ita dicit ſe practicaſſe:in propoſito tamen dicit Salicetus: quòd ſi familiaris deputatus ſuper coquina ſit maſculus,vel fœmina minus diligenter ignem tenuit: & ob hanc cauſam domus conducta,vel res commodata patrifamilias fuit conbuſta, ipſe paterfamilias ex quaſi delicto teneatur. Sin autem familiaris ad coquinam depntatus diligenter ſe habuit ignem cooperiendo,& extinguendo (vt debuit) & poſtea alius familiaris ad coquinam non deputatus acceſſit,& ignem accendit,& minus diligenter eum tenuit,vel dimiſit,propter quod res locatæ,commodatæ vel pignoratæ patrifamilias conbuſtæ ſunt , paterfamilias non tenetur, quia extra officium ſibi deputatum deliquit,pro hoc ad l.aquiliam.l.ſi ſeruus.§. ſi fornicarius. & d.l. ſi vendita. ſi.reſpon.ſi verò fuerit prorſus extraneus,qni ignem immiſsit,quia non eſt de familia , ſed amicus,vel hoſpes tantnm: & tunc inſurgunt qnatuor dubia. primum eſt, ſi in domo receptus amicus,vel boſpes ignem,vel candelam minus diligenter tennit,propter quod incendium eſt ſeqnutum,an teneatur.Et dicit Salicetus,quòd ſic.primo ex regula generali,quia eins culpa alteri non debet eſſe nociua.l.qnod quis.ff. de regu.iur. & l. ſiue hæreditaria de negotiis geſtis.ſecundo per tex.In propoſitn facientem in d.l.ſi ſetuus ſernum.§.ſiquis inſulam.& §.ſi fornicarius.& l.qui occidit.&.§.in hac actione. & d.l. ſi vendita. ſecundum dnbinm eſt ſi non ipſe amicus , vel hoſpes, ſed famulus ſuus,quem habuit in hoſpitio hoc fecit,an ipſe famulus teneatur. Et dicit Salicetus, quòd ſic,per eaſdem leges , & rationes. Tertium dubium eſt,an dominus ex facto familiaris teneatur.Et dicit Salicetus,quòd reſpondendum eſt ex dictis ſupra, videlicet quia aut minus diligènter tenuit in officio ſibi commiſſo,puta io ſtabulo,vbi equos aptabat,& cuſtodiebat, & tunc dominns teneatur,quia opera illius ad illud officium vtitur,aliàs non teneatur,hoc probant iura ſuperius allegata.Quartum dubium eſt, ſi domus quæ incẽdio fuit combuſta oon erat propria hoſpitatoris,ſed ſub mercede & annua penſione conducta,ao iſte hoſpitator & conductor teneatnr locatori. Et omiſsis diſputationibns tenet Salicetus conductorem non teneri,tum quia ad hoc officium domum conduxit:tum quia opera iſtorum oon vtitur,nec eos ſibi eligere videtur: & ſic ei culpa non poteſt imputari. & hæ ſunt rationes quæ mouent legiſlatorem in l.i.§.ii.ff.furti aduerſus nautas,caupones,ſtabularios:& hoc reſpectu incendium eſt iudicandum pro caſu fortuito.ſuper hoc accedat lex ex conducto.§.fi.ff.locati.& l.videamus.§.fi.cum l.ſequenti.eo.titu. & in d.l.contractus.Et hæc omnia de primo membro principali: quando incendium habnit ortum ab his qui erant ab intra,& hoc vonſtat.& quando etiam conſtat à qno habnit ortum, aliàs ſi dubitatnr,dicetnr in ſequentibus . ſecundo caſu principali , quando incendium habuit ortum ab extra.& intelligitur ab extra,quia primo habuit ortum alibi, ſed ſucceſsiuè proceſsit ad ædes de qnibus quæritur,vel ſi primo nõ habuit ortum alibi,ſed in æde de qua quæritur,tamen ab his qui non habitabant ab intra:ſed ab extra originem traxit:& iſto caſu ſic diſtinguit Salicetus,quẽ recitat Ange. Aret.vbi.ſ.qnia aut ignis ſnit immiſſus ab hoſtibus,vel latronibus publicis,aut rebellibus ciuitatis:& tunc,aut quæritur reſpectu eorum,& ipſi tenentur , vt notatur in d.l.data opera.& ibi.Cin.Bal.Salicet.C.qui accuſa.non poſſ.& hoc niſi eſſent hoſtes miſsi ab eo : qui iuſtum bellum poteſt indicere.argu.in l.hoſtes.ff.de capti.& poſtliminium reuer.& infra in c. de bello iuſto in c.i.& c.vi.cæteri autem latrunculi appellantur.Aut quæritur reſpectu eius qui domum,vel agrum condnxit nunc igne combuſtum:& caſus fortuitus debet iudicari. & ideo non tenetur locatori,vt d.l.contractus.& in l.i.C.commoda.& l.cum duobus.§.damna.ff.pro ſocio.& l.ex conducto.§.fi.ff.locati.facit.l.pen.ff.de incendi.ruina,naufragio,& hoc niſi culpa poſsit imputari cõductori , vt quia fenum teouit contra conuentionem, & voluntatem locatoris in loco, vt d.l.videamus.§.fi.cum l.ſeqnenti.ff.locati. vel etiam ſi fuerit incenſa per eum ſtipula.nec obſeruauit omnia quæ obſeruare debuit. Aliàs autem ſi obſeruauerit omnia quæ oportuit:& ſubita vis ventornm ignem produxit longius , puta de ſtipnla & alterius agrum, vel de vna æde ad aliam, non tenetur,vt l.qui occidit.§.in hac actione.ff.ad l.aquiliam.dicunt etiam doctores, quòd ſi conductor poſt conductionem captauit ſibi inimicitias ſuo facto,propter quas inimicitias fuerit factũ incendinm,dicitur eſſe in culpa, & tenetur.l.ſi merces.§.culpæ.ff.locati.& per l.penul.ff.ſolu.matrimo.per quem tex.dicnnt qnidam,quòd ſi propter odinm ſcholaris,qui conduxit domum,eſt appoſitum incendium,tenetur ſcholaris,qui conduxit domnm;& idem in colono,& ſimilibus: dicunt tamen ibi Bal.& Paulus de Caſt. hoc eſſe verum, quando odinm , ſeu inimicitiæ contrahuntur culpa conductoris;& ita loqnitur tex.in d.l.pennl.ſolu.matrimo.in graccho cuius culpa præceſſerat,quia commiſerat ſeditionem: ſi autem odium , aut inimicitiæ præceſſerunt ſine culpa,aut defectu eius,iniquum,& inhumanum eſt,quòd iſtud annumeraretur culpæ.argu.l.ad eos.

ff.com-

ff.commoda.& l.ſi ea res.de actioni.empti.ſubinn git tamen Paulus de Caſtro,quòd etiam vbi ſine culpa inimicitiæ contractæ ſunt,ſi tamen condu ctor potuit prouidere,& adhibere diligentiã & non adhibuit,aut non prouidit:vt pote quia maleuolus minatus fuit hoc facere,nec fuit data prouiſio,nec illud ſignificauit conductor locatori,tunc tenetur: & ita videtur eſſe de mente gloſæ.in d.l.ſi merces.§.culpæ.& prædicta intelligas ſecundum doc.quando odium præcedit caſum: ſed ſi caſus præcedit odium,nunquam anumeratur culpæ,vt dicit Bal.in d.l.penul.ſoluto matri.& in auten.ſi dicatur.C.de teſtibus.& l.athletæ.§.dat remiſsionem.ff.de excuſa.tuto.Tertio caſu principali,videlicet quando dubitatur an ab intra vel ab extra ortum habuerit incendium,diſtinguendum eſt,quia aut nulli ſunt habitantes,& præſumitur ignis immiſſus ab extraneo: licet ignoretur à quo:nam ſine culpa alicuius determinatæ perſonæ incendium nõ procedit,quamuis quandoque ignoretur quæ ſit illa: & ita debet intelligi.d.l.ſi vendita:in principio: aut aliqui erãt inhabitantes.& tunc videtur præſumptione iuris ab illis, vel eorum culpa ignis immiſſus,ſiue fuerit vnus,ſiue plures,vt l.iii.§.i.ff.de offi.præfecti vigi.& ibi per doct.vno autem ſolo ibi habitãte res clara eſt,quia de illo ſolo pręſumitur:ſi autem ſint plures,inſurgit dubium an de omnibus,vel de quibus ſit præſumendum,ſuper quibus petat Salicetus ſic eſſe dicendum:quòd primo conſideretur locus loci in quo ignis,vel incendium ortum habuerit,vt qui in illo loco inhabitabat vel cubile,ſeu cænaculum tenebat, illius facto,ſeu culpæ aſcribatur,adeo quòd ſi plures fuerũt in eodem cænaculo, omnium eorum aſcribatur culpæ, ex quo quis eorum fecerit non moſtratur.hoc probatur.ff.de his qui deiecerunt,vel effuderunt.l.ſi verò plures.§.ſi quis.&.§.quòd ſi ex mediano.Et ſi vnum tantum fuit tantum cænaculum;in quo omnes conuerſationem habebant, & ibi incendium traxit ortum,dicit Salicet.omnium culpæ indifferenter aſcribitur,vt iuribus.§. proximè allegatis.Angelus autem Aretinus dicit, quòd niſi doceatur a qua perſona inhabitantiũ hoc proceſſerit,culpa patriſfamilias aſcribitur,cuius imperio cæteri obediunt, quaſi minorem diligentiam iuris præſumptione adhibuerit. Et hoc probatum eſſe dicit in d.l. ſi vendita. vbi dicit eſſe ponderandum.quòd tex.in principio facit generalem regulam præſumptionis,ſcilicet quòd incendium ſine culpa patriſfamilias fieri non poteſt poſtea ab illa generali, & regulari præſumptione recedit in caſu certi: ſcilicet ſi conſtet quis fecerit,& ſic conſtat quòd pater familias omnẽ diligentiam requiſitam adhibuit, itaque culpæ eius non poſsit illud imputari. Et pro hoc facit, vt culpæ patriſfamilias incendium ortum in domo aſcribatur.C.de periculo tutorum.l.ſi res pupillares.& ff.locati.l.qui inſulam.§.colonus.& l.capitalium.§.qui ob inimicitias.ff.de pœnis.ibi. per negligentiam eorum.vnde cum incendium dicatur oriri apud patrem familias illius domus, tunc illius negligentia dicitur ortum,& ratio eſt,quia ad ipſum principaliter diligentia,& cuſtodia domus.& eorum quæ ſunt in domo expectat,& ſi alteri diligentiam & cuſtodiam commiſit, fuit in culpa.& ſi minus diligentem commiſit, vel adhibuit ideo de incendio proueniente ex ſua negligentia tenetur,vt d.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.ff. ad l.Aquiliam. & d.l. videamus.ff. locat.& inſti.de obliga.quæ ex malefi.§.penult. nec obſtat quod quilibet præſumitur diligens, & bonus.vt l.eum quidam.de lega.ii.quia illud eſt verum, quadam præſumptione generali, cui derogatur per præſumptionem iuris ſpecialis,vt in c.generi per ſpeciem,de regu. iur.lib.vi.præſumptio enim ſpecialis,quòd minus fuerit diligens in cuſtodiendo ignem, colligitur ex incẽdio orto in ipſius domo,vt d.l.iii.§.i.de officio præfecti vigilum.ſecundum Ange.Areti.qui ita refert tenuiſſe Angelum de Peruſio. in conſi. incipienti, in quæſtione propoſita: dubium faciunt mihi plura: & allegat l.imperatores.ff.de officio.pre. vigi. vbi domini domorum monentur à lege ſub interminatione pœnæ,vt ſint ſoliciti,& attenti,ne in eorum domibus incendia cõmittantur.qui igitur non fuerit ſolicitus,& attentus,ne dum reus, immò tranſgreſſor legis eſt, & poteſt puniri vt ibi & in c.ii.extra.de malo.& obedien.præſumitur ideo in dubio in culpa,& negligentia,cum incendia vt plurimum culpæ accedant,vt in d.l.iii.de officio.pre.vigilum ſingulariter tamen notari iubet Salicetus,quòd culpa,ex qua ortum præſumitur incendium,cenſetur in dubio leuiſsima culpa,vt notat gloſa ſingula.inſtitu.qui.mo.re.con.obliga.§.præterea. quòd eſt menti tenendũ: quia non ſemper tenetur de leuiſsima culpa: vt diximus.ſed iuxta hoc quæritur,quid ſi quis incendii arcendi cauſa vicinas ædes depoſuerit, an teneatur ? dic quod non,ſi magiſtratus mandato hoc fecit,vt l.ſi alius.§.eſt autem & alia ff.quod vi aut clam,vel etiã iuſto metu,vt.ff.ad l.aquiliam.l.ſi quis fumo.§.i.vbi eſt caſus quod quis poteſt deſtruere alienum,ne deſtruatur ſuũ: quia ſecundum Bal.ibi illud magis videtur facere cauſa defenſionis,quàm offenſionis. Tenetur tamẽ incendarius ad huiuſmodi damni emendationem,quia dedit cauſam damni, vt d.l.qui occidit.§. in hac actione.ad l.aquiliam.Et prædicta ſufficiant quo ad materiam incendii.quantum ad actionem ciuilem parti læſæ competentente,nota benè,& adde ad ea quæ in principio diximus.vlterius eſt videndum,qualiter incendiarius puniatur: de quo per Bart. in d.l.iii.de officio præfecti vigilum: & per Cinum in d.l. data opera.C.qui accuſa.non poſſunt.& ibi latius per Bal. & Salic. & vide te xxiii.q.vi.c.peſsimam.Et vt breuiter ex dictis doctorum colligatur intentio:dicunt ſed prædictos docto. quòd quandoque incendium fit in ciuitate,vel oppido,& per dolum,incendariuſque

riuſq; eſt vilis perſona, ac domus fuit actualiter incenſa, vel aliud ædificium, vel acervus frumẽti poſitus iuxtà domum: quia quod fit iuxta domum, vel ædificium, in ipſo ædificio factum dicitur: & incendium eſt magnum: his omnibus copulatiuè concurrentibus incendiarius debet igne cõburi, vt eſt tex. cum glo. in l. qui ædes. ff. in cen. ruina naufra. & ratio redditur per doct. quare debet igne comburi: quia incendium in ciuitate, vel oppido mortem ignis multis præparet: & ideo mortem quam incendiarius aliis minatur, & præparat, recipit argumen. ff. de extraordina. crimi. l. ſacularii. ſi autem prædicta quatuor concurrunt: ſed tamen incendiarius eſt in aliquo gradu cõſtitutus, non concremabitur: ſed decapitabitur. vt eſt text. in l. capitalium. §. nonnunquam. ff. de pœnis. vel ſecundum Bal. in d. l. data opera. iudex arbitrabitur an decapitet ipſum, vel furcis ſuſpendat: an igne concremari faciat, atenta qualitate delicti, & ſtatu perſonarum. argum. notatorũ in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infamibus. ſi verò incendium fiat extra menia ciuitatis, vel caſtrorum, & tunc aut incendium eſt magnum, & dolo malo factum: & tunc etiã eſt pœna mortis, niſi perſona delinquens ſit in tali gradu dignitatis, vel ſtatus, quod vita deberet ei concedi: ex benigna diſpenſatione: nam tunc debet decapitari. vt l. ſi. ff. de incendio rui. naufra. Et prædicta procedunt quando dolo ſcienter, & appenſatè incendium immiſſum eſt: dolus autẽ ſcienter præſumitur: ſecundum doct. ſi præceſſerit inimicitia inter immittentem ignem: & illum cui immittitur, vt eſt tex. notabi. in d. l. capitalium. §. qui ob inimicitias. ff. de pœnis. quod nota. quandoque incendium committitur lata culpa: & tunc ſecundum quoſdam antiquos doct. pro magno incendio imponitur pœna corporalis, minor tamen quàm pro dolo. vt ff. de incendio ruina: naufra. l. ſi fortuito. & eſt ſecundũ eos ſpeciale: nam pœna mortis, vel quaſi mortis naturalis: vt cum membrum abſcinditur, regulariter non imponitur, niſi pro dolo. vt notatur in l. ſi in rixa. ff. de ſicariis. fallit autem vt dicunt illi in incendario: & intelligitur hoc in vili perſona: ſed Bal. in d. l. data opera dicit. quod forte. d. l. ſi fortuito, non cogit nos dicere de pœna mortis, vel mutilationis membri: & non intelligenda de alia pœna corporali: vel grauiſsima pœna pecuniaria argumen. ff. ad l. corne. de ſicariis. l. i. §. diuus: vt iura iuribus concordentur: nam ſi lata culpa non infamat, vt notatur inſti. de ſuſpec. tuto. §. ſuſpectus. ergo multo minus inducit pœnam mortis, vel mutilationis membrorum: quia vt dicit Angelus Areti. vbi ſ. iſta æquiparantur, vt eſt tex. in auctent. de collationibus. §. prohibemus. col. ix. intelligit tamen Bal. quòd ſemper per incendiarium culpa lata debeat etiam ex eadem inſtantia inquiſitionis, vel accuſationis damnum paſſo reſarciri, quia ciuilis & criminalis veniunt eadem l. ideo non ſunt neceſſarii duo proceſſus. vt d. l. qui ædes. de incen. rui. naufra. pro quo facit tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & faciunt notata per Innoc. in c. cum oporteat. extra de accuſa. & in c. ad noſtram. ii. de iur. iuran. & vi. Bald. in l. apud quem. C. de edendo. aliquando incendium fit leui culpa tantum: & dicit Cinus in d. l. data opera, quòd iſto caſu nulla pœna criminaliter punitur, ſed benè punietur in emendatione damni tantum: ſi tamen non poſsit damnum emendare, luit in corpore: vt d. l. qui ædes, vnde ex leui culpa non oritur duplex via agendi. ſ. ciuiliter, & criminaliter: ſed vna tantum via. ſ. ciuilis oritur, vt per Cinum in l. ſiquis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. & ex leui culpa non poteſt formari accuſatio, vel inquiſitio, vt per Cinum, ſed tu vide Bal. contra Cinum. in d. l. data opera. vbi dicit Bal. aut ex leuis culpa in faciendo, & punitur criminaliter, aut in negligendo, & non punitur criminaliter, nam eſt grauior culpa facere quàm omittere. vt ff. de vſufruc. l. ſi cuius. §. de præteritis. Bart. verò vult quòd etiam ex leui culpa quis puniatur criminaliter. allegat l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. ſed ſecundum Bal. in d. l. data opera: ibi loquitur de lata culpa, cum quis delinquit per ebrietatem: nam lata culpa eſt delinquere per ebrietatem: & ſic non loquitur ibi de culpa leui. l. omne delictum. §. penul. ff. de re militari ebrietas ergo nimia attenuat delictum: non tamen in totum exterminat: ſed parua ebrietas non minuit delictum. vt legitur de Lot. vnde. §. delinquunt loquitur in tribus caſibus, ſcilicet in dolo præmeditato: & maiori: in dolo non præmeditato, & minori, item in caſu fortuito, & ſic nulla culpa, & ſic non facit pro Bart. ſed dicit Bald. quòd pro Bartolo facit. d. l. ſi fortuito. ſed pro Cino allegat, quòd vbi lex loquitur de pœna, fingit pœnam in dolo, & lata culpa. vt l. i. §. non autem. & ibi Bar. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſ. fue. reponderi tamen poteſt ſecundum eundem Bald. quòd ibi edictum prætoris requirit dolum. & ideo culpa à dolo remota, vel leuis culpa non continetur: ſed vbi lex ſimpliciter punit factum, nec facit doli mentionem, tunc punitur culpa, niſi eſſet leuiſsima, quæ criminaliter non punitur. Et dicit quòd hoc eſt verum, quòd leuis culpa punitur pœna pecuniaria, non autem capitali: quia nulla culpa leuis eſt capitale crimen: & ſic in effectu tenet opinionem Bartoli quòd etiam ex leui culpa poſsit inquiri, & quis damnari non corporaliter, ſed pœna pecuniaria quòd nota bene: & ita ſaluari poteſt Cinus quòd dictum ſuum intelligitur in pœnis corporalibus: & dictum Bartoli in leuibus, & pecuniariis: vt vult idem Bal. in d. l. ſiquis non dicam rapere. C. de epiſco. & cle. ex quo inferri poteſt ad incendiarium: quòd incendiarius culpa etiam leui poteſt, per iudicem criminaliter damnari ad pœnam pecuniariam applicandam fiſco. & ad emendam damnum paſſo; & hoc etiam ſequitur Ange. Areti. vbi ſupra. & hæc ſint ſatis quantum ad materiam incendii: & declarationem

caſuum

caſuum fortuitorum.ſed adde ad ea quæ dixi quòd incendium non imputatur habitanti qui ſit
ſolitus eſſe vigil.& diligens:quia non præſumitur eſſe in culpa.Bald.in conſilio.quidam teſtorus
Alexand.in l. ſi quis.§.fi.ff. de eden. & incendium in domo locata in parte ſuperiori retenta per
dominum in parte inferiori cui imputetur,vi.Alexand.in conſi.ccxvi.ii.par. quod habitanti inſe
riori:ſed incendi metus eſt iuſtus cum domus vicini comburitur.Salic.in l.quæ fortuitis.C.de pi
gno.actio ſpeculator.in tit.depoſiti.§.ii.& vide text. in l. ſi quis infumo.§.i.ad l.aquiliam.ſed in-
cendiarius eccleſiæ,eſt ipſo iure excommunicatus,nec prius debet abſolui quàm ſatisfaciat.gl. in
c.cum deuotiſsimam.xii.q.ii.quæ etiam dicit quod debet abſolui per papam:c.tua.de ſenten.ex-
communi.quod verum eſt,ſi eſt publicatus:alias à ſolo epiſcopo.vt ibi.& c.conquæſtus. de ſent.
excom.& c.ex literis de raptori. ſed incendium non probatur per coniecturas , ſed probationi-
bus apertis,vt per Bar.in l.ſi quis.§.an vero. ff.de edendo. & incendium in campis ex igne in ſti-
pulas miſſo & latius euagato quomodo punitur:vide ea quæ ſuperius dixi. & vide docto. in d. l.
qui occidit.§.i.cum glo.ff.ad l.aquiliam.tex.in c.ſi egreſſus.de damno & iniuriis.& vide Bart. ce-
polam,de ſeruitutibus ruſticorum.ti.de igne. Et lex contractus dicit.ff.de regu.iuris. quòd vendi
tor de dolo, & leui culpa tenetur,cum gratia vtriuſque contractus celebretur.vt inſti.de contra-
hen.emptio.§.cum autem. Caſus etiam enumeratus in l.contractus,pignoris eſt:in quo etiam ve
nit leuis culpa:quia gratia vtriuſque contrahitur , vt declarat tex.inſtitu.qui.mo.re.contrahitur
obligatio.§.fi.hinc dicit Bal.in l.quæ fortuitis.C.de pignora.actio.quòd fænerator qui minus di
ligenter res pignoratas excuſsit atineis quæ præſeruauit in leui culpa eſt : & de tali damno tene-
tur:intellige de conuentionali,non autem de iudiciali:vel prætorio:in quo ſolum venit dolus:&
lata culpa creditoris.vt per Decium in d.l.contractus. per text. in l.prætor ait.§.eſt præterea.ff.
de bonis. aucto iu.poſsi. & hoc declarauit glo. in l.i.ff.de pig.actio.& de hoc, & de tota materia
vide ſolennem,& elegantiſsimum tractatum Anto. Neguſantii de fano.quia de pignoribus,& hi-
pothecis(meo iudicio)omnia dixit.& illud tractatum:de pignoribus, & hipothecis inuenies: in
volumine tractuum,in volumine v.fo.187. item dicit litera in d. l. contractus ſocietas, & rerum
communio:& dolum & culpam excipit.ideo de ſocietate dicamus: & poſtea de communione di
cemus.in quo contractu ſocietatis tenetur quis,vtriuſque vertitur vtilitas; vt dicit iuris conſul-
tus in l.ſocius ſocio.ff.pro ſocio,& in §.fi.inſtitu.de ſocietate:quæ iura dicunt culpam ad exactiſ-
ſimam diligentiam non eſſe redigendam cum ſufficiat talem diligentiam rebus communibus præ
ſtare qualem adhibere ſolet,quia qui parum diligentem ſociũ ſibi accepit,de ſe queri debet, hoc
eſt ſibi imputare debet:limitando.vt ibi per glo.Ioannis Fabri.& Aretini. & deſcendendo ada-
ctum practicæ huiuſcemodi materiæ:plenè eam tractat Ange.Areti.inſtitu.de actionibus, & ibi
Iaſo.in §.ſequens alia.& vi.Iaſonem in:§.item ſeruiana,& in.§.quædam eo.tit.Alius caſus in d.l.
contractus.in quo venit etiam leuis culpa,eſt in communione rerum.vt plenè per Bartol.in d.l.
quod nerua.ff.depoſiti.in x.q.principali.& in iſta actione communi diuidundo:veniunt corpo-
ralia non incorporalia:nec in iſtam actionem venit vniuerſitas:ſed res ſingulares tantum veniũt,
vt ff.communi diuidundo.l.per hoc.vbi litera dicit:per hoc iudicium corporalium rerum fit di
uiſio:quarum rerum dominium habemus non etiam hæreditatis.datur autem hæc actio directa
eis qui alicuius rei corporalis dominium habet pro in diuiſo directo. vt ff. communi diuid. nec
diſtinguitur ex qua cauſa dominium habeant directum,vt l.ii.eodem tit. vt etiam ſi ex hæredita
ria cauſa dominium habeat nihilominus agere poteſt communi diuidundo.pro rebus ſingulari-
bus communibus & hæreditariis: nec diſtingo egerunt prius fami erciſ.vel non,vt.ff.fami erciſ.
l.inter cohæredes.i.reſponſo.vtilis autem actio datur inter eos qui non habent dominium : ſed
quaſi dominium:vt inter eos qui fundum conduxerunt ad non modicum tempus.vt.ff.eo.l.com
muni diuidundo. vbi litera dicit: communi diuidundo iudicium locum habet & in vectigali a-
gro.vbi dicit Barto. fructus vectigalis venit in hoc iudicio non diuidendus,ſed adiudicandus:&
ibi dicit etiam in.§.inter prædones:quòd inter eos qui non habent iuſtam poſſeſsionem non cõ-
petit hoc iudicium.item,& vtilis datur his qui rem à non domino bonæfide emerunt.vt.ff.de pu
bli.l.i.& hæc actio (vt dixi) datur contra ſingularem ſucceſſorem:& in ea venit adiudicatio , vel
diuiſio ſecundum quòd commodius fieri poteſt , & poſt litis conteſtationem impedit alienatio-
nem fieri.vt in l.i.C.communi diuidun. & notabis ibi ſecundum Paul. de Caſt. quòd ſi habeo
rem communem tecum pro in diuiſo poteſt alienare partem tuam me irrequiſito:licet ſim frater
tuus:ſtatuta verò laicorum inducunt contrarium, de quo notatur pe Cinum in l.pe. C.commu.
diui.& in addit Specul.de emptio.& vendi.§.nunc videndum,& in d.l.i. notat Paul.de Caſt. qd
iudicium diuiſorium debet intentari contra nouum dominum qui rem tenet & poſsidet : quia
cum illo qui habet rem communem,non cum veteri domino qui ſuam partem alienauit:hoc eſt
verum ſi antiquus ſocius vendidit,& tradidit & ſic tranſtulit dominium.ſed ſi vendidit, & non
traſtulit dominium poſſum intentare iudicium diuiſorium contra eum:quia cum ipſo habeo rẽ
communem,& diuiſio quæ cum eo fiet periodicabit emptori , vt teneatur eam ſeruare, etiam ſi
non fuerit ad hoc citatus , vt eſt caſus notabilis in l.Iulianus.§.idem celſus.ff. de actioni.empti.

& notabis

& notabis ſecundum glo. in d.l.i. quod debet æſtimari tota res: non autem pars quælibet de per ſe: quia maior fiet æſtimatio de vtraque parte ſimul iuncta, quàm de quolibet de per ſe. Secondo collige ex iſta parte concluſionem libelli in iudicio diuiſorio: quia debet quis petere fundũ certis regionibus diuidi: vel ſi commodè diuidi non poteſt alteri adiudicari ſoluta parte precii ſecundum Bart. & de hoc per docto. & text. in l. ad officium. C. communi diuidun. & debet dicere etiam in libello: ſe habere rem communem cum tali, & ſibi non placet, nec expedit amplius eſſe in communione: & concluſio fiet vt dixi: ſed aduerte, & nota ſingulariter ex. d.l. ad officium. in fine, quòd ſi habeo rem communem tecum quæ non poteſt commodè diuidi: & ſic eſt adiudicanda alteri noſtrum: ſi illa res ponitur ad in quantum: & ego offero c. nec reperitur qui plus offerat in licitatione, res tamen valet plus, & hoc poteſt probari. tu autem eſt pauper, & non poteſt probare illud quod valet: vt des mihi partem illius, admittitur tertius, duobus concorrentibus: quod ego non offeram condignum precium, & quòd ſocius eſt impotens ad illud offerendum: ſed ſi ſocius offert iuſtum precium ſecundum communem ſtimationem, licet alius ſit impotens ad offerendum, non admittitur tertius: quia hoc poſſet fieri malicioſæ: & eodem modo ſi ſocius eſt potens ad offerendum non admittitur tertius. omnia iſta ſunt de mente doctorum, & Pauli in d.l. ad officium: ſed per iudicium diuiſorium non eſt lis litigioſa niſi poſt litem conteſtatam. & hoc ideo: quia in eo principaliter non tractator de dominio: ſed ſolum de diuidendo: vt nota in d.l.i. ſed ſi ageretur rei vẽdicatione, per ſolam citationem res efficitur litigioſa, dummodo citatio perueniat ad citatum. vt. C. de litigio. l.ii. & in auctẽn. ibi poſita: & incitatione exprimatur cauſa. vt in clemen.i. vt lite penden. per quam illa auctenti. declaratur: ſed per alienationem factam in potentio rem an alienans teneatur ad intereſſe, & an inſpiciatur an ſit lis conteſtata. vt per Pau. & docto. in d.l.i. & an poſt litem conteſtatam poterit ſocius pignorare partem ſuam. ibi videbis. ſed frater nõ poteſt obligare portionem fratris, & creditor qui reperitur in poſſeſsione rei communis poteſt prouocari ad diuiſionem: & procedetur per licitationem vel diuiſionem prout dictauerit æquitas iudicantis ſecundum Bal. in l.ii. C. communi diuidun. & iſta lex differt à prima. quia ibi dedit: hic obligauit & tradidit, item ibi vendidit partem ſuam tantum, & ſic non retractauit venditio: hic obligauit totam rem, & ſic etiam partem ſocii. vnde retractatur pro illa parte: quatenus de facto proceſsit. item ibi emptor non negabat alterum habere partem: hic negabat. & ibi not. Pau. de Caſt. quòd peruerſio ordinis de vno iudicio ad alium non reddit proceſſum nullum ſacit. l.i. C. de appella. ſed peruerſio ordinis in eo. iudicio benè redderet proceſſum nullum. vt in l. prolatam. C. de ſententiis, & dicit Bar. in d.l.ii. & ſequitur Pau. de Caſt. quòd ſi ago contra fideiuſſorem vel pignorum poſſeſſorem non excuſſo principali debitore, quod fieri non debet, vt in auct. de fideiuſſo. §. ſed neque, ſi non fuit oppoſita exceptio: proceſſus non eſt nullus: tamen ſi volo obtinere ſententiam, debeo facere fieri excuſsionem in hoc iudicio tene menti: nota ergo ex. d.l.ii. quòd quando vnus de ſociis poſsidet totam rem communem: & negat alterum eſſe ſocium agendum eſt prius petitorio, & declarandum eſt ipſum fore ſocium non expediret per prius ventilari iudicium petitorium: quia præſumerentur ambo domini ſeu ſocii: ſicut ambo poſsident. vt l.i. cum ibi notatis. ff. familiæ erciſcun. idem ſi vnus poſsideret & non negaret alterum fore ſocium. Pau. ibi diuiſio debet fieri officio iudicis, vt inſti. de officio iudi. §. familiæ. conſuetudo: tamen eſt quòd vnus de habentibus bona communia ſi non negatur communio, diuidat et alter capiat partem ſi in hoc conueniunt: bona eſt iſta conſuetudo probatur etiam per. l. de metalariis. l. in. l. xii. ſi non conueniant iudex habet ſe interponere, & in iungere alteri eorum, vt ſibi videbitur, q̃ partem faciat, & alter capiat. argum. in l. in copulandis. C. de nup. Alii dicunt dicit Paul. de Caſt. quòd ſi ſunt duo fratres maior habeat diuidere, & minor habeat capere. Bar. in l.i. de his qui ſe deferunt, & l.ii. quando & qui. quarta pars debeatur, quòd hoc non reperitur iure cautum, & ſi nõ probaretur conſuetudo & non recordarent in hoc eſſet recurrendum ad officium iudicis, & diuiſio facta inter fratres debet haberi rata niſi beneficio reſtitutionis reſcindatur; ſed nõ diuiſa debẽt diuidi. & in hoc iudicio habetur ratio culpæ, & fructuum ſcd̃m Bar. in l. ſi maior. C. communi diuid. & notabis ex. d.l. ſcd̃m Pau. quòd iſtud iudicium communi diuidundo ſit ſemel intentatum pro vna re poteſt poſtea intentari pro alia re: non ſic in iudicio fami. erciſcũ. quòd eſt vniuerſale, quia ſi ſemel fuerit intentatum: licet non omnes res fuerint diuiſæ pro illis; tamen amplius non intentatur, vt plenè notatur in l.i. C. familiæ erciſcun. vbi dicitur; ſi quid hæreditariũ non eſt diuiſum datur hæc actio vt illud diuidatur. intellige, quando alia bona erant diuiſa extra iudicium, & remanſerat vnum predium diuidendum, ſed ſi fuiſſet facta diuiſio in iudicio pro diuiſione predii quòd remanſit in diuiſum; non daretur actio fami. erciſcun. ſed communi diuidundo. ff. fami. erciſ. l. ſi filia. §. fami. erciſ. Et quando diuiſio non poteſt probari per inſtrumentum, nec per teſtes ſed poteſt probari quòd per longum tempus illi qui habebant bona cõmunia poſſederũt ea pro diuiſo, an ex hoc præſumatur & probetur diuiſio. vide glo. & doct. in d.l. ſi maior. C. commu. diui. ſed in communionem, vel ſocietatem nemo compellitur inuitus detineri. vt in l. fi. C. commu. diui. ſed dicit ibi glo. hoc fallit ratione perſonæ, vt qui minor; vel maritus, vel eccleſia,

ſia:qui iſti non poſſunt pronocare ſed pronocari.vt ff de conditio.furtiua.itaque glo.ponit caſus in quibus quis compellitur perſeuerare incommunione:& dicit ibi Bal.quòd in quantum loquitur de minore quòd non poſsit prouocare ad diuiſionem procedit niſi ex iuſta cauſa, vt ſi habebat ſocium rixoſum,cum quo expediebat potius diuidere quàm in communione eſſe.facit.ff.pro ſocio.l.ſi conuenerit.item in quantum glo.loquitur de eccleſia: procedit quádo eccleſia haberet rem communem cum priuato:quia priuatus poteſt eam prouocare : ſed ſi haberet rem communem cum alia eccleſia,ne perpetuo habeant perſiſtere in communione, quælibet earum poteſt alteram prouocare argu.eius quòd habetur: in l.niſi finita. de tutelis & ratio.diſtra. & de hoc vide tractatum Bertachini,in volumine tractatum,in tractatu de epiſcopo.fol.58.& inuenies in volumine iiii.fol.14. ſed fiſcus poteſt alienare rem communem cum fratre delinquen. etiam ſocio inuito.tex.in l.ii.& ibi Bart. de communium rerum alienatione.C.& vna de venditione rerum fiſcalium priuato communium.lib.x.vbi dicitur,ratione partis fiſcus poteſt vendere totum. & vi. Bal.in l.i.C.de hæredi.vel actio.vendi. & vi.Felinum.in c.quæ in eccleſiarum de conſtitutioni.et vi.in libro meo de adminiſtratione, iuſtitiæ, in regula de iure fiſci.alius caſus dictæ legis contractus eſt,locationis & conductionis, qui contractus gratia vtriuſque celebratur. ideo venit leuis culpa vt in d.l.& l.qui iudicio.C.locati.& inſtituta de locatione.§ penul.ſed fallit in re quæ faciliter frangitur,quia tunc etiam venit leuiſsima culpa.l.ſi merces.§.qui columnam.ff.locati. & in d.§.penul.ſecundum decium hic,& per Chriſtophorum porcium in d.§.penul.ſed tu vide Ang. Areti.in d.§.pe.dicens,illo caſu conductorem teneri tantum de leui culpa:quia non vt artifici data fuere:& iſta opinio eſt magis amica legibus,conformatur cum regula d.l.contractus:probatur quæ in euitabiliter per d.§.qui pro vſu:inſtituta loca.dum vſum veſtimentorum.quæ de facili vaſtantur & quonquinantur cum vſu.& de hoc videbis in d.l.Cagnolum & Decium. Et de contractu locationis,& conductionis,videbis ritu.de locatione, & conductione.C.& inſti.& videbis ea quæ ſcripſi in libro meo de adminiſtratione iuſtitiæ.in.p.p.In regula de locatione, & conductione. Et an emphiteota qui rem deteriorem fecit:culpa lata aut leui.vide Deciũ in d.l. contractus,& eundem Decium.in l.qui rem.C.de ſacroſanctis eccleſiis.dices prædicta procedere,vbi agitur de culpa in non faciendo ſicque de negligentia: ſecus in culpa conſiſtente in faciendo: vt quando emphiteota rem deteriorem feciſſet:quia illa eſt maior culpa.iuxta.glo.in l.ſi mora.ff.ſolu. matri. vnde culpa leuiſsima in faciendo æquiparatur leui in omittendo, vt iam dixi. & tenet Bar.in l.quod nerua.ff.depoſiti.& de iſta materia vide Iaſ.in l.i.ii.iii.C.de iure emphiteotico. vbi multa dixit per modum repetitionis de contractu emphiteotico: & aliqua ſumatim ego dixi in libro meo de adminiſtratione iuſtitiæ.in i.parte in regula de iure emphiteotico:quæ eſt regula finalis,in d.p.parte. Alius caſus legis contractus eſt dotis datio. cum enim dicit iuriſconſultus.in l.ſi vt certo.§.nunc viden.ff.commodati.vtriuſq; verſetur vtilitas idcirco maritus tenetur de dolo,& leui culpa ad idem tex.in l.etiam.§.licet.ff.ſolu.matrimo.& tex.notabilis in l.in rebus. ff. de iure doct.cum glo.volente teneri etiam de leuiſsima culpa.quando in rebus ſuis eſſet diligentiſsimus.& de hoc vide Cagnolum.in d.l contractus. & vi.in libro meo de adminiſtratione iuſtitiæ: in p.p.in regula:de dote & actio.dotali. Et vide de dote,& eius priuilegiis. Et tractatum Ioannis Campeſii in volumine tractatuum:in volumine i.fol.264.& vide tractatum,de dote dotatiſque mulieribus & earum priuilegiis Baldi nouelli,in volumine tractatum,in volumine quinto fo.19 Et vide tractatum de dotis exactione.& eius euictione:Ioannis Campeſii in tractatu de dote volumine i.tractatuum fol.300.& vide ſolennem repetitionem:doctoris palatios rubios.ſ.c. per veſtras,de donatio.inter virum & vxorem vbi omnia in materia doctioni reaſumpſit.

De continentia Sacerdotij,in quo error Lutheranorum,& incontinentiam eorum conuincitur. Cap. LXXXI.

DE continentia ſacerdotii ſcribere volui quia multum intereſt Chriſtianæ religioni, vt votum continentiæ ſit annexum ordini ſacro maxime in iſtis periculoſis temporibus: & in primis dicemus: quòd clerici orientales & occidentales in quibuſdam conueniunt & in quibuſdam differunt.Conueniunt autem in duobus,primo quia clerici in minoribus ordinibus conſtituti poſſunt licite contrahere:& vti contracto iam in orientali: quam in occidentali eccleſia,vt in c.ſi quis eorum.xxxii.diſt.Secundo conueniunt in hoc: quia in maioribus ordinibus cõſtituti.ſ.ſubdiaconatu:& diaconatu: & ſacerdotio: & epiſcopatu nec apud nos: nec apud orientales poſſunt contrahere, nec potuerũt à tpe apoſtolorũ,& ſi in tali gradu contrahũt de facto cõtrahũt & non eſt ibi matrimonium,vt in d.c. ſi quis eorum.xxxii. di. Eſt autem differentia inter orientales & occidentales, quoniam orientalis eccleſia non obtulit votum caſtitatis,occidentalis obtulit votum caſtitatis,ideo ſacerdotes diaconi aut ſubdiaconi eccleſiæ orientalis in matrimonio copulantur,ſed ſacerdotes aut diaconi aut ſubdiaconi eccleſiæ occidentalis non vt in c.aliter xxxi.diſt.

xxxi.diſt.& c.Nycena ſynodus.& in c.nullum.xxviii.diſt.vbi litera dicit, nullum facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi niſi qui ſe caſte virtutum promiſerit. quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. dixi promiſerit expreſſe vel tacite, & ſi non promittit expreſſe tacite videtur promittere, vt per glo. ibi. & docto.& ſi quæris quomodo eccleſia imponit alicui neceſſitatem continendi:cum continentia ſit res voti non præcepti, dico quòd eccleſia neminem cogit continere : ſed in ordine quem dat poteſt imponere legem quam vult,ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ, vt l. in traditionibus ff.de pactis & de hoc vide Cardina.Sancti Sixti.in c.i. xxvii. diſtinct. itaque notabis quòd ſtatutum de continentia clericorum fuit ab eccleſia conuenienter & rationabiliter factum, & tripliciter probatur. primo quia eccleſia potuit ſiue licuit. ſecundo quia decuit. tertio quia expediens fuit. Potuit enim eccleſia facere hoc dupliciter, tum propter autoritatem prælatorum, & maxime ſummi pontificis,tum propter conſenſum ſub dictorum:propter autoritatem namque potuit,quoniam ſi omnia ſacramenta autoritatem recipiat in diſpenſante aliquo modo maxime ſacramentum illud ordinis in cuius ſignum in ordinis datione loquitur,vt poteſtatem habens ille qui ordines confert,vnde & dicit:Accipe poteſtatem,&c. & ideo illud onus quod voluit ſummus Pontifex huic ordini ſiue ſacramento alligare potuit, ſed huic autoritati & poteſtati ſucceſſit in latinis voluntas obtemperandi: quia tale ſtatutum libenter ſuper ſe receperunt, & hæc duo fecerunt ſtatutum illud firmum. ſed quia græci non conſenſerunt itam nobile ſtatutum : vt vaſa ſua ſeruarent munda: ablatum eſt eis regnum:i.intelligentia ſcripturarum, & datum eſt genti facienti fructum eius. Sic ergo patet quod potuit. Nec ſolum licuit immo etiam decuit,& hoc propter duo, quoniam in acta carnali qui eſt vſus matrimonii vt plurimum eſt libido:& in cohabitatione vt plurimum eſt ſolicitudo & libido ſiue carnalis delectatio reddit fetidum & immundum:& ſolicitudo reddit diuiſum. Et quoniam clericum in ſacris ordinibus conſtitutum decet eſſe mundum:cum ferat vaſa domini.iuxta illud Eſa.lii. Mundamini qui fertis vaſa domini,decet etiam eſſe ſolicitum & attentum : vt ſolicite & diligenter ſeruiat domino : & ſtudeat quomodo placeat Chriſto, ideo decens fuit eos ab vxoribus ſeparari, vt per omnia fierent idonei cultores & miniſtri altaris. Si enim illi qui comedebant panes propoſitionis vaſa munda habere debebant, vt primo Reg.cap.vigeſimo primo,quanto magis iſti qui agno immaculato aſſiſtant: & diſpenſant,& ſumunt,omni puritate & ſanctitate debent fulgere, & vaſa ſua cuſtodire in ſanctificatione & honore:non in deſiderii paſſione,vt loquitur Apoſto.i.ad Corinth. cap. iiii. Certe hoc non tantum decens:ſed etiam decentiſsimum iudicabit omnis anima: quæ eſt templum ſpiritus ſancti,& non tantum decuit:ſed etiam expediens fuit:& etiam propter duo, Primo propter vitandum irregularitatis periculum. Secundo propter vitandum latrocinium. propter vitandum quidem periculum,quia ſimiliter quæ eſt vxor alicuius ſi cognoſcat alium virum, & iſte vir coniux eius poſtea cognoſcat eam , iam irregularis eſt. Et idem ſi vxor ſacerdotis græci fornicetur iam amplius nec cum ea nec cum alia poteſt rem habere,& quia difficile eſt abſtinere:frequenter in irregularitatem inciderent & cum periculo miniſtrarent ſi vxores haberent. Secundo verò propter vitandum latrocinium.Si enim epiſcopi & archiepiſcopi nunc filios haberent omnia bona eccleſiaſtica furarentur & diriperent,ita quòd pauperibus pauca aut nulla remanerent. Cum enim modo congregent & ditent nepotes:quid facerent ſi haberent filios legitimos , vnuſquiſque attendat quantum eſſet periculum.ideo prouidit ſpiritus ſanctus hoc offendiculum auferre. & dei conſilio hoc ſtatutum fuit in eccleſia ſancta dei:vt clerici ad ſacros ordines venientes nullo modo matrimonio poſſent vti.itaque mundicia caſtitatis miniſtri eccleſiæ debent eſſe ornati, & cauſa conſtitutionis huius quòd continentia ſeruetur in ſacro ordine mundicia fuit ſacerdotalis,& reuerentia ſacramentorum,vt in c.cauſa.diſtinct.xxxi.vbi aſſignat gratianus, cauſam per ſex capitula ſequentia , quare continentia in dicta ſit in ſacro ordine , ſi ergo iuxta apoſtolum ipſis laicis abſtinendum eſt propter expeditiorem orationis effectum : multo fortius ceſſandum eſt clericis in ſacris ordinibus conſtitutis,& de hoc vide Apoſtolum, in epiſtola i. ad Corinthios c.vii.& ibi vide doctor.& glo. ordinariam . itaque munditia caſtitatis multum decet miniſtros eccleſiæ eſſe ornatus,vnde apud gentiles ſacerdotes hanc ſummo ſtudio ſeruabant. Nam ait Plato thimei,libro primo apud Athenienſes,ſacerdotes ſeparatim à cætero populo cõnumerabant: ne aliqua prophana contagione eorum caſtitas pollueretur. Et Seneca , in libro declama. c.i.loquens de virginibus miniſtrantibus in ſacris gentilitatibus: quòd à ſacerdotio repellerentur captiuæ proſtitutæ & homicide nec poterant petere ſacerdotum , quia ſacerdos debet eſſe caſtus cum caſtis:& purus cum puris, vnde inquit indignum te ſacerdotio dicerem ſi tranſires per lupanar.& de hoc Hieronymus contra Iouinianum inquit,ſtoicus vir eloquentiſſimus de vita antiquorum ſacerdotum narrans ait,quod omnibus poſpoſitis negotiis ſemper in templo fuerunt & rerum naturas cauſaſque: ac ſyderum rationes contemplati ſunt: & nunquam cognatos: liberos,propinquos quidem viderunt ex eo tempore,quo cepiſſent diuino cultui deſeruire, à carnibus & vino ſemper abſtinentes. recitat etiam Hieronymus verba Ioſephi,lib.ii.c.xviii.de phariſæis, & ſaduceis,& eſſeis,quorum nouiſſimos mirum effert præconiis:& vxoribus,& vino ſem-

per abſtinerent:& cottidianum ieiunium verterent in natnram, ſi ergo flamines gentiles ſiue ſacerdotes in ſuperſtitioſis cultibus ſuis & ritibus ſeruieores ſathane,ſic alaſciuiis ſe abſtinent:& a negotiis ſecularibus ſe ſubtrahnnt:& caſtitatē tanto rigore obſeruant: vt quietins & purins poſſint miniſtrare in ritibus ſuis:quales debent eſſe ſacerdotes dei altiſsimi:vt digne ſeruiant eis:quibus commiſsi ſunt:ſiue quibus commiſſus eſt populus dei redemptus ſanguine ſuo,vnde eis dicitur in figura.Exo.c.xii.renes veſtros accingetis:ſcilicet comeſturi agnum paſchalem, & Exo.c.xxix. in dues tunicis lineis : & cinges baltheo aaron & filios eius,& cauſæ multæ ſunt quare oportet miniſtros eccleſiæ eſſe pudicos:& mundos,vt notat Guillermns de petra alta , in ſua ſumma, prima eſt quia ipſi debent Deum placare,eccleſiaſti.xx.tempore iracundiæ ſacta eſt reconciliatio. Placare autem non poſſunt niſi placeāt:& placere non poſſunt ſi carnaliter viuant,Apoſt.ad Ro.c.viii.qui in carne ſunt placere non poſſunt. Secunda eſt quia ipſi ſunt loco dei,& ideo ipſi viuere debent vt Deus.ſ.ſpiritualiter non carnaliter: Deus autem ſpiritus ſanctns eſt.Apo.i. vide ſimilem filio hominis præcinctum ad mamillas zona aurea.i.continentia. Tertia cauſa eſt,quia Malachiæ.ii.dicitur de ſacerdote.angelus domini exercituū eſt, dicitur autem de ſacerdotibus.Exo.xix. ſacerdotes qui accedunt ad dominnm ſanctificentur ne percutiam eos. Qnarta cauſa : quia eorum officium eſt intendere ſpirituali generationi,qnæ ſancta & munda eſt.Ioan.i.dedit eis popoteſtatem filios dei fieri:qui non ex ſanguinibns. & c. & ideo non decet eos eſſe immundos & execrabiles. Quinta cauſa eſt : quia ipſi contractant ſancta , vnde decet eos eſſe ſanctos & mundos mente & carne , Leuitici c. xxi. in cenſum domini & panes dei ſui non hominum vel animalium offerunt & ideo ſancti erunt , & in eodem habetur , qui habuerit maculam non offerat panes domino deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius , macula vero turpiſsima & ſetidiſsima eſt luxuria,Salomon.in eccleſia.c.xlviii.& leuit.xxii.qui acceſſerit ad ea quæ ſanctificata ſunt:in quo eſt immundicia,peribit coram domino. Sexta eſt,quia oportet eos mundare alios. ideo oportet eos eſſe mundos, quia vt dicitur eccleſiaſ.c.xxxiiii. ab immundo quis mundabitur , vnde & Machabeorum.xxiiii.dictum eſt leuiti Sanctificamini & mundate domum domini:& Neemie.c.xii. dicitur mundati ſunt ſacerdotes & leuite:& mundauerunt populum.Septima cauſa eſt: quia ipſi ſunt miniſtri regis altiſsimi, vnde decet vt ipſi ſint dei proprii & toti.Et ideo nec etiam coniugati eſſe debent , ex quo vir poteſtatem ſui corporis non habet:ſed mulier , vt Apoſto. in epiſtola.i. ad Corinthios.c.vii.& notabis , quòd cauſa inſtitutionis continentiæ ſacri ordinis eſt:quia debent aſsiſtere altaribus ſiue ad placandum Deum: ſiue ad offerendum ſacratiſsimum ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti . Si enim qui aſsiſtere debeant altari in veteri lege ad offerendum panes materiales : ad offerenda ſacrificia animalium mortuorum iubebantur mundi eſſe. Exod.xix.ſacerdotes qui accedunt ad dominum ſanctificentur:ne percuriam eos.vt.ſ.dixi.quanto magis decet eſſe mundos eos qui aſsiſtere debent altari, in quo ipſemet ſaluator noſter Chriſtus Deus verus, & verus homo immolatur ideo in leuiti. c. xxi. vt dixi , qui habuerit maculam non offerat panes deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius . Et ſi diceret aliquis,cur ſacerdotibus veteris legis conceſſus eſt vſus vxorum & non ſacerdotibus noui teſtamenti,reſpondeo,illis ſacerdotibus veteris legis conceſſus fuit vſus vxorum,quia in ſucceſsione ſanguinis erat ſucceſsio officii ſacerdotalis,vnde ex alia tribu præterquā ex ſemine Aaron ad ſacerdotium nullis accedere permittebatur,hoc autem non eſt in ſacerdotio euangelico,quia nullus ſuccedit patri in beneficio eccleſiaſtico , vt in c. Moyſes.viii.q.i. & c. ſequenti. & priſcis temporibus anno vicis ſue de templo non diſcedebant ſacerdotes. ſicut de Zacharia legimus, nec domum ſuam omnino tangebant:quibus vtique vt dixi,propter ſobolis ſucceſsionem vxoris vſus fuerat relaxatus,vt in c. tenere.xxxi.diſt.& in c.eos.eadem diſtinct.xxxi.legitur,eos ad ſacrificia fas eſt admitti: qui vel etiam cum vxore non exercent carnale officium. itaque ſacramentum ordinis accipiens aſtringitur ad continentiam,etiam ſi expreſſe ore eam non promittit,vt dixi,vt in c.diaconus.xxvii.diſt. & in c.diaconi.xxviii.diſt.& in c.cum in præterito.lxxxiiii.diſt.& in c.nullum.xxviii.diſtinct.ait Gregorius Petro ſubdiacono.Nullum ſacere ſubdiacooum præſumant epiſcopi,niſi qui ſe caſte victurum promiſerit , & notabis quia in ſynodo nicena non eſt permiſſum clemente pannucius, quod ſacerdotes non conoſcerent carnaliter vxores ſuas:quas habuerunt ante ſacros ordines:ne eſſet occaſio fornicationis , licet ipſe pannucius eſſet nuptiarum inexpertus , & ibi notatur qund poſt ſacros ordioes receptos non poterant contrahere, & eſt bonum argumentum , quod nunquam à tempore Apoſtolorum licuit contrahere in ſacro ordine. argu. c. ſi quis eorom xxiii. diſtinct.& c.cum in præterito.lxxxiiii.diſtinct. vt iam dixi ſuperius.& ſi ſacerdos grecus ſe traſferat cum vxore ſua ad latinos:ibique moram faciens : ſit permittendus celebrare ſi velit vti vxore ſua.Archi.tenet quòd ſic.in c.quoniam.xxxi.diſtin. qnia nunquam promiſit continentiam tacite:vel occulte.de hac queſtione,vide Hoſti.& Ioannem Andream.in c.tamen,de tempo.ordinan. & notabis quod in orientali eccleſiam clerici matrimonio vtuntur in ſacris conſtitnti [illegible] occidentali eccleſiam,vt diximus, & eſt text.in capi.aliter. trigeſima prima diſtinctione, [illegible] cus coniugatus poſſit habere beneficium eccleſiaſticum. vide doctor. in titulo, de clericis [illegible]

ſugatis, & vide Hoſtienſ. in ſua ſumma. eodem titulo, & ibi Gofredum, in ſua ſumma, & vide Cardinal. Sancti Sixti in c. ſi qui. xxxii. diſtinctio. & fideles audientes miſſam ſiue diuina officia concubinariorum notoriorum peccant mortaliter, vt notanter per Cardinal. Sancti Sixti. in cap. nullus. xxxii. diſtin. & ibi dicit, quòd non excuſantur eo quòd ſuſtinentur a prælatis. nec excuſantur, niſi ignorantes iura: & de notorio fornicatore, non poterunt eius beneficia alteri conferri niſi priuetur, & de concubinario notorio, vide Innocen. in c. ſicut. de cohabita. cle. & mulierum & clericus notorie concubinarius viuens, & clericus notorius fornicator celebrans incurrit irregularitatem, & ſimoniacus etiam bene fiunt irregulares ſi celebrant, ita Cardin. Sancti Sixti. in c. præter hoc. diſt. xxxii. & ibi dicunt doct. in. §. rerum principia. ab hæreticis, ſciſmaticis, & excommunicatis non ſunt à fidelibus ſacramenta ſuſcipienda niſi baptiſmus factũ in articulo mortis, vel neceſsitatis. alia concluſio notatur ibi etiam per doc. grauiter peccat qui ab hæreticis ſciſmaticis, aut excommunicatis ſacramenta preter baptiſmum in articulo neceſsitatis ſcienter ſuſcipit, ſiue ſint occulti ſiue manifeſti & de hoc videbis etiam ſanctum Tho. in iii. par. ſed ſi quis credens aliquem eſſe catholicum qui eſſet hæreticus & ab eo ſuſciperet rite ſacramenta non peccaret: ſed etiam reciperet gratiam. proſequendo materiam inchoatam oſtendemus qualiter debeãt puniri omnes qui in ſacris recipiunt vxores vel retinent concubinas, & dico qđ debẽt a clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti, & hoc probat tex. per octo autoritates in c. ſi quis. 32. diſt. & notabis vt ſuperius dixi, quòd græcis nunquã licuit poſt ſuſceptum ſacrum ordinẽ: matrimoniũ contrahere, & de hoc vi. glo. & doc. in d. c. ſi quis. circa iſtum articulũ vltra prædicta eſt ſciendum, qđ ordinum quidam ſunt ſacri, quidã vero non ſacri. ſacri ſunt quorũ actus ordinant ad ſacramentũ altaris in conficiendũ ipſum vel pręparando materiã vt ſubdiaconi: vel offerendo eam ſacerdoti vt diaconi, vel in cõſecrãdo ipſum vt ſacerdos. Et dicũtur ſacri: quia ordinati in eis ſunt, quorũ actus aut habent ſacra tangere: non ſacri autem ſunt quorum actus ordinantur ad diſponendũ populũ vel remouendo: malum hominẽ, vt oſtiarius: vel malũ demonem, vt exorciſta: vel diſponẽdo ad bonũ fine ſecundũ intellectũ vt lector, ſiue ſecũdũ affectũ vt acolyti. & dicũtur nõ ſacri, quia promoti in eis non habent tangere ſacra. Circa ſecundũ articulum ſit iſta concluſio ex mente canoniſtarum, iuxta S. Tho. in iiii. diſt. xxxvii. ordo ſacer ex ſui ratione habet quandã congruentiam quòd matrimonium impedire debeat, ſiue vt dicit durandus diſpoſitiue habet impedire matrimonium contrahendum & dirimere contractum. Iſta concluſio probatur ſic. Miniſter debeat congruere miniſterio ad quod ordinatur, ſi contraherent, ergo conſtituti in ſacris non debent contrahere, minor declaratur: quia clerici in ſacris ſunt miniſtri Dei quo ad confectionem & diſpenſationem miniſteriorum Dei ſiue rerum eccleſiaſticarum. Ad miniſterium aũt diuinum digne exequendum duo ſunt neceſſaria, vnum ex parte corporis, ſcilicet puritas actionis vt poſſint diuina munde tractare: & ex parte animæ libertas contemplationis: vt poſsint ſpiritualibus intendere, vtrunque autem eorum impedit matrimonium. Tollit enim puritatem quia maculat corpus: & contemplationem animæ: quia occupat illam circa negotia ſecularia: propter quod tollit idoneitatem ad diuinum miniſterium. ſimiliter ad miniſterium eccleſiarum ſunt duo neceſſaria: ſcilicet diligentia in adminiſtrando: & cautela in obſeruãdo. Matrimonium autem impedit diligentiam: quia occupatus extra propria minus curat, & minus diligens eſt circa communia, & in priuatos vſus vxoris, & filiorum frequenter bona pauperum expenderet. & ideo congruit qđ promoti in ſacris non poſsint matrimonium contrahere, & ſic patet quòd ſacer ordo ex ſui ratione habet congruentiam impediendi matrimonium: & ita diſpenſationem impediat contrahendũ, & dirimat contractum. Secunda concluſio eſt, quòd ſacer ordo ex ſtatuto eccleſiæ habet completiue quod actu impediat matrimonium. iſta concluſio patet, quoniam præfatam congruentiã cognoſcens eccleſia ſpiritu ſancto docta fecit clericos in ſacris conſtitutos perſonas illegitimas ad matrimonia contrahenda: & ſi defacto contrahunt dirimi debent tanquã nulla, vt habetur, extra qui clerici vel vouentes. c. ex literarum. & in c. placuit. xxxii. diſt. concordat Albertus magnus his duabus concluſionibus. in 4. diſt. xxxvii. & videbis de hoc Cardina. S. Sixti. in c. placuit. xxxii. diſ.

De correctione fraterna. Cap. LXXXII.

CONſiderandum eſt quòd correctio fraterna ponitur actus charitatis mediante miſericordia: quia eſt ſpecies eleemoſyne, quia corripere delinquentem eſt quædam eleemoſyna ſpiritualis, & correctio delinquentis eſt quoddam remedium quòd dicitur adhiberi contra peccatum alicuius, & eſt duplex correctio delinquentis. Vna quidem quæ adhibet remediũ peccato: inquantum eſt quoddã malũ ipſius peccantis: & iſta eſt proprie fraterna correctio quæ ordinatur ad emendationẽ delinquentis, vnde correctio fraterna eſt actus charitatis vt dixi. Alia vero correctio eſt quæ adhibet remediũ peccati delinquẽtis ſcdm qđ eſt in malũ aliorũ & præcipue in nocumentũ cõmunis boni. & talis correctio eſt actus iuſtitiæ: cuius eſt cõſeruare rectitudinẽ iuſtitiæ vnius ad alterũ. ſed correctio fraterna cadit ſub præcepto. ideo Aug. dicit in lib. de verbis dñi. ſi neglegeris corrigere: peior eo factus es qui peccauit. ſed nota pro timoratis cõſcientiis, quòd quando correctio fraterna omittitur, vel propter defectũ ſpei, quia non ſperat illum ſe

emendaturum,vel quia timet ne illum offendat:vel quia timet ne reputetur præſumptuoſus:vel propter ignorantiam:quia non credit ſe in tali caſu obligari, & quacunque alia cauſa omittatur ſi hoc ſaluatur in præparatione animi.ſ.φ ſi crederet probabiliter quòd illum à mortali peccato retraheret,omnia poſt poneret charitati fraternæ,non eſt peccatum mortale.& ratio eſt:quia in tali omiſsione non tollitur ratio finis. Saluatur.n.intentio emendationis fratris,quam intendit charitas:& defectus contingit in aliis circunſtantiis,puta conſideratione tem poris,medii, occurſus,vel debiti,& huiuſmodi.itaq; correctio fraterna ordinatur ad fratris emendationem, & ideo hoc modo cadit ſub præcepto,ſecundum quòd eſt neceſſaria ad iſtum finem:non autem ita,quòd quolibet loco vel tépore frater delinquens corrigatur.ſed prætermittitur fraterna correctio cũ peccato mortali,quando aliquis præſumit de aliquo delinquente probabiliter qd poſſet eũ à peccato retrahere & tamen propter timorem vel cupiditatem prætermittit. ſed omiſsio correctionis eſt peccatum veniale,quando timor & cupiditas terdiorem faciunt hominem ad corrigendũ delicta fratris,Non tamen ita quòd ſi ei conſtaret quòd fratrem poſſet à peccato retrahere vt dixi propter timorem vel cupiditatem dimitteret.& hoc modo quandoq; viri ſancti negligunt corrigere delinquentes.ideo dicit Auguſt.in primo,de ciuitate dei. Si propterea quiſque obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit:quia oportunum tempus inquirit,vel ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur,non videtur eſſe cupiditatis occaſio ſed conſilium charitatis.itaque hæc admonitio fraterna poteſt omitti quandoq; meritorie:quandoq; cum peccato mortali:quandoque cum peccato veniali,meritorie omittitur quando quis deſiſtit à denuntiando quia timet ne denunciatus fiat deterior vt dixi,ſed cum peccato mortali omittitur quando probabiliter præſumit quòd ad eius monitionem corrigetur, & tamen propter timorem vel trepiditatem omittatur.c.ſi quis diaconus.l.diſt.c.ſi papa.xl.diſt.cum peccato veniali omittitur quando efficitur tardior ad corrigendum propter timorem vel trepiditatem. Non tamen omitteret ſi conſtaret ei φ omnino corrigeretur ex denuntiatione ſua,& hoc modo vt diximus nonnunquam viri ſancti omittunt corrigere delinquentes.c.plerunq; ii.q.vii.& hoc procedit in non prælato, & ſubditi ſecreto & pacifice poſſunt ſuos prælatos redarguere non autem palam,niſi peccaſſent in publico, & hoc probat tex.in d.c.plerunq; per quatuor exempla,& per decem autoritates ſanctorum patrum,in prælato dicunt eſſe peccatum ſi omittit corrigere vbi poteſt ſine ſcandalo, vt per docto. in c.nouit.de iudiciis,& in iſta materia videbis tex.& glo.in c.ſi peccauerit.ii.q.i.& ibi docto. & vide.ſ.in c.xi. vbi dixi de viſitatione epiſcopi dixi multa. Sed nota quòd tam prælati,& ſacerdotes,quam reliqui fideles omnes ſummam debent habere curam de his qui pereunt:quatenus eorum redargatione aut corrigantur à peccatis:aut ſi incorrigibiles appareant:ab eccleſia ſeparentur,vt eſt tex.beati Anacleti.in c.tam ſacerdotes.xxiiii.q.iii.& ibi vide docto.ſed duplex eſt correctio.vt dixi.ſ.vna quidem quæ eſt actus charitatis quæ ſpecialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per ſimplicem admonitionem, & talis correctio pertinet ad quemlibet charitatem habentem;ſiue ſit ſubditus ſiue prælatus.Eſt autem alia correctio quæ eſt actus iuſtitiæ, per quam intenditur bonum commune quod non ſolum procuratur per admonitionem fratris : ſed etiam interdum per punitionem:vt alii à peccato timentes deſiſtãt. Et talis correctio pertinet ad ſolos prælatos:qui non ſolum habent admonere:ſed etiam corrigere puniendo. ſed in correctione fraterna quæ ad omnes pertinet:grauior eſt culpa prælatorum,vt per Aug.in primo de ciuitate Dei.ideo non intendebat Hiero.dicere quòd ad ſolos ſacerdotes pertineat præceptum de correctione fraterna,ſed quòd ad hos ſpecialiter pertinet,& de hoc.j.dicemus, Et in correctione fraterna debet ex neceſsitate præcepti admonitio ſecreta præcedere denunciationem,ita Aug. in libro de verbis domini expones illud,corripe ipſum inter te & ipſum ſolum.ſed circa publicam denunciationem peccatorum diſtinguendum eſt. Aut enim peccata ſunt publica, aut ſunt occulta, vt patebit infra.Si peccatum eſt publicum,talia peccata ſunt publice arguenda,quia vt ait Apoſto.i.ad Timo.c.5.peccantem coram omnibus argue:vt & cæteri timorem habeant.quod intelligitur de peccatis publicis,vt Auguſt.dicit in libro,de verbis domini. Si vero ſunt peccata occulta,ſic videtur habere locum quod dominus dicit.Si peccauerit in te frater tuus.Quando enim te offendit publice coram aliis:iam non ſolum in te peccat.ſed etiam in alios quos turbat,ſed quia etiam in occultis peccatis poteſt parari proximorum offenſa:ideo adhuc videtur diſtinguendum eſſe. Quædã enim peccata occulta ſunt quæ ſunt in nocumentum proximorũ vel corporale vel ſpirituale : puta ſi aliquis] occulte tractet quomodo ciuitas tradatur hoſtibus : vel ſi hæreticus priuatim homines à fide auertat. Et quia ille qui ſic occulte peccat : non ſolum in te peccat : ſed etiam in alios : oportet ſtatim procedere ad denunciationem vt huiuſmodi nocumentum impediatur. Niſi forte aliquis firmiter æſtimaret quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire. Quædam vero peccata ſunt quæ ſolum ſunt in malum peccantis: & eius in quem peccatur, vel quia à peccante ſolum leditur, vel ſaltem ex ſola notitia, & tunc ad hoc ſolum tendendum eſt, vt fratri peccanti ſubueniatur, vnde Hieronymus dicit, Corripiendus eſt ſeorſum frater. itaque patet quòd poteſt eſſe neceſsitate præcepti quòd ſecreta admonitio publicam denunciationem præcedat, ſed quando tractatur de periculo multitudinis,

dinis,non habet locum præceptum domini de ſecreta monitione, quia nõ peccat frater in te tantum. Antequam ad vlteriora procedamus, dico quòd quadruplex eſt ſpecies denunciationis in iure,alia euangelica,alia iudicialis,alia canonica,& alia regularis ,& quia denunciatio euangelica eſt materia noſtræ,quæro vnde procedat hæc denunciatio,an ab actu iuſtitiæ,an ab actu charitatis,&de hoc videbis Archi.doctiſsimum in c.ſi peccauerit.ii.q.i.vbi poſt multa concludit,quòd quatenus denunciatio euangelica ordinatur ad tollendum peccatum procedit ab actu charitatis, ſed quatenus ordinatur ad inſtruendum alios per exemplum procedit ab actu iuſtitiæ,vt in cap. præcipue.xi.q.iii.Item quæro an quilibet teneatur ad hanc denunciationem ex præcepto an ex conſilio,dic vt dixi.ſ.& Archi.doctiſsimus examinauit latius hanc q.in d.c.ſi peccauerit.& etiã concluſit,vt diximus,quòd eſt præcepti,per illam auctoritatem B.Augu.Si neglexeris corrigere peior eo qui deliquit factus es.non tamen ſi omittatur eſt ſemper peccatum.vt ſ.diximus.& vide tex.in c.error.lxxxiii.diſ.ſed Pan.poſt Inn.in c.nouit.de iud.dicit:ego ſatis crederem hanc denũciationem euãgelicam eſſe in præcepto indiſtincte,nec excuſare debet aliquem quòd credebat eũ effici deteriorem,conſidero.n.quòd hæc denũciatio fit propter duo,vt iſte peccator corrigatur, & vt cæteri metum habeant,probatur.xlv.diſt.c.ſed illud,& poſt multa dicit. Concludo ergo ꝙ cum verba euangelica clara,& generalia ſint,nec etiam ſi conſtaret quòd efficeretur deterior denunciatus ceſſat effectus omnis denunciationis,& ſic ſemper remanet ſub præcepto . cætera videbis per Panor.in d.c.nouit.& ibi videbis,additionatorem Abbatis.Circa iſtam denuntiationem euangelicam quæritur quare ſic dicatur,dicitur ſic à cauſa efficienti,ſeu originali,quia ab euãgelio inuenta,vt legitur Matth.xviii. Si autem peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te,& ipſum ſolum,ſi te audierit,lucratus eris fratrem tuum,ſi autem te non audierit,adhibe tecũ adhuc vnum,vel duos,vt in ore duorum,vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos,dic eccleſiæ.Si autem eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus , & publicanus. debemus.n.amando corripere:non nocendi auiditate:ſed ſtudio corrigendi,ſi neglexeris , peior eo factus es.vt dixi ſ.longe autem grauiorem habent cauſam eccleſiarum præpoſiti qui in eccleſiis conſtituti ſunt,vt non parcant obiurgando peccata . Sciendum tamen quòd ſi peccauerit in vos frater veſter,& in qualibet cauſa vos leſerit,dimittendi habetis poteſtatem,imo neceſsitatẽ,quia præcipitur,vt debitoribus noſtris debita dimittamus,propter quod dominus dicit. Si peccauerit in te frater tuus,&c.Si autem in Deum quis peccauerit,non eſt noſtri arbitrii . Apoſt.autem dicit.peccantem coram omnibus argue,vt & cæteri timorem habeant. Aliquando ergo ſcias corripiendum eſſe fratrem ſolum,aliquando coram hominibus,quando ſecretum fuit quando in te peccauit ſecretum corrige quæ peccauit,quia ſi uis coram omnibus arguere,nõ es corrector, ſed proditor.Sed ſi multis audientibus tibi fecit iniuriam,& in illos peccauit quos teſtes ſuæ iniquitatis effecit,ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus,que peccantur coram omnibus.Si autem te non audierit,adhibe tecum vnum,vel duos,& ſi non audierit multis dicendum eſt,quod ſi nõ audierit,dic eccleſiæ.i.his qui eccleſiæ præſident,vel dic toti eccleſiæ,vt maiorem erubeſcentiam patiatur.poſt hæc omnia ſequatur excommunicatio, quæ fieri debet per os eccleſiæ.i.per ſacerdotem,ſi autem eccleſiam non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus,& publicanus.& ipſos ethnicos.i.gentiles,& paganos in numero quidem fratruum non deputamus,ſed eorum ſalutem ſemper inquirimus,ita S.Tho.in cathena aurea Matth.xviii.publicani.n.vocantur qui ſeculi ſectantur lucra , & exigunt vectigalia.Sed notabis quinq; requiſita in denunciatione euangelica,primum vt frater tuus peccet in te,& dicitur peccare in te.i.te ſciente,& dicitur frater quilibet chriſtianus.c. ad mẽſam.xi.q.iii.& de multiplici fraternitate,vide Io.and.in c.Ioannes.de regula,& dicuntur chriſtiani fratres qui vnum recognoſcunt patrem,per ſacramentum baptiſmatis,vt in d. ca.ad menſam. & etiam infideli poteſt denunciari ſi peccat contra legem naturæ,vel contra legem eorum in moralibus,nam in iſtis caſibus papa habet iuriſdictionem in eos.vt not.Inno.in c.quod ſuper de voto.& dixi in iſto Spec.c.xxxi.& dicunt quòd appellatione proximi veniunt iudei,& ſaracini,& alii infideles ſecundum requiſitum eſt vt fiat ſecreta monitio,vt dixi ſ. Tertio requiritur ſi nõ adimplet,vt adhibeatur vnus,vel duo teſtes corã quibus fiet dicta monitio,vt dixi , Quarto exigitur,vt fiat denunciatio eccleſiæ.i.prælato ſuo,vt dixi.Quinto vt coram prælato probet denuntians peccatum illius,& ſe obſeruaſſe formam in denuntiando,& notabis,quòd nulla dignitas ſecularis ſimilis eſt ſacerdotio,ideo imperator eſt ſubditus ſuo epiſcopo , & ſuo presbytero parochiali,vt per doct.in d.c.nouit,de iudi.& conclude,quòd aut peccatum eſt occultum, ſed non omnino,quia probari poteſt,& tunc ſecundum omnes habet locum denunciatio. Si vero ſit omnino occultum,quia nemo ſcit præter denuntiantem,& tunc directa denunciatio habere locũ non poteſt,non.n.poteſt conuinci,& ſic non poteſt haberi pro ethnico,& publicano, ſed debet facere ſecretam admonitionem ille qui ſcit quantum in ſe eſt,debet.n.denunciare illi, forte.n.lucrabitur fratrem ſuum,quod eſt de mente euangelica,ſicut.n.volentem ſe præcipitare debes ſi poteſt prohibere:licet ſolus ſit c.ipſa pietas.& c.diſplicet.xxiii.q.iiii.ita & fortius debes obuiare peccatori licet ſolus ſcias.arg.optimum in c.ſi ſacerdos.de offi.ord.& ſi te non audierit dic prælato , vt pro eo oret, & cum in quantum in ſe eſt inducat ſecrete ad pœnitentiam , hæc enim poſſunt prodeſſe,

deſſe,& non obeſſe optime facit tex.in c.hoc videtur.xxii.q.v. non enim quòd dicatur ei tanquã
eccleſiæ.i.ſicut in loco iudicis reſideoti,& hoc quando ſolus ſcis peccatum fratris.vt dixi.& ideo
quando prælatus præcipit,vt ſibi dicatur quod quis ſcioerit corrigendum,intelligẽdum eſt præ
ceptum ſaoe,ſaluo ordine fraterne correctioois,ſiue præceptum fiat communiter ad omnes,ſiue
ad aliquem ſpecialiter. Sed ſi prælatus præciperet contra huoc ordinem à domino inſtitutum,&
ipſe peccaret præcipiens,& ei obediens quaſi contra præceptum domini agens, vnde nõ eſſet ei
obediendur. ,quia prælatus non iudex eſt iudiciorũ occultorum,ſed ſolus deus. vode non habet
poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis,niſi inquantum per aliqua indicia maniſeſtantur,
puta per infamiam,vel per aliquos ſuſpitiooes,ita S.Tho.in.ii.ii.in q.33.ad ſeptimom ad ſi.Sed in
materia correctionis adoerte,Nam dicit Auguſt.in regula, quòd peccatum fratris non debet oc-
cultari ne putreſcat in corde.Et ideo dicit B.Tho.poſt admonitionem ſecretam ſemel vel pluries
factam,quandiu ſpes probabiliter habetur de correctione, per ſecretã admonitionem proceden-
dom eſt,Ex quo autem probabiliter iam cognoſcere poſſumus quòd ſecreta admooitio non va-
let: procedendum eſt vlterios quantuncunque ſit peccatum occultum ad teſtiũ productionem.
Niſi forte probabiliter eſtimaretur,qnòd hoc ad emendationem fratris non proficeret,ſed exin-
de deterior redderetur,quia propter hoc eſt totaliter à correctione ceſſandum, & hoc dico ſecun
dum doctiſsimum Caietanum,ſi peccatum eſt tale quod ſibi ſoli noceat,Secus enim eſſet ſi pecca
tum eſſet in nocumentum aliorum,vel periculum, quooiam tunc non ipſius ſolius habenda eſt
ratio. Nec obſtat quòd peccatum iam non eſt occultum qooniam adhuc infra latitudinem occul
torum computatior,quando alios non ſcandalizet,oec nocet alicui alteri,quãois tribus,aut qua-
tuor tacentibus notum ſit. Et an ſubditus tenetur ſub hoc præcepto prælatum corrigere,vide do
cto.in c.nooit.de iud.& vide ea quæ ſuperius dixi.& vide S.Tho.in ii.ii.q.xxxiii.ad quartum,dicẽ
tem,correctio fraterna quæ eſt actus charitatis pertinet ad vnumquemq; reſpectu cuiuſlibet per
ſone ad quam charitatem debet habere,ſi in eo aliquid corrigibile inueniantur, & Augu.dicit in
regula. Non ſolum veſtri,ſed etiam ipſius.ſ.prælati miſeremini,qui inter vos quanto in loco ſupe
riori tanto in periculo,maiori verſatur,ſed quia actus virtuoſus debet eſſe moderatus,ideo incor
rectione qua ſubditi corrigunt prælatos debet modus congruus adhiberi, vt.ſ.non cum præter
uia,& duritia,ſed cum manſuetudine,& reuerentia corrigatur,vnde Apoſt.dicit,prima,ad Tim.
c.v.dicit,ſeniorem ne increpaueris,ſed obſecra,vt patrem. itaque io occulto admonere, & reue-
renter,hoc poteſt etiam ille,qui non eſt par,ſed quaodo imineret periculum fidei,etiam prælati
publice eſſent à ſobditis arguendi, vnde Paulus qui erat in iuriſdictione ſubditus Petro propter
imminens periculum ſcandali circa fidem Petrum poblice arguit,& ſicut gl.Aug.2.ad Gala. ipſe
Petrus exemplum maioribus præbuit,vt ſi forte rectum tramitem reliquiſſent: non dedignetur
etiam à ſubditis corrigi,& ad hoc tenentur ſpecialiter principes tam eccleſiæ,qoàm totius orbis
qoum ſcandalizatur eccleſia probabile,namque eſt,quòd verebitur, principes palam arguentes
quamuis ſubditorum ſalutem contemnat,ita Caietanus doctiſsimus in Comm.ſ.S.Tho.in ii.ii.
q.xxxiii.ſed vos videte tex.in c.principes.§.cognoſcat.xxiii.q.v.

Reſidentia ſanctiſsimorum epiſcoporum an ſit de iure diuino, Et reſidentia aliorum ſacerdotum an ſit de iure diuino. Cap. finale.

EPiſcopus autem eſt vere paſtor: Iuſta verbum domini ad Petrum,Io.vlti.Paſce oues meas.
ideo dico qđ epiſcopus ex præcepto diuini iuris tenetur ad reſidendum perſonaliter in ſuo
epiſcopatu,& conſtat quòd de neceſsitate præcepti diuini tenetur epiſcopus ad curam ani-
marum,ideo etiam de neceſsitate præcepti tenetur ad medium neceſſarium ad coram animarum,
vt eſt reſidentia perſonalis epiſcopi,& Petro dictum eſt,vt dixi;paſce oues meas, non paſcere fac
oues meas.itaque actus paſcendi eſt principalis actus epiſcopi. Iuxta verbum domini,vt dixi, &
nullum tempus, eſt exemptum in qno non oporteat epiſcopum eſſe paratom ad executionem a-
ctus paſtoralis,ſunt autem tria quæ huiuſmodi vinculo excuſant,neceſsitas impedimenti,quali-
tas negotii,& conditio perſonæ.ſ.qoando perſona talis eſt,vt melius,aut ſaltẽ eque bene paſcatur
eccleſia a tali perſona abſente,quàm paſceretur ab alio præſente,ob hanc quuq; rationem poſſet
vnus plures eccleſiam habere deficientibus aliis idoneis, & excuſaretur a Iugi reſidentia in vna
eccleſia,Ita Card.Caiet.in comm.ſ.ii.ii.S.Tho.in q.clxxxv.vbi examinauit late, an epiſcopus te-
neatur ex præcepto diuini iuris ad reſideodum perſonaliter in ſuo epiſcopatu, ſed illud de con-
ditione perſonæ mihi non placet,etiam ſi apud pontificem ſummum reſideat, niſi ex illa ſua reſi-
dentia vniuerſalis eccleſia publice,& notorie in ſpiritualibus, & temporalibus bene ſe haberet,
quòd meo iudicio hodierois temporibus difficile videtur,& conſidero illud verbum dñi,paſce o-
ues meas, [illegible] reſidere eſt contra debitam charitatem Chriſti. Nam amor eius non eſt apud
Deum qui paruipendit quæ maxima ſunt Chriſti.ſ.ſalutem animarũ ſibi cõmiſſarũ,in ſua dioceſi
& experientia teſtatur,quã male ſe habeant in ſpũalib.& temporalibus eccleſiæ chriſtianæ pp ab-
ſentiam paſtorum.& non obſt.conſuetudo quæ potius abuſio,& corruptela dicenda eſt & irra-
tio-

tionabilis, & conſuetudo contra ius diuinũ nulla eſt, cætera de reſidentia perſonali ſanctiſsimorũ epõrum videbis, vt dixi, per do. Card. Caiet. in d. q. clxxxv. & videbis Barth. Carana, à miranda in controuerſiæ ſuæ, & vi. in Spe. meo, in c. xi. & c. lxvi. Itaq; epiſcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad reſidẽdum perſonaliter in ſuo epatu, licet ſit ſecretarius ſedis apoſtolicæ, vel auditor rotæ, vel conſiliarius Regis, quia nõ ideo excuſantur à reſiſtentia, & ſunt tales in eccleſia Dei, velut monſtra in natura, dicit etiã ibi, quod epiſcopatus, & cardinalatus ſunt de numero incõpatibiliũ de iure, alleg. tex. in c. bonæ memoriæ. i. de poſtula. præla. & Chriſtus dixit ẽt: Ego sũ paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & c. Ideo ſi epiſcopus exẽplo Chriſti, dz cognoſcere oues ſuas de iure diuino, tenetur reſidere epiſcopus, & raptores sũt qui dũ metunt tpalia non ſeminãt ſpũalia: Hier. Iſa. 3. itaq; qui nõ reſidet raptor eſt ſcdm ſnĩam Hiero. & loquitur de oĩ ſacerdote, quia reſidentia ſacerdotii de iure diui. eſt, & oĩa bñficia ſunt de iu. diuino, quia dñs ordinauit eos qui euãgeliũ enunciant, de euãg. viuere, & dignus eſt oparius mercede ſua, vel cibo ſuo, & ſi beneficia ſunt de iure diuino, Reſidẽtia ſacerdotii eſt de iu. diui. & legitur Nu. 18 ſolis filiis Leui mihi ſeruientib. in tabernaculo, & portantib. peccata populi dedi oẽs decimas filiorũ Iſrael in poſſeſ. ſequitur litera: comederis decimas tã vos, quàm familiæ veſtræ, quia preciũ eſt pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonii: itaq; decimæ inſtitute ſunt à Deo principaliter ꝓ miniſtri ſeruientib. vt in d. c. 18. Itẽ B. Bernar. ad Theobal. comitem, in epi. 269. honores, & dignitates eccleſiaſticas nõ ignoro deberi his qui digne eas ſcdm Deũ adminiſtrare velint, porro eas acquiri Guilelmo paruulo veſtro meis, & veſtris precib. nec vobis iuſtum, nec mihi tutum eſſe noueritis. ſequitur litera, Guilel. noſtro, bene cupio per oĩa, ſed ante oĩa Deũ. hic eſt ꝙ cõtra Deũ nolo aliquid habeat: ne non habeat Deũ. &c. itaq; opz ſeruitiũ proportionabile eſſe, honori, & ſtipendio ſuſcepto, iſta ſnĩa B. Bern. declarat reſidentiã eſſe de iu. diui. & origines ſup Exo. c. 28. de miniſtris eccleſiæ, hoc inquit, ſolũ dñe ſumere carnalia, quia miniſtrãt ſpũalia, ſic. n. Deus ordinauit, vt qui altario ſeruiunt, de altario viuant, ideo reſidentia de iu. diui. eſt, & Apoſt. i. ad Cor. qui bñ præſunt presbyteri, duplici honore digni hẽantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina, dicit. n. ſcriptura Deut. c. xxv. Nõ alligabis os boui trituranti, ꝙ cũ de bobus nõ ſit cura Deo, pp nos ſcriptũ, eſſe dicit apoſt. quia debet ĩ ſpe qui arat arare, & qui triturat in ſpe fructus pcipiendi, & qui bñ præſunt presbyteri duplici honore digni hẽantur vt dixi ꝙ duplici teſtimonio ibidẽ probat apoſt. quia dicit ſcriptura vt dixi, nõ alligabis os boui trituranti, & in euang. dignus eſt operarius mercede ſua. & apoſt. dixit ad Theſ. i. epi. c. iii. neq; gratis panẽ accepimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione die ac nocte opantes, vt noſmetipſos formã daremus vobis ad imitandũ nos, & qui nõ laborat nõ manducet, & apoſt. dixit, quis militat ſtipendiis ſuis vnquã? q. d. nullus, quis paſcit gregẽ, & de lacte gregis nõ manducat, dixit ẽt, nõ aligabis os boui trituranti, & ſi nos ſpũalia ſeminamus magnũ, eſt ſi carnalia veſtra metamus, oĩa iſta præſupponũt reſidentiã, itaq; clericĩ tenentur de iu. diui. ſeruire altari ſi viuunt ex altari, p locũ a cõuerſis, & audiuimus. n. ab ipſa dñica voce, ꝙ nemo põt, duob. dñis ſeruire, vbi dñs proibuit pluralitatẽ bñficiorum, quia vnuſquisq; titulus bñficii requirit, Reſidentiã perſonalẽ, & ſeruiciũ, de iu. diui. p ſuperius dicta, & ſi laici ſoluẽtes decimas & reditus beneficiorũ noluiſſent ſoluere, uos dñi mei epiſcopi, & ſacerdotes, ex tpe diceretis, laici non poteſtis vos negare ſolutionẽ decimarũ, quia decimæ ſunt de iu. di. & Deus conceſsit leuitis ꝓ miniſterio quo ſeruiebãt in tabernaculo fœderis, & quia portabãt peccata populi, vt in ca. 18. Nu. & beneficia sũt de iu. diui. quia dñs ordinauit eos qui euangeliũ enuntiant, de euang. viuere, quia dignus eſt operarius mercede ſua, vel cibo ſuo, & ſic nõ poteſtis deſiſtere a ſolutione reditũ bñficiorũ, & miniſtris noui teſtamenti decimæ dẽntur, quemadmodũ debebãtur filiis Leui, & iſtã determinationẽ ſecuta eſt eccleſia in tpe gratiæ: Rõnabile viſũ eſt, vt non minus populus noue legis exhiberet miniſtris noui teſtamenti, quã populus veteris teſtamenti exhibebat ſuis, itaq; quantũ ad determinationẽ partis. ſ. decime nũ eſt in præcepto ĩ noua lege, ſed præcepto eccleſiæ, ſed ſolutio decimarũ quãtũ ad ſuſtentationẽ miniſtrorũ Dei, eſt in præcepto, Matt. x. & Luc. x. & trib. Leui clericos noui teſtamenti figurabat, & ſic bñficia ſunt de iu. diui. vt dixi. Sed laici replicabunt, & optime, ſanctiſs. epiſcopi, & dñi ſacerdotes, percuſsi eſtis ligone veſtro, quia ſicut vos aſſeritis ꝙ decimæ ſunt de iu. diui. ꝙ nos indubitanter credimus, & bñficia ſunt de iu. diui. ꝙ nos ẽt indubitanter cõcedimus, qũo vos vultis viuere de patrimonio Chriſti, & eccleſiæ ſuæ, & de reditib. decimarũ, & de reditibus eccleſiarũ, nõ ſeruientes eccleſiis vobis intitulatis, nec portãtes peccata populi, vt in d. c. Nu. 18. itaq; meo iudicio ex ſ. dictis cõſtat clare, ꝙ ſi totũ fundamentũ ſacerdotii eſt aſſerere, nobis debẽtur decimæ de iu. diui. quæ debebantur filiis Leui, et nobis debentur reditus beneficiorum iure diuino, quia dignus eſt oparius mercede ſua, vel cibo ſuo, neceſſe cõcedendum eſt, ꝙ reſidentia perſonalis ſacerdotii ſit de iure diuino, & clerico reſidenti debentur fructus de iure diui. & nõ reſidenti, ſine maxima & neceſſaria cauſa nihil debetur, & peccatũ eſt, ſine iuſta & rõnabili cauſa nõ reſidere, & p Caiet. in ſua ſum. in fo. 45. in lib. meo; Nunc aliqua de iure pontificio dicamus, quia fundatũ eſt ſuper cõi bono. Sunt beneficia ſuprema, vt epiſcopatus, & ſuperiora. Sũt beneficia duplicia, vt dignitates, & beneficia curã aĩarũ hñtia, oĩa alia beneficia ſunt ſimplicia, & ex ſim[illegible]bus beneficiis, ſunt beneficia ſimplicia ſine titulo, vt penſionarij, præſtimoniarii, & hñtes cappellas, p [illegible]is defunctorũ, & ſimilia alia beneficia. Sunt alia ſimplicia beneficia, & ſunt titulata, vt eccleſiæ rurales [illegible] cura, ſunt alia beneficia ſimplicia, titulata ſine cura, quæ requirunt reſidentiam perſonalem. Sunt [illegible] alia beneficia ſimplicia, vt ſunt prębendæ alicuius eccleſiæ collegiate, vel cathedralis, requirentes reſidentiam perſonalem. docto. in c. de mul[illegible] de præben. & in c. ſanctorum. lxx. diſt. c. clericus. xxi.

q.iter ꝑ totũ titulũ,de cleri.non reſid. Item vnuſquiſq; titulus beneficii requirit reſidentiã perſonalem & ſeruitium vt diximus,& probatur in c.i.de celeb.miſſ.& in c.ſi.de reſcr.li.vi. quia beneficium inſtitutum eſt pro officio & ſeruitio,Pan.in c.cum iãdudũ,de preb.& in c.de multa.in.§.qui vero.c.extirpande.Et beneficia ſimplicia de iure requirunt reſidentiã perſonalem.c.cũ ad hoc.de cler.nõ reſi.ſi beneficia t:neatur in titulũ,vt in c.clericos, de cle. non reſidentib. quia vnũ quodque beneficium inſtitutũ eſt ꝓ officio,& ſeruicio,Pan.in c.cum iãdudum.de præb.& in d.c.de multa,& in c.extirpãde.§. qui vero,& nõ eſt beneficiũ ſimplex cũ titulo quod nõ requirat reſidentiã ꝑſonalem,vt dixi,quia qui altari ſeruit de altari viuere debet,ſic per locũ a conuerſis,qui de altari viuit altari ſeruiat,quia ſicut dictũ eſt beneficiũ datur pp ſeruicium,notant ẽt doct.in c.relatũ,de cle.nõ reſi.& per totũ ti.& beneficiũ eccleſiaſticũ eſt ius recipiendi ſuſtentationẽ rõne officii,& ſeruicii,itaq; reſidenti debentur fructus de iu.di.& nõ reſidenti ſine maxima,& neceſſaria cauſa nihil debetur,& peccatũ eſt ſine iuſta & rationabili cauſa nõ reſidere,vt dixi,ſed põt excuſari pp paruitatem dñi,vel pp paruitatem tpis,ita Caieta.& beneficiati debent eccleſiã officiare.ſ.cantando,& legẽdo,& ad hoc põt cõpelli.arg.in c.ſignificatũ.de præb. Nam beneficiũ inſtitutũ fuit eo aĩo,vt in eo fiant reſidentia,& celebrentur diuina officia,pp quæ,vt dixi beneficiũ fundatum.& dotatum eſt.c.Relatũ,& c.quia nonnulli,de cleri.nõ reſid.itaq; lucrum bñficii amplectentes recuſato onere nõ debent tolerari.l.vnica.§.ꝓ ſecundo.de cad tol.& appellãtur ꝓprii ſacerdotes oẽs illi clerici qui poſsident beneficia in illa eccleſia vbi celebrantur exequiæ mortuorũ quia oẽs illi coadiutores sũt presbyteri parochialis,licet presbiter parochialis ſit caput eccleſiæ. Et parochia eſt beneficiũ curatum ĩperfecte,quia cura aĩarum ꝓpriæ,& plene ſolius epiſcopi eſt.reliqui sũt coadiutores epiſcopi ad curã aĩarum.& beneficiati ſunt coadiutores, presbyterorũ parochialiũ vt dixi.& reſidentia erit in eccleſia vbi vnuſquiſq; habet titulũ beneficii.Et quia reſidentia eſt de iu.diui.nemo põt habere duo beneficia,ſi de iure cõi requirunt reſidentiam perſonalẽ,vt per doct.in c.de multa de præb.& Pan.in.c.extirpande.§.qui vero.eo.ti.& in ſeptima ſinodo diſpoſitũ eſt,vt in c.1.xxi.q.1.vbi dicitur,clericus ab inſtanti tẽpore non connumeretur in duab.eccleſiis,negociationis.n.hoc eſt,& turpis lucri ꝓpriũ cõmodum,hoc ẽt ſtatuit ſancta vniuerſalis eccleſia,à ſpiritu ſancto cõgregata, in celeberrimo Calcedonenſi cõcilio,& de pluralitate beneficiorũ dixi multa in Spe.meo.in ti.de pluralit. benefi.itaq; impoſsibile eſt reſidere,& reſidendo ſeruire in duobus locis,quia eſt cõtra principiũ naturale,vt patet ad ſenſum.ꝓbatur in c.ſanctorũ.lxx.di.hæc etiã improbat Toleta.conſil.in.c.vnio.x.q.3.vbi dicitur,hoc neceſſarium inſtituere duximus,vt plures eccleſiæ vni nunq̃ cõmittantur presbytero, quia ſolus per totas eccleſias nec officiũ valet perſoluere,nec rebus earum curã impendere probatur,& in c.quia in tantum.& in c.cum nõ ignores.de præb.& vide Pan.poſt Inn.in c.clericus.de cle.nõ reſid.Et miniſtri iuſta facultatem eccleſiæ inſtituuntur.c.i.& ii.de inſti.c.cum M.& ibi doc.de conſti.debet ergo titulus ad victũ honeſtum,& neceſſarium miniſtri ſufficere,& ſi illud ſufficiat, nõ quærat multiplicationem titulorũ,quia tunc quærit victum aliorum miniſtrorũ; & quærit diminutionem cultus diuini.Et hæc oĩa abhorrent iura puncta,& poſsidere duo beneficia eſt contra vocem dñi dicẽtis. Nemo põt duobus dñis ſeruire,vt iam diximus.& apoſt.ad Rom.vnuſquiſq; maneat in vocatione qua vocatus eſt.& ſi vnum beneficium ſufficit ꝓ ſuſtentatione miniſtri,non debet aliud accipi ad ꝓpriã vtilitatem,quia peccat mortaliter,& eſt ibi vitium ambitionis,& auaritiæ,occupando ſtipendium pauperũ & ꝓborum virorũ,& tales vt dixi inducunt diminutionẽ cultus diuini quod deterius eſt, vt notanter per Pan.in c.cum iamdudũ,de præb.& in d.c.extirpandæ.§.qui vero.cætera in materia,videbis late vt dixi in Spec.meo,in tit.de pluralit.benefi.Et an papa,vt ſummus diſpenſatur poſsit diſpenſare, quòd vnus habeat plura beneficia,& an poſsit diſpenſare,vt hñs beneficium in eo non reſideat, vide Ioã.maiorem, in iiii.diſt.xxiiii.& vi.doct.in c.de multa.de præb.& ibi videbis oẽs doct. quia pluralitas beneficiorũ ſine iuſta & rõnabili cauſa eſt contra ius diuinũ,quia cõia bona eccleſiæ debent diſtribui partibus eccleſiæ,& videbis Abb.in c.extirpande.§.qui vero.de præb.& videbis doctiſs.Arch.in c.conſequens.xi.q.iii.& papa ſemper debet diſpenſare præcedẽte iuſta,& rationabili cauſa,etiã in iis quæ ſunt iuris poſitiui,vel neceſsitatis,vel vtilitatis eccleſiæ,vnde B.Benal.in lib.de conſider.ad Eugeniũ. Non ſum tan rudis,vt ignorem poſitos vos diſpenſatores,ſed in ædificationem,non in deſtructionem vbi neceſsitas vrget excuſabilis diſpenſatio eſt;vbi vtilitas ꝓuocat diſpenſatio laudabilis eſt,vtilitas dico cõis non ꝓpria,vbi nihil horum eſt,non eſt fidelis diſpenſatio,ſed crudelis diſsipatio,hæc ille.ſ.Bernaldus, quia de fideli dispensatori loquitur tex.in c.xii.Luc.ideo dicunt doct.quòd is cum quo dispensatur ſine iuſta,& neceſſaria causa non eſt tutus quo ad Deum,quia diſpenſatio debet fieri contemplato bono publico quia tota dispensatio debet referri ad pub.bonũ,& etiã videbis doct.in c.per venerabilẽ, qui filii ſint leg.& de pluralitate beneficiorum vide doct.in c.ſanctorum.lxx.diſt.& vide in cle.gratiæ.de reſcri. & in extrauaganti execrabilis.& adde ad ea quæ ſuperius diximus,& de diſpensatione summi Pont.vide Papã Adria.in 4.in fol.47.dicentem,vbicunq; in foro animæ non liberaret diſpenſatio ſummi Pontificis,minus tutum redere poterit conſuetudo,& talis consuetudo eſſet oneroſa toti religioni, & irrationabilis,nota bene quia aurea verba ſunt.

FINIS.

Florentiæ, apud filios Laurentij Torrentini Typographi Ducalis

MDLX

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 56-58
Tel. 890.223 - ROMA